Digitized by Google

Kenser

Digitized by Google

IG. 174/4

Digitized by Google

Rr 59.

G 20

Digitized by Google

ANNALES SVEVICI

ſiue

CHRONICA
RERVM GESTARVM
ANTIQVISSIMÆ ET IN-CLYTAE SVEVICAE GENTIS

QVIBVS QVICQVID FERE DE EA HABERI POTVIT, EX LATINIS ET GRÆCIS, ALIARVMQVE LINGVARVM AV-ctoribus, ſcriptiſq; plurimis non editis, comprehenditur,

ADIVNCTIS INTERIM CAETERAE QVO-que Germaniæ, Orientis & Occidentis ac vicinarum prouinciarum ad noſtra vſque tempora, memorabilibus rebus ac ſcitu dignis.

OPVS NOVVM, NON SOLVM ELABORATVM ET PERVTILE, SED ETIAM AD ALIOS PERMVLTOS Hiſtoricos ac ſcriptores facilius intelligendos neceſſarium.

CVIVS DODECAS PRIMA

Ab initio rerum conditarum, vſq; ad D. CCC. *annum Chriſti deducitur.*

AVCTORE

MARTINO CRVSIO, GRAECAE ET LATINAE LINGVAE, cum Oratoria in celebri Academia Tybingenſi Profeſſore & Hiſtorico.

Μέγαν ἱςὸν ὑφαίνω,
Ποικίλον ὕμνον ἀράσσω.



Cum gratia & priuilegio Cæſ. Maieſt. ſpeciali ad decennium.

FRANCOFORTI,

Ex Officina Typographica Nicolai Baſſæi.

M. D. XCV.

Digitized by Google



DOM. S. ALOYS. JERSEIENS. S. J.
IHS

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI AC DOMINO, DOMINO FRIDERICO, DVCI VVIRTEMBERGICO ET TOCCIO, COMITI MOMPELGARDENSI, &c.

Domino ſuo clementiſſimo,

Salutem per CHRISTVM.

COgnoſcat beneuolè Celſitudo T. pie ac clementiſſime Domine, ſi reſpirationis ei aliquid ab illis arduis, quæ quotidiè offeruntur, negotijs eſt: quid hac Epiſtola ſubditus loquatur tuus. Semper ego inter alias bonas literas, & ingenuo homine digna ſtudia, amator etiam hiſtoriarum fui: ſed initiò voluptate tantùm lectionis ductus: poſtea verò inter alia, memorabili etiam Dicto M. Tullij Ciceronis (quem cum Homero & Thucydidis hiſtoria, in Acad. Celſitatis T. Tybingana doceo) incitatus. Neſcire (inquit ille in illo libro, quem de Orat. ſcripſit) quid, antequam natus ſis, acciderit: id eſt, *Semper eſſe puerum*. Et verè. Pueri enim nihil ferè illorum, quæ antequam nati ſunt, acciderunt, ſciunt: ſed propemodum animalium rationis expertium ritu, ad ea ſolùm, quæ adſunt, quæq; præſentia ſunt, ſe accommodant: parum admodum curantes præteritum aut futurum. Ego autem non volens ſemper eſſe puer, cùm mihi viderer iam intelligere: multas & magnas eſſe vtilitates (ob prolixitatem, & quia ferè notæ, nunc non exponendas) hiſtoricæ cognitionis: eamq; non tantùm politicis hominibus (præſertim magna Reipub. negocia tractantibus: qui facilè ex præteritis, quid præſentibus rebus conducat, ratiocinari poſſunt) verum etiam illis, qui in Scholis (quod meum vitæ genus eſt) rectius Auctores explanare velint, valde neceſſariam eſſe: maiore iam iudicio mihi in hoc ſtudium incumbendum duxi. Itaq; & multas variaſq; Hiſtorias, à permultis annis ſtudioſè legi: & ipſe cùm alias ſcriptiones hiſtoricas exhibui: tum antè XII. annos, opus quoddam maius ſcripſi, & edidi: quod de ſtatu Græciæ agit, qualis hodie ſub Turcico dominatu ſit: cui libro inſcriptionem feci TVRCOGRAECIAM. Quod etſi gratanter à multis, doctis & claris viris, eſt exceptum: tamen ante IX. circiter annos, quidam eruditione & intelligentia celebris vir, licet id opus approbaſſet, ad me in literis ſcripſit: Cur tu potius deſcribis Græciam alienam, quàm Sueuiam noſtram? Antiquiſſima hæc gens eſt, rebus memorabilibus abundans, iam diutiſſimè à te habitata. Fac, quæſo.

Neglexi tunc ego eam adhortationem: rem valdè operoſam exiſtimans, & animo ad alia potius omnia inclinans. Itaq; iam obliuioni tradideram. Ecce autem, poſt ſeſquiannum, ea res improuisò mihi in mentem redire: cogitatio ſubnaſci, non prorſus abijciendam eſſe. Egone, quod præſtans eruditione & prudentia amicus hortatus eſt, repudiem? Ergo Therſiten, Sinonem, cætera prodigia (vt cum Fl. Vopiſco loquar) ſciemus: nobiliſſimum verò genus Sueuicum ignorabimus? Non committam ego. Hæc tum. Mox diſpiciebam: mihi non deeſſe iam facultatem aliquam Sueuicarum rerum videbam: aliunde plureis acceſſuras ſperabam, nec ea ſpes me fefellit. Nam longè lateq; materiam (præſertim manuſcriptam) mittebant amici: inter quos, clari reuerendiq; viri: qui etiam humaniter me in ſuſcepto conſilio confirmabant: quod à quibuſdam genere quoq; nobilius fiebat. Quidam tamen, qui initiò promiſerant, poſteà nihil dederunt: putantes (opinor) tan-

)(2 tùm

tùm verba apud me eſſe: quibus poſtea nec ætas, nec labor, reſponſura eſſent. Proinde promiſſis ſolum in præſenti voluerunt ἀποβουκολεῖν, vrbanè auertere. Sed fauebat honeſto propoſito Deus.

Huius ego auſpicijs, laborem medio cIↃ. IↃ. LXXXIX. anno aggreſſus ſum: maiore quidem tunc animo, quàm firmitate corporis. Ille verò conatum, quem ad honorem eius, ad præclariſſimæ gentis Sueuicæ laudem, ad plurimarum honeſtarum familiarum decus, ad copioſam rerum valde vtilium traditionem, ad meum deniq; alioſq; honeſtum oblectamentum, ſuſceperam: omniq; animi impetu vrgebam, (interim etiam, atque inprimis officio, quod Scholæ debebam, ſumma diligentia fideq; fungens) illum, inquam, talem ac tantum conatum, laboremq; plurium annorum maximus Opt. Max. DEVS, paterna beneuolentia iuuit: viribus ſuggeſtis promouit: ad finem optatum ſua potenti manu per infirmum inſtrumentum perduxit.

Quàm autem difficile, quàm operoſum, id omne ſcriptum mihi fuerit: hinc videri poteſt. Scripſerunt equidem alij antehac etiam de Sueuis; ſed aliqua tantummodò, alijs ſuis hiſtorijs immiſta: hoc autem integrum ex profeſſo corpus eſt, illi, aliquorum ſolùm temporum, nec cohærentium; præſens autem, omnium temporum eſt, directa ſerie annorum. Illorum (comparatione) aut paucæ res, aut non ita multæ, ſunt: hîc autem, illa omnia, quæ habere potui; ex editis, & non editis, ſcriptis. Itaque tres Dodecades factæ ſunt, eæq; ſatis magnæ: dum innumerabiles homines & res, quæ præcipiti temporum curſu factæ, in vallem obliuionis ferebantur: Scriptionis adminiculo, veluti quodam rotarum ſufflamine inhibitas, in hominum memoria retinere ſtudeo.

In principio autem operis, pauciora Sueuica ſunt, quàm quis vellet: cum antiquiſſimorum Teutonum nulla ſcripta extant, quòd literarum rudes fuerint. Idcirco illarum rerum quaſi exilis tantùm ventulus procul ad nos venit. Sed & longè poſterioribus ſeculis, propter hominum negligentiam, etiamſi qui literas ſcirent (Scholæ autem nullæ, niſi in monaſterijs, erant) pauciora ſcriptis mandata reperiuntur. Et extant etiamnum ſepulchra illuſtrium hominum: quibus nihil inſcriptum cernitur. Sic Genealogiæ, quibus nullus annus adſcriptus eſt, quando quiſque vixerit. Res tædij plena, mihi quidem. Putabant videlicet illi, quæ ipſi ante oculos haberent: nepotibus ea, multis etiam poſt ſeculis, vltrò, æquè nota fore: aut fortè leuiora exiſtimabant: aut nulla denique poſteritatis cura tangebantur. Illa itaque antiquiſſima, tantummodò ex liberis exterorum hominum, (qui ſæpè hoſtes, & plerumq; ſuis plus tribuentes, quàm noſtris) noſcere cogimur. Aliquot inſuper libri illorum, vnde plura cognouiſſemus, interciderunt (vt C. Plinij Secundi, de bellis Germanicis libri XX.) deleti aut bellicis vaſtationibus, aut incendiorum flammis, aut inundatione aquarum, aut carie vetuſtatis: nondum inuentis ad propagandum impreſſione typis. Quò maior & difficilior mihi tanti operis, è ſexcentis longè lateq; diſperſis (partim impreſſis, partim manuſcriptis) contrahendi in vnum, & ad ſua tempora redigendi, labor accidit. Verùm enimuerò in principio eius, vt dixi, tenuior modò ceu ventuli aura, ex prælongo interuallo, aures noſtras attingit; quòd, quæ ante Chriſti aduentum facta ſcriberem, non ita multa reperiebam. Poſt reuelationem autem Seruatoris, quanquam aliquandiu etiam non multa: tamen paulatim plura. Dehinc copia rerum magis magiſque ſe diffundente; propriore iam, maioreq; veluti ventorum fremitu, aures circumſonant noſtræ.

Scriptio hæc mea, tanquam μεταλλεία quædam indefeſſa fuit; ſcrutatio, ceu principum virorum, ex viſceribus terræ: auri, argenti, ſtanni, æris, ferri, plumbi: hoc eſt, rerum maximarum, magnarum, mediocrium, minorum; etiam ſanè paruarum (vt aliquibus videri poſſet) ſed paruarum comparatione duntaxat maiorum, non tamen reijciendarum.

Deſcribo (pro qualicunque facultate mea) nobiliſſimam gentem Sueuicam, ſumma virium contentione. Eruo ex vetuſtatis tumulis originem eius, genera, Reges, Principes, ingenia, mores, ſedes, bella cum Romanis, bella cum alijs. Deſcribo res domi prudenter, foris fortiter, geſtas (tum ab alijs, tum poſterius à generoſis quoq; Celſitatis T. Maioribus) victorias, clades, ex aduerſis eluctationes. Deſcribo Imperij Rom. laudatam per Sueuos Cæſares adminiſtrationem. Recenſeo nomina & res aliorum illuſtrium Sueuorum & nobilium, virorum fœminarumq;. Excito familias non amplius apparentes: ne cum corporibus,

Digitized by Google

bus, etiam memoria ipſorum ſit humo obruta. Commemoro vrbes, arces, pagos. Inueniuntur hîc Epiſcopatus & Epiſcopi: Monaſteria, Abbates, Abbatiſſæ, Præpoſiti: Scholæ, conſuetudines, cæremoniæ, & ritus. Diplomata item, & priuilegia. Etiam Tybingenſis Academia prolixè. Docentur Eccleſiaſtica, Politica & Oeconomica. Exponuntur vitæ obitusque laudatorum vtriuſque ſexus hominum: nobilitate familiarum, eruditione doctrinæ, præſtantia virtutum, conſpicuorum. Alias quoque gentes, & terras plurimas, etiam maximè longinquas, occaſione oblata, inſero: vt cuiuſmodi cum hominibus, & quibus in locis, Sueuiæ nationi res fuerit, manifeſtum ſit. Singula, ſuis libris & capitibus diſtincta, ſuiſq; Cæſaribus obiecta, ceu quibuſdam thecis: vt faciliora cognitu & inuentu ſint. Plus præſtitiſſem diligentia pertinaci; ſi monimenta, vnde ſperaueram, in manibus fuiſſent.

Ordinem autem temporum (nempe annorum & dierum) in omnibus obſeruari, quantum fieri potuit: vt iam etiam CHRONOLOGIA in toto Codice ſit: ita, vt ſciat iam quiſque, ſi plura interdum Sueuica habeat: ad quos annos ea referre debeat. Hoc igitur modo, aliis quoque hiſtoricis libris & ſcriptis, hoc opus prodeſſe poteſt. Ea propter Annalium ei inſcriptionem feci. Annales autem, hiſtoriæ ſunt: non continuò Hiſtoria, Annales. Inuenias enim, qui hiſtorias abſque notatione temporum ſcribant. Ac forſitan viderentur aliqui ſibi pueriliter agere, ſi ad nos adiungerent. Ego autem, vt loca, ita & tempora, notare, maximam rebus geſtis lucem inferre cenſeo: vt eæ (quæ deſcripta pictura quædam ſunt) melius conſpici, & magis delectare, poſsint. Ego tunc, cùm prælium aliquod lego (vt exemplo declarem) certi loci & temporis: quaſi extra me rapior: quædam mihi φαντασία, imaginatio, tanquam vnà tunc ibi præliantis, aut ſaltem ſpectantis, oboritur: Sic in alijs, quæ loci, temporis, aliarumq; circumſtantiarum complexum habent, me lectio quaſi in rem præſentem ducit: quaſi tunc vna viuam: quaſi cuncta præſens cernam; quaſi rerum quoque particeps ſim, vel agendo vel patiendo. Ita temporum & locorum notatio, res tanquam viuas facit; cogitationi velut pictas ſubijcit: affectum quendam dulcem (vnà vel gaudendi, vel dolendi, vel commiſerandi) in animo ſuſcitat. Contrà circumſtantijs his omiſsis, res quaſi ἄψυχα viderentur, exanimes & mortuæ. Nec etiam me pudet (ſicut fortaſsis aliquos alios: qui omnia volunt ſua, non aliunde ſumpta, videri) nomina quoque illorum grato animo ponere; ex quibus quæque ſumpſi, aut qui beneuolè aliqua miſerunt.

Laudatur à M. Tullio in lib. de Orat. T. Pomponius Atticus: quòd I Ↄ. cc. annorum memoriam vno libro collegerit: conſeruatis notatiſq; temporibus: nihil illuſtre prætermittens. Ego autem hoc opere, à condito Mundo, vſque ad præſens tempus 5555. annos complector: vt pro diſiectis antehac per aliorum plurima ſcripta membris, iam habeatnr ex omnibus ὁλόκληρον συμπεπηγμένον ἔργον, compactum ſimul corpus integrum: & pro diſperſa vagaq; notitia, coniuncta ſtabiliſq; rerum ſcientia. Neq; etiam hi Annales, ita vbique rudes ſunt: quemadmodum apud Romanos quondam Annales priſci: quibus nihil hirſutius fuiſſe, à Vate Sulmonenſi dicitur: ſed ſatis videntur habere, vbi res tulit, culturæ.

Neminem iam hic, qui minùs libenter viderit, ſcire volo. Qui autem gratulati ſunt, eximios pietate & doctrinæ viros multos ſcio. Cœleſti numini à me, pro tantorum abſolutione laborum ex toto animo gratiæ aguntur & habentur. Nam etiam illuſtriſsimi anteceſſoris tui, clementiſsime Domine, nunc in Abrahamico ſinu diuina beatitudine gaudentis, benigno iuſſu, opus perlectum & cenſum eſt totum: Criticis, primò Stutgardiæ; poſteà Tybingæ, viris doctis, ſapientibus, ei rei præpoſitis. Exitus inde tandem is fuit: vt tum illa adhuc vivente, tum T. Celſitudine iam rebus præſidente, editio omnium & ſingularum Dodecadum, clementi beneuolentia conceſſa fuerit.

Sed enim longior eis mora obſtitit; & cùm in tantam magnitudinem excreuiſſent: putabatur ab hominibus, qui excuſurus eſſet, mihi quenquam non fore vnquam. Potuiſſe itaque tempus à me collocari melius. Sed ecce, cùm ipſe quoq; iam ſpe vacillarem: Deoq; rem totam committerem; hic mihi bonum Typographum, pij cuiuſdam Theologi interuentu, fideliq; actione, conciliauit. Exit ergo nunc opus diuina benignitate ex tenebris in lucem. D E V M igitur magnopere laudo: magis etiam laudaturus: ſi præſtantiori

Digitized by Google

(diu iactato, nunc iacenti) labori (CORONAE anni, ſeu Poſtillæ) ſimili gratia aſpirauerit.

Huius autem iam hiſtorici laboris ac ſudoris, DODECADEM PRIMAM (quæ iam inde ab Adamo, vſque ad Iↄ. ccc. annum ſalutis humanæ, extenditur: duarumque ſequentium Dodecadum, haud vulgare fundamentum eſt) Celſitudini T. illuſtriſſime pieq; Princeps, humiliter offero, dico, dono. Primùm quòd iam XXXVII. annum Tybingæ tuæ doceo: primò, ſub illuſtriſſimis anteceſſoribus Celſitatis T. cognatis: Principibus antea in terra, pietate & iuſtitia excellentibus: nunc autem vnici fiduciâ Chriſti, beata vita in cœlo fruentibus; D. Chriſtophoro, & D. Ludouico (quibus etiam vſus fui clementiſsimis ac beneficis) nunc autem ſub auſpicata & felici gubernatione tua: qui & apud nos Academiam tuam, Rectura tua olim clementer ornauiſti: & ſeorſim in me quoque non ſemel benignitatem tuam læta fronte declaraſti: Aliquam ergo viciſsim gratæ mentis declarationem à me fieri, par eſt. Deinde, quòd cum hæc omnis via conſcribendi de Sueuis Chronica, antehac ἀκανθώδης καὶ ἄτριβος, veluti ſpinis obſita, ac proinde non trita, fuerit: ego autem illam à ſentibus purgare & calcare, auſus fuerim: ideoq; fortaſsis alicui minùs æquo, res mira videri poſſit: me ſub Celſitudinis T. magnifico nomine & fauore (Teucri exemplo, tutò apud Troiam belli Scriptorem, ſub ſeptemplice fratris Aiacis clypeo latentis) benè protectum fortè ſpero. Poſtremò, quòd alijs etiam quibuſuis (dignitate, nobilitate, amplitudine, ſplendore, omni laude eminentibus) Sueuis alijſq; quibuſlibet, in T. Celſitatis auctoritatem & fulgorem intuentibus, non primam modò Dodecadem, ſed opus totum, acceptius gratiuſque futurum confido. Id enim certè ego gratitudinis cauſa erga omnem Sueuiam (in qua non quidem natus, maximam tamen in ea vitæ meæ partem traduxi: beneficijſque affectus, ſemper de ipſa benè mereri ſtudui, ſicut obſcurum non eſt) relinquere μνημόσυνον volo. Proinde bonis omnibus, notitiæ omnium temporum cupidis (ſtudioſæ præſertim juuentuti) non parum fructus & oblectationis, ex hiſce Chronicis acceſſurum ſpero. Chriſto Opt. Max. vnico conſeruatori noſtro, Celſitudo T. cum tota inclyta familia ſua, eximioque Ducatu, commendata vt ſit, feliciterq; in longiſsima tempora præſit: toto ex animo precor, oro, ſupplico. Tybingæ, ineunte menſe Septembri, Anno cIↄ. Iↄ. XCV.

Illuſtriſs. Celſit. T.

Subiectiſs. cliens,

Martinus Cruſius.

AD LE-

AD LECTOREM.

APOLOGIA M. CRVSII ADVERSVS ALIQVAS forſan cogitationes, Annalibus hiſce aduerſaturas.

I.

AN non debuit melior contextus orationis in hiſce effici? Annales (præſertim ſæpè διακοπὴν καὶ ῥῆξιν ἔχοντες, vt Eunapius loquitur: temporibus interrupti, defectu hiſtoriarum, & varietate rerum) non patiuntur vbiq; talem contextum, qualis fortaſſe requireretur. Sufficit hic contextus, quòd nullam facio confuſionem temporum: ſed poſteriorem quemq; annum poſt priorem pono: & ita ſeriem annorum conſpicuam efficio, ab inito mundi, vſque ad præſentia tempora. Diſcrepant autem interdum ſcriptores in numero annorum: vt quòd Itali quatuor annis aliquò vſque anteuertunt Ioannem Funcium, in annis Chriſti: vt numerus 440. eſt Funccio 444. Deinde, cum in Annalibus non tractetur vnum aliquod tantum, & pauciorum annorum, argumentum (ſicut in hiſtoria C. Iulij Cæſaris bellum Gallicum & ciuile: quæ XII. modò annorum eſt: aut in hiſtoria Ioannis Sleidani, expoſitio de ſtatu religionis & Reipub. Carolo V. Cæſare: quæ tantùm XXXIX. annorum tempore conſtat) ſed aliquot millium annorum Sueuicæ res in Annalibus referantur: in quas cæterarum quoq; regionum Germaniæ, imò magnarũ etiam partium orbis terræ, incidunt: non debet ita accuratus contextus orationis requiri, vt in breuiore & vnius argumenti, opere. Et tamen in hoc etiam Sueuico opere, unum principale argumentum tractatur, nempe natio Sueuica: quod argumentum, tanquam βασιλικὴ ὁδὸς, via regia eſt: in quam plurima ἐκτροπαί, viæ aut ſemitæ ex tranſuerſo incidunt. An non hic ſat bonus ſit contextus, æquiſſimi iudicio cuiuſque? Sueuorum origo, Reges, mores, migrationes, res geſtæ, fortuna proſpera & aduerſa? Duces, Cæſares, alij proceres, nobiles? Vrbes, arces, vici, Res Eccleſiaſticæ, politicæ, & Oeconomicæ? Denique natiuitates notabilium hominũ, & obitus? Singulas etiam maiorum rerum narrationes benè contexto. In talibus enim materiæ poſſunt arctiùs inter ſe cohærere.

II. An non elegantiori dicendi genere, aut etiam ſublimiori, vtendum fuit? Sufficit Annalibus perſpicua rerum expoſitio, memoriæ earum retinendæ cauſa. Splendorem ſublimitatem ſequatur: qui in theatro Demonſtratiui generis, perſonas, facta, & res, laudat. Nec Cæſar quoque, & Sleidanus (quanquam non Annalium Scriptores) ſublime admodum dicendi genus habent: ſed terſum & perſpicuum. Et antiquis Græcorum Latinorumq; temporibus (teſte lib. 2. de Orat. Cicerone) hiſtoria nihil aliud erat, niſi Annalium confectio, ob memoriam retinendam: ſine vllis ornamentis, monimenta ſolum temporis, hominum, locorum, geſtarumq; rerum, relinquens. Nec tamen ſuis locis, quædam etiam maior dictionis facultas, in hoc opere deeſt. Hoc ipſum denique ſublime eſt, tantam rerum (ferè innumerarum) copiam profundere.

III. At barbara vocabula, barbara loquendi & ſcribendi ratio, ineſt? Sanè, quæ ad verbum ex alijs ſcriptis expono (vt ſunt Priuilegia, aut Diplomata) in ijs non pauca, talia ſunt: ſed ea, bonæ fidei cauſa (ſicut Thucydides quoq; formulas fœderũ Doricè ponit, ſicut à Doribus facta fuerant) & infelicitatis illorum ſeculorum in latina lingua oſtendendæ gratia, vt nos tantò magis pro eruditione noſtri ſeculi Deo gratias agamus, retinenda duxi. Henricus quoque ſcribo, & Heinricus, & Hainricus: ſic & Guelpho, VVelfo: vt aliàs atque aliàs reperi. Eodem modo, etiam in alijs. Nemo offendatur. Quæ verò ex me ipſo compono: ſatis latina & culta, atque ex præceptis eloquentiæ nata eſſe, exiſtimo. Aliqua tamen interdum etiam barbara (vt Vaſallus, & Feudum) retineo: vt vſu iam inueterata: cùm vocabula, cliens & beneficium, à multis minus intelligantur: etſi illis quoque nonnunquam vtor. Etiam Germanica, & ex alijs linguis loca, inſero. Quid ni? Aut ſignificantia ſunt: aut vim teſtimonij habent: aut varietas hæc, linguarum illarum intelligentes delectat. Immiſcent ſuis ſcriptis alicubi Græca alij, cur non etiam liceat aptè Italica aut Gallica? Sumus ne ita ſeruum pectus (vt Horatius vocat) vt non liceat poſt tot à T. Liuio & Cæſare ſecula, quandoq; etiam aliquid noui inducere? Malè ergò factum, quòd Typographia, quòd aliæ nouæ artes, ſunt excogitatæ.

Quòd ſi tam nouitas Græcis inuiſa fuiſſet, quàm nobis: quid nunc eſſet vetus? inquit idem Vates: qui ſe quoque gloriatur 1. Ep. 19. primum eſſe: qui Latinè carmina Lyrica ſcripſerit. Obſcuriorum quoq; rerum, aut vtilium, explicationes ſtatim ſubiungo: ne quis diu ex alijs libris quærere cogatur: ſicut, cùm, Veſſus quid eſſet, veteres neſciuiſſent, Cicero explicat. Omnibus certè vbique inſeruire cupio, vt lectio ſit facilima intellectu; & iuuentus, ac maiores etiam natu, multa ex his Dodecalibus diſcant, haud alibi obuia.

IIII. Nouum etiam videatur, quando diem & annum pono: quibus aliquid incepi aut abſolui. At ob honorem DEI facio: qui mihi initiò vires tanti operis ſcribendi, ac poſtea abſoluendi, in ætate etiam maiore dedit: quod opus à me LXIII. anno inceptum fuit: cùm à febri morti proxima, tamen diuina Medicorum opera reſurgens, nondum ſat confirmatus eſſem. Tanta erat propoſiti tenendi pertinacia. Imitetur iuuentus eam. Cùm deniq; Annales ſint, in quibus aliorum tempora notentur: quis æquus lector mea quoq; tempora (ſaltem aliqua) à me notari, vitio vertat?

V. Etymologias multorum propriorum nominum pono: quæ fortaſsis alicui minus placeant.

)(4 Atſum-

At ſumpſi verò ex Auentino, Spangenbergio, & alijs doctis viris. Fortaſſe eædem alijs placebunt. Excogitentur meliores, ſi poſſunt. Licet. Poſſem & ego quaſdam in Cratylo Platonis (illius Philoſophi, quem diuinum vocant) ridere. Quis omnium reprehenſiones effugiat? Studemus antiquitatem Alemannicam ex tenebris eruere: vtimur probabilibus coniecturis, alius alia. Romani enim (ex quibus noſtra vindicare cogimur: cùm priſci Germani nihil literis & poſteritati mandârint) Germanica vocabula corruperunt, & ſæpe mirè: vt Litauicus, pro Ludouico: Vercin-getorix, fortè Hertzog Heinrich.

VI. Dicat quiſpiam, multa quoq; inſerta eſſe quæ non ſint Sueuica. At nemo ſcribit vnius per omnia gentis Chronica, aut hiſtoriam: vt non etiam alias res immiſceat, ſi notabiles ſint: vt, libro 12. Sleidanus, de duabus Venetorum in Peleponneſo vrbibus, Turcico Sultano proditis: eaq; proditione inquiſita, ac vindicata. Sæpe quoque aliquid pono; quod in præſenti quidem alienum eſſe à Sueuicis rebus videtur: ſed multis annis poſt, ſuum vſum nanciſcitur. Vt, hoc aliquo anno illum aut alium Monachorum ordinem extitiſſe. Huius ordinis poſtea multa Monaſteria in Sueuis condita ſunt. Cùm item terrarum orbis, dici poſſit magnum quoddam auiarium: non inutile, nec iniucundum eſt: ſi auium in Sueuia volatus exponatur: videre, ceu collatione quadam, qui interdum in exteris quoq; terris volucrium ſtrepitus fuerit. Sic ingeniorum ſimilitudo & diſſimilitudo, conſpicitur. Quantò deniq; potentius fuiſſe Rom. Imperium, & alias nationes, *ἐν παραθέσει* oſtenditur: tantò illuſtriora fiunt facinora Sueuicæ gentis, cum illis conflictatæ: Ita hi annales, quaſi *χειραγωγία*, manuductio quædam ad alios Hiſtoricos ſunt.

VII. At fabuloſa interdum recito; vt, de Roſeto VVormacienſi, Gibichi & Crimhildæ: vt, de Hildegarde & Talando: vt, miracula commentitia, & interdum ridicula! At hæc ſunt condimenta quædam ſeriarum actionum. At ea ſuauiter exponuntur. At ea ſignificant non Poëticam facultatem à Sueuis abfuiſſe, præſertim à Monaſticis hominibus, ob ſuas res indoctis magis commendandas. At ea poſteris quoq; nota eſſe, conducit: qui aliter fortaſſe neſciuiſſent: aut aliquo verbis coram exponẽte, non credidiſſent. Non enim in locis talibus nati: nec fortaſſe talia ſcripta, amplius in medio. Et cùm tales tenebræ, vt alias regiones, ita Sueuicam quoq; terram tot ſæculis obtexerint: cur non etiam ad Sueuicam hiſtoriam pertinerent? Tantò magis nos iam gratias DEO, pro Eccleſiæ & veritatis illuſtratione agamus. An non ille quoq; diuinus, quem antea nominaui, Philoſophus, fabulas Diſputationibus ſuis, aliquid vtile docendi monendiúe cauſa, inſerit? Vt illam de Gygis annulo ex Herodoto: quam Cicero quoq; in 3. de Offic. lib. citat. Si nihil ergo Philoſophicæ propoſitæ grauitati, multò minus hiſtoricæ in cæteris veritati, fabula detrahit. At apud Hiſtoricum etiam grauiſſimum Thucydidem (de quo, cùm quodam in loco dilucidius, quàm aliâs ſolet, ſcribat, dictum eſt: *λέων ἐγέλασε*, leo ridet) lib. 2. fabula de Tereo & Procne reperitur. Ego autem ſæpe aliquid talibus (vt & alijs craſſis erroribus) modeſtè addo (ſicuti ſcriptoribus factitare mos eſt, nonnunquam *ἐπικρίσεις ποιεῖσθαι τῶν πραχθέντων, ἢ λεχθέντων*: de rebus factis aut dictis, iudicium ſuum adiungere) aliquid talibus, inquam ſine maledicentia addo: ex quo, quid eis tribuendum ſit, intelligatur. Verbum quippe DEI, quod lucerna pedibus noſtris eſt, ſolum verum *κριτήριον* veritatis, à pijs haberi debet. In cætera omni hiſtoria nihil falſi ſciens pono: ſed vt ex alijs ſcriptis habeo. Ideo etiam vbique nomina Auctorum (vt & loca ac tempora) ſubiungere ſatago. Qui tempora, loca, & Auctores, indicat: is quaſi rem præſentem, aut velut in ſpeculo, oſtendit. Laudabilior hic eſt: quàm ille, qui, Auctoribus & annis omiſsis, res velut in vnam maſſam ſubigit.

VIII. Putari denique poteſt, à me ſæpè parua & leuia poni, quæ omitti debuiſſent. Ergo euellantur etiam ignobiliores floſculi ex pulcherrimo horto: humiliores tollantur merces ex ſpectatiſſimis nundinis: quibus ſimilia hæc noſtra eſſe cupimus. Quaſi verò non parua etiam apud magnos Hiſtoricos inueniantur. Quaſi illa, quæ nunc deſpiciuntur, non ſint poſt hanc ætatem maiora & grata apparitura. Quanti nunc faceremus: ſi portas Athenarum notatas haberemus? Præſentia non curamus: præterita rimamur auidi: bellis deſtructa, non ante deſcripta dolemus. Quaſi non illa parua, plurimis maximis compenſentur. Si etiam aliqua, minora videantur: ſemper tamen ineſt, aut vir nobilis, aut doctus, aut cætero quin honeſtus: aut locus aliquis, ſciri non indignus. Maiora & minora ſe mutuò ſuſtentant. Debet eſſe *ποικιλία*, varietas, in hiſtorijs: non minus, quàm in laudandi genere: intexendo ſcilicet (Cicerone partit. Orat. teſte) parua magnis, ſimplicia coniunctis, obſcura dilucidis, læta triſtibus, incredibilia probabilibus. Sicut videlicet ſertum ex floribus diuerſi generis contextum, magis delectat, quàm ex vnius. At perſonalia poni à me, ab aliquibus improbari poteſt, tanquã humile vel nimis particulare? Quaſi verò Hiſtorici non ſit, de perſonis ſcribere, ſeu indiuiduis. Philoſophi quidem ſunt *αἱ ἰδέαι*, abſtractæ à materia ſpecies: Hiſtorici verò, *τὰ μετέχοντα τῶν ἰδεῶν* (vt Ariſtoteles in problematis loquitur) illa, quæ materiam participant: videlicet ſingularia, vel perſonalia. In magno deniq; opere (ſi omninò hæc, aut alia, reprehenſio valere debeat) fas eſt aliquando obrepere ſomnum. Conſideretur totum Heſtheræ corpus coniunctè. Sic, formoſiſsimum apparebit. Non inſpiciatur ſolus naſus, aut digitus, eiuſdem Reginæ ſeparatim. Sic enim ſuam dignitatem amiſerit. De his, in præſenti ſatis. *Omne tulit punctum qui miſcuit vtile dulci.* Varietas & delectat, & prodeſt.

VMBRA QVAEDAM (LOCO PVRPVREI, LATIVS SPLENDENTIS, PANNI) EORVM: QVAE CONTINENTVR in prima Dodecade Sueuia.

LIB. I.

ORigo Sueuorum, iam inde à protoplaſtis. Reges ipſorum primi. Vetuſtiſsima genera Sueuorum, & eorum ſedes in Saxonia & circũm. Natura & mores ipſorum. Ab Anno ante natum Chriſtum 3963. vſque ad 56. ante eundem.

LIB. 2.

Tranſitus Sueuorum cum aliis populis in Italiam, & res ibi geſtæ. Roma ab illis capta. Duce Brenno Aliacum Romanis bella, nec non cũm alijs gentibus. Bellum Cimbricum, Teutonicum, & Tigurinum. Bellum inter C. Iul. Cæſarem, Ariouiſtumq́; Sueuorum Regem: & initium Romanæ Monarchiæ ſub hoc Cæſare. Inter Octauiani Auguſti Cæſ. Duces, & Germano-Sueuoſq́;, bella. De Sicambris & Francis. De Auguſta Vindel. & Auguſti Cæſ. ſtirpe. Ab anno ante Chriſtum 594. vſque ad 7. ante eundem.

LIB. 3.

Tiberius Nero in Germania. Maroboduus Sueuus. Quintilius Varius ab Arminio Cheruſco Sueuici generis cæſus. Tiberij & Germanici res geſtæ in Germanis. Præſidia legionum Rom. ad Danubium & Rhenum. Tiberius Nero, Cæſar: & ſub eo bella Germanici atq; Arminij. Bellum inter Arminium & Maroboduum. Cæſ. Caligula & eius res in Germania Sueuiaque geſtæ. Cæſ. Claudius, & res in Sueuis ſub eo factæ. Bellum Sueuicum ſub Nerone. Ab anno nati Chriſti 1. vſque 70.

LIB. 4.

Sub Imperatoribus Rom. Galba, Syluio, Vitellio, Veſpaſiano, Tito, Domitiano, Nerua, Traiano, Adriano, Antonino pio, Antonino Philoſopho, Vero Antonino, Commodo, Pertinace, Didio Iuliano, Sept. Seuero, Baſ. Caracalla, Macrino, Heliogabalo, Alex. Seuero, Maximinis, & Gordianis, plures res Sueuicæ; vt. Sidonis & Italici, atque Marcomannorum. De oppidis, Brigantio, Canſtadio, Calua, Tybinga, Auraco Marchiobadena, Hailpruna, Lauinga, Fœninga. Migratio Alemannorum vel Sueuorum, à Borea ad Danubium. Ab anno 71 vſque ad 246.

LIB. 5.

Imperatores, duo Philippi, Trebonianus & Voluſianus, duo Licinij: Inuaſiones Sueuorum, & aliorum Germanorum, in Aſiam, Italiam, Galliam, & Hiſpaniam. Triginta Tyranni in Imperio Romano. Imp. Fl. Claudius: ſub quo Gotthi & Alemanni cæſi. Imp. Aurelius Quintillus. Imper. Aurelianus, & eius geſta in Francos, Alemannoſque. Imperatores, Tacitus, Florianus, Probus. Sub Probo, Alemannorum in Galliam irruptio, & inde profligatio, Germaniq́; peruaſtatio. Sub Imper. Caro & collegis, prouinciæ Romanæ ab Alemannis vaſtatæ. Sub Imperio Diocletiani & collegarum, Alemanni in Gallia & alibi cæſi. Oppida Guntzeburgũ & Conſtantia. De Auguſtano Epiſcopatu. Ab anno 247. vſque ad 309.

LIB 6.

Imperium Conſtantinus Magnus adeptus ope Sueuorum. Franci, Alemanniq́; victi. Conſtantinopoleos origo, & Franconiæ Ducatus. Imperium filiorum trium Conſtantini, & Iuliani Apoſtatæ. Inde, diuiſio Imperij in Orientem & Occidentem. Chonodomarius Sueuus, in Gallia victor. Iuliani cum Alemannis bella, & victoria iuxta Argentoratum. Francorum clades, Oppida Alemannica: Vlma, Memminga, Campidunum, Iſna, & alia. Ab anno 310. vſque ad 366.

LIB. 7.

Imperium Iouiani, Valentiniani & Valentis. Irruptio Alemannorum in Rom. prouincias; cædes illatæ, & acceptæ. Sub Gratiano Imp. Franci & Saxones in Galliam inuadunt. Clades Alemannorum à Valentiniano & Gratiano. Ora Rheni & Nicri, ſeu Neccari, à Valentiniano munita. Bellum inter Rom. & Alemannos. Valentiniani II. Imperium. Lentienſiũ Alemannorum à Gratiano clades apud Argentariam, hodie Horburgum. Theodoſius Magnus Imp. Chriſtianiſmi ortus in Germania. Sub imperio Arcadij & Honorij. Sueuorum, Burgundionum, & aliorum, in Gallias & Hiſpanias irruptio. Regnum à Sueuis in Gallicia inſtitutum. Roma à Gotthis occupata. Theodoſij iunioris Imperium. A Francis Regnũm in Gallia condendum, atque adeò poſtea conditum. Valentinianus III. Imp. & Imperij Rom. decrementum: expeditione Attilæ cum Sueuis, alijſque Germanis, horribili, contra Valentinianum. VVimpina, Argentina, Conſtantia, Auguſta, VVirtembergia, Heluetia. Ab Anno 367. vſque ad 458.

LIB. 8.

Occidentis Imp. Maximus, & Orientis Fl. Leo: poſtea, plures. Romam Genſericus Vandalus capit. Hilderico, Francorum Regi, Rhetiæ Alemanni tributarij. Sueui ab Oſtrogotthis cæſi. Occidentis imperatores: Anthemius, Olybrius, Glycerius, Nepos: vltimus autem, Momyllus Auguſtulus. Proſtrato Occidentis imperio, Regnum Italicum exoritur: facto primo Rege Odoacre Herulo, Roma deditionem faciente. Ibi, quanta antehac fuerit imperij Romani amplitudo. Occuparunt Sueui & Francones, Tranſdanubianas & Tranſrhenanas Romanorum prouincias. Sueui ſanè, Rhætiam, & partes Heluetiæ. Hinc, ducatus Alemannici origo. Boij in Nariſcis. Theodoricus, cognomine Veronenſis, II. Rex Italiæ. Alemanni, ſiue Sueui, deuicti à Clodoueo Magno Franco, & in ſeruitutem redacti. Ducatus Alemannici progreſsio. Tigurum, pars Alemanniæ. Theodorico R. Alemanni ſubiecti. Ab anno 459. vſque ad 529.

LIB. 9.

Imp. Orientis, Iuſtinianus Magnus: à quo, libri & ſtudia Iuris. Poſt Athalaricum, Amalaſunthæ filium III. Italiæ Regem, Theodahatus IIII. R. Alemanni & Burgundiones in Italiam irruunt. Reges Gotthici Italiæ: Vitiges V. Ildoualdus VI. Araricus VII. Totilas VIII. Teias IX. & vltimus. Tum, Italia in Orientalis Imperij prouinciam redacta. Sueuorum Hiſpanienſium Rex. Theodomirus. Sueui aliquot, in Saxoniam reducti. A Longobardis, Sueuica gente, Italia occupatur: & I. Rex fit Alboinus. De Conſtantienſi Epiſcopatu. Inter Sueuos & Saxones, bellum ob partem Saxoniæ. Drotulæ Sueui facta, in Italia. Longobardorum Reges, Clepho II. Autharis III. Agilulphus IIII. De ciuitatibus Vlma & Yberlinga. Ab anno 530. vſq; ad 600.

LIB. 10.

Prærogatiua Rom. Eccleſiæ. Mahometus, Turcarum vates. Longobard. R. V. Adalualdus. VI. Arioaldus. VII. Rhotaris. VIII. Rhodoaldus: poſt quem, alij. Dux Sueuiæ, Vncilenus: deinde, alij. Augia diues Alemanniæ. Concionator Germanorum S. Bonifacius. Sangallenſis Monaſterij Abbates. Ab anno 601. vſq; ad 702.

LIB. 11.

Alemanniæ duces, Luitfridus & Eberhardus. Infelix conatus Sueuorum, eripiendi ſe ex ſeruitute Francorũ. Achalma. Sueuiæ caſtellũ. Lacus Podamici oppida. Abbates diuitis Augiæ, & cætera conditio ei⁹. Dilligẽſes comites. Danubij VVerda. Monaſteria, Fieſſenſe, Elvvangenſe, Buchaugienſe, Caczes, & Ottobyrenſe. Regum Longobardiæ vltimus, Deſiderius. Ab anno 723 vſque ad 770.

LIB. 12.

Carolus M. Franciæ & Germaniæ Rex. Dedente ſe illi deſiderio, ceſſat Longobardiæ & Italiæ Regnum. Campidunenſe Cœnobium in Algoia, & eius Abbates. Memminga, tunc Grynefurtum. Saxonum clades à Franconibus Alemanniſq́;. De Regina Hiltegarde. Geroldus, Sueuicus heros. Cœnobium VVeingartenſe.

Ab anno 771. vſque ad 800.

CLARIS-

Digitized by Google

CLARISSIMO DOCTISSIMOQVE VIRO, M. MARTINO CRVSIO: POLITIORIS LITERATVRÆ IN Schola Tubingenſi Profeſſori percelebri: domino, amico, & præceptori honorando. S.

FOrtè rogas, quid agam, & quarum rerum occuper vſu,
Ingenij Cruſi *lima probata mei.*
Scilicet ægra quidem medicando corpora tracto:
Et nunquam à tali penè labore vaco.
Sed me præcipuè hiſtoriæ expectatio Sueuæ,
Quam mihi feciſti nuper, & antè, tenet.
Illa meos ſenſus tantum non detinet vna:
Quodq́; modò incipio, hoc concomitatur opus,
Non hanc longa dies, non nox mihi finit opaca:
Et mecum in ſomno eſt huius imago frequens.
Vſq; adeo, vt videar te ſæpè vrgere, mouentem
Sponte tua, & promptas accelerare manus.
Quod tamen & volupe eſt, & delectabile menti:
Et me, vana licet, protinus vmbra capit.
Heus verò, quæ viſa mihi per ſomnia nuper:
Omen mox operi fortè futura tuo.
Nox erat, & medico me iam reuocarat ab vſu:
Cùm mea clam ſubijt lumina feſſa ſopor.
Quo vix ad media producto tempora noctis:
Excitor, atq; diu plurima verſo vigil.
Hîc, vbi de Sueuis iterum meditatio rebus
Incidit, ex operis ſpe renouata tui.
Nilq́; magis cupio, quam noſſe exordia gentis:
Et quondam forti facta patrata manu.
Nunc veteres ſedes, habitataq́; rura, requiro:
Illaq́; non noſtra hæc ſæpè fuiſſe puto.
Nunc animo fines complector qualibet omnes:
Haudq́; ſatis nota paſcor amore rei.
Interdum in priſcos ſcriptores inuehor: auſos
Multa tacere, mala hîc vel recitare fide.
Hæc vltrò citroq́; agitans indormio rurſus:
Et mecum in ſomnum præmeditata traho.
Ecce mihi aſpectum & longis venerabilis annis,
Obuenit antiquæ ſimplicitatis anus.
Obſtupeo primùm, & quæ nam ſit cogito mecum:
Iamq; rogaturus, quid ſibi vellet, eram.
Cùm mox illa prior dicta ſic orſa ſalute:
Sueuia *ſum, de qua multa ita quæris, ait.*
Sueuia *produxi quæ Martia pectora quondam:*
Et latè ex geſta re benè nota fui.
At nunc, neſcio quo fato, vileſcere cœpi:
Vt ſim cum meritis oblita pœna meis.
Inuida adhæc mihi præcones fortuna negauit:
Qui vellent iuſto me celebrare libro.
Appendix tantùm numeror: ſparſimq́; per omnes
Hiſtorias, membris ceu mutilata, legor.
Scilicet hæc mea conditio fuit hactenus: hicq́;,
Vt liquet ex habitus ſimplicitate, ſtatus.
Sed venit fortaſſe dies, qua læta nitorem
Rurſus cum merita laude videbo meum.
Dij modò conſeruent mihi charum Cruſium *alumnum:*
Qui te ornat ſtudijs, clara Tubinga, ſuis.
Ille mei pius & felix aſſertor honoris,
Iam cauſæ admouit, me niſi fallo, manum.
Hoc autore meum genus agnoſcetur auitum:
Et ſplendens priſca nobilitate decus.
Præſtantumq́; ferax heroûm dicar: & armis
Docta foris, pacis ſed ſtudioſa domi.
Tota ſub aſpectum veniam, circumq́; patebo:
Quantum ſe noſtri porrigat ora ſoli.
Tunc etiam ætatis rudis incunabula diſcam:
Et me mirabor tot potuiſſe pati.
Hîc vbi non rarò à noſtris bene geſta legentur:
Ac opera in Patriam præſtita fida ſuam.
Diuitias gaudebo meas audire: referta
Terra quibus cunctis eſt propè noſtra locis.
Et velut ex alto populos mea viſcera viſam:
Vrbeſq;, & ſi quid conſpicuum inde manet.
Flumina, ſyluas, & celſas in montibus arces:
Cæteraq́;, vnde tot hæc commoda vita capit.
Hæc, inquam, deſcripta ſuis Annalibus edet
Cruſius, *hiſtoriæ conditor ipſe meæ.*
Nec prius imponet finem. Quæ plura parauit
Dicere diſcuſſus, corpore ſomnus abit.
Illa tamen mecum memorans audita notaui:
Et, Cruſi, *charta ad te referenda dedi.*
Omen habes. Vir clare, tuo ne cede labori:
Sueuorum quem res impoſuêre tibi.
Inter quas etiam veniet mea Patria: Gentis
Metropolis calamo concelebranda tuo.
Ipſe Deus maturet opus, cœptumq́; ſecundet:
Detq́; breui impoſito fine videre. Vale.

VIII. Martij, An. CIↃ.IↃ.XC.

Tuus ex officio

Laurentius Gualtherus Kuechelius, Med. D. Imperialis vrbis Vlmæ Phyſicus.

DE EO-

DE EODEM MARTINO CRVSIO, SVE-uicorum Chronicorum auctore.

INnumeros nuper relegebam fortè libellos:
quos mihi Geſneri Bibliotheca dabat.
Dumq́; typis pulchris tot clara volumina miror:
dumq́; lego, quondam tot periiſſe libros:
O felix, dixi, quem nomen habere perenne
ingenii faciunt ſic monumenta ſui.
Protinus en priſci cujuſdam Regis imago
aſtitit ante oculos conſpicienda meos.
Antiqua genitum dicas de ſtirpe Deorum.
Talis erat tanti Regis in ore nitor.
Cæſariem flavus, roſeo pulcherrimus ore:
ex auro ornabat fulva corona caput.
Accinctus lateri fulgebat jaſpide fulva
enſis: & in dextra regia ſceptra manu.
Aureus à tergo clypeus pendebat in illo:
horrida tergeminus dividit ora leo.
Candida purpureo radiabant lumina vultu:
in nivea criſpus fronte capillus erat.
Auro inſignis erat, gemmis ornatus & oſtro.
In vultu quoddam numen ineſſe putes.
Obſtupui, mihi ſtantq́; comæ: vox faucibus hæ-
Protinus incurvo poplite flecto genu. (ret.
Eloquar, an ſileam, dubitq: vox deficit omnis:
lingua locuturo verba parata negat.
Id ſtupuiſſe videns me, me compellat amicis
dictis: ac placida talia voce refert.
Ille ego (ne timeas) primus Rex, Duxq́; paterq́;,
Sueuorum dicor: tu mea verba tene.
Sum quoq; Germanus: noſtro de nomine Suevi
nomen habent: quorum Rex ego primus erã.
Atque fuit genitor nobis GAMBRIVIVS ille.
Teutones huic primùm ſceptra dedêre viri.
Inſignemq́; comis auro impoſuêre coronam
Germani: SVEVVS nomine dicor ego.
Rex ego Suevorum meritò dicorq́; vocorq́;.
Surrexêre mea Suevica regna manu.

Nomina quid legis abſentum tituloſq́; librorum?
Quid juvat authores tot numerare bonos?
Si non ipſorum coràm quoque ſcripta revolvas?
GESNERVS tantùm nomina nuda notas.
Quin age, quæ moneo, devoto pectore ſerva.
Prodiit (ecce) novus quem tibi dico, liber.
Quẽ ſcripſit cura MARTINVS CRVSIVS omni:
notus in eois occiduiſq́; plagis.
Ille ſenex, notus gelidam quoque adusq; Pyrenen:
Odryſioſq́; ſenex cognitus uſque locos.
Qui docet æterna multos cum laude Magiſtros:
oreq́; prædulci verba Pelaſga loqui.
Ad vitreos Nicri fluctus, qua tecta Tubingæ
fulgent, & claris pulpita plena viris.
CRVSIVS ille meus, tam clari fama Lycæi,
noſtro perpetuò pectore fixus erit.
De flavis ſcripſit præclara volumina Suevis:
quos acreis Suevos Naſo Poëta vocat.
In quibus ornatè Suevorum facta recenſet:
& mea tam nitido ſceptra vetuſta ſtylo,
Hoc lege (te moneo) vigilante labore volumen:
Cuncta Suevorum quod tibi geſta refert.
Invenies illis Annalibus eruta priſcis:
quæ prius in nullis ſcripta fuere libris.
Totius Europæ (niſi me ſententia fallit)
facta recognoſces, prælia, Regna, Duces.
Priſca reviviſcunt Suevorum regna meorum:
Splendidus in toto ſcilicet orbe legar.
Ergo Cruſiacum clareſcet utroq; ab axe
Nomen: & ingenuus ſcandet ad aſtra labor.
Hæc Gambriviades mecum ſic ore locutus,
dixit: & inventos ipſe ſolutus abit.
Hæc tibi me, CRVSI, juſſit Gambrivia proles
ſcribere: tu Suevi percipe dicta Ducis.
Mactè ſenex, CRVSI, ingenio, virtute, labore.
I, tua te virtus quò vocat illa. Vale.

Carolus Chriſtophorus Beierus Spirenſis, Scholæ Phorcenſis Rector. 1595.

THOMAS MORVS,

Illuſtris quondam & doctiſſimus Anglus, in præfatione ad Petrum Ægidium, de ſua Vtopia.

TAm varia ſunt palata mortalium: tam moroſa quorundam ingenia: tam ingrati animi: tam abſurda judicia: ut cum iis haud paulò felicius agi videatur: qui jucundi atque hilares genio indulgent: quàm qui ſenes macerant curis: ut edant aliquid, quod aliis, aut faſtidientibus, aut ingratis, vel utilitati poſſit eſſe, vel voluptati. Plurimi literas neſciunt: multi contemnunt. Barbarus ut durum reiicit, quicquid non eſt planè barbarum. Scioli aſpernantur, ut triviale, quicquid obſoletis verbis non ſcatet. Quibuſdam ſola placent vetera: pleriſq;, tantùm ſua. Hic tam tetricus eſt, ut non admittat jocos: hic tam inſulſus, ut non ferat ſales, &c.

AVTORES IN HAC PRIMA PARTE CITATI.

A.

ABrahamus Ortelius.
Adolphus Occo.
Ado. Viennenſ. Archiepiſcop.
AEgidius Tſchudus.
AElius Lampridius.
AElius Spartianus.
Agathias Smyrnæus.
Albertus Krantzius.
Aluarus Gometius.
Amadis Gallicus.
Amalaſuntha Regina.
S. Ambroſius.
Ammianus Marcellinus.
Andreas Alciatus.
Andreas Althamerus.
Anna Comnena.
Annal. Regum Francorum Benedictini (Monachi.
Annonius.
Antonij Auguſti Itinerarium.
Antonius Boſinius.
Appianus Alexandrinus.
Ariſtoteles.
Arrhianus.
Athenæus.
Aulus Gellius.
Aurelius Prudentius.
Aurelius Victor.

B.

Baptiſta Platina.
Βασιλικὰ Iuris.
Baſilius magnus.
Beatus Rhenanus.
Bella Panegyriſta.
Benjaminus Tudelenſis.
Beroſſus Chaldæus.
Bilibaldus Birckheimer.

C.

C. Solius Apollinaris Sidonius.
Calendarium, nempe Legenda Sancto-(rum Græca.
Callimachus Poëta.
Campidonenſis liber M. Scr.
Carolus Sigonius.
Caſpar Bruſchius.
Caſpar Peucerus.
Centuriæ Eccleſiaſticæ.
Chriſtianus Vrſtiſius.
Chronicon vulgaris L. Græcum.
Cl. Claudianus.
Conradus Peutingerus.
Conſtantinus Manaſſes.
Cornel. Tacitus.
Curopalates.
Cyriacus Spangenberg.

D.

Decius Auſonius.
Dio Caſsius Nicæus.
Diodorus Siculus.
Dionyſius Afer.
Dionyſius Halicarnaſſenſis.

E.

Eginhardus.
Eobanus Heſſus.
Epigrammata Græca.
Eraſmus Roterodamus.
Euripides.
Euſebius Pamphili.
Eutropius.

F.

Flauius Vegetius.
Flauius Vopiſcus.
Franciſcus Irenicus.
Franciſcus Tarapha.

G.

Galenus Medicus.
Gaſparus Bruſchius.
Georgius Cedrenus.
Georgius Fabricius.
Georgius Spalatinus.
Georgius VVidemannus.
Gilbertus Genebrardus.
Gobelinus.
Gottfridus Viterbienſis.
Gregorius M. Papa.
Gregorius Turonenſis, & Appendix.
Guilielmus Tyrius.
Guilielmus Xylander.

H.

Henricus Bebelius.
Henricus Glareanus.
Henricus Oſterdingenſis.
Henricus Pantaleon.
Hermannus AEdituus.
Herodianus.
Herodotus.
S. Hieronymus.
D. Hilarius.
Homerus.
Horatius.
Hubertus.
Huldrichus Mutius.

I.

Iacobus Schopper.
Iacobus Spiegelius.
Iacobus de Strada.
Iacobus VVimphelingus.
Ioachimus Camerarius.
Ioannes Auentinus.
Ioannes Baleus.
Ioannes Baſilius Heroldus.
Ioannes Boccatius.
Ioannes Chryſoſtomus.
Ioannes Funccius.
Ioannes Langus.
Ioannes Magnus, Gothicus Hiſtoric.
Ioannes Nauclerus.
Ioannes Pomarius.
Ioannes Stumpfius.
Ioannes Tritenhemius.
Ioannes Tzetzes.
Ioannes Vaſæus.
Ioannes Xiphilinus.
Ioannes Zonaras.
Iodocus VVilichius.
Iornandes Alanus.
Ioſephus Hiſtoricus Iudæus.
Irenæus, Epiſcopus Lugduni.
Iſidorus.
Iulianus Apoſtata.
Iulius Cæſar.
Iulius Capitolinus.
Iuſtinus Hiſtoricus.
Iuſtinianus M. Imperator.
Iuuenalis.

L.

Lactantius Firmianus.
Leander.
Lucanus.
Lucianus.
Lucius Annæus Seneca.
L. Florus.
Ludouicus Arlouiſtus.

M.

Magnus Aurelius Caſsiodorus.
Marcus Antonius Philoſophus.
M. Terentius Varro.
M. Tullius Cicero.
Marianus.
Martinus Lutherus.
Matthæus Mareſcalcus Bappenhemius.
Matthæus Maria Boiardus.
Matthias à Michou.
Menander Poëta Comicus.

N.

Nazarius Panegyriſta.
Nicephorus Calliſti.
Nicolaus Olahus.
Nonnus Panopolitanus.
Noticia Orientis & Occidentis.

O.

Onoſander.
Onuphrius.
Oppianus Cilix.
Ouidius.

P.

Paulus Diaconus.
Paulus Oroſius.
Paul. Roſſus Florentin.
Petrus Appianus.
Petrus Crinitus.
Petrus de Natalib.
Petrus Gyllius.
Philipp. Melanthon.
Philo Iudæus.
Philoſtratus.
Plin. Cæcilius.
Plinius Secund.
Plutarchus.
Poggius Florentin.
Poliænus.
Polybius.
Pompon. Lætus.
Pomponius Mela.
Procopius.
Ptolemæus.

Q.

Quintus Curtius.

R.

Raimundus.
Rhegino Abbas.
Robert. Gaguinus.
Rodericus Toletanus.

S.

Sacra Biblia.
Sebaſtianus Francus.
Sebaſtian. Munſterus.
Sextus Pompeius Feſtus.
Sidonius Apollinaris.
Sigebert. Gemblacenſis.
Simon Eiſenus.
Sophronius.
Stephanus de Vrbibus.
Strabo.
Suetonius.
Suidas.
Symberti vita.

T.

Theatrum vrbium.
Theodoretus.
Theodoricus Oſtrogotthus.
Theodoſius Melitenus.
Theophraſtus Græcus.
Thomas Lirer.
Thucydides.
Tibullus.
Titus Liuius.
Trebellius Pollio.
Turpinus Epiſcopus.

V.

Velleius Paterculus.
Vincentius Gallus.
Vincentius Lupanus.
VVolfgangus Iobſtius.
VVolfgangus Lazius.

Z.

Zoſimus.

SVEVI.

SVEVICORVM ANNALIVM LIBER I.

PARTIS PRIMAE:

MARTINO CRVSIO, GRÆCÆ ET LATINÆ LINGVÆ IN ACADEMIA TVBINGENSI PRO-feſſore, & Hiſtorico, Autore. Die 3. Iulij, M. D. LXXXIX.

σὺν θεῷ.

DEDVCTIO SVEVICÆ GENTIS A PRIMA origine, primiq; eorum Reges.

CAPVT I.

DESCRIPTVRVS NOBILISSIMVM POPVLVM Sueuicum, *non minus mihi à primis humani generis conditoribus incipiendum exiſtimo: quàm aliarum nationum ſcriptores fecerunt. Nam æquè clarus, ordineq́ procedens, ac quorumuis aliorum populorum, ortus* Sueuorum *eſt. Res ſic ſe habet.*

ADAMVS, creatus à DEO OPT. MAX. 1.

anno Mundi 1.

ante natum Chriſtum 3963.

obijt annorum 930.

Adam, rubrum ſignificat: quia ex rubida terra creatus. Quo violatione præcepti Dei (de non comedendo fructu interdicto) in peccatum lapſo: omnes eius poſteri, ſunt Adami, id eſt, peccatores: atq; in terram redeunt vnde ſunt ſumpti: Sed & æternum, quantum in ipſis moriuntur. Cur ergo, ô homo, faſtu inflaris? Cur ita ſecurè peccas? Mors tibi certa eſt: Hora mortis, incerta. Poſtea iudicium Dei. Si tamen fide nixus in ſtatim tunc promiſſum, & longè pòſt exhibitum, ſemen mulieris laudatum (in Chriſtum ex Maria natum virgine) ex præſenti vita diſcedis: ſalus tibi æterna parta eſt. Sin minus: perijſti. Quocunq; in loco lignum ceciderit: ibi manebit, Eccleſiaſtæ, 11.

Conditio Adami, & poſterorum.

Eccleſia doctrina.

SETHVS, natus ex Adamo & Heua, anno Mundi 130. 2.

ante Chriſtum 3833.

obijt annorum 912.

Pius, & ſuorum diligens educator ad pietatem. Hoc parentum officium eſt: ne ab eis liberi, tantùm peccatum & mortem hæreditate conſequantur.

Educatio liberorum.

Heua, *vita, mater omnium viuentium.*

Ea Sethum ſic nominauit (poſitum) quòd ſibi hunc loco Abeli, à Caino interfecti, Deus repoſuiſſet. Dei donum, liberi. Ergo, benè educandi.

ENOS, natus anno mundi 235. 3.

ante Chriſtum 3728.

obijt annorum 905.

Enos, ærumnoſus homo. Talis eſt homo per ſuam vitam, Iob. 14. Quærat ergo alteram & meliorem vitam.

Digitized by

Eccleſia propagatio. *Enoſi (vt & patris Sethi) tempore, inuocatum eſt nomen Domini: nempe prædicato Euangelio de ſemine mulieris: quod Deus mox Adamo poſt peccatum eius, in Paradiſo promiſerat. Quæ doctrina omnes homines, poſtea latuit (præter gentem Hebræam, peculiariter à Deo electam: ex qua Chriſtus naſceretur) donec, ſemine hoc exhibito, Euangelium per Apoſtolos toti Mundo prædicatum fuit.*

4. *KENAN, natus anno Mundi 325.*

ante Chriſtum 3638.

obijt annorum 910.

Filij Dei. *Kenan, hæres, poſſeſſor.* Qui in filium Dei (τὸν θεάνθρωπον) credit: filius & ipſe Dei eſt, Iohan. 1. Si filius: etiam hæres Dei, & cohæres Chriſti: cum quo & pati crucem oportet, vt gloriæ eius ſocij ſimus. Rom. 8.

5. *MAHALALEEL, natus anno Mundi 395.*

ante Chriſtum 3568.

obijt annorum 895.

Laudetur Deus. *Mahaleel, laudator Dei.* Lauda anima mea Dominum: Pſallam Deo meo, quamdiu ſum. Pſalmo 146.

6. *IARED, natus anno Mundi 460.*

ante Chriſtum 3503.

obijt annorum 962.

Peccatũ & Diabolus vitantur. *Iared. dominator.* Peccatum & diabolus pijs non dominantur, ſed ipſi, his: nihil damnationis eſt illis: qui in Chriſto Ieſu ſanctè ambulant. Rom. 8.

7. *HENOCH, natus anno Mundi 622.*

ante Chriſtum 3341.

Reſurrectio mortuorum. *Henoch, dedicatus Deo. Translatus eſt annorum 365. à Deo in cælum: vt, quamuis Abelus ab impio fratre Caino occiſus eſſet: reſurrectio tamen corporum ab interitu futura, ob conſolandum de morte piorum hominum, ſignificaretur.* Ἐνὼχ, πρῶτος ἔμαθε γράμματα· καὶ ἔγραψε σημεῖα τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τὰς τροπάς, καὶ τοὺς μῆνας. *Henochus, primus ſtudijs literarum & Aſtronomiæ operam dedit. Scholijs manuſcriptis in Geneſin.*

8. *MATHVSALAH, natus anno Mundi 687.*

ante Chriſtum 3276.

obijt annorum 969.

Mors pia. *Mathuſalah, ſuam mortem poſtulans.* Nunc dimittis ſeruum tuum, Domine, cum pace: quia oculi mei viderunt ſalutare tuum: lumen ad reuelationem gentium, & gloriam populi tui Iſraëlitici. Luc. 2.

9. *LAMECHVS, natus anno Mundi 874.*

ante Chriſtum 3089.

obijt annorum 777.

Chriſti humilitas. *Lamech, pauper, humiliatus.* Figura Chriſti fuit: qui Philip. 20. Cùm in forma Dei eſſet (homo ἰσόθεος) ſe vſq; ad mortem crucis humiliauit: ideoq; à Deo patre ὑπερυψώθη, ad ſummam gloriam euectus eſt. Ergo & nos humiliemur, vt exaltemur.

10. *NOAH, natus anno Mundi 1056.*

ante Chriſtum 2907.

Diluuium. *Diluuio, quo omne mortalium genus propter ſcelera ſua à Deo deletum eſt, cum tribus ſequentibus filijs ſuis interfuit, ſolus cum eis & nauibus conſeruatus, anno Mundi 1656.* ὁ τοῦ νῶε πρόοδος *(inquit Philo)* ἐξομοιοῦται τῷ πρώτῳ γηγενεῖ: ὡς ἀρχὴ συστάσεως δευτέρου κόσμου.

Noa, alter Adamus. *Noa, ex nauigio ſe conſeruante, poſt inundationem egreſſus, alter quidam Adamus eſt, & noui Mundi initium.*

Obijt annorum 950, anno Mundi 2006. Noah, quies. Iuſtificati ex fide, pacem habemus ad Deum, per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Rom. 5.

Patres primæ ætate cur longæui fuerint. *Hi patres ideo tam longæui fuerunt (teſte Ioſepho 1.* ἀρχαιολ. *4) quòd* θεοφιλεῖς *erant. pij, & Deo chari: deinde,* τροφὰς ἐπιτηδειοτέρας *habebant, cibos ſalubriores: deniq;, ad inueniendos ſcientias, & docendas, Aſtronomiam ac Geometriam, longior eis vita diuinitùs conceſſa fuit.*

Noah Ianus, & Tethyra Cybele. *IAPHET, SEM, & CHAM, Nohæ filij. Hi ſunt nati anno Mundi 1556. & 1558. & 1560. ex Noah, & Tethya magna: quorum ille, dictus eſt* Ianus *bifons (duo enim ſecula vidit) nec non Cluſius & Patulcius, Chaos, ac ſemen Mundi: hæc, opis, Cybele, Veſta (Eſta, ignis;*

ignis: docens puellas, ignem ſacrorum ſempiternum ſeruare, vt volunt) & Aretia, id eſt, terra:
in qua Chaos ſemen poſuerit, homineſque inde produxerit. Trium filiorum horum vxores nomi-
nantur Noëla, Pandora, & Noëgla, apud Chaldæum Beroſſum (Βήρωσσον *Ioſephus ſcribit) qui*
circiter 330. *ante Chriſtum, tempore magni Alexandri, vixit: quem ſæpius in ſua* ἀρχαιολογία *Io-*
ſephus citat, vt hiſtoricum fide dignum. Eius verò ſcriptoris, nos tantùm Epitomen habemus:
nec pertingentem vſque ad Nabuchodonoſorum Babyloniæ Regem, de quo Ioſephus libr. 10.
cap. 11. *locum ex Beroſſo citat. Attamen locus, quem libr.* 1. ἀρχαιολ. 4. *ex eo adducis (de naui*
Noæ, quæ in vertice montis Gordiæi quieuerit) extat in Epitomes Beroſſi lib. 1. *vt non ſit hic*
Auctor, fabuloſus, nec confictus: ſicut Beatus Rhenanus lib 1. *Germaniæ ait. Breui poſt di-*
luuium (ſemper geminis naſcentibus, mare & fæmina: & bis rurſus, binos partu liberos gignen-
tibus) hominum genus in immenſum fuit auctum: ideoque coloniæ à Noah, quoque verſus dedu-
ctæ ſunt. A Semi *poſteritate, per Abrahamum, & huius poſteritatem, deſcendit (quoad hu-*
manam naturam) Chriſtus. Sed nos, quibus origo Sueuicæ *gentis propoſita eſt, cæteris Noah,*
filijs omiſſis, Iapheti *progeniem perſequamur.*

Beroſſus quo tempore vixiſſet.

Beroſſi auctoritas.

Humanum genus, poſt diluuium quanta diuina virtute & potentia ſit auctum in immenſum.

Iapheti (*quod vocabulum dilatationem ſignificat) filius,* G O M E R *fuit: à quo, initiò* 12.
omnes habitatores terræ, à palude Mæotide, vſque ad Oceanum occidentalis Germaniæ, trans
Danubium plantati, Cimmerij dicti fuerunt. Vnde, Cimbri: id eſt, pugnaces. Euaneſcet de-
inde in Iapheti poſteris, doctrina de venturo ſemine mulieris inclyto: ſuccedentque
idololatricæ tenebræ, & vmbra mortis Ethnicorum: remanente tantum apud Semia-
nos & Abrahamæos, luce Euangelica. *Hic* Gomer, *anno ab orbe Condito* 1798. *ante Chri-*
ſtum 2166. *colonias in ea regione, quæ poſtea Italia dicta eſt, conſtituit. Docuit more Schythico,*
vnde venerat, Italos vrbem, curribus componere. Ideo Veij appellati ſunt, vocabulo Sago
(Armenio) quia Vejas, plauſtrum vocant. Scythæ idem ſunt, quod γαλακτοφάγοι καὶ τυρο-
φάγοι: *qui lacte & caſeo veſcuntur. Vocatur Gomerus Gallus à Beroſſo: cuius poſteri, Galli*
nominati ſunt.

Cimmeri & Cimbri, vnde.

Idololatriæ origo.

Gomerus.

Veij, vnde dicti.

Scythæ.

Galli vnde dicti.

Gomero, *natus eſt* A S C E N E Z, *vel Aſcenao (vnde nomen Aſcanius) qui &* T V I- 13.
S C O N *dicitur: Tuiſconum, hoc eſt, Germanorum primus Rex: viuens anno Mundi* 1794.
ante Chriſtum 2170. *quem penes cum ſuis, ex Babylonica confuſione linguarum, Teutonica*
lingua poſtea manſit. Eius poſteritatem Noah (à vocabulo Hebræo Iain, vino inuento, Ianus
appellatus) ſibi adoptauit: ipſum autem, Regem Sarmatiæ fecit, à Tanai ad Rhenum. Hic
Tuiſcon *Scythas Sarmatas, apud Rhenum, ante Chriſtum* 2054 *legibus & cultu diuino for-*
mauit: Vnde Tuiſcon nominatus eſt: quaſi Deutsbott *Teutes, (inquit in Saxoniæ Chronicis*
Cyriacus Spangenberg.) id eſt, Dei nuntius, interpres. Ab eo Haſſi & Saxones nomen habere
videntur. Sarmatiam & Germaniam tenuit. Sedes eius fuiſſe perhibetur Tuitienſe oppidum
(Teutſch *) apud Coloniam Agrippinam: vt inquit Gaſparus Bruſchius in Tuitienſi Monaſte-*
rio. Obijt Tuiſcon 1964. *anno Mundi, ante Chriſtum* 2000. *Cùm plus annos* 170. *regnaſſet. Di-*
citur 16. *literas inueniſſe: non modò Tuiſconibus, ſed etiam Græcis, vſitatas:* Α Β Γ Δ Ε Ι Κ Λ Μ
Ν Ο Π Ρ Σ Τ Υ.

Tuiſcon 1. *Rex Tuiſconum.*

Tuiſcon, à quo Teutones Scythæ, Sarmatæ populi, legib. ac cultu diuino informati.

Haſſi & Saxones, vnde dicti.

Tuitienſe oppidulum.

Alphabeti 16. *literarũ inuentor.*

Tuiſconis *Filius* M A N N V S, *Rex Tuiſcorum* 2. *patri hic anno ante Chri-* 14.
ſtum 2000. *ſucceſſit: anno* 6. *Semiramidis, Aſſyriorum Reginæ: &* 15. *ætatis Abrahami anno:*
hæres. Vnde dici ſolitum eſt de fortibus & inuictis viris: Das iſt ein Mann/ *Hic eſt vir. De*
hoc etiam ortum exiſtimatur nomen Alemannorum *& Germanorum: quaſi dicatur,* Alle
Mann/ *omnes viri fortes: &* Gar Mann / *toti vel omnino viri. Hinc, & alia verba compo-*
ſita: Bidermann/ Ackermann/ Edelmann/ Rebmann/ Kriegsmann. Manno *inter alios*
filios, etiam vnus fuit nomine Treuir: qui vrbes ad Rhenum & Moſellam ædificauiſſe dicitur.
Treuerim, etſi alij conditorem faciunt Trebetam, Nini & Semiramidis filium) Moguntiam,
VVormatiam, Spiram, Argentinam, Baſileam, Metim. Fertur prima Germaniæ ciuitas Tre-
ueris circa annum ante Chriſtum 1948. *condita, tempore Abrahi.*

Mannus 2. *Rex Tuiſconum.*

Allemannorum & Germanorum nomen, vnde.

Treuiru, Moguntia, VVormatia, Spira, Argentina, Baſilea, Metu, ciuitates, à quo conditæ.

Manno *natus* I N G Æ V O N, *Tuiſconum Rex* 3 *anno orbis conditi* 2037. *ante Chri-* 15.
ſtum 1927. *Hic, patre adhuc regnante, Satronis Celtarum Regis exemplo, Scholas Tuiſconibus*
inſtituit: vt iuuentus à ferocia, ad meliores mores traduceretur. Regnauit circiter 37. *annos:*
Tuiſcones in Religione & philoſophia erudiens annum in æſtatem & hyemem diuidens: ſui gene-
ris homines Canonizans, id eſt, conſecrans, inter Deos referens: auum ſcilicet ſuum Tuiſconem, &
matrem eius Nertham (terram) itemq́ patrem ſuum Mannũ, & matrem eius Sunnam: de quorum

INGAEVON 3. *Rex Tuiſconum.*

Schola apud Tuiſcones, à quo inſtituta.

Digitized by Google

Sonn vnnd Mond vnde nomen habeant.
Freytag dies Veneris, vnde dict᷑.
Sodoma, & vicinæ ciuitates, igne cæleſti combuſta.

duorum nominibus, luminaribus magnis Soli & lunæ, nomina Sonne & Mond indidit. Sic & ipſe à poſteris, in numerum Deorum relatus fuit: tanquam Dei nuntius, ſiue Mercurius, dator ſapientiæ & eloquentiæ: ac Carminibus (Rythmis) celebrari ſolitus eſt ad poſteritatem: cùm aliud memoriæ genus in Germania nō eſſet. Vxor autē eius Pfreia, pro Venere, cōiugij præſide, à Tuiſconibus culta eſt, & de nomine eius dies Veneris, Freytag nominatus. Regnante ipſo, Sodoma, & ſociæ ſcelerū ciuitates, anno ante Chriſtū 1916. igne cæleſti conflagrarunt. Eiuſdē tempore, mulieres Amazones in Africa tumultuabantur: quæ ne in Hiſpaniā, & vltrà, tranſirent, Ingæuon prouidit.

Iſtæuon 4. Rex Tuiſconum.
Abrahamus quando obierit.

16. ISTÆVON, Ingæuonis filius, Rex Tuiſconum 4. circa annū Mundi 2074. ante Chriſtum 1890. Hic populo ſuo, pro Marte habitus eſt: & plerunq; ob fines tutandos, ad Rhenū habitauit. Vnde nō immeritò Iſtæuon dictus videtur, quaſi Euſſereſt woner. Hoſtes, præſertim mulieres Amazones, fortiſſimè depuliſſe fertur: diligentiſſimè fluminibus Rheno & Danubio cuſtoditis. Obijt Iſtæuon eodem anno, quo Abrahamus: nempe 2124. Mundi, ante Chriſtum 1840. cum 50. anno regnaſſet: & in numerum Deorum adſcriptus eſt.

Hermion 5. Rex Tuiſconum.
Militaris diſciplina.
Animarum immortalitas, primùm credita.
Hermanswagen, vnde dictū.
Hermansheim oppidum, conditum.

17. HERMION, ſeu Herminon, ſiue Hermannus, Iſtæuonis filius, 5. Rex Tuiſconum. Qui, bellis externis patre occupato, ipſe interim Regno præfuit, circiter 2123. Mundi. Inſtituit, vt non ſolùm viri, ſed etiam mulieres militiam ſequerentur: docens ipſos diſciplinam militarē: quam etiam ad pueros & poſteros tranſmittendam eſſe cenſuit. Mulierum erat (vt apud Cornelium Tacitum, aliosq; eſt) cibos comparare: vulnera exugere, obligare, ſanare: prælio inſtante, in proximo ſtare cū pignoribus: vnde vtrorumq; vlulatus & vagitus ad confirmandos bellantiū animos, audiri poſſet.

Tunc credebatur, animas eſſe immortales: & milites, qui ſe præclarè in hac vita geſſiſſent, in cælo honeſtiſſima loca conſecuturos. Sidus Vrſæ, Hermanswagen appellatum fuit: ἀπὸ τοῦ ἑρμάνου ἅμαξα: quia is credebatur poſt mortem ibi reſidere ac ſuos Tuiſcones tueri. Singulis annis, aliquot millia emiſit militatum: cæteris domi agros colentibus, & illis victum ſuppeditantibus: quibus è militia reuerſis, alia millia emiſit: vt ſic & agricultura, & militia vigeret. Ab eodem, oppidum Hermansheim eſt ædificatum: quæ iam vrbs Ratisbona eſt. Rexit Tuiſcones ad 63. annos.

Carminum, Muſicæ, & chorearum, inuentor.
Bardi qui, & vnde dicti.
Druides qui fuerint.

Eius tempore apud Celtas regnabat Bardus: inuentione carminum, & Muſicæ, & chorearum, apud eos inclytus. De huius Bardi nomine (Ehrwirdig) priſcorum Germanorum Sacerdotes, Bardi nuncupati fuerunt. Erat etiam apud Gallos, ſacerdotum collegium, qui Druides vocabantur. Hi erant Phyſiologi: & victimis humanis Deos placabant, mala auertebant, victorias ſperabant, animas immortales ſtatuebant. Iidem, de omnibus controuerſijs, publicis priuatisq;, conſtituebant. Ad eos magnus adoleſcentum numerus, diſciplinæ causâ concurrebat: vt eſt apud Iul. Cæſarem lib. 6. de bello Gallico: Nomen à δρυὸς (quercu) habebant: quia nihil viſco querno (quod inuentu rarum eſt) ſacratius apud eos erat: nec vlla ſacra, ſine fronde roboris conficiebant. Nam etiam ideo roborum eligebant lucos: & quicquid adnaſceretur illis, è cælo miſſum putabant: ſignumq; eſſe electæ ab ipſo Deo (Ioue) arboris. Plin. lib. 16. cap. vltimo. Sic trugen fünffzecket Holtzſchuh an: So man noch Druddenfuß heiſt. Auent. libro Bauariæ, id eſt, Germanico. In latino verò opere, vocat philoſophicum calceamentū, figurâ Mathematica. Intelligo πεντάγωνον ὑπόδημα, quinq; angelorum calceamentum. Poſtea ab Imp. Tiberio, omni Gallia exacti, ſyluâ ipſorū ſuccisâ, trans Rhenū in Germaniā fugerunt. in ſyluis, ac ſub quercubus, de natura rerū & Deorū Philoſophātes.

Druddenfuß.

Marſus 6. Rex Tuiſconum.
Dietmarſi, vnde dicti.
Ceruiſiæ inuentor, Oſiris.

18. Hermioni ſucceſſit filius MARSVS, 6. Rex Tuiſconum, circa 2188. annum Mundi, ante Chriſtum 1776. tempore Iacobi Patriarchæ, cum Lea & Rachela nuptias celebrantis, Regnauit circiter 46. annos. Marſi autem Septentrionalibus Germanis, locus Paluſtris eſt. Vnde, qui talia loca incolunt, Marſi dicti ſunt: addito prænomine & alia & alia occaſione. Nomen ab eo habent Dietmarſi, Stormarſi, & alij. Ad eum quodam tempore venit Rex Ægypti Oſiris (qui & Apis & Serapis) cum vxore ſua Iſide (quæ exponitur, Terra) docens Germanos ceruiſiam (non enim vineas colebant nec vinum ad ſe importari ſinebant: exiſtimantes, vino effœminari animos, & ad iners otium deduci) coquere ex hordeo, lupulo, & alijs herbis.

Ferri fabricatura, ac frugum inuentio.
Hercules Libyus.
Iſis, de ſeſe.

Item, ferrum fabricare, agros colere ſegetes metere, frumentum molere, pinſere: & mederi morbis. Ab Iſide itaq; verba ſunt, Eiſenſchmiden / & Eiſenkraut: vt ait Auentinus. Redierunt poſt gigantes in Italia debellatos, in Ægyptum. Oſiride autem à Typhone, & alijs gigantibus, occiſo: Iſis iterum in Germaniam venit, cum Filio Hercule Lybio, ad Regem Gambriuium: itemq;, hoc filio mortuo, ad Regem Sueuū: rurſum victus parandi artes docens. Vixit ipſa ad 400. annos. Dicunt porrò anno Mundi 2219. ante Chriſti. 1745. Oſiris & Iſis in ſuis Epigrammatibus (lib. 1. Diodori Siculi) de ſe, inter alia ſic. Iſis: ἐγώ εἰμι γυνὴ καὶ ἀδελφὴ Ὀσίριδος βασιλέως: ἐγώ εἰμι ἡ πρώτη καρπὸν ἀνθρώποις εὑροῦσα. Ego ſum vxor & ſoror Oſiridis Regis: ego ſum illa, quæ prima fruges hominibus inueni. Oſiris dicit: οὐκ ἔστι τόπος τῆς οἰκουμένης, εἰς ὃν ἐγὼ οὐκ ἀφῖγμαι: διαδοὺς πᾶσιν, ὧν ἐγὼ εὑρ-

γέτης

γέτης ἐγενόμην. *Non eſt locus in orbe, quò ego non venerim: communicans cum omnibus ea, quorum ego beneficus inuentor extiti. De ceruiſia Plinius lib. 14. cap. 22. Ægyptus quoq;, inquit, è fruge ſibi potus excogitauit: nullaq; in parte Mundi ceſſat ebrietas. Heu mira vitiorum ſolertia. Inuentum eſt, quemadmodum aqua quoq; inebriaret.*

Ceruiſia.

Callatiæ Hiſpan. in quadam columna. Libro Inſcriptionum Vetuſt.

Iſidis Inſcriptio.

EGO IS IS SVM. ÆGYPTI REGINA. A MERCVRIO ERVDITA. QVÆ EGO LEGIBVS STATVI, NVLLVS SOLVET. EGO SVM OSIRIDIS. EGO SVM PRIMA FRVGVM INVENTRIX. EGO SVM ORI REGIS MATER. EGO SVM IN ASTRO CANIS REFVLGENS. MIHI BVBASTA VRBS CONDITA EST. GAVDE GAVDE ÆGYPTE. ME NVTRISTI. 19.

Marſi *filius GAMBRIVIVS, vel Cimber* (Kämpffer) *7. Rex Tuiſconum factus eſt circiter 2234. Mundi, ante Chriſtum 1730. (tempore Ioſephi Iacobidæ, è carcere ad proximam ab Ægyptio Pharaone dignitatẽ educti vir ferocis animi: plerumq; Cimbricæ Cherſoneſi (nunc Daniæ) habitator. Idcirco de nomine eius, Cimbri (aliàs Cimmerij) & eius milites,* Kämpffer/ *vocati ſunt. Regnauit circiter 44. annos: valde regnũ amplificauit (nam à Rheno in Aſiam vſq; arma ferens, Tyrannos occîdit) vxorẽ nomine Iſidem habuit. Eum etiã inuiſit Hercules Libyus (qui Typhonẽ Buſiridẽ, alios Tyrannos, interfecit) matre ſua Iſide, ſingulariter Tuiſconibus fauente, comitatus.*

Gambriuius 7. Rex Tuiſconum. Cimbri & Cimmerij, vnde dicti. Kämpffer/ id eſt, milites, vnde dicti. Typho. Buſiris.

SVEVVS, Gambriuij filius, 8. Rex Tuiſconum, anno Mundi 2278. ante Chriſtum 1686. Regnauit hic 46 annos. Nomen habere fertur à verbo Schweben/ *vel* vmbſchweiffen: *quod circumuagari, ſiue circumproficiſci, ſignificat: quòd ille regiones Regni ſui diligenter obiens, bonis legibus & diſciplina temperauerit. Ab eo,* Sueuorum *populus, tunc in Germania maximus, Regiq; huic ſubiectus, nomen accepit: qui populus & ipſe facilè locum mutabat, propter tenuitatem victus: & quòd agros non coleret, nec fructus reconderet: vt Strabo lib. 7. inquit. Ideo ipſis quoq;* Sueuis, *nomen à* Schweiffen *(more Numidarum, hinc inde errando) competebat. Ab Iſide tamen quæ & hunc Regem inuiſerat, ratio agriculturæ, vini & olei, lini & canabis, filandi & texendi, ac metallorum oſtenſa Germanis fuit. Ideo à ſuperioribus Germanis, & Sueuis. culta pro Dea eſt: imagoq; eius, tanquam liburna vel nauicula. facta: quòd trans mare huc religio veniſſet. In Heluetia quidem, longo tempore pòſt, illius Templum quoddam: in pago VVettinga vbi nunc eſt cœnobium, ad flumen Limagum, Romanis olim ibi dominantibus, à Laucio Magiano Vitaquenſi* (von Baden) *ædificatum: vxore eius Alpinula, & peregrina filia, pecuniã ad eius Templi ornamenta dantibus: vt ſcribit lib. 6. cap. 23. Heluet. Chron. Ioannes Stumpffius.*

20. *Sueuus 8. Rex Tuiſconum. Sueuicæ gentis origo.* Schwaben/ vom ſchweiffen *dicti. Iſis, à Germanis pro Dea culta.*

Ita beneficentia in genus humanũ, Deos Ethnicis peperit: ſicut ſtultè dicit Plinius lib. 2. cap. 7. Deus eſt mortali, iuuare mortalem: & hæc, ad æternam gloriam via. Hic eſt vetuſtiſſimus referendi benemerentibus gratiam mos: vt tales (qui profuerunt humano generi) Numinibus adſcribantur. Hæc cæcus Plinius. Sic Rex Sueuus ipſe quoq;, Deus à Sueuis factus eſt: eiq; ſylua horrida conſecrata (quo in loco nunc Gœrlicium oppidum, & lauſnicenſis regio, eſt) humanisq; victimis litatum. Exiſtimatur ab eo Tigurum Heluetiorum conditũ: vt eſt in Huldrichi Mutij Chron. German. lib. 1. & Stumphij lib. 2 Etiam putatur ille habitaſſe prope montem Carpathum, inter Germaniam & Sarmatiam (Poloniam) ſitum: qui Carpathus, ex nomine eius dictus ſit Sueuus. Poſtea protuliſſe habitationem ſuam per Saxoniam vſq; ad Rhenum. Ab eodem fluuius Saxoniæ, Sueuus nominatiuus eſt, die Spree.

Deorum origo. Görlitz *op. Tigurum C. Carpathus. Sueuus mons. Sueuus fl.* die Spree *dictus.*

Hic Sueuica gens, quæ ab Iapheto oriunda, diu ſub inſecutis Regionibus latuerat, iam nomen à Rege Sueuo conſecuta. tandem aliquatenus in lucẽ emerſit. De qua vſq; ad tempora Chriſti quid poni admodum poſſit: niſi, quantulum èx ſcriptis exterorum colligatur? Nullum enim aliud memoriæ & Annalium genus, Germanis Cron. Tacitus eſſe ait, niſi carmina. Proinde celebrari carminibus antiquis apud illos Tuiſconem, Deum terra editum, & filium Mannum, originem gentis conditoresq;. Sed ne carmina quidem talia amplius èxtant. Quare peregrinos Hiſtoricos conſuli, neceſſe eſt.

Sueui, ab Iapheto & R. Sueuo. Germanorum Cantilena.

Nonus Tuiſconum Rex, Vandalus, *Sueui filius, anno Mundi 2324. ante Chriſtum 1640. Regnauit circiter 41: annos: & patris exemplo frequenter hinc inde, propter multas Regni regiones rectè adminiſtrandas, proficiſci neceſſe habuit. Vnde Vandalo nomen ei fuit, à proficiſcendo vel peregrinando,* Wandlen. *Ab eo orti ſunt VVandali, peculiaris Germaniæ populus: qui aliquando circa Viſurgis fl. ortum in Polonia, atq; in Boruſſia. Pomerania, & vicinis regionibus habitarunt: diuq; poſt, varijs regionibus peragratis, Regnum in Africa conſtituerunt: & tandem à Romanis*

21. *Vandalus 9. Rex Tuiſconum.* Wandlen *& VVandali voca bula, vnde dicti. Viſurgis fl.*

VVendi. VVinda, Venedi, & Sclaui populi.

manis deleti ſunt. Diuerſus ab eis populus ſunt VVendi, ſeu VVindæ (qui & Venedi) nempe Sclaui. Auent. & Spangenberg. ac Mart. Crom. lib. 1. Rex Polon. cap. 1. & 6.

Hebræorũ Seruitus in Ægypto.

Vandalo regnante, Hebræorum ſeruitus in Ægypto, ſub Amenophe Pharaone cœpit, anno Mundi 2353 ante Chriſtum 1609.

22\. Teutones 10. Rex Tuiſconum. Teutonia. Sacrificia dira.

Decimus Tuiſconum Rex, TEVTANES, Deuto, Teuton. Hic anno Mundi 2365. ſucceſsit, ante Chriſtum 1599. præfuitq́; 27. annos cum laude. De ipſius nomine, plerunq; ad Pomeranum mare habitantis, regio inter Viſurgim & Albim flumina, Teutonia dicta eſt: & populus Teutones, vel Teutoni. Poſtea cæteræ quoq; Germaniæ, hoc nomen adhæſit. Etiam ipſe Dijs additus eſt, & Mercurius appellatus. Is perhibetur auctor ſacrificorum rituum, de quibus Lucanus lib. 1.

E quibus immiti placatur ſanguine diro
Teutones, horrensq́ue feris altaribus eſus.

Moſes quando natus. Teutſch/ oppidum ad Rhenum ſitũ vnde dictũ.

Tempore eius, Moſes natus eſt, ante Chriſtum 1591. Teutſch / trans Rhenum ante Colonienſem ciuitatem, olim celebre oppidum Teutonum, putatur originem & nomen ſuum ab hoc Teutone habere: vt ait Stumpfius.

23\. Alman 11. Rex Tuiſconum. Arckle. Alemanni vnde dicti.

Vndecimus apud Tuiſcones Rex ſucceſſit ALMAN, anno Mundi 2392. ante Chriſtum 1572. & circiter 65. annos Regno præfuit. Ab eo præcipuè Bauarico populo datum eſt principium. Leone vſus eſt pro inſignibus: leonem etiam plerunq; catenatum ſecum duxit. Ideo vulgò nominatus eſt Arckle, vel Ergle: id eſt, Heros cum malo leone. Latini Herculem Alemannum vocarunt. Ex nomine eius putantur Alemanni eſſe dicti: & Alemannus fl. Die Altmülle. Plerunque ad Rhenum incoluit. Cultus pro Deo à ſubditis eſt: qui in bellis hunc ſuum Herculem canticis honorabant.

Athenarum Regnum Moſes.

Athenarum Regnum cœpit primo Rege Cecrope Ægyptio, anno Mundi 2409 ante Chriſtum 1555. Hic Areopagitarum iudicium inſtituit. Eduxit 2454. Mundi, Iſraelitas Moſes ex Ægypto, ante Chriſtum 1510.

24\. Boius 12. Rex Tuiſconum. Heluetiorum origo. Bohemia. Boij & Bauari, vnde dicti.

BOIVS, vel Boiogerus, Alemanni Herculis F. duodecimus fuit Rex Teutonum, vel Germanorum, anno Mundi 2455. ante Chriſtum 1509 ſed ex parte tantùm: quia fratres habuit, quibus pars ſingulis ceſſit: Noricum, den Noren: Hunnum, den Haunen: Heluetium, den Heilvetter: Rhomum, den Römer. Ab Heluetio, Heluetiorum origo eſt: qui totam Heluetiam tenuerunt. Regnauit Boius circiter 60 annos. Habitauit vbi nunc Bohemia eſt (ab eo Boienheim nominata) vrbemq́; Boienhaimum (nunc Pragam) condidiſſe fertur: ſicut & Boioduru (Bogenturn) quod nunc Pataujum dicitur. De eo Boij quoq; (qui, Bauari vocantur) appellati feruntur. His ipſe, & poſteri eius, imperarunt.

Troianũ Regnũ.

Origo regni Troiani anno Mundi 2473 ante Chriſtum natum 1491.

Moſis mors.

Moſes mortuus 2494. Mundi, ante Chriſtum 1470.

Epheſus oppid. & Epheſinum templum, ſtructum.

Duo exercitus, vnus virorum alter mulierum, à Rege Boio & fratribus eius, ex Germania, Dania, Scythia, & alijs regionibus, tanquam coloniæ, in Aſiam emiſſi ſunt. Viri Cimmerij vel Cimbri (Kämpffer) dicti: mulieres, Amazones vocatæ. Hæ conſtruxerunt Epheſiæ Dianæ templum clariſſimum, vt & ipſum Epheſum. Occuparunt minorem Aſiam. Inuentrices ſunt bipennium & tympanorũ. Dictæ Germanicè, Annmanmätzen: id eſt, Mätzen on Man: De quib. mox plura.

25\. Ingram' 13. Rex Tuiſconum.

Tertiusdecimus Teutonum Rex, INGRAMVS erat, vel Ingermanus, Regis Boij F. anno Mundi 2516 ante Chriſtum 1448. qui 52. annos regnauit.

Ebud.

Ebud, Iudex Hebræorum, ante Chriſtum 1431.

26\. Adologenio 14. Rex Tuiſconum. Gabaonitæ.

Succeſſit 14. Rex, Ingrami F. Adalogerico, Adelgeer: anno Mundi 2568. ante Chriſtũ 1396. Regnauit 49 an. Circa 1380 ante Chriſtũ, Gabaonitarum Beniamitarũ ſcelus in vxorem Leuitæ.

27\. Laertes 15. Rex Tuiſconum.

Secutus eſt 15. Rex, Adalogerionis filius: Tacito LAERTES: nobis, Larinus vel Laurinus: anno Mundi 2617. ante Chriſtum 1347. Circ annos 51. regnans. De Laurino Pygmæo quodam, eſt in quarto libro Germanici Heroum operis.

Gideon.

Gideon, Iſraëlitarum Iudex ante Chriſtum 1310.

28\. Vlyſes 16. Rex. Aſciburgium, à quo fundatum. Aegeum mare, vnde dictum.

Rex 16. Laertæ F. VLYSSES. Ilſam. ſiue Ilſung: anno Mundi 2668. ante Chriſtum 1296. De quodam Ilſungo, in tertia parte Heroici operis prædicti legitur, vbi Roſetum VVormacienſe.

Aſciburgium, ab Vlyſſe ad Mœnum ædificatum eſt, ἀσκιπύργιον, Vliſburgium.

Etiam ſub hoc Rege (vt & ſub præcedentibus) Amazones, in Aſia formidabiles fuerunt. Quarum Regina vna, Hæga, in mari periiſſe fertur: quod de nomine eius Aegeum appellatum ſit. Cum altera, Kyma nomine, Rex Troiæ Laomedon, pacem facere coactus.

Antehac

Antebac aliæ Amazones fuerant, à Bellerophonte ſuperatæ. Homerus Iliad. 6. ἀντιανείρας, τὰς ἀμαζόνας ἰσάνδρας, καὶ τὰς ἀνδράσιν ἐξισουμένας κατὰ τὸν πόλεμον: Viris bellica virtute pares. Nomen eis eſt ex ἀ, τὸ ἐν & μαζός: quaſi μονόμαζοι: quòd vnam tantùm mammam ſingulæ haberent: inuſtis (vt Iuſtinus lib. 2. ait) puellarum infantium dexterioribus mammis: ne ſagittæ iactus impediretur. Straboni lib. 11. hiſtoria earum videtur τερατώδης, καὶ πίστεως πόῤῥω, prodigioſa & fabuloſa. At non poteſt omnino nihil eſſe: quod à multis auctoribus ſcribitur. Amazonum etymon.

Hactenus, aliquot Teutonici Reges: ſub quibus non multum occurrit de Sueuis, memoriæ proditum: quos tamen aut ſub his Regibus, aut ſub fratribus cognatisue ipſorum, vixiſſe, dubium non eſt: ijs propè, quibus cæteri Teutones, moribus, de quibus poſterius referemus. Videmus iam, à qua origine deductus ſit Sueuicus *populus: ex Iapheto ſcilicet, per eius poſteros; nomine Sueuorum, per octauum Tuiſconum Regem Sueuum exorto.* Sueuorum origo.

DE ALIIS POST PRIORES REGIBVS GERmaniæ: ſub qua *Sueuia.*

CAPVT II.

BRENNVS, *Brenno,* Brenner: *anno Mundi 2721. ante Chriſtum 1243. in Bauaria & alibi, per annos 38.* 1. Brennus.

Brenni F. HICHTER, Germanicus Hector, anno Mundi 2759. ante Chriſtum 1205. (tempore Iephthæ, Iſraëlitarum Iudicis) per 31. annos. Hichter, ab Hecken/ *mordere,* χαράσσειν, *ſicut ſerpens.* 2. Hichter.

Troia fuit capta anno 1181. ante Chriſtum: cui vrbi antè, Amazones quoque cum Regina Pentheſilea, auxilium tulerant. Sic & Telephus, Gotthorum Rex (Germanicè Adeleph, vel Adolf) Regis Troiani Priami ſororius. Item Helenus Cymbrorum Rex. Hos, tanquam Germanos, etiam noſtrarum regionum milites ſecuti ſunt. Troia, quando capta.

FRANCVS, Germaniæ Rex potens, anno Mundi 2790. ante Chriſtum 1174. (Simſone Hebræis ius dicente) qui regnauit 41. annos. Ergo, vſque ad 2831. Mundi, & Chriſti annum 1133. 3. Francus.

VVOLFIVS SICKLINGER, anno M. 2831. per annos 58. vſque ad A. M. 2889. Cui filij, Kels, Gallus, & Hiller, ſuccedentes, Regnum inter ſe diuiſerunt. Apud Appianum Alexandr. in Illyr. Celtus, Galates, & Illyricus ſunt: qui Polyphemo Cyclope & Galatea nati, & ex Sicilia progreſſi populis Celtis, & Galatis, & Illyrijs, nomen ipſorum aſſumentibus, imperarunt. Vixerunt temporibus Regis Dauidis. Fuit deinde vrbs Roma condita à Romulo & Remo an. Chriſtum 751. 4. VVolf. Sickl. Roma condita.

Deficientibus iam pluribus Teutonicis Regibus: Reges & Duces aliquot alios inſecutos ſubijciam (quanquam inter ſe non Cohærentes) quorum nomina hæc ſunt.

MEDO, Muth: *circa annum M. 3350. (quo & Ezechiel propheta) ante Chriſtum 610. Eodem tempore, ſequentes quatuor principes fuerunt.* 1.

Belloueſus, Baldweiß / Wolweiß: *aut* Baldfürer / *expeditus Dux: à* Weiſen/ Beyſeyn/ *ducere.*

Sigoueſus, Sigweiß: *aut victoriæ Dux: à* Weiſer/Beyſer/ *Dux.*

Helitouius, Held.

Ciconius, Zecco, Boiorum Rex. Zecken/*laceſcere: Zecco, qui laceſſit. Auentinus.*

LANDINVS, Rex Scytharum, anno M. 3454. ante Chriſtum 510. tempore Darij & Heſtheræ. Olim Germania, qua pontum Euxinum atingebat, Scythia & Getharum regio vocabatur: ac fl. Tanain pro limite habebat. 2.

BRENNVS, vel Brenno, Dux Gallorum & Germanorum: an. M. 3576. ante Chriſtũ 388. 3.

Sub vocabulo Γαλατίας, *Galatiæ, olim non ſolùm Gallia intelligebatur: ſed etiam Germania. Vt cùm Diodori Siculi (qui tempore Iul. Cæſaris vixit) lib. 5. dicitur: Danubium & Rhenum in Galatea oriri, & in Oceanum influere. Cæſarem, ponte facto in Rheno, tranſiſſe: & trans eum habitantes Galatas viciſſe:* χειρώσασθαι τοὺς πέραν αὐτοῦ κατοικοῦντας Γαλάτας. *Vide part. 2. lib. 1. cap. 1. Et part. 3. lib. 1. cap. 4. Dicti ſunt Galatæ apud Diod. Siculum (ſecus, quàm ſuprà ex Appiano Alexandrino) à Galate Herculis F. quem is, quando Geryonem Hiſpanum infeſtauit (circ. 2730. Mundi) ex cuiuſdam Principis Celtici filia procreauit: qui Galates poſtea præfuit Celticæ, magnasque res geſſit: & regionem, de nomine ſuo Galatiam appellauit.* Γαλάται *& Galli, aliàs* ἀπὸ γάλακτος, *à lacteo candore corporum, nomen habere perhibentur.* Galatiæ vocabuli ſignificatio.

Illud præterire nõ debeo (inquit Auent. Annal. Boiorũ lib. 1.) Gallos plerosque, ortos eſſe à Germanis. Ita ipſi Galli apud Cæſarẽ referũt: & Marcellinus ait, Gallos ex tractibus trans Rhenanis Gallorum ortus.

oriundos eſſe: indigenas quidem partem inhabitaſſe. Hoc ſatis quoq; conſtat: quemadmodum poſt natum Chriſtum, longo tempore Germania, coniuncta Galliæ fuit: ex Germaniaq; ortis Regibus paruit: ita ante Chriſtum natum, Germanis obediſſe Principibus: vnumq; Regnum, vnum imperium, cum Germania fuiſſe. Vide infra lib. 7. cap. 8.

Idem ait, partem Celtarum, Belgas verò omnes, Burgundiones, Nordomannos, Francos, ex Germania migraſſe: & in Gallia ſedes collocaſſe. *Gallica lingua quæ olim fuerit.* Gallicam linguam fuiſſe, quæ modò ſit Teutonũ. Nam Iul. Cæſarem, per interpretem eſſe ſolitum Gallis colloqui: Arioviſtum verò, Regem Germanorũ, vſum abſq; interprete Gallica lingua. Poſtea hac longinqua ſeruitute ſub Romanis, corruptã fuiſſe in hodiernam Gallicam linguam. Hæc, ille. At dicit lib. I. de bello Gall. Cæſar: Arioviſtum ſcientiâ linguæ Gallicæ multa, longinqua conſuetudine vſum eſſe Fuerint ergo diuerſæ linguæ, Cæſaris tempore. Sed cogitetur, Dialectis tantùm variaſſe: ſicut hodie ſuperior Germanus, Belgam non facilè intelligit. Iam quia Germania dedit ortum Gallis: Stumpſius lib. 3. cap. 43. Chron. Heluet. refutat, vt fictitiam, Gallorum ſeu Francorum, ab Antenore Troiano propagationem: eò quòd Antenor in Italiam venerit, non ad Boreæ partes.

4. MATTHÆAS, Mattho, Scytharum Rex: tempore Philippi Macedonum Regis, patris *Demoſthenes.* Alexandri M. & Athenienſium oratoris Demoſthenis: circa annum M. 3674. ante Chriſtũ 340. quem Philippus aſtutè vicit, & deprælatus eſt: ſed viciſſim ab Iſtri accolis eſt victus, vulneratus, præda ſpoliatus. Iuſtin. lib. 9.

5. BRENNVS, circa annum M. 3686. ante Chriſtum 278. quando Epirotarũ Rex Pyrrhus, à cõſule Rom. victus, Tarentũ rediit. Tũc & Euridanus, et Belgius (Balger) & Lomnorius (Leonorius Lowart/ Leonhart) Itẽ Theſſalonus (Taſſilo) & Lotharius (Lutharius) cũ Brenno erãt.

6. VIRIDOMARVS, Friedmair: Rex Gallorum & Germanorum: anno M. 3744. ante Chriſtum 220. quando Antigonus Macedo, Cleomene victo, Spartam occupauit.

7. DORVLACVS, Durlach: Boiorum contra Romanos belli Dux, anno M. 3771. ante Chriſtum 193 quo tempore Annibal ad R. Antiochum fugit. Eius fratres hi duo fuerunt:

BRITOMARVS, Friedmer.

ARIOVISTVS, Ehrnveſt/ Ernſt.

8. TEVTOBOCHVS. Teutſchbott: vel Teutobothus, Gutbott: anno M. 3853. ante Chriſtum 111. quando Cimbri Illyriam inuaſerunt, & Carbonem Coſ. vicerunt. Tunc erant hi etiam: BOLVS, Bule/ Cimbrorum Rex & Celeus, Kelo/ Keil.

9. BOEREBISTA, vel Borbiſta (Werweiß/ oder Verwüſter) Gotthorum Rex, anno M. circ. 3872. ante Chriſtum 92. anno M. Tullij Ciceronis circiter 12.

10. ARIOVISTVS, Germanorum & Sueuorum R. anno mundi 3908. ante Chriſtum 56. à C. *Arioviſtus.* Iul. Cæſare victus.

Plures inueniantur illuſtres Germani: ſed hi nobis vſq; ad tempora Chriſti ſufficiant. Quicunq; *Sueuorum recordatio.* autem eorum benè rem geſſerunt, domi belliue: Sueuorum eis operam & induſtriam, ſemper præſtò fuiſſe, & enituiſſe: ex iis, quæ in ſequenti capite ſcribuntur, veritati conſentaneum eſt.

DE VETVSTISSIMIS SVEVORVM GENTIBVS, & earum ſedibus, ac migrationibus.

CAPVT III.

Condita eſt Sueuorum gens, vt ſuprà dictum eſt, à Tuiſconum octauo Rege Sueuo: & quondã *Sueuorum vetuſt. ſedes.* interiora Germaniæ, maioremq; eius partem, tenuit. μέγιστον ἐστιν, inquit Strabo, de ſuo etiam tempore) τὸ τῶν Σουήβων ἔθνος. διήκει γὰρ ἀπὸ τοῦ Ῥήνου μέχρι τοῦ Ἄλβιος. μέρος δέ τι αὐτῶν, καὶ πέραν τοῦ Ἄλβιος νέμεται) A flumine Rheno, ad Albim, & aliquantùm vltrà, Straboni extentebatur. Sed antiquitus multò longius patebat. Nam populi eius circiter quinquaginta (regionũ longiſſimè inter ſe diſſitarum) ex Tacito. Oroſio. & aliunde, recenſentur à Spangenbergio: quibus R. Sueuus imperauerit.

1. Angili, Ἀγγειλοὶ Ptolemæo: aliquando Pomeraniæ habitatores: poſtea verò ibi, vbi Bothi & Turogi, Miſniq;. Illi cum Angriuariis Saxonibus, qui Ducatum Engerenſem VVeſtphaliæ poſſidebant, à Britannis auxilio contra Scotos & Pictos vocati, ipſi ſe dominos inſulæ fecerunt: quam *Angliſaxones.* vocarunt Angilandiam, quæ hodie Angilia eſt: amboq; populi, Anglo Saxones nominati ſunt.

2. Angriuarii, Ἀγγριουάριοι: VVeſtphali: quos tamen alii pro Saxonibus habent.

3. Æſtyi, Æſtiones, Efflui: forſitan à voce Iſtæuones. Circa Reualiam Liuoniæ, propriâ lingua vtentes. Liuonia Effluorum regio. Mare ſcrutabantur, Soli omnium ſuccinum (ἤλεκτρον) quod gleſſum vocabant, legebant.

4. Arij, die Aren, oder Arner. Vnde Arnſtein, & Arnſtett. Quidã poſtea ex iis, ad Ardennã Syluam, cum Marcomannis ſedem poſuerunt.

Auoneis

Auiones:fortaßis Haueneri, vel Haueleri: qui in Boruſſia ad portum maris (am Hafen 5.
deß Meers) *habitarunt:& in Marchia,ad fl. Haueliam.*

Arborichi. 6.

Butones, VVethiner. 7.

Bugentæ: à Caſſubijs Poloniam verſus, vſq; ad Regium montem. 8.

*Burij,*βοῦροι:*qui maximè ad agriculturam incubuerunt: conſidentes partim ad Viſurgim* 9.
(Weſer) *& Thornum Boruſſiæ:partim in VVeſtphalia,vbi comitatus Hoiæ & Buræ:qui poſtea*
ad Moſam iuxta Leodium conceſſerunt: & Hervbauri Hegbauriúe (ab exteris, Eburones) no- VVirtenbergen.
minati ſunt. Præcipui verò Burij (apud Tacitum lib.13. Anſibarij, Entzbauren/ *dicti) eò conceſ-* incolarum priſc.
ſerunt,vbi nunc VVirtembergenſis Ducatus eſt. ſedes.

Chaſuarij,Cattuarij: ab orientali parte Abnobiorum montium,ſupra Sueuos Angilos. Se- 10.
parant hi mõtes Haßiam à Franconia,& Speßhart *appellantur. Antè verò,alij in locis diuerſa*
habent nomina,à Nigra procedendo ſylua: vt,à Nicro vſq; ad amnem Mœnum, Othenwald. *Et*
Abnobij montes ſunt iuxta ortum Danubij. Vnde Danubius,quaſi Der Abndw. *De eo vide Gla-*
reani in lib. 6. Cæſ. de Bella Gall. Annotationes.

Chatti,vel Catti:à quibus Haßi,& Cattenelenboga,Gottinga,& Caſſellæ, nomina habent: 11.
qui magnam coluerunt partem Franconiæ,circa VVirceburgum.

*Cheruſci,*χηροῦσκοι, χαιρουσκοι. die Härtzischen: *vbi Northuſa(ab ipſis ædificata) & comitatus* 12.
Stolbergenſis. Schvvartzenburgenſis, Mansfaldenſis: & pars Anhaltinorum Principum. Pars Northuſa,à qui-
Kreichgoiæ quoq; ab illis culta. Tacitus tamen ſuo ſeculo,à Sueuis ſeparat Cheruſcos. bus ædificata.

*Camorni,vel Camaui,*καμαυοί *(Spangenb. Chamanni) qui circa Chemnicium habitarunt: à* 13.
quibus fortaſſe Chamburgum. Chamburgum,

Cauci,vel Chauci,vel Cauchi, in veteri Marchia (inquit Spang.) & Ducatu Lunæburgen- à quo conditũ.
ſi. Quidam eis tribuunt Bremenſem quoq; Epiſcopatũ,Verdenſem, & Myndenſem. Rurſus: καῦχοι 14.
apud Ptolemæum, μικροί *ſunt,&* μείζους. *Cauci minores (inquit Caſpar Peucer) ad Viſurgin fluuium*
ſunt vbi Brema vrbs (Ptolomæo,Phabiranum) itemq; Epiſcopatus VVerdenſis & Myndenſis.
Cauci maiores,ad Albim: vbi Ducatus Lunæburgenſis,& vetus Marchia.

*Calucones,*καλούκωνες *(habitatores lacuum ad Albim) vbi nunc Electoratus Saxoniæ eſt: à* 15.
quibus Lucca,& Kalba vel Calegia,nomen conſecutæ ſunt.

*Colduli,*κόλδουλοι: *in ſylua Hercynia habitantes.* 16.

Eburones,Leodienſes:inter Moſam & Rhenum: poſt ſuam à Burijs,vel prioribus ſedibus, 17.
migrationem. Eburones Goropius exponit Eburen,vicinos iureiurando deuictos, Eydgnoſſen.

Elyſij: ad amnem Eliſtrum,& in Lauſnicia,ac parte Sileſiæ. 18.

Eudones,vel Endoſij: quaſi Endſaſſen/Endſäſſen/ ἔσχατοι. *Libanothanes,ſeu Miſnenſes,* 19.
eſſe perhibentur.

Gothones. Hi trans Lygios (de quibus infrà) regnantur,inquit Tacitus. 20.

Gothini,apud Dantiſcum (Taciti tempore Gallica lingua vſi,& tunc non Germani) proſa- 21.
pia Gotthorum. His alij,Gothones adiungunt.

*Harudes,*χαροῦδες: *à quibus,comitatus Hardeccenſis,inquit Spangenbergius. Alijs,ex Ere-* 22.
nio Heluetiorum fuiſſe videntur.

Hermunduri, Ermunderer/Hertzmänner/ *aut* Heermänner. *Incoluerunt triangula-* 23.
rem regionem: quæ intra Albim,Salam,& Bohemicos (qui Sudetes dicuntur) montes,ſita eſt.

*Haluecones,*αἰλουαίωνες. Heilwicker (Heil/ *ſanum, firmum:* wick/ *munitio, perfugium,* 24.
προσφύγιον) *Heluicia,Heluetia: regio naturâ munita,in qua ſe antiquis temporibus hi Sueui col-* Alemannæ.
locarunt: nominati quoq; olim Alpmannæ: ab Alpibus,quarum accolæ ſunt.

*Ilingi,*ἰλιγγαι: *iuxta Ilinburgum,nunc Eilenburgũ. Ab ijs ortus eſt Ilingicus in Sueuia comita-* 25.
tus,poſtea Dillingenſis dictus: hodie Auguſtani Epiſcopi ſedes. Ab eis fortè condita fuit priſca arx
Ilefelda: poſtea in monaſterium mutata. Quid ſi fluuius Ilera, ab ipſis etiam nominatus ſit? Ilingos Ilſelda,arx à
tamen Peucerus pro Elyſijs Taciti habet. Non poſſumus illa,exactè poſt tot ſeculorum decurſum quo condita.
ſcire: quæ externis ſcriptoribus ipſis non ſatis nota erant: noſtri autem antiquißimi Maiores,lite-
rarum rudes,nihil ſcripſerunt.

Iuthingi: in comitatu Tyrolenſi. 26.

*Longobardi,*λογγοβάρδοι & λαγγοβάρδοι: *quodam tempore Albis accolæ: vbi nunc Archie-* 27.
piſcopatus Magdeburgenſis eſt, & Halberſtatenſis Epiſcopatus, Barbiusq; comitatus. Item,
in veteris Marchiæ parte. Inquieta natio: quippe quæ per Scotiam, Liuoniam, Boruſſiam,
Rugiam,

Digitized by Google

Rugiam, Poloniam, Morauiam, Vngariam, oram Rhenanam, Italiam, vagata: tandem ibi,
Longobardi, vnde dicti. vbi hodie Ducatus Mediolanenſis eſt, Regnum inſtituit. Nuncupati ſunt Longobardi, vel à longis barbis: vel à longis bipennibus (von den langen Streitparten) vel quaſi Langen boerderi (quæ ſententia Spangenbergio magis probatur) quòd regio circa Magdeburgũ, vbi habitarunt, ampla, frugifera, amæna, ſit: quæ à pariendo, Borda dicitur, id eſt, fertilis terra: Ruſticiq́ ibi Bormanne.

28. Lygij, & Luij: inter Viadrum flumen (Oderam) Bohemiæq́ montes: & circa Vratislauiam ac Lignicium: eſtq́ ex parte trans Viadrum in Polonia, iuxta Gneſnam & Poſnauiam.

29. Lemouij, Leimower / vel Lemgöwer: in Liuonia.

30. Marcomanni: aliquando habitantes in Bohemia, Morauia, & Auſtria: poſtea in alias terras dilatati. Marcomanni, vnde dicti. Dicti hoc nomine, quòd marcas (fines, limites) Germanis contra Vngaros & Sarmatas tuerentur, quaſi limitanei homines. VVenceslaus Bohemiæ Rex (inquit lib. 7. Auentinus) cũ Gutha, Sorore Alberti Auſtriaci, nuptias Pragæ facit: quæ quondam Marobodum vocata, Regia Marobodi (Velleio Paterculo & Tacito, Morobodus eſt) atq́ caput Sueuorum, fuit.

31. Marſingi, vel Marſigni: ad Sarmaticos montes, circa comitatum Zipſenſem.

32. Manimi: in extremis Auſtriæ finibus. Arij & Manimi (inquit Peucerus) vbi Curetes hodie, & Samogethi.

33. Marſaci, vel Maſaci, die Moßhachen: viri bellicoſi iuxta Moſam, ad Taiectum (Vtrecht) & Maſeckum.

34. Mattiarij: domicilium olim in in Haſſia habentes.

35. Mugillones, die Müglichen. Ab eius nominatus eſt fluuius Mugel / qui in Danubiũ influit.

36. Naharualli: circa Reualiam & Naruam Liuoniæ incolentes.

37. Nuithones, Nutzenhanen: ad Burgundiæ fines. Hinc nomen Nuithlandia (Vchtlandia) Bernatium & Friburgenſium regionis.

38. Nariſci, ναρισκοὶ, Nertgöwer: Vogtlandiæ, Egerlandiæ, & partis Bauariæ, incolæ.

39. Oſi: forte Oſtner, Auſtrales. Andreas Althamer, Oſi, inquit, eam Germaniæ partem incoluerunt: quæ eſt Morauiæ vicina, Sileſiam & Poloniam verſus: vbi Oppel & Neuſſa vrbes ſunt. Eraſmus ſtella autumat, Miſnenſium oram Oſtland, & vi bẽ Oſitium (Oſchitz) ab Oſis appellatã.

40. Quadi, κουάδοι, böß vnd vnverſühulich. Hi partem Morauiæ, Sileſiæ, & Poloniæ (circa Cra-
Quedelburgum à quo dictum. couiam & Pertercouiam) tenuerunt. Ab eis Quedelburgum appellatum eſt. Saxones adhuc, malum & moleſtum hominem, Quadum vocant.

41. Reudingi Ptolemæo Rutidij, ῥουτίκλειοι: die Reitenden. Erant, vbi nunc Caſſubiorum regio
Reutlinga & Reutweila (aliàs Rœtelanus Marchionatus vnde dictus. eſt. Ac, quia cum alijs Sueuis, ſuo loco exceſſère: fieri poteſt (inquit Spangenb.) vt Reuthlinga, & Reutvveila (Rotvvila (& Rœtelanus Marchinatus, nomina ab illis acceperint.

42. Rugij, Rawe Schwaben: quorum nomen in ſe Ruga retinet.

43. Sibini, σιβινοί. Strabo lib 7.

44. Suiones: à quibus Sueones vel Sueci, & ab his Schwitzeri (Heluetij) orti feruntur? Scribit e-
Sueci & Sueui. quidem Althamerus, Suecos gloriari de hac ſua ex Sueuis origine: id quod ex Sueco docto, quando Lipſiæ ſecum verſante, ſæpius audiuerit. Hoc magnæ gloriæ Sueuis ab Althamero tribuitur. In graui autem circ. annum Chriſti 70. Suecorum expeditione (quam Gethericus Rex eorum in exteras terras ſuſcepit: potius quam vt ſe ad ciuile bellum, ab Aulicis contra fratrem ſuum natu minorem Haldarum, Regni conſortem, incitari pateretur) pars exercitus, poſt varios errores, ad illa
Suetziorum nomen. aſpera Alpium iuga peruênit in quibus nunc eorum poſteritas, Suetziorum nomen habens, perſeuerat. Ioan. Magnus lib. 5. Gotthorum Sueonumq́ hiſtor cap. 1. & 2. Pomeraniæ mare, olim Sueuicum, hodie Suedicum mare appellatur.

45. Sidones, vel Sideni, σιδῶνες: circa Stetinum, vel in Oppolenſi Ducatu. Ibi fœminæ dominabantur: etſi hoc contra naturam ſit, vel Menandro teſte: Γυναικὶ δ' ἄρχειν οὐ δίδωσιν ἡ φύσις.

46. Senones, σένωνες, Semnones, σέμνωνες, Sonngöwer. Hi ſe vetuſtiſſimos nobiliſſimosq́ Sueuorũ
Senones, Semnones, Sonngöwer. memorabant: centum pagis (præfecturis) habitantes: & magnitudine corporum ſe Sueuorum caput credentes: vt apud Tacitum ſcribitur. Olim habitarunt in Brandenburgenſi Marchia: vbi etiamnum regio Senelandia eſt. Poſtea, ad fluuios Sueuum & Hauellam, aliaq́ loca, profecti ſunt. Dux eorum Brenno, 416. annis ante Chriſtum natum, condidit Brandeburgum. Ipſi in Suntgoia quoq́
Sonnenbergẽſiũ & Schonbergenſium ſtemmatum origo. conſederunt. Inde Italiam & Galliam petierunt. Vocantur etiam Ceninenſes. Putantur comites Sonnenbergenſes, Baronesq́ Schonbergenſes, ex illis orti eſſe. τῶν ἐντὸς καὶ μεσογείων ἐθνῶν (inquit Ptolemæus) μέγιστα ἐστὶ τό, τε τῶν σουήβων τῶν ἀγγειλῶν: οἵ εἰσιν ἀνατολικώτεροι τῶν λαγγοβάρδων: ἀνατείνοντες

πρὸς

πρὸς τὰς ἄρκτους μέχρι τῶν μέσων τοῦ Ἄλβιος ποταμοῦ: καὶ τὸ τῶν Συήβων τῶν Σεμνόνων: οἵτινες διήκουσι μετὰ τὸν Ἄλβιν ἀπὸ τοῦ εἰρημένου μέρους πρὸς ἀνατολάς, μέχρι τοῦ Συήβου ποταμοῦ. 47.

Suardones. In Pomerania habitaſſe perhibentur: poſtea ad nigram ſyluā (Hercyniam) ſe contulerunt. Ab eis fortè nomina habent, comites Schvvartzenburgenſes, & Barones Schvvartzenb. Schvvartzenburgenſiū cōmitū Baronū origo.

Teutonoari: vbi, Roſtochium & VViſmaria. 48.

Varini, vel Viruni, Οὐιροῦνοι: *propter Roſtochium & VViſmariam. Nomen ab eis forſitan, in Sueuiam migratione facta, Veringenſi comitatui natum eſt. Spangenb.* 49.

Virtungi: à quibus origo VVirtembergenſibus, & VVerdenbergenſibus, eſſe dicitur. Vide B. Rhenanum lib. 1. Virtungos Cyr. Spangenb. vocat, Die wirdigen Schwaben. *Apud Ptolem. Populi* Χαριτεινοί, *Charitini* (Gärtner) *hortulani) ſunt: qui, VVirtēbergenſes putantur.* ὑφ' οὓς, Οὐισποί: καὶ ἡ τῶν Ἐλουητίων ἔρημος: *infra quos, Viſpi, Marchionatus Badenſis: & nigra, ſiue Hercynia, ſylua, Heluetiorum ſolitudo dicta.* 50. VVirtembergēſium & VVerdenbergenſium origo.

Zumi, Ζοῦμοι, *Strabo lib. 7.* 51.

Ex his apparet, quam longè lateq́ diffuſi fuerint quondam Sueui: vtpote, quibus ſedē præbuit VVirtembergia, Almangauia vel Algoia, Vindelicia, Rhætia, Heluetia, Alſatia, Suntgoia, Bauariæ & Auſtriæ pars, Bohemia, Franconia, Haſſia, ora Rhenana, Sileſia, Lauſnicia, Poloniæ pars, Saxonia, Miſnia, Turingia, Marchia, Mechelburgia, Pomerania, Boruſſia, Caſſubia, Rugia, Liuonia, Suecia. Idem in Liburniam Illyrici aliquando inuaſerunt: in Tyrolenſem comitatū: in Angliam, Galliciam Hiſpaniæ, Inſubriam ſeu Lombardiam. Initiò autem, à Septentrione ad meridiem progreſſi ſunt: dum etiam circa Rhætiam & Vindeliciam quæſiuerunt noua domicilia, in prouincijs Romanorum. Ideo Franconiæ oppidum Schvveinfurtum, à Sueuorum transſitu nomen habet, quaſi Schvvabenfurt: ſicut à Francorū tranſitu, Franckenfurt: ab Haſſorū, Haſfurt. Schvveinfurtū, Francofurtum, & Haſfurtum, oppida, vnde dicta.

VVolffgangus Lazius, Migrationum lib. 8. generatim migrationes & ſedes Sueuorum, has octo facit. 1. In Liburnia, hodie Principibus Auſtriæ ſubiectâ: ſecus Iſtriam, Dalmatiam, Forumiulium: im Pyrpamer Wald/Karſt/Wipach Gotſchen/ *& Marcha VVindorum. Gotſchea (loci arcti & nemoroſi) incolas, hodie quoq́ Germanicè Sueuica cum pronunciatione, loqui. Ab eis vocari lupum,* Holtzgangel: *Vulpem,* Schleicher: *ſciurum,* Schärtzer: *catum,* Ofenburtzel. Sueuorum genera ex Lazio. Gotſcheani.

2. *ad Albim & Sueuum flumina: vbi hodie Bohemiæ Regnum, Luſatia, Miſnia, Sileſia, Morauia, Auſtria vlterior: in quibus prouincijs, diuerſi generis Sueui habitarint. Remanere etiā eorum quaſi vmbras quaſdam, nominibus quibuſdam. Vt, à Semnonibus, Senau,* Schemberg: *à Marſingis,* Metſenburg: *à Burijs,* Burlin: *à Gottinis,* Kuttenberg: *à Marcomannis:* Marckfeld *&* Marck/ *amnem Auſtriæ vlterioris.*

3. *in Haſſia, non procul Rheno, in Vbijs: vbi VVeſtphaliæ & Haſſiæ confinia hodie ſint.*

4. *in Alſatia, Suntgoia, & Briſgaudia.*

5. *in Rhætijs dicit. Duæ enim Rhætiæ erant, Prima & ſecunda amne Lyco diſtinctæ. Prima, olim à Lyco ad occaſum verſus. Sed hodie pars trans Danubium, Septentrionem verſus, in qua eſt Oetinga & Noerdlinga, vocatur Riſa,* Rieß. *In ſecunda, Orientem verſus, Vindelici olim habitabant, hodie Bauari. Sed circa Lycum etiam, Vindelici aliquot erant,* die Lintzgöwer.

6. *in VVirtembergia: olim Tubantum agro: eo, qui Neccari fluminis ſemicirculo comprehendatur. A Tubantibus, qui à Franconia vſq́ ad Heluetiorum eremum habitauerint, nomen habere Tubingenſem Palatinatum.* Tubingenſis Palatinatus.

7. *in Tyrolenſi comitatu, & Italiæ finibus. Itaq́ idiomate etiamnum vti propè Sueuico. Ammiani Marcell. lib. 17. Inthiungi vocantur: Alemannorum pars, Italicis conterminans finibus.*

8. *in Gallitia incoluiſſe ait Sueuos, Hiſpaniæ partem: vbi aliquot Reges habuerint, antequam à Gotthis ibi ſubacti ſint. Hæc, ex Lazio, copioſè explicante: quorum tamen etiam quædam, poſt Chriſtum natum facta ſunt.*

DE NATVRA ET MORIBVS ANTIQVORVM SVEVORVM.

CAP. IIII.

SVeuiæ *populos antiquiſſimos eſſe, & celeberrimos: ex ijs, quæ hactenus dicta ſunt, facilè intelligitur. Itaq́, quaſi ſoli ipſi, Germani eſſent (vtpote maiorē Germaniæ partem obtinentes) Germanorū nomen apud Scriptores habent. Horum etiam naturā & mores, nunc aliquatenus cōmemoremus: quæ ab Auctoribus (præſertim Cornelio Tacito, et Iulio Cæſare) talia literis prodita ſunt.*

De primo Sueuorum, *& incorrupto, ortu. Vt antiquiſſima ita & pura, Germanorum natio* 1.
eſt: ſicut Germanos Tacitus indigenas credit: minimeq́ aliarum gentium aduentibus & hoſpitijs mixtos. Ergo & Sueui, αὐτόχθονες *ſunt (quales ſe Athenienſes gloriabantur) indigenæ in Germania:* Germani αὐτόχθονες.

licet

Digitized b

licet ſæpe ex vno Germaniæ loco in alium, aut interdum extra Germaniam, migrauerit. Quis enim (inquit idem ſcriptor, vt confirmet, indigenas eſſe) præter periculum horridi & ignoti maris: Aſiâ, aut Africa, aut Italia, relicta: Germaniam peteret: informem terris, aſperam cælo, triſtem cultu aſpectuque: niſi, ſi patria ſit? Hæc & alia, apud Tacitum. Friuolum igitur (ex Albameri ſententia) eſt: Sueuorum & Saxonum originem, ad Macedones referre: Francorum, *& Sycambrorum (Geldrienſium) ad Græcos & Troianos. Nec informitas, aſperitas, & triſtitia illa, terrarum, cæli, & cultus, in Germanico Sueuicoque ſolo, huic laudatæ nationi obfuit: ſed tantò fortiores viros & fœminas educauit. Cyrus certè, inclytus ille Perſarum Rex, qua erat prudentia, conſilium Artembaris, de tranſmigrando ex aſpera Perſarum terra in regionem feliciorem, hoc argumento reiecit (vt eſt in Herodoti lib. vltimo) quòd tunc Perſæ, à priſtina virtute ad molliciem degeneraturi eſſent, propter vbertatem terræ.* φιλέειν γὰρ ἐκ τῶν μαλακῶν χώρων, μαλακοὺς γίνεσθαι· οὐ γάρ τοι τῆς αὐτῆς γῆς εἶναι· καρπόν τε θωμαστὸν φύειν, καὶ ἄνδρας ἀγαθοὺς τὰ πολέμια. *Duriter educati, ſecus educatis imperant. Regnorum & imperiorum adminiſtratio, ad magnanimos & ſtrenuos viros deuolui ſolet. Sicut poſtea anno poſt Chriſtum natum octingenteſimo, Romanum Imperium, ad Carolum magnum Germanum: milleſimo autem, centeſimo, & tricenteſimo octauo, ad Cunradum Sueuiæ Ducem, poſterosque eius, peruênit: viros rei bellicæ ſcientiâ, induſtria, fortitudine, alijsque virtutibus, excellentes: qui* Sueuiam, *& alia Germaniæ loca, egregiè exornarunt. Tunc ciuitates complures, mœnibus circumdatæ.*

Aſpera regionis vtilitas.

Sueui, Romanorum Cæſares.

2. *De legitima Sueuorum in matrimonio natiuitate. Scribitur de Celtis (quo nomine olim & Galli, & Germani, conprehendebantur: ſicut vocabulo Galatarum) eos, ſi quis infans natus eſſet: eum mox flumini Rheno imponere (mirum Baptiſma) ſolitos eſſe: vt, ſi non mergeretur, pro legitimo agnoſceretur: ſicut in Epigrammate priſco dicitur.*

Legitima natiuitas Sueuorum, vnde explorata.

Θαρσαλέοι Κελτοὶ ποταμῷ ζηλήμονι Ῥήνῳ τέκνα ταλαντεύουσι· καὶ οὐ πάρος εἰσὶ τοκῆες, πρὶν παῖδ' ἀθρήσωσι λελουμένον ὕδατι σεμνῷ.

Vocatur Rhenus, ζηλήμων, *æmulator puerperæ, aut ipſius partus. Deinde,* ὕδωρ σεμνὸν, *fluuius caſtus, caſtitatis index. In eodem deniq; Epigrammate,* ἐλεγχίγαμος ποταμὸς: *qui arguat nuptias, num caſtè ſint ſeruatæ.*

Iulianus Imp. in Epiſtola ad Maximum, πάντως οὐδὲ ὁ Ῥῆνος, *inquit* ἀδικεῖ τοὺς Κελτούς· ὃς τὰ μὲν νόθα τῶν βρεφῶν, ὑποβρύχια ταῖς δίναις πέμπει· καθάπερ ἀκολάστου λέχους τιμωρὸς πρέπων. ὅσα δ' ἂν ἐπιγνῷ καθαροῦ σπέρματος· ὑπεράνω τοῦ ὕδατος αἰωρεῖ· καὶ τῇ μητρὶ, πάλιν εἰς χεῖρας δίδωσιν· ὥσπερ ἀδέκαστόν τινα μαρτυρίαν αὐτῇ καθαροῦ καὶ ἀμέμπτου γάμου, τὴν τοῦ παιδὸς σωτηρίαν ἀντιδωρούμενος.

Galenus lib. 1. de tuenda valetudine, immerſionem talem à Germanis, roborandorum corporum cauſa (τὰ κρατύνειν τὰ σώματα) *fieri dicit: nec in Rheno tantum, ſed in alijs etiam aquis. Sed damnat hanc conſuetudinem, vt barbaram, & beſtijs conuenientem.* Τίς γὰρ ἂν ἡμῶν ὑπομείνειεν, *inquit,* τῶν παρ' ἡμῖν ἀνθρώπων· εὐθὺς ἅμα τῷ γεννηθῆναι, ἔτι θερμὸν τὸ βρέφος, ἐπὶ τὰ τῶν ποταμῶν φέρειν ῥεύματα; *Nam ſi frigore externo vincatur innatus eius calor: mox moriatur, neceſſe eſt. Sin nihil mali accidat: qui ei magnopere proſit ita dura cutis, animanti ratione prædito? aſino, aut equo, denſa & dura pellis relinquatur. Hæc apud Galenum. Etiam in Hybernia hodie, ſi quis puer in hyeme ad ignem ſedet, in foſſam conijcitur, maleq; mulctatur.*

3. *Qualis fuerit puerorum educatio Scholaſtica. Germanorum & Sueuorum Schola ſtudiumq; non erant literæ (quoniam harum ſecreta, viri pariter ac fœminæ ignorabant: ideoq; nihil ab ipſis in literas relatum eſt) ſed in pueritia ſtatim rei militaris præludia tractabant. Hoc ex Epiſtola 1. libri 5. Senecæ intelligitur. Qemadmodum omnibus annis, inquit, ſtudere, honeſtum eſt: ita non omnibus, inſtitui. Turpis & ridicula res eſt, elementarius ſenex. Iuueni parandum, ſeni vtendum, eſt. Et poſtea. Si in Parthia natus eſſet: arcum infans ſtatim tenderet. Si in Germania: protinus puer tenerum haſtile vibraret. Si auorum noſtrorum temporibus fuiſſet: equitare, & hoſtē cominus percutere, didiciſſet. Hæc ſingulis diſciplina gentis ſuæ ſuadet, & imperat. Nemo diſcit: vt, ſi neceſſe fuerit, æquo animo in roſa iaceat: ſed in hoc duratur, vt tormētis non ſubmittat fidem.*

Puerorum apud Sueuos priſcos educatio.

In concilio autem (conſeſſu Senatorum) vel Principum aliquis (inquit Tacitus) vel pater, vel propinquus ſcuto frameaq; (haſta) iuuenem ornant. Hæc, apud illos toga (Romana) hic, primus iuuentæ honos. Sicut ſcil. eſt promotio Scholaſtica, aut Magiſterium. Sic hodie nobiles adoleſcentes, & alij, armis ornantur: Werden Weerhafftig gemacht. *Iulius Cæſar, vitam omnem Germanorum, in Venationis ſtudijs, atq; rei militaris, conſiſtere ait: eosq; ab paruulis, duritiæ ac labori ſtudere. Hodie, militia quidem manet: ſed ſtudium literarum & religionis, illuſtrius eſt.*

Comitia Sueuorum.

Celebrantur Sueui glaucis oculis, & capillo flauo vel rutilo ac magnitudine corporum.

Sueuorum color & facies.

Tacitus.

Tacitus. Truces eius & cærulei ſunt oculi, rutila coma: magna corpora, & tantum ad impetum valida: laboris atque operum, non eadem patientia. Pomponius Mela, immanes & animis (ad bellandum) & corporibus (ad conſuetudines laborum ſe exercendo) eſſe ait.

Iuuenal. Satyra 13.

Cærula quis ſtupuit Germani lumina flauam
Cæſariem, & madido torquentem cornua cirro?
Nempe quòd hæc illis natura eſt omnibus vna.

Madido, ſcilicet vnguento.
Cirro, capillo criſpato.
Cornua, crines in modum cornu ſubuolutos.

SVETON. 47. cap. de C. Cæſ. Caligula.

Coegit hic Tyrannus quoſdam, qui non erant Germani, non tantùm rutilare, & ſubmittere (demittere, aut ſubuoluere) comam: ſed & ſermonem Germanicum addiſcere: & nomina barbarica (Germanorum) ferre (ſibi imponere) vt ſcil. de ipſis, tanquam ex Germania captiuis, triumphum (θρίαμβον) ageret.

Olim è Germania capilli afferebantur Romanis puellis: quæ ſuas comas rutilas facere non poſſent.

Ouid. 1. Amorum Eleg. 14.

Nunc tibi captiuos mittet Germania crines.
Culta triumphatæ munere gentis eris.

Galenus περὶ ὑγιεινῆς διαίτης, *Germanos non eſſe* ξανθούς, *flauos (ſi quis velit* ἀκριβολογεῖσθαι, *propriè appellare) ſed* πυῤῥούς, *rutilos vel rufos, ait.*

De crinium ornatu Sueuico Tacitus ſcribens.

Inſigne gentis, inquit, obliquare crinem, nodoq́ue ſubſtringere. Sic Sueui, à cæteris Germanis: ſic Sueuorum ingenui, à ſeruis ſeparantur. Id eſt, calamiſtro comam intorquebant: & in vertice, nodo colligabant. Neque hoc in iuuentute tantùm (ſicut ab alijs Germanis) fieri ab eis ſolitum, Tacitus indicat: ſed in ſenectute etiam: ac capillum in ipſo ſolo vertice religari à Principibus, & ornatiorem haberi. Eam curam, formæ eſſe, ſed innoxiæ. Neque enim, vt ament amenturúe: ſed in altitudinem quandam ſui, & terrorem hoſtium, ſic ornari. Crinium ornatus apud priſcos Sueuos.

Apud Athenienſes olim (vt Thucydides ſcribit, qui 426. ante Chriſtum fuit (χρυσῶν τεττίγων ἐνέρσει κρωβύλον ἀνεδοῦντο τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ τριχῶν, οἱ πρεσβύτεροι τῶν εὐδαιμόνων. Senes diuites & nobiles, capillos in nodum vtrinque acutum religabant, aureis cicadis inſertis: vt ſcil. oſtenderent ſe indigenas: quaſi ex ipſo Attico ſolo, ſicut cicadæ, natos.

Germani verò hodie, non amplius capillos promittimus, ſicut maiores noſtri, ſed tonſis capitibus ſumus: barbas autem promiſſas gerimus, cùm illi eas raderent. Habebatur talis capitum tonſio, nobis pueris, in uitio: ſed nunc non amplius, niſi in aliquibus perſonis.

Veſtitus Germanorum & Sueuorum. Hic qualis olim fuerit: intelligitur ex Tacito. Tegumen omnibus, inquit, ſagum: fibulâ, aut, ſi deſit, ſpina conſertum. Sagum, id eſt, veſtis 5. *villo craſſiore contexta, ſtricta (ideo fibulâ connecti ſolita contra iniurias cæli: militiæ, ſed & domeſticæ commorationi, apta.* Ein Filtzmantel. *Cætera (addit Tacitus) intecti, totos dies iuxta focum atque ignem agunt. Locupletiſſimi veſte diſtinguuntur, non fluitante, ſicut Sarmatæ ac Parthi: ſed ſtricta, & ſingulos artus exprimente. Gerunt & ferarum (vt, luporum, vulpium, vrſorum) pelles: proximi ripæ (Rheni, eos tempore Iulij Cæſaris à Gallis diſtinguentis) negligenter (minore labore & impenſa) vlteriores, exquiſitius (ſtudioſius & ſuptuoſius) vt quibus nullus per commercia cultus. Eligunt feras: & detracta velamina ſpargunt (inficiunt) maculis, pellibusque (ſubducunt) belluarum: quas exterior oceanus, atque ignotum mare, gignit. Nec alius fœminis, quàm viris, habitus: niſi quòd fœminæ ſæpius lineis amictibus velantur: eosq́ purpurâ variant: partemq́ veſtitus ſuperioris, in manicas non extendunt: nudæ brachia ac lacertos. Sed & proxima pars pectoris patet. Hæc, Tacitus.* Veſtitus Sueuorum priſcorum.

Adhuc patrum noſtrorum temporibus, fœminarum pectora ex ſuperiore parte erant nuda: Calcei vtriusque ſexus, in longum acumen, tanquam cornu, deſinebant: quæ ambo poſtea deſierunt: & nunc torques ſubucularum, operosè factæ, collum & pectus tegunt: panni ſinuoſo linei volumine: ſicut fungi, wie Pfifferling. *Cæſar libr. 4. belli Gall. Sueuos dicit in eam ſe conſue-*

Digitized by

tudinem adduxiſſe: vt locis frigidiſſimis, neque veſtitus, præter pelles, habeant: quarum propter exiguitatem, magna ſit corporis pars aperta: & lauentur in fluminibus. Maximo frigore nudos agere, Pomponius Mela ſcribit: & longiſſimam apud eos pueritiam eſſe. Viros ſagis velari, aut libris (interioribus corticibus) arborum, quamuis ſæua hyeme. Hæc, olim. Hodie verò, quanta veſtitus copia, elegantia, & luxus, in Sueuia, totaque Germania ſit, in promptu eſt.

6. *Arma Sueuorum, & cæterorum Germanorum (quando nondum ita habebant ferrarias officinas) erant hæc, Tacito auctore.* ἀμυντήρια, *ad oſtendendum, gladius, maiores lanceæ, framea ſiue haſtæ, & miſſilia:* σκεπαστήρια, *ad tegendum, ſagulum (breue indumentum militare) paucæ loricæ & caſſides (propter ferri penuriam) & ſcuta. Argentum & aurum (inquit idem Tacitus) non ſcrutantur: non quòd nulla Germaniæ vena gignat: ſed quod poſſeſſione & vſu haud perinde afficiuntur. Ne ferrum quidem ſupereſt: ſicut ex genere telorum colligitur. Rari, gladijs, aut maioribus lanceis (longiſſimis, vt erant Macedonicæ ſariſſæ) vtuntur. Haſtas (ſpicula, quaſi dimidiatas ſariſſas,* Halbe Stangen) *vel ipſorum vocabulo frameas (fortè* Pfriemen) *gerunt: anguſto & breui ferro: ſed ita acri, & ad vſum habili: vt eodem telo, prout ratio poſcit, vel cominus, vel eminus, pugnent. Et eques quidem ſcuto frameaque contentus eſt: pedites & miſſilia ſpargunt: pluraque ſinguli, atque in immenſum, vibrant. Nudi (caligati tamen, ſed ſine ſagulo) aut ſagulo leues. Nulla cultus iactatio. Scuta tamen lectiſſimis coloribus (quæ erant ipſorum inſignia) diſtinguunt. Paucis, loricæ: vix vni alteriúe, caſſis aut galea. Apud Æſtyos, rarus ferri, frequens fuſtium, vſus. Hæc, ille.*

Galeam Grammatici ἀπὸ γαλῆς, *à fele, deducunt: quòd ex talibus, & alijs pellibus, conglutinata olim fuerit: ſicut* κυνῆ, *ex pellibus caninis. Caſſis autem, à caſſus eſt: quòd vacua ſit (ſicuti caſſa nux) ad caput recipiendum. Olim quidem, illa armorum ratio, & metallorum erant. Hodie verò in Sueuia, & reliqua Germania, ferri maxima copia eſt: quia plurimis in locis, tum ferri, tum aliorum metallorum, fodinæ ſunt. Hodie quanta, quam varia, quàm admiranda, quàm terribilis, vbique armorum copia ſit: vel ex vnius Norinbergenſis Reipub. armamentario æſtimari poteſt: de quo Eobanus Heſſus:*

Quis facilè expediat, quot millia Chiriboardæ?
Quot baliſtarum pendentum? Qnantus aceruum
Congerat haſtarum numerus? Vis quanta bipennum?
Quid clypeos frameasque loquar, grauidasque pharetras?
Bombardas, hominum clades, rerumque ruinas:
Murorum tormenta, Deorum ſigna furoris?
Quid tormenta, vagas iaculantia in aëra flammas:
Saxaque, deciduo ſternentia pondere, quicquid
Contigerint? Quid mille alijs data nomina telis?

Chiriboardas, *manuaria tormenta vocat, ſiue ſclopeta:: Tormenta, quæ in aërem flammas iaculantur, & mortaria bellica,* Rothſchlangen/ Maurbrechern.

7. *Bellandi ratio Nihil neque publicæ, neque priuatæ rei (vt ſcribit in libello de moribus Germ. Tacitus) niſi armati, agunt.*

De pace & bello, plerunque in conuiuijs conſultant: tanquam nullo magis tempore, aut ad ſimplices cogitationes pateat animus, aut ad magnas incaleſcat. Gens non aſtuta, nec callida. Aperit adhoc ſecreta pectoris licentiâ ioci.

Equi, non formâ, non velocitate, conſpicui. In rectum, aut vno flexu dextros (non etiam ſiniſtros) agunt: ita coniuncto orbe, vt nemo poſterior ſit.

In vniuerſum, æſtimant plus penes peditem roboris: eoque mixti præliantur: apta & congruente ad equeſtrem pugnam velocitate peditum: quos ex omni iuuentute delectos, ante aciem locant. Centum autem ex ſingulis pagis (tetræ tractibus, præfecturis) ſunt. Centum euocatorum militum Dux, ſeu comes, centurio erat, vel primipilus, ein Centgraffe. *De Comitibus Principum, infrà plura.*

Acies, per cuneos componitur: id eſt, eorum acies eſt cuneata, ſeu figuram cunei habet: vt & ſcindat hoſtium ordines: & ſic à pluribus, vnum in locum tela mitti poſſint. Cuneus, peditum multitudo, ex anguſtiore principio procedens in latitudinem. Turma, multitudo equitum. Effigies & ſigna quædam, detracta lucis (ſtatuas Deorum, vt Herculis aut Martis nemoribus conſecra-

Arma Sueuorum.

Bellandi ratio Sueuorum.

Acierum ordo apud Sueuos.

conſecratas) in prælium ferunt. Nimirum faciebant hoc, vt fortius pugnarent: tanquam Deos fautores ſecum habentes.

Præcipuum fortitudinis incitamentum eſt (additur à Tacito) quòd non caſus, nec fortuita conglobatio, turmam aut cuneum facit, ſed familiæ, & propinquitates: & in proximo pignora: vnde fœminarum vlulatus audiri, vnde vagitus infantium. Hi cuique ſanctiſſimi teſtes: hi, maximi laudatores. Ad matres, ad coniuges, vulnera ferunt: nec illæ numerare, aut exugere, plagas pauent. Memoriæ proditur, quaſdam acies inclinatas iam, & labantes, à fœminis reſtitutas, Conſtantiâ precum, & obiectu pectorum, & monſtratâ cominus captiuitate: quam longè impatientius, fœminarum ſuarum nomine timent: adeò, vt efficacius obligentur animi ciuitatum: quibus inter obſides, puellæ quoque nobiles imperentur. Ineſſe quinetiam ſanctum aliquid, & prouidum, putant: nec aut conſilia eorum aſpernantur, aut reſponſa negligunt. Sic à Tacito ſcribitur. Velledæ proinde, apud Bructeros (VVeſtphalos, vbi Monaſterium ciuitas) fatidicæ virginis, proſperos pugnæ euentus prædicentis, autoritas magna fuit. Hanc Tacitus, Galliæ Belgicæ præſes ſub Imp. Veſpaſiano (anno 75. Chriſti) vidit. Talis etiam Saga fuit apud Cattos Aurinia. Non reperi, has fuiſſe maleficas: ſicut hodie multæ ſunt, quæ ideo quoque comburuntur. Velleda, fatidica virgo.

Cùm ventum in aciem eſt (inquit Tacitus) turpe Principi, virtute vinci: turpe Comitatui, virtutem Principis non adæquare. Iam verò infame in omnem vitam, ac probroſum: ſuperſtitem Principi ſuo ex acie receſſiſſe. Illum defendere, tueri, ſua quoque fortia facta gloriæ eius aſſignare, præcipuum ſacramentum (militiæ) eſt. Principes, pro victoria pugnant. Comites (Graffen vnd Herren) *pro Principe.*

Arij, truces, inſitæ feritati arte ac tempore lenocinantur (inſeruiunt.) Nigra ſcuta, tincta corpora, atras ad prælia noctes, legunt: ipſaque formidine feralis exercitus (eines wüten den Heers) *terrorem inferunt: nullo hoſtium ſuſtinente nouum, ac velut infernum, aſpectum. Nam primi, in omnibus prælijs oculi vincuntur.*

Sunt Sueuis hæc quoque carmina: quorum relatu, quem Barritum vocant, accendunt animos: futuræque pugnæ fortunam ipſo cantu augurantur. Terrent enim, trepidantúe, pro vt ſonuit, acies. Nec tam vocis ille, quam virtutis, concentus videtur. Affectatur præcipuè aſperitas ſoni, & fictum murmur, obiectus ad os ſcutis: quò plenior & grauior vox repercuſſu intumeſcat. Barritus, Græcè ἀλαλαγμὸς, clamor eſt prælio concurrentium: ad inuicem ſe perterrendos, aut omen de exitu belli colligendum. Nec prius attolli debet (ex Vegetij libr. 3. cap. 18. ſententia) quàm acies vtraque ſe iunxerit: quòd de longè vociferari, imperitorum ſit, vel ignauorum, Her / her / her. *Barritum etiam ciere, erat victoriam conclamare: qui clamor (teſte Ammiano libr. 16.) in ipſo feruore certaminum, à tenui ſuſurro exoriens, paulatimq́ adoleſcens, ritu attolitur fluctuum cautibus illiſorum.* Bellicus clamor.

Solent Germani (Tacit. Annal. libr. 18) cantu truci, more patrio, nudis corporibus, ſuper humeros ſcuta quatientes, in hoſtem tendere. Item, Deorum numine capeſſere pugnam (libr. 21.) coniugum, parentum, patriæ memores: cogitare, illum diem, aut glorioſiſſimum inter Maiores, aut ignominioſum apud poſteros, fore (ſic, ex cohortatione Ducis: ſono armorum tripudijsque approbatâ) tum ſaxis glandibusque, & cæteris miſſilibus, prælium incipere: & his abſumptis, procurrere infeſtius: immenſis corporibus, & prælongis haſtis. Præliorum & præliandi ratio.

Cedere loco, dummodo rurſus inſtes (inquit in libello de morib. Germanorum & Sueuorum Tacitus) conſilij (magis) quam formidinis, arbitrantur.

Corpora ſuorum, etiam in dubijs prælijs referunt: ne ſcil. ludibrio afficiantur; vel ab hominibus, vel à beſtijs.

Scutum reliquiſſe (ῥίψασπιν γενέσθαι) præcipuum flagitium: nec aut ſacris adeſſe, aut concilium inire, ignominioſo fas (ecce excommunicatio, vt apud nos vocatur, & nota infamiæ) multiq́ ſuperſtites, bellorum infamiam laqueo finiuerunt. Scutum reliquiſſe, ſummum flagitium apud Germanos.

Proditores & transfugas, arboribus ſuſpendunt. Ignauos & imbelles, & corpore infames, cœno ac palude, iniecta inſuper crate, mergunt. Diuerſitas ſupplicij illuc reſpicit: quaſi ſcelera oſtendi oporteat, dum puniuntur: flagitia abſcondi. Proditorum & Transfugarum in militia ſupplicium.

Equeſtribus prælijs ſæpe ex equis deſiliunt Sueui (inquit Belli Gall. lib. 4. Cæſar) ac pedibus præliantur: equosq́ eodem remanere veſtigio aſſuefaciunt: ad quos ſe celeriter, cùm vſus poſcit, recipiunt. Neq́ eorum moribus turpius quicquam, aut inertius, habetur, quam ephippijs vti. Itaq́ ad quemvis numerũ ephippiatorũ equitum, quamvis pauci, adire audent. Equeſtria prælia.

B 2 Si ciui-

Digitized by Google

Si ciuitas, in qua orti ſunt (inquit Tacitus) longa pace & otio torpeat: pleriq; nobilium

Nobilium adoleſcentum exercitia apud Sueuos.

adoleſcentum, petunt vltrò eas nationes (quamuis etiam longinquas) quæ tum bellum aliquod gerunt: quia & ingrata genti, quies: & facilius inter ancipitia clareſcunt: magnumque comitatum, non niſi vi belloque tuentur. Nec arare terram, aut expectare annum, tam facilè perſuaſeris: quam vocare hoſtes, & vulnera mereri. Pigrum quinimo, & iners videtur, ſudore acquirere, quod poßis ſanguine parare. Domi verò, quando non eſt bellum, otioſi ſunt, dediti ſomno ciboque: re domeſtica fœminis & ſenibus delegata. Rurſum Cæſar agit, Sueuos publicè maximam putare eſſe laudem: quam latiſſimè à ſuis finibus vacare agros. Hac re ſignificari, magnum numerum ciuitatum ſuam vim ſuſtinere non potuiſſe. Sueuorum gentem, eſſe longè maximam,

Sueuorum gens, bellicoſiſſima.

idem perhibet: & bellicoſiſſimam Germanorum omnium: ac centum pagos habere dici. Ex his quotannis ſingula millia armatorum, bellandi cauſa ſuis ex finibus educi. Reliquos, qui domi remanſerint, ſe atq; illos alere. Hos rurſus inuicem anno pòſt in armis eſſe: illos domi remanere. Sic neq; agriculturam, neq; rationem atq; vſum belli, intermitti.

Πηγὴ, *Doricè* παγὰ, *fontem ſignificat:* Ein Brunnen/ oder Bach. *Inde Pagus dicitur: id eſt, regio, vel iurisdictionis tractus, vel præfectura: in qua amnis, aut flumen, eſt: quòd olim ad fontes, aut circa riuos, ædificarentur domus. Pagani, qui eodem fonte aut amne vtuntur. Germanicè* Göw/ *idem eſt, quod talis Pagus: vt,* Nortgöw/ Algöw/ Hegöw: *à Græca voce* γαῖα, *terra. Aliàs pagum vocamus vicum, multas ruſticas domus habentem.*

Bello terribiles, ob libertatem ſuam defendendam, Sueui erant, potiſſimus Germaniæ populus. Quippe Regno Arſacis acrior (vt Tacitus inquit) Germanorum libertas. Fuit hic Arſaces, Parthorum Rex, qui & Perſas ſubegit. Vnde Reges horum, Arſacidæ in poſterum dicti, ad honorem Arſacis: qui non minus fuit memorabilis Parthis, quam Perſis Cyrus, Macedonibus Alexander. Romanis Romulus: vt eſt in 41. Iuſtini libro.

8\. Sueuorum habitationes & domus.

De habitatione, & munitione, Sueuorum Scribit Strabo libro 7. eos facilè ſedes mutare: διὰ τὴν λιτότητα τοῦ βίου, *propter tenuitatem victus:* καὶ διὰ τὸ μὴ γεωργεῖν καὶ θησαυρίζειν: ἀλλ' ἐν καλυβίοις οἰκεῖν, ἐφήμερον ἔχουσι παρασκευήν: *& quòd non colant agros, nec fructus recondant: ſed in tugurijs vnius diei habitent. Proinde ipſos etiam, rebus ſuis currui impoſitis, more Nomadum, cum pecoribus abire ſolitos eſſe, quò libeat. Hoc, non de omnibus intelligendum, nec ſemper. Multi enim remanebant: vt patet & ex dictis, & ex dicendis. Nullas Germanorum populis vrbes habitari, à Tacito ſcribitur: ac ne pati quidem inter ſe iunctas ſedes. Colere diſcretos ac diuerſos: vt fons, vt campus, vt nemus, placuerit. Vicos locare non in Romanorum morem, connexis & cohærentibus ædificijs. Suam quenque domum ſpacio circundare: ſiue aduerſus caſus ignis remedium, ſiue inſcitiâ ædificandi. Ne cæmentorum quidem eſſe apud illos, aut tegularum, vſum. Materia ad omnia vti informi: & citra ſpeciem, aut delectationem. Quædam loca diligentius illinere terrâ, ita pura ac ſplendente: vt picturam ac lineamenta colorum imitetur. Solere & ſubterraneos ſpecus aperire: eoſque multo inſuper fimo onerare: ſuffugium hyemi, & receptaculum frugibus: quia rigorem frigorum eiuſmodi locis molliant: &, ſi quando hoſtis adueniat, aperta populari: abdita autem & defoſſa, aut ignorari: aut eo ipſo fallere, quòd quærenda ſint.*

Negat vrbes Germanis fuiſſe Tacitus: ciuitates eis Cæſar libr. 6. Belli Gall. tribuit. Ciuitatibus, inquit, maxima laus eſt: quam latiſſimis circum ſe vaſtatis finibus, ſolitudines habere. Hæc non inter ſe pugnant. Nam vrbs, ἄστυ, *ſunt mœnia & ædificia: Ciuitas, ciues vnà habitantes, ſeu* τὸ κοινὸν, *commune:* πόλις, *quia* πολλοί, *etiamſi muris careant. Idem tamen Cæſar libr. 4. oppida Sueuis, ex fama tribuit. Se cognouiſſe ab Vbijs: Sueuos, poſtquam per exploratores pontem fieri (in Rheno à Cæſare) comperiſſent: more ſuo concilio habito, nuntios in omnes partes dimiſiſſe: vti de oppidis demigrarent: liberos, vxores, ſuaque omnia, in ſyluas deponerent: vnum in locum conuenirent (medium ferè ſuarum regionum) ibi Romanorum aduentum expectarent, decertandi cauſa. Sed ipſe octodecim diebus trans Rhenum conſumptis, in Galliam redijt, ponte reſciſſo. Ita Sueui tunc non habebant vrbes, & caſtra munita. Hodie verò, Germania vrbibus & oppidis pulcherrimis & munitiſſimis, plena eſt.*

Vrbes & ciuitates olim in Germania non fuêre.

9\. Sueuorum victus.

De victu eorum. Strabo: τρέφει ἀπὸ τῶν θρεμμάτων, πλείστη: *pecoribus maximam partem viuunt. Priuati ac ſeparati agri (inquit libr. 4. Cæſar) apud eos nihil eſt. Neque longius anno remanere vno in loco incolendi causâ licet. Neque multum frumento, ſed maximam partem lacte atque pecore viuunt: multumq; ſunt in uenationibus. Quæ res, & cibi genere, & quotidiana*

exercita-

exercitatione, & libertate vitæ (quòd à pueris nullo officio, aut diſciplina, aſſuefacti, nihil omnino contra voluntatem faciant) & vires alit: & immani corporum magnitudine homines efficit. Item lib. 6. Agriculturæ non ſtudent (ἀέργως, ſed παρέργως) maiorque pars victus eorum, in lacte, & caſeo, & carne, conſiſtit. Neque quiſquam agri modum certum, aut fineis proprios, habet: ſed Magiſtratus ac Principes, in annos ſingulos gentibus cognationibusq́; hominum, qui vnà coierunt: quantum eis, & quo loco. viſum eſt, attribuunt agri: atq; anno pòſt, alio tranſire cogunt. Eius rei multas oſtenderunt cauſas: ne aſſidua conſuetudine capti, ſtudiũ belli gerendi agriculturâ commutent: ne latos fineis parare ſtudeant: potentioresq́;, humiliores poſſeſſionibus expellant: ne accuratius, ad frigora atque æſtus vitandos ædificent, ne qua oriatur pecuniæ cupiditas: qua ex re factiones diſſenſionesq́; naſcuntur: cùm ſuas quiſque opes cum potentiſſimis æquari videat. Cibi, ſimplices (inquit Tacitus) agreſtia poma, recens fera, aut lac concretum. Sine apparatu, ſine blandimentis, expellunt famem. Plinius lib. 18. cap. 17. Germanos etiam pulte auenæ nec aliâ, viuere perhibet. Victu ita aſperos incultosq́; Mela ait: vt cruda etiam carne veſcantur: aut recenti: aut cùm rigentem in ipſis pecudum ferarumque corijs, manibus pedibusque ſubigendo renouarunt. Aduerſus ſitim (addit Tacitus) non eadem temperantia. Si indulſerit ebrietati, ſuggerendo, quantum concupiſcunt: haud minus facilè vitijs, quam armis, vincentur.

Potui, humor ex bordeo, aut frumento, in quandam ſimilitudinem vini corruptus. Hæc, ille. Ceruiſia autem hic potus appellatur: forſan à Cerere, id eſt. frugibus, ex quibus conficitur: nempe ex aqua, & hordeo aut tritico macerato, reſiccato, toſto & craſſius commolito, atque ex lupulo. Ea magis, quam vinum nutrit (quòd, qui ipſam bibunt, minus ſunt voraces) & homines facit craſſiores ac robuſtiores. Græci ζῦθον vocant: de quo Diodorus Sicul. lib. I. κατασκευάζουσι δὲ καὶ ἐκ τῶν κριθῶν αἰγύπτιοι πόμα, λειπόμενον οὐ πολὺ τῆς περὶ τὸν οἶνον εὐωδίας, ὃ καλοῦσι ζῦθον. In Ægypto Zythum parari ex bordeo dicit: non multùm recedens à vini ſuauitate. Bacchi inuentum eſſe libr. 3. & 4. ait: quem Ægyptij Oſirin nominent. Athenæus lib. 1. ex Dione Academico perhibet: εὑρεθῆναι παρ' αἰγυπτίοις βοήθημα: ὥστε τοὺς διὰ πενίαν ἀποροῦντας οἴνου, τὸν ἐκ τῶν κριθῶν γενόμενον πίνειν: καὶ ἱλαροῦσθαι τοὺς τοῦτον προσφερομένους: ὡς καὶ ᾄδειν, καὶ ὀρχεῖσθαι: καὶ πάντα ποιεῖν, ὅσα τοὺς ἐξοίνους γενομένους. Inuentum eſſe apud Ægyptios adiumentum: quo, qui natiuo vino careant, vinum ex bordeo factum bibant. Inde ſic exhilarari, vt & canant, & ſaltent: omnia denique faciant, quæ à vini potoribus fiant. Ceruiſiam, non modò ζῦθον, ſed etiam κρίθινον οἶνον, & τὸ βρῦτον, appellabant: vt apud eundem Athenæum lib. 10. eſt βρῦτον, à βρύω, ſcateo, ſpumo. Sueuorum potus. Ceruiſia, vnde dicta.

Vinum Sueuos ad ſe omnino importari non ſinere, Cæſar ait: quòd ea re ad laborem ferendum remoleſcere homines, atque effæminari, arbitrentur. Proximos tamen ripæ (Rheni) & vinum mercari, à Tacito dicitur. Item, Diem noctemque continuare potando (ſi non vinum, at ceruiſiam) nulli probrum eſſe. Crebras, vt inter vinolentos, rixas rarò conuicijs, ſæpius cæde & vulneribus, tranſigi. Hæc Tacitus. Sueui vino ſe olim abſtinere.

Bibaces autem cur ita Germani ſunt? Nonne quia calidiora corpora, propter cutis meatus à boreali frigore ἀντιπεριστατικῶς obturatos, habent? An malæ conſuetudini, aut cuiusq; temperamento, hoc tribuendum eſt? Ex dictis intelligimus, antiquis temporibus non fuiſſe vineas in Germania: ſicut nec longiſſimo tempore pòſt fuerunt. Germani cur bibaces ſint.

Statim autem è ſomno (quem plerunque in diem extrahebant) lauabantur: ſæpius calidâ, vt apud quos plurimum hyems occuparet. Lauti cibum capiebant. Separatæ ſingulis ſedes: & ſua cuique menſa. Tum ad negotia (nec minus ſæpe ad conuiuia) procedebant armati.

Hoſpitales quoque Teutones & Sueui erant. Conuictibus enim & hoſpitijs (vt ſcribit Tacitus) non alia gens effuſius indulgebat. Quemcunq; mortalium arcere tecto, nefas habebatur. Pro fortuna quiſque apparatis epulis excipiebat. Notum ignotumque, quantum ad ius hoſpitis, nemo diſcernebat. Abeunti, Signum ſeu arrha felicis recordationis & memoriæ. Si quid poſceris, concedere moris erat: & poſcendi inuicem, eadem facilitas. Gaudebant muneribus: ſed nec data imputabant, nec acceptis obligabantur. 10. Germani, hoſpitales. man nennts ein Glück Pfenning.

Sic Cæſar, hoſpites violare, inquit, fas non putant. Qui quaque de cauſa ad eos veniunt: ab iniuria prohibent. ſanctosq́; habent. Iis omnium domus patent, victusq́; communicatur. Hoſpitalitatis ius apud veteres Germanos.

Latrocinabantur. Latrocinia (inquit idem Cæſar) nullam habent infamiam: quæ extra fines cuiusque ciuitatis fiunt: atque ea iuuentutis exercendæ, ac deſidiæ minuendæ cauſa, fieri prædicant. Atque, vbi quis ex Principibus, in concilio ſe dixit Ducem fore: qui ſequi velint, profiteantur: conſurgunt ij, qui & hominem & cauſam probant: ſuumque auxilium pollicen- 11. Latrocinia extra fines exercere, fas apud Sueuos.

Digitized by Google

tur atq; ab multitudine collaudantur. Qui ex iis ſecuti non ſunt: in deſertorum ac proditorum numero ducuntur: omniumq; rerum iis poſtea fides derogatur. Hæc, Cæſar. Apud nos quoq;, Maiorum noſtrorum temporibus talia fiebant: ſed arces Auctorum, deſtructæ ſunt: ſicut aliquando videbitur. Mela dicit: Ius in viribus habent: adeo, vt ne latrocinij quidem pudeat. Tantum hoſpitibus boni, miteſq; ſupplicibus.

12. Commercia *Sueuorum cum exteris, & pecuniæ tractatio. Cæſar lib. 4. Bel. Gall.*

Sueuorum cum exteris exercitia, & pecunia tractatio.

Mercatoribus eſt ad eos aditus magis eò: vt, quæ bello ceperunt, quibus vendant, habeant: quam quò vllam rem ad ſe importari deſiderent.

Etiam iumentis, quibus maximè Galli delectantur, quæq; impenſo parant pretio, Germani (Sueui) importatis non vtuntur: ſed: quæ ſunt apud eos nata, parua atq; deformia: hæc quotidiana exercitatione ſummi vt ſint laboris, efficiunt.

Tacitus. Gaudent præcipuè finitimarum gentium donis: quæ non modò à ſingulis, ſed publicè mittuntur: electi equi, magna arma, Phaleræ, torqueſq;. Iam & pecuniam accipere, à Romanis docti. Et antè: Eſt videre apud illos argentea vaſa, non in alia vilitate, quàm quæ humo finguntur. Quanquam proximi (ad occid. & meridiem) ob vſum commertiorum, aurum & argentum in precio habent: formaſq; quaſdam Romanæ pecuniæ agnoſcunt, atq; eligunt. Interiores (ad ſeptentrion. & orientem) ſimplicius & antiquius (Altfrånckiſch) permutationem mercium vtuntur. Pecuniam probant veterem, & diu notam, Serratos Bigatoſq;. Argentum quoq; magis, quam aurum, ſequuntur: nulla affectatione animi: ſed quia numerus argenteorum, facilior vſui eſt, promiſcua ac vilia mercantibus. Nummi ſerrati & bigati dicebantur: quod ſerra & biga, eorũ nota erat.

Fräci indigenæ, non inter Sueuicos populos numerantur. Altfrånckiſch.

Vſura, ignota priſcis Sueuis.

Fœnus agitare, & in vſuras extendere, ignotum Sueuis erat: ideoq; magis ſeruabatur, quam ſi vetitum eſſet. En probitatem veterum Germanorum, minimè auarorum, licet de Chriſto nihil ſcirent. Hodie, multa πλεονεξία καὶ φιλοχρηματία *eſt.*

Iudicium Ariſtotelis de vſura 1. Poſit. 7.

Τὸ νόμισμα, μεταβολῆς γὰρ ἐγένετο χάριν, ὁ δὲ τόκος αὐτὸ ποιεῖ πλέον, ὅθεν καὶ τοὔνομα τοῦτ' εἴληφεν, ὅμοια γὰρ τὰ τικτόμενα τοῖς γεννῶσιν αὐτά ἐστι. *Nummus commutationis ſeu commercij causâ factus eſt. Sed fœnus, fœtura quadam eum auget: quia nummus parit nummum: ſicut in alijs quoq; ſimile generatur à ſimili.*

Et Baſilij M. κατὰ τοκιζόντων.

Τὸν λαγωόν φασι, καὶ τίκτειν ὁμοῦ, καὶ τρέφειν, καὶ ἐπικυΐσκεσθαι, καὶ τοῖς τοκογλύφοις, ὁμοῦ δανείζεται, καὶ γεννᾶται, καὶ ὑποφύεται (τὰ χρήματα) οὕτω πολυπλάσιον θηρίον ἐστὶν ὁ δανεισμός. τόκος γάρ, ὡς οἶμαι, διὰ τὴν πολυγονίαν τοῦ κακοῦ προσηγόρευται. *Lepores fertur, ſimul & parere & nutrire. & ſuperfœtare. Similiter à fœneratore ſimul & datur pecunia, & geratur. & ei ſubnaſcitur. Adeo mutiplex ille beſtia eſt. Nã fœnus, à multiplici fœtura (meo quidem animo) nomen habet. Ita vſura damnatur. Vendere autem nos Aureos (exempli cauſa) centum, fas eſt alteri, quinq; in ſingulos annos Aureis: nec caput nobis repoſcere, ſed illi reddere, licet. Magis ſeruabant priſci Germani illud, ne fœnus agitarent: quam ſi vetitum fuiſſet. Bona erat hæc ignorantia. Nam aliàs*

Nitimur in vetitum ſemper, cupimuſque negata.
Sic interdicti imminet æger aquis.

Ideo ſapienter faciunt, qui nihil de eo ſanciunt (ſicut Solon olim de Parricidio: vt Cicero pro Sex. Roſc. Amerino dicit) quod antea commiſſum non eſt: ne non tam prohibere, quam admonere, videantur.

13. *Quænam fuit lingua Sueuorum? Quæ aliorum Teutonum ſiue Germanorum: etſi dialectis variaſſe, dubium non eſt. Exempli gratia Hæc Germanica vocabula, ſunt.*

Sueuorum lingua.

Ganza, *anſer. Plin. lib.* 10. *cap.* 22. *Candidi anſeres, in Germania, verùm minores,* Ganzæ *vocantur. Precium plumæ eorum, in libras denarij quini. Item Erlisbornus,* Erlenbrunn: *vicus in ripa Mæni fluminis: quaſi dicatur, Alnorũ fons.* Born *enim, alicubi idem eſt, quod* Brunn. *Meminit Plin. lib. 8 cap. 15. his verbis, ſed ex parte corruptis. Silurus graſſatur, inquit, vbicunq; eſt: omne animal appetens, equos innatantes ſæpe demergens, præcipuè in Mæno Germaniæ amne propter Lisboum. & in Danubio. Legit ibi Beatus Rhenanus, Amne pro Elisborni. Se è veſtigijs manuſc. codicis ſed deprauatiſſimi ſic deprehẽdiſſe: ac dici, Pro Elisborni: ſicut dicitur, Pro roſtris, Pro templo. Vixit Plinius circiter 80 annum Chriſti. Silurus prægrandis piſcis, fluuiatilis pariter ac marinus. Framea,* Pfriem: *ſed veteribus Germanis, pro haſta: propter ſimilitudinem nimirum, quæ eſt inter haſtam, & premulam, vel calamiſtrum.*

Plinius quo anno Chriſti vixerit.

Fuit

d by Goog

Fuit ne Germanorum quoq; & Gallorum lingua, eadem? Antiquiſſimis temporibus eadem fuiſſe, probabile eſt: cùm vtriq; ſub communi appellatione γαλατῶν, Galatorū, comprehenſi fuerint: vt ſuprà dictum eſt. Poſterius, nō paruum diſcrimen interuênit: vt, cùm de ſuo tempore Cæſar ſcribens multâ iā Gallicæ linguæ ſcientia, Arioviſtum longinqua conſuetudine vſum eſſe dicit. Et Tacitus, Marſigni & Burij, inquit, ſermone cultuq; Sueuos referunt: Gothinos Gallica, Oſos Pannonica lingua, coarguit, non eſſe Germanos. At ab alijs, inter Garmanos Sueuos referuntur. Poteſt hoc diuerſitati temporum, & migrationum tribui. Henricus quoq; Glareanus (vt & Auentinus, & Ægidius Tſchudus) exiſtimat (in Annot. in Cæſarem) antiquitus Gallicam & Germanicam, eandem linguam fuiſſe. Veriſimilimum eſt, inquit, Gallos eâ locutos eſſe lingua: qua adhuc ij Galli vtuntur: qui Franciſcè (Gallicè) non loquuntur: vt omnes populi citra Rhenum, proximi tamen Rheno: Heluetij, Rauraci, Sequani, Briſgoienſes, Elſatici, Tribochi, Vangiones, & ferè tota Belgica. Hi magna ex parte Celticè loquuntur. Non mirum igitur, quòd ſcriptum reliquit D. Hieronymus: Galatas ad quos ſcripſit D. Paulus, quiq; à Celtis deſcenderunt (vt autor eſt Liuius lib. 8. Decad. 4.) eâdem locutos ſuo tempore lingua, qua Treuiri vtebantur. Quis autem neſcit, Treuirorum linguam antiquam eſſe: nec multò à Germanorū ligua diuerſam? Et, ſi concedi oportet, quod Strabo ait lib. 7. Germaniæ vocabulum, Romanorum eſſe: quam aliam cauſam fuiſſe credimus: quòd eos, Germanos appellarint: quam quòd vel linguà & moribus, magnam cum Gallis haberent communionem: vel (quod quidam non abſurdè argumentantur) ab ipſa inter ipſos appellatione? Fratres enim ſeſe etiamnum hac tempeſtate, in rebus ſerijs ac bellis, vocant. Helueticè (Germanicè) locutos eſſe Gallos (antequam per Romanam, ipſorum lingua corrumperetur: Prætoribus Romanis ius non dantibus, niſi ex ſua lingua) iudicat idem Glareanus ex vocabulis Germanicis: quæ olim in Gallia fuerint vſitata, licet à latinis corrupta: quorū afferam quædā, ex ipſo & Tſchudo. Lingua Germanorum & Gallorum.

Plinius lib. 18. cap. 18. aratra binis rotulis inſtructa, perhibet Gallicum inuentum: quod genus vocent planarati. Glareanus legit, Pflugrad *Libro eiuſdem 3. cap. 16. dicitur: Padum fl. nominatum eſſe: quòd circa fontem eius multa ſit Picea arbor, quæ Bades Gallicè vocetur. Bades,* Bech.

Eporedica, eodem capite, bonus equorum domitor. Abrichter der Roß.

Marga, Marck/ *medulla ſpiſſior vbertas terræ, quidam terræ adeps 17. Plin. 6. Galbam quidam (inquit Suetonius) inde dictum putarunt, quòd præpinguis fuerit viſus: quem, Galbam Galli vocant.* Galba Kalb.

Apud Heduos (inquit Cæſar lib. 1. Bel. Gall.) qui ſummo Magiſtratui præerat, Vergobertus vocabatur. Verggen (fertigen) *cauſas exequi:* Obret/der Obriſt.

Barritus, Brech/Bracht. *Vide infrà etiam lib. 7. cap. 8.*

Ex Idiotiſmis quoq; Germanicæ linguæ, qui in Gallica apparent, patet: eam antiquitus cum Germanica eandem fuiſſe: vt, i'ay receu voz lettres, ich hab ewern Brieff empfangen. Dieu ſoit louè, Gott ſey gelobet. *Quæ eôdem modo in Italicam irrepſerunt: Ho riceuuto voſtro lettetera: Iddio ſia lodato. Quòd autem Arioviſtus initiò non bene intellexit Gallos: an non diuerſa Dialectus ſit in cauſa? Sicut in his* God gheue u goeden Dach: Gott gebe euch ein guten Tag. *Accedit, in Galliæ interioribus longè velocior pronunciatio: quam qualis apud Germanos eſt.*

Ex his adductis probationibus ſatis credibile eſt: Gallos & Germanos, olim eâdem lingua locutos eſſe: priusquam Gallis neceſſitas à Romanis imponeretur latinam diſcendi: quod tamen cùm infeliciter fieret: hodierna inde Gallica lingua paulatim emerſit. Germanos verò non ita cogere potuerunt Romani: quia illi fortius libertatem ſuam tutabantur. Et tamen tempus, ſicut aliàs τῆς φύσεως ἐκστατικόν *eſt: ita etiam magnam in linguis mutationem affert. Certè, ſi qua ante mille annos Germanicè ſcripta eſſent: hodie non facilè intelligerentur.*

Fuerunt etiam Sueui, in loquendo elati, ac gloriabundi: id quod ex Arioviſti reſponſo ad Cæſarem, lib. 1. Belli Gall. clarum eſt. Idem (vt & alij Germani) aliàs breues quoque erant, contorti, aculeati, in ſermone: ſicut Diodori Siculi libro. 5. dicitur: κατὰ τὰς ὁμιλίας βραχυλόγοι, καὶ αἰνιγματίαι, καὶ τὰ πολλὰ αἰνιττόμενοι συνεκδοχικῶς. *Nam ingenio non carebant: nec ad diſcendum erant inepti.* ταῖς δὲ διανοίαις ὀξεῖς: καὶ πρὸς μάθησιν εὐφυεῖς.

De ludis, & relaxatione illorum. Aleam (inquit Tacitus) ſobrij inter ſeria exercent: tanta lucrandi perdendiue temeritate: vt, cum omnia defecerunt: extremo ac nouiſſimo iactu, de libertate, ac de corpore, contendant. Victus voluntariam ſeruitutem adit: quamuis 14. Sueuorum ludi & relaxationes.

iunior, quam vis robuſtior. alligari ſe ac venire patitur. Ea eſt in re parua peruicacia. Ipſi fidem vocant. Seruos conditionis huius, per commercia tradunt: vt ſe quoque pudore victoriæ exoluant.

Spectacula.

Genus ſpectaculorum, vinum, atq; in omni cœtu idem. Nudi iuuenes, quibus id ludicrum eſt, inter gladios ſe, atq; infeſtas frameas, ſaltu iaciunt. Exercitatio artem parauit: ars, decorem. Non in quæſtum tamen, aut mercedem. Quamuis audacis laſciuiæ precium, eſt voluptas ſpectantium.

Nandi non patientia tantùm illis (inquit Mela) ſtudium etiam eſt.

Virorum fortium egregia facta carminibus, ſeu Rhythmis Teutonicis (ſicut adhuc hodie vulgò fit) decantabant. Alias hiſtorias, vel Annales, non habebant, ſeculis tam rudibus.

15.

Sueuorum coniugia & œconomia. Caſtitas Sueuorum priſcis temporis.

De coniugijs & œconomia Seuorum. Sera iuuenum Venus (inquit Tacitus) eoq; inexhauſta pubertas. Nec virgines feſtinantur. Eadem iuuenta, ſimilis proceritas, pares valideque miſcentur: ac robora parentum, liberi referunt. Cæſar lib. 6. Qui diutiſſimè impuberes, inquit, permanſerunt: maximam inter ſuos ferunt laudem. Hoc ali ſtaturam, ali hoc vires, neruosque confirmari, putant. Intra annum vero vigeſimum, fœminæ notitiam habuiſſe, in turpiſſimis habent rebus. Cuius rei nulla eſt, occultatio: quod & promiſcuè in fluminibus perluuntur: & pellibus, aut paruis rhenorum tegumentis, vtuntur, magnâ parte corporis nuda. Rurſum Tacitus, Seuera illic, inquit, matrimonia. Nec vllam morum partem magis laudaueris. Nam propè ſoli Barbarorum, ſingulis vxoribus contenti ſunt: exceptis admodum paucis: qui non libidine, ſed ob nobilitatem, plurimis nuptijs ambiuntur.

Dos & Sponſalia veterum Sueuorum. Nuptialia munera quæ olim fuerunt.

Dotem non vxor marito, ſed vxori maritus, offert. Interſunt parentes & propinqui, ac munera probant: munera non ad delicias muliebres quæſita: nec quibus noua nupta comatur: ſed boues, & frænatum equum, & ſcutum cum framea gladioque. In hæc munera vxor accipitur: atq; inuicem ipſa armorum aliquid viro affert. Hoc maximum vinculum, hæc arcana ſacra, hos coniugales Deos (pro aliorum Ioue, Iunone, Venere, Suadela, & Diana nuptiali) arbitrantur.

Ne ſe mulier extra virtutum cogitationes, extraque bellorum caſus, putet: ipſis incipientis matrimonij auſpitijs admonetur: venire ſe laborum periculorumque ſociam: idem in pace, idem in prælio, paſſuram auſuramque. Hoc iuncti boues, hoc paratus equus, hoc data arma (vt ἀλληγορικὰ σύμβολα) denunciant.

Septa pudicitiæ agunt: nullis ſpectaculorum illecebris, nullis conuiuiorum irritationibus, corruptæ.

Adulteria, rara & pauciſſima apud veteres Sueuos, eorumq; pœna.

Pauciſſima, in tam numeroſa gente, adulteria: quorum pœna præſens, & maritis permiſſa. Acciſis crinibus nudatā coram propinquis expellit domo: ac per omnem vicum verbere agit. Publicatæ enim pudicitiæ, nulla venia. Non formâ, non ætate, non opibus, maritum inuenerit. Nemo enim illic vitia ridet: nec, corrumpere & corrumpi, ſeculum vocatur.

Significatur, meo iudicio, hîc ſeueritas veterum Germanorum & Sueuorum, in coërcendis maturè vitijs: ne impunitate inualeſcant, néue in conſuetudinem veniant, ac dicatur: Iſta iam non ſunt noua: ſeculum noſtrum non fert alios mores: quò reſpicit Iuuenalis, cùm Sat. 13. dicit.

Neſcis, quem tua ſimplicitas riſum vulgo moueat: cùm exigis à quoque, ne peieret: & putet vllis eſſe aliquod numen Templis.

Boni mores apud veteres Germanos plus valuere, quam alibi bonæ leges. Liberorum educatio.

Alicubi tantùm virgines nubebant: ſic vnum accipientes maritum, quomodo vnum corpus, vnamq; vitam ſine vlla cogitatione vlterà: ne tanquam maritum, ſed tanquam matrimonium, amarent: vt in Tacito eſt. Numerum liberorum finire (non ſemper procreare, quandiu poſſes) aut quenquam ex agnatis necare, flagitium habebatur. Plus ibi boni mores ualebant: quam alibî leges. Addit amplius Tacitus, de liberorum educatione. In omni domo, nudi ac ſordidi, in hos artus, in hæc corpora, quæ miramur, excreſcunt. Sua quenq; mater vberibus alit: nec ancillis ac nutricibus delegantur.

De hoc, quomodo ipſa mater debeat lacte ſuo alere liberos ſuos, extat pulcherrima Phauorini diſputatio, Gellij lib. 12. cap. 1. Inter alia, ſæpe videas, inquit, arborem latam & nitentem, in locum alium tranſpoſitam, deterioris terræ ſucco deperiſſe. Quæ (malum) igitur ratio eſt: nobilitatem nati modò hominis, corpusq; & animum, benignè ingenitis primordijs inchoatum, inſitiuo degeneriique alimento lactis alieni corrumpere? Præſertim, ſi iſta, quæ ad præbendum lac adhibetur, aut ſerua, aut ſeruilis, & (vt plerunque ſolet) externæ atque barbaræ nationis, ſi improba, ſi informis, ſi impudica, ſi temulenta eſt? Similiter Plutarchus in libello de puerorum

educatione,

educatione, δεῖ αὐτὰς μητέρας, inquit, τὰ τέκνα τρέφειν· καὶ τούτοις ὑπέχειν τοὺς μαστούς. συμπαθέστερόν τε γὰρ θρέψουσι, καὶ διὰ πλείονος ἐπιμελείας· ὡς ἂν ἔνδοθεν, καὶ τὸ δὴ λεγόμενον, ἐξ ὀνύχων ἀγαπῶσαι τὰ τέκνα. αἱ τιτθαὶ δέ, καὶ αἱ τροφοί, τὴν εὔνοιαν ὑποβολιμαίαν καὶ παρέγγραπτον ἔχουσιν, ἅτε μισθοῦ φιλοῦσαι. Matrum amor erga infantes, ſincerus eſt, & aſſiduus: nutricum verò beneuolentia, ſubdititia & adulterina, vt mercedem ſpectantium. Hæc, ille. Iam ſi lacte corrumpi animus iuuenilis poteſt: quantò magis, improborum commercijs, aut mali Pædagogi inſtitutione. Quare magna rectæ educationis ratio habenda eſt.

Pergit Tacitus: Dominum ac ſeruum, nullis educationis delicijs dignoſcas. Inter eadem opera, in eadem humo, degunt: donec ætas ſeparet ingenuos, virtus agnoſcat.

Melior conditio ſeruorum apud Sueuos erat, quam apud Romanos. Frumenti modum Dominus, aut pecoris, aut veſtis, aut colono, iniungebat: & ſeruus hactenus parebat. Cætera domus officia, vxor ac liberi exequebantur. Verberare ſeruum, ac vinculis & opere coërcere, rarum. Non occidebantur, niſi impetu & ira: ſed vt inimicus, non ſeruus: & quidem impune. Libertini non multùm ſupra ſeruos erant: niſi vbi Regnum eſſet. Ibi enim & ſuper ingenuos, & ſuper nobiles, aſcendebant.

Sueuorum conditio apud Sueuos. *Libertinorum ſtatus apud Sueuos.*

Sororum filijs, idem apud auunculum, qui apud patrem, honor. Hæredes tamen ſucceſſoresque, ſui cuique liberi, & nullum teſtamentum. Si liberi non ſunt: proximus gradus in poſſeſſione, fratres, patrui, auunculi. Quantò plus propinquorum: quò maior affinium numerus: tantò gratioſior, ſenectus: nec vlla, orbitatis precia: id eſt, orbi in nullo precio habebantur. Ita cœlibatus, apud eos odioſus fuit.

Hæreditatis iu[s].

Si qua bona veniſſent alicui hæreditate: eum etiam inimicitias, ſi quæ eſſent, patris aut propinqui, ſuſcipere neceſſe erat. Sed eæ non durabant implacabiles. Luebatur homicidium certo armentorum aut pecorum numero: recipiebatque ſatisfactionem vniuerſa domus: & eam vtiliter in publicum (in ſingulos familiæ interfecti) quia periculoſiores ſunt inimicitiæ iuxta libertatem: id eſt, ſi vni alicui non ſatisfactum eſſet: ille pro ſtudio libertatis Germanicæ, nouas turbas dediſſet.

Homicidij pœna.

Agros pro numero cultorum per vices vniuerſi occupabant: quos mox inter ſe ſecundum dignationem partiebantur. Arua per annos mutabant. Cùm non confererent pomaria, nec prata ſepirent, nec hortos rigarent: ſed ſolam terræ ſegetem imperarent: tantùm tres anni partes habebant: hyemem, & ver, & æſtatem. Autumni proinde nomen, ac bona, ignorabant. Nos hodie hortis, pomarijs, & pratis, abundamus. Ideo etiam fructus percipimus, & Autumnum habemus: ſicut & alijs ſunt, ſecundum puncta ſolſtitiorum & æquinoctiorum, ſpecies vel tempora anni quatuor.

Agrorum diuiſio. *Autumni nomen, veteribus Germanis ignotum.*

Terra Sueuorum & Germanorum (inquit Tacitus) etſi aliquando ſpecie differt: in vniuerſum tamen, aut ſyluis horrida, aut paludibus fœda: humidior: quà Gallias: ventoſior, quà Noricum ac Pannoniam, aſpicit. Satis ferax, frugiferarum arborum impatiens: pecorum fœcunda, ſed plerunq; improcera. Ne armentis quidem, ſuus honos, aut gloria frontis. Numero gaudent: eaq; ſolæ, & gratiſſimæ opes ſunt.

Germanicæ ſeu Sueuicæ terræ natura, fertilitas & ſterilitas.

Sic, tunc quidem: ſed hodie, reliquiæ tantùm hinc inde, ſyluarum olim perpetuarum: & omnia agris, pratis, hortis, ac permultis in locis vineis, cultiſſima: vel VVirtembergico agro teſte. Bonum enim pecus eſt, bona iumenta, multi piſcoſi lacus, venatio & aucupium. Deus eſt, qui ſolitudinem facit aquâ ſtagnantem: terramque aridam, humore ſcatentem. Ibi famelicos collocat: qui oppida condant, vineta fructuoſa plantent. Contrà, terram fertilem efficit ſalſam propter ſcelera incolarum: vt eſt in Pſal. 107.

Opes Sueuorum, in pecore & armentis erant: ſicut olim Patriarcharum.

De magiſtratibus Germanorum ac Sueuorum, & rebus ciuilibus. Reges (inquit Tacitus) ex nobilitate: Duces, ex virtute, ſumunt. 16.

Sueuorum Magiſtratus.

Nec Regibus infinita, aut libera, poteſtas: & Duces, exempla potius, quam imperio: ſi prompti, ſi conſpicui, ſi ante aciem agant admiratione, præſunt. Rex, König (inquit Iod. VVillichius) quaſi Kündig: qui ſcit & poteſt regere: prudens & potens.

Dux, Hertzog: qui exercitum præcedit. Regnum non erat hæreditarium, ſed arbitrarium. Ex nobilitate & virtute idonei legebantur. Nec ij erant αὐτοκράτορες, abſolutæ poteſtatis: ne in tyrannidem degenerarent.

Cùm bellum ciuitas (vt eſt apud Cæſarem) aut illatum defenderet, aut inferret:

Magiſtra-

Digitized by Google

Magiſtratus deligebantur, qui ei bello praeeſſent: ita, vt vitæ neciſque haberent (non tamen, niſi Sacerdotum permiſſu, velut Deo imperante: vt ex Tacito intelligitur) poteſtatem. In pace nullus communis erat Magiſtratus (omnium Germanorum Monarcha, tempore Cæſaris) ſed Principes regionum (vt Rex, aut Duces Sueuorum) atq; pagorum, inter ſuos ius dicebant, controuerſiaſque minuebant.

De minoribus rebus (vt à Tacito de ſenatu eorum ſcribitur) Principes conſultabant: de maioribus, omnes: ita tamen, vt ea quoque, quorum penes plebem arbitrium erat, apud Principes pertractarentur.

Coibant (niſi quid fortuitum & ſubitum incideret) certis diebus: cùm aut incohoaretur luna, aut impleretur: nouiluninum & plenilunium, auſpicatiſsimum rebus agentis initium credentes. Nec dierum numerum, vt Romani, ſed noctium (à nocte in noctem) computabant. Vt turbæ placuerat, conſidebant (als in einer Ritterbanck) *armati. Silentium per Sacerdotes (quibus tum & coërcendi ius erat) imperabatur. Mox, Rex, vel Princeps, prout ætas cuiq;, prout nobilitas, prout decus bellorum, prout facundia erat, audiebatur: autoritate ſuadendi magis, quam iubendi poteſtate. Si diſplicuiſſet ſententia: fremitu (non oratione. En libertas) aſpernabantur. Sin placuiſſet: frameas concutiebant. Honoratiſsimum aſſenſus genus erat, armis laudare.*

Dierum computatio apud Sueuos.

Licebat, apud conſilium accuſare quoq;, & diſcrimen capitis intendere. Diſtinctio pænarum, ex delicto: id eſt, cauebatur, ne maior pæna delicto eſſet. Grauia (vt proditio, aut transfugium) morte vindicabantur. Sed leuioribus, modo conueniente mulcta imponebantur: non pecuniariæ, ſed equorum aut pecorum. Pars mulctæ, Regi vel ciuitati: pars ipſi, qui vindicabatur, vel propinquis eius, exoluebatur. Eligebantur in iiſdem concilijs & Principes (præfecti) qui iura per pagos (præfecturas) vicoſq; redderent. Centeni ſingulis ex plebe Comites (Principum vicarij per vicos) conſilium ſimul & authoritas, aderant. Vbiq; arma gerebant: ſicuti hodie gladijs accincti eſſe ſolemus. Magna etiam æmulatio erat & comitum, quibus primus apud Principem ſuum locus: & Principum, cui plurimi & acerrimi Comites. Hæc dignitas, hæ vires: magno ſemper electorum iuuenum globo circundari: in pace, decus: in bello, præſidium.

Hic Comitatus tamen (inquit VVillichius) tunc non erat hæreditarius: ſicut poſt Caroli M. tempora, Imperio Romano ſub Othone III. ad Germanos verè translato. Tunc enim, Comitibus & Principibus altius euectis, ſuæ ditiones, hæreditariæ factæ ſunt: eorumque filij, Junghe herren/ *id eſt, iuniores heri, nominabantur, Inde poſtea nobilibus nomen hoc,* Juncker/ *accreuit. Hinc varij tam Comites: vt, Palatinus,* Pfalßgraffe: *Prouincialis,* Landgraffe: *Marcæ, id eſt, limitis, Marchio,* Marckgraffe: *Caſtrenſis,* Burggraffe. *Sic, ex ſententia VVillichij. Quibus monitu amici viri addidi hæc. Inter Comites, inquit, omnium poſtremi videntur fuiſſe, hæreditariò ſuas ditiones poſsidentes: qui à palatio, prouincia, limitibus, caſtro, nomen adepti ſunt. Quamuis hi omnes à CCC. & vltrà annis, non comitibus, ſed princibus adnumerati ſint.*

Jungherrn/ Juncker/ Pfalßgraffen/ Landgraffen/ Marckgraffen/ Burggraffen/ *vnde dicti.*

Inſignis nobilitas (inquit Tacitus) aut magna patrum merita, Principis dignationem (apud Principem, gratiam) etiam adoleſcentulis aſsignant.

Mos eſt ciuitatibus, vltrò ac viritim conferre Principibus: vel armentorum, vel frugum: quod pro honore acceptum, etiam neceſsitatibus ſubuenit.

17\. *De religione Sueuica. Non habebant Germani Druidas, ſicut Galli, qui rebus diuinis præeſſent (vt eſt in 6. libro apud Cæſarem) neq; ſacrificijs ſtudebant. Deorum numero eos ſolos habebant, quos cernebant: & quorum opibus apertè iuuabantur: Solem, & Vulcanum, & Lunam (de quibus ſuprà in Rege Manno) reliquos ne famâ quidem acceperant.*

Cultus diuinus, ſeu Religio, priſcorum Sueuorum.

Tacitus verò, ab eis Deorum maximè Mercurium (Deum Mercatorum & facundiæ) coli ſolitum perhibet: cui certis diebus, humanis quoq; hoſtijs litare, fas habuerint. Herculem & Martem (bellicos Deos) ab ipſis, conceſsis animalibus placari. Partem Sueuorum, & Iſidi (œconomicarum rerum Deæ, de qua ſuprà) ſacrificare. Cæterum, ipſos nec cobibere parietibus Deos: neq; in vllam humani oris ſpeciem aſsimilare, ex magnitudine cæleſtium. Lucos ac nemora conſecrare: Deorumq; nominibus appellare ſecretum illud, quod ſola reuerentiâ viderent. Auſpicia ſorteſq;, vt qui maximè, obſeruare. Sors erat (vt breuiter dicam) quòd virgulæ ſurculis conciſis notas quaſdam imprimebant: eoſq; ſuper candidam veſtem, temerè ac fortuitò ſpargebant: deinde, tamquam ex teſſararũ punctis, de euentu proſpero aduerſóue vaticinabãtur. Auſpicia tria erant. Vnum, quòd auium voces volatuſq; interrogabant. Alterum, quòd hinnitus ac fremitus candidorum equorum, quos publicè in lucis alebant. Sacerdos ac Rex obſeruabant. Tertium, Monomachia

Sortilegia.

Auſpiciorũ tria genera apud veteres Germanos.

machia inter popularem aliquem, & captiuum: quos, patrijs quenq; armis, inter ſe committebant: & victoriam huius vel illius, pro praiudicio prælij futuri accipiebant.

Semnones. ſtato tempore in ſylua ſacra, cæſo publicè homine, celebrabant barbari ritus horrenda primordia: ad honorem ſcil. ſyluæ ſacrificantes. Erat & hæc luco reuerentia: quod nemo, niſi uinculo ligatus, ingrediebatur (vt minor, & ſic poteſtatem Numinis innuens) prolapſus autem, non ſubleuabatur: ſed per humum euoluebatur: tanquam ibi primùm hæc gens orta eſſet: ibi regnator omnium, Deus: cætera, ſubiecta atq; parentia.

Reudigni, Auiones, Angli, Varini, Eudoſes, Suardones, & Nuithones, Herthum colebant: id eſt, terram matrem (opem, opum datricem. Cybelen, quòd Sacerdotes eius ἐκυβίζων τὴν κεφαλὴν, *furioſo capitis motu vaticinabantur) eamq;, tanquam inſpectricem, interuenire rebus hominum, inuehi populis, arbitrabantur: vt ſic magis honeſtati & iuſtitiæ ſtuderetur.*

Apud Naharualos, antiquæ religionis lucus erat: Sacerdos muliebri ornatu Albin venerabatur, id eſt, Caſtorem & Pollucem (qui in tempeſtate à nauigantibus implorabantur) ſine vllo illius ſimulacro.

Æſtij, iuxta Sueuicum (Sueticum) mare habitantes matrem Deum (Cybelen, omnium parentem) venerabantur: & in hoſtium terrorem, aprorum formas in galeis geſtabant. Ita huius Deæ cultores, ſecuri inter hoſtes ſibi videbantur.

Hoc modo miſeræ gentes Sueuicæ (ſicut & cæteri innumeri Gentiles) in tenebris religionis ſedebant: in regione & vmbra mortis: viæ ad ſalutem per vnicum veri Dei noſtri filium, ſemen illud benedictum, prorſus ignaræ.

Vetus tamen, laudabileque, Germanorum dictum fuiſſe DE DEO CREDENDVM, *non quærendum: Petrus Crinitus lib. 12. cap. 8. de honeſta diſciplina, ait. Sicut de Romanis dicit Tacitus: cùm Druſus Germanicus in Oceanum & Herculem fruſtrà inquiſiuiſſet: mox neminem id amplius tentaſſe: ſanctiusque ac reuerentius viſum eſſe:* DE ACTIS DEORVM *credere, quam ſcire.*

De funeratione Sueuorum. Id ſolum obſeruabatur (vt idem Tacitus loquitur) vt corpora clarorum virorum, certis lignis cremarentur. Struem rogi, nec veſtibus, nec odoribus, cumulabant. Sua cuiq; arma, quorundam igni & equus adijciebatur. Sepulchrum ceſpes (nulla columella) erigebat. Monumentorum arduum & operoſum honorem, vt grauem defunctis, aſpernabantur. 18. Sueuorum veterum exequiæ.

Lamenta ac lachrymas citò, dolorem & triſtitiam tardè, ponebant. Fœminis lugere, honeſtum erat: viris, meminiſſe.

Animarum immortalitas ab eis (ex Pythagoræ ſenſu) credebatur: ſuo tempore in alia corpora rediturorum. ἐνίσχυει παρ' αὐτοῖς ὁ πυθαγόρου λόγος *(Diodor. Sicul. lib. 5.)* ὅτι τὰς ψυχὰς τῶν ἀνθρώπων, ἀθανάτους εἶναι συμβέβηκε· καὶ δι' ἐτῶν ὡρισμένων, πάλιν βιοῦν· εἰς ἕτερον σῶμα τῆς ψυχῆς εἰσδυομένης. *Ideo literas in rogum inijciebant: quas, qui mortui eſſent, ſuo loco lecturi eſſent. O miſeram cæcitatem, imò ridiculam: ſi in miſerijs ridendum eſt, & non potius miſerendum.* Animarum immortalitas credita.

Nos vero ex Eſa. 63. ſcimus, quid de mortuis (quoad collocutionem cum illis) ſentiendum ſit. Tu es, inquit, pater noſter. Abraham neſcit nos; Iſraël ignorat nos; tu Domine pater noſter; es redemptor noſter à ſeculo nomen tuum.

Finis libri primi, primæ partis Sueuicorum Annalium.

SVEVICO-

SVEVICORVM ANNALIVM LIBER SECVNDVS PARTIS PRIMAE,

MARTINO CRVSIO AVCTORE.

PRAECEDENTE libro præcipua diximus omnia: quæ de primo *Sueuorum* ortu, de Regibus ipſorum antiquiſſimis, de ingenio, moribusque eiuſdem gentis, ex hiſtorijs habere potuimus. Nunc de rebus eorundem geſtis, quicquid præcipui habere poterimus, dicemus: idque eò vſque, dum vnici *conſeruatoris noſtri Chriſti* diem natalem attingamus. Hoc autem ſemel monitum lectorem volumus: quando de veteribus bellis Gallorum, & Teutonum ſiue Germanorum, contra Romanos aut Græcos geſtorum, narrabimus: ſub his & Sueuos intelligendos eſſe: ſicut ſuperiore libro, Gallos & Germanos, ſub vocabulo Galatarum, complexi ſumus: & à *Sueuis*, potiorem Germaniæ partem obtentam oſtendimus. Quoniam igitur in horum populorum rebus geſtis vetuſtius nihil nobis occurrit: quam, quomodo pars quædam eorum in Italiam tranſierit: Initiò de eo tranſitu, ex T. Liuij libro 5. & aliunde, commemorabimus: poſtea, aliò conuertemur.

DE TRANSITV GALLORVM, GERMANORUM, Sueuorum in Italiam.

CAPVT I.

PRiſco Tarquinio, V. Rege Romanorum, Romæ regnante (tempore Nabuchodonoſori, Babylonij Regis, ac prophetæ Danielis) anno ante natum Chriſtum 594. Celtarum penes Bituriges ſumma imperij fuit: qui Regem Celtico dederunt, nomine Ambigatum; virtute fortunaq́ cùm ſua, tum publica, præpollentem. Nam in eius imperio, Gallia adeò frugum, hominumq́ fertilis fuit: vt abundans multitudo, vix regi poſſe videretur. Hic magno natu ipſe iam, exonerare prægrauante turba Regnum cupiens: Belloueſum ac Sigoueſum, ſororis filios, iuuenes impigros miſſurum ſe eſſe, in quas Dij dediſſent augurijs ſedes (ſuperſtitio etiam, vero Deo infidelibus permittente, & falſa Religio, efficax, nec miraculis deſtitutam) oſtendit. Quantum ipſi vellent, numerum hominum exirent: ne qua gens arcere aduenientes poſſet. Tum Sigoueſo ſortibus (augurandi ſtudio, propter cæteros Galli callentes, Iuſtin. 24.) dati Hercynei ſaltus. Belloueſo haud paulò lætitiorem in Italiam viam Dij dabant. Is Biturigos, Aruernos, Senones, Heduos, Ambarros, Carnutes, Aulercos (quòd eis ex populis abundabat) exciuit. Profectus ingentibus peditum equitumq́ copijs, in Tricaſtinos venit. Inde Alpium cælo iuncta iuga, licet inexuperabilia viderentur, per Taurinos ſaltusq́ Iuliæ tranſcendit: quo tempore Maßilienſes quoque aduenerant, nauibus à Phocæa profecti: qui agrum quærentes, ab Saluium gente oppugnabantur. Fuſis autem acie Tuſcis haud procul Ticino flumine: Galli audientes, locum, in quo conſederant, agrum Inſubrium appellari, cognominem Inſubribus pago Heduorum; ibi omen ſequentes loci, condidêre vrbem: quam Mediolanum appellarunt.

Maßilienſium ſtrages.

Mediolanum, à quo conditum.

Alia ſubinde manus Germanorum, Elitouio Duce, veſtigia priorum ſecuta: eodem ſaltu, fauente Belloueſo, cùm tranſcendiſſet Alpes: vbi nunc Brixia & Verona vrbes ſunt (locos tenuêre Libui) conſidunt.

Cur Belloueſus cum ſuis Gallis Alpes tranſiuerit: abundantia hominum, vt dictum eſt, in cauſa fuit. Verùm Gallicæ genti tranſeundi, hæc quoq́ (vel tunc, vel poſterius) cauſa fuiſſe traditur: quòd fuerit excitata dulcedine frugum Italiæ, maximaq́ vini voluptate noua. Ideo agros ab Hetruſcis antè cultos, occupaſſe. Inuexiſſe autem antè, in Galliam) γαλατίαν, Galliam & Germaniã, vitibus & vino carentem) vinum illiciendæ gentis cauſa, Aruntem Cluſinũ: irâ corruptæ vxoris ab Lucumone, cui is tutor fuerit ipſe, formoſa iuuene: & ita præpotente: vt ab eo expeti pœnæ, niſi externâ vi quæſita, nequirent. Hunc ergo tranſeuntibus, vt auctorẽ, ita & Ducem, fuiſſe.

Hæc

d by Go

Hæc à Germanis & Sueuis, qui ſub nomine Gallorum (γαλατῶν) latuerint, geſta eſſe, dubitandum non eſt. Cenſet ſic clariſſ. ſcriptor Auentinus Annal. Boiorum lib. 1. Tarquinio Priſco Romæ regnante, Ligures, Inſubres, Sueuos, Senones, Sicambros (Francos) Cimbros, Chamauos, aliasque Galliæ & Germaniæ magnæ gentes: Ductoribus Belloueſo, Sigoueſo, Medone, Helitouio, Alpes hactenus inſuperabiles, tranſgreſſos, Italiæ ſe ſuperfudiſſe. Deinde Boios (Bauaros) pulſos Boiemiâ Hercyniaq; à Marcomannis, Sueuiæ populis, veſtigia priorum, Rege Ciconio, ſubſecutos. Cùm iam inter amnem Padum Alpesq; omnia tenerentur. Pado ratibus traiecto, non Hetruſcos modò, ſed etiam Vmbros, veteres colonos, agris ab illis pulſos: Anconam vſq;, omnia occupata Cis Apenninum ſe tamen tenuiſſe. A Boijs Laudem Pompeiam conditam eſſe: à cæteris, Mediolanum, Ticinum, Comum, & alias vrbes.

Cenſet ſic egregius quoq; hiſtoricus Spangenbergius: Gallos, qui veri Germani fuerint, & Senones ac Cenomannos Sueuos, alioſq; Teutonos: Ducibus iam dictis, Alpeis ſuperaſſe: magnaq; Italiæ parte occupata, vrbes multas condidiſſe: vt, Senas, Mediolanum, Comum, Brixiam, Veronam, Bergomum, Tridentum, Vincentiam, Mutinam, Parmam. Non ergo rectè ſentit Iuſtinus: qui libro 20 has vrbes à Gallis, qui plus ducentis annis poſterius vixerunt, Romaniq; Duce Brenno ceperunt, conditas fuiſſe putat. Teſtatur ſuprà Liuius, Mediolani conditores Belloueſum & ſuos eſſe: aliamq; ſubinde Germanorum manum, Elitouio Duce, venientem, vbi nunc Brixia & Verona ſint, conſediſſe. Vrbes multæ in Italia à Germanis conditæ.

Etiam doctus vir Franciſcus Irenicus, lib. 1. cap. 11. indicat: Germanorum præcipuam cauſam obliuionis in hiſtorijs fuiſſe: quòd à Germanis quicquid antiquitus præclari geſtum fuerit: id vel Celtis, ſiue Gallis, vel Sarmatis & Scythis, non Germanis, adſcriptum ſit. Et Suidas Γερμανικὸς, *inquit,* ὁ φράγγος λέγεται. οἱ γερμανοὶ, κελτοὶ λέγονται: οἱ ἀμφὶ τὸν ῥῆνον ποταμὸν εἰσι. *Germanicus, Francus dicitur: & Germani, Celtæ, fluminis Rheni accolæ. Rurſus:* κελτοὶ οἱ λεγόμενοι γερμανοί: οἳ κατέθεον τὴν γῆν ἀλβανῶν (ἔθνος γαλατῶν) οὓς καὶ σήνωνας καλοῦσι. *Celtæ, qui Germani dicuntur, incurſabant agrum Albanorum (gens ea Galatica eſt) quos & Senones appellant.*

Ioannes denique Stumpffius, lib. 8. cap. 1 Heluetica hiſtoriæ, ſcribit: Germanos, Sueuos, Senones, longo tempore ante Romanos, inuaſiſſe in Heluetios, Sequanos (Burgundiæ comitatum) & Gallos: at in his conſediſſe.

Genebrardus ergo Gallus, Germanis admodum iniquus eſt in ſua Chronographia: dum inter alia ſcribit: Iulium Cæſarem, primum Hiſtoricorum latinorum meminiſſe Germaniæ. Nam reliquos eam ſemper habuiſſe inter Scythiæ regiones obſcuriſſimas, ſuaque commemoratione indignas. At ante tempora Cæſaris, Romanis non fuerunt expeditiones in noſtram Germaniam, aut res nobiſcum. Quid ergo admodum ſcripſiſſent: Nec Cæſar vllo modo ita contemptim de Germanis, feræ genti, iura dare ſolitos, virtute perpetuò ſuperiores: quam in rem Cæſarem lib. 6. de Bel. Gal. teſtem citat. At in eo libro dicitur: fuiſſe quidem antea tempus: cùm Germanos Galli virtute ſuperarent. Nunc autem (notetur ἀντίθεσις*) quòd in priſtina inopia egeſtateq; Germani permaneant: Galli autem tranſmarinis rebus, id eſt, delicijs, vtantur: paulatim aſſuefactos eſſe ſuperari (Gallos à Germanis) multiſq; victos prælijs, ne ſe quidem ipſos cum illis virtute comparare. Libro quoq;, primo eiuſdem operis ſcribitur: Gallorum copias prælio ab Ariouiſto, Germanorum Rege, victas eſſe. Quomodo igitur Germanis perpetuò ſuperiores Galli? Galliam etiam, non Germaniam, Cæſar ſub populi Romani imperium redegit. Idem & equitibus & peditibus Germanis, ad ſua bella vſus eſt: vt viris fortitudine animi, & agilitate corporis, præſtantibus. Sed mittamus bonum Genebrardum: qui tanta charitate & honore Germanos proſequitur: vt eos faciat etiam propaginem, non Aſceneze & Tuiſconis, ſicut alij: ſed Chananæorum, quos Ioſua, cæteris interfectis, è terra ſancta depulerit: qui tradantur migraſſe in Germaniam, Sclauoniam, & vicinas regiones. At in Beniamini Tudelenſis Itinerario, Germaniam quondam Aſchenaz dictam fuiſſe, ſcriptum extat: non autem, Chanaan.*

Eodem illo tempore, quo Belloueſus in Italiam venit, Tuſcorum opes, quæ ante Romanum imperium latè terrâ marique patuerant (quippe à Tyrrheno vſque ad Adriaticum, ſiue à ſupero vſque ad inferum, mare) fracta à Gallis fuêre. Circa annum itaque ante aduentum Chriſti 587. auitis ſedibus amiſſis, nobiliores cum parte populi, Duce Rhæto, ad Alpes Germaniam verſus conceſſerunt: & de nomine Ducis, gentem Rhætorum condiderunt. Eos locorum ipſorum aſperitas, teſte Liuio, efferauit: ne quid ex antiquo, præter ſonum linguæ, nec eum incorruptum, retinerent. Vocantur hodie Griſones, Curwalhen/ Rhætorum origo. Curwalhen/ Grawpunter.

C Grawpunter/

Digitized by Google

Grawpunter: *linguaq́, quam Romanam vocant, perquam corrupta vtuntur: & Germanicus ſermo apud eos inualeſcit. Nec carent nobilibus familijs: vt, Comitum de monte forti, Baronum de bello monte, Baronum de monte alto, Baronum de Rhætio: nobilium de Amiſio, ſiue Embs: nobilium de Embs ſupra curiam, ſeu de Amedes. Feruntur Rhæti, progreſſu temporis Auguſtam veniſſe: ibi Deam Ciſam coluiſſe: ciuitatem, Ciſarim nominaſſe. Extat diligens & erudita Ægidij Tſchudi Claronenſis, gentis huius deſcriptio.*

DE VRBE ROMA, A GALLIS SENONIBVS, HELVETIIS, & Sueuis, Duce Brenno Sueuo, capta.

CAPVT II.

M. FVRIO *Camillo, Romæ diem dixerat L. Apuleius Tribunus plebis: tamquam prædam ex Veijs captam, iniqué diuiſiſſet. Ille igitur Ardeam in exilium abijt: precatus ab Dijs immortalibus (ſicut Achilles Iliad.* I. *Græcis:* ἤ ποτε αὖτε χρειὼ ἐμεῖο γένηται) *ſi innoxio ſibi ea iniuria fieret: primo quoq; tempore deſiderium ſui, ciuitati ingratæ facerent. Damnatur abſens quindecim millibus grauis æris. Quid graue æs ſit, Plutarchus exponit:* ὦφλε τὴν δίκην ἐρήμην, τίμημα μυρίων καὶ πεντακισχιλίων ἀσσαρίων ἔχουσαν· ὃ γίνεται πρὸς ἀργυρίου λόγον, χίλιαι δραχμαὶ, καὶ πεντακόσιαι, δυνάμενον, τὸ δεκάχαλκον. *Sententia eſt: Damnatur quindecim millibus aſſium: id eſt, in argento Denarijs mille & quingentis. Drachma enim, vel Denarius, decem aſſibus æris valebat. Accedit hæc calamitas Camillo, anno ante Chriſtum circiter* 388. *quo tempore Græcus Hiſtoricus & Philoſophus Xenophon vixit.*

Xenophon quo tempore vixerit.

M. Caditius.

Aliquantò ante Camilli exilium, Marcus quidam Cæditius de plebe, nunciarat Tribunis: ſibi noctis ſilentio auditam eſſe vocem clariorem humanâ: quæ Magiſtratibus dici iuberet, Gallos (hoc eſt, albos: inquit Auentinus, ad vocabulum γάλα *reſpiciens) aduentare. Id, vt fit, propter auctoris humilitatem ſpretum: & quòd longinqua, eoq; ignotior, gens erat.*

Galli tamen Senones, & alij (gentes feroces corporum mole, & armis ingentibus, terribiles) non contenti ſedibus, quas olim inter Alpes, & flumen Padum, poſuerant: altero iam poſt exilium Camilli anno, Cluſium Hetruriæ oppidum obſidebant: Cuius ciues fidem Romanorum per Legatos implorarunt. Interuênit pro ſocijs ac fœderatis populus Romanus: miſſis tribus Legatis, viris ex Fabiorum gente illuſtribus. Qui cùm cauſam belli Cluſinis illati quærerent: Gallorum Dux Brennus (Regis Angilorum Sueuorum F.) ridens, iniuſti in nos ſunt, inquit, Cluſini: quòd de agro, quem plurimum poſſident, nobis peregrinis & pauperibus nihil concedere volunt. Vos quoque Romani, Veientibus, Capenatibus, Faliſcis, Volſcis, ſeruitutem imponitis: eandem, quam nos, antiquiſſimam legem ſequentes: quæ bona inferiorum tribuit fortioribus. Ideo ne ſubuenite Cluſinis: ne viciſſim Galli ſubueniant ijs, quibus à Romanis vis fit. Legati in oppidum regreſſi, Cluſinos ad emptionem hortati ſunt. Prælio iuxta murum commiſſo: vnus ex Legatis, Q. Ambuſtus, dum Gallum quendam occiſum ſpoliat, à Brenno agnoſcitur: qui Deos teſtans (minimè ingenio, & rerum intelligentia, Sueuus hic carens) hunc, qui legatus veniſſet, contra ius gentium factum eſſe hoſtem, ſtatim receptui cecinit. Erant, qui extemplò Romam eundum cenſerent. Vicêre ſeniores, vt legati prius mitterentur queſtum iniurias: poſtulatumq́, vt violatores iuris gentium Fabij dederentur. Senatui non placuit Fabiorum factum: & ius poſtulare, ipſis Barbari videbantur: ſed tamen, ne penes ſe eſſet culpa cladis: ſi qua fortè bello Gallico acciperetur: cognitionem de poſtulatis Gallorum ad populum reijciunt. Vbi tantò plus gratia atque opes valuêre: vt, quorum de pœna agebatur: Tribuni militum, conſulari poteſtate in ſequentem annum crearentur. Quo facto: Galli infenſi, vt dignum erat, bellum propalam minantes, ad ſuos redierunt. Hi poſtquam accepêre, violatoribus iuris humani, non modò nullam pœnam impoſitam, ſed etiam honorem habitum, eſſe: flagrantes irâ, confeſtim ſigna conuellunt: agmine citato iter ingrediuntur. Ad quorum prætereuntium raptim tumultum, cùm exterritæ vrbes ad arma concurrerent: fugaque agreſtium fieret: nihil hoſtile ipſi facientes, ſolos à ſe Romanos peti, magno clamore ſignificabat: cæteros, amicorum numero haberi. Plurimum terroris, Romam celeritas hoſtium tulit. Tunc Tribuni militum, ſuos quoque eduxerunt: numero quidem ad quadraginta millia: ſed rei militaris non peritos: nulla religionis Aruſpicumque ratione habita. Itaque, velut tumultuario exercitu raptim ducto, ad vndecimum ab vrbe lapidem occurrerunt, iuxta Alliam: quæ Cruſtuminis montibus præalto defluens alueo, haud multùm infra viam Tiberino amni miſcetur.

Brenno Dux.

Secutum eſt prælium: in quo non fortuna modò, ſed pugnandi etiam prudentia, cum Gallis ſtetit. In altera acie, nihil tale, quale præteritis temporibus, in Romanis fuerat: non apud Duces, non apud milites. Pauor fugaque occupauerat animos: & tanta ipſorum obliuio: vt multò maior pars Veios, in hoſtium vrbem, cùm Tiberis arceret, quam recto itinere Romam, ad coniuges ac liberos fugeret. Circa ripam Tiberis, quò armis abiectis totum ſiniſtrum cornu defugit, magna ſtrages facta eſt: multosque imperitos nandi, aut graues loricis, aliisque tegminibus, hauſere gurgites. Qui procul à flumine, in dextro cornu ſteterant: Romam omnes petière: ne clauſis quidem portis vrbis, in arcem confugerunt. Gallos, velut obſtupefactos miraculum victoriæ tam repentinæ tenuit. Pauore defixi, primùm ſteterunt: vel ignari, quid accidiſſet: deinde, inſidias veriti: poſtremò, caſorum ſpolia legere: armorumq́ cumulos, vt mos eis eſt, coaceruare. Tum demum, nulla re hoſtili vſq; apparente, non multò ante Solis occaſum ad vrbem Romam perueniunt. Vbi cùm prægreſſi equites, non portas clauſas (τοῖς γὰρ φρένας ἐξέλετο ζεύς, vt poëta loquitur) non ſtationem pro portis excubare, non armatos eſſe in muris, retuliſſent: aliud priori ſimile miraculum eos ſuſtinuit: nec aliquid ea nocte tentarunt (hanc ipſam veriti, & ignotæ ſitum vrbis) niſi quòd exploratores circa mœnia miſerunt: quænam hoſtibus in perdita re conſilia eſſent. Prælium.

Inſequenti die, hæc à Romanis in vrbe, geſta. Placuit, cum coniugibus ac liberis iuuentutem militarem, Senatusque robur, in arcem Capitoliumq́ concedere: armisq́ & frumento collatis: ex loco inde munito, Deos hominesq́, & Romanum nomen, defendere: Flaminem (virum Sacerdotem) Sacerdotalesque Veſtales (ſacras virgines) Sacra publica à cæde, ab incendiis, procul auferre: nec antè deſeri cultum eorum (in perſecutione, confeſſionem religionis) quam non ſupereſſent, qui colerent. Sic factum: mulieribus multis in arcem ſuos perſecutis: nec prohibente vllo, nec vocante: quia, quod vtile obſeſſis ad minuendam imbellem multitudinem, id parum humanum erat. Plebis reliqua turba (quòd eam nec capere tam exiguus collis, nec alere in tanta inopia frumenti, poterat) ex vrbe effuſa, diuerſa loca petiit: ſuam quiſque ſpem, ſua conſilia, communibus deploratis, exequentes. Senes triumphales conſularesque (quos LXXX. Ioannes Sonaras ponit, Liuius non numerat) vt in fortunæ priſtinæ, bonorumque aut virtutis inſignibus, morerentur: nec ipſi in Capitolium aſcenderunt: ſed, quæ auguſtiſſima eſt veſtis thenſas ducentibus (vehicula, Deorum ſimulacra vehentia) triumphantibusue: ea veſtiti, medio ædium eburneis ſellis ſedere: poſtquam antè in foro, M. Fabio Pontifice maximo præfante carmen, ſe pro patria Diis manibus deuouiſſent. Pontifices & Flamines, quicquid religioſiſſimi in in Templis erat: partim in doliis defoſſum terrâ recondiderunt: partim impoſitum plauſtris ſecum abſtulerunt. Virgines ſimul ex ſacerdotio Veſtæ, nudo pede fugientia ſacra comitatæ: quas vnus è plebe, L. Albinus vrbe excedens, depoſitis vxore & liberis, in plauſtrum ſuum recepit. Adeo tum quoque (inquit L. Florus) in vltimis, RELIGIO PVBLICA priuatis affectibus (quod fortaſſe vix hodie in vera Religione fieret) antecellebat. Ipſa iuuentus, quæ vix mille hominum erit, Duce M. Manlio arcem Capitolini montis inſedit. Capitolium.

Galli poſtridie, ſine ira, ſine impetu, ingreſſi vrbem, patente Collina porta, in forum perueniunt. Nihil vident, niſi arcem, belli ſpeciem tenens. Ibi modico relicto præſidio, ad prædam ſe conuertunt: & tamen ipſa ſolitudine abſterriti: ne qua fraus hoſtilis vagos exciperet: in forum, ac propinqua foro loca, conglobati redibant. Ibi eos, plebis ædificiis obſeratis, patentibus atriis Principum, maior ferè cunctatio tenebat, aperta, quam clauſa, inuadendi. Viros in ædium veſtibulis ſedentes ((ἐν κόσμῳ καὶ σιωπῇ ἀτρεμοῦντας) venerabundi intuebantur: vt præter ornatum habitumque humano auguſtiorem, maieſtate etiam, quam vultus grauitasque oris præ ſe ferebat, ſimilimos Diis. Sed cùm vni Gallorum (Sueuo inquit Auentinus) M. Papyrio, barbam ſuam (vt tum omnibus promiſſa erat, καθειμένη) permulcenti, ſcipionem eburneum in caput incuſſiſſet: ab eo initium cædis ortum eſt: cæterique, in ſedibus ſuis trucidati. Poſt Principum cædem, nulli deinde mortalium parci, diripi tecta, exhauſtis iniici ignes. Verſantes in colle Romani, ſpectatores erant occidentis patriæ: nec ullum erat tempus, quod à noua aliqua clade ceſſaret. Tandem aſſueti malis, abalienauerunt ab ſenſu rerum ſuarum animos: arma tantùm, ferrumq́ in dextris, velut ſolas reliquias ſpei ſuæ, intuentes. Senatorum Cædes.

Galli deinde, poſt aliquot dies, Romanis animos ad deditionem non flectentibus, prima luce collem, clamore ſublato, ac teſtudine (συνασπισμῷ) facta, aſcendunt: ſed ſtrage & ruina fuiſſe, ac per decliue pulſi, non amplius hoc pugnæ genus tentarunt: ſed exercitu diuiſo: partim obſidendam arcem duxerunt: partim ex finitimorum populorum deprædatione,

Digitized by

obſidentibus frumentum præbendum. Proficiſcentes ab vrbe, fortuna Ardeam, vbi Camillus exulabat, duxit: qui cum Ardeatibus, quibus facilem victoriam pollicitus fuerat, Prima noctis ſilentia egreſſus: caſtra Gallorum intuita neglectaque ab omni parte nactus, ingenti cum clamore inuaſit: nudos, & & ſomno ſolutos, trucidauit diſsipauitque. Poſtà Senatus decreto, qui Romæ reſtabat, populi iuſſu, exilio liberatus, Dictator abſens dictus eſt: cùm iam multi Romani, tum ex Latio, tum ex clade, ad eum confluxiſſent: reſtitutionemque eius, à Capitolinis Romanis obtinuiſſent.

A Camillo Galli cæſi.

Interea Galli, animaduerſo ad Carmentis ſaxum aſcenſu in Capitolium æquo: nocte quadam ſubluſtri, præmiſſo primò inermi, qui viam tentaret: tradentes inde arma: vbi quid iniqui eſſet: alterni innixi, ſubleuantesque inuicem, & trahentes alij alios, prout poſtularet locus: tanto ſilentio in ſummum euaſerunt: vt non cuſtodes ſolùm fallerent: ſed ne canes quidem (ſollicitum animal ad nocturnos ſtrepitus) excitarent. Anſeres (φύσει ὄντος [illegible] καὶ ψοφοδεεῖς) *non fefellêre: quibus, ſacris Iunoni, in ſumma inopia cibi tamen abſtinebatur. Quæ res ſaluti fuit. Nanque clangore eorum, alarumque crepitu, excitus eſt M. Manlius (qui triennio antè conſul fuerat) vir bello egregius: armis arreptis, ſimul ad arma cæteros ciens vadit. Ipſe Gallus, qui iam in ſummo conſtiterat, vmbone ictum deturbat. Tunc cæteri quoque hoſtes, telis miſsilibusque ſaxis proturbati, ruinaque prolapſi, in præceps delati. Sic periculum, diſcuſſum: Manliusque, & laudatus verbis, & farre vinoque (quanquam in fame militum magna) donatus. Idem, vt ſpem potiundæ arcis demeret: quanquam in tanta inopia, ad ſpeciem fiduciæ panes ab arce iaculatus eſt.*

Tandem, cùm obſidio ab Idibus circiter Iulij, vſque ad Idus circ. Februar. ſequentis anni, nempe 7. menſes, durauiſſet: ac fames tum obſeſſos, tum obſidentes, atque hos etiam peſtilens morbus vrgeret: inter P. Sulpitium Tribunum mil. & Brennum, colloquio res tranſacta eſt: vt mille pondo auri accipientes hoſtes, diſcederent. Allata iniqua pondera ab Gallis: & Tribuno recuſante, additus ponderi gladius, dictumque, Væ victis. Interea, nondum omni auro appenſo, Dictator Camillus interuenit: qui negans, eam pactionem ratam eſſe: quæ iniuſſu Dictatoris, ab inferioris iuris Magiſtratu facta eſſet: prælium Gallis denuntiat: ipſosque duabus pugnis debellauit. Tum triumphans, in ſemirutam vrbem redit: à militibus Romulus, ac parens patriæ, conditorque alter vrbis, appellatus. Quam laudem magis poſtea promeruit: quòd, cùm Romani ex deuaſtata patria, Tribunis aſsiduè agitantibus, migrare in vrbem paratam Veios conarentur, id grauiſsima oratione impedijt. Fana omnia, quòd ea hoſtes poſſediſſent, reſtituenda, terminanda, expiandaque, curauit. Cum Cæretibus publicè hoſpitium, factum: quòd ſacra populi Romani & Sacerdotes exulantes, recepiſſent: beneficioque eius populi, non intermiſſus honos Deorum immortalium eſſet. Ludi Capitolini, inſtituti: quòd Iuppiter opt. max. ſuam ſedem, atque arcem P. R. in re trepida tutatus eſſet (ſalute, quæ à vero Deo data erat, falſo Deo adſcripta) ad quam rem, Collegium conſtitutum ex ijs: qui in Capitolio & arce habitarent. Expiatio vocis nocturnæ, quæ Gallos venturos prænunciaſſet, tunc contemptæ, facta eſt: iuſſumque Templum in Noua via (noui Deaſtri confictione) LOCVTIO fieri. Matronis, quòd aurum, ex quo ſumma pactæ Gallis mercedis confieret, contuliſſent, vt ſacro auro abſtineretur, gratiæ actæ: additusque honos, vt earum, ſicut virorum (materia generis apud oratores laudatiui aucta) poſt mortem ſolennis LAVDATIO eſſet. Vrbs deinde (tegulâ publicè præbita: ſaxi materiaque cædendæ, vnde quiſque vellet, iure facto) anno ante Chriſtum circ. 386. inſtaurata rurſus eſt.

Cæretes.

Locutij fanum.

Hæc, de Brenni cum Gallis Senonibus in Italiam expeditione: ex Liuio, Plutarcho, Floro, Zonara, alijsque, ſumpta. De eadem re ſic ſcribit Gottofridus Viterbienſis: Anno ab vrbe condita 364. Sueui & Senones Galli, id eſt, Burgundiones, Allobrogi, ſub Duce Brenno Italiam intrant: Romam petunt: Fabium conſulem, bello eis occurrentem, cum toto exercitu ſuo extinguunt. A conſule Camillo apud flumen Metaurum (vbi nunc eſt ciuitas Phanum, tunc ad honorem Fortunæ ædificatum) vincuntur.

Sede Biſuntinus fuerat tunc Rex Siguinus:
Cuius erat Sauna fluuius, Rhodanusque marinus:
  Primaque pars, Araris, Allobrogusque ſinus.
Vxor erat Brenni, Seguini filia Regis:

Cuius

Cuius ab auxilijs Dux Gallica Regna ſubegit:
Sequana cum Ligeri Brennica ſigna vehit.
Cùm loquimur Senones: hoc Sauna parit tibi nomen.
Defuncto ſocero, fit Regni Brennius hæres.
Iu[illegible]at in Italias, agmina multa ferens.

Dominio eius ſubiectum fuiſſe Aventicum, Heluetiæ metropolin, hodie oppidulum VViſliſburgum (ex magna vrbe, poſt Alemannicam ſequentibus ſeculis contra Romanos vaſtationem) lib.3.cap.17. Stumpſius ait.

Apud Corn. Tacitum, vetuſtiſſimi nobiliſſimiq; Sueuorum Sermones ſunt. Spangenbergius ait, anno Mundi 3577. (ante Chriſtum 387.) Brennum in Italiam profectum eſſe cum Gallicis Senonibus, & alijs Teutonicis gentibus: inter quas & accolas Albis Salæque, atque Harcynios, fuiſſe. Poſtea, Romam 18. Iulij (XV. Calend. Sextil. vt Liuij libro 6. eſt) in poteſtatem ipſorum redactam.

ALIA GALLORVM, SEV GERMANORVM ET Sueuorum, cum Romanis bella.

CAPVT III.

Anno ante Chriſtum circiter 364. in Albano agro (inquit lib.6. Liuius) cum Gallis (Senones Florus ponit) Dictatore M. Turio Camillo, ſigna collata. Nec dubia, nec difficilis, Romanis (quanquam ingentem Galli terrorem memoriâ priſtinæ cladis attulerant) victoria fuit: multis millibus eorum, tum in acie, tum caſtris captis, cæſis: cæteris in Apuliam effugientibus. Dictatori, conſenſu patrum plebiſq;, triumphus decretus.

Anno ante Seruatorem *358. tempore Philippi Macedoniæ Regis: Galli ad tertium lapidem (vt eſt lib.7. Liuij) Salariâ via, trans pontem Anienis, caſtra habuere: Romani, in citeriore ripa eiusdem amnis. Tum Gallus quidam in vacuum inter caſtra pontem procedens, Quem nunc, clamat, Roma fortiſſimum virum habet? Procedat ad pugnam: vt noſter duorum euentus oſtendat, vtra gens bello ſit melior. Primoribus Romanorum iuuenum ſilentibus: T. Manlius ex ſtatione ad T. Quintium Dictatorem pergit. Iniuſſu tuo inquit, Imperator, extra ordinem nunquam pugnauerim: non ſi certam victoriam videam. Si tu permittis: volo ego illi belluæ oſtendere: quando adeo ferorum præſultat hoſtium ſignis: me ex ea familia ortum: quæ Gallorum agmen ex rupe Tarpeia deiecit. Tum Dictator; Macte virtute inquit, hac pietate in patriam, T. Manli. Eſto, perge, & nomen Romanum, inuictum, iuuantibus Dijs, præſta. Armatus adornatuſq; aduerſus Gallum ſtolidè lætum, linguam etiam ab irriſu exerentem, producitur ab æqualibus: qui ſe inde ad ſtationem recipiunt. Corpus alteri, magnitudine eximium: verſicolore veſte, pictiſque, & auro celatis, refulgens armis. Media in altero militaris ſtatura: modicaque in armis habilibus magis, quam decoris, ſpecies: non cantus; non exultatio, armorumque agitatio vana: ſed pectus animorum, iræque tacitæ, plenum. Gallus, velut moles ſupernè imminens, proiecto læuâ ſcuto, in aduenientis arma hoſtis vanum cæſim cum ingenti ſonitu enſem deiecit. Romanus mucrone ſurrecto (cùm ſcuto ſcutum imum perculiſſet: totoque corpore interior, periculo vulneris, factus, inſinuaſſet ſe inter corpus armaq;) vno alteroq; ſubinde ictu ventrem atq; inguina hauſit: & in ſpatium ingens ruentem porrexit hoſtem. Iacentis inde corpus, ab omni alia vexatione intactum, vno torque ſpoliauit: quem reſperſum cruore, collo circundedit ſuo. Romani alacres, ab ſtatione obuiam militi ſuo progreſſi, laudantes gratulanteſq; ad Dictatorem perducunt: qui coronâ ipſum aurea donauit: miriſq; pro concione eam pugnam laudibus tulit. Manſit Tito, & poſteris eius, Torquati cognomen. Ac tanti ea ad vniuerſi belli euentum momenti dimicatio fuit: vt Gallorum exercitus ad Tiburtes, & mox in Campaniam, abierit. Manlius hic poſtea bello aduerſum Latinos, cùm eſſet conſul, filium ſuum ſecuri percuſſit: quòd is ſpeculatum ab illo miſſus, ne pugnaret, interdicto ([illegible]) hoſtem, à quo prouocatus fuerat, occidiſſet.*

Duellum inter Romanum & Gallum.

Torquatorum nomen, ſeu familia.

Zonaras breuiter illam cum Gallo pugnam, ſic narrat. [illegible] ἀνὴρ εὐπατρίδης, χιλί-[illegible]

Sic anno ante Chriſtum 346. tempore Alexandri M. pueri nouem annorum: Gallis rurſum Italiam populantibus, Romaniſq; reſiſtentibus: Gallus proceſſit, magnitudine atq; armis inſignis: quatienſq; ſcutum haſtâ, cùm ſilentium feciſſet: prouocat per interpretem, vnum ex Romanis,

maniſq́ reſiſtentibus: Gallus proceſſit, magnitudine atque armis inſignis: quatiensq́ ſcutum haſtâ, cùm ſilentium feciſſet: prouocat per interpretem, vnum ex Romanis, qui ſecum ferro decernat. Ibi M. Valerius, Tribunus militum, adoleſcens: prius ſciſcitatus conſulis ſui (L. Furij Camilli, M. F.) voluntatem, in medium armatus proceſſit. Ei repentè coruus in galea conſedit, in hoſtem verſus: qui non ſolùm tenuit ſemel captam ſedem: ſed, quotieſcunq́ certamen initum eſt: leuans ſe alis, os oculosq́ hoſtis, roſtro & vnguibus appetijt: donec territus prodigij talis viſu, oculisq́ ſimul ac mente turbatum, Valerius obtruncat. Ales è conſpectu elata, orientem petijt. Inde legionibus vtrinq́ effuſis atrox pugna concitatur. Sed victi Galli, per Volſcos Falernumq́ agrum diſsipati, inde Apuliam, ac mare inferum, petierunt. Conſul, concione aduocata, laudatum Tribunum decem bobus, aureaq́ corona donat. Ei poſtea Coruini cognomen fuit. τῷ ἐκαλεῖτο κοράκου (*inquit Zonaras*) κόραξ ἐπιπτάμενος, καὶ κρώζων (*crocitans*) εἰς τὸν βάρβαρον ἐνεχρίμπτετο· καὶ τήν τε ὄψιν αὐτοῦ ἐπὶ τῷ ἔρχεσθαι, καὶ τὴν ὁρμὴν ἐνεπόδιζε, μέχρις οὗ κατειργάσθη.

Iterum cum Gallo duellum.

Oſtentum.

Coruinorum familia nomen, vnde.

Omnes hi Galli, ex ſuperius commemoratis Gallis qui primùm in Italiam venerunt, ac deinde Romam ceperunt, Germani & Sueui ſunt: quod etiam Auent. lib. 1. Annal. Bojorum ſentit: vocaculo γαλάται *ſcilicet, vel* κελτῶν *(vt dudum diximus) Gallos & Germanos, atq́ in his Sueuos, vetuſtis temporibus ſub ſe continente.*

Idem genus Gallorum (Senonum Sueuorum, vt Auentin. habet) anno ante Chriſtum 294. mercede ab Hetruſcis, Samnitibus, & Vmbris, contra Romanos conductum (Liuij lib 10.) ad Cluſium ingenti multitudine veniens, L. Scipionis Proprætoris legionem cecidit. Quæ clades Coſſ. Q. Fabio Maximo. & P. Decio Muri, non longè cum exercitu abſentibus, tum demum innotuit: quando in conſpectu fuêre Gallorum (Teutonorum, vt ait Auentinus) equites: pectoribus equorum ſuſpenſa geſtantes capita (qui mos adhuc eſſe orientalium Germanorum, id eſt, Sarmatarum & Scytharum, ab Auentino perhibetur) & Lanceis infixa: ouansque moris ſui carmine. Poſt aliquot dies: Samnites & Galli ab vna parte, ex altera Romani cum conſulibus, ſteterunt. Tum cerua fugiens lupum, è montibus exacta, per campos inter duas acies decurrit: cerua ad Gallos, lupus ad Romanos, curſum deflexit. Lupo data inter ordines via: ceruam Galli confixêre. Tum ex Anteſignanis Romanus miles, Illac fuga, inquit, cædes vertit: vbi ſacram Dianæ feram iacentem videtis: hinc victor Martius lupus, integer & intactus, gentis nos Martiæ, & conditoris noſtri, admonuit. Prælio deinde inito: Romani arcebant magis, quã inferebant, pugnam: Fabio quam integerrimas militi vires ſeruante: quòd ita illi perſuaſum erat: longiore certamine reſidere Samnitium animos: Gallorum etiam corpora intolerantiſſima laboris atque æſtus fluere: primaq́ eorum prælia, plusquam virorum: poſtrema minusq́ fœminarum, eſſe. Decius ferocior & ætate & vigore animi: quantumcunq́ virium habuit, certamine primo effudit. Bis equitatu ſuo Gallicum auertit equitatum. Eſſedis verò carrisq́ ſuperſtans armatus hoſtis: ingenti ſonitu equorum rotarumq́ aduenit: & Romanorum victorem conterruit equitatum, ac diſſipauit: ſternens ruentes equosq́ virosq́. Quos cùm fugientes Decius nulla vi retinere poſſet: ibi, M. Liuio Pontifice verba præeunte, ſe legionesq́ hoſtium, pro exercitu populi Roman. Quiritium, Dijs manibus deuouit: quà confertiſſimam cerneret Gallorum aciem, concitauit equum: inferensq́ ſe ipſe infeſtis telis, interfectus eſt. Poſt longam concertationem, & Samnites & Galli victi ſunt: cæſis ex eis XXV. millibus, octo captis. Sed ex parte Decij cæſa fuerunt ſeptem millia: ex Fabij, mille ac Ducenti. Fabius poſtea collegæ funus, omni honore, laudibusq́ meritis, celebrauit: ac de hoſtibus triumphauit. Milites triumphantem ſecuti ſunt. Celebrata eſt inconditis carminibus militaribus, non magis victoria Q. Fabij: quam mors præclara P. Decij: cuius etiam pater 43. annis antè, ſe in bello Latino pro ſalute exercitus deuouerat.

Oſtenſum.

Gallorum natura.

Anno ante Chriſtum 282. (qui fuit annus Romæ conditæ 470.) reliquias in Italia Gallorum Senonum, Thuſcis Samnitibusq́ iunctas Florus & Eutropius à Cornelio Dolabella Coſ. deletas aiunt, ad lacum Vadimonis: in quo lacu inſulæ fluctuare ſcribuntur à Plinio lib. 2. cap. 95. qui lacus fertur ab Vrbe 46. millia paſſuum diſtare, in agro Viterbienſi, ſulphureis ſcatens aquis.

Non omnia, quæ de Germanis & Sueuis commemorari, circa hæc ſecula cum Romanis acta, poſſent, neceſſe habeo ponere. Satis hæc de Senonibus, quoad Italiam, ſint: quos ſuo etiam tempore Strabo, μέγα ἔθνος τῶν σουήβων, *magnam gentem Sueuorum, fuiſſe perhibet: de quibus lib. primo ſatis diximus. Tranſeamus ergo ex Italia, in alia loca.*

QVID

QVID SVEVIS ADVERSVS GENTES alias fuerit geſtum.

CAPVT IIII.

ANno 327. ante Chriſtum, Gotthi vel Getæ fines Saxoniæ vaſtabant (vt apud Ioan. Tritenhenium eſt) ſed auxilio Sueuorum: Francorum, & Turingorum, victi ſunt: Rege tamen Turingiæ Hermanno interfecto. Gotthia, Europæ regio eſt, Danis & Noruegis contermina, immanium populorum: à Geta, vel Geto, nomen habens. Hi, & Rugi, Hunno F. Herculis Alemanni imperante (ante Chriſtum circ. 1500) egreſſi, Regibus Berico & Philomaro, profecti ſunt ad flumina Danubium & Tibiſcum: Vngariamque plus bis mille annos, tenuerunt: quæ tunc ab ipſis Gotthia & Rugilandia vocabatur: vt Auentinus lib. 1. & 4. ſcribit.

Gotthia regio.

Rugilandia regio.

Anno ante Chriſtum circ. 335. cùm Alexander M. expeditionem in Perſas meditaretur: venerunt legati ad eum à Danubij accolis (vt eſt in libro Supplementi in Q. Curt. 2.) à Syrmo Triballorum (Seruiorum) Rege atq; Germanis. Quibus in fidem & amicitiam acceptis: è Germanis quæſiuit: Quidnam in humanis rebus præcæteris extimeſcerent: ratus, nominis ſui magnitudinem, ante omnia illis formidoloſam videri. Illi hoc ſe in primis timere reſponderunt: ne fortè in ſeſe aliquando cælum rueret. Ipſe nihil motus reſponſi ſuperbiâ, tantùm adiecit: Germanos ſuperbos eſſe: domumq; eos dimiſit. Hos Germanos Arrbianus lib. 1. Celtas vocat: apud quos etiam fontes Danubij eſſe ait. Ergo & de Sueuis intelligit. Verba eius, hæc ſunt: ὁ ἴστρος ἔθνη μαχιμώτατα ἀπείργει: τὰ πολλὰ, κελτικά: ὅθεν γε καὶ αἱ πηγαὶ αὐτῷ ἀνίσχουσιν. ἀφίκοντο δὲ πρέσβεις ὡς Ἀλέξανδρον, παρά τε τῶν ἄλλων, ὅσα αὐτόνομα ἔθνη προσοικεῖ τῷ ἴστρῳ: καὶ παρὰ Σύρμου τοῦ τριβαλλῶν βασιλέως: καὶ παρὰ κελτῶν, τῶν ἐπὶ τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ ᾠκισμένων *(ex illis antè dictis nimirum, qui in Italia olim conſederant)* ἥκειν. μεγάλοι οἱ κελτοὶ τὰ σώματα: καὶ μέγα ἐπὶ σφίσι φρονοῦντες. φιλίας δὲ πάντες τῆς Ἀλεξάνδρου ἐφιέμενοι ἥκειν ἔφασαν. καὶ πᾶσιν ἔδωκε πίστεις Ἀλέξανδρος, καὶ ἔλαβε. Τοὺς κελτικοὺς δὲ καὶ ἤρετο: ὅ, τι μάλιστα δεδίττεται αὐτοὺς τῶν ἀνθρωπίνων: ἐλπίσας, ὅτι μέγα ὄνομα αὐτοῦ, καὶ ἐς κελτικοὺς, καὶ ἔτι προσωτέρω, ἥκει: καὶ ὅτι αὐτὸν μάλιστα πάντων δεδιέναι φήσουσι. τῷ δὲ παρ' ἐλπίδα ξυνέβη τῶν κελτῶν ἡ ἀπόκρισις. Οἷα γὰρ πόρρω τε ᾠκισμένοι Ἀλεξάνδρου, καὶ χωρία δύσπορα οἰκοῦντες: καὶ Ἀλεξάνδρου ἐς ἄλλα τὴν ὁρμὴν ὁρῶντες: ἔφασαν δεδιέναι, μήποτε ὁ οὐρανὸς αὐτοῖς ἐμπέσοι, καὶ τούτους, φίλους τε ὀνομάσας, καὶ ξυμμάχους ποιησάμενος, ὀπίσω ἀπέπεμψε: τοσοῦτον ἐπειπὼν, ὅτι ἀλαζόνες κελτοί εἰσι. *Diodorus Sicul. lib. 17. Veniſſe ad Alexandrum ſcribit.* τά τε θρᾴκια γένη, καὶ τῶν πλησιοχώρων γαλατῶν: ὧν τότε πρῶτον τὸ γένος γνωσθῆναι παρὰ τοῖς ἕλλησι. *Thracum vicinos facit Galatas, ſeu Gallos. Proinde Germanos fuiſſe indicat.*

Germanorum reſponſum more ſummo rebus humanis Alex. Magno datum.

Celtæ, pro Germanis.

Galatæ.

Germanos in Aſia militaſſe, præter famam vulgatiſſimam (inquit Auentinus) antiqua carmina, domeſtica videlicet teſtimonia, auctorem habeo Q. Curtium: qui inter auxilia Darij Regis Perſarum (quem variæ gentes, ne ſocijs quidem ſatis notæ, ſequebantur) Sueuos connumerat. Saxones & Sueui, tum ſe ſtipendia (Alexandro) feciſſe prædicant. Noricos Boioſq; eidem bellum indixiſſe, antiquis canitur carminibus.

Germanos in Aſia militaſſe.

Anno ante Chriſtum circiter 280. hæc in Græcia geſta ſunt, tempore ſucceſſorum Alexandri M. qui ei commilitones fuerant. Lyſimachus, Macedonum Rex, quatuor & ſeptuaginta annos erat natus: Seleucus Syriæ, ſeptem & ſeptuaginta. Sed in hac ætate (inquit 17. libro Iuſtinus) vtrique animi iuueniles erant: imperijque cupiditatem inſatiabilem gerebant. Quippe, cùm orbem terrarum duo ſoli tenerent: anguſtijs ſibimet incluſi videbantur: vitæq; finem, non annorum ſpatio, ſed imperij terminis, metiebantur. In eo bello Lyſimachus (amiſſis antea varijs caſibus, XV. liberis) non ſtrenuè moriens (ecce, κενοδοξίας, *inanis gloriæ exitus) poſtremus domus ſuæ ruinæ cumulus acceſſit. Eſt apud me nummus Orichalcinus: in cuius vno latere, facies viri imberbis eſt: cum capillo diadema, & extra diadema ſupra aurem cornu, ab occipite ad aurem verſus reflexum, habente. In altera latere, Dea quadam in ſolio ſedens, ſiniſtram manum ventri impoſitam habet: dextrâ verò alatam fœminam, victoriamúe, ſertum manibus eleuatis porrigentem, ſuſtinet. Eius Deæ à tergo eſt,* ΒΑΣΙΛΕΩΣ: *à fronte verò,* ΛΥΣΙΜΑΧΟΥ. *Dederat mihi Ioannes Criſpus Pragenſis, Diſcipulus noſter Tybyngæ, 9. Iun. 1583. Lætus autem tanta victoria Seleucus: &, quòd maius victoria putabat, ſolum ſe de cohorte Alexandri manſiſſe: victoremque victorum extitiſſe: non humanum id opus eſſe, ſed diuinum munus, gloriatus eſt: ignarus prorſus (*οὐκ ἀγαθὸν, πολυκαυχοσύνη*) non multò pòſt, fragilitatis humanæ ſeipſum exemplum futurum. Quippe poſt menſes admodum ſeptem, à Ptolomæo Cerauno (cuius ſororem Arſinoen Lyſimachus in matrimonio habue-*

Rerum geſtarum in Græcia tempore ſucceſſorum Alexand. Magni narratio.

Fortunæ inconſtantia.

Lyſimachi nummus.

Lyſimachi cædes.

Digitized by Google

Ptolomai Ceraunì ingenium fraudulentum, & dira libido regnandi.

habuerat) per inſidias circumuentus, occiditur: Regnumq́ Macedoniæ, quod Lyſimacho eripuerat, pariter amittit. Ptolomæus deinde nuptias ſororis ſuæ, quæ ex Lyſimacho duos filios habebat, petit, puerorum adoptione promiſſa: vt, cùm in Regnum eorum ſucceſſiſſet (tanta erat ambitio) nihil illi moliri, vel verecundiâ matris, vel appellatione patris, auderent. Quo Regno, depulſione aduerſarij Antigoni (Iuſtini lib. 24.) occupato: ſororis Arſinoës, quæ Caſſandriam vrbem tenebat, matrimonium rurſus petit: vt Regni conſortium, cum filijs eius iuncturus. Cui cùm ipſa non conſideret: ille, Dione amico ſororis, in Templum Iouis ſanctiſſimum veterrimæ Macedonum Religionis ducto: ſumptis in manus altaribus: contingens ipſa ſimulacra & puluinaria Deorum (ô ſceleratum periurium) inauditis vltimiſq́ execrationibus adiurat: ſe ſincera fide matrimonium ſororis petere: nuncupaturumq́ eam Reginam: neq in contumeliam eius aliam vxorem, alioſúe, quam filios eius, liberos, habiturum. Conſentit in matrimonium Arſinoe: nuptiæ magno apparatu, lætitiaq́ omnium, celebrantur: ipſe, exercitu ad concionem vocato, capiti ſororis diadema imponit, Reginamq́ appellat. Mulier in lætitiam effuſa (quòd Regnum morte prioris mariti Lyſimachi amiſſum, recepiſſet) vltrò virum in vrbem ſuam Caſſandriam inuitat: cuius vrbis cupiditate, fraus ſtruebatur. Itaq prægreſſa ipſum, diem feſtum indicit: Templa, domos, cætera omnia, exornari iubet: aras vbiq, hoſtiaſq́, diſponi. Filios quoq ſuos, Lyſimachum XVI. annorum, Philippum triennio minorem, vtrunq fortunâ inſignem, coronatos occurrere iubet. Quos Ptolemæus (ô exitialem ſimulationem) ad celandam fraudem, cupidè, & vltra modum veræ affectionis, amplexus, oſculis diu fatigat. Vbi ad portam ventum eſt: arx occupatur: pueri ad matrem confugientes, inter ipſa oſcula trucidantur: licet ipſa ſæpe pro illis ſe percuſſoribus obtuliſſet: corpore ſuo frequenter corpora filiorum amplexata protexiſſet. Ad poſtremum, ſpoliata etiam ipſorum funeribus: ſciſſa veſte, criminibus ſparſis, cum duobus ſeruulis ex vrbe protracta, Samothraciam in exilium abijt. Sed non manſerunt periuria & parricidia hæc Ptolomæo inulta. Magna enim hominum vis (ſeu inopiâ agri, ſeu ſpe prædæ) è Germania (Galliam alij, vt ſolent, vocant: Polybius autem, γαλάτας) & è Sueuia, quondam profecta, Pannoniam domuerat: vbi multos per annos bella cum finitimis geſſerant. Hortante deinde ſucceſſu: diuiſis agminibus, alij Macedoniam, Duce Belgio: alij Græciam, Ducibus Brenno, Euridano, & Theſſalono: alij Thraciam, Lomnorio & Luthario Ducibus, petiuerunt. Tantus eorum terror erat: vt Reges etiam non laceſſiti, vltrò pacem ingenti pecunia redimerent.

Ptolomai Ceraunì ſceleratum periurium.

Germani & Sueui complures nationes bellis & deuaſtationibus infeſtant.

Solus Macedoniæ Rex Ceraunicus Ptolomæus. Germanorum aduentum intrepide audiuit: eiſq́ cum paucis & incompoſitis (tanquam ſi bella non difficilius, quam ſcelera, patrarentur) parricidiorum furijs agitatus, occurrit: ſpretis quoq Dardanorum (Boſniorum, vel Raſciorum) quæ offerebantur, viginti millibus: actum de Macedonia eſſe dicens: ſi, cùm totum orientem Macedones ſoli domuiſſent, nunc Dardanis egerent. Quæ Dardanus Rex audiens, inclytum illud Macedoniæ Regnum, breui immaturi iuuenis temeritate caſurum dixit.

Ptolomaus, à Germanis bello petitus: & quid his primo reſponderit.

Igitur Dux Belgius, vt tentaret Macedonum animos, legatis miſſis, pacem eis offert emendam. Tunc Ptolemæus, inter ſuos gloriatus, Gallos (Germanos) belli metu pacem petere, non minus ferociter ſe Legatis iactauit: aliter ſe pacem daturum negando: niſi Principes ſuos, obſides darent, & arma traderent. Renuntiata legatione, riſerunt illi: vndiq acclamantes, breui ſenſurum: ſibi, an illi conſulentes, pacem obtulerint. Interiectis diebus, prælium conſeritur: victi Macedones, cæduntur: Ptolomæus multis vulneribus ſaucius, capitur: caput eius amputatur: tota acie ad terrorem hoſtium circumfertur: paucis Macedonum, fuga ſeruatis: cæteris aut captis, aut occiſis.

Ptolemai Ceraunij interitus & iuſta vindicta periurij.

His per omnem Macedoniam nuntiatis: portæ vrbium clauduntur: luctu omnia replentur: excidia vrbibus metuuntur: Alexandri Philippiq́ Regum mortuorum (en, inuocatio mortuorum Deorum, aut Sanctorum) nomina, ſicuti Numina, in auxilium vocantur. Deſperantibus omnibus: quidam tamen de Macedonum Principibus, Soſthenes, contracta iuuentute, hoſtes à depopulatione compeſcuit.

Germanorum, duce Brenno, in Macedoniam irruptitum.

Interea Brennus (quo Duce, portio Germanorum in Græciam ſe effuderat) indignatus: poſt tantam Belgij victoriam, Regnum Orientis ſpolijs onuſtum, tam facilè relictum eſſe: CL. millibus peditum, & XV. millibus equitum, in Macedoniam irrumpit: Soſthenem cum paucioribus occurrentem, facile vincit: Macedonibus intra muros vrbium ſe condentibus totius Macedoniæ agros deprædatur. Inde Delphos interuertit, iocans: Deos nullis opibus egere: vt qui eas hominibus largiri ſoleant. Ibi Templum Apollinis erat: muneribus Regum & populorum

longè

longè ditiſſimum: poſitum in monte Parnaſſo, in rupe vndiq; impendente. Ibi ciuitatem, hominum frequentia faciebat. Euridanus & Theſſalonus, amputari moras iubebant: dum imparati hoſtes & recens ſui aduentus terrori, eſſet. Sed Germanorum vulgus, vino & commeatu referta rura inueniens: deſertis ſignis, per agros ſe ſparſerat, & prædandi causâ vagabatur. Quod in malum vertit. Interim enim vrbem ſuam Delphi, ſociorum viribus aucti, præmuniuêre: priusquam Germani vino, velut prædæ, incubantes, ad ſigna reuocarentur. Brenno erant ex omni exercitu lecta LXV. millia: Delphis, ex ſocijs non niſi quatuor millia. Quorum contemptu Brennus, ad acuendos ſuorum animos, prædæ vbertatem omnibus oſtendebat: ſtatuas cum quadrigis (quorum donariorum ingens copia procul viſebatur) ſolido auro fuſas eſſe (licet non eſſent) affirmans. Tentata oppugnatio eſt: in qua ſcandentes Germanos, Delphi è ſummo montis vertice, partim ſaxis, partim armis, deturbabant. Interea omnium Templorum antiſtites, & ipſi vates (ſparſis crinibus, cum inſignibus atq; infulis, vecordes) in primam pugnantium aciem procurrentes, ſuos ad fortitudinem confirmant. Aduenisſe Deum: ſe vidiſſe eum deſilientem per culminis aperta veſtigia: iuuenem ſcilicet ſupra humanum modum inſignis pulchritudinis: comitantibus duabus armatis virginibus (ſuperſtitioſum figmentum) ex propinquis duabus Dianæ Mineruæq; ædibus. Audiſſe etiam ſtridorem arcus, ac ſtrepitum armorum. Quibus vocibus incenſi omnes, certatim acerrimè pugnare. Sanè terræmotu quoque (vt Satanas ſcilicet, Deo permittente, idolorum cultum miraculis defenderet) portio montis abrupta, Germanorum ſtrauit exercitum: & tempeſtas inſecuta, grandine vulneratos abſumpſit. Dux ipſe Brennus, cùm dolorem vulnerum ferre non poſſet, pugione vitam finiuiſſe ſcribitur: alter etiam ex ducibus, cum decem ſuorum millibus è Græcia fugiens, cæli inclementiâ, & gentium, per quas iter habuerit, maleficio, interijſſe.

Delphicum templum à Germanis inani conatu oppugnatur.

Germanorum clades apud Delphicum templum.

Brenni ducis Germanorum mors.

Quod hîc de duabus armatis virginibus dicitur: Ioannes Tzetzes *(qui anno Domini 1176. Conſtantinopoli vixit) in variarum hiſtoriarum libro ſcribit: cùm, Brenno & Galatis aduentantibus, ſpoliandi Delphici Templi causâ, à Delphis Apollo conſultus eſſet: exijſſe hoc (ab Apolline, de Diana & Minerua) verſu Iambico oraculum:*

Ἐμοὶ μελήσει ταῦτα, καὶ λευκαῖς κόραις.

Curæ hæc erunt mihi, & puellis candidis.

Quod Cicero vertit:

Ego prouidebo rem iſtam, & albæ virgines.

Id in prouerbium abijt: quo ſignificatur (inquit Eraſmus) nihil eſſe periculi: negotium illis curæ fore, ad quos pertineat.

Eſt autem locus apud Cicer. lib. 1. de Diuinat. Obijcit ſæpe formas, quæ reapſe nullæ ſint: ſpeciem autem offerant. Quod contigiſſe Brenno, eiusque Gallicis copijs: cùm fano Apollinis Delphici nefarium bellum intuliſſent. Tunc, vt fertur, ex oraculo fatam eſſe Pythiam verſum modò dictum. Ex quo factum eſſe: vt & viderentur virgines ferre arma contrà: & niue, Gallorum obrueretur exercitus.

De Brenni (Ducis Sueuorum, & Senonum Gallorum) interitu, albiſq; virginibus, verſus Gottfridi Viterb. extant: ex ſententia ſcil. Pauli Diaconi libro 1.

Omnia dum rapiunt: ſtant corpora nuda Deorum,
  Hunc ego non patiar, dixit Apollo, dolum.
Albis virginibus vlciſcar dedecus iſtud.
  Reſtituetur honor, quem modo tollit homo.
Alpibus ingeritur Dux, ad Galatas rediturus:
  Deperit in niuibus miles vbique ſuus.

Hæc ſcriptores de Brenno. An verò ea ſint commenta Sacerdotum (inquit Auentinus) inſanorumq; vatum, & fallaciſſimorum ſpirituum præſtigiæ, inaniaq; terriculamenta: haud facile dixerim.

Maiores noſtri, inter cæteros Heroas Germaniæ, Brennum antiquis celebrant carminibus. Sueuum fuiſſe, victoriâ & præda potitum traditur. Commilitones quidem eius (quod ſanè conſtat) onuſti auro & argento, per eadem veſtigia: quà venerant, domum repetiuêre. Pars, Euridano Duce, ad confluentem Saui amnis ſedes ceperunt. Scordiſci (Boſnij) poſthac appellati ſunt. Theſſalonus verò, non cum mediocri populo, prædæ dulcedine Illyricum repetinit: ſpoliatisque Iſtris, in Pannoniæ atq; Norici (Auſtriæ & Bauariæ) confinio conſedit.

Scordiſci, aliàs Boſnij populi.

Reliquerat

Reliquerat Brennus XV. millia peditum, tria millia equitum, cùm in Græciam proficiſceretur, ad terminos tuendos. Hi fugatis Getarum Triballorumq́ copijs, Macedoniæ imminebant. Itaq́, ad huius Regem Antigonum (qui 277. anno ante Chriſtum id Regnum nactus, annos 36. præfuit) Legatos miſerunt: tum pacis venalis ei offerendæ, tum caſtrorum eius ſpeculandorum, cauſâ.

Brenno mortuo, reliqua exercitus pars in Macedoniam abit: & ab Antigono Macedoniæ rege pacem petit.

Hi ab Rege, ingenti epularum apparatu inuitati: expoſitumq́ grande auri argentiq́ pondus (vt libro Iuſtini 25. eſt) admirati: prædæ vbertate ſolicitati, infeſtiores, quam venerant, reuertuntur. Quibus & elephantes (inuſitatas Barbaris formas) ad terrorem, nauesq́ copijs onuſtas, demonſtrari Rex iuſſerat: ignarus, ſe non metum oſtentatione virium illis inijcere: ſed animos ad opimam prædam ſolicitare. Legatis reuerſis, omniaq́ in maius extollentibus: Germani nocte caſtra Regis aggrediuntur: qui præſentiens tantam tempeſtatem, pridie ſignum dederat ſuis: vt omnibus rebus ablatis in proximam ſyluam, taciti ſe occultarent. Ita non aliter ſeruata fuerunt caſtra, quam deſerta: ac proinde ab hoſtibus (etſi dolum ſubeſſe putantes, initiò diu non auſi fuerant intrare) direpta. Poſtea, dum naues incautius diripiunt: ab eXercitus parte, Remigibusq́, trucidantur. Cuius victoriæ opinio, pacem Antigono præſtitit: non à Germanis modò, verumetiam à finitimorum feritate.

Germanorum ſtrages in Macedonia.

Antigonus deinde (vt à Polyæno ſcribitur) mercenarios milites Galatas (Germanos) conduxerat contra Antipatrum: promiſſo cuiq́ vno Macedonico aureo: datis etiam nobiliſſimis vadibus. Prælio peracto, Galli etiam mulieribus ac pueris ſuis, ſingulos Aureos flagitabant. Aliter ſe mortem vadibus allaturos. Rex metuens vadibus, ſe facturum: quod peterentur, dixit. Mitterent ergo, qui aurum acciperent. Galli læti, præcipuos ex ſe miſerunt. Hos Antigonus comprehendens, ſe redditurum eos, niſi ſuis vadibus receptis, negauit. Quo facto: legatos illis reſtituit. & cum eis Talenta XXX. bellatoribus: nihil autem imbelli turbæ, cui LXX. aliter Talenta fuiſſent danda. De Brenno ſatis.

Lomnorius *autem (Straboni libro 12. Leonorius) & Lutharius, cum ſuis copijs in Thraciam profecti, Byzantium (anno 656. ante Chriſti natiuitatem conditum) perueniunt: omni huic regioni ſtipendio impoſito. Inde. Lyſimachiâ (quam ante Chriſtum 310. anno Rex Lyſimachus condiderat) & Cherſoneſo capta: Lutharius prius, poſtea Lomnorius, per Helleſpontum in Aſiam traijciunt. Ioan. Tzetzes ait, à Byzantio tranſitum hunc factum eſſe: ideoq́ locum ibi, πέραν (Trans) appellatum.*

Byzantium, hodie Conſtantinopolis, opp. conditum.

Germanorum, duce Lomnorio, irruptio in Thraciam.

Ἐλθόντες δ᾽ εἰς Βυζάντιον, ἐκεῖθεν περαιοῦντε,
Ὅθεν καὶ πέραν λέγεται τῦ ὑζαντίου τόπος,

Deinde Ilium, ſeu Troiam, occuparunt: ſed quia pagus erat (Strab. lib. 13.) nec ipſi muro ibi aliquo protegebantur, deſeruerunt: Regi Nicomedi auxilium, ad Bithyniam totam (cuius partem Zyboea quidam tenebat) occupandam, tulerunt: victoriaq́ parta, Regnum cum eo diuiſerunt. Eorum deinde tantæ fœcunditatis iuuentus fuit: vt Aſiam omnem, velut examine quodam implerent. Deniq́, neq́ Reges Orientis, ſine mercenario Gallorum, ſeu Germanorum, exercitu, vlla bella gerebant: neq́ pulſi Regno, aliò, niſi ad hos, confugerunt. Itaq́ partem Bithyniæ ad amnem Halyn, quam à Nicomede acceperant, retinuerunt: quæ GALLOGRÆCIA & Galatia nominatur: ad quam gentem poſterius Epiſtola D. Pauli ſcripta, extat. Eius gentis tres fuiſſe populos, Liuius Decad. 4 lib 8. perhibet: Toliſtobogios, quibus Æolis & Ionia: Trocmos. quibus Helleſponti ora: Tectoſagos, quibus mediterranea Aſia, data ſit.

Germanorum ſedes in Aſia.

Gallogræcia & Galatia, vnde dicta.

Hos, Germanos fuiſſe, omnino ab Auentino contenditur: quia corporibus eſſe proceris, promiſſis & rutilatis comis, apud Liuium dicantur. Germaniam, tunc quoq́ Galliam fuiſſe dictam. Carolos, Ludouicos, Lotharios, Godofridos, Balduinos, omnes Belgas, vocari à noſtra etiam tempeſtatis Scriptoribus, Gallos, cùm tamen ſint Germani. Tectoſagi ſanè illi (qui & Tectoſages) etſi quondam Galliæ Narbonenſis (circa Toloſam) populus fuerunt: tamen Germaniæ loca circa Hercyniam ſyluam fertiliſſima, occupaſſe, atq́ ibi conſediſſe, à Cæſare lib. 6. de bello Gall. perhibentur. Eos Beatus Rhenanus, fluminis Nicri accolas fuiſſe exiſtimat: & ab eis arcem Teck/ *Ducum, olim Teccenſium ſedem, nomen habuiſſe. Veriſimilius deniq́ eſt, Germanos, præſertim Sueuos, vt viciniores orienti, vetuſtis illis temporibus (ſicut longè pòſt, Romani Reges & Imperatores* Sueuicæ *ſtirpis) in Thraciam & Byzantium deſcendiſſe, flumine præſertim Danubio ſecundo: quàm Gallorum hodiernorum antiquos Maiores: qui longius ab hac commoditate abſuerunt. Non enim certè claſſe, eos per mare in Thraciam perueniſſe, oſtendi poſſe arbitror.*

Germania, olim etiam Gallia dicta.

Tectoſagum ſedes, olim quæ.

Teccenſium ducum nomen, vnde.

DE BEL-

DE BELLO CIMBRICO, TEVTONICO, ET TIGVRINO.

CAPVT V.

CVM anno ante Chriſtum 112. *Coſſ. M. Acilio Balbo, C. Portio Catone, lacte & ſanguine placuiſſet (2. Plin. 56.) & ſequenti anno, diei ſpecies noctu luxiſſet (2. Plin. 33.) circa item tempora hæc (2. Plin. 57.) armorum crepitus, & tubæ ſonitus, è cælo auditi eſſent: Cimbricum bellum contra Romanos, exortum, deinde geſtum eſt: à quo bello, Suenos (militiæ ſemper auidam, & latè fuſam, gentem) non abfuiſſe, credibile eſt. Cimbri autem, vel Cimmerij (quos ſuperiore libro, à Gambriuio nomen accepiſſe, dictum eſt) olim fuerant vagi homines, & prædones (Strab. lib. 7.) in Aſiam etiam excurrentes. Vnde factum eſt, vt Cimmerio Boſporo nomen de ipſis impoſitum fuerit. Poſtea Cherſoneſum Germaniæ Cimbricam quæ hodie Dania eſt, incoluerunt. Sed & Sicambri (Franci orientales) Cimbri dicti ſunt.*

Oſtenta & prodigia varia, ante bellum Cimbricum.

Cimbri, olim prædones, & homines vagi.

Hi & alij (ſiue quòd terras eorum inundaſſet Oceanus: ſiue quòd egeſtate agri laborarent: ſiue quòd prædæ inhiarent) Cimbri, inquam, Teutones, Galliq́; Ambrones (die am Rhein) cum Regibus ſuis, Celio, Teutobocho, Bolo Carmatorum, trecenta millia: mulierum & puerorum, longè plura) anno 111. *ante Chriſtum, per Galliam in Illyriam profecti ſunt. Ibi Cn. Papyrium Carbonem Coſ. cui hæc prouincia obuenerat, cum exercitu occurentem, circa Noreiam (Romanorum ſupra Aquileiam Coloniam, Goritiam) acie fuſum profligant. Ferocia quippe ipſorum à nemine ſuſtineri poterat: quòd in pugnando, manuum vi, celeritateq́; pedum, equis eſſent æquales.*

Armis inde in Gallos, Romanis nondum ſubiectos, & in Hiſpanos, conuerſis: ab his excluſi, in Italiam remigrant: Legatisq́; in caſtra M. Iunij Silani Coſ. (ante Chriſtum 107.*) deinde ad Senatum, miſsis: petunt aliquid ſibi terræ dari, quaſi ſtipendium (feudũ) offeruntq́; viciſsim manus & arma ſua vtenda. Sed quas daret terras populus Rom. (inquit Florus) agrarijs legibus inter ſe dimicaturus? Repulſi igitur, quod nequiuerat precib. armis petere aggrediuntur. Silanũ magna clade officiunt, ac fugant. Eo tempore, bellum cum Numidarũ Rege Iugurtha geſtum è Romanis eſt.*

Cimbrorum incurſio in Italiam.

Iugurthinum bellum.

Anno ante Chriſtum 105. *L. Caſsius Longinus Coſ. à Tigurinis Gallis (ſic à Floro in Epitome vocantur) pago Heluetiorum (poſt Chriſtum, Sueuis aperte accenſitus eſt) qui cum Cimbris faciebant, in finibus Allobrogum, vel Sabaudienſium, cum exercitu, & Legato ſuo L. Piſone, cæſus eſt. Milites qui ex ea clade ſuperauerant, obſidibus datis, & dimidia rerum omnium parte, vt incolumes dimitterentur, cum hoſtibus pacti ſunt. Cæſar lib. 1. Bel. Gal. exercitum Caſsij occiſi, pulſum ab Heluetijs, & ſub iugum miſſum, ait. Heluetij (inquit Conradus Peutinger, de mirandis Germaniæ antiquitatibus) non ſunt Galli (etſi eſſe à Cæſare dicuntur) ſed Germani Sueui: ſcribuntq́; ſe iuratos veteris conſuetudinis Sueuiæ.*

Heluetij, Germanis, non Gallis, olim accenſiti.

Sequenti anno, Aurel. Scaurus, Legatus Conſ. à Cimbris, fuſo in Gallia exercitu, captus eſt. Et, cùm in conſilium ab eis euocatus, deterreret eos à tranſeundo Alpes in Italiam: Romanos minimè vinci poſſe, aſſeuerans: à Bolo Rege, feroci iuuene, occiſus eſt. Eo anno, M. T. Cicero, natus: ac poſtea 41. *ante Chriſtum interfectus.*

Cicero, quo anno natus.

*Proximo inde anno (*103. *ante Chriſt.) C. Manlius (al. Mallius) Coſ. & Q. Seruilius Cæpio Procoſ. prælio victi ab ijſdem hoſtibus (Cimbris: adiunctis Teutonibus, Tigurinis, & Ambronibus) pridie Non. Octob. iuxta flumen Rhodanum, caſtris binis exuti ſunt: octoginta millia militum occiſa: Calonũ ac lixarũ, quadraginta millia. Timor Romæ, quantus vix Annibalis tempore: ne iterum Galli, Romam venirent. Populo Rom. iubente: Cæpionis, cuius temeritate clades accepta erat, damnati bona, publica ſunt: primoq́; poſt Regẽ vltimum, Tarquiniũ (ante Chriſt.* 508.*) Superbum, imperium ei abrogatum eſt: ipſe in carcere mortuus: cadauer, vnco ad ſcalas Gemonias à Carnifice tractũ. Ecce,* αὐτὸς ὄλεθρος: *ex altiſsimo dignitatis gradu, tanquã excelſo ſaxi vertice, in infimũ barathrũ infamis præcipitatio. Nec mirũ. Nam antè cum Gallis Tectoſagibus, vel Toloſanis, bellum gerens, theſaurũ ex Templo Apollinis maximũ diripuerat: auri ſcil. libras centies decies mille: argenti verò, quinquies decies centena millia. Vnde in Sacrilegos, vt malè pereuntes, prouerbium eſt: Aurũ habet Toloſanũ. Fertur, id ex Delphico Templo Toloſam aſportatũ fuiſſe. Sed & Cæpionis filias, Strabo lib. 4. ait,* καταπορνευθείσας, αἰσχρῶς ἀπολέσθαι: *meretricio vitæ genere, fœdè periſſe.*

Romanorum clades.

Q. Seruilij Cæpionis Romani proconſ. calamitoſus interitus.

Sacrilegij pœna.

Aurum Toloſanum, prouerbium.

Cimbri poſt hanc victoriam, verſus per Galliã in Hiſpaniã tetenderunt. C. Marius iterũ Coſ. (ante Chriſt. 102.*) in Galliã profectus, Tectoſages deuicit: Populus Rom. eo neminẽ cõtra Cimbros magis idoneũ Imper. eſt ratus: atq; Cimbricũ ob metũ, conſulatus eſt. Ipſi à Celtiberis repulſi, in Galliam reuertuntur: Teutonis & Ambronib. ſeſe coniungunt: in Italiã tranſcendendi conſiliũ ineunt. Mario tertius conſulatus, in apparatu belli conſumptus eſt. Non enim auſus eſt citò, aut temerè, cũ tã potenti hoſte congredi: donec ipſorũ inuicta rabies & impetus conſeneſceret.*

Cimbri, in Hiſpaniam.

Quar-

Digitized by Google

Teutonorum ac Ambronum ſtrages ad Aquas Sextias. Teutobochus Rex Teutonum, à Romanis captus.

Quartùm conſul (ante Chriſtum 100.) collegam habens Q. Luctatium Catulum, ad Aquas Sextias (Galliæ Narbonenſis oppidum, poſtea Aix dictum) duobus prælijs Teutones & Ambrones à quibus antea ſummis viribus caſtra ſua oppugnata defenderat) deleuit: Cæſis ducentis eorum millibus, nonaginta captis. Captiuorum in numero fuit etiam Teutobochus Rex: qui quaternos ſenosque equos tranſilire ſolitus : vix vnum, cùm fugeret, aſcendit: proximoq́; in ſaltu comprehenſus, inſigne ſpectaculum fuit. Quippe vir eximiæ proceritatis, ſuper Tropæa ipſa eminebat. Ideo Marius quintum Conſul abſens creatus fuit. Triumphum oblatum, donec hoſtes cæteros vinceret, diſtulit.

Cimbri ſequenti anno, repulſum ab Alpibus fugatumq́; Q. Catulum Proconſulem à flumine Atheſi, fugientem inſequuti Tridentinis iugis in Italiam ſunt. Ibi iunctis eiusdem Catuli Marijq́; exercitibus, in patentiſsimo campo Caudio, ad Vercellas, tertiò cal. Sextileis (quem diem pugnam poſtulantibus dederant Conſules) ab eis prælio victi ſunt: in quo cæſa traduntur hominum centum quinquaginta millia, capta ſexaginta. Addiderat Marius virtuti dolum Annibalis in pugna Cannenſi (ante Chriſtum 214) exemplo. Primùm nebuloſum nactus diem, ut hoſti inopinatus occurreret, tum ventoſum quoq́;, vt puluis in oculos & ora hoſtium ferretur : tum acie conuerſa in orientem: vt ex ſplendore ac repercuſſu galearum quaſi ardere cælum videretur.

Cimbrorum poſtrema clades in Italia. Strategema.

Mulierum Germ. magnanimitas.

Nec minor cum vxoribus eorum, quam cum ipſis pugna fuit. Nam objectis vndiq́; plauſtris atq́; carpentis: altæ deſuper, quaſi è turribus, lancibus contisq́; pugnabant. Mors etiam illarum, æq; ſpecioſa fuit. Cùm enim, legatione ob libertatem obtinendam miſſa, nihil impetraſſent: tum ſuffocatis eliſisq́; paſſim infantibus ſuis: aut mutuis concidêre vulneribus: aut vinculo è crinibus ſuis facto: ab arboribus iugisq́; plauſtrorum pependerunt. Beleus Rex, in acie impigrè dimicans, nec inultus, occubuit.

Tigurini.

Tertia manus, quæ Tigurinorum erat (quæ quaſi in ſubſidio Noricos inſederat Alpium tumulos) in diuerſa lapſi euanuerunt.

Hic, belli Cimbrici Teutonumq́; finis fuit: triumphus Catulo decretus vnus: ſed Mario, duo: qui tamen vno contentus fuit.

Plutarch. in Mario, de corporibus Germanorum & Italorum, in hoc vltimo prælio.

Συναγωνίσασθαι φησὶ τοῖς ῥωμαίοις τὸ καῦμα, καὶ τὸν ἥλιον, ἀντιλάμποντα τοῖς κίμβροις. Δεινοὶ γὰρ ὄντες ὑπομεῖναι κρύη: καὶ τόποις ἐντεθραμμένοι σκιεροῖς καὶ ψυχροῖς: ἀνετράποντο πρὸς τὸ θάλπος: ἱδρῶτά τε μετὰ ἄσθματος πολὺν ἐκ τῶν σωμάτων ἀφιέντες: καὶ τοὺς θυρεοὺς προβαλλόμενοι πρὸ τῶν προσώπων. ῥωμαῖοι δ' ἦσαν διάπονοι τὰ σώματα, καὶ κατηθληκότες: ὡς μήτε ἱδρῶντά τινα, μήτε ἀσθμαίνοντα, ὀφθῆναι: διὰ πνῖγος τοσοῦτο, καὶ μετὰ δρόμου, τῆς συρράξεως γενομένης. *Cimbri æſtum Solis no poterant ferre ſed Romani: illi, frigido cælo aſſueti hi verò calido: iſti ſudantes: hi, ſicci.*

D.Hieronymus, part 3. Tract. 7. Epiſt. 26. de Teutonibus, et eorum mulieribus.

Teutones, vnde.

Gens Teutonum, ex vltimis Gallorum Oceani atq́; Germaniæ profecta littoribus, omnes Gallias inundauit: ſæpiusq́; cæſis Romanis exercitibus: apud Aquas Sextias, Mario pugnante, ſuperata eſt. Quorum trecentæ matronæ: cum aliis ſe viris, captiuitatibus conditione tradendas eſſe, dedidiſſent: primùm conſulem deprecatæ ſunt in templo Cereris ac Veneris, vt ſeruitio traderentur. Quod cum non impetrarent, ſubmouente eas lictore: paruulis cæſis liberis, manè mortuæ ſunt repertæ, ſuffocatis laqueo faucibus, & mutuis complexibus ſe tenentes. Quod igitur barbara caſtitati (inquit) non potuit inferre captiuitas: hoc matrona nobilis faciet?

Superſtitio ethnica, à Diabolo confirmata.

Caſtor & Pollux.

Hunc tam lætum, tamq́; felicem libertatis Italiæ aſſertiq́; imperij, nuntium (inquit Florus) non per homines, vt ſolebat. populus accepit: ſed per ipſos (ſi credere fas eſt) Deos. Quippe eodem die quo geſta res eſt, viſi pro æde Caſtoris & Pollucis, iuuenes laureati Prætori literas dare: frequensque in ſpectaculo rumor victoriæ Cimbricæ, feliciter dixit. Videlicet tanquam ſi elata montibus ſuis Roma (ἑπτάλοφος ὅσα, ſepticollis) ſpectaculo belli intereſſet (quod in gladiatorio munere fieri ſolet) vno eodemq́; momento, cum in acie Cimbri occumberent, populus in vrbe plaudebat.

Oſtentum Cimbricis bellis factum populi Romani Quiritibus.

Vltimus reſtibilis.

Nuceriæ in luco Iunonis (ſcribit 16. Plin. 32.) ulmus cuius etiam cacumen amputatum erat: quoniam in aram ipſam procumbebat: reſtituta ſponte eſt: ita, vt protinus floreret: ſicut ſcilicet ante aliquando, Antandri platanus, etiam circumdolatis lateribus, reſtibilis ſponte facta eſt

(ἐκριφθέντα τῷ βάρει, Theophraſt. 4. φυτῶν 19.) vitæq́ reddita. Sic ab illo tempore (inquit Plinius) maieſtas populi Rom. reſurrexit: quæ antè vaſtata cladibus (quinq́ præcipuè conſularium exercituum amiſſione: Carbonis, Caſſij, Scauri, Cæpionis, & Manlij) fuerat. Tanta Germanorum (Danorum, Saxonum, & cum eis Sueuorum) potentia viſq́ fuit.

Ex Cimbris quibusdam, qui èx clade elapſi, in regione, quæ circa Rotvvilam eſt, conſederant, Zimmerenſium heroum propagatio extitiſſe exiſtimatur. Hieroſolymam 61. anno ante Chriſtum, Cn. Pompeius cepit.

Zimmerenſium familia ortus, vnde.
Hieroſolyma, ſub Romanis.

BELLVM C. IVLII CÆSARIS CVM HELVETIIS, ET GERmanorum Rege Ariouiſto: cum quo, & Sueui.

CAPVT VI.

ANNO ante Chriſti natalem LVI. Iulius Cæſar vnâ æſtate duo maxima bella confecit, Helueticum & Germanicum: de quibus ipſe copioſè lib. 1. Bel. Gal ſcribit; & Plutarchus in Cæſare, ac Dio. lib. 38. Nos breuius dicemus. DE BELLO HELVETICO.

Heluetiæ limites.

Heluetij (quos reuera Sueuos fuiſſe, ſuprà ex Peutingero dictum eſt) quòd flumine Rheno ab ortu, Iura monte à meridie, Lemano lacu & flumine Rhodano ab occaſu, continerentur: minus latè vagari, & minus facilè finitimis bellum inferre, poterant. Qua de cauſa, homines bellandi cupidi, magno dolore afficiebantur: ac pro multitudine hominum, & gloria fortitudinis, anguſtos ſe fines habere arbitrabantur. Perſuaſi itaq́ ſunt gentis quidam, à nobiliſſimo ditiſſimoq́ viro Orgetorige (Ehrenrich) vt de finibus ſuis exirent: quòd cùm virtute omnibus præſtarent: ipſis perfacile eſſet, totius Galliæ imperio potiri. Diſplicebat hoc cæteris Heluetijs: Orgetorigemq́ punire conabantur, ſed fruſtrà: eoq́ mortuo, nihilominus conſilium è finibus èxeundi proceſſit. Nam pluribus populis ad ſocietatem adductis: Rauracis (ſupra Baſileam habitantibus) & Tulingis (hodie Stulingen) & Lacobrius (Clætgouijs) atq́ rebus ad expeditionem neceſſarijs comparatis: oppidis item ſuis, numero ad duodecim: vicis, ad quadringentos: ac frumento omni, præterquam quod ſecum portaturi trium menſium erant, ne quis domum redire cogitaret, combuſtis: his rebus omnibus ſic factis: tertio poſt Orgetorigis ſuaſionem anno, ante initium Aprilis proficiſcuntur. Cæſare apud Allobrogum Geneuam ipſis obſtante: per Legatos ab eo petunt: vt ſibi per prouinciam Romanorum iter facere liceret. Se ſine vllo maleficio tranſituros. Ipſe memor cladis, ſuperiori tempore à Tigurinis L. Caſſio illatæ, denegauit: homines inimico animo, datâ per prouinciam itineris faciundi facultate, non ab iniuria & maleficio temperaturos exiſtimans. Itaq́, vbicunq́ tranſire conarentur, ſeſe opponebat, pluribus etiam legionibus ſibi aſcitis. Cùm Ararim flumen (Saonam) quod per fines Heduorum (Ducatus Burgundiæ) & Sequanorum (Burgundiæ comitatus) incredibili lenitate in Rhodanum influit, tres Heluetiorum partes transductæ eſſent: Cæſar quartam citrà relictam partem (qui pagus domo egreſſus, Tigurinus erat, Caſſij interfector) impeditam & inopinantem aggreſſus noctu, magna ex parte concîdit: reliquis ſeſe fugæ mandantibus, atq́ in proximas ſyluas abdentibus. Tum ponte in Arare facto, exercitum traducit. Heluetij, repentino eius aduentu commoti: legatis miſſis (quorum Princeps Diuico erat, olim Heluetiorum Caſſiano bello Dux) pacem facere cum Cæſare tentant: ſed audacius locuti, nihil impetrant. Ipſe per dies aliquot, iter facientes exercitu ſuo ſequitur: fiunt aliquot leuiores pugnæ: donec die quodam, iuſto prælio manè ab hora ſeptima, ad multam noctem commiſſo, Romani impedimentis caſtriſq́ potiti ſunt: captâ ibi Orgetorigis filia, atq́ vno è filijs. Qui è prælio ſuperfuêrant, millia hominum CXXX. in fines Lingonum (Langers: finitimum Heduis, Sequanis, & Tullenſibus, populum) die quarto perueniunt: cùm & propter vulnera militum & propter ſepulturam occiſorum, Cæſar triduum moratus, eos ſequi non potuiſſet. Lingonibus ab eo, interdicto: ne illos frumento, néue alia re iuuarent: Heluetij rerum omniũ inopia adducti, per legatos ſuppliciter pacem petunt: quos Cæſar, obſidibus, armis, perfugis, traditis, in deditionem accepit: atq́ fineis ſuos, vnde profecti fuerant, reuerti: oppida vicoſq́, quos incenderant, reſtituere, iuſſit. Id eâ maximè ratione fecit: quòd noluit eum locum, vnde Heluetij diſceſſerant, vacare: ne is à Germanis, qui trans Rhenum incolunt, propter bonitatem ſui occuparetur. Quia autem omnibus frugibus amiſſis, domi nihil erat, quo famem tolerarent: Allobrogibus, vt his frumenti copiam facerent, imperauit. Exeuntium omnium initiò, omnis ætatis & ſexus, numerus fuerat ad millia CCCLXVIII. tabulis, quæ literis Græcis confecto fuerant, repertis in caſtris illorum, hunc numerum habentibus. De his, domum reuerſorum numerus fuit millium C. & X. Inſtaurarunt poſtea

Orgetorix.
Rauraci.
Stulingen Marchionatus.
Clætgouia.
Geneua.
Araris fl.
Burgundia duc.
Heluetiorum clades, à C. Iulio Cæſ. illata.
Langers.
Lingones.
Tabulæ Græcæ, apud Heluetios.

ſua oppida: vt, Soloturium, Auenticum, Tigurum. Statiua etiam & hyberna Romani poſterius in Heluetijs habuerunt: eorumq́ opera vſi ſunt inſecutis temporibus, contra Sueuos, ſeu Alemannos: contra quos multa quoque caſtella & munitiones ædificarunt. Sic Iulius Cæſar ſuo tempore Agaunum contra illos parauerat, hodie S. Morizen. Sæpe denique ex Heluetijs, in eos Romani inuaſerunt. Stumpfius lib. 4. cap. 19.

Agaunum. S. Moritz.

Plutarchus de illa poſtrema cum Heluetijs pugna.

Ὁ καῖσαρ, *inquit,* χρόνῳ καὶ χαλεπῶς ὠσάμενος τὸ μάχιμον: περὶ ταῖς ἁμάξαις, καὶ τῷ χάρακι, τὸ πλεῖστον ἔσχε πόνον: οὐκ αὐτῶν μόνον ὑφισταμένων ἐκεῖ, καὶ μαχομένων: ἀλλὰ καὶ παῖδες αὐτῶν, καὶ γυναῖκες, ἀμυνόμεναι μέχρι θανάτου, συγκατεκόπησαν. *Vix pulſis bellatoribus, plurimum laboris Cæſar apud currus & vallum eorum ſuſtinuit: non ſolùm viris, ſed pueris etiam, & mulieribus, ſe vſque ad mortem defendentibus, atque conciſis.*

DE BELLO GERMANICO.

Tempore Caij Iulij Cæſaris.

Gallia & Germaniæ diſtractio. Gallia Romanis à C. Iulio Cæſare ſubiecta.

Gallia & Germania, quæ vna ampliſſima regio quondam fuerant (ſub Galatiæ verbo comprehenſa, ſicut dudum diximus) Iulij Cæſaris temporibus, & iam dudum antè, direptæ erant (vt de minoribus etiam locis non rarò fit) nec amplius vno regimine continebantur: ac Germani interdum armis Galliam, vt quondam ſuam, vehementer inceſſebant: multaq́ ipſorum millia, Rheno tranſito in partibus eius conſederunt. Tandem Cæſar nouem annis totam debellatam, prouinciam Imperij Rom. fecit: ſub quo imperio, vſq; ad tempora Imp. Marciani ac Valentiniani (qui vixerunt anno Chriſti 455.) manſit.

Diuitiaci de Arioviſto querela ad ipſum.

Primo autẽ Cæſaris in Gallia Proconſulis anno, Diuitiacus Heduus apud eum conqueſtus eſt: Arioviſtum, Regem Germanorum, obſides ab Heduis bello victis habere. tertiam partem agri Sequani, optimum totius Galliæ occupauiſſe: & nunc de altera parte tertia, Sequanos decedere iubere: vt Germanos Harudes (hodie Conſtantienſes) ibi collocaret. Futurum eſſe paucis annis: vti omnes è Gallia finibus pellerentur: omnesq́ue Germani Rhenum tranſirent. Arioviſtum, vt ſemel prælio copias Gallorum vicerit Amagetobriæ (Montbelliard. aut Maſieres) ſuperbè & crudeliter imperare: obſides, nobiliſſimi cuiusque liberos poſcere: in eos omnia exempla cruciatusq́ edere: ſi qua res non ad nutum, aut ad voluntatem eius, facta ſit: hominem eſſe barbarum, iracundum temerarium: non poſſe eius imperia diutius ſuſtineri. Cæſarem, vel autoritate ſua, atq; exercitus, vel nomine populi Rom deterrere poſſe: ne maior multitudo Germanorum traducatur: Galliamq́ omnem, ab Arioviſti iniuria poſſe defendere.

Amagetobria. Mompelgard.

Cæſaris Reſponſum.

His auditis, Cæſar Gallorum animos verbis confirmauit: pollicitusq́ eſt, ſibi eam rem curæ futuram. Magnam ſe habere ſpem, & beneficio ſuo, & autoritate, adductum Arioviſtum, finem iniurijs facturum. Hoc ideo dixit Cæſar: quòd præcedente proximo anno (ante Chriſtum 57.) ipſe cum M. Bibulo conſul, Arioviſtum inter amicos ſociosq́ Populi Romani adſcripſerat. Tunc autem, Germanos conſueſcere Rhenum tranſire: & in Galliam, magnam eorum multitudinem venire: populo Rom. periculoſum videbat: & metuebat, ne, cùm omnem Galliam occupaſſent: inde Cimbrorum Teutonorumq́ exemplo, in Italiam contenderent. Quamobrem, Legatis ad Arioviſtum miſſis, poſtulat: vt aliquem locum medium, vtriusq; colloquio deligeret. Velle ſe de Reipub: & ſummis vtriusq; rebus, cum eo agere.

Arioviſti Germanorum regis reſponſum, Legatis C. Iul. Cæſ. datum.

Ei legationi inter alia reſpondit Arioviſtus: ſi quid ipſi à Cæſare opus eſſet: ſeſe ad eum venturum fuiſſe (ἐπ' ἀγαθὸν, ὑπηρετῶν) *ſi quid ille à ſe velit: illum ad ſe venire oportere. Sibi mirum quoq; videri: quid in ſua Gallia, quam bello viciſſet: aut Cæſari, aut omnino populo Romano, negotij eſſet. His ad Cæſarem relatis: ipſe iterum Legatos mittit: quoniam in conſulatu ſuo, Rex atq; amicus à Senatu appellatus, pro tanto ſuo populiq́ Rom. beneficio, talem gratiam referret: vt in colloquiũ venire inuitatus grauaretur: hæc eſſe, quæ ab eo poſtularet. Primùm, ne quã multitudinem hominum amplius trans Rhenum in Galliam traduceret: deinde obſides, quos ab Heduis haberet, redderet: nec hos ſociosq́ eorum, iniuriâ laceſſeret. Non aliter, niſi ita feciſſet, amicitiã & gratiam cum eo manſuram.*

Superbum Arioviſti reſponſum.

Reſpondit Arioviſtus: ſi ipſe populo Rom. non præſcriberet, quemadmodũ ſuo iure vteretur: non oportere ſe à populo Rom. in ſuo iure impediri: Se poſtulata Cæſaris nõ facturum. Si hic bellum facturus eſſet, intellecturũ, quid inuicti Germani, exercitatiſſimi in armis: qui intra annos quatuordecim tectũ non ſubiſſent: virtute poſſent. Ergo 70. ante Chriſtum anno, in Galliam inuaſerat. Cùm hæc Cæſari referrentur: Legati venerunt ab Heduis & Treuiris: quorum illi querebantur de Harudum in ſe iniurijs: hi autem, Pagos centum Sueuorum ad Rhenum conſediſſe, qui Rhenum tranſire conarentur. His præeſſe Naſuam & Cimberium fratres. Tunc autem Sueui ad flumina Albim & Viſtulam, & in Boiohemia, viciniq́ locis (ſicut olim, in maiore Germaniæ parte) incolebant.

Harudes Sueui.

His

Proviſio Cæſaris.

His rebus Cæſar vehementer commotus, maturandum ſibi exiſtimauit: ne, ſi noua manus Sueuorum, cum veteribus copijs Ariouiſti ſeſe coniunxiſſet, minus facilè reſiſti poſſet. Itaque, re frumentaria, quam celerrimè potuit, comparata: magnis itineribus ad Ariouiſtum contendit. Quem cùm nunciaretur, ad occupandum Veſontionem (oppidum maximum Sequanorum: olim Chryſopolis, hodie Beſanſon. dictum) contendere: id Cæſar, magnis, diurnis nocturniſq; itineribus contendens, prior occupat: ibiq; præſidium collocat.

Romanorum militum terror ob Germanorum aduentum.

Cùm autem Galli ac Mercatores dicerent: ingenti magnitudine corporum Germanos, incredibili virtute atque exercitatione in armis, eſſe: quorum ne vultus quidem, atque acies oculorum, à ſe in pugnis ferri potuiſſet: tantus ſubitò timor omnem Cæſaris exercitum occupauit: vt periculum commune miſerarentur plurimi: vulgò totis caſtris teſtamenta obſignarentur. Conſolatus eos eſt Cæſar: conuocatis ad concilium centurionibus omnium ordinum: ſe ſperare, Ariouiſtum ad æquitatem adductum iri poſtulatorum: neque ſuam, nec populi Rom. gratiam, repudiaturum. Quòd ſi amentiâ impulſus, ad bellum rueret: quid tandem vererentur? Tamen Cimbros & Teutonos, à C. Mario ſuperatos eſſe. Germanos plerunq; ab Heluetijs eſſe victos: qui Heluetij tamen Romanis pares eſſe non potuerint. Si nemo ſe contra hoſtes ſequi vellet: ſe tamen cum ſola decima legione iturum: de qua non dubitet: ſibique eam, Prætoriam cohortem futuram. Hac oratione mira animorum conuerſio, ſummaque cupiditas belli gerendi, facta eſt: princepsque decima legio, per Tribunos militum ei gratias egit: quòd de ſe optimum iudicium feciſſet. Reliquæ deinde legiones, per Tribunos & Centuriones, Cæſari ſe de metu excuſarunt. Eorum ipſe ſatisfactione accepta, cum exercitu profectus eſt.

Colloquium inter Ariſtouiſtum, & C. Iul. Cæſarem.

Res ad bellum deuenit.

Septimo die, cùm iter non intermitteret, ab exploratoribus certior factus eſt: Ariouiſti copias millibus paſſuum quatuor & viginti abeſſe. Quinto die pòſt, Ariouiſtus (vti propter vicinitatem poſtulauerat) ad colloquium cum Cæſare, in medium inter vtriusque caſtra tumulum venit: equitibus vtriuſq;, ducentis ab eo loco conſiſtentibus. Multus ſermo vltrò citroque, fruſtrà habitus: quòd inter alia diceret Ariouiſtus: ſe tranſiſſe Rhenum non ſua ſponte: ſed vocatum à Gallis: ſedes ibi habere ab ipſis conceſſas: ſtipendium capere iure belli: non ſeſe Gallis, ſed Gallos ſibi, bellum intuliſſe: ſe prius in Galliam veniſſe, quam Romanos. Amicitiam populi Rom. ſibi ornamento & præſidio, non detrimento, eſſe oportere illamq; ſe ea ſpe petiſſe. Interim equites Ariouiſti, propius tumulum accedere: lapides telaq; in Romanos conijcere. Cæſar ſe ad ſuos recepit: ſuiſq; imperauit, ne quid omnino telum in hoſtes reijcerent: ne dici poſſet, eos per fidem in colloquio circumuentos. Biduo pòſt iterum Ariouiſtus colloquium petijt, ſed denegauit Cæſar. Hoc, dies continuos quinque pro caſtris copias ſuas producente: alter ſuum exercitum caſtris continuit: ſed equeſtri prælio quotidie contendit. Cùm ex captiuis Cæſar quæreret: quamobrem Ariouiſtus prælio non decertaret: audiuit, à matribus familias illorum, ſortibus & vaticinationibus (en ſuperſtitionem, en magiam) declarari: non eſſe fas, Germanos ſuperare: ſi ante nouam lunam (decreſcente luna) prælio contenderent.

Germanicæ gentes.

Poſtridie igitur Cæſar, triplici inſtructa acie, vſque ad caſtra hoſtium acceſſit: religione impeditos vt opprimeret. Tum verò demum neceſſariò Germani ſuas copias eduxerunt: generatimque (κατὰ φῦλα, quæque gens ſeorſim) conſtiterunt, paribusque interuallis: nempe Harudes (Podamici) Marcomanni (Moraui) Triboci (Argentinenſes & Alſatæ) Vangiones (VVormacienſes) Nemetes (Spirenſes) Seduſij (Valleſiani) Sueui, & alij. Omnis acies, rhedis & carris circundata: ne qua ſpes in fuga relinqueretur.

Prælium inter Germanos & Romanos.

Germanorum fuga & clades.

Tum Cæſariani, ſigno dato, acriter in hoſtes impetum fecerunt. Hoſtes repentè celeriterque procurrunt: vt ſpacium pila in ipſos conijciendi non daretur. Reiectis pilis, comminus gladijs pugnatum eſt. Germani celeriter ex conſuetudine ſua phalange facta, impetus gladiorum exceperunt. In Phalangas Cæſariani complures inſilierunt: ſcuta manibus reuellerunt: deſuper vulnerarunt. Hoc à Floro ſic dicitur: Elatis ſuper caput ſcutis, cùm ſe veluti teſtudine, barbarus tegeret: ſuper ipſa Romani ſcuta ſalierunt: & inde in iugulos gladijs deſcendebant. A Paulo Diacono, ſic: Romanorum aliqui militum, agilitate audaciaq; inſignes, ſupra obductam ſaliêre teſtudinem: ſcutiſque, velut Squamis, ſingillatim reuulſis deſuper nudos deprehenſorum detectorum humeros perfoderunt. Siniſtro cornu Germanorum fugato: dextrum eorum vehementer multitudine ſuorum, Cæſarianorum aciem premebant. Sed P. Craſſus adoleſcens, qui equitatui præerat, nouam aciem laborantibus ſubſidio miſit. Ita prælio reſtituto, Germani terga verterunt: neq; prius fugere deſtiterunt: quam ad flumen Rhenum, millia paſſuum ex eo loco circiter quinq; peruene-

Digitized by Google

peruenerunt. Ibi perpauci, aut viribus confiſi, tranare contenderunt: aut lintribus inuentis, ſalutē ſibi repererūt. In his fuit Arioviſtus: qui nauiculam deligatam ad ripam nactus, eâ profugit. Reliqui, ab equitibus interfecti. Occiſorum numerum Plutarchus, & Appianus κελτικῇ, *octoginta millium perhibent: à quo Appiano, Germani ſcribuntur fuiſſe* θανάτου καταφρονηταὶ, δι' ἐλπίδα ἀναβιώσεως *mortis contemptores, ſpe reuiuiſcentiæ. Putatur hæc pugna (inquit lib. I Rhenanus) ad D. Apollinaris facta: quod Monaſterium vno milliario Germanico à Rheno & Baſilea diſtat.*

S. Apollinaris monaſterium.

Duæ fuerunt Arioviſti vxores: vna, Sueua natione, quam domo ſecum adduxerat: altera, Norica, Regis Voccionis ſoror: quam in Gallia duxerat, à fratre miſſam. Vtraq; in ea fuga perijt. Duæ filiæ. Harum altera, occiſa: altera, capta eſt. Noricum eram olim, quæ hodie Auſtria eſt, Styria, Carinthia, Carniola. Boiarij, poſtea etiam Norici appellati ſunt: quòd, pulſis Romanis, Noricum occupauerint.

Vxores & filiæ Arioviſti.

Hoc prælio trans Rhenum nuntiato: Sueui, qui ad Ripas Rheni venerant, domum reuerti cœperunt: quos Vbij (populi circa Coloniam) perterritos inſecuti, magnum ex his numerum occiderunt.

Vbij.

Libro 5. Gal. bel. Cæſaris, memoratur mors Arioviſti: quæ magno dolori Germanis fuerit. Erat tunc annus Romæ conditæ 700. ante Chriſtum 52.

Plutarchi locus de illis fatidicis Germanorum mulieribus.

ἐθαύμαζεν ὁ Ἀριόβυστος τὴν καίσαρος τόλμαν, ἐπερχομένου παρὰ δόξαν: καὶ τὸν στρατὸν ἑώρα ταραττόμενον. ἔτι δὲ μᾶλλον αὐτοὺς ἤμβλυνε τὰ μαντεύματα τῶν ἱερῶν γυναικῶν: αἳ ποταμῶν δίναις προσβλέπουσαι, καὶ ῥευμάτων ἑλιγμοῖς καὶ ψόφοις τεκμαιρόμεναι, προεθέσπιζον: οὐκ ἐῶσαι μάχην τίθεσθαι, πρὶν ἐπιλάμψαι νέαν σελήνην. *Vortices aquarum inſpicientes, ex amniumq; ſtrepitu præſagientes, præliari ante nouam lunam non ſinebant.*

Arioviſtum Dio, Ἀριόϊστον *vocat: eumq;* ἄρξαι τῶν κελτῶν *ait. Celtas, & hic & alibi, apertè* τοὺς Γερμανοὺς *nominat. Libro ſanè 39.* ὁ ῥῆνος, ἐκ τῶν ἄλπεων ἀνατέλλων, ἐν ἀριστερᾷ μὲν, τὴν γαλατίαν: ἐν δεξιᾷ δὲ, τοὺς κελτοὺς, ἀποτέμνεται: καὶ τελευτῶν, ἐς τὸν ὠκεανὸν ἐμβάλλει. *Et paulò poſt:* ἐπεὶ τό γε πάνυ ἀρχαῖον, κελτοὶ ἑκάτεροι, οἱ ἐπ' ἀμφότερα τοῦ ποταμοῦ οἰκοῦντες, ὠνομάζοντο, *Gallos & Celtas diuidi flumine Rheno dicit. Item, vtriuſq; ripæ populos, ab antiquo Celtas appellari.*

INDI, IN SVEVIA.

Corn. Nepos de Septentrionali circuitu (inquit lib 2. cap. 67. Plinius) tradit: Q. Metello celeri, C. Arranij (el L. Afr.) in conſulatu (ante Chriſtum 58.) collegæ, ſed tum Galliæ Proconſuli, Indos à Rege Sueuorum dono datos: qui ex India Commercij cauſa nauigantes, tempeſtatibus eſſent in Germaniam abrepti. Sine dubio Arioviſtus, vt vir potens & clarus, Rex hic fuit: tali munere, & alijs ſe Romanis inſinuans: vt ab eis, Regis & amici titulum conſequeretur: ſicut & Cæſaris beneficio, Metellum in Conſulatu ſecuti, eum honorem conſecutus fuit: vt ſuprà dictum eſt.

Indi.

Anno 53. ante Domini natalem, Cæſar: vt Germanos, facilè in Galliam tranſire ſolitos, terreret: ponte in Rheno, non procul infra Coloniam Agrippinenſem facto, cum exercitu in Germaniam tranſijt: ibiq; vicis, ædificijs, frumentis, igne ferroq; vaſtatis: cùm audiret, Sueuos πανδημεὶ *in armis eſſe: diebus omnino octodecim trans Rhenum conſumptis: ſatis & ad laudem, & ad vtilitatem, perfectum arbitratus, ſe in Galliam recepit, ponte reſciſſo. Plus ſcilicet tentare non auſus. Biennio poſt, iterum pontem fecit, & contra Sueuos exercitum traduxit.*

Pons in Rheno non procul à Colonia Agrippinenſi, à C. Iulio Cæſare conſtructus.

A quibus ſe, magnis copijs coactis, expectari vt cognouit inopiam frumenti veritus, quòd minimè Germani agriculturæ ſtuderent, exercitum reduxit. Sed ne omnino eis metum reditus ſui tolleret, non totum pontem ſed vltimam eius partem, reſcidit: ibiq; turri conſtituta, præſidium validum reliquit.

Cæſaris fuga ex Germania.

Reperi hoc, quod ſequitur, in quodam M. Scr. libro Tempore, quo Iulius Cæſar cum Germanis bellum geſſit, cùm ver eſſet: quidam milites è Germanorum caſtris (quæ ferè apud Ladenburgum erant) Rheno nauiculis tranſmiſſo, cum Romanis velitari volebant. Sed viſo maiore numero, quam cui pares eſſe poſſent obuiam venire: coacti ſunt repetere ſuas nauiculas. Ibi cuidam eorum, natione Sueuo, viro equeſtri, gladius è vagina excidit. Animaduertit modò tunc: cùm iam in nauicula eſſet. Ibi rogauit commilitones: ſe reueherent ad gladium recipiendum: qui metu Romanorum, ad ripam properantium, noluêre. At non decet, inquit, Romani vt glorientur: ſe Germani equitis glaudium viuentis eripuiſſe. Ac ſtatim cum haſta, quam adhuc in manu habebat, in flumen deſilijt: vnum eorum, qui gladium tollere conabatur, confôdit: gladio recepto, ad ſuos incolumis tranauit: laudem fortitudinis, etiam apud hoſtes adeptus: & dignitate maiore apud ſuos ornatus.

Sueui equitis memorabile facinus.

GERMA-

GERMANI ET SVEVI, PRO ROMANIS, & contra Romanos.

CAPVT VII.

ANno ante Chriſtum 85. circiter, Germanos Sueuosq́ Mithridati militaſſe contra Romanos, ex 38. Iuſtini colligi poteſt: Mithridates, inquit, intelligens, quantum bellum (aduerſus Romanos) ſuſcitaret: Legatos ad Cimbros, ad GalloGræcos, ad Sarmatas (Ruſcos, Moldauos, Polonos) & Baſtarnas (Peucinos Germanos) auxilium petitum mittit. Omnes has gentes, cùm Romanum meditaretur bellum, varijs beneficiorum muneribus iam antè illexerat.

Sarmatæ.

Anno ante Chriſti natalem 50. Cæſar ad ſubigendam Galliam (ſicut & Romanis progreſſu temporis eam ſubegit) vſus eſt Germanis equitibus: quos à ciuitatibus, à ſe pacatis, accerſiuerat. Vſus eſt & leuis armaturæ peditibus, qui inter equites præliari conſueuerat. Tales Germanorum ac Sueuorum pedites (velociſſimi & fortiſſimi erant Bel. Gallic. libro 1.) ad quos erat equitibus, ſiquid eſſet durius, perfugium: quorum erat tanta exercitatione celeritas: vt iubis equorum ſubleuati, horum curſum adæquarent. Idem Germanos habuit in bello ciuili (47. ante Chriſtum) contra Pompeium. Cæſar Germanos leuis armaturæ (Bel. ciuil. lib. 1.) equitumque partem, flumen (Sicorim, Hiſpaniæ) traijcit. Eidem Germani in Pharſalico prælio adfuerunt: teſtante Appiano lib. 2. Cæſare profecto cum copijs ſuis à Dyrrachio, ad Theſſaliæ oppidum Pharſalum: milites eius famem paſſos, liberius cibo ac potioni indulſiſſe: præſertim Germanos, vino titubantes, ridiculos fuiſſe: ita, vt facilè opprimi potuiſſent: ſi Pompeius veniſſet celerius.

Germani, benè & velociſſimi equites.

Germani, bibaces.

Militarunt & Scipioni in Africa contra Cæſarem (anno 44. ante Chriſtum) vt & Galli. Eorum corpora, mirificâ ſpecie amplitudineq́ cæſa toto campo, ac proſtrata diuersè, iacebant.

Germanos in Africa ante Chriſti incarnationem militaſſe.

In his omnibus, Sueuos non dubito fuiſſe: vtpote ſemper ἀρηΐφιλοι *bellicoſos:* ἢ φιλοπολέμους, *ſtudioſos bellorum: præſertim, ſi qui minus longè, quam alij Germani, ab Alpibus & Italia habitarent. Imperij igitur Romani (quartæ poſt Aſſyriam, & Perſicam, & Græcam, Monarchiæ) per Iulium Cæſarem condendi, ipſi quoq́ adiutores fuerunt. Initium Aſſyriæ Monarchiæ, ante Chriſti natalem 2175. à Nimrodo. Perſicæ 538. ſub Cyro. Græca, 330. ab Alexandro Magno. Romana, 46. ante Chriſti natiuitatem, ſub Iul. Cæſare.*

INITIVM ROMANÆ MONARCHIÆ, ſub C. IVLIO CAESARE.

CAPVT VIII.

Quid Cæſar, quid Dictator, quid Imperator.

ANNO Mundi 3918. Vrbis Romæ conditæ 706. ante Chriſtum 46. C. IVLIVS C. F. N. CÆSAR (qui natus fuerat 4. Idib. Quintil. 98. ante Chriſtum) deuicto genero Cn. Pompeio, Repub. Rom. oppreſſâ, DICTATOR perpetuus, Primus Monarchiam, ſiue Imperium ſingulare, obtinuit, in annum quintum. Occiſus eſt Idibus Martijs, anno ante Chriſtum 42. Bruti & Caſſij, quos ipſe conſeruarat, coniunctione, vulneribus 23. in Senatu. Ideo is dies, Parricidium nominatus eſt. Prauiderat hoc fore vxor eius fidiſſima Calpurnia: eâ nocte, cui illuxit dies cædis. Imaginata enim fuit collabi faſtigium domus, maritumq́ in gremio ſuo confodi.

C. Iul. Cæſar, primus quartæ Monarchiæ Imperator.

Ante Cæſarem autem, Roma initiò à Regibus ſeptem adminiſtrata fuit. Incepit regnare ante aduentum Chriſti 751. Romulus. 712. Numa Pompilius. 670. Tullius Hoſtilius. 637. Ancus Martius. 614. L. Tarquinius Priſcus. 576. Seruius Tullius. 532. L. Tarquinius Superbus, propter tyrannidem tandem expulſus.

Priſci Reges Romanorum.

Deinde, anno ante Chriſtum 507. ἡ βασιλεία εἰς ἀριστοκρατίαν μετέβαλε, *conſulare imperium incepit: binis quotannis Coſſ. Rempub gerentibus. Interuenerunt etiam decem annuatim Tribuni plebis (*δημοκρατία, τῇ ἀριστοκρατίᾳ *addita) & Tribuni militum.*

Etſi autem Cæſar Imperium in ſuam poteſtatem redegit: Conſules nihilominus quotannis etiam fuerunt: idq́ vſq́ ad 566 circiter Chriſti. Quinimò ſæpe ipſi Imperatores conſulatum geſſerunt. Sic Μῖξις βασιλείας καὶ ἀριστοκρατίας *fuit.*

Conſules Romani.

Cæſar (inquit Sex. Pomp. Feſtus) quod eſt cognomen Iuliorum, à cæſarie dictus eſt: quòd ſcilicet cum cæſarie natus ſit. Sed fortè potior, illa Plinij lib. 7. cap. 9. ratio Auſpicatius, inquit, enecta parente quidam gignuntur: ſicut Scipio Africanus prior, natus: primusq́ Cæſarum, à cæſo matris vtero dictus. Qua de cauſa, & Cæſones appellati.

Cæſar, vnde dictus.

Cæſones, vnde appellati.

Rhodum petens Cæſar, vt Apollonio Rhodio, clariſſimo tunc dicendi magiſtro ἐρρητορικευόντι *operam dare; captus à prædonibus (vt Suetonius memoriæ poſteritatis mandauit) mini-*

Digitized by Google

ſtros à ſe ad expediendas pecunias, quibus redimeretur, dimiſit: prædonibusq́; ſæpe inter iocum minatus ſupplicium eſt: quod ipſi irriſerunt. Numeratis deinde L. talentis (valebat Atticum talentũ 600. coronatis) dimiſſus eſt. Sed è veſtigio nauibus perſecutus, illos cepit, ac ſupplicio affecit.

Vrit maturè, quod vult vrtica manere.

Sicut Bucephalus (ſiue ab aſpectu toruo ſic vocatus: ſiue ab inſigni taurini capitis, armo impreſſi) neminem alium (inquit lib. 8. Plinius, cap. 42.) quam Alexandrum, regio inſtratus ornatu, recepit in ſedem: ſic nec Cæſaris Dictatoris, quenquam alium recepiſſe dorſo equus traditur: idemq́; humanis ſimiles, pedes priores habuiſſe. Cæſaris laudes idem Plinius lib. 7. cap. 25. congerit: inter quas, has. Scribere & legere ſimul, dictare & audire, ſolitum eſſe: Epiſtolas quaternas librarijs pariter dictare: aut ſi nihil aliud ageret, ſeptenas. Signis collatis, quinquagies dimicaſſe: clementiâ vſq; ad pœnitentiam omnes ſuperaſſe: captis apud Pharſaliam Pompeij Magni ſcrinijs Epiſtolarum, iterumq́; apud Thapſum, Scipionis, non legiſſe, ſed optima fide concremaſſe.

C. Iulij Cæſaris ingenium & mores.

Idem annum, quo hodie vtimur, ordinauit, Soſigene Mathemacito adhibito. Nam cùm antea lunaris fuiſſet (vt & apud alias gentes) ad motum ſolis accommodauit: vt CCCLXV. dierum eſſet: & (intercalario menſe ſublato) vnus dies quarto quoq; anno intercalaretur.

Romanorum Calendarium à quo ordinatum.

Ouid. 3. Feſt.

Is decies ſenos ter centum & quinque diebus
Iunxit: & è pleno tempora quarta die.

Huic tali ac tanto Principi Germanorum & Sueuorum quoque militia, ad comparandam conſtituendamq́ue quartam Monarchiam auxilio fuit. Neminem autem eis doctum virum, ipſorum virtutes deſcribentem, fuiſſe, dolendum eſt. Itaque in tenebris & ignorantia literarum & doctrinæ, iuxtà, ac veræ religionis, ſederunt.

Germani doctis viris & hiſtoricis olim caruêre.

Ab Iulio porrò Cæſare, deinceps omnes Romani Imperatores aut Reges, non tantùm qui ex familia illius deſcenderunt, appellari ἀξιώματος ἕνεκα, *dignitatis causâ, ſolent Cæſares.*

Cæſares, vnde appellati.

Dictator autem, erat extraordinarius Magiſtratus: propriè non perpetuus, ſed temporarius: in magnis Reipublicæ periculis, aut metu: quem Dictatorem conſul dicebat: Dictator, Magiſtrum equitum. Huic ſumma & libera (inquit lib. 5. Dionyſius Halicarn.) belli paciſq́;, & omnium aliarum rerum, poteſtas erat commiſſa. Sic dictus ab edicendo & imperando quidlibet: qualis apud priſcos Græcos erat αἰσυμνήτης, *Tyrannus quidam electitius, quoad Reſpub. poſtulabat.*

Dictator apud Romanos quis fuerit.

Imperator, olim erat ſummus belli Dux, στρατάρχης. *Italis,* Capitano generale. *Poſtea, Principes Romani, ſiue Cæſares, hoc nomine dicti ſunt.*

Imperatores olim qui dicti ſint.

De tempore mortis Cæſaris, Virgilius Georg. 1.

——— Solem quis dicere falſum
Audeat? Ille etiam cæcos inſtare tumultus,
Sæpe monet: fraudemq́ue & operta tumeſcere bella.
Ille etiam extincto miſeratus Cæſare Romam:
Cùm caput obſcura nitidum ferrugine texit:
Impiaque æternam timuerunt ſecula noctem.
Armorum ſonitum toto Germania cælo
Audijt: inſolitis tremuerunt montibus Alpes.
Hinc mouet Euphrates, illinc Germania bellum.

SVB IMPERIO C. CÆSARIS OCTAVIANI AVGVSTI, GERMANOrum & Sueuorum res geſtæ: miſsis contra eos Lollio, Druſo, & Tiberio, Romanis Ducibus. Ibi, de Sicambris & Francis. Ciuitates, Nordlinga, Ratisbona, Auguſta & Memminga, Rhætia & Vindelicia. Munitiones Auguſti ad Rhenum & Danubium.

CAPVT IX.

NATVS eſt Auguſtus, M. T. Cicerone, & C. Antonio, Coſſ. (anno 61. ante Chriſtum) IX. Calend: octob. (die 23. Septemb.) paulò ante Solis exortum: cùm quidem antè ſomniaſſet (inquit Suetonius) mater eius Accia: inteſtina ſua ferri ad ſidera: explicariq́; per omnem terrarum & cæli ambitum: pater autem Octauius, vtero Acciæ iubar Solis exortum.

Octauiani Auguſti vita & mores.

Cùm primùm fari cœpiſſet: in auito ſuburbano obſtrepentes fortè ranas ſilere iuſſit: atq; ex eo negantur ibi ranæ coaxare.

Ei aliquando in nemore prandenti, ex improuiſo aquila panem è manu rapuit: &, cùm altiſſimè volaſſet: rurſus ex improuiſo leniter delapſa, reddidit.

Succeſſit

Succeßit 41. ante Chriſtum Iulio Cæſari (à quo in familiam nomenq; adoptatus fuerat) in Imperio: etſi ad 12. annos, quaſi Collegas habuit M. Æmilium Lepidum, & M. Antonium, Ciceronis interfectorem. Verè autem imperare cæpit (iſtis duobus, oppreßis) anno 13. qui fuit ante Chriſtum 29. Imperauit ad annos 56.

Anno natalem Chriſti præcedente 38. Sicambrorum Rex (Geldrienſium, & inferiorum locorum: poſterius, Francorum appellatorum) Antharius (Endhår) à Gallis, qui iam ſub Romanis erant, eorum auxilio victus, interijt. Sicambri autem, ab anno circ. 440. ante Chriſtum exorti, vtrumq; (poſt plura tempora (Franciæ Regnum (occidentale & orientale, Gallicum & Franconicum) propagare cæperunt.

Sicambri. Franci vel Sicambri vtrumq; Regnum Franciæ, occidentale & orientale, olim propagarunt.

Reges eorum (vt hæc curſim commemorem vſq; ad hunc Antharium ab Ioan. Tritenheim. numerantur hi ante Chriſtum. 440. Antenoris F. Marcomirus 414. Marcomiri F. Antenor. 385. Antenoris F. Priamus 357. Helenus. 338. Heleni F. Diocles. 299. Dioclis. F. Helenus, ignauus. 285. Heleni frater Baſanus, iuſtißimus & ſeuerißimus: vbiq; ſibi reſtim & gladium anteferri volens: qui filium ſuum, quòd vxori cuiusdam vitium obtuliſſet, ipſemet obtruncauit, ἀπαραιτήτως (inexorabiliter) dicens, Non ego te fili, occido: ſed lex, quam violaſti. Vxorem, à qua ideo Tyrannus appellatus fuerat, repudiatam, patri Regi inſularũ Orcadum remiſit: formoſißimam alioqui, & Charißimam: dicens, Tuum eſt obedire marito. Eapropter, ab Iouis Sacerdotibus (Græcè & Germanicè, in omni philoſophia doctißimis: qui nobilium filios erudiebant) Δικαιοβάσαν, Iuſtus Baſan, appellatus eſt. 249. Clodomirus (Leumair) Baſani F. 231. Clodomiri F. Nicanor. 197. Marcomirus, 169. Clodius 158. Antenor 142 Clodomirus Gallos poſtea grauiter cædens. 122. Merodachus: ſub quo Sicambri, ſeu Cimbri, Italiam inuaſerunt. 94. Caſſander. 73. Antharius præſens 38. Antharij F. Francus: à quo Sicambris, Francorum nomen extitit: Cùm initiò à Saxonibus, Neumagi vocati eſſent, id eſt, noui cognati: quod ego dicerem σύγγαμβροι, affines.

Sicambrorum reges vſque ad Antharium. Stupri pœna in proprio filio. Sacerdotes docti. Sicambri vnde Franci dicti ſint. Neumagi, vnde dicti.

Hic Francus (ſic à quibusdam ſcribitur: certum ego non habeo) vt heros prudens, cernens: quantum periculũ à Romanis, qui iam tot gentes ſubegiſſet, toti Germaniæ immineret: patre præſertim ſuo (vti diximus) à Romanis & Gallis, cum exercitu florente cæſo: nec non Auguſto filiam ſuam Iuliam Cotiſoni, Getarum ſeu Gotthorum (qui iam Franciam infeſtis armis petiuerant) Regi, deſpondente: inuicemq; filiam illius (vt in Suetonio eſt) in matrimonium petente: ex vſu totius Reipub. ac neceſſarium, iudicauit: vt Germani (Franci, Saxones, Turingi, alijq;) perpetuo inter ſe fœdere coniungerentur: vt cuicunq; regioni à Romanis periculum inferretur, cæteri populi (ſinguli ſub ſuis Principibus) huic, tanquam inter ſe fratres, auxilio currerent. Sic igitur factum eſt: fœderisque pactio & conditiones, in argenteas tabulas inciſæ: etſi non perpetuò id fœdus manſit: vt in ſequenti libro intelligetur. Ex huius fœderis confectione, Germanorum quoque nomen Teutonibus ortum eſſe, non malè creditur. Quanquam alij ex populari lingua, quaſi Germanos (Gar man) dictos exiſtimant: vt totos viros, id eſt, fortes: ὅλως ἄνδρας, καὶ ἀνδρείους. Etſi Gotthorum etiam fratres, vtriusq; ſub communi appellatione Galatarum antiquitus contentis, credi poſſunt.

Francus Rex. Germanorum magnum fœdus contra Romanos. Germanorum nomen, vnde.

Galliam poſtea 20. ante Chriſtum Francus, à Gallis Romanisq; læſus, miſerè populatur: ferro & igni conſumens, quocunq; veniret.

Francus Galliam inuadit & depopulatur.

Proinde Auguſto cura oborta eſt non parua: qui recordatus, patrem ſuum Cæſarem, bis traiecto ponte Rheni quæſiſſe bellum: Germanos in honorem illius probè vlciſci, & prouinciam facere, concupiſcebat. Hinc plurimum damni illatum & acceptum.

Muniuit Rheni Danubijque ripas propugnaculis ac præſidijs: militibusque, vxoribus & liberis eorum, certa priuilegia dedit, quæ nemini alij concederentur. Idem poſthac, ab alijs imperatoribus factum. Sequentibus verò temporibus illæ munitiones, à Germanis ac Sueuis expugnatæ, aut deſtructæ ſunt, aut in oppida & vrbes conuerſæ. Qua de re aliàs amplius dicetur. Nunc ſpecialia quædam dicamus.

Ripæ Rheni & Danubij, à Romanis munitæ.

Nordlingæ (hodie Imperalis ciuitatis) fundamenta, anno ante Chriſti natiuitatem circiter XVIII. à Claudio Tiberio Nerone iacta, in Theatro vrbium & Munſtero reperio: annis videlicet 34. antè, quam is Imperio Rom. præficeretur. Alijs ſic nominata videtur à Nortgoia, vbi ſita eſt: parte Bauariæ, trans Danubium ad Bohemicam ſyluã verſus excurrente: à Nort, id eſt, Septentrione. Romanis ergo tunc pars Germaniæ parebat, ijs in locis. Condita autem initiò fuit in monte, vbi Tib. Nero hyberna ſua locauerat, S. Haimerani: vbi poſtea fundata fuit antiqua Parochia: & Proteſtantes an. 1546. caſtra ſua cõtra Carol. V. Imp. habuerunt. Progreſſu vero tẽporis,

Nordlinga ciuitas, à quo fundata.

Digitized by Google

propter aquæ penuriam, coloni domicilia ſua de monte in planiciem tranſtulerunt: omnemſue Ægram in oppidum deriuauerunt: qui adhuc quaſi per medium eius fluit.

Maria, mater Domini noſtri Ieſu Chriſti, quando nata. Germanorum victoria.

Anno 15. ante Dominum ſalutis noſtræ exhibitum (quo anno mater eius ſanctiſſima, ex Ioachimo & Anna nata perhibetur) M. Lollius legatus (cui Rhenana ora commiſſa erat) contra Saxones & Turingos miſſus primò victor, poſtea (Franci F. Clogione illis opitulante) victus & fugatus eſt, amiſſâ legionis quintæ aquila.

Druſus, Claudius. Germani, varijs in prouincijs à Romanis victi & ſubiugati. Vſipetes. Tencteri. Catti. Marcomanni. Cheruſci. Sueui. Sicambri. Bonna. Gelduba.

Cura dehinc, atq; onus Germanici belli, delegata eſt priuigno Auguſti, Druſo Claudio fratri Tiberij Neronis: adoleſcenti (inquit Velleius) tot tantarumq; virtutum: quod & quantas natura mortalis recipit. Hic in Germaniam miſſus, Vſipetes (Cliuenſes) domuit: Tencteros (iuxta Rhenum Heſſos, & Francos aliquos) atq; Cattos (Heſſos: aut, vt VVillicbio placet, Marchiobadenſes, Hailpruunenſes, Heidelbergenſes) percurrit. Marcomannorum (Marauorum) ſpolijs inſignibus, quendam editum tumulum in Trophæi modum excoluit. Inde validiſſimas nationes: Cheruſcos (Brunſuicenſes, aut Miſnenſes) & Sueuos ac Sicambros, pariter aggreſſus eſt: qui, viginti antea ipſius, pugnâ quadam victis, centurionibus concrematis, hoc veluti ſacramento ſumpſerant bellum adeo certa victoriæ ſpe: vt prædam in anteceſſum pactione diuiderent. Cheruſci equos, Sueui aurum & argentum, Sicambri captiuos, elegerant. Sed omnia (inquit Florus) retrorſum. Victor namq; Druſus, equos, pecora, torques eorum, ipſosq; prædâ diuiſit, & vendidit. Præterea in tutelam prouinciarum, præſidia cuſtodiasq; vbiq; diſpoſuit: per Moſam flumen, per Albim, per Viſurgim. Per Rheni quidem ripam, quinquaginta amplius Caſtella direxit. Bonnam & Geldubam (Gelb aut Gelre) pontibus iunxit, claſſibusq; firmauit. Inuium atque inacceſſum in id tempus, Hercynium ſaltum patefecit. Apparet hîc Bonnæ, oppidi Rhenani ſupra Coloniam, antiquitas.

Noricum, Bauaria.

Anno deinde ante Chriſtum 13. & pòſt, hæc facta ſunt. Rhæti inter Noricum (Bauariam: quæ interdum apud poſteriores, Noricum dicitur: quòd Noricos, ſcil. Auſtriacos, Styrios, Carnos, Romanis eripuerit) & inter Galliam, ad Alpeis Italiæ finitimas, Tridentinas nominatas, habitabant. Hi ex vicina Gallia & Italia frequenter prædas egerant: ac Romanos & ſocios, per ipſorum terram proficiſcêntes, vexauerant. Cùm enim inopia premerentur: latrocinijs operam dabant. Sic & inter eos, Vindelici. Illorum odium in Romanos tantum erat: vt non in impuberes tantùm ſæuirent: ſed etiam grauidas mulieres, ſi maſculum vtero geri, ex ſuis vatibus cognouiſſent, interficerent. Τὰς ἐγκύους γυναῖκας ἔκτεινον *(inquit lib. 4. Strabo)* ὅσας οἱ μάντεις φαῖεν ἄῤῥενα κύειν, καὶ τὸ ἐν ταῖς γαστράσιν ἔτι τῶν γυναικῶν ὂν *(inquit lib. 54. Dioſ.)* μαντείαις τισὶν ἀνευρίσκοντες, ἔφθειρον. *Ideo contra eos ab Auguſto miſſus eſt Druſus: qui apud Tridentinas Alpeis ſibi occurrentes, haud difficulter fudit: propterque hanc victoriam, Prætorijs honoribus ornatus fuit.*

Vindelicorum odium & inimicitia, aduerſus Romanos. Mulierum calamitas. Rhæti, victi à Druſo, duce Romanorum. Acronius Lacus.

Cùm deinde Rhæti nihilominus Galliæ moleſti eſſent: Tiberium quoq; Auguſtus contra eos miſit: qui Danubianæ etiam oræ magnam rationem habendam duxit. Tunc vterq;, Tiberius & Druſus, Cæſaris priuigni, pluribus in partibus in Rhætiam irruperunt: ac Tiberius per lacum Acronium, id eſt, Podamicum & Brigantinum (præſertim, vbi Lindaugia eſt) vectus, Vindelicos perterruit. Pluribus deinde exiguis prælijs hoſtes fractos, in poteſtatem ſuam redegerunt. Ne autem bellum retentarent: maximam & validiſſimam eorum partem abduxerunt: relictis, qui agris colendis ſufficerent: nec ad rebellandum, ſatis virium haberent.

Vindelicorum ſedes olim. Linggöw.

Incolebant Vindelici (vt inuenio) inter Auguſtam amnis Lyci & Lindaugiam, interque Hercyniam ſyluam & Danubium: cuius regionis pars quædam, à Lindaugia Marckdorffum vſque & vltrà, nomen adhuc retinet, ſed corruptè Linggöw. *Aliàs Vindelicia, pro Bauaria accipitur. Contra eos Tiberius inſulâ illius lacus, cuius mentio facta eſt, iuxta Lindaugiam ſitâ, tanquam arce belli, vſus eſt: naualibus pugnis debellans.*

De hoc bello, lib. 4. Ode 4. Horatius.

Vidêre Rhæti, bella ſub Alpibus
Druſum gerentem, & Vindelici.

Item eiuſdem libri Ode 14.

Te (Auguſte) legis expertes Latinæ,
Vindelici didicêre nuper,
Quid Marte poſſes. Milite nam tuo
Druſus Genaunos, implacidum genus,
Breucosque (al. Breunos veloces, & arceis

Alpibus

Alpibus impoſitas tremendis,
Deiecit acer, plus vice ſimplici.
Maior Nerõnum (Tiberius) mox graue prælium
Commiſit: immaneſque Rhætos
Auſpicijs pepulit ſecundis.

De eodem bello, vterq, inquit Velleius, diuiſis partibus, Rhætos Vindelicosq aggreſſi: multis vrbium & Caſtellorum oppugnationibus, nec non directa quoq acie, feliciter functi: gentes, locis tutiſſimas, aditu difficilimas, numero frequentes, feritate truces: maiore cum periculo, quam damno Romani exercitus, plurimo cum earum ſanguine, perdomuerunt.

De his populis Florus, Breunos, inquit, Senones (rectius, Vennones, Ptolomæi, aut Vennonas Strabonis) atq Vindelicos Auguſtus per priuignum ſuum perpacauit. Quæ fuerit Callidarum gentium feritas: facilè vel mulieres oſtendêre: quæ deficientibus telis, infantes ipſos, afflictos humo, in ora militum aduerſa miſerunt. Hanc feritatem Oroſius lib. 6. Cheruſcis, & Sueuis, & Sicambris, tribuit.

Breuni.
Callidarum gentium feritas.

Nondum autem hoc tempore Sueui, Alemanni, ſeu Allemanni, Rhætiam & Vindeliciam habitabant: ſed inſecutis temporibus (præſertim ſub Valentiniano III. qui imperauit circ. Chriſti 430.) poſſederunt: eò à flumine Albi, Bohemia, & alijs locis, profecti. Albim ait lib. 2. Velleius, Senonum Hermundurorumq fines præterfluere. Vtriq, Sueui erant: Sed in ripa Septentrionali Senones Hermunduri erant, vbi nunc aditus Bohemiæ eſt, & Miſnia, ac Voitlandia.

Sueuorum & Alemannorum ſedes.
Senones.
Hermunduri.

Suetonius ſcribit: Auguſtum ſummouiſſe Germanos vltra Albim fluuium: ex ijsq Sueuos & Sicambros, dedentes ſe (aliquos, non omnes) traduxiſſe in Galliam: atq in proximis Rheni agris collocauiſſe. Id fuit poſtea ſeminarium fortè Sueuorum etiam: qui hodie in VVirtembergia & Rhætia ſunt.

Sicambri & Sueui, in colonias in Galliam traducti.

Anno ante Saluatorem 7. Templis aliquot (inter quæ & Iouis Capitolini) de cælo tactis: Druſus, his ſignis, quæ alios terruiſſent, neglectis, in Cattorum fines profectus, eos non ſine labore & ſanguine vicit. Inde in Sueuos venit: & Cheruſcos verſus tendens, Viſurgim transgreſſus, populabundus ad Albim perrexit: quem fruſtrà conatus tranſire, trophæis erectis receſſit. Nam forma mulieris, humanâ auguſtioris (μείζονος, ἢ κατ' ἀνθρώπου φύσιν, lib. 55. Dio.) ei obuiam facta, Quin tu, inquit, modum cupiditati tuæ ſtatuis? Non eſt datum tibi, hæc omnia videre. Iam & operum, & vitæ tuæ terminus adeſt. Ibi continuò ipſe retrò iuit: atq ex fractura, equo ſuper crus eius collapſo (vt Epitome Flori eſt) trigeſimo die, quã id acciderat, mortuus eſt: idq (inquit Dio.) antequã rediſſet ad Rhenum: & ſub mortis tempus, lupi etiam vlulaſſent (ὠρύσαντο) circa caſtra eius. Corpus à Nerone fratre: qui nuntio valetudinis euocatus, raptim (ducenta millia paſſuum, tribus vehiculis, nocte ac die. 7. Plin. 20) accurrerat Romã reuectũ eſt, et in foro propoſitum: atq laudationẽ funebrẽ ibi fratre, & alteram Auguſto vitrico in Flaminio circo, habente, in C. Iulij tumulo conditum. Matthias verò Michouius, lib. 1. Sarmatiæ Aſianæ ait: Druſum in prælio cruentiſſimo cũ Sueuis & Burgundis, viciſſe quidẽ: ſed ibidem à ferociſſima gente Sueuorum necatũ occubuiſſe: & Moguntiam relatũ eſſe, ac ſepultũ. Perijt, conſulatũ gerens, 30 ætatis anno: à rebus egregiè in Germania geſtis, nomen Germanici adeptus. Qui quoniã magno malo ac terrori Germanis fuerat: ortũ ab eo putatur Dictũ (teſte Spang.) daß dich die Drůß beſtehe: *peſtilẽteſq, bubones & tumores, hoc nomine appellantur.*

Druſus, in Cattos profectus.
Spectrum.
Druſi Mors.
Tiberius Nero, Druſi frater.
Druſus, Germanicus cognominatus.

Factum eſt Druſo Moguntiæ (quæ ſine dubio eius præcipuum ἐξορμητήριον, arx belli contra Germanos gerendi, fuit) monumentum quoddam lapideum, βαλανοειδές, glandi quercæ ſimile, in colle quodam: ideoq Germanicè vocatur, Aichelſtein. *Altum eſt centum pedes: circuitus baſis eius, CXXXII. pedum.*

Maledictio, daß dich die Drůß beſtehe/ *unde.*
Moguntia.
Aichelſtein/ *prope Moguntiam.*

De Druſo, Ouid. ad Liuiam Auguſtam.

Occidit exemplum iuuenis venerabile morum:
Maximus ille armis, maximus ille toga.
Ille genus Sueuos acre, indomitoſque Sicambros,
Contudit: inque fugam barbara terga dedit.
Vritur, heu, decor ille viri, generoſaque forma:
Et facilis vultus vritur ille vigor.
Facta Ducis viuent, operoſaque gloria rerum:
Hæc manet, hæc auidos effugit vna rogos.
Pars erit hiſtoriæ, totoque legetur in æuo:
Seq; opus ingenijs, carminibusq;, dabit.

Mortuo

Digitized by Google

Tiberij res geſtæ contra Germanos.

Mortuo Druſo, belli moles in fratrem Tib. Neronem eſt translata. Hunc ait Velleius, victorem omnes partes Germaniæ, ſine vllo detrimento commiſſi exercitus (quod præcipuè huic Duci ſemper curæ fuerit) peragratum. ſic perdomuiſſe eam: vt in formam penè ſtipendiariæ redigeret prouinciæ. Sed nos liberalius, vt ſuis Principibus fauentem, hæc ſcribere Velleium ſentiamus: cùm, ſi hæc ſimpliciter vera eſſent, copiosè & particulatim procul dubio deſcripta (de tanta præſertim, & tam bellicoſa natione) inuenirentur. In prouinciam etiam tota redacta fuiſſet: ſicut Auguſto id in ſtudio fuit. Bonam partem percurrere potuit Tiberius, & quosdam domare: ſed non profectò omnes Germanos ſubijcere. Sicambros quidem, & Sueuos, Taciti lib. 2. à ſe (qui plura conſilio, quam vi, perfecerit) in deditionem acceptos, Regemque Maroboduum pace obſtrictum, Tiberius gloriatur: ſed non omnes. Vt interim de Clogione, Francorum Rege, fœderatisque eius, nihil dicam: quem Tritenhemius Tiberio reſtitiſſe ait: & Funccius, Romanos Tiberiumque Ducem, nihil admodum egregij efficientes, receſſiſſe. Locupletiſſimus deniq; noſtræ ſententiæ teſtis, idem Tacitus eſt: qui de moribus Germanorum (vbi maiorem Germaniæ partem, Sueuis obtineri aſſerit) ſcribens, Regno Arſacis (Parthiæ) inquit acrior eſt Germanorum libertas. Quid enim aliud nobis, quam cædem Craſſi, amiſſo & ipſo Pacoro, infra Ventidium deiectus oriens obiecerit? At Germani, Carbone & Caſſio, & Scauro Aurelio, & Seruilio Cepione, M. quoque Manlio, fuſis vel captis: quinque ſimul conſulares exercitus populo Romano. Varum, tresque cum eo legiones (de quo in ſequenti libro) etiam Cæſari (Auguſto) abſtulerunt. Nec impunè C. Marius in Italia, diuus Iulius in Gallia, Druſus ac Nero, & Germanicus, in ſuis eos ſedibus perculerunt. Cicero orat. in Piſon. gentes Germanorum, immaniſſimas vocat.

Germania, non tota Romanis ſubiecta.

Libertas Germanorum.

Caſtella contra Germanos ad flumina.

Tiberia Auguſta Ratisbona.

Druſo magus.

Auguſta Vindelicorum.

Auguſta diuerſæ, Vindelica & Rhætica.

Nomina vrbium.

Quoniam autem ἐπιτειχίσματα (caſtella & propugnacula) contra Germanos, ſui præſertim Imperij tuendi causâ, excitare idoneis in locis Rheni ac Danubij, Romanis neceſſarium ad præſidia ibi tenenda videbatur: ideo & Tiberius Tiberiam Auguſtam, ad Danubium: & Druſus Druſo magum, ad Lycum, ædificarunt: quarum illa, Ratisbona eſt; hæc, Auguſta Vindelicorum fertur: cum à quibusdam, Memminga putetur. Ptolomæus certè, Δρουσόμαγον in Rhætia ſtatuit: ſed Αὐγούσταν οὐινδελικῶν, in Vindelicia. Hanc Auguſtam Auentinus in Bauaria ponit, non amplius extantem: hodiernam verò Auguſtam, Rhætiæ annumerat, non Vindeliciæ. Auguſtæ autem ad honorem Imp. Auguſti nuncupatæ ſunt. Nomina Senatus quoq; Rom. olim vrbibus imponebat: non ipſæ ſibi nomina deligebant.

DE AVGVSTA VINDELICORVM (VT APPELlatur) & Auguſti Cæſaris ſtirpe.

CAPVT X.

QVONIAM de Auguſta Vindelicorum ſeu Rhætiæ, clariſſima hodie Sueuiæ vrbe, modò mentio facta eſt: dicamus quædam etiam de vetuſtate & rebus eius, vſque ad natalem Chriſti: quæ ferè ex vulgaribus ſcriptis accepimus: fidem penes ea relinquentes.

Auguſtæ vrbis antiquitas.

Fertur principium eius fuiſſe pagus quidam, eo in loco, vbi nunc vrbs eſt: illo tempore, quo Iſraëlitæ ex Ægypto profecti ſunt: anno circiter 1510. antequam Chriſtus naſceretur.

Vindeliciæ nomen.

Amazones.

Ziza, Dea culta.

Illi pago nomen Vindeliciæ fuiſſe: vel à populo Vandalis: vel à confluentia fluuiorum, Vindi (Wertach) & Lyci (Lech) quo nomine deinde, ipſa quoque regio appellata fuit. Poſtea, ab Amazonibus, quæ maiorem Europæ partem (vt Iuſtinus lib. 2. ſcribit) ſubegerint, Marthesiâ vel Marpeſſa Regina duce, deſtructum eum pagum fuiſſe: cui deinde inſtaurato, nomen Zizaris impoſitum ſit: quem locum longo tempore Rhæti tenuerint. Deam Zizam ibi religioſiſſimè cultam eſſe: eiusque Templum, barbarico ritu conſtructum, poſtquam Romani regione potiti ſint, inuiolatum permanſiſſe: eodemque vetuſtate collapſo, colli nomen [illegible]nberg hæſiſſe: qui poſtea Eiſenberg dictus ſit. Sed Conradus Peutinger, Zizam Iſin interpretatur: à qua nomen deductum ſit Iſenberg. Hanc ciuitatem, iam munitiorem, Druſus Auguſti priuignus ampliauit, ornauitque more Romano, ac præſidio firmauit: quæ dehinc diutius cum Romanis manſit: quamuis Rhætiæ imminerent (lib. 1. Taciti) Sueui. Vt autem ſucceſſu temporis, Rhætiam & Vindeliciam hæc gens Romanis eripuit: Auguſtam, de Auguſti nomine appellatam, Augsburgum nominarunt: primâ dictionis parte, ab Auguſto: alterâ verò, ab editioris ibi loci caſtello Eiſenburg/ſumpta. Burg/ vel potius Purg/ à πύργος eſt, turri aut caſtello. Inde, Bürger/ & Burgrecht. Burgum autem, initiò oppida vocabantur.

Augsburgum.

Burg.

De clade

De clade Romanorum, quam à Sueuis apud Auguſtam acceperint, talis inuenitur (apud Vrſpergenſem, & alios) narratio.

T. Annius Prætor, ab Octauiano Cæſare (aliquot annis antè, quàm Rhætiam occupaſſet Druſus & Tiberius) ad arcendas Barbarorum graſſationes miſſus, Calendis ſextil. ciuitatem, ex Dea Ziza vel Ciſa nomine dictam exercitu cinxit. Nam ad meridianam eius partem, cum legione Martia ipſe caſtra fecit, operoſiſſimè communiens. Ad occidentem verò, quà hoſtium (obſeſſis ſcilicet opem laturorum) aduentus erat, Auar Bogudis Mauritaniæ Regis F. cum equitatu omni, & auxiliaribus Macedonum copijs, inter amnem Vindicem & vallum, loco caſtris parum amplo, infeliciter conſedit: pulchra indoles, non minus Romanis, quam Græcis literis, inſtructa. Igitur quinquageſimo nono die, quam eò ventum eſt (cùm is dies Deæ Ziſæ apud Barbaros celeberrimus, ludum & laſciuiam magis, quam formidinem, oſtentaret) immanis Sueuorum multitudo, vno agmine collecta, è proximis ſyluis repentè irrumpit in caſtra: equitatum omnem, & ſociorum auxilia, delet. Auar autem, in poteſtatem hoſtium Regio habitu veniens, nihilò maiore cum reuerentia excipitur: ſed pecudis more ibi mactatur. Hinc vicus eius loci, Criechs Aueron, nunc autem Kriegshauer/ *appellatur. Oppidani verò, non minore fortuna, ſed maiore virtute, prætorem ſocijs auxilio currentem, adoriuntur: Romanis haud ſegniter reſiſtentibus. Cadunt duo Principes oppidanorum, Habino, & Caccus vel Gaggus in prima acie pugnantes. Ac profligati fuiſſent oppidani: niſi ſocij maturè auxilium tuliſſent: in altera ripa victoria potiti. Ab Habinone, iuxta montem occiſo, monti* Habinberg *nomen factum eſt: qui nunc* Hammelberg *vocatur.*

Auar.

Romanorum clades apud Auguſtam Vindelicorum.

Habino.

Caccus.

Habinberg & Hammelberg/ montes.

De nomine Gaggi, villa Geggingen *eſt denominata. Coniunctis denique viribus, in caſtra & ciuitatem irrumpunt: ac Prætorem, qui paulò altiorem tumulum ceperat, Romanis fruſtrà reſiſtentibus, occidunt: legionemq́; Martiam, ne nuntio quidem cladis remanente delent. De hac ibi perdita legione, nomen Perlaich, & noſtro tempore Perlach, eſt. Verres autem, Tribunus militum, ſolus amne Vindice tranſmiſſo, in proximis ſe paludibus occultans, euaſit. Qui dicitur poſtea auariſſimè ſe in Sicilienſi Prætura geſſiſſe. Quod ſi verum eſt: alius eſt Verres ab illo: quem Cicero 68. anno ante Chriſtum, Romæ de repetundis accuſauit: aut hæc ante Auguſtum facta ſunt: vt hic Verres, ille Ciceronianus Verres fuerit. A Verre autem, lacu nomen eſt, olim Verreſee, nunc* Pferſen. *Sequenti tempore, Ciſam ſeu Auguſtam Romani cum Rhetia ceperunt. Hæc, de his opinio eſt: vbi forſitan contradici poſſent: ſed volui tamen commorare: præſertim præſertim propter Auguſtæ ibi notata loca. Auentinus autem lib. 3. memorat ad annum Chriſti 521. Romanos in planicie Perilacha, inter amnes Iſaram & Magnoualdam, non ita longè ab oppido Monaco, Cæſos à Theodone & Boijs eſſe: Vindelicorumq́ue eius loci Auguſtam, ab eis euerſam. Nam Vindeliciam, Bauariam facit. Qui autem pro Auare Varum ponunt; tanquam ab Arminio apud Auguſtam, cum tribus legionibus perditum: planè à vero aberrant.*

Geggingen villa, vnde dicta.

Perlaich, & Perlach.

Verres quo tempore vixerit.

Verſee, nunc Pferſen/ locus, vnde dictus.

Perilacha.

Verſus de publico Auguſtæ foro Perlaco:

Indicat hic collis Romanam nomine cladem:
Martia qua legio tota ſimul perijt.

De Chriechs Auaro:

His nomen terris, Bogudis dat Regia Proles,
Græcus Auar: pecudis de Sueuis mare litatus.

De Colle Habinberg:

Præfectus Habino, ſe victum, atque ſepultum,
Perpetuo montis nomine notificat.

Reſtitutam eſſe ait Peutinger, à Druſo (Liuiæ Druſillæ filio, Auguſti priuigno) vrbem, cùm bello vaſtata fuiſſet, conuenientibus ædificijs: & arce contra Pannones munitiſſima: cuius veſtigia in campo Burgi, in ſuburbijs portæ virgineæ, adhuc conſpiciantur.

OCTAVIANI AVGVSTI GENEALOGIA.

Quia ſæpe iam de Cæſare Auguſto, & de priuignis eius Druſo Tiberioque, dictum eſt: profuerit, Lectori innoteſcere horum genus: præſertim cùm plures ex eo ſecuti ſint Imperatores in ſequenti libro tertio: ſub quibus res Sueuicæ commemorandæ erunt. Res ergo ſic ſe habet.

C. Iulius

1\. *C. Iulius Cæſar fuit: qui ſororem habuit, Iuliam nomine quæ M. Accio Balbo nupta erat.*
2\. *Ex hoc coniugio nata eſt filia Accia: cuius maritus, C. Octauius.*
3\. *Ex his nati ſunt, C. Octauius & Octauia.*

De vtroque iam ſeorſim.

Primò, C. Octauij (qui poſtea Cæſar Octauianus fuit Auguſtus) vxor 1. erat Scribonia, quam repudiauit, pertæſus morum eius peruerſitatem. 2. Liuia Druſilla (ein ſeine Druſel*) antea Tiberio Claudio Neroni nupta: quam ex eo grauidam, permiſſu eius Auguſtus accepit.*

Auguſto & Scriboniæ filia nata eſt Iulia, luxurioſum & perditum animal. Ex Auguſto Liuia nihil peperit: ſed ex Nerone conceptum, enixa eſt tertio menſe, poſtquam ad Auguſtum veniſſet, Druſum Claudium: qui, Germanicus dictus eſt. Vnde iocus, fortunatis trimeſtres etiam naſci liberos. τοῖς εὐτυχοῦσι καὶ τρίμηνα παιδία.

Ante Druſum autem, pepererat Neroni Tiberium Claudium Neronem: qui Auguſto ſucceſſit in Imperio.

Deinde, Octauiæ ſororis Auguſti, Vir 1. fuit C. Marcellus. 2. M. Antonius, Ciceronis interfector: qui eam poſtea repudiauit.

De priore marito.

Ex C. Marcello ſuſcepit duas filias Marcellas, & filium M. Marcellum: de quo, 18. ætatis anno, mortuo, Virgilius canit.

Oſtendent terris hunc tantùm fata: neq; vltrà eſſe ſinent.

Habuerat hic Marcellus, Auguſti F. Iuliam. Marcellarum vna, non inuenitur nupta: ſed alteram duxit M. Vipſanius Agrippa: ex qua ſuſtulit Vipſaniam filiam. Deinde Iuliam, defuncti M. Marcelli viduam, Auguſti iuſſu duxit: quæ peperit ei Caium & Lucium Cæſares (ab Auguſto adoptatos) atq; Agrippam Poſthumum, filiasq; Iuliam & Agrippinam.

Caius & Lucius, immaturâ morte perierunt: Poſthumus, propter mores peruerſos relegatus eſt: poſtea verò, à Tiberio Imper. occiſus. Iuliæ maritus, fuit L. Paulus.

Tiberij Imp. vxor 1. fuit Vipſania, Agrippæ F. ex qua filium Druſum ſuſtulit, ipſamq; dimiſit. 2. Iulia Auguſti F. qui Tiberium adoptauit. Ita hæc Iulia tribus viris nupſit: Marcello adoleſcenti, & Vipſanio, & Tiberio.

Vipſania, à Tiberio dimiſſa, Aſinio Gallo nupſit, C. Aſinij Pollionis filio.

Hinc natus, Aſinius Gallus, Druſi Tib. vterinus frater, Tacito Salonius dictus.

De altero Octauiæ marito.

M. Antonio ex Octauia natæ ſunt duæ filiæ, maior & minor Antonia.

1. Minor, nupſit Liuiæ filio Druſo Germanico: ex quibus nati ſunt, Germanicus Cæſar, & Claudius (poſtea Imperator) atq; filia Liuilla, Tacito Liuia.

Liuillæ maritus 1. C. Cæſar, M. Vipſanij Agrippæ F. 2. Druſus, Tiberiæ & Vipſaniæ F. qui ex illa genuit Tiberium (quem occidit iuuenem Caligula) & Iuliam. Germanicus adoptatus à Tiberio iuſſu Auguſti (& ſic nepos huius factus) Agrippinam duxit, M. Vipſ. Agrippæ F. Auguſti neptem.

Eorum liberi: Agrippina, Druſilla, Liuilla (quæ & Iulia) Nero, Druſus, & C. Caligula Imper.

Neronis vxor, fuit Iulia, Druſi F. Tiberij N. quæ poſt mariti mortem nupſit Rubellio Blando equiti. Interfecta deinde à Claudij vxore Meſſalina (libidinum monſtro) vt & Germanici Cæſ. F. Iulia: quæ M. Vinicio nupta fuit: ſed & ipſam, & ſororem Agrippinam, iulam frater Caligula, ac relegauit.

Druſillæ vir, fuit L. Caſſius Iuriſc. aut M. Lepidus.

2. Maior Antonia (M. Antonij & Octauij F.) coniux fuit L. Domitij Ænobarbi: ex quibus natus eſt Cn. Domitius Ænobarbus: qui vxorem habuit Iuliam Agrippinam, Germani F. quæ deinde patruo ſuo, Claudio Imper. nupſit: qui eius ex Cn. Domitio filium adoptauit: nempe eum, qui poſtea in Imperio ſucceſſit, Claudium Domitium Neronem: Cui etiam ſuam ex Meſſalina filiam Octauiam collocauit.

REDIGAN-

REDIGANTVR HAEC BREVITER IN FIGVRAM ARBVSCVLAE. SIC OMNIA perſpicua erunt.

- *C. Iulij Caeſ. ſoror Iulia: cuius vir, M. Accius Balbus. Accia, vir C. Octauius:*
  - *Octauius poſtea Imper.*
    - *Iulia, vir Vipſanius Agrippa:*
      - *C. Caeſar.*
      - *L. Caeſar.*
      - *Agrippa Poſthumus.*
      - *Iulia.*
      - *Agrippina.*
    - *Tiber. Imp. cuius vxor, Vipſania*
      - *Druſus, vxor Liuilla:*
        - *Tiberius.*
        - *Iulia.*
    - *Druſus Germanicus.*
  - *Octauia,*
    - *Marcella, Vir M. Vipſ. Agrippa*
      - *Vipſania, vir Aſinius Gallus*
        - *Aſinius Gallus.*
    - *Marcella.*
    - *M. Marcellus.*
    - *Antonia maior: cuius vir, L. Domitius Aenobardus*
      - *Cn. Domit. Aenob. cuius vxor Iulia Agrippina*
        - *Nero Imp.*
    - *Antonia minor: cuius vir, Druſus Germanicus*
      - *Germanicus Caeſar: cuius vxor Agrippina;*
        - *Nero.*
        - *Druſus.*
        - *C. Caligula Imp.*
        - *Liuia vel Iulia.*
        - *Druſilla.*
        - *Iulia Agrippina.*
      - *Claudius Imp.*
      - *Liuilla.*

Finis libri ſecundi, primæ partis Sueuicorum Annalium.

Digitized by Google

SVEVICORVM ANNALIVM LIBER TERTIVS PARTIS PRIMAE, MARTINO CRVSIO AVCTORE.

TRANSIMVS nunc, poſtquam tempus Solis iuſtitiæ, miſeris (in caligine exitiali ſedentibus) mortalibus exorti, attigimus, ad res *Sueuicas*: quæ ab hoc deinceps ortu factæ reperiuntur, quotquot à nobis ſciri potuerunt. Hunc autem librum, à reliquo Imp. Auguſti regimine, aduſq; ſtirpis eius famoſiſſimæ occaſum perducemus.

NATIVITAS CHRISTI. TIBERIVS NERO IN GERMANIA, Maroboduus Sueuus. VARIANA clades. Indictio Templum Iani, Romanorum militia, & quædam alia.

CAPVT I.

Chriſtus naſcitur. ANNO Mundi 3963. (alij 3973.) *IESVS CHRISTVS, quem multi veteres Prophetæ & Reges optârant ſe carne indutum videre: de ſalute æterna conſequenda docentem audire: ab æterno filius Dei, ὁμοούσιος καὶ συναΐδιος, homo ex intemerata virgine Maria natus eſt: ſemen illud benedictum, in Paradiſo à Deo patre promiſſum: lumen ad illuſtrationem gentium, & gloriam Iſraëlitici populi. Erat is 41. annus imperij Auguſti. Sed quia in extremo eius anni natus eſt: natiuitas eius ab alijs ad 42. Auguſti annum refertur. Pax erat tunc per orbem terrarum: ideoque Auguſtus Templum Iani clauſerat: quod tempore belli apertum ſtabat.*

Ouid. Faſt. 1. Ianus.

Vt populo pateant reditus, ad bella profecto:
Tota patet dempta ianua noſtra ſera.
Pace fores obdo, ne quâ diſcedere poſſit:
Cæſareoque diu numine clauſus ero.

Veræ autem cum Deo patre pacis, auctor nobis Chriſtus eſt ſicut Paulus Rom. 5. ait: Iuſtificati fide, pacem habemus ad Deum, per Dominum noſtrum IESVM Chriſtum.

Ponit nobilis & excellens vir, Adolphus Occo, mihi amiciſſimus, in Numiſmatum Impp. Rom. opere ad natalis Chriſti annum, argenteum nummum, cum hac inſcriptione.

Numiſma Auguſti Imp. *IMP. XIIII. Imp. inſidens ſubſellio: cui alia figura porrigit infantem, faſcijs inuolutum. IMPER. CÆSAR DIVI F. AVGVSTVS PONT. MAX. TR. POT. XXIII. IMPERATOR XIIII. COS. XIII. PATER PATRIÆ S.C.*

Cùm Delphicum oraculum, ab Auguſto conſultum, primò obticens, poſtea ſe ab Hebræo puero expelli reſpondiſſet: ipſe Romam reuerſus, maximã aram in Capitolio extruxit, inſcribens: ARA PRIMOGENITI DEI. Anno ante Dominum 4. ponitur Indictio prima. *Indictio prima.* *Fertur Indictioni hinc nomen eſſe: quòd eſſet quædam exactio: ita, vt primo quinquennio iuberentur omnes Imperij Rom. regiones, ferrũ Cæſari dare, ad arma fabricanda: altero quinquennio, argentum, ob militaria ſtipendia perſoluenda: tertio verò aurũ ad faciendas coronas, annulos, monilia: & ad reponendum in ærariũ propter vſus incidentes.* *Indictio quæq; quot annis conſtet.* *Ita quæq; Indictio conſtat 15. annis: quibus exactis, noua incipit Indictio. Sed & vnuſquiſq; cuiuſq; Indictionis annus, Indictio appellatur. Græcis initium eius eſt Calendis ſeptemb. Georgius Cedrenus ἐπινέμησιν vocari dicit: quia tributi rationem, antiquis non fuiſſe fixam & immutabilem: ſed pro ratione frugum ſingulis annis natarum, humaniter imponi ſolitum. Nam tenuiore prouentu, minus exactum, vberiore verò non adauctum fuiſſe. διανεμηθῆναι ἂν ἀλύπως τοῖς φορολογουμένοις τὸ ἀνάλογον: exactoribus proportione, tributum citra moleſtiam penſitatum eſſe. Hæc de Indictione hîc ideo notamus: quòd ſecula erunt quibus literæ aut facta, à nobis ponentur: vbi non tantùm annus Chriſti ſed Indictio quoq; adſcripta cernetur. Hac Latini vſi ſunt, ſicut quondam Olympiadibus Græci. Olympias,*

ſpatium

ſpatium quatuor annorum erat: quinto verò anno, noua Olympias incipiebat. Latinis, Luſtrum eſt. Incepit prima Olympias, ante conſeruatorem 775. Deſijt vltima (nempe 205.) anno Chriſti 446 ac per mittit Ioan. Funccius: vt anno 448. Domini, Indictiones incipiant. Redeamus nunc ad Germaniam & Sueuos. Olympias & luſtrum quotnam annorum ſpatium fuerit.

Germaniam (inquit Florus) vtinam vincere tanti non putaſſet Auguſtus. Magis turpiter amiſſa eſt, quā glorioſè acquiſita. Partem eius (vt, quæ inter Rhenū & Viſurgim eſt) acquiſiuerat Druſus: ac tunc in Germania pax erat: vt mutati homines, alia terra, cœlū ipſum mitius molliusq; ſolito, videretur. Sed difficilius eſt (inquit idem) prouincias obtinere, quā facere. Viribus parātur, iure retinentur. Itaq; breue id gaudiū fuit. Quippe Germani, victi magis quàm domiti erāt: moresq; Romanos magis quam arma, ſub Imperatore Druſo ſuſcipiebant. Eo defuncto, rebellarunt. Ideo ſæpe Druſi fratri Tiberio, contra eos bellum fuit: aliquantùm tum ante Chriſtum, tum pòſt. Germania, Auguſto moleſta.

Inter alias eius expeditiones, etiam hac anno Chriſti circiter 9. reperitur apud Velleium, more ſuo exultantem: quoniam ipſe quoq; interfuit. Intrata protinus, inquit, Germania: ſubacti Caninefates (apud Batauorum inſulam, ſiue Holandiam) Attuari, Bructeri (vbi nunc, VVeſtfali) recepti, Cheruſci: gentes, & amnis, mox Romanorum clade nobilis. Tranſitus Viſurgis, penetrata vlteriora. Addit. Prò Dij boni, quanti voluminis opera, in ſequenti æſtate (intelligo, 10. anno Chriſti) ſub Duce Tiberio geſſimus: Perluſtrata armis tota Germania eſt: victæ gentes, penè nominibus incognitæ: receptæ Cauchorum (καῦχοι minores ſunt Friſij Groeningenſes: maiores verò, Bremenſes & Lunæburgenſes) nationes. Omnis eorum iuuentus infinita numero, immenſa corporibus, ſitu locorum tutiſſima: traditis armis, vnā cum Ducibus ſuis: ſepta fulgenti armatoq; militum noſtrorū agmine, ante Imperatoris procubuit tribunal. Fracti Longobardi (aquilonares Sueui) gens etiam Germana feritate ferocior. Deniq;, quod nunquam antea ſpe conceptum, nedum opere tentatum erat: ad quadringenteſimum milliarium, à Rheno vſq; ad flumen Albim (qui Senonum Hermundurorumq; fines præterfluit) Romanus cum ſignis perductus exercitus, & claſsis Oceanum circum nauigans, Albi ſubuecta, Cæſari ſe iunxit. Hac, ille. At Dionis lib. 55. de eodem tempore ſcriptum inuenitur: in Germanos expeditionem, cùm alios, tum Tiberium, feciſſe: progreſſumq; primò eſſe ad Erygrum, deinde ad Albim, fluuios: nihil tamen magnopere memorandum, actum eſſe: quanquā de Germanis, nō Auguſtus modò ſed Tiberius etiam, nomen Imperatoris inuenerit: honoresq; triumphales, C. Sentius, Germaniæ præfectus: quòd horum metu, bis Germani pacem accepiſſent. Eam ab eis ruptam eſſe: ſed propter res Dalmaticas, ac Pannonicas, maioribus motibus concitatas, ipſis redditam. ἔρυγρος, Vidrus Ptolomæi eſt, meo iudicio: hodie, Vnda nigra. Albis, ἄλβιος à Dione dicitur: à Strabone, ἄλβις. Caninefates. Bructeri. Cauchi. Longobardi.

Eo tempore, Maroboduum Tiberius ſtatuerat aggredi (vt Velleius ſcribit) Sueuorum Marcomannorum (vbi hodie Morauia & Bohemia eſt) Principem: ſed dicto iam motu Pannonum & Dalmatarū impeditus eſt. Is Maroboduus genere nobilis, corpore præualens, animo ferox: natione magis, quā ratione, barbarus: non tumultuariū, neq; fortuitum, neq; mobilem, & ex voluntate parentum conſtantem, inter ſuos occupauit principatum: ſed certum imperium, vimq; regiam, complexus animo, ſtatuit, auocatâ procul à Romanis gente ſua, eò progredi: vbi cùm propter potentiora arma refugiſſet, ſua faceret potentiſſima. Occupatis igitur interioribus locis Hercyniæ ſylvæ: finitimos omnes, aut bello domuit, aut conditionibus iuris ſui fecit. Imperium ſuum, perpetuis exercitijs, penè ad Romanæ diſciplinæ formam redactum, breui in eminens, & Romanis quoq; timendum, perduxit faſtigium. Eos neq; bello laceſſebat: &, ſi laceſſerentur ſupereſſe ſibi vim ac voluntatē reſiſtendi, declarabat. Gentibus hominibusq;, à Romano imperio deſciſcentibus, erat apud eum perfugium: totumq; ex malè diſsimulato agebat æmulum. Ideo exercitū, quem LXX. millium peditū, quatuor equitum fecerat, aſsiduis aduerſus finitimos bellis exercendo, maiori, quam quod habebat, operi præparabat. Eratq; etiā eò timendus: quòd, cùm Germaniam ad læuam & in fronte, Pannoniam verò ad dextram, à tergo ſedium ſuarū haberet Noricos: tamquam in omnes ſemper venturus, ab omnib. timebatur. Nec ſecurā incrementi ſui patiebatur eſſe Italiā: quippe cùm à ſummis Alpium iugis, Italiæ finem terminantibus, initiū eius finium, haud multò plus CC. millibus paſſuū abeſſet. Hunc virū, qui regionem Boiohæmū incolebat, diuerſis è partibus Tiberius aggreſſurus erat: ipſe, à Danubio: Sentius Saturninus, per Cattos, excisis continentibus Hercyniæ ſyluis. Sed cùm vniuerſa Pannonia inſolens longæ pacis bonis: & adulta viribus Dalmatia, omnibus eius tractus gentibus in ſocietatē adductis: ex cōſtituto (ἐκ παρασκευῆς) arma corripuiſſet: ibi tum, neceſſaria glorioſis præpoſita ſunt: neq; tutū viſum, abdito in interiora Germaniæ exercitu: vacuam tā vicinis hoſtibus relinquere Italiā. Eos poſtea deuicit. Maroboduus, dux Sueuorum, eiusq; ingenium & vita. Boiohæmum.

Digitized by Google

De his bellis, Ouid. Triſt. 2. ad Auguſtum.

Nunc tibi Pannonia eſt, nunc Illyris ora domanda:
  Rhætica nunc præbent, Thraciaque arma metum.
Nunc te prole tua iuuenem Germania ſentit,
  Bellaque pro magno Cæſare Cæſar habet.

Accedo nunc ad cladem inſignem: quam Romani anno Domini 12. non procul à ſaltu Teutoburgenſi Ducatus Cliuenſis, nec multis milliaribus à Duſſeldorpio, die 2. Auguſti acceperunt. Referunt illam quidam ad annum 13. Chriſti: non ad 12. ſicut Funccius: quoniam ſcilicèt hic ad annum Vrbis conditæ 754. Vinitiũ & Varum poſuerit Conſules ex Haloandro: cùm ponendi ibi ſint, C. Cæſar Auguſtus XIV. L. Æmylius L. F. Paulus, ab eo omiſſi: Vinitius autem & Varus, ad 755. V. C. ſubiungendi ſint: & ſic inſequentes quiq; Conſules, vno anno promouendi. Ab alijs ad XI. Domini annum refertur hæc clades. Ea hoc modo accidit.

Loca quædam Germaniæ (vt Dio libro 56 inquit) à Romanis tenebantur: non ſimul, ſed aliàs alia, capta. Iis in locis Romani milites hyberna habebant ciuitates condebant. Eorum mores Germani iam accipiebant: in forum conueniebant: congreſſus cum illis pacatos habebant: interim ſuarum conſuetudinum, & libertatis, non obliuiſcentes. Præerat tunc exercitui, qui in Germania erat, Varus Quintilius: illuſtri magis, quam nobili (inquit Velleius) ortus familia: vir ingenio

Vari Quintilij mores.

mitis, moribus quietus: vt corpore, & animo immobilior: otio magis caſtrorum, quam bellicæ aſſuetus militiæ: pecuniæ verò quam non contemptor: Syria, cui præfuerat, declarauit: quam pauper diuitem ingreſſus, diues pauperem reliquerat. Is Germanos concepit eſſe homines: qui nihil, præter vocem membraq́ue haberent hominum: quiq; gladijs domari non poterant, poſſe iure mulceri. Quo propoſito mediam ingreſſus viam: velut inter viros, pacis gaudentes dulcedine, iurisdictionibus, agendoq; pro tribunali ordine, trahebat æſtiua. At illi (quod niſi expertus, vix credebat) in ſumma veritate verſutiſſimi, natumque mendacio genus (Parcius iſta viris, mi Vellei) ſimulantes fictas litium ſeries: & nunc prouocantes alter alterum iniuriâ: nunc agentes gratias: quòd eas Romana iuſtitia finiret: feritasq́ue ſua, nouitate incognitæ diſciplinæ miteſceret: & ſoluta armis diſcerni, iure terminarentur: in ſummam ſocordiam perduxère Quintilium: vſque eò, vt ſe Prætorem vrbanum, in foro ius dicere: non in medijs Germaniæ finibus, exercitui præeſſe, crederet. Sic, Velleius quidem. At Florus, Vari Quintilij libidinem, inquit, ac ſuperbiam, haud ſecus, quam ſæuitiam, odiſſe cœperunt. Auſus verò ille agere conuentum, & in Caſtris ius dicebat: quaſi violentiam Barbarorum, & lictoris virgis, & Præconis voce, poſſet inhibere. At illi, qui iam pri-

Germanorum aſtutia.

dem rubigine obſitos enſes, inerteſq; cernerent equos: primùm togas, & ſæuiora armis iura, viderunt: eam rem non tulerunt: Primoribus ipſorũ (vt in Dione eſt) amiſſum Principatũ deſiderantibus: vulgo vſitatã rerum rationẽ, peregrinæ dominationi anteferente. Sed quia multos Rom. apud Rhenũ, multos apud ſe, verſari videbant: palàm tentare rebellionem nõ audebant. Itaque ſic erga Varũ ſe geſſerunt: vt per omnia ei dicto audientes viderentur: eumq; procul à Rheno, in fines Cheruſcorum (qui ſuprà libro 1. vetuſtis temporibus inter Sueuos numerabantur: poſterius à Tacito ſeorſim poſiti, nunc Saxones ſunt) ad flumen Viſurgim, abduxerunt. Ibi planè pacificè viuendo, eam Duci opinionem attulerunt: quaſi non amplius opus eſſet exercitu ad continendos eos in ſeruitute. Potius quando petebant, infirmioribus oppidis præſidia contra alios, aut Latronum comprehendendorum commeatusúe tutius ſubuehendi, causâ, diſtribuebat. Tum iuuenis genere nobilis (vt idem Velleius ſcribit) manu fortis, ſenſu celer, vltra Barbarum promptus ingenio, no-

Armininus iuuenis, Germanus magnanimus.

mine ARMINIVS: Sigimeri (Sigmaier) Principis gentis Cheruſcæ (inter Viſurgim & Albim) filius: ardorem animi, vultu oculiſq; præferens: aſſiduus militiæ Romanæ prioris comes: & iam ciuitatis Rom. ius equeſtremq; conſecutus gradum: ſegnitiâ Ducis, in occaſionem rei gerendæ vſus eſt: haud imprudenter ſpeculatus neminem celeriùs opprimi poſſe, quam qui nihil timeret: & frequentiſſimum initium eſſe calamitatis, SECVRITATEM. Primò igitur paucos,

Securitas, initium calamitatis.

mox plures, in ſocietatem conſilij recipit. Opprimi poſſe Romanos, & dicit, & perſuadet. Erant inter conſpiratos præcipui, ipſe & Segimerus: familiaris Varo, & cum eo ſæpe conuiuantes. Inſidiarũ conſtituitur tempus: quod Varo per Segeſten (Siggaſt) virum eius gentis fidelem, clariq; nominis, indicatur. Huius enim filiã Thuaeldam (Straboni lib. 7. θουσνελδαν) alij pactã (vt lib. 1. Tacitus ait) Arminius rapuerat. Ideo inuiſus gener erat: & quæ apud concordes vincula Charitatis, incitamenta irarum apud infenſos, erant. Suaſit proinde Varo Segeſtes, cùm aliàs, tum ſupremo conuiuio: vt ſe, & Arminium, & cæteros proceres, vinciret. Nihil auſuram plebem, Principibus amotis:

amotis: atq; ipſi tempus fore, quo crimina & innoxios diſcerneret. Sed Varus fato, dum nihil timēs [illegible] abrogat, & aſtutia viq; Arminij, cecidit. Quippe ita ſe res habet (inquit Velleius) vt plerunque, qui fortunam mutaturus eſt, conſilia corrumpat: efficiatque, quod miſerrimum eſt (τὸ ἀθλιώτατον) vt quod accidit, id etiam meritò accidiſſe videatur: & caſus, in culpam tranſeat. Negat itaq;, ſe credere: ſpemq; in ſe beneuolentiæ ex merito æſtimare profitetur. Nec diutius, poſt primum indicem, ſecundo relictus locus. Repentè namq; ex compoſito (vt ex Dione Guil. Xylander loquitur) quidam ex longinquis Germani inſurgunt: nimirum vt contra eos proficiſcens Varus, in itinere opportunior cladi eſſet: cùm ſe per amicorum regionem ire crederet: neúe, omnibus ſimul bellum mouentibus, ſibi caueret. Tunc eum copias abducentem, cohortati ſunt: tamquā ipſi quoq; cum auxilijs breui ſecuturi. Mox accepto ſuo, quem certo in loco habebant, exercitu: occidunt Romanos, quos ab illo impetratos, ſecum habebant. Deinde in ſyluis impeditis (ἐν ὕλαις δυσεμβάτοις) Varum aſſecuti, multa & magna mala Romanis ingerunt: per montes, crebris conuallibus interceptos: inter arbores denſas, immenſaq; proceritatis: quibus Romani, ante illorū aduentum cædendis, vijs ac pontibus parandis, defatigati fuêrant: ſequente eos magno curruum, iumentorum (παντοφορία Dio vocat) mulierum, puerorum, & calonum, numero. Interim pluuia magno cum vento ſuperueniens, magis etiam ipſos turbarat: ſolumq; ad radices & truncos arborum, lubricum effecerat. His difficultatibus conflictatos, Germani callium periti (ἔμπειροι τῶν τριμμῶν ὄντες) circumuenêre: eosq; initio eminus tantùm impetierunt: poſtea, nemine ſe defendente, multis vulneribus illatis, comminus adorti ſunt. Romani, nullo ordine proficiſcentes, nec coire inter ſe valentes, locum in ſyluoſo monte tamen opportunum nacti, ibi caſtra fecerunt. Poſtridie, magis ordine progreſſi, in locum ſylua vacuum venerunt: neq; hoc etiam ſine ſuorum cæde: deinde, rurſus in ſyluas inciderunt: & ab hoſte vexati fuêre: loci anguſtiâ arborumq; impedimento, multum ipſis nocente.

Romanorum clades, cum Varo.

Exorto die, denuò imber & ventus vehemens (ὑετὸς λάβρος, καὶ ἄνεμος μέγας) ita, vt neq; procedere, neq; conſiſtere, firmiter poſſent: vſu armorū quoq; ipſis adempto: ſagittis, pilis, ſcutiſque, madentibus: quod hoſti, eò quòd pleriq; erant leuis armaturæ, aggrediq; & regredi tutò poterant, minus eueniebat. Creuit eorum numerus: multis ſpe prædæ ſe ad eos aggregantibus. Ita exercitus trium legionum, totidem legatorum & alarum, atq; ſex cohortium, multorumq; auxiliorum, omnium fortiſſimus: diſciplinâ, manu, experientiaq; bellorum, inter Romanos milites princeps, caſus eſt. Duci plus ad moriendum, quam ad pugnandum, animi fuit. Nam & ipſe, & alij primores: ne in hoſtium poteſtatem venirent, vel ab eis excruciarentur: ſe ipſi tranſfixerunt. Valde deinde inſultatum à Germanis in victos fuit: præcipuè in cauſarum patronos. Alijs oculos, alijs manus, amputatas Florus ait. Vnius os, ſutum eſſe, reciſâ prius lingua: quam in manu tenens Barbarus, dixerit: Tandem, vipera, ſibilare deſiſte. *ſigna & Aquilas duas, in poteſtatem hoſtium, adhuc ſuo tempore fuiſſe: tertiam à ſignifero, priusquam in manus illorum veniret, euulſam eſſe: quam is merſam intra baltei ſui latebras gerens, in palude cruenta ſic latuerit. Vixit autem Florus ſub Traiano Cæſare, circa 104. Chriſti. Vari corpus ſemiuſtum, inquit Velleius hoſtili laceratum eſſe feritate. Caput eius, abſciſſum, latumq; ad Maroboduum: ab eo miſſum ad Cæſarem, gentilitij tandem tumuli ſepultura honoratum eſſe. Locum cladis huius, etiamnum appellari ait Spangenbergius* Windfeld/ von dieſer gegen den Römern vberwindung: *id eſt, campum victoriæ: quem patère in longitudinem, paſſus circiter 400. in latitudinem, dimidium huius: non longe à veteri arce* Falckenberg/ *& oppido* Horn.

Florus hiſtoricus quo tempore vixerit.

Vari interitus.

Hac clade Romam nuntiata: excubias ſcribit Suetonius per vrbem ab Auguſto indictas eſſe: ne quis tumultus exiſteret: & præſidibus prouinciarum, prorogatum imperium: vt & à peritis, & aſſuetis, ſocij continerentur. Votos eſſe & magnos ludos Ioui opt. max. ſi Rempub. in meliorem ſtatum vertiſſet: quod etiam Cimbrico bello factum eſſe. Adeo namq; conſternatum fuiſſe: vt per continuos menſes, barba capilloq; ſummiſſo, caput interdum foribus illideret, vociferans: Quintili Vare, legiones redde: diemq; cladis, quotannis mæſtum habuerit, ac lugubrem. Dimiſiſſe quoq; Germanorum manum: quam inter armigeros (ſatellites) circa ſe habuerit. Sic factum fuit: vt Imperium, quod in littore Oceani non ſteterat, in ripa Rheni fluminis ſtaret.

Auguſti imper. mæror & conſternatio, ob cladem Romanis ſub duce Quintilio Varo illatam à Germanis.

Quoniam legiones & cohortes hîc Romanorum caſas aliquot dictum eſt: declarentur hæc, & his adiuncta, aliquo modo, propter adoleſcentiorem lectorem.

Legio, λεγεών, τέλος, dicebatur: quòd milites eius viritim legi ſolerent. Ein Regiment. *Diuidebatur in cohortes decem: cohors, in centurias; Centuria, in manipulos: manipulus, in decem.*

Militia & Legio Romanorum.

aut viginti aût circiter, milites. Non erat idem ſemper legionis numerus: ſed aliàs militum 4200. aliàs 5000. vt Polybius lib. 6. teſtatur. Nonnunquam 6666. Interdum plurium.

Cobors. *Cobors, σπεῖρα, dicta eſt: quòd vel Duces, vel ipſi inter ſe milites cohortarentur. Varro autem inde dictam autumat: quòd, vt in villa ex pluribus tectis quiddam fit vnum: ſic cobors ex pluribus copuletur manipulis: quæ in villa ſic dicatur, quòd circa eum locum pecus cohereeatur.*

Centuria. *Centuria, quæ eius numerus iuſtus, centenarius erat, τάξις.*

Manipulus. *Manipulus, herbarum faſciculus eſt, quantus manu comprehenditur. Sed in re militari, numerus militum dicebatur: quòd coniunctis manibus dimicarent: vel, quòd tempore Romuli, manipulo herbæ, ad perticam alligato, pro ſigno ſeu vexillo vterentur. Græcè, λόχος. Milites, appellati: quòd trium milliũ primò legio fiebat: ſingulis tribubus (ſub Romulo) nempe Tatienſium, Rhamnenſium, Lucerum, ſingula millia militum mittentibus.*

Legionis milites, à Polybio hi traduntur, & hoc aſcenſu.

Miles legionis. 1. *γροσφομάχοι, vel γροσφοφόροι, Pilani, piligeri, iuniores, velites, à volando: quorum arma, πέλτη pelta, γρόσφος pilum: περικεφάλαιον λιτὸν, ſimplex caſsis,* Beckelhaub. *Pilum, telum erat longum quinq; pedes, & dimidiatum.* Ein Schäfflein. *ἀκόντιον:*

2. *λογχοφόροι, Haſtati,* Spieſſer/ *adultiores.*

3. *πρίγκιπες, Principes,* Fürer: *ætate & robore præſtantes.*

4. *τριάριοι, ἱερὸς λόχος, Triarij,* Hinderhut: *natu maximi.*

Arma illorum. *Horum trium generum, erat πανοπλία, perfecta armatura: nempe θυρεὸς clypeus, μάχαιρα gladius, ὑσσὸς pilum aut verutum (cuius loco tamẽ Triarij δόρατα, lanceas, geſtabant) περικεφαλαία galea, θώραξ thorax aut lorica, προκνημὶς tibiale, ocrea: deniq; πτέρινος στέφανος, Criſta ex plumis. Quibus armis & ornatu, vir*

Milites decorus. *ἐφαίνετο διπλάσιος ἑαυτοῦ κατὰ τὸ μέγεθος· τὴν ὄψιν καλὸς, καὶ τοῖς ἐναντίοις καταπληκτικὸς: apparebat altero tanto major: aſpectu pulcher, & hoſtibus terribilis. Simili ferè modò deſcribitur in S. literis, Eph. 6 armatura Chriſtiani & ſpiritalis militis.*

Liuius verò lib. 8. tres tantùm ordines Latinorum legionis, facit. 1. Haſtatos, manipulorum quindecim. 2. Principes. totidem manipulorum, robuſtioris ætatis. Ambos hos ordines, Antepilanos appellabat. 3. alios ordines quindecim: in quibus, Pilanos ſeu Triarios, veteranum militem ſpectatæ virtutis: & Rorarios, minoris roboris atq; ætatis: Accenſos deniq; minimæ fiduciæ: ideoq; in poſtremam aciem reiectos. Primi pugnam inibant haſtati: quibus hoſti cedentibus, principes ſuccedebant: Cedentibus principibus, res ad Triarios redibat: principib. & haſtatis, in ordines

Triarij. *ipſorum receptis. Id erat formidoloſiſsimum hoſti: cùm velut victos inſecuti, repentè nouam aciem exurgentem (Triarij enim, hactenus ſub vexillis conſederant) auctam numero cernebant. Scribebantur antẽ quatuor ferè legiones quinis millibus peditum: equitibus in ſingulas legiones trecenis.*

Triarij appellati ſunt (inquit Varro) vt in acie tertio ordine extremi.

Rorarij. *Rorarij, dicti à rore: qui bellum committebant antè: ideo quòd antè rorat, quam pluit. Pu-*

Accenſi. *gnabant fundis & lapidibus. Accenſi, miniſtratores: vel, ſupplendis legionibus adſcripti. Hæc, apud gentẽ Latinã quidẽ. Sed apud quã nihil tamen ab Romana Repub. diſſonũ erat, teſte ibidem Liuio.*

Legatus. *Legatus hoc loco, non πρεσβευτής eſt: qui publicè nuntiatum, aut effectum aliquid, mittitur: ſed ἀντιστράτηγος. Imperatoris in re militari Vicarius: eoq; abſente omnem autoritatem habens.*

Ala. *Ala, turma equitum eſt, ἴλη: quòd legionem milites ve vtrinq; tegant equitum alæ: ſicut alæ dextram & ſiniſtram partem auis.*

Auxilium. *Auxilium, Varroni appellatur ab auctu: cùm acceſſerunt, qui adiumento ſint, alienigenæ. σύμμαχοι, τὸ συμμαχικόν: ἐπίκουροι, τὸ ἐπικουρικόν, apud Thucydidem. Sed hi oppugnatis, illi oppugnantibus, opem ferunt.*

Aquila. *Aquila, præcipuum ſignum erat in Rom. exercitu, totius legionis inſigne, in prima cohorte: aureæ ſcil. aquilæ ſimulacrum, in haſta præpilata, ſiue præferrata: cuius portator, Aquilifer vocabatur. Centuriæ ſigna alia minora, ſeu vexilla, habebant.*

Numerus occiſorum Romanorum in clade Variana. *Iam vt ad cladem Varianam redeamus: exiſtimatur à Georgio Spalatino, ea non infra quinquaginta millia fuiſſe. Ingens certè fuerit neceſſe eſt: cùm Auguſtus tantoperè conſternatus illâ, (Dione teſte) fuerit: vt Germanos & Gallos, in Italiam irrupturos metuerit: eoq; magis, quòd nec vrbana iuuentus magni momẽti ſupereſſet: & ſociorũ auxilia, quæ aliquid potuiſſent, afflicta eſſent: nec illi, qui militari ætate erant, nomina ad militiã dare vellent: ſed ad id cogẽdi ab Auguſto eſſent.*

Oſtenta ante cladem Varianã. *Præceſſerant hanc cladem varia prodigia: vt cælum ſæpius ardens: multi ſimul cometæ effulgentes: quædam Victoriæ ſtatua in Germania, hoſtem ſpectans, ad Italiam obuerſa.*

TIBERII

TIBERII ET GERMANICI EXPEDITIO IN GERMANIAM: AVGVſti Cæſaris obitus, nomen, & alia. Lindachium prope Gamundiam.

CAPVT II.

ANNO ſequenti (poſt Chriſtum 14.) Tiberius & Germanicus (cui pro conſule erat imperium) impreſſionem in Germaniam fecerunt: ac locis aliquot vaſtatis, ſed nullo populo ſubacto: cùm metuerent, ne rurſus cladem acciperent: ideoq́ haud procul à Rheno diſcederent: ludis ibi in honorem natalium Auguſti actis: miniſterioq́ Centurionum, equeſtri certamine edito: autumno in Italiam reuerſi ſunt: Sueuis reſiſtere paratis. τά τε Αὐγούστου γενέθλια ἑορτάσαντες· καί τινα ἱπποδρομίαν ἐν αὐτοῖς (als ein Turnier) διὰ τῶν ἑκατοντάρχων ποιήσαντες, ἐπανῆλθον: *vt Dio loquitur.*

Romanorum impreſſio in Germaniam, ducib. Tiberio & Germanico.

Anno Domini 15. Lindachium, arcem non longè ab Imperiali Sueuiæ oppido Gamundia, ædificatum fuiſſe, in M. Scr. chart. reperi. Quod ſi verum eſt (tempore ſcil. ex aliqua circumſtantia inuento) potuit & Gamundia tunc pagus eſſe. Habitarunt autem Diemeri (nobiles ſic dicti) longè pòſt illam arcem. Poſtea deſtructa ante aliquot annos eſt.

Lindachium ſtructum.

Anno Chriſti 17. (Panuinio 15.) Auguſtus diem ſuam Nolæ Campaniæ obijt: duobus Sextis, Pompeio & Apuleio, Coſſ. decimoquarto Calend. Septemb. (die 19. Aug.) hora diei nona, LXX. & VI. ætatis anno: diebus V. & XXX. minus (vt à Suetonio ſcribitur) cùm ex amicis prius quæſiuiſſet: ecquid ipſis videretur mimum vitæ (fabulam riſu dignam) commodè tranſegiſſe: & adiecißet clauſulam:

Auguſti Imp. obitus.

Δότε κρότον, καὶ πάντες ὑμεῖς μετὰ χαρᾶς κτυπήσατε.

Plaudere eos iuſſit, tanquam fabulâ vitæ bene peracta.

Quibus dimiſſis: non multò pòſt repentè in oſculis Liuiæ, & in hac voce, defecit: Liuia, noſtri coniugij memor viue, ac vale. *Quod Italus Paulus Roſſus vertit:* Liuia viui, & ſta ſana: & ricordati della noſtra dolce compagnia. Ignarus erat miſer, eius, quod Publicanus ille in Euangelio pœnitens dixerat: Deus, miſerere mei peccatoris: & illius, quod D. Stephanus moriens dixit: Domine Ieſu, ſuſcipe ſpiritum meum. *Sortitus exitum eſt facilem, & qualem ſemper optauerat. Nam ferè, quoties audiſſet: citò, ac nullo cruciatu, defunctum quempiam: ſibi & ſuis* εὐθανασίαν *ſimilem (hoc enim & verbo vti ſolebat) precabatur. Opinio tamen fuit, ei fuiſſe venenum per ficus, quibus delectebatur, à Liuia datum: ne Agrippam Agrippæ F. exulantem reuocaret, eiq́ Principatum traderet.*

Dictum eius fuit: Sat celeriter fieri, quicquid fiat ſatis bene. σπεῦδε βραδέως.

Item, non eſſe temerè bellandum, nec præliandum. Nam minima commoda non minimo ſectantes diſcrimine, ſimiles aiebat eſſe AVREO hamo piſcantibus: cuius abrupti damnum, nullâ captura penſari poſſet. Ita non erat φιλοκίνδυνος. id eſt, ſe non frequenter periculis temerè ſubijciebat.

Auguſti Imper. ſymbola ſeu dicta.

Domini appellationem, vt maledictum & opprobrium, ſemper exhorruit: ac ne à liberis quidem, aut nepotibus ſuis ſe Dominum appellari, vel ſerio, vel ioco, paſſus eſt. Sic & Dictaturam, populo magna vi offerente, genu nixus, deiectâ ab humeris toga, nudo pectore, deprecatus eſt. Tanta erat eius. ταπεινοφροσύνη, *animi demiſſio.*

Dominus noluit vocari Auguſtus Imp.

Famoſorum libellorum, quos ad traducendos homines à quibusdam conſcribi acceperat, conquiſitionem fieri iuſſit, conbuſſit, in auctores animaduertit. βιβλία ἐφ᾽ ὕβρει τινῶν συγγραφέντα, *à Dione vocatur: ſed librò* βασιλικῶν 60. φλυαρίαι. *Cauſa fuit facti huius, Auguſto (Tacit. libro 1.) Caſſij Seueri libido: qua viros is, fœminasq́ue illuſtres, procacibus Scriptis diffamauerat.*

Famoſi libelli, combuſti ab Auguſto.

Tragœdiam magno impetu exorſus, non ſuccedente ſtylo, aboleuit: quærentibusq́ amicis, quidnam Aiax ageret, reſpondit: Aiacem ſuum in ſpongiam incubuiſſe.

Iulias, filiam & neptem, omnibus probris contaminatas, relegauit: ac deprecanti ſæpe pro eius populo Romano, & pertinacius inſtanti, tales filias, talesq́ue coniuges, pro concione imprecatus eſt.

Pumilios, atque diſtortos, & omnis generis eiusdem, vt ludibria naturæ, maliq́ue ominis, abhorrebat.

Pumiliorum & diſtortorum contemptus.

Moriturus, amicis dixit: Vobis vrbem, qam lateritiam accepi, marmoream relinquo: reſpiciens in hoc non ad magnificentiam ædificiorum: ſed ad amplitudinem & maieſtatem Imperij. Τὴν ῥώμην γηΐνην παραλαβὼν, λιθίνην ὑμῖν καταλείπω.

Auguſtus Cæſar, cur ſic dictus.

Apppellatus autem fuit Auguſtus, ſententiâ Munatij Planci, & cæterorum Senatorum:

tanquam ſupra humanam ſortem poſitus: ὡς πλεῖόν τι, ἢ κατ' ἄνθρωπον, ὤν. Græcè σεβαστὸς, ὥσπερ τις σεπτὸς: à verbo σεβάζεσθαι, reuereri, colere. πάντα γὰρ τὰ ἐντιμότατα, καὶ τὰ ἱερώτατα, αὔγουστα προσαγορεύεται: vt libro 53. Dio ait.

Ouid. Faſt. 1.

Sacra vocant Auguſta patres: Auguſta vocantur
Templa, Sacerdotum ritè dicata manu.
Huius & Augurium dependet origine verbi:
Et quodcunque ſua Iuppitur auget ope.

Florus de geſtis Rom. lib. 4. cap. 12.

Augſtus pater patriæ fuit, & perpetuus Dictator, dictus: propter ingentia pacis belliq́ merita. Tractatum etiam in Senatu: an, quia condidiſſet Imperium, Romulus vocaretur. Sed Sanctius & reuerentius viſum eſt nomen Auguſti: vt ſcilicet iam tum, dum colit terras, ipſo nomine & titulo conſecraretur.

Romani Imperatores cur hodie omnes Augusti nominentur.

Iam, ſicut omnes Ægypti Reges, quondam dicti ſunt dignitatis causâ Pharaones, Diſſipatores, hoſtium propulſatores: ita ab Auguſto hoc, omnes Rom. Imperatores, honoris causâ Auguſti nominantur: non propriè, tanquam augentes Imperium: ſed tamquam diuinis donis aucti, venerabiles, εὐλογημένοι: ſicut ipſe poſt mortem pro Deo habitus, Diuus appellatus fuit.

Auguſtus menſis, vnde ſic dictus.

Sicut deniq́ Quintilis, quintus à Martio menſis, dictus fuit Iulius: ad honorem Iulij Cæſaris, 4. Idus eius menſis nati: ita Sextilis nominatus eſt Auguſtus, ab ipſo Cæſare Auguſto (potius, quam September, quo natus erat) quia hoc ſibi & primus conſulatus, & inſignes victoriæ, contigiſſent.

LEGIONES ROMANÆ, IN ORBE TERRARVM: ET MVNItiones Romanorum, temporibus Auguſti & ſequentibus, ad Rhenum & Danubium.

CAPVT III.

QVIA Iulio Cæſari, in Gallijs verſanti, graues contentiones cum Germanis ac Sueuis ortæ fuerant: Auguſtusq́ veſtigijs illius, vt adoptiuus filius, inſtitit: ideo, ſicut Imperij Romani contra Barbaras gentes protegendi causâ, alijs multis in regionibus legiones is aluit: ita etiam contra Germaniæ populos, præſertim Sueuos (quos Strabo reliquis numero & potentia ſuperiores perhibet tunc fuiſſe: à Rheno ad Albim vſq́ pertingentes: atque partem eorum trans id flumen habitantem: vt, Germunduros & Langobardos) contra Germanos, inquam, ac Sueuos, multa caſtella & oppida, idem Auguſtus, alijque poſt eum, condiderunt: vt ea eſſent quædam quaſi διαφράγματα, interſtitia: quædam quaſi μεσότειχα, parietes inter Romanos & Germanos: cùm Alpes, quamuis alti & niuoſi montes: cùm Rhenus & Danubius, quamuis lata & rapida flumina: non ſufficere ad Barbaros ab Italia excludendos viderentur.

Ἐπιτειχίσματα Romanorum contra Germanos.

Iis munitionibus præſidia, ſiue ſtationarios milites, tum ad Socios in fide continendos, tum ad hoſtes abſterrendos, impoſuerunt: ac non rarò in Barbaros pugnarunt. De Iul. ſanè Cæſare, Cicero Orat. in Piſonem dicit: ſe eius imperio non Alpium vallum, contra aſcenſum transgreſſionemq́ Gallorum: non Rheni foſſam, gurgitibus illis redundantem, Germanorum immaniſſimis gentibus, obijcere & opponere: ſed illum perfeciſſe, vt, ſi montes reſediſſent, amnes exaruiſſent: non naturæ præſidio, ſed victoria ſua, rebusq́ geſtis Italiam munitam Romani haberent. Idem ergo & Auguſtus, eiusq́ ſucceſſores, faciendum ſibi duxerunt.

LEGIONES (στρατόπεδα, τάγματα, & poſteriori tempore θέματα) anno Chriſti 8. ac tempore Dionis, circa Chriſti annum 230. quibus nomina (vt aliàs etiam moris) erant à numero, perſonis, aut alijs circumſtantijs.

Alebantur (inquit Dio lib. 55.) tempore Auguſti, tres & viginti legiones populi Rom. ex quibus noſtra tempeſtate, tantum decem & nouem ſuperſunt.

Earum ſecunda, Auguſta nominata, hybernat in ſuperiori Britannia.

Tertiæ, tres ſunt: Gallica, in Phœnicia: Cyrenaica, in Arabia: Auguſtalis, in Numidia.

Quarta, Scythica in Syria.

Quinta, Macedonica, in Dacia: quæ regio, Gotthia quoq́ dicta fuit, poſtea Gepidia.

Sextæ duæ, quarum altera Victrix appellata, erat in Britann. inferiore: altera, Ferrea, in Iudæa.

Septima, Claudiana, in Myſia ſuperiore: id eſt, Seruia, aut Moldauia.

Octaua,

Octaua, Auguſtalis, οἱ αὐγούστειοι, in Germania ſuperiore.

Decima, Gemella (quia ex duabus legionibus confuſis) in ſuperiore Pannonia: quæ eſt hodie Auſtria, Carinthia, Carniola.

Altera Decima, in Myſia.

Vndecima, Claudiana, in Myſia inferiore: id eſt, Flaccia ſeu VValachia, aut Bulgaria.

Duodecima, Fulminifera, in Cappadocia: τὸ κεραυνοφόρον στρατόπεδον.

Decima tertia, Gemella, in Dacia.

Decima quarta, Gemella, in ſuperiore Pannonia.

Decima quinta, Apollinaris, in Cappadocia.

Vigeſima, Valeriana & Victrix appellata, in ſuperiore Britannia.

Has ex Auguſti legionibus reſtare, Dio ait: cæteras, diſperſas, ſublatas, aut cum alijs permiſtas. Alias etiam legiones, à ſequentibus Imperatoribus inſtitutas eſſe.

Tales milites, qui limites & ripas contra Barbarorum excurſiones cuſtodiebant, Limitanei & Riparenſes nominabantur. Cùm bellum gerebatur: exercitus alias quoq; legiones habebat. Limitanei & Riparenſes milites.

Germanicum Druſo ortum (inquit lib. 1. Tacitus) Auguſtus octo apud Rhenum legionibus impoſuit. Hunc enim fluuium duo quaternarum legionum exercitus ſeruabant, ſuperior & inferior: ſicut Danubium, vinginti legiones. Rheni fl. præſidia.

Solebant porrò Romani propugnacula contra hoſtes. in locis naturâ munitis facere: vt, in montibus aut collibus: iuxta flumina, aut ad confluentes fluuiorũ: vt, Canſtadij VVirtembergiæ, vbi Rhemſus in Nicrum ſeu Neccarum: Manhaimi, vbi Nicrus in Rhenum, influunt. Nam poſteriori tempore, Romanos maius flumen tranſgreſſos, ad Nicrum quoq; caſtra & munitiones feciſſe, colligi ex ſignis quibuſdam poteſt: vt aliquando in hac hiſtoria ſequetur. Rom. propugnacula. Neccarus fl. Romanis notus.

Herodianus lib. 2.

ἐξ οὗ (*de Cæſare Auguſto loquens*) εἰς τὸν σεβαστὸν περιῆλθεν ἡ μοναρχία: ἰταλιώτας μὲν πόνων ἀνέπαυσε, καὶ τῶν ὅπλων ἐγύμνωσε: φρούρια τὲ, καὶ στρατόπεδα, τῆς ἀρχῆς προὐβάλετο: μισθοφόρους ἐπὶ ῥητοῖς σιτηρεσίοις στρατιώτας καταστησάμενος ἀντὶ τείχους τῆς ῥωμαίων ἀρχῆς: ποταμῶν τε μεγέθεσι, καὶ τάφρων, ἢ ὀρῶν προβλήμασιν, ἐρήμῳ τε γῇ καὶ δυσβάτῳ, φράξας, τὴν ἀρχὴν ὠχυρώσατο.

MVNITIONES ROMANORVM, CASTRA, VEL STATIVA (Grentzhäuſer) diuerſis temporibus facta: contra inquietos Germanos, TransRhenanos & TransDanubianos: teſte Stumpſio, & alijs.

I. AD RHENVM.

Arbor felix, Arbon.

Acronij cornu, Romishorn.

Conſtantia, Coſtentz.

Inſula Rheni, Stain oder Werd.

Cataractes Rheni maior, Lauffen.

Cataractes minor, Lauffenberg.

Augia Rheni, Rheinaw.

Vindoniſſa, Windiſch. *Tacit. lib. 20.*

Solium Cæſaris, Kaiſersſtul.

Sebuſium, Weiſſenburg.

Mediomatricum vrbs, Metis, Metz. *Tacit. lib. 20. Mediomatricos vocat.*

Auguſta Rauracorum, Augſt ob Baſel.

Auguſta minor, Baſilea.

Argentuaria, Horburg. *iuxta Baſileam.*

Forum Tiberij, Certiacum, Duracum, Zurzach.

Argentoratum, Argentina, Silberthal/Straßburg.

Tres Tabernæ { Elſas / Berg / Rhein } Zabern.

Breucomagus, Brumat/ *aut* Briſach.

Colonia Traiana, Kaiſerswerd.

Tiberia-

Digitized by Google

Tiberiacum, Berghaim.
Pontes Sarni, Sarbruck.
Berberomagus, fortaſſe Spira.
Rufiniana, Vangionum ciuitas, Vormacia, Vangiones. Tacit. lib. 12.
Magontiacum, Maguntia. Tacit. lib. 20.
Vingo, Bingen. *Tacit.* 20. *Bingium.*
Oppenhaimum. fortaſſe Neomagus.
Bodobriga, Bopardia.
Agrippina Colonia, Cöln/ *Vbiorum caput. Tacit. lib.* 1. & 20.
Bonna, Bonn. *Tacit. lib.* 20.
Confluentia, Coblentz.
Salnio, Seltz.
Noueſium, Neuß. *Tacit. lib.* 20.
Lutariburgum, Lauterburg.
Rigomagus, Rhinmegen.
Autiniacum, Andernach.
Marcodurum, Teuren. *Tacit. lib.* 20.
Iuliacum, Gülch.
Auguſta Treuirorum, Trier. *Tacit. lib.* 3. & 20.
Dorderacum, Dordrecht/ *portus.*

Apud Tacitum Claudius Cerialis, anno Chriſti 72. *pro commodo Romanorum loquens ad Treuiros & lingonas: Verram veſtram, inquit, cæterorumq́; Gallorum, ingreſſi ſunt Duces Imperatoresq́; Romani, nulla cupidine: ſed maioribus veſtris inuocantibus: quos diſcordiæ vſque ad exitum fatigabant: & acciti auxilio Germani, ſocijs pariter atque hoſtibus, ſeruitutem impoſuerant. Nec ideo Rhenum inſedimus, vt Italiam tueremur (imo certè, mi Cerialis) ſed ne quis alius Arioviſtus, Regno Galliarum potiretur.*

II. AD DANVBIVM.

Bracodurum, fortè Pfullendorff.
Tarodinum, fortaßis Riedlingen.
Dracuina, fortaſſe Weiſſenhorn.
Pheniana, forſitan Laugingen.
Auguſta Vindelicorum, aut Rhatiæ, Augſpurg.
Damaſia, Dieſſen.
Cambodunum, Kemmat.
Fruxinum, Freiſingen.
Medullum, Meldingen.
Mocenia, Mötzing/ *nunc pagus.*
Caſarea, Keſching/ Kerſchring.
Abuſina, Abenſperg.
Auriſium, Röd/ *cœnobium.*
Auguſta Tiberij, Reginoburgium, Regenſpurg. *Ibi quarta legio Italica ſtationẽ habebat*
Valentia, Wels.
Pontes Oeni, Otingen.
Bædurum, Bolodurum, Paſſaw.
Auguſta Acilia, Straubingen.
Calatinum & Attilia Calatin vnd Altenburg / *arces duæ.*
Abudiacum, Abach.
Aredata, fortaſſe Lintz.
Iuuauium, Saltzburg.
Lauriacum, Lorch bey Ens.
Bregetium, Rab.
Petouium, Petaw.
Virumnum, Judenburg.
Cetio, Zeiſelmaur.

Zeleia,

Digitized by Google

Zeleia, Zill.
Iulium Carnicum, Villach.
Flauiano, Iuliobona, Vindobona, Vindomana, Fauianis, Wien.
Bedacum, Burckhauſen.
Carnus, Presburgum.
Nouiodurum, Labacum, Laibach.

In his & alijs locis (foſſa, vallo, ſepibus, circundatis: Imperatorum imaginibus ibi poſitis) Romani ſtationes, æſtiua & hyberna, agebant: ex quibus locis, poſtquam ipſi ea deſeruiſſent, aut inde expulſi fuiſſent: haud difficulter Germani oppida faciebant: quorum non pauca poſtea, in celebres vrbes euaſerunt, hodieque clariſſimas.

Habitabant ibi Romani præſidiarij, tanquam ciues, in colonias emiſſi: per Rhenum & Danubium naues diſponebant: ex parochijs, id eſt, prædijs ſtipendiarijs, alebantur: domos ibi & ſepulturas habebant. Præſes, Dux, Comes, Legatusúe, à Cæſare miſſus, præerat. Vindeliciam prouinciam, tres Legiones, vltra auxilia, cuſtodiebant; Martia, Quarta, Quinta Batava: per Danubij ripam, ſuis ſtationibus diſpoſitæ. Nobilitas antea, Romæ triumphata fuerat: in carcere necata, aut beſtijs obiecta, Plebs, agros colere (præter Vineas) & annuum tributum pendere, coacta. Non etiam alius lingua, quam Latinæ, vſus in iudicijs & apud Magiſtratum, permiſſus.

QVAEDAM ANTIQVAE INSCRIPTIONES: VNDE PRAESIDIorum Rom. ad flumina Germaniæ notitia fiat.

1. MOGVNTIAE, MILITI VETERANO.

VICTORIO CASSIANO VET. LEG. VII. QVI VIXIT ANNIS LV. VICTORII CLEMENTINVS ET VICTORINVS ET SENECIONIVS IVLIANVS FILII EIVS. PER VICTORIVM HERMETEM LIBERTVM EIVS PATRI PIISSIMO.
F. C.

2. FLERSHEIMI, PAGO AD RIPAM MOGANI, VEL MOENI.

CN. CVRIONI SABINO LEG. XVII. MIL. P. METELLVS CALVINVS CONTVBERNALI DVLCISS. PO.

3. AVGVSTAE, IN MONASTERIO PRAEDICATORVM.

D. M.
IVLIO AMANDO. MIL. LEG. III. ITAL. LIBRARI. COS. VIXIT. ANNIS XXX. IVLIA PATERNA. MATER FECIT. SIBI ET. FILIO. PIENTIS. VIVA. EX PECVNIA SVA FECIT.

Librarius, ſacræ Cameræ ſcriba.

4. APVD CALATINVM ET ATILIAM.

P. ÆL. T. SATVRNINVS. ATILIENSIS COLONIÆ VETERANORVM CIVIS VET. VIXIT. A. LXXV.
SATVRNINVS C. R. F. S. C. ETS. IIII. KLENDS IAN.

Pub. Ælius Titus Saturninus Veteranus vixit annos 75. Saturninus ciuis Rom. faciendum ſibi curauit, & ſuis, 4. Calend Ianuarij.

5. IBIDEM. SED ET PRIOR, ET HIC LAPIS, Neoburgum translati.

D. M.
TIB. CASSIO CONSTANTINO IVNIORI MISERRIMO. QVI VIXIT ANNOS III. ME. IIII. D. XXI. FECIT TIB. CL. CONSTANTINVS PATER FILIO DVLCISSIMO. A QVO SIBI FACIENDVM OPTAVERAT: ET CASSIÆ VERÆ MATRI EIVS. ET CLAVDIO IANVARIO VICTORI. ET MARCELLINO LIBERTIS FIDELISSIMIS VIVIS FECIT. ITEM FIDELI QVONDAM ET CAIO ET MODESTO SVIS RARISSIMIS (AL. KARISSIMIS) PERPETVÆ SECVRITATI.

6. REGINÆ, SEV REGINOBVRGII, RATISBONÆ.

D. ET PERPETVÆ SECVRITATI. IVL. MVRSÆ CONI. PIENT. VIX. AN. XLII. ROAFRITI FOEMINÆ REVERENTISSIMÆ. ET FILI FILIÆ OBITIS. ET IVL. NONNÆ MATRI PIENT. VIX. AN. LXXX. ET IVL. VICTORINÆ SOC. VIX. AN. LX. ITEM VIVIS AVRELIÆ AVR. MILIT. FIL. ET. AMICIS. QVORVM IN M. CINESIA ET RIBISCA ET A. E. SS. ET POST H. OBITVM EOR. OSSA RECONDI IN EO SEPVLC. PERMISIT. M. AVR. MIL. O. H. MONVMEN. EX. ET O. LEG. IIII. ITA. V. V. FECIT.

Legit

Legit Auentinus ſic. Deo & perpetuæ ſecuritati. Iuliæ Murſæ coniugi pientiſsimæ (vixit annis quadraginta duobus) Roafritiſ fœminæ reuer. & filij filiæ, obitis: & Iuliæ Nonnæ matri pientiſsimæ (vixit annis octoginta) item viuis Aureliæ Aureliano Militari filijs & amicis: quorum in monumento Cineſia & Ribiſca, & amici eorum ſiti ſunt: & poſt horum obitum eorum oſſa recondi in eodem ſepulchro permiſit: Marcus Aurelius Militaris, omnibus hæredibus monumentum extruxit: & omnibus legionis quartæ Italicæ viuus viuis fecit.

7. IBIDEM.

D. M.
ET MEMOR. L. MISERRI. MOR. M. VINDELICIS P. R. MOCENIAN. ET VICTORI. ET AVRE. FIL. VINDEL. SVRINVS INFELIX PATER F. C.

Et memoria legionis miſerrimæ. mortuis miſeris Vindelicis, populo Romano Moceniano, & Victori & Aurelio filijs Vindelicis, Surinus infelix pater faciendum curauit. Germanis fortè ex Nortgoia in caſtra Rom. trans Danubium irrumpentibus.

Ita Romani Germaniam, tum à Rheno, tum à Danubio, frequentibus præſidijs & ſtationibus cohibuerunt: multis malis inferendis & accipiendis, per aliquot ſecula. Nidificarunt ibi, conſederunt, pullos excluſerunt: alios momorderunt, & viciſsim morſi ſunt: donec tandem, occidentali Imperio collabente, inde excuſsi auolarunt: ſicut aliquando intelligetur. Ceſſauit id Imperium circa Chriſti annum 480.

DE CL. TIBERIO NERONE CÆSARE, ET GERMANICI Arminijq́ue bellis ſub illo.

CAPVT IIII.

Tiberius Iulius, Rom. Im. factus: eiusq́ ingenium.

ANNO *Domini 17. (Funccio, ſed aliàs 18.) tertius Rom. Imp. factus eſt Tiberius Iulius, diui Auguſti F. diui Iulij N. Cæſar Auguſtus Germanicus: annos iam 56. natus, & viſu imbecillo præditus: qui 22. annos, 6. menſes dies 26. imperauit. Principatum accipere, diu recuſauit: nunc adhortantes amicos increpans: vt ignaros, quanta bellua eſſet Imperium: nunc precantem ſenatum, & procumbentem ſibi ad genua, ambiguis reſponſis, & callida cunctatione ſuſpendens. Fecit id partim metu: ſeditione militum in Illyrico, in Germania, exorta: vtroque exercitu multa, quoad ſtipendia, extra ordinem flagitante: partim, quòd hoc ingenij eius eſſet: diſsimulare, quæ cuperet: loqui, quod non ſentiret: iraſci, cùm minimè iraſceretur: æquo animo eſſe, cùm maximè indignaretur: miſericordiam ſimulare erga illos, quos ſupplicio afficeret. Tanta prauitate ingenij erat.*

ὅτι, ὧν ἐπεθύμει, προσεποιεῖτό τι: καὶ ὧν ἔλεγεν, οὐδὲν, ὡς εἰπεῖν, ἐβούλετο πᾶν, ὃ ἐπόθει, ἠρνεῖτο: καὶ πᾶν ὃ ἐμίσει, προσεποιεῖτο: vt ait Dio lib. 57.

Marſi victi ab A. Cæcinna, Rom. duce.

Eo tempore bellum Germanicus, Druſi Claudij F. contra Germanos gerebat: quod diutius durauit. Cæſi per A. Cæcinnam, Marſi (Alberto Crantzio Holſatæ, Dietmarſi, Stormarij) dum feſta nocte, ac ſolennibus epulis ludicra, ſtrati iacebant per cubilia, propterq́ menſas: nullis poſitis vigilijs, Cæſi deinde Bructeri, Tubantes, Vſipetes, à Germanico.

Bructeri. *Tencteri.* *Tubanti.*

Bructeros dicitur inter Amiſiam & Luppiam amnes, Tencteris ac Tubantibus vicinos fuiſſe: ad ſyluam Hercyniam, quà ad Germanicum mare porrigatur. VVeſtfalos Munſterus indigitat: Marlianus, Friſijs proximos facit. Tencteri, olim Rheni oram ex aduerſo Vbiorum colentes: poſtea eiecti fuerunt à Sueuis in Menapios: id eſt, Geldrenſes, Cliuenſes, Iuliacenſes. Eôdem conceſſerunt, à Sueuis expulſi, ab Oceano, cum Tencteris, Vſipetes. Cæſ. de bel. Gal. lib. 4. Supra Chattos habitabant Tubanti: quam regionem hodie cenſeri ait Birchheimerus, Elßfeld *& ſylua* Hartz. *Victi poſtea, Chatti: quibus libenter Cheruſci auxilium tuliſſent: ſed exterruit eos Cæcinna, huc illuc arma ferens.*

Segeſtes.

*Non multò pòſt Segeſtes (*Hengſt / *Caballus) à popularibus obſeſſus (validiore apud eos genero Arminio, quando bellum ſuadebat) auxilium per filium Segimundum (*Sigmund*) contra illos à Germanico orauit. Pugnatum eſt in obſidentes: & ereptus Segeſtes, magna cum propinquorum & clientium manu. Inerant fœminæ nobiles: inter quas vxor Arminij, eademq́ue filia Segeſtis (Thuſnelda) mariti magis, quam parentis, animo: neq; victa in lachrimas neq; voce ſupplex: compreſsis intra ſinum manibus, grauidum vterum intuens: quæ puerum poſtea peperit: isq́ Rauennæ educatus eſt. Ferebantur & ſpolia Varianæ cladis: plerisq́ eorum, qui tum in deditionem*

tionem veniebant, præda data. Segeſtes tunc Germanico ſe commendat: ſe Romanis ſemper ſtudere: non odio patriæ (quippe proditores etiam ijs, quos anteponant, inuiſos eſſe) verùm, quia Romanis, Germaniſque idem conducere putet: & pacem, quam bellum, prob.ris: contra ſcil. raptorem filiæ ſuæ, violatorem fœderis Romanorum, Arminium: quem antea quoq; apud Varum detulerit. Cæſar Germanicus clementi reſponſo, liberis propinquiſq; incolumitatem, ipſi ſedem veterem in prouincia, pollicitus eſt.

Arminium ſuper vſitatam violentiam, rapta vxor, ſubiectus ſeruitio vxoris vterus, vecordem agebant: volitanſq; per Cheruſcos, arma in Segeſtem, arma in Cæſarem, poſcebat. Neq; probris temperabat: egregium patrem, magnumq; Imperatorem, fortem exercitum (ironice) quorum tot manus vnam mulierculam auexerint. Non ſe proditione, neq; aduerſus fœminas grauidas: ſed palàm aduerſus armatos, bellum tractare. Arminium potius, gloriæ ac Libertatis: quã Segeſtem, flagitioſæ ſeruitutis ducem, ſequerentur. Conciti per hæc, non modò Cheruſci: ſed contermine gentes: tractuſq; in partes, Inguiomerus (Jngcwoner) *Arminij patruus, veteri apud Romanos autoritate. Vnde, maior Cæſari metus: qui & omni diligentia periculo prouidit. Bructeris per L. Sterninum fuſis: aquilam vndeuigeſimæ legionis, cum Varo amiſſæ, recepit.* Arminij magnanimitas.

Eiuſdem milites ſexto poſt Vari interitum anno (Tacito, Coſ. Druſo Cæſare, C. Norbano: vbi Funccius annum Chriſti 17. ponit) albentia trium legionum oſſa (medio campi diſiecta, vel aggerata) nullo noſcente, alienas reliquias, an ſuorum, humo tegeret: omnes, vt coniunctos, vt conſanguineos: aucta in hoſtem ira, mœſti ſimul & infenſi, condiderunt. Primum extruendo tumulo ceſpitem Cæſar poſuit: gratiſſimo munere (vt Tacitus inquit) in defunctos: & præſentibus, doloris ſocius. Addidit Epitaphium.

OSSA MIL. V. ET XIX. LEG. CVM QVINTIL. INTERFECT. IVSSV GERMANICI IMP. HVC COLLATA QVIESCVNT.

Tantam honorandi occiſos curam geſſit. Sic etiam decet fieri: vt milites, videntes ſe non negligi, tantò paratius pugnent, & animoſius. Onoſander στρατηγικῶν *cap. 36.* Προνοείσθω ὁ στρατηγὸς τῆς τῶν νεκρῶν κηδείας: μήτε καιρὸν, μήθ' ὥραν, μήτε τόπον, μήτε φόβον, προφασιζόμενος: ἄν τε τύχῃ νικῶν, ἄν τε ἡττώμενος. ἕκαστος γὰρ στρατιώτας, ὡς ἀμιλλώμενος, ἐπαχθῶς φέρει τὴν αὐτῶν ἔσεσθαι ὕβριν.

Poſtea, aliquot Arminij cum Romanis pugnæ proſperæ: eos inter paludes, locis limoſis, graui cœno tenacibus, vliginis profundæ, cadentis: quæ loca illis ad gradum inſtabilia erant, procedentibus lubrica: cum corpora eorum grauia loricis eſſent: neque librare pila inter vndas poſſent. Contrà, Cheruſcis ſueta apud paludes prælia, procera membra, haſtæ ingentes: ad vulnera facienda quamuis procul. Aggreſſi quoq; ſunt Romanorum vallum expugnare: paucos ac ſemiermos rati: cùm ſubitò ſonus tubarum, fulgor armorum, offuſus, eos depulit: multis amiſſis, Inguiomero grauiter vulnerato. Et tamen erant in metu Romani (multis incommodis laborantes) ne infeſto Germanorum agmine, Galliæ peterentur: ac, ni Germanici vxor Agrippina, impoſitum Rheno pontem ſolui prohibuiſſet: erant, qui hoc formidine auſi eſſent. Sed fœmina ingens animi, munia Ducis per eos dies induit: militibuſq;, vt quis inops, aut ſaucius, veſtem & fomenta dilargita eſt. Arminij felices ſucceſſus contra Romanos.

Anno Domini proximè ſequente, nempe 18. quo Siſennam Statilium Taurum, L. Libonem, Coſſ. Tacitus ponit: Arminius cum fratre ſuo Flauio colloquitur (cuius rei poteſtatem à Germanico acceperat) ad ripam Viſurgis. Quærit vnde deformitas oris eius? Amiſerat quippe per vulnus, oculum paucis antè annis, Duce Tiberio, Romanis inſeruiens) illo locum & prælium referente: quodnam præmium recepiſſet? exquirit. Flauius, aucta ſtipendia, torquem & coronam, aliaq; militaria dona, memorat. Irriſit Arminius vilia ſeruitij præmia. Exin ille magnitudinem Romanam extollere, opes Cæſaris, victis graues pœnas: in deditionem venienti paratam clementiam: neq; coniugem & filium eius hoſtiliter haberi. Arminius fas patriæ commemorat, libertatem auitam, penetrales Germaniæ Deos, matrem precum ſociam: ne propinquorum & affinium deniq; gentis ſuæ deſertor & proditor, quam Imperator eſſe mallet. Paulatim ad iurgia prolapſi, inter ſe pugnã conſerturi, quamuis flumine interiecto, erant: ni directi fuiſſent. Pleraq; enim Latino ſermone Arminius interiaciebat: vt qui Romanis aliquando in caſtris, Ductor popularium meruiſſet. Poſtridie Cæſar Viſurgim tranſgreſſus, cognoſcit: locum pugnæ ab Arminio delectum eſſe: ad quem & aliæ nationes, in ſyluam Herculi ſacram, conueniſſent. Arminij colloquium cum fratre.

Nocte, vnus hoſtium, Latinæ linguæ ſciens, acto ad vallum Romanorum equo: magna voce coniuges, agros, ſtipendij ſeſtertios centenos indies, donec bellaretur, ſi quis transfugiſſet. Arminij

Digitized by

nomine pollicetur. Incēdit ea contumelia, legionum iras: veniret dies, daretur pugna: ſumpturum militem, Germanorum agros, tracturum coniuges: accipere omen: matrimonia pecuniasq́ hoſtium, prædæ deſtinare.

Tertiâ vigilia caſtris aſſultatum eſt: ſed ſine coniectu teli: poſtquam crebras pro munimentis cohortes, & nihil remiſſū ſenſère. Poſtero die, vtriusq; Ducis cohortatio ad ſocios: inter alia dicente Arminio: Meminiſſent modò auaritiæ Romanorum, crudelitatis, ſuperbiæ. Aliud ſibi reliquum, quam tenere libertatem, aut mori ante ſeruitium? Sic nec cæteri Germanorum proceres omittebat ſuos quiſq; teſtari. Romanorum acies, hæc erat. Auxiliares Galli Germaniq́ue, in fronte: dein, quatuor legiones: ac cum duabus prætorijs cohortibus, ac delecto equite, Cæſar. Exin, totidē aliæ legiones: & leuis armatura, cum equite ſagittario: cæteræq́ ſociorum cohortes. Cōmiſſo prælio,

Prælium inter Arminium & Romanos.

*in campo Idiſtauiſo (*odeſt Wiſen Spangenberg.*) medio inter Viſurgim, & colles quoſdam, loco: copiæ Arminij, quintâ ab hora diei ad noctem cæſæ ſuperantur: decem millibus paſſuum, cadaueribus atque armis, oppletis: repertis inter ſpolia eorum, catenis: quas in Romanos, vt non dubio euentu, portauerant. Fortiſſimè ſuſtentare pugnam Arminius, Sagittarios perrupturus: in Rhætorum Vindelicorumq́;, & Gallicæ cohortes, ſigna obieciſſent. Niſu tamen corporis, & impetu equi, peruaſit: Oblitus faciem, cruore vulneris, ne noſceretur. Effugit & Inguiomerus. Cæterorum pleroſq; Viſurgim tranare conantes, iniecta tela, aut vis fluminis, moles ruentium, & incidentes ripæ, operuerê. Quoſdam in ſumma arborum niſos, ramiſq́ ſe occultantes, ſagittarij per ludibrium fixerunt: alios prorutæ arbores afflixère. Romanis verò tanta victoria, non cruenta fuit. Miles, in loco prælij Tiberiū ſalutauit ſtruxitq́ aggerem: & in modum trophæorum, arma, ſubſcriptis victarū gentium nominibus, impoſuit. Doluit hoc plus, quam cætera mala, Germanis.*

Rurſus igitur alio in loco pugnant: rurſus vincuntur: non animo, ſed genere pugnæ & armorum: arctis in locis prælongas haſtas protendere non valentes: ſtabili in prælio, militis ſcutis tecto nuda ora præbentes: Arminio iam imprompto, ob continua pericula, aut vulnus recens acceptum. Quin & Inguiomerum tota volitantem acie fortuna magis, quam virtus, deſeruit. Nox pugnam diremit: equitibus ambiguè certantibus. Perhibetur pugnatum eſſe inter Amiſiam & Viſurgim, in comitatu Dieffholdico, ad ſtagnum Dummeram: vt à Spāgenbergio notatur. Laudatis pro concione victoribus: Cæſar congeriem armorum ſtruxit, ſuperbo cum titulo. DEBELLATIS INTER RHENVM ALBIMQVE nationibus: exercitus Tyberij Cæſaris, hæc monimenta Marti, & Ioui, & Auguſto, ſacrauit. Auguſtus ſcilicet iā factus erat Deus.

*Anno Chriſti 19. Germanicus Cæſar (quem Tiberius Imp. inuitum è Germania reuocauerat, parto eius decori inuidens) ad 7. Kal. Iunias) 26. Maij) triumphauit de Cheruſcis, Chattis, Angriuarijs: alijsq́; nationibus, vſq; ad Albim colentibus. Vecta ſpolia, captiui: ſimulacra montium, fluminum, præliorum: bellumq́ quia conficere prohibitus erat, pro confecto acceptum. Augebat intuentium viſus eximia ipſius ſpecies: currusq́;, quinq; liberis onuſtus: ſed ei occultè metuebāt: Tiberio non ſincera charitate, ſed ſpecie honoris, iuuenem à Germania amolito. Augebant ſpectantium admirationem illuſtriſſimi viri & fœminæ, in eo triumpho ducti (*τῶν ἐπιφανεστάτων ἀνδρῶν σώματα, καὶ γυναικῶν, ἐθριαμβεύθη*: vt Strabo lib. 7 ſcribit) Semiguntus (Segimundus) Segeſtis F. Cheruſcorum Dux, ac ſoror eius. Item Arminij coniux Thuſnelda: filiusq́; trimulus, Thumelicus. Præterea. Seſithacus Ægimeri F.* Sigdagt Siegmeiers Son) *Cheruſcorū Ducis: eiusq́ vxor Rhamis, Veromeri filia, Chattorum Ducis. Deudorix (*Δευδόριξ, Dieterich) *filius Bætoritis* (Beuterichs) *qui frater erat Melonis, Sicamber. Libys denique, Chattorum Sacerdos: ac nobiles ex Cathcilcis, Ampſanis, Bucteris, Nuſipis, Cheruſcis, Chattis, Chattuarijs, Landis, Subattijs. Inter quos & ſupranominatos populos, quidam antiqui generis Sueuici fuerunt. Ductus & Arminij ſocer Segeſtes, in pompa cognatorum ſuorum: ſed propter Romani nominis ſtudium, honorificè.*

Germanici Cæſaris Triumphus.

*Anno poſtea Domini 21. Germanici, haud multum triginta annos egreſſi, mors ſecuta eſt: eaq́, fraude Cn. Piſonis & vxoris Plancinæ, Antiochæ. Nam ipſo adhuc viuo: in domo, quam inhabitabat, oſſa hominum defoſſa, laminæq́; plumbeæ (*ἐλασμοὶ μολύβδινοι*) diris notatæ imprecationibus, cum nomine eius, reperta. Liuores in toto corpore mortui, & ſpuma per os effluens, cor deniq; cremati inter oſſa incorruptum, viſa ſunt: vt veneficio perijſſe exiſtimatus ſit. Cæterum, pulchritudine & robore corporis, virtute & eruditione animi, vir fuit præſtantiſſimus. Arati Phænomena latino carmine conuerterat: cuius fragmentum extat: Ouidius ei libros Faſtorum dedicauit. Indoluêre extera nationes, Regesq́. Tanta illi comitas (inquit Tacitus) in ſocios, manſuetudo in hoſtes, fuerat. Piſo verò, cædis eius à Tiberio reus factus, ſibi ipſe mortem conſciuit: quem exitum poſtea & Plancina habuit.*

Germanici mors.

Portenta ante Germanici mortem.

Homicidij vindicta.

ARMI-

ARMINII CVM MAROBODVO BELLVM: MORS ILLIVS, & Imp. Tiberij: Chriſti paſſio, & alia.

CAPVT V.

ANNO Chriſti 19. Maroboduum (vt Tacitus ſcribit) Regis nomen, inuiſum apud populares, Arminium pro libertate bellantem, fauor habebat. Igitur non modò Cheruſci, ſocijq́ eorum, vetus Arminij miles ſumpſere bellum: ſed è Regno etiam Marobodui, Sueuæ *gentes, Semnones & Langobardi, defecêre ad eum. Quibus additis, præpollebat: ni Inguiomerus cum manu clientum ad Maroboduum perfugiſſet: non aliam ob cauſam, quam quia fratris filio iuueni, patruus ſenex, parêre dedignabatur. Acies vtrinq; diriguntur pari ſpe: nec, vt olim apud Germanos, vagis incurſibus, aut deſiectas per cateruas: ſed longâ aduerſus Romanos militia, melius bellare didicerant. Quippe iam ſigna ſequi inſueuerant, ſubſidijs firmari, dicta Imperatorum accipere. Arminius equo colluſtrans cuncta: vt quosq; aduectus erat: recuperatam LIBERTATEM, trucidatas legiones, ſpolia adhuc & tela Romanis direpta, in manibus multorum oſtentabat. Contrà, fugacem Maroboduum appellabat, præliorum expertem, Hercynæ latebris defenſum: mox per dona & legationes, à Romanis petiſſe fœdus. Itaq; proditorem patriæ ſatellitem Cæſaris, haud minus infenſis animis exturbandum: quàm Varum Quintilium interfecerint. Meminiſſent modò tot præliorum: quorum euentu, & ad poſtremum EIECTIS ROMANIS, ſatis probatum: penes vtros ſumma belli fuerit. Maroboduus, nec ipſe iactantiâ ſui, nec probris in hoſtem, abſtinebat. Inguiomeri conſilijs geſta. quæ proſperè cecidiſſent, teſtabatur: væcordem Arminium & neſcium, alienam gloriam ad ſe trahere: ab eo Varum, fraudis ignarum, & legiones vacuas tres, perfidiâ deceptas eſſe: magna cum clade Germaniæ, & ignominia ſua: cùm coniunx, cùm filius eius, ſeruitium adhuc tolerent. At ſe duodecim legionibus petitum, Duce Tiberio, illibatam Germanorum gloriam ſeruauiſſe. Mox conditionibus æquis diſceſſum eſſe. Ventum deinde ad prælium eſt. nec aliàs maiore mole concurſum: neque ambiguo magis euentu: fuſis vtrinq; dextris cornibus. Sperabatur rurſus pugna: ni Maroboduus caſtra in colles ſubduxiſſet. Id ſignum perculſi fuit. & transfugis paulatim nudatus, in Marcomannos conceſſit: miſitq́ legatos ad Tiberium, oraturos auxilia. Reſponſum eſt, non iure eum aduerſus Cheruſcos arma Romana inuocare: qui pugnantes in eundem hoſtem Romanos, nulla ope iuuiſſet. Miſſus tamen Druſus eſt, Tiberij F. pacis firmator.*

Bellandi iam melior ratio Germanis.

Arminij gloria.

Marobodui maledicta.

Anno Domini 21. erat inter Gothones nobilis iuuenis, nomine Catualda (Gottwald) *profugus olim vi Marobodui: & tunc dubijs rebus vltionem auſus: illiciente Druſo Cæſare Germanos ad diſcordias: vtq́ fracto iam Maroboduo, vſq; in exitium inſiſteretur. Is valida manu fines Marcomannorum ingreditur: corruptisq́ Primoribus ad ſocietatem, irrumpit Regiam, caſtellumq́ iuxtà ſitum. Veteres illic Sueuorum prædæ: & Romanis è prouincijs lixæ ac negotiatores, reperti: quos ius commercij, dein cupido augendi pecuniam, poſtremùm obliuio patriæ, ſuis quenq; ab ſedibus hoſtilem in agrum tranſtulit. Maroboduo vndiq; deſerto, non aliud ſubſidium, quam miſericordia Cæſaris, fuit. Scribenti, reſpondit hic, tutam ei honoratamq́ ſedem in Italia fore, ſi maneret. Sin rebus ſuis aliud conduceret: abiturum fide, qua veniſſet. Cæterùm, apud Senatum diſſeruit: non Philippum Athenienſibus, non Pyrrhum, aut Antiochum, populo Rom. perinde metuendos fuiſſe. Sic Maroboduus Rauennæ habitus, ſi quando inſoleſcerent Sueui, quaſi rediturus in Regnum oſtentabatur. Sed non èxceſſit Italiâ per duo de uiginti annos: conſenuitq́, multùm imminuta claritate, ob nimiam viuendi cupidinem. Sed & Catualda, haud multò pòſt Hermundurorum opibus, & Vibilio (fortè Iubilio, vt in ſequentis libri cap. 7.) Duce, pulſus eſt: receptusq́, Forum Iulium, Narbonenſis Galliæ coloniam, mittitur. Comites vtriusq;, ne quietas prouincias immixti turbarent, Danubium vltra, inter flumina Marum & Cuſum (Vngariæ & Auſtriæ confinio) locantur: dato Rege Vannio, gentis Quadorum, olim inter Sueuos numeratorum.*

Cadualda, contra Maroboduũ.

Maroboduus, in Italiam ſe conferens.

Quemadmodum autem Germanicus Cæſar, veneno ſublatus fuit: ita nec Arminius Cheruſcus, ab eo malo tutus manſit. Eodem enim Domini 21. anno, Adgandeſtrij, Principis Chattorum, lectæ fuêre literæ in Senatu: quibus mortem Arminij promittebat: ſi patrandæ neci venenum mitteretur. Reſponſum eſt, non fraude, neq; occultis ſed palàm & armatum, populum Rom. hoſtes ſuos vlciſci. Nihilominus Arminius, abſcedentibus Romanis, & pulſo Maroboduo, Regnum (vt Tacitus ait) affectans, libertatem popularium aduerſam habuit: petiitq́ armis, cùm variâ fortuna certaret, dolo propinquorum cecidit. Ecce, abſceſſerant ab ipſo Romani.

Arminij mors.

EVLOGIVM EIVS, LIBRO 2.

Corn. Taciti.

Arminius, liberator haud dubiè Germaniæ: & qui non primordia populi Roman. ſicut alij Reges Duceſque, ſed florentiſsimum Imperium, laceſsierit: prælijs ambiguus, bello non victus: ſeptem & triginta annos vitæ, duodecim potentiæ, expleuit: caniturque adhuc barbaras apud gentes: Græcorum Annalibus ignotus, qui ſua tantùm mirantur: Romanis haud perinde celebris: dum vetera extollimus, recentium incurioſi.

Apparet ex hoc loco, aduerſarij quidem, ſed tamen candidè hîc ſcribentis: quantæ fuerint laudes huius Herois: & quæ fuerit, partim inuidia, partim negligentia, exterorum Hiſtoricorum: ſua tantùm mirantium, & recentia deſpicientium. Deplorandam item eſſe, & ruditatem & ſocordiam Germanicæ Sueuicæq; nationis: cuius nulla Scripta vetera extant: imò ne carmina quidem ad nos peruenerunt. Si tantùm adoleſcens vnus & alter, talis tunc fuiſſet: quales nunc multi in Tybingenſi, alijsq; Germaniæ Academijs, ſunt, eruditi ac diligentes: plurima ſcitu digniſsima, lectuq; iucundiſsima, hodie haberemus: præſertim, ſi præclara libros etiam imprimendi ars fuiſſet. Nunc illis temporibus fecerunt fortiter omnes: ſed nemo ſcripſit, quia doctus nemo repertus. Proinde externis Scriptoribus contenti ſimus, neceſſe eſt: apud quos veritati, & plenæ rerum expoſitioni, non rarò gratia, odium, inuidia, ignorantia, incuria, offecit.

Germanorum priſcorum ruditas & negligentia.

IN ILLVSTRISSIMVM CHERVSCORVM DVCEM ARMInium Martini Cruſij Epitaphium.

Τευτονίης φάος, ἈΡΜΊΝΙΟΣ φιλελεύθερος, ὧδε.

Hîc ſitus, ARMINIVS: qui Teutonia liberat orbem.

Tiberij Imp. ſocordia.

Anno Chriſti 30. Tiberius Reipubl. curam vſq; adeo abiecit: vt non decurias equitum vnquam ſuppleuerit: non Tribunos militum Præfectosq;, non prouinciarum præſides vllos mutauerit: Hiſpaniam & Syriam per aliquot annos ſine conſularibus Legatis habuerit: Armeniam à Parthis occupari, Mæſiam à Dacis Sarmatisq;, Gallias à GERMANIS vaſtari, neglexerit: magno dedecore ampliſsimi Imperij, nec minori diſcrimine.

Non minor eſt virtus, quam quærere, parta tueri.

Sed Tiberius non curauit tunc ripam Danubij & Rheni (qui Romani Imperij limites eo tempore erant contra Germanos: ideoq;, vbique ibi præſidia locata) ſed ſocordiâ ſua Germanis & Sueuis *occaſionem in Gallias irruendi dedit. Sæpiſsimè ſub nomine Germanorum, natio* Sueuorum *quondam præpotens latet in Scriptoribus. Vt, cùm Suetonius de Tiberio cap. 37. dicit: eum quosdam Reges, per blanditias atq; promiſſa extractos ad ſe, non remiſiſſe: vt Maroboduum Germanum. Eum autem Sueuis præfuiſſe ſuprà dictum eſt.*

Chriſti Saluatoris totius Mundi mors.

Anno, qui à Chriſti natiuitate numeratur 34. ipſe hic Saluator Mundi, mortem pro peccatis humani generis vniuerſis, in cruce paſſus eſt: tertioq; die potentiſsimè reſurgens, prædicatione Euangelij per Diſcipulos inſtituta, in cœlum aſcendit: vnde ſuo tempore venturus eſt iudicatum viuos ac mortuos. Iam qui baptizatur in nomen eius, & credit in eum, habet vitam æternam. Qui verò non credit vitam non videbit, ſed ira Dei ſupra eum manebit.

Ioan. Parſimonius Abbas.

Reuerendus autem Hirſaugienſis Cœnobij Abbas, Ioannes Parſimonius piæ memoriæ, in ſua Chronologia, quam diligenter conſcripſit, nec typis publicata eſt, contendit: mortem pertuliſſe Dominum anno ætatis ſuæ XXXIII. inchoato: ita, vt tres annos, & aliquot menſes, munus obieceſit. Ideo nec XV. Tiberij anno, vt quidam velint, paſſum eſſe. Sequenti anno, Saulus, qui & Paulus, conuerſus, fideliſsimus Chriſti Apoſtolus factus eſt cuius cognatus & commilito fuit LVCIVS Cyrenæus: qui poſtea in Vindelicia, Rhætia, locisque Danubio conterminis, Chriſtianæ religionis ſemina prædicando iecit. Item, Creſcens in Gallatia, id eſt, Gallia & Germania, fecit: nec non Thomas, in Scythis & Germanis: vt Auentinus libr. 2. Annal. Boiorum, ex Hieronymi ad Dextrum Epiſtola ait. Sed in Hieronymo, & Græco eius interprete Sophronio legitur: Thomam Parthis, Medis, Perſis, Germanis, Hyrcanis, Bactris, & Magis, Euangelium prædicaſſe. Quæ gentes cum Aſiaticæ ſint: inter quas & γερμάνιοι, Germanij, ab Herodoto ponuntur: fortè de his vocabulum γερμανῶν accipiendum eſt: non de nobis Germanis: licet ab Aſiaticis illis orti eſſe poſsimus. Ibidem legitur, Creſcentem prædicaſſe ἐν γαλλίαις, in Gallijs: non, ἐν γαλατίᾳ, Galatia, antiquitus etiam Germaniam ſignificante: etſi Creſcens Rhenum quoq; in hanc tranſire potuit.

Germanis à quo primo Euangeliũ de regno Chriſti ſit prædicatum.

Lindauia quo anno Chriſti ſit fundata.

Anno Domini circiter 38. Lindaugia, & ſiue Lindoia, vel Lindauium, in peninſula lacus

*Podumici, recentia initia habuit, vt conijcitur: fortaſſe, quando antè Druſi frater Tiberius, ex eo loco, præſidijs munito, contra Vindelicos bellum geſsit. Extat enim ibi (quod etiam Munſterus notauit) ad dextram pedeſtri itinere oppidum ingrediendi, adhuc turris quædam validiſsima, vetuſtiſsima, ac ſemidiruta, ex quadrato ſilice: vulgo Murus Gentilium (**Die Heidenmaur**) dicta: quæ illius temporis opus eſſe videtur.*

Anno ſequenti, nempe 39. Tiberius Cæſar obijt 78. ætatis anno, 17. Calend. April. ſeu Martij 16. die: dato ei, vt qui quidam putarunt, à C. Cæſare, lento & tabifico veneno: aut, vt apud Dionem eſt, iniectis multis denſiſq; veſtimentis, tanquam calefactione in ægritudine indigenti, atq; ita ſuffocato. Eius morte, vt libidinibus & crudelitate teterrimi, populus ita lætatus fuit: vt ad primum nuntium diſcurrentes, pars Tiberium in Tiberim clamitarent: pars terram matrem, Deoſque manes, orarent: ne mortuo ſedem vllam, niſi inter impios, darent.

Tiberij Cæſaris obitus.

Sextio Claudio, libidinoſo ac prodigo ſeni, olim ab Auguſto ignominia notato: & à ſe ante paucos dies apud Senatum increpito, cœnam condixit (ſe ad eum inuitauit), ea lege: ne quid ex conſuetudine immutaret, aut demeret: vtq; nudis puellis miniſtrantibus, cœnaretur. ἀσέλγεια.

Luxuria (inquit Cicero) cũ omni ætati turpis, tum ſenectuti fœdiſsima eſt.

In caſtris tyro adhuc, propter nimiam vini auiditatem, Claudius Tiberius Nero, pro Tiberio Biberius, pro Claudio Caldius, pro Nerone Mero, vocabatur. οἰνοφλυγία.

Tyberij Cæſaris mores & bibacitas.

Sæuam ac lentam naturam eius, adhuc pueri, Theodorus Gadareus, Rhetoricæ præceptor, ſagaciter proſpiciens: ſubinde in obiurgando eum appellauit, πηλὸν αἵματι πεφυρμένον, *lutum ſanguine maceratum.* ὠμότης.

Mortem adeo leue ſupplicium putabat: vt cum audiſſet, vnum ex reis, Carnulium nomine, anticipaſſe eam, exclamauerit: Carnulius me euaſit. χαλεπότης.

Idem, perſpecto Caligulæ fero maleficoq; ingenio, ſubinde dicebat: ſe educare natricem Reipub. & Phaëthontem orbi terrarum.

Onerari tamen tributorum exactione prouincias noluit. Boni enim Paſtoris eſſe, tondere pecus, non deglubere: κείρειν, οὐκ ἀποξυρᾶν.

Eodem anno 39. Chriſtianorum nomen cœpit Antiochiæ primùm. Acto. 11.

Chriſtianorum nomen quando cœperit.

C. CÆSAR CALIGVLA: EIVSQVE GERMANICA & Sueuica expeditio.

CAPVT VI.

S*VCCESSIT eodem anno, in locum Tiberij, quantus Rom. Imp. C. Iulius Germanici Cæſaris F. Tib. Aug. N. diui Aug. pronepos, Cæſar Auguſtus Germanicus: per A. 3. M. 10. D. 8. Natus fuit pridie Calend. Septemb. patre ſuo, & C. Fonteio Capitone, Coſs. videlicet 14. anno Chriſti. Antij autem natum probat Suetonius cap. 8. non in Treueris, vico Ambiatino ſupra confluentes, ſicut Plinius Secundus velit. Errauerit ergo Ioan. Baſilius Heroldus: apud Sarræ & Moſellæ confluentes natum perhibens: vbi ſit vicus Egleſid eſt, Caligulæ natales. Attamen Tacitus, in caſtris infantem genitum ait: in contubernio legionum eductum: ac militari vocabulo Caligulam appellatũ: quòd plerunq; ad concilianda vulgi ſtudia, eo tegmine pedum indueretur.*

Imperium Cæſaris Caligulæ.

C. Caligula vnde ſit appellatus.

Anno Chriſti 42. Caligula, bello contra Germanos ſuſcepto, ingreſſus eſt Sueuiam *(Eutrop. lib. 7.) nihilq; ſtrenuè fecit. Suetonius de Germanica eius expeditione ſic ſcribit: Nihil ampliùs, quam Admimocino, Batauorum (Holandorum) Regis filio: qui pulſus à patre, cum exigua manu transfugerat, in deditionem recepto: quaſi vniuersâ tradita inſula, magnificas Romam literas miſit: monitis ſæpe latoribus: vt vehiculo ad forum vſq;* (ὦ τῆς ἀλαζονείας) *& curiam, pertenderent: nec, niſi in æde Martis, ac frequente Senatu, conſulibus traderent. Vt deinde triumpharet: præter captiuos & transfugas Barbaros: Gallorum proceriſsimos, & nonnullos ex Principibus lectos, ſepoſuit ad pompam: cogens, non tantùm rutilare comam: ſed & ſermonem Germanicum addiſcere, & nomina Barbarica ferre. Quàm, exiſtimandum eſt, Germanos & Sueuos hæc riſiſſe.*

Bellum eius Germanicum.

C. Caligulæ ambitio.

Scribitur ab eodem Suetonio: aliàs ſummam in Caligula fuiſſe confidentiam, aliàs nimium metum. Nam aduerſus Barbaros minaciſsimum: cùm trans Rhenum inter anguſtias, denſumq; agmen, iter eſſedo faceret: dicente quodam, non mediocrem fore conſternationem, ſicunde hoſtis appareret: equum illico conſcendiſſe: ac properè verſum ad pontes: vt eos calonibus & impedimentis ſtipatos repererit: impatientem moræ per manus ac ſuper capita hominum translatum eſſe.

Conſternatio eius.

Digitized by Google

Mox etiam audita rebellione Germaniæ: fugam, & ſubſidia fugæ, claſſes apparauiſſe: vno ſolatio acquieſcentem: tranſmarinas ſibi ſuperfuturas prouincias: ſi victores (Germani & Sueui) Alpium iuga, vt Cimbri: vel etiam vrbem, vt Senones quondam, occuparent. Cumq́ Imperatores, Germanis corporis cuſtodibus vti ſolerent: eum his Thraces quosdam præpoſuiſſe.

Pontij Pilati iniuſti iudicis mors, & quæ prodigia poſt illius obitum ſequuta ſint.

Anno Chriſti 41. antè, Pontius Pilatus, Iudææ Præſes (ſub quo Saluator noſter paſſus fuerat) tantis angoribus à Caligula preſſus eſt: vt ſua ſe transverberans manu, malorum compendium celeritate mortis quæſierit. De quo legitur: eo in Tiberim abiecto: Dæmones in aëre & aqua vociferantes, fulgura, tonitrua, & grandinem, commouiſſe. Deinde, cadauere in Rhodanum apud Viennam proiecto, incolis maiores moleſtias à Dæmonibus eſſe faceſſitas. Igitur inde in Alpeis Sueuiæ traiectum, in lacum profundum montis cuiusdam deiectum eſſe: in quem ſi quis lapillum deijciat: tonitrua mox formidabilia exiſtere. Hunc lacum, Stumpfius libro 6. ait, in monte quodam prope Vnterwaldam eſſe: quem montem, Fragmontem vocent (à fragoribus nimirum, aut quaſi fractum montem à Conrado Geſnero deſcriptum) lacum autem, Pilati lacum. In quem ſi quid petulanter inijciatur: horrendam tempeſtatem ſequi: ſin fortuitò quid incidat: nullum motum fieri. Ideo ligneo ſepto, in ſylua denſa & tenebricoſa, circumcluſum eſſe.

Pilati lacus.

Heluetiæ magna pars olim Sueuæ genti attributa.

Magna autem Heluetiæ pars, Turgouia ſcil. & Zurichgouia, olim Sueuiæ attributa fuit.

C. Caligulæ interitus.

Anno Domini 43. 9. Calend. Febru. Caligulam, propter dira ſcelera & crudelitatem, Caſſio Chærea adorto, ſocij confecerunt triginta vulneribus. Ægerrimè tulerunt id ſatellites eius, quos ex Germania tunc habebat: vt quibus ille pecuniam liberaliter dare ſolitus eſſet: ac de percuſſoribus quosdam occiderunt: vt apud Ioſephum libr. 19. cap. 1. Antiq. Iud. eſt: qui ipſorum ingenium his verbis notat. θυμῷ χρῆσθαι, πάτριόν ἐστιν αὐτοῖς, ὡδὲ σπάνιον· εἴ τισιν ἑτέροις βαρβάρων· διὰ τὸ ἧσσον ὥστε λογισμὸν ἐπιδέχεσθαι τῶν ποιουμένων· ῥωμαλέοι τε τοῖς σώμασι, καὶ τῇ πρώτῃ ὁρμῇ συνιόντες τοῖς πολεμίοις, ᾗ ἂν ὁρμήσωσι, μεγάλα κατορθοῦντες. *Naturâ rem impetu animi, ac minus conſilio, gerunt: ſi quiquam aliorum Barbarorum: & robore corporis freti, primo impetu, quocunq́ incubuerint, multum in hoſtes patrant.*

Germanorum ingenia.

Domini titulus.

Primus hic Cæſarum, diademate impoſito, Dominum ſe appellari iuſſit. Paucos oſculabatur, præter Saltatores, quibus quotidie oſcula dabat. Pleriſq́ vero Senatorum manum tantùm, aut pedem, adorandum porrigebat: qui gratias ei propterea in Senatu agebant. ὑπεροψία.

C. Caligulæ immane factum, & dirum ingenium.

Inter alia immania Caligulæ facta (inquit Suetonius) cùm diſcerpi Senatorem concupiſſet: ſubornauit, qui ingredientem curiam, repentè hoſtem publicum appellantes, inuaderent: graphijsque confoſſum, lacerandum cæteris traderent. Nec antè ſatiatus eſt: quam membra, & artus & viſcera hominis, tracta per vicos, atque ante ſe congeſta, vidiſſet. ὠμότης.

C. Caligulæ mores.

Immanitatem factorum augebat etiam atrocitate verborum. Nihil magis in natura ſua laudare ſe dicebat: quam (quo verbo vtebatur) ἀδιατρεψίαν, *hoc eſt, inuerecundiam.* ἀναισχυντία.

Identidem exercituum cædes (ne ipſe obliuioni traderetur proſperitate rerum) famem, peſtilentiam, incendia, hiatum aliquem terræ, optabat. μισανθρωπία.

Vtinam inquit, populus Rom. vnam ceruicem haberet. Cupiebat videlicet vno ictu decollatum. Sic apud nos memoriâ noſtra quidam, ne quid morte ſua relinqueret ſuæ cognationi, optauit: omnia ſua bona eſſe vnum fragum (χαμαικέρασον, *hodiernis Græcis) quod ſemel deuoraret.* φθόνος.

C. Caligulæ ſumptuoſum conuiuium.

Precioſiſſimas margaritas, aceto liquefactas, Caligula ſorbebat: conuiuis ex auro panes & obſonia apponebat. ἀσωτία.

Inuenta eſt, eo mortuo, ingens arca, variorum venenorum plena: quibus mox à Claudio ſucceſſore demerſis: infecta maria traduntur: non ſine piſcium exitio: quos enectos æſtus in proxima littora eiecit. φαρμακεία.

Proinde, antequam cadauer eius per ſorores crematum & ſepultum eſt: hortorum cuſtodes, vmbris (malis ſpiritibus) inquietati fuerunt. In ea quoq́ domo, in qua occubuit, nulla nox ſine aliquo terrore tranſacta: donec ipſa domus, incendio conſumpta eſt. Confoſſa eſt quoque vxor eius Cæſonia gladio à Centurione: & filia, parieti illiſa.

DE TIB. CLAVDIO DRVSO IMP. ET REBVS ſub eo in Suenia factis.

CAPVT VII.

ANNO Domini 43. (Panuinio, 42.) factus eſt V. Rom. Imp. Tib. Claudius Druſi F. Cæſar Auguſtus Germanicus: qui præfuit Anno 13. M. 8. D. 20. Natus eſt 8. anno ante Chriſti natalem, Lugduni, calendis Aug.

Anno Chriſti 50. Cheruſcorum gens (Tacit. lib. 11.) Regem petiuit Romæ: amiſsis per interna bella nobilibus: & vno reliquo ſtirpis Regiæ: qui apud vrbem habebatur, nomine Italus. Paternum huic genus, è Flauio, Arminij fratre: mater, ex Catumero, Principe Cattorum, erat. Ipſe formâ decorus: & armis equisq́, in patrium Romanumq́ morem exercitus. Igitur Cæſar, auctum pecunia, additis Stipatoribus, hortatur gentile decus magno animo capeſſere. Illum primùm Romæ ortum: nec obſidem, ſed ciuem: ire externum ad Imperium. Ac primò lætus erat Germanis aduentus eius: præſertim quòd pari in omnes ſtudio ageret. Iamque apud proximos, longius clareſcere: cùm potentiam eius ſuſpectantes, qui factionibus floruerant: diſcendunt ad conterminos populos, ac teſtificantur: adimi veterem Germaniæ LIBERTATEM, & Romanas opes inſurgere. Neminem alium inſenſius arma contra patriam, ac Deos penates, quam Parentes eius, exercuiſſe. Si Arminij filius, hoſtili in ſolo adultus, in Regnum veniſſet: poſſe extimeſci: infectum alimoniâ, ſeruitio, cultu, omnibus externis. Soliciti ſcilicet erant pro Germanorum & Sueuorum libertate atq; religione. Sie wolten eben nichts Wälſchs haben. Sic magnas copias coëgêre. Nec pauciores Italum ſequebantur. Non enim irrupiſſe ad inuitos, ſed accitum memorabant. Non indignum patruo Arminio, auo Catumero, ſe præbiturum. Falsò vocabulum libertatis obtendi ab ijs: qui priuatim DEGENERES, in publicum cum exitioſi, nihil ſpei, niſi per diſcordias, haberent. Prælio inde decertatum eſt: in quo victor Rex, dehinc ſecundâ fortuna ad ſuperbiam prolapſus, pulſusque: ac rurſus Laogonardorum opibus refectus: per aduerſa, res Cheruſcas afflictabat. Das möchten die Römer wol leiden.

Tiberij Claudij Germanici Imp. electio.

Italus Princeps.

Per idem tempus Chauci, inferiorem Germaniam incurſarunt, Duce Gannaſco caninefate: auxiliare antè, & diu merito, Romanis, pòſt transfugâ. Hic leuibus nauigijs prædabundus, Gallorum maximè oram vaſtabat: non ignarus, dites & imbelles eſſe. Cn. verò Domitius Corbulo, hoſtes, lintribus eorum depreſsis, compeſcuit: Gannaſcumque ex inſidijs ſuſtulit. Cæſar, nouam in Germanias vim prohibens: referrique præſidia cis Rhenum iubens: Corbulonem ex hoſtico inuitum reuocauit.

Chaucorum irruptio in Germaniam.

Anno 52. Domini, Cattos, latrocinia agitantes, per auxiliares Vangiones & Nemetas (VVormacienſes & Spirenſes) addito equite alario, L. Pomponius cecîdit. Illi Legatos in vrbem, & obſides, miſere: decretusq́ Pomponio, triumphalis honos.

Catti, cum ſuis auxiliaribus victi.

Per idem tempus, Vannius Quadus Sueuis, à Druſo Cæſare impoſitus (vt ſuprà libr. 2. cap. 5. dictum) pellitur Regno: primâ imperij ætate clarus, acceptusque popularibus: mox diuturnitatem regiminis, in ſuperbiam mutans: & odio accolarum, ſimul domeſticis diſcordijs, circumuentus. Autores fuère, Iubilius, Hermundororum Rex: & Vangio ac Sido: ſorore Vannij geniti. Nec Claudius, quanquam ſæpe oratus, arma inter ſe certantibus Barbaris interpoſuit: ſibi nimirum prodeſſe exiſtimans Germanorum inter ſe diſſenſionem. Ergo nec tunc nec antè etiam, ſuam vim habuit perpetuam, magnam illud Germanorum, Franco Rege auctore, de mutuò inter ſe contra Romanos auxiliando, fœdus: de quo, præcedente libro dictum eſt: ſed non modò deſerebant alij alios: verùm mutua etiam bella agitabant. Tutum autem Vannio Cæſar perfugium permiſit, ſi pelleretur: ſcripſitque P. Attilio Hiſtro, qui Pannoniæ præſidebat: legionem, ipſaque è prouincia lecta auxilia, pro ripa componeret ſubſidio victis: & terrori adverſus victores: ne fortunâ elati, Romanorum quoque pacem turbarent. Nam vis innumera, Ligij (Sueuica gens antiqua) aliæque gentes, aduentabant: famâ ditis Regni, quod Vannius triginta per annos, prædationibus & vectigalibus auxerat. Pugnâ igitur ſuperatus, vulneribus aduerſo corpore exceptis, Vannius ad claſſem, in Danubio opperientem, perfûgit. Secuti mox, clientes: & acceptis agris, in Pannonia locati ſunt: Regnum Vangione & Sidone inter ſe partitis: ſubiectis (ſuóne, an ſeruitij ingenio?) multa charitate, dum adipiſcerentur dominationes: & maiore odio, poſtquam adepti ſunt.

Vannius Quadus, præfectus apud Sueuos, regno pulſus.

Ligij.

Anno Chriſti 48. virgo Maria, Domini mater, ex hac vita diſceſsit: ætatis annorum LXIII. κοίμησις τῆς ἁγίας θεοτόκου nuncupatur à Græcis, ſopitio vel dormitio S. Mariæ: ab alijs, εἰς οὐρανὸν ἀνάληψις, in cœlum aſſumptio.

Mariæ virginis, Domini noſtri matris, diceſſus ex hac vita.

Digitized by Google

Euangelium, in Germania prædicatum.

Circa hæc tempora, aut aliquantò pòſt, perhibentur à S. Apoſtolo Petro emiſsi Doctores Euangelij, Argentoratum, Coloniam, Treuiros: Maternus, Eucherius, & Valerius. Itaq; Argentinenſes (tunc parua ciuitas) aliiq;, ad Chriſtum conuerſi. Sic & Ægiſthus, vnus de LXX. diſcipulis ac Marianus, à Petro miſsi, prædicaſſe Euangelium feruntur alicubi in Germania: vt apud Bardevvicum Elmenoiæ amnis, non longè à Luneburgo ibiq; Martyrij coronam accepiſſe. Ita in loca, cis & trans Rhenum ſita, radios aliquot Soli iuſtitiæ iam tunc ſparſit.

Claudij Cæſaris mors.

Anno Domini 56. exceſsit Claudius 3. Idus Octobr. funeratusq; eſt ſolenni Principum pompa: & in numerum Deorum relatus: id eſt, canonizatus. Antè, multùm ad concordiam liberos ſuos cohortatus fuit, Senatuiq; commendauit. Sublatus autem eſt fraude vxoris Agrippinæ, matris Neronis Imp. infuſo delectabili cibo boletorum, veneno: quam ad rem delegerat ipſa mulierem, artificem talium, vocabulo Locuſtam, nuper veneficij damnatam. Eius ingenio paratum fuit hoc virus: cujus miniſter è ſpadonibus, fuit Halotus: inferre epulas, & explorare guſtu ſolitus. Hinc, Nero dicere: fungos, Deorum cibum eſſe (τοὺς μύκητας, θεῶν βρῶμα εἶναι) quoniam Claudius, etiam boleti eſu factus eſſet Deus. Et Seneca librum ſcripſit, ἀποκολοκύντωσιν titulo: hoc eſt, de immortalitate fungo parta. Claudius hic, magnâ curâ ſecutus fuit Græca ſtudia: amorem præſtantiamq; linguæ, omni occaſione profeſſus.

Eiuſdem ſtudia & mores.

Agrippinæ malitia.

Ante Agrippinam, vxor ei fuit Meſſalina: quæ cùm aliquem interfici vellet: ipſa & ſui Claudium perterrefaciebant: quaſi ab illo ei inſidiæ fierent. Ille, vt meticuloſus & credulus, mox interficiebat: cuius rei poſtea eum pœnitebat. Eadem mulier, pluribus viris coniugata eſſe auebat. Inter alios in C. Silium, iuuentutis Romanæ pulcherrimum, ita exarſerat: vt Iuliam Syllanam, nobilem fœminam, coniugio eius exturbaret: vacuoq; adulterio potiretur. Claudius interea matrimonij ſui ignarus: & cenſoria munia vſurpans: theatralem populi laſciuiam, ſeueris edictis increpuit: quòd in P. Pomponium conſularem, is carmina ſcenæ dabat: inq; fœminas illuſtres probra iecerat. Ipſo autem Româ abſente: nuptias Meſſalina cum Silio celebrauit: adhibitis, qui obſignarent: velut ſuſcipiendorum liberorum cauſâ conueniſſe: audientis auſpicũ verbis: ſacrificando apud Deos: diſcumbendo inter conuiuas: oſcula, complexus, noctem deniq;, agendo licentiâ coniugali: tamquam hebes eſſet Claudius: tanquam ciuitas eſſet omnium ignara, omnia reticens. Verumenim verò re à Cæſare cognita: ambo male feriati ſponſi, malè perierunt. Tribuno ipſam ferro, quod ea per trepidationem fruſtrà iugulo ac pectori admouerat, tranſfigente.

IMP. CL. DOMITIVS NERO: SVEVICVM tunc bellum, & alia.

CAPVT VIII.

Imperium Domitij.

Aſtrologorum prædictio de Nerone.

SEXTVS Imp. Rom. 57. anno Chriſti (Panuin. 55.) Nero Claudius fuit, Cæſar Aug. Germanicus: qui Imperium tenuit A. XIII. M. VII. D. XXIIX. natus Cn. Domitio Ænobarbo (omni parte vitæ deteſtabili viro) & Agrippinâ, Germanici Filia, anno 37. Domini. Tunc Aſtrologi prædixerunt: eum; regnaturum eſſe, & matrem interfecturum. Me verò interficiat (exclamauit demens mulier) modò regnet. Pater autem, amicis de filio nato gratulantibus, Fieri non poteſt, inquit: vt ex me & vxore quicquam, niſi deteſtabile, & malo publico, naſcatur. Barbam primam Nero cum poſuiſſet: conditam in auream pyxidem aut ſphæram, & precioſiſſimis margaritis adornatam, Capitolio, ſeu Ioui Capitolino, conſecrauit. En donarium, en reliquiæ Sancti.

Neronis Imp. nummorum inſcriptio.

Circa Domini annum 58. nummi tales Neronis erant. IMP. NERO CLAVD. CÆS. AVG. GERM. PACE P. R. VBIQ. PARTA IANVM CLVSIT. S. C. Templum Iani.

Franci Orientales Galliam inuadunt.

Anno Chriſti (vt Funccius ponit) 59. Clodomerus, Francorum orientalium Rex, tranſmiſſo Rheno (vt Tritenhemius perhibet) cum exercitu ſuorum & Saxonum, Gallos vltra Moſam retrocedere compulit: & erepta ſibi antea (46. Chriſti) à Cæſare Claudio, recuperauit omnia. Bellum etiam geſsit Germanorum auxilio cum Romanis non longè à Moguntia: & agros Treuirorum vaſtauit. Sub his Germanis comprehenſos quoq; Sueuos, intelligendum eſt.

Paulinus & Vetus.

Sed de anno ſtatim ſequente, quæ Tacitus libro 13. ſcribit, repugnare his videntur. Quieta ad id tempus, inquit, res in Germania fuerant, ingenio Ducum: qui peruulgatis Triumphi inſignibus maius ex eo decus ſperabant, ſi pacem continuauiſſent. Paulinus Pompeius, L. Vetus, ea tempeſtate exercitui ad Germaniam præerant. Ne tamen ſegnem militem attinerent: ille inchoatum

inchoatum

Digitized by Google

cheatū ante tres & ſexaginta annos à Druſo aggerem, coërcendo Rheno, abſoluit. Vetus [illegible] Moſellā atq; Ararim, factâ inter vtrunque foſſa, connectere parabat: vt copiæ per mare mediterraneum, deinde Rhodano & Arare ſubuectæ, per eam foſſam, mox fluuio Moſella in Rhenum, exin Oceanum Septentrionalem, decurrerent: ſublatisq; itinerum difficultatibus, nauigabilia inter ſe Occidentis Septentrionisq; littora fierent. Inuidens operi Helius Gracilis, Belgicæ legatus, veterem deterruit.

Ait Tritenhemius, Germanis ſub Clodomero bellum cum Gallis & Romanis fuiſſe: idque Funccius ad 59. Chriſti refert: Tacitus 60. Chriſti, quietas ad id tempus res in Germania fuiſſe. Aut non ſatis fidei eſt Hunibaldo: ex quo Tritenhemius compendium de origine Francorum deſumpſit: aut longius ante 59. Domini annum, illud bellum Clodomerus geſſit: aut perbreue tempus illud quietæ Germaniæ fuit. Sed fides autorum ſit penes iudicium diligentis lectoris.

Eodem 60. anno, Anſibarij, gens à Sueuis orta: quia pulſi à Chaucis, & ſedis inopes: petebant quoſdam agros ad Rhenum à Romanis: quibus agris Friſij, qui eos antè occuparant, decedere coacti fuerant. Aderat eis clarus per illas gentes vir, nomine Boiocalus: qui olim Tiberio & Germanico ſtipendia meruerat. Sed cùm ab Auito Rom. minus commodè reſponderetur: Boiocalus: Deeſſe nobis terra, inquit, in qua viuamus: in qua moriamur, non poteſt. Ita, infenſis vtrinque animis diſceſſum. Illi nationes aliquot auxilio vocare: ſed ab eis deſerti: nec ab Vſipijs & Tubantibus, nec Cattis & Cheruſcis, recepti: errore longo, hoſpites & egeni, tandem caduntur: ætasq; ipſorum imbellis, in prædam diuiſa eſt. *Anſibarij.*

Eâdem æſtate, graue bellum inteſtinum Hermunduris Cattisque ortum eſt (vtrique autem, olim Sueuicæ gentes fuerunt) dum flumen gignendo ſale fæcundum, & conterminum, vi trahunt: ſuper libidinem cuncta armis agendi, religione inſita: eos maximè locos propinquare cælo: precesq; mortalium à Deis nuſquam proprius audiri. Inde, indulgentiâ Numinum, illo in amne, illisq; ſyluis, ſalem prouenire: non, vt alias apud gentes, eluuie maris areſcente vnda: ſed ſuper ardentem arborem ſtruem fusâ contrarijs inter ſe elementis, igne atq; aquis concreta. Sed bellum Hermunduris, proſperum, Cattis exitioſius: quia victores diuerſam aciem Marti ac Mercurio ſacrauère: quo voto, equi, viri, cuncta victa, occidioni dantur. Forſitan ob illos ſalis fontes (inquit Birckeimerus) pugnatum eſt: qui hodie apud Halenſes in Miſnia cernuntur. *Hermundurorū & Cattorum bellum inteſtinū ob ſalis fontes.*

Anno Chriſti 70. Nero, κακὸς κακῶς ἀπώλετο, malus malè perijt. Nam cognito, ſe hoſtem à Senatu iudicatum: & quæri, vt puniretur more Maiorum: interrogauit, quale id eſſet genus pœnæ. Cùm comperiſſet, nudi hominis ceruicem inſeri furcæ: corpus virgis ad necem cædi: tum de ſaxo præcipitari: inter alia, viuo deformiter, inquit, ac turpiter. Iamq; equitibus appropinquantibus (nam extra vrbem fugerat) vt eum attraherent: ferrum iugulo adegit, iuuante Epaphrodito à libellis. *Neronis mors, & mores.*

Aurigandi & Muſicæ ad inſaniam ſtudioſus fuit. Itaq; etiam publicè, in ſcena, cantauit, voce et cithara, in Italia & Græcia: quòd occultæ Muſicæ, nullum eſſe iactaret reſpectum. Proinde ſtatuas ſuas, citharœdico habitu poni voluit: qua nota etiam nummum percuſſit. Nihil quoq; æquè doluit: quam, vt Chitharœdum malum, ſe increpitum: atq;, exitio imminente, identidem dixit: Qualis artifex pereo? Multos Senatores, cognatos vtriusq; ſexus, vxores, præceptorem Senecam, matrem deniq;, interemit. Sæpe poſtea confeſſus eſt: exagitari ſe maternâ ſpecie, verberibus furiarum, ac tædis ardentibus.

Verſus de eo erat:

Quis neget AEneæ magna de ſtirpe Neronem?
Suſtulit hic matrem: ſuſtulit ille patrem.

Incendit vrbem Romam: quæ per ſex dies, ſeptemq; noctes, arſit. Tunc præter immenſum numerum inſularum (domorum circumcirca ab alijs ſeparatarum, [illegible]) domus priſcorum Ducum conſumptæ ſunt: hoſtilibus adhuc ſpolijs adornatæ: Deorumque ædes, ab Regibus, Punicis & Gallicis bellis votæ, dedicatæq;: & quicquid viſendum, atq; memorabile, ex antiquitate durauerat. In tanto igne, plebs ad monumentorum buſtorumq; diuerſoria, compulſa. Hoc ipſe incendiū è turri Mæcenatica proſpectans: lætusq; flammæ, ut aiebat, pulchritudine: ἅλωσιν Ἰλίου, captiuitatem Troiæ, in illo ſuo ſcenico habitu decātauit. Culpa, in Chriſtianos collata: diraq; in eos ab illo perſecutio, excitata. Et interfectio quoq; Apoſtolorum Petri & Pauli tribuitur. Elatus inflatusq; improbis ſucceſſibus: negauit, quenquam Principum ſciſſe, quid ſibi liceret. *Roma vrbis incenſio.*

Paridem ſaltatorē ideo interfecit: quòd ab eo diſcere ſaltare cupiens, artē eam aſſequi nō potuit.

Cœnam

Digitized by Google

[illegible] quodam tempore publicè dedit: in Amphitheatro (vt apud Ian. Xiphilinum eſt) aquâ in[illegible]cta, tabernis circùm ædificatis. Ibi ipſo, & conuiuij Magiſtro Tigellino, medio loco in purpureis ſtragulis, epulo ſe oblectantibus: cæteri tabernas ingreſſi, fœminas violabant pulcherrimas & nobiliſſimas: ſeruus dominam, præſente domino ſuo: gladiator nobilem virginem, patre inſpectante. οὐ γὰρ ἐξῆν αὐτοῖς, οὐδ' ἵνα ἀπαρνήσασθαι: non licebat per Cæſarem, vt vlla cuiquam denegaret. Ibi tumultus, rixa, vulnera: mulierum ſuffocatio, multarum raptus. Erat Amphitheatrum, ædificium ampliſſimum & rotundum: tanquam ex duobus Theatris, hemicycli figuram habentibus connexum: circumquaque vſum ſpectandi ludos gladiatorios, & ferarum venationes, præbens: cuius area dicebatur Cauea, & arena: quoniam arenâ conſpergebatur, vt leuius caderent certantes.

[margin: ...naſcelerata.]

[margin: Amphitheatrum.]

Tacitus in ſtagno Agrippæ, rate magna ibi fabricata, has epulas actas ait. Idcirco interitus eius, tantum gaudium publicè præbuit: vt plebs, tanquam libertatem aſſecuta, pileata diſcurreret tota vrbe.

[margin: Aeneiæ ſtirpis extinctio.]

Hic Cæſar, vltimus illorum fuit: qui ab Ænea Troiano, & Octauiano Auguſto, genus ducebat: eiusq́; generis interitum: laurea ſylua, & albæ gallinæ, quas olim Auguſti Liuia plantauerat & educauerat, exareſcentes atque morientes, præſignificauerant: nec non illud, quòd ſubinde tactâ Cæſarum de cælo æde: capita omnibus ſtatuis ſimul deciderant.

[margin: In Impios.]

Ita peccata & flagitia poſterorum, nobiliſſimarum etiam & potentiſſimarum familiarum, triſtiſſimum excidium, iuſtiſſimo Dei iudicio afferre ſolent. Inquit inſipiens, hoc eſt, impius, intra animum ſuum, non eſſe Deum? Corruptus eſt, & abominabilis, in ſtudijs ſuis. Cogitat ſecum, ſe non motum iri loco ſuo vnquam? At eſt Deus: tardus eſt ad vindictam: ſed tamen iuſtus Iudex eſt. Exurgit is tandem: potentes de ſolio deturbat: ne, qui ad parietem quidem meiat, relinquit. Quid eis tunc prodeſt exacti temporis ſuperbia? Quid voluptatum nefariarum oblectatio? Quid opes & facultates immenſæ? Quid crudelitas plusquam Diabolica? Tranſeunt hæc omnia, tanquam vmbra fugiens: tanquam nuntius viam decurrens: tanquam nauis fluctuantem aquam ſulcans: tanquam auis aërem tranſuolans: quorum omnium nihil ſolidum teneri, nullum veſtigium notari, poteſt. Se igitur à Deo conſtitutos meminerint Reges & Principes: huic cum pietate, iuſtitia, manſuetudine, temperantia, ſeruiant: per omnia ſecundum diuina mandata viuant. Duriſſimum enim in Magiſtratus impios, & iniquos, omniaque ad libidinem ſuam agentes, iudicium exercebitur: ac potentes, ſupplicijs afficientur potenter.

Finis libri tertij, partis primæ Sueuicorum Annalium.

SVEVICO-

SVEVICORVM ANNALIVM LIBER QVARTVS PARTIS PRIMAE,

MARTINO CRVSIO AVCTORE.

EXTINCTA Iulia familia, perſequamur: quæ ſub alijs ordine ſequentibus Rom. Imperatoribus Sueuica habere poterimus: aſpergentes, vt ſuprà, ita hîc quoq;, quædam eorum temporum notatu digna: vt etiam illorum, quibuscum res Sueuis fuit, conditio & mores videantur: atque vt prudens lector, quæ laudem merentur, ſibi imitanda: quæ vituperationem, fugienda, ducat.

SERGIVS SVLPICIVS GALBA IMP. AC QVÆDAM DE Germanis, ſiue Sueuis.

CAPVT I.

ANNO Domini 71. (Panuin. 69.) erat VII. Imp. Ser. Sulpicius, C. F. Ser. N. Galba, Cæſar Auguſtus: qui natus anno ante Chriſtum 3. dum viguerat ætas, militari laude apud Germanias (ſuperiorem & inferiorem) floruerat: Proconſul Africam moderatè, iam ſenior citeriorem Hiſpaniam pari iuſtitia, continuerat. Ab exercitu itaq; Hiſpanienſi, cùm Neronis flagitia quoſuis offenderent, Imperator conſalutatus eſt. Præfuit tantùm 7. menſes, & 7. dies: ſicut aliquando Tiberius prædixerat, eum Imperium deguſtaturum. Sanè deguſtauit tantùm, ſatiatus eo non eſt: quippe occiſus breui, Othonis Syluij inſidijs, anno ætatis ſuæ tertio & ſeptuageſimo, 17. calend. Febru. cùm tamen antè, Locuſtam veneficam, cum quibusdam alijs, qui Neroni ad ſcelera inſeruierant, per vrbem totam vinctos ducendos, & morte afficiendos, curaſſet. Fuerat in munerando, alijsq; rebus, tenacior: quam Principi decorum eſſet. Itaque Germanorum cohortem, à Cæſaribus olim ad cuſtodiam corporis inſtitutam, multisque experimentis fideliſſimam (in qua Sueuos etiam fuiſſe, cogitandum eſt) diſſoluit: ac ſine vllo commodo remiſit in patriam: quaſi Cn. Dolabellæ, iuxta cuius hortos tendebat, proniorem. Maximè quoq; fremebat ſuperioris Germaniæ exercitus: fraudari ſe præmijs nauatæ aduerſus Gallos, & C. Iulium Vindicem, qui à Nerone defecerant, operæ. Ergo primi obſequium rumpere auſi: calend. Ianuarij adigi ſacramento, niſi in nomen Senatus, recuſarunt. Cùm autem periculum ei impendêret: ibi neq; præſentium quiſquam opem Imperatori ferre conatus eſt: & omnes, qui accerſebantur, ſpreuerunt nuntium: excepta Germanicorum vexillatione: id eſt, alâ equitum vexillis, ſeu flammulis, vtentium. Hi ob recens meritum, quòd ſe ægros & inualidos fouiſſet, in auxilium aduolauêre, ſed ſerius: itinere deuio per ignorantiam locorum retardati.

Imperium Sergij Sulpuij Galba.

Vexillatio Germanorum.

OTHO SYLVIVS IMP. ET AVLVS VITELLIVS IMP. Ibi de Sidone & Italico, ac de Claudio ciuile.

CAPVT II.

EODEM 71. anno Chriſti, Imperium inuaſit M. Syluius (al. Saluius) L.F.M.N. Otho, Cæſar Auguſtus, VIII. Imperator, menſes 3. dies 5. qui natus 34. Chriſti, 4. Calend. Maij, à prima adoleſcentia fuit prodigus ac procax: adeo, vt ſæpe flagris à L. Othone patre obiurgaretur: Ferebatur & vagari noctibus ſolitus: atq; inualidum quenq; obuiorum, vel potulentum, corripere: ac diſtento ſago, in ſublime iactare.

Othonis Syluij Imperium.

Cùm autem Imperium cepiſſet: Germaniciani exercitus (qui apud Germanias erant) in A. Vitellij verba iurauerant. Quod vt Otho comperit: auctor Senatui fuit mittendæ legationis: quæ doceret, electum iam Principem: quietem & concordiam ſuaderet. Etiam per internuntios ac literas, conſortem Imperij, generumq; Vitellio, ſe obtulit. Sed hæc fruſtrà fuêre. Nam ad manus eſt ventum: & tribus ipſe mediocribus prælijs victor, quarto maximoque apud Bebriacum (vicum inter Cremonam & Veronam) cùm ſpes colloquij de pace eſſet, fraude ſuperatus eſt.

Noluit

Digitized by Google

Noluit exin amplius ciuile bellum gerere: ſed concremato, quicquid Epiſtolarum erat: quod cuiq; periculo aut noxæ apud Victorem foret: 12. Calend. Maij, vno ſe traijciens ictu infra læuam papillam, examinatus eſt.

Othone ſic (ope tum aliorum, tum Germanorum) à faſtigio Imperij deiecto: Principatum

Et A. Vitellij.

nactus eſt A. VITELLIVS, L. F. P. N. Germanicus, IX. Imp. Auguſtus. Natus fuerat 17. anno Chriſti: genituram eius prædictam à Mathematicis, ita Parentibus exhorreſcentibus: vt pater magnopere ſemper contenderit: ne qua ei prouincia, viuo ſe committeretur: mater & miſſum ad legiones, & appellatum Imperatorem, pro afflicto ſtatim lamentata ſit. Omnibus probris contaminatus: Caio per augurandi, Claudio per aleæ ſtudium, familiaris (præcipuo in Aula loco) fuit: ſed aliquantò Neroni propter hæc & alia acceptior. A Galba poſtea, in Germaniam inferiorem, contra opinionem miſſus. Quanta fuerit eius luxuria & profuſiones: ex his patet, quòd ei (Suetonio teſte) cœna fuit data aduentitia à fratre: in qua duo millia lectiſſimorum piſcium, ſeptem auium, appoſita traduntur. Hanc quoque exuperauit ipſe, dedicatione patinæ: quam ob immenſam magnitudinem, clypeum Mineruæ, αἰγίδα πολιούχου, dictitabat. In hac ſcarorum iocinora, phaſianorum & pauonum cerebella, linguas phœnicopterûm, murænarum lactes: à Carpathio vſque, fretoque Hiſpaniæ, per Nauarchos ac triremes petitarum, commiſcuit.

Crudelitas eiuſdem, ex hoc apparet. Veſtigia recentis in Bebriacenſibus campis (abfuerat enim à pugna) victoriæ, luſtrare oculis concupiuit: vt Tacitus lib. 18. ſcribit. Fœdum atq; atrox

Prælij commiſſi locus horribilis.

ſpectaculum. Intra XL. pugnæ diem, lacera corpora, trunci artus, putres virorum equorumque formæ, infecta tabo humus: protritis arboribus atq; frugibus, dira vaſtitas Aderant Duces, Fabius Valens, & A. Cæcinna, monſtrantes pugnæ locos Hinc erupiſſe legionum agmen: hinc, equites coortos: inde circumfuſas auxiliorum manus. Iam Tribuni Præfectiq; ſua quiſque facta extollentes falſò vera aut maiora vero, miſcebant. Alij erant, quos varia ſors rerum, lacrymæq; & miſericordia, ſubiret cadauerumq; tabem abhorrebant At non Vitellius flexit oculos: nec tot millia inſepultorum ciuium exhorruit. Lætus, & propinquæ ſortis ignarus deteſtabili voce (vt Suetonius ait) confirmare auſus eſt: optimè olere occiſum hoſtem, & melius ciuem.

Habebat in ſuo exercitu robora Germanorum: quando Fl. Veſpaſianus (à quo, & Tito F. Hieroſolyma gensque Iudaica, exciſa ſunt) contra eum, à militibus imperator creatus fuit. Qui

Sidon & Italicus, Sueuiæ Reges.

Germaniæ gentes & ipſe conduxit: Sueuiæque Reges Sidonem & Italicum cum delectis popularium (quibus, vetus erga Romanos obſequium: & gens, fidei commiſſæ patientior) in commilitium ſibi aſciuit.

Magno poſtea Vitelliani, non longè ab vrbe Cremona. prælio nocturno diurnoq; à Fl. Veſpaſiani Duce, Primo Antonio, victi: verſantibus, Flauiani exercitus primori in acie, Sidone & Italico, cum Sueuis. Capta à victoribus, & funeſtata poſtea, miſerrima Cremona: qua clades, Taciti lib. 19. graphicè deſcribitur: quem locum recitabo, vt appareat imperitis ac ſecuris hominibus:

Cremonenſis vrbis funeſtatio.

quanta ſint bellorum mala, præſertim ciuilium: vt pietatis, honeſtatis, precum, incenſo ſtudio, tale exitium à nobis auertamus: pace ac bonis eius, gratis erga cæleſte Numen animis, perfruamur. Quadraginta armatorum millia, inquit, irrupêre. Calonum lixarumq;, amplior numerus: & in libidinem ac ſæuitiam, corruptior. Non dignitas, non ætas, protegebat: quò minus ſtupra cædibus, cædes ſtupris, miſcerentur. Grandæuos ſenes, exacta ætate fœminas, viles ad prædam, in ludibrium trahebant. Vbi adulta virgo, aut quis formâ conſpicuus, incidiſſet: vi manibusq; rapientium diuulſus, ipſos poſtremò direptores, in mutuam perniciem agebat. Dum pecuniam, vel grauia auro Templorum dona, ſibi quisque trahunt: maiore aliorum vi truncabantur. Quidam obuia aſpernati, verberibus tormentiſq; dominorum abdita ſcrutari, defoſſa eruere. Faces, in manibus: quas vbi prædam egeſſerant: in vacuas domos, & inania Templa, per laſciuiam iaculabantur. Vtq; exercitu vario linguis, moribus (Cui ciues, ſocij, externi, intereſſent) diuerſæ cupidines: & aliud cuiq; fas, nec quicquam illicitum. Per quatriduum Cremona ſuffecit: cùm omnia ſacra profanaq;, in igne conſiderent. Solum Mephitis Templum ſtetit ante mœnia, loco ſeu Numine defenſum. Hic exitus Cremonam habuit anno CCLXXXVI. à primordio ſui. Condita erat T. Sempronio longo, P. Cornelio Scipione, conſulibus (2. 16. ante Chriſtum) ingruente in Italiam Hannibale: propugnaculum aduerſus Gallos, trans Padum agentes: & ſi qua alia vis per Alpes rueret. Igitur numero colonorum, opportunitate fluminum, vbere agri annexu, connubijsq; gentium adoleuit floruitq; bellis EXTERNIS intacta, CIVILIBVS infelix. Hæc, ille.

Per idem tempus, Italia ciuili bello flagrante, motus Germaniæ ad Rhenum extitit: Romanorum

manorum

manorum ibi Ducum ſocordiâ, & legionum ſeditione. Occaſio tunc, & cupiditas, libertatis recuperandæ. Meminit Ioſephus lib. 7. ἁλώσ. *cap.* 11. ἐπῆρε τοὺς γερμανοὺς ἅψασθαι τῆς ἀποστάσεως: πρῶτον μὲν, ἡ φύσις: οὖσα λογισμῶν ἔρημος ἀγαθῶν: καὶ μετὰ μικρᾶς ἐλπίδος ἑτοίμως ῥιψοκινδυνος: ἔπειτα δὲ, καὶ μῖσος, τὸ πρὸς τοὺς κρατοῦντας: ἐπεὶ μόνους ἴσασι ῥωμαίους τὸ γένος αὐτῶν δουλεύειν βιασαμένους. *Sic legendum: non autem in Datiuo,* μόνοις ῥωμαίοις βιασαμένοις. *Princeps eius conatus, Claudius Ciuilis erat, Regia ſtirpe ortus: Batauos ſuos excitans. Magnâ per Germanias Galliasque famâ, libertatis auctores celebrantur. Germaniæ ſtatim miſêre Legatos, auxilia offerentes. Cæſi ſemel atque iterum Romani: atque Ciuilem immenſis actibus vniuerſa Germania extollebat: ſocietate, nobiliſſimis obſidum firmata. Dehinc, alia victoria: adiunctis Ciuili Claſsico, & Iulio Tutore. Tunc Velledæ, virginis fatidicæ (quæ nationis Bructera erat, latè imperitans) auctoritas adoleuit. Nam, vt proſperas Germanis res, & excidium legionum Rom prædixerat: ita euênit. Habitabat ipſa in turri edita: aſpectuque ſui arcebat homines: quò venerationis plus ineſſet. Tandem autem cum copijs Petilius Cerialis Maguntiacum venit: cuius aduentu, erectæ ſpes. Treuiros is, Lingonas, Aggrippinenſes, & alia amiſſa, recipit: Batauorum inſulam populatur: prælioq; ſuperatum Ciuilem, ad deditionem cogit, anno Chriſti 73.*

Claudij Ciuilis aduerſus Romanos rebellio.

Velleda virgo.

Quod ad exitum Vitellij attinet: debellatus is, ſe abdidit: ſed extractus, religatis poſt terga manibus, iniecto ceruicibus laqueo, veſte diſciſſa, ſeminudus in forum tractus eſt. Deinde, inter magna rerum verborumque ludibria: reductâ coma à capite. ceu noxij ſolent: atque etiam mento mucrone gladij ſubiecto: vt viſendam praberet faciem, néue ſubmitteret: quibusdam, cœno inceſſentibus: tandem apud Gemonias ſcalas minutiſsimis ictibus excarnificatus eſt, atq; confectus: & inde vnco tractus in Tiberim: anno vitæ 57. Ianuarij Calend. 9. cùm M. 8. D. 5. imperaſſet.

Vitellij fœdus exitus.

FLAVIVS VESPASIANVS IMP. CVI SVEVI, CHAri: & Germani, amici. Ciuitas Nordlinga.

CAPVT III.

ANNO *Domini 72. rei Romanæ Rector X. fit T. Flauius T. F. T. N. Veſpaſianus Auguſtus: vt antea exercitui probatus: ita tunc à Senatu, ipſe creatus Imperator,* αὐτοκράτωρ: *filij autem Titus & Domitianus, Cæſares,* καίσαρες. *Conſuetudo enim inoleuit antiquis temporibus: vt filij, qui Imperatori eſſent ſucceſſuri, PRINCIPES iuuentutis appellarentur: deinde, Iuliâ familia extincta, ferè CÆSARES: deinde etiam NOBILISSIMI CÆSARES. Tales, qui ſic ad ſucceſsionem deſtinati ſunt, hodie Hiſpanis Infantes, Gallis Delphini, in Imperio Romani Reges, nuncupantur. Non parum autem ei adiumenti ad Vitellij detectionem, Imperijque conſecutionem, Sueuica gens, Ductoribus Sidone & Italico, contulerunt. Ipſe incertum diu, & quaſi vagum, Imperium ſuſcepit ac firmauit: quanquam obſcurâ familia, ac ſine vllis Maiorum imaginibus, ortus. Exercuit pater eius Sabinus, T. Flauij, Petronij F. fœnus apud Heluetios, ibique diem obijt: ſuperſtitibus Veſpaſia Polla, & duobus èx ea liberis: quorum maior Sabinus, ad Præfecturam vrbis: minor Veſpaſianus, ad Principatum vſque, proceſsit. Natus fuit hic XI. anno Chriſti, XV. Calend. Decemb. educatus ſub paterna auia Tertulla: cuius memoriam tantopere dilêxit: vt ſolennibus ac feſtis diebus, poculo quoque eius argenteo potare perſeuerauerit. Claudio Principe, legatus legionis in Germaniam miſſus eſt. Inde in Britanniam (quam Iulius Cæſar 52. ante Chriſtum domuerat) translatus rebellem, tricies cum hoſte conflixit. Eum fore Imper. Romanum, vnus ex nobilibus captiuis Iudæis prædixit, Ioſephus: cuius excidium Hieroſolymitanum, & alia opera, admirabili eloquentia Græca, condita habemus. Cùm enim ab illo tempore vltimi Iudææ gentis excidij, in vincula conijceretur: conſtantiſsimè aſſeuerauit fore: vt breui ab eodem ſolueretur, verùm iam Imperatore. Quod & factum eſt: & Ioſephus apud eum, in honore habitus.*

Principes iuuentutis.

Veſpaſianus, auxilio Sueuorum factus Imperator.

Ioſephus Iudæus.

Diſciplinæ & Reipublicæ corrigendæ, perſtudioſus fuit Veſpaſianus. Nam adoleſcentem fragrantem vnguento, cùm ſibi pro impetrata Præfectura gratias ageret, nutu aſpernatus, voce etiam grauiſsima increpuit: Maluiſſem, alium oboluiſſes; literaſq; reuocauit. Inſtrumentum (inuentarium) pulcherrimum, ac vetuſtiſsimum, confecit: quo continebantur penè ab exordio vrbis, Senatusconſulta. plebiſcita: de ſocietate & fœdere, ac priuilegio, cuicunque conceſsis. Ingenia & artes, vel maximè fouit. Primus è fiſco, Latinis Græcisque Rhetoribus (dicendi Magiſtris) annua centena conſtituit. Italicus interpres vertit: Due mila cinque-

Adoleſcens delicatus.

Veſpaſianus, vetuſtatis & ſtudiorum fautor.

Digitized by Google

cento ſcudi: ideſt, cuique bis mille quingentos Scutatos, ſiue coronatos. Rectè. Nam mille ſeſtertij ſunt 25. coron. Centena autem, ſingulis centum millia ſeſtertiorum erant. Præſtantes Poëtas, nec non & artifices, coëmit. Vitellij, hoſtis ſui filiam, ſplendidiſsimè maritauit: donauitq́ etiam, & inſtruxit.

Auarus.

Malè aliàs propter auaritiam audiuit. Quippe à filio Tito reprehenſus: quòd etiam vrinæ vectigal commentus eſſet: pecuniam ex prima penſione admouens ad nares eius, ſciſcitatus eſt, num odore offenderetur. Quo negante: prouerbium natum eſt, Quod Iuuenalis Satyr. 14. habet:

— Lucri bonus eſt odor ex re
Qualibet. In ſordidè auaros.

Auenticenſis pagus.

Anno Chriſti 71. cùm Titus Veſpaſianus, à patre rebus Iudaicis præfectus, copias ex omnibus Roman. Imperij prouincijs aduerſus Hieroſolymam colligeret: milites ex Auenticenſi quoque pago (Wiſtlieburger Gòw) *ſumpſit: vt à Stumpfio ſcribitur, libr. 4. cap. 21. affirmante hos ex veteribus Heluet. Chronicis: &, quia Sabinus pater Veſpaſiani, in Heluetijs mortuus ſit. Mihi ex Sueuis etiam, ei expeditioni agmen interfuiſſe, dubium non eſt. Sic illuſtres Comites Tubingenſes noſtro adhuc ſeculo literas habere dicti ſunt, in cortice arboris ſcriptas: quibus Maiores ipſorum, à Tito iuſſi ſint, in eam expeditionem ire. Horum vnus nominatur Rabodus, vel Rabotus. Sed cùm ego ante aliquot annos de his literis quærerem: cùm aliquot ipſorum apud nos Tubingæ ſtudiorum cauſa eſſent: reſponſum accepi, non amplius ſupereſſe: incuriâ Præfecti literarum rudis, cum alijs Scriptis amiſſas.*

Tubingenſes Comites.

Nordlinga.

Circa 73. annum Domini, Imper. Veſpaſianus dicitur Nordlingæ in Rhieſa, fanum & aram ædificaſſe cuidam Deo ſuo Flauiano: vbi poſtea S. Haimerani Eccleſia conſtituta eſt. Ideo Nordlingæ nomen, in Aras Flauias, vel Flauianas, mutatum fuit. Religione autem Chriſtiana, poſt annum Chriſti 364. vbi recepta: pro Flauis aris, primum Nordlingæ, ſeu Nerolingæ, nomen, in vſum redijs. Perſecutione deinde exorta Chriſtianorum: Nordlinga rurſum à Chriſtianiſmo deſciuit: atq́ diu eo caruit.

Germanici fœderis renouatio.

Anno 74. circiter, renouatum perhibetur à Sicambrorum, ſiue Francorum, Rege Rathero (Rathsherren) *magnum illud Germanorum fœdus: quod CX. annis ante contra externos hoſtes, à Rege Franco conflatum fuerat. Metuenda enim Veſpaſiani potentia, aliquando ſub Cæſare Claudio ab eius victi videbatur. Ipſe tamen pacem cum eis colere maluit. Itaq́ humanitate & muneribus ſibi conciliauit.*

Prodigia.

Anno 81. cùm inter alia prodigia, mauſoleum Cæſarum derepentè patuiſſet: & ſtella in cælo crinita (ſic Suetonius cometam vocat) apparuiſſet: iocatus eſt: alterum, ad Iuniam Caluinam à gente Auguſti, pertinere, dicens: alterum, ad Parthorum Regem, qui capillatus eſſet. Verùm, cùm in valetudine paulò incommodiore, creberrimo frigidæ aquæ vſu inteſtina quoque vitiaſſet: nec eò minus Imperatorijs muneribus ex conſuetudine fungeretur: vt etiam Legationes audiret cubans: aluo repentè vſque ad defectionem (extinctionem omnium virium) ſoluta: Imperatorem ait ſtantem mori oportere. Sed dum conſurgit, ac nititur: inter manus ſubleuantium extinctus eſt, 8. Calend Iul. annum gerens ætatis ſexageſimum ac nonum: ſuperq́, menſem, ac diem ſeptimum: cum A. 9. M. 6. imperaſſet.

TITVS VESPASIANVS IMP. ET QVÆDAM ſub eius imperio notatu digna.

CAPVT IIII.

Titi Veſpaſiani Imperium.

EODEM 81. Chriſti anno ſucceſſit Titus Cæſar, diui Veſpaſiani F. Veſpaſianus Auguſtus, vndecimus Roman. Imperator. Natus fuit 43. anno Domini, Decemb. 30. in pueroque ſtatim, corporis & animi dotes exſplenduerunt. Armorum & equitandi, peritiſſimus. Latinæ Græcæq́ linguæ, vel in orando, vel in fingendis poëmatibus, promptus & facilis, ad extemporalitatem vſque. Sed ne muſicæ quidem rudis: vt qui cantaret (voce) & pſalleret (inſtrumentis) iucundè ſcienterque. Imitari quoque Chirographa poterat, quæcunque vidiſſet: atque ioco profitebatur, ſe maximum falſarium eſſe potuiſſe. Tribunus militum (χιλίαρχος) *& in Germania, & in*

Eius laudes.

& in Britannia, meruit, ſummâ induſtria: nec minore modeſtia & fama: ſicut apparet (inquit de ſuo tempore Suetonius. Hodie verò, fortè nihil) ex imaginum eius multitudine ac titulis, per vtramq́ prouinciam.

Non poſſum hoc loco Titi arcum, Romæ adhuc extantem: & notabiliter à doctiſſimo viro, G. Fabricio Chemnicenſi (meo quondam colendo amico) in ſua Roma deſcriptum, omittere. Imperator (inquit de ſculptura illius arcus) in curru ſedens, ab alata victoria coronatur. Currui præfertur arca fœderis: præcedentibus XII. facibus conſularibus. Ab altera parte, candelabrum aureum, cum VII. lucernis: tabulæ Moſaicæ, menſa aurea, & varia Templi Hieroſolymitani vaſa. In medio arcus fornice, Titus ſedens, aquilam alis expanſis vtrâque manu ſub genibus tenet. In fontibus, Iudæi vinctis poſt tergum manibus captiui aguntur. Ioſephi lib. 7. ἄλλως. cap. 17. ponitur χρυσῆ τράπεζα, τὴν ὁλκὴν πολυτάλαντος: & λυχνία, χρυσοῦ πεποιημένη: deinde, ὁ τῶν ἰουδαίων νόμος. Titi arcus Romæ.

ROMAE IN MARMORE. S. P. Q. R.

IMP. TITO CÆS. DIVI VESPASIANI FILIO VESPASIANO AVG. PONT. MAX. TR. P. X. IMP. XVI. XVII. P. P. PRINCIPI SVO. QVI PRÆCEPTIS PATIÆ CONSILIISQ. ET AVSPICIIS GENTEM IVDÆORVM DOMVIT: ET VRBEM HIEROSOLYMAM OMNIBVS ANTE SE DVCIBVS REGIBVS GENTIBVS AVT FRVSTRA PETITAM AVT OMNINO INTENTATAM DELEVIT.

Pœna hæc erat iuſta ingratitudinis in Saluatorem IESVM CHRISTVM. Imperium adeptus Titus, multas vtiles ad publicam tranquillitatem conſtitutiones fecit: beneficiaque à ſuperioribus Principibus data, confirmauit.

Neminem ſine ſpe dimiſit. Domeſticis (Aulicis) admonentibus: quaſi plura polliceretur, quam præſtare poſſet: non oportere ait, quenquam à ſermone PRINCIPIS triſtem diſcedere. Quadam etiam cœna recordatus: quòd nihil cuiquam toto die præſtitiſſet: memorabilem illam, meritoque laudatam, vocem edidit: Amici, DIEM PERDIDI. Non immeritò igitur, Amor ac deliciæ generis humani, appellatus fuit. Titi Imp. Apophthegmata.

Conuiuia inſtituit iucunda magis, quàm profuſa.

Altero imperij eius anno, horrenda accidit conflagratio Veſuuij, vel Veſeui montis (τοῦ βεσβίου ὄρους) in Campania, per triduum, totidem noctes: cinerisq́ inde eiecti copia, duo oppida, Herculanum & Pompeios, populo ſedente in Theatro, prorſus obruit, κατέχωσε. Hilarè hi ſpectabant ludos: ſed quid ſerus veſper veheret, neſciebant. Vigilandum & orandum eſt. Eodem incendio perijt & Plinius ſecundus Veronenſis, rerum naturalium Scriptor: dum eius rei cauſam curioſius inueſtigat. Accidit & peſtilentia, quanta non temerè aliàs. In his tot aduerſis, ac talibus, Titus non modò Principis ſolicitudinem, ſed & Parentis affectum vnicum, præſtitit: nunc conſolando per Edicta: nunc opitulando, quatenus ſuppeteret facultas. Medendæ valetudini, leniendisq́ morbis nullam diuinam humanamque opem non adhibuit. Fecit hoc ethnicus homo, Chriſti ignarus. Quantò magis Principes, qui ſe Chriſtianos haberi volunt, facere ſic debent? Non ſinere certè tempora famis: vt Præfecti ſui comprimant frumentum: donec ad multitudinis pauperis ſanguinem exugendum, quàm plurimo vendere poſſint. Ποιμένας λαῶν Homerus appellat: quòd ouium ſuarum, hoc eſt, ſubditorum, ſaluti & commodis conſulere debeant. Patres patriæ conuenit eſſe. Veſuuij incendium. Plinius ſecundi Veronenſis interitus. Peſtilentia. Clementia Principis.

Anno Domini LXXXIII. Sabinos cùm peteret (aliquantò triſtior, quòd ſacrificanti hoſtia aufugerat: quodq́ tempeſtate ſerena tonuerat) febrim nactus ad primam manſionem: cùm inde lectica transferretur: ſuſpexiſſe dicitur, dimotis plagulis (lecticæ velo) cælum: multumque conqueſtus, eripi ſibi vitã immerenti. Neq́ enim extare vllum ſuum factum pœnitendum: excepto duntaxat vno, quod tamen ignoratur. Neſciebat miſer, naturæ humanæ corruptionem: eiusque Medicum, Dei hominisq́ filium. Mors Titi.

Exceſſit autem idibus Septemb. (in arcam niuis plenam, à fratre Domitiano coniectus: vt ex Dione Xiphilinus habet) poſt biennium, ac menſes duos, dieſque XX. quàm ſucceſſerat patri: altero & quadrageſimo ætatis anno. Nihil in eius gubernatione, à Sueuis, alijſque Germanis, motum reperio.

Digitized by Google

FLAVIVS DOMITIANVS IMP. ET EIVS CLAdes à Germanis atque Sueuis.

CAPVT V.

SVCCESSIT fratri Tito, eodem 83. Chriſti anno, Cæſar D. Veſpaſiani F. T. Flauius Domitianus Aug. Germanicus, duodecimus Populi Romani Imperator. Hic natus eſt IX. Calend. Nouemb. anno 52. Domini, regione vrbis (Roma erat in 14. regionis diuiſa) ſexta, ad Malum punicum domo (vrbis domus erant inſignibus diſtinctæ) quam poſtea in Templum gentis Flauiæ conuertit.

Gallica Germanicaq́ Domitiani expeditio.

Antea principatum, expeditionem inchoauit in Galliam Germaniasq́, neq́ neceſſariam, & paternis amicis diſſuadentibus: tantùm, vt fratri ſe operibus & dignatione adæquaret. Ob hæc correptus: quò magis ætatis & conditionis admoneretur, habitabat cum patre vnà: ſellamq́ eius ac fratris, quoties prodirent, lecticâ ſequebatur.

Muſcarum inſectator.

Inter initia Principatus, quotidie ſecretum ſibi horarium (inquit Suetonius) ſumere ſolebat: nec quicquam amplius, quàm muſcas captare, ac ſtylo præacuto configere: vt cuidam interroganti, eſſet ne quis intus cum Cæſare, non abſurdè reſponſum ſit à Vibio Criſpo: Ne muſca quidem.

Germanorum motus.

Anno Chriſti 93. Domitianus falſum triumphũ è Germania egit: emptis (vt ait Tacitus in Iul. Agricolæ vita) per commercia: quorum habitus & crines, in captiuorum ſpeciem formarentur. At magnis cladibus affectus fuerat. Propter auaritiã enim eius ſolitis ſtipendijs nõ perſolutis: Tranſrhenani et Transdanubiani Germani (inter quos & Sueui) fœdere, quod antea cũ Romanis habuerant, neglecto: Rhenum & Danubiũ tranſierant: Galliamq́, Rhætiã Vindeliciã, Noricũ, Pannoniã, Mæſiam, Romanorũ prouincias, igne ferroq́ deuaſtarant: Ducibus, quos Domitianus oppoſuerat: Agrippa Pompeio, Oppio Sabino, Corn. Fuſco: cum legionibus, cæſis. Tot erant exercitus in Myſia Daciaq́, & Germania Pannoniaq́, amiſſi: tot militares viri, cum tot cohortibus expugnati & capti: vt iam non de limite & ripa Imperij Rom. ſed de hybernis legionum, & poſſeſſione prouinciarum, dubitaretur. Damna damnis continuabantur: atq́ omnis annus funeribus & cladibus inſigniebatur. Non iam de libertate ſua Germani, ſed de ſeruitute Romanorum, certabant. Empta tamen de ipſis pax eſt, annuis tributis conſtitutis: vt ſe trans Rhenum Danubiumque continerent: quemadmodum ex Plinio Auentinus confirmat. Nihilominus tamen, à Domitiano ex Hiſpanijs excitus eſt Vlpius Traianus (qui poſtea imperauit) & hodiernis Germanijs, quæ in Gallia ſunt, præfectus: vt ſic Germani, virtute iuſtitiaque ſummi viri magis in fœdere continerentur. Ideo ridiculè Domitianus de Germanis triumphauit, ſeque Germanicum appellauit.

Conuiuium nocturnum funereum.

Addam paucis, quæ huic triumpho congruunt, ex Suetonio & Xiphilino. Non ſolùm quodam die ſpectaculum edidit: in quo inter alia, virgines curſu certarent (ipſo certamini præſidente crepidato, purpurato: & Germanicam capite geſtante coronam auream) ſed alijs etiam diebus exhibuit certamina peditum, certamina equitum, in circo: item, pugnam naualem: cuius certatores, ferè omnes interierunt. Noctu quoque ſæpe certamina dedit: in quibus etiam fœminas introduxit. Senatoribus & Equitibus conuiuium præbuit noctu in ædibus: quas omni ex parte nigerrimas apparauerat: iuxta vnumquenque hoſpitum columnâ collocata, quæ inſtar ſepulcri erat (ἑκάστῳ στήλην παραστήσας ταφοειδῆ) nomine cuiusque inſcripto: paruo ex illa pendente (vt in monumentis fieri ſolebat) lychnucho. Tunc atri pueri, ceu ſpectra quædam ingreſſi, horribilem in modum circumſaltabant. Ad extremum omnia, quæ in mortuorum ſolent exequijs, appoſita illis fuerunt in vaſis. Ingens conuiuarum metus, merum ſilentium: ſe mox interfectum iri (ὅσον οὐκ ἤδη σφαγήσεσθαι) ſuſpicantium, Domitiano præſertim de rebus: quæ ad mortem & cædem pertinerent, ſermonem habente. Tandem eos dimiſit domos ſuas, incognitis Ducibus additis: vt tantò magis pauerent. Cùm ſinguli domi iam eſſent: & à metu ſibi reſpirare viderentur: ecce nuntius, quosdam ab Auguſto venire. Omnes iam certam expectare mortem: πάντως ἤδη ἀπολεῖσθαι προσεδόκων. Sed vni ipſorum allata & donata eſt columna argentea: alij vas eorum, quæ in cœna fuerant appoſita alijs, aliud donum. Poſtremò puer, qui antea Dæmonem præſentarat, cuiq́ illorum monſtratus eſt lotus & ornatus.

Ecce bacchanales triumphos Imperatoris Rom. quos vulgus hominum interpretabatur exequiis (ἐναγισμοὺς) illorum: qui in Dacia Romaq́ occubuiſſent.

Alia

Alia multa certamina exhibuit: muſica, equeſtria gymnica, Oratorum & Poetarum, Græcè Latinèq́.

Interim tamen ius diligenter & induſtriè dixit: nummarios Iudices, cum ſuo quenque conſilio notauit: Scripta in primores viros fœminasq́ famoſa, aboleuit, non ſine auctorum ignominia. Domitiani inter vitia virtutes.

Verum enimuerò, quia præter alia vitia, valdè crudelis & rapax erat (ſatis quippe apud eum, obiici qualecunque factum dictumq́, aduerſum maieſtatem Principis, citra probationem) occiſus tandem à Stephano quodam, aliisq́, eſt, 14. calen. Octob. anno ætatis 45. Imperii 15. Chriſti 97. Interitus ipſius. *nec potuit, qui ſecundus Chriſtianorum perſecutor fuerat, ſeq́ Dominum ac Deum appellari voluerat, acerbam euitare mortem. Quo momento autem Romæ occidebatur: eo ipſo Apollonius Tyanenſis, Epheſi diſputans in ſchola, exclamauit:* καλῶς Στέφανε, εὖγε Στέφανε, παῖε τὸν τύραννον: *Fuge Stephane, percute Tyrannum: & mox,* ὁ τύραννος ἀπέσφακται: *Tyrannus iacet: idq́ verum fuiſſe non multò pòſt cognitum fuit: ſicuti Xiphilinus ſcribit, & Philoſtratus lib. 8. de vita Apollonij.* Apollonius Tyanenſis.

COCCEIVS NERVA IMP. VLPIVS TRAIANVS IMP. ÆLIVS Adrianus Imp. & Sueuorum ſub eis ſtatus.

CAPVT VI.

ANNO *Domini 97. Succeſſit Domitiano XIII. Imp. Cocceius Nerua Cæſar Auguſtus: qui præfuit A. I. M. 4. D. 9. & anno Chriſti 99. die 27. Ianuar. obijt: cùm vixiſſet A. 65. M. 10. D 10. vt Xiphil. ait: ſed, ut Paulus Diaconus, 72. annos. Relatus eſt inter Deos.* Nerva Imp.

Fuit ita bonus Princeps: ut aliquando dixerit: ſe adeo nihil mali in imperio feciſſe: ut poſſet, eo depoſito, etiã priuatus tutò viuere. Pueros puellasq́ egenis parẽtibus natos, ſumptu publico per Italiæ oppida iuſsit ali. Cùm autem propter ſenectutẽ non honoraretur, ſicut fieri debuiſſet: aſcendit in Capitolium: ibiq́ magna voce dixit: Quod felix & fauſtum ſit Senatui P. Q. R. Mihiq́ ipſi: M. Vlpium Neruam Traianum adopto (ἀγαθῇ τύχῃ Μάρκον Νέρβαν ποιοῦμαι) *eundemq́ poſtea in Senatu Cæſarem fecit. Præſidebat is, natione Hiſpanus, Germaniæ: quæ in Gallia Belgica eſt: ac tunc 42. annorum erat. Imperij inſignia, ſunt ei Coloniam Agrippinenſem miſſa.*

Anno ſalutis 99. imperium inijt Cæſar D. Neruæ F. Nerua, VLPIVS TRAIANVS, optimus Aug. Germ. Dacicus, Parthicus, XIIII. populi Rom. Imp. imperans A. 19. M 6 D 15. cui hæc Epiſtola gratulatur lib. 10 Plinius Cæcilius. Tua quidem pietas, Imperator ſanctiſsime, optauerat: vt quam tardiſsimè ſuccederes patri. Sed Dij immortales feſtinauerunt virtutes tuas ad gubernacula Reipub. quam ſuſceperas, admouere. Precor ergo vt tibi, & per te generi humano, proſpera omnia, id eſt, digna ſeculo tuo, contingant. Fortem te, & hilarem Imp. optimè & priuatim & publicè opto V. Cæterum Germanos magno labore ad pacem colendam Traianus illexit: munera & ſtipendia ex Imperij maieſtate largitus. Traianus Imp.

Anno Imperij 5. Decebalum Regem Dacorum vicit: vbi Tranſyluania eſt, incolas nunc Germanos habens. Anno 7. & deinceps, in orientem profectus, Armenios, Parthos, & alios, debellauit. Hinc tituli eius honorifici, Dacicus & Parthicus. Sed & optimus, à Senatu cognominatus eſt. Præfectum Prætorio, ſeu Prætorianis cohortibus, deſignans, dixit: cape hunc gladium, eoq́ in cauſis juſtis pro me contra hoſtes vtere. Si verò iniuſtus ego fuero: in me ſtringito. Decebalus Dacus.

Quoties poſtea Imperator deſignaretur: publicè optabatur ei: vt felicitate Auguſtum, probitate Traianum, adæquaret.

Attamen anno Chriſti 111. tertia ſub eo perſecutio Chriſtianorum fuit. Tunc Antiochiæ Epiſcopus Ignatius, beſtijs obiectus, Frumentum Dei ſum, inquit: ac dentibus beſtiarum commolor, vt panis mundus reperiar. Plinius, de quo dictum modò eſt, ad Traianum Epiſt. 101. libr. 10. ſcribens, ait: Chriſtianos ſolere ſtato die ante lucem conuenire: Carmen Chriſto, quaſi Deo, dicere ſecum inuicem: ſeq́ ſacramento non in ſcelus aliquod obſtringere: ſed ne furta, ne latrocinia, ne adulteria, committant: ne fidem fallant, ne depoſitum appellati abnegent. Paululum mitigata perſecutio fuit. Sed qui Chriſtum abnegabant: hi Deorum & Imperatoris imaginem venerabantur, Chriſtoq́ maledicebant. Hæc, pœnitentia ipſorum erat. Ignacius Epiſcopus.

Eſt quidam olim Vlmæ liber rerum Sueuicarum, Germanicâ lingua excuſus à Conrado Dinckmuto, anno 1486. Chriſti. Ibi ponitur quidam Rom. Princeps, nomine Curius: qui propter ea, quod Chriſtianam religionem coleret, inde in Rhætiam & Sueuiam expulſus fuerit, pluribus cum fratribus, filijs, & nobilibus, anno Domini 104 & in ijs terris conſederit. Auctor libri, homo idiota, Thomæ Lyreri Chronicon.

mo idiota, parum in omnibus fide dignus eſt, nomine Thomas Lyrer Ranckvvilenſis, ditionis Feldkirchenſis in Rhætia. Sed Sueui ante 1480. annos nondum incolebant Rhætiæ loca. Nec

Traiani mors.

ſcio de vllo illorum temporum Curio, aut Curione, tali, ex probatis Hiſtoricis. Obijt autem Traianus 118 ſalutis, die 9. Aug. cùm vixiſſet, A. 62. M. 9. D. 4. aut, vt P. Diaconus habet, A. 63. M. 1. D. 1. relatus & ipſe inter Diuos.

Scribit Vincentius 3. parte Hiſtorici ſpeculi: beatum Papā Gregorium (qualis poſtea 600. aut 716. Chriſti vixit) tranſeuntem palatium Traiani, recordatum magnæ eius clementiæ, amariſſimè fleuiſſe: & pro eo tandiu ante altare S. Petri flentem oraſſe: donec vox ei dormienti dixerit: Traianum precibus eius, à pœnis inferni liberatum eſſe. Sed de cætero caueret: ne pro aliquo infideli oraret. Mirum, arborem nō manſiſſe ſicut ceciderat: mirum, hominem Chriſti & Chriſtianorum hoſtem, ac fide caſſum, poſt mortem ſaluatum eſſe.

Adrianus Imp.

Secutus eſt illum XV. Imp. D. Traiani Parthici F. Traianus ADRIANVS vel Hadrianus qui præfuit A. 20. M. 10. D. 29. Natus erat Romæ, patre Ælio Adriano, conſobrino Traiano: & matre Domitia Paulina, Gadibus ortâ: 9. Calend. Februar 78. Chriſti. Græcis ſtudijs ita deditus fuit: vt à nonnullis Græculus diceretur. Nam Græcam linguam illis temporibus, & inſecutis, Romani Imperatores, alijq́ Principes viri, ita diſcebant: vt hodie linguam Italicam & Gallicam Germani.

In regimine ſuo, cùm multa laudabilia fecit: tum infinitam pecuniam (vt ab Ælio Spartiano proditum eſt) quæ fiſco debebatur, priuatis debitoribus, in vrbe atq; Italia: in prouincijs verò, etiam ex reliquijs (vom Reſt) ingentes ſummas remiſit: ſyngraphis in foro D. Traiani, quo magis ſecuritas omnibus roboraretur, incenſis. Fœminas nonnullas ad ſuſtentandam vitam ſumptibus iuuit.

Eius in Germaniam expeditio.

In Germaniam tranſijt: paciśq; magis quam belli cupidus: militem, quaſi bellum immineret, exercuit: tolerantiæ documentis eum imbuens: ipſe quoq; inter manipulares caſtrenſibus cibis libenter vtens: hoc eſt, larido, caſeo, & poſca (Leiren) multos præmijs, nonnullos honoribus donās: vt ferre poſſent ea, quæ aſperius iubebat: cùm etiam vicena paſſuum millia, pedibus armatus ambularet.

Inter ſeptum gētium vel limes.

Idem plurimis in locis, in quibus Barbari non fluminibus, ſed limitibus diuiduntur, ſtipitibus magnis in modum muralis ſepis (qualis eſt noſtro tempore, circa Halenſium Sueuorum territorium ſepes) funditus iactis, atq; connexis, Barbaros à Rom. Imperio ſeparauit. Sicut quondam

Theſeus.

Theſeus (qui anno 1220. ante Chriſtum vixit) cùm Megaricum agrum Attico adiunxiſſet: in Iſthmo Corinthiaco ſtatuam, aut limitem, poſuit: in cuius orientali latere Verſus erat: τάδ' οὐχὶ πελοπόννησος, ἀλλ' ἰωνία: *Hæc non Peloponeſus ſunt, verùm Ionia. in Occidentali verò* τάδ' ἐστὶ πελοπόννησος, οὐκ ἰωνία: *Hæc Peloponeſus ecce, non Ionia. Athenienſes enim ab Ione, Xuthi filio, antiquitus Iones erant.*

Germanis (ad Rhenum incolentibus: non certè interioribus. & ad Danubium pertingentibus: qui non ſub Romanis erant) Regem conſtituit: vt idem Spartianus ait.

Παῤῥησία mulieris.

Cùm mulierem in via occurrentem, & aliquid conqueri volentem, audire nollet, ſibi ocium eſſe negans: illaq́; dixiſſet, Noli igitur regnare: conuerſus, patienter eam audiuit. vt ex Dione Xiphilinus memoriæ mandauit.

Studia Imp. Adriani.

Libros vitæ ſuæ ſcripſit: amauit dicendi genus vetuſtum: Ciceroni Catonem, Virgilio Ennium, Saluſtio Cæcilium prætulit. Homerum abolere, & pro eo ignotum Poëtam Antimachum (vt etiam interdum peruerſo ingenio erat) introducere cogitabat: ideoq́; reprehenſus fuit. Omnes profeſſores artium, & honorauit, & diuites fecit: licet eos quæſtionibus ſemper agitauerit.

Armis & pila ſe exercuit ſemper. Frequentiſſimè venans, iugulum & coſtam fregit. Primus Imperatorum barbam nutriuit.

Obitus eius.

Obijt 139. Domini, 6 id. Iul. cùm vixiſſet A. 72. M. 5. D. 17. & Verſus feciſſet hos, ignoratione melioris ſeculi, ac beatitudinis per Chriſtum.

Animula, vagula, blandula,
Hoſpes comesq́; corporis:
Quæ nunc abibis in loca,
Pallidula, rigida, nudula:
Nec, vt ſoles, dabis iocos?

Condita ſunt oſſa eius in Adriani ad Tiberim mole, duplicem ambitum habente

(vt Ge-

(vt Georg. Fabricius in vrbe Roma ſcribit) ex quo vtroque, ibi Pontificium caſtrum S. Angeli eſt extructum.

Pax ſub eo in Germania Sueuiaq; fuit.

CAPVT VII.

T. ANTONINVS PIVS IMP. IBI DE GERMANIS, OPPIDOQVE Brigantio, & lacu Podamico, paucula.

ANNO *Domini 139. imperare cœpit Imp. Cæſar, D. Adriani F. T. Ælius Adrianus Antoninus Auguſt. Pius. XVI. IMP. qui Imperium adminiſtrauit A. 22. M. 7. D. 26. Natus 88. Chriſti, 13. Calend. Octob. Ab Adriano fuerat adoptatus: quem comitate curauit, quamuis Senatu aliquandiu contradicente, in numerum Diuorum referendum. Pius eſt appellatus, ac præcipuè ideo: quòd natura clementiſſimus, nihil ſuis temporibus aſperum fecit. Tanta bonitatis in Principatu fuit (inquit Aurel. Victor) vt haud dubiè ſine exemplo vixerit. Orbem terræ, nullo bello ad annos 23. ſed auctoritate ſola, rexit: adeo trementibus eum, atque amantibus, cunctis Regibus: vt Parentem ſeu patronum magis, quam Dominum Imperatorémve, putarent: omnesq́ vno ore, in cæleſtium morem propitium optantes, de controuerſijs inter ſe Iudicem poſcerent. Iulius tamẽ Capitolinus, ab eo tum alios populos, tum Dacos & Germanos, contuſos eſſe ait, per præſides ac Legatos. De his (opinor) Germanis, ita eſt apud Auentinum Lib. 2. Tria millia Transdanubianorum, ad ripas hoſtili animo conſediſſe: quos auxiliaria manus, auctoribus conturionibus, circumuentos trucidauerit: & cum ingenti præda ad ſuum prouincialem Legatum, Aufidium Caßium, redierit. Ab hoc Centuriones, pro præmijs, quæ ſeparauerant, in crucem ſublatos eſſe. Dixiſſe enim illum, potuiſſe inſidias eſſe, & ſic maieſtatem Imperij perire. Videlicet illos nõ debuiſſe, ipſo inconſulto, tantam rem aggredi. Antoninus Imp. Patris patriæ nomen, delatum à Senatu, quod primò diſtulerat, cum ingenti gratiarum actione ſuſcepit.* Antonini Pij imperium.

Tertio anno Imperij ſui, Fauſtinam vxorem (quam antè, Auguſtam à Senatu appellari permiſerat) morte amiſit: quæ à Senatu conſecrata (canonizata) eſt. In cuius etiam honorem, puellas alimentarias (Waiſenkind) conſtituit, Fauſtinianas nominans. Fauſtina illius vxor.

Vini, olei, & tritici, penuriam, per ærarij ſui damna emendo, & gratis populo dando, ſedauit. Scipionis ſententiam frequentauit: qua ille dicebat, Malle ſe vnum ciuem ſeruare, quam mille hoſtes occidere. Cùm domum Valerij Omuli viſens: mirans'q; columnans Porphyreticas, requiſiſſet, vnde eas haberet: atque Omulus ei dixiſſet. Cùm in domum alienam veneris, & mutus, & ſurdus, eſto: hoc, vt & alia Omuli ioca, patienter tulit. Idem, intra vrbes ſepiliri mortuos vetuit.

Temporibus huius Imp. Oppidum Brigantium Acronij lacus (vt 5. lib. Stumpfij, cap. 9. ſcribitur iam ſteterat, à Romanis habitatum. Ab eius nomine dictus eſt lacus Brigantinus, der Bregentzerſee: *ſicut inferior lacus, à Caſtro Bodmena, lacus Bodmicus, aut Potamicus, appellatur,* der Bodenſee. *Toti lacui nomen eſt, Acronius lacus: forte à* [illegible]*, propter Saturniam frigidatem, etſi non facilè vnquam frigore totus congelatur: quin in medio tamen apertus ſit. Sed de eo lacu, infrà lib. 11. cap. 2. plura dicentur. Situm eſt illud oppidum (vt & Vberlinga) ad latus Alemannicum, nempe Orientem verſus: Conſtantia verò, quodammodo ad Occidentem, Heluetios verſus.* Op. Brigantium. Acronius lacus.

Obijt autem T. Antonius Pius (ex auidiore Alpini caſei in cœna eſu febri commotus) nonis Martijs, anno 162. Chriſti, ætatis ſuæ 72. Cùm prius M. Antonino, cui filiã Valeriam Fauſtinam collocauerat, adoptato, Rempub. & filiam hanc commendaſſet: Fortunamq́; auream, quæ in cubiculo Principum poni ſolebat, ad eum transferri iuſſiſſet atq; ita conuerſus, quaſi dormiens, ſpiritũ reddidiſſet. Idem antea in ſenectute cùm incuruaretur: tiliaceis in pectore tabulis faſcinatus, rectius inceſſerat. Aggregatus & ipſe Dijs à Senatu eſt. Etſi enim vera Lux in Mundum venerat: per quam Mundus ipſe factus erat, & ſuſtentatur: tamen iſti Mundani, eam lucem non agnoſcebant: ſed ſuas tenebras retinebant. Antonini Pij mors.

M. AVREL. ANTONINVS PHILOSOPHVS, L. ÆLIVS AVREL. VERUS Antoninus, Impp. Ibi Romanorum cum Marcomannis Sueuus, aliisq; Germanis, bellum. Canſtadium. Lucius, Britanniæ Rex.

CAPVT VIII.

SVcceſſores *Antonino Pio fuerũt 162. ſalutis, Imp. Cæſ. D. Antonini Pij F. M. AVREL. Antoninus Aug. & L. Ælius Aug. Verus Anton. Aug. 17. & 18. pop. Rom. Imp. Imperarũt,* Antonini duo, Impp.

d by Google

alter annos circiter X I. prior verò A. XIX. D. XI. Tunc primùm duo Auguſti ſimul imperarunt.

Natus eſt Marcus Aurel. Romæ, in monte Cælio, in hortis, anno Domini 123. 6. Calend. Maias: L. autem Verus, in Prætura patris ſui, anno 128. Chriſti 18. Calend. Ianuar. quo die & Nero, qui rerum potitus, natus fuerat.

Cæſar Philoſophus. *Marcus duodecimum annum ætatis ingreſſus, habitum Philoſophi ſumpſit (vt Capitolinus ſcribit) & deinceps tolerantiam: Stoicæ philoſophiæ (de virtutis aſpera cultu ſeu ἀπαθείας) deditus: cùm ſtuderet in pallio, & humi cubaret: vix autem, matre Domitia Caluilla agente, in ſtrato pellibus lectulo accubaret. Vſus eſt multis, in philoſophia & Iure præceptoribus: quibus tantum*
Honor erga Præceptores. *honoris detulit: vt imagines eorum aureas, in larario (vbi domeſtici & alij Dij, ſanctius colebantur) haberet: ac ſepulcra eorum, aditu, hoſtijs, floribus, ſemper honoraret. Frequentauit & Declamatorum ſcholas publicas: atq; dicendi Magiſtrum, cuius Rhetoricis Scriptis hodieq; vtimur,*
Hermogenes Rhetor. *Hermogenem docentem audiuit: qui adoleſcens XV. annorum, cum laude artem tradebat: vt Marcus valde ipſo audiendo delectaretur (vt apud Suidam eſt) eumq́ue liberaliter muneraret.* ἐχαίρετο ἐπὶ τῇ αὐτοῦ ἀκροάσει, ἤδη μὲν διαλεγομένου, ἐθαύμασε δὲ σχεδιάζοντα: καὶ δωρεὰς λαμπρὰς ἔδωκεν. *Operam præterea pingendo, ſub Magiſtro Diogneto dedit. Amauit pugilatum, luctamina, curſum, & aucupatus: pilaq; luſit apprimè, & venatus eſt. Sed ab his omnibus, eum ſtudium Philoſo-*
Scripta M. Antonini Philoſophi. *phiæ abduxit, & grauem reddidit: non tamen abolitâ erga quoſuis humanitate. Extant eius 12. libri, Græcè de ſuâ vita ſcripti, à Guilielmo Xylandro Latinè conuerſi.*

Inde eſt hoc, lib. 6.

Εἰ μητρυιάν τι ἅμα εἶχες, καὶ μητέρα: ἐκείνην τ' ἂν ἐθεράπευες: καὶ ὅμως ἡ ἐπάνοδός σοι πρὸς τὴν μητέρα συνεχὴς ἐγένετο. Τοῦτό σοι νῦν ἐστιν ἡ αὐλὴ, καὶ φιλοσοφία. ὧδε πολλάκις ἐπάνιθι, καὶ προσαναπαύου ταύτῃ: δι' ἣν καὶ τὰ ἐκεῖ σοι ἀνεκτὰ φαίνεται, καὶ σὺ ἐν αὐτοῖς ἀνεκτός. *Si tibi ſimul & nouerca, & mater, eſſet: illam quidem coleres: & tamen crebrò te ad matrem reciperes. Eadem eſt tibi ratio Aulæ & philoſophiæ (apud Chriſtianum Principem, Theologiæ) vt ſcilicet ad hanc ſæpenumerò reuertaris, & in hac acquieſcas: quoniam efficit, vt & Aulicæ res tibi tolerabiles videantur: & tu, dum in ijs verſaris, tolerabilis ſis.*

Imp. Marcus, inter alia, mores etiam matronarum compoſuit diffluentes. Vxorem Fau-
Fauſtinæ Imperatricis honores. *ſtinam cùm ſubito morbo exanimatam amiſiſſet: petijt à Senatu, vt ei honores ademq; decernerent: laudatâ eâdem: cùm tamen impudicitiæ famâ grauiter laboraſſet: quod ipſe neſciuerat, aut diſſimulauerat. In cuius honorem inſtituit nouas puellas Fauſtinianas. Diuam etiam Fauſtinam à Senatu appellatam gratulatus eſt: quam ſecum & in æſtiuis habuerat, vt matrem Caſtrorum appellaret. Ecce, noua Dea, vel Sancta.*

Alter Imperator, Ælius Verus, vxorem habuit Marci filiam Lucillam. Fuit voluptarius, & nimis lætus: omnibus delicijs, iocis, ludis, decenter aptiſſimus. Eum Marcus ad Parthicum bellum miſit: ne in vrbe ante omnium oculos peccaret: vel vt parſimoniam addiſceret: ſed fruſtrà,
Conuiuium Imper. Ælij Veri. *Notiſſimum enim eius tale deſcribitur à Capitolino conuiuium, in quo primùm duodecim accubuiſſe, dicitur: cùm alioqui Septem dicantur: conuiuium: nouem verò, conuicium. Donatos autem pueros decoros, qui miniſtrabant ſingulis. Donatos etiam ſtructores & lances ſingulis quibusque. Donata & viua animalia: vel cicurum, vel ferarum auium, vel quadrupedum: quorum cibi appoſiti erant. Donatos etiam calices ſingulis per ſingulas potiones, murrhinos & Chryſtallinos Alexandrinos: ac quoties bibitum eſt. Data etiam aurea & argentea pocula, & gemmata. Coronas quinetiam datas, lemniſcis aureis interpoſitis ab alieni temporis floribus. Data & vaſa aurea cum vnguentis, ad ſpeciem alabaſtrorum. Data & vehicula cum mulabus, ac mulionibus, cum iuncturis argenteis: vt ita de conuiuio redirent. Omne autem conuiuium, æſtimatum ſexagies centenis millibus H S. Quod conuiuium vbi Marcus audiuerit: ingemuiſſe, & doluiſſe fatum publicum. Poſt conuiuium, luſum eſſe teſſeris vſq; ad lucem.*

Structores, menſarum inſtruendarum, & ciborum diſtribuendorum, curatores.

Murrha. *Murrha, lapis precioſus, aut humor Sole induratus, in Parthia naſcens, odoratus & varicolor ſiue maculoſus: ex quo, Murrhina pocula, quæ in magno precio habebantur.*

Lemniſci, faſciolæ tiliaceæ, ex coronis dependentes.

Alabaſtrum. *Alabaſtrum, vas ad conſeruanda vnguenta: ex alabaſtrite lapide, vel marmore albo: nec ſine maculis. Ab à priuante particula: & λαβεῖν, accipere: quòd anſis careat, & læue ſit: ideoq; minus teneri poſſit.*

Cùm

Cùm mille Seſtertij ſint 25. coronati, vel aurei. Sexagies illud eſt, centies & quinquagies mille Aurei: quanti etiam bona Sex. Roſcij Amerini, Cicero fuiſſe ait.

Equum, Volucrem nomine, habebat: cui paſſas vuas & nucleos, in vicem hordei in præſepe ponebat: mortuoq́ ſepulcrum in Vaticano fecit.

Equus Aelij Veri Imp.

Adduxerat ex oriente ſecum fidicinas, & tibicines, & hiſtriones, ſcurrasque mimarios (φωνομίμους. die dem Cuntzen ruſſeten hinderm Ofen) *& præſtigiatores: omniaque mancipiorum genera quorū Syria & Alexandria paſcitur voluptate: vt videretur bellum non Parthicum* (*quod per Duces quadriēnio cōfecit: ipſe interim Antiochiæ, luxuriæ deditus*) *ſed Hiſtronicū, cōfeciſſe.*

Hiſtriones.

Tandem ictu ſanguinis, quem morbum Græci ἀπόπληξιν *vocant (inquit Aurel. Victor) extinctus eſt: vndecimo Imperij anno (etſi Panuinius nono, & Chriſti 170 ponit) ætatis quadrageſimo ſecundo: illatumq́ue corpus eius eſt Adriani ſepulcro. Quo anno S. Polycarpus (cùm quarta Chriſtianorum perſecutio, ſub his Impp. eſſet) martyrio affectus eſt, apud Ioniæ Smyrnā.*

Mors illius.

S. Polycarpus.

Huic cùm diceret Præſes inter alia: λοιδόρησον τὸν χριστὸν *maledic Chriſto: reſpondit beatus vir:* Ὀγδοήκοντα καὶ ἓξ ἔτη δουλεύω αὐτῷ· καὶ οὐδέν με ἠδίκησε· καὶ πῶς δύναμαι βλασφημῆσαι τὸν βασιλέα μου, τὸν σώσαντά με; *Sexaginta octo annos ei ſeruio: nec vlla me iniuria affecit. Quomodo maledixero Regi & ſeruatori meo? Euſeb. 4. Eccleſ. hiſtor. 15.*

Hæc de his duobus Auguſtis referre placuit (ſicut & de anteceſſoribus eorum, & ſucceſſoribus, notatu digniſſima) vt appareat, quales fuerint potentiſſimi Rom. Imperij Rectores: cum quibus noſtris Germanis ac Sueuis res fuit: & vt, quæ ab illis laudabiliter facta ſunt, ad imitandum accendāt: quæ turpiter, abhorreantur: vtq́ iuuentus habeat: quibus & iuuetur, & delectetur. videamus nunc, quid aduerſus Germanos (quibus cum, & hîc & alibi, Sueui intelligendi ſunt) tempore horum Principum geſtum ſit.

Anno Domini 166. Chatti & Chauci, in Rom. Germaniam, ac Rhætiam, Vindeliciam, & Noricum, irruperunt. Eis Didius Iulianus, Aufidius Victorinus, & Heluius Pertinax (poſtea Imperator) ab Impp. oppoſiti ſunt: qui rem non ſine clade ſuorum geſſerunt. Antea tamen cæſos Chattos multos, in Rhætiam Nordlingenſem, & in tractum VVirtenbergicum, Romani expulerant: paucis in ſua terra remanentibus: quibus deinde Saxones aliquot adiuncti ſunt. Hi poſtea, Haſſi nominati. Auentin. lib. 2. Spangenberg. cap. 41. Auguſtam Rhætiæ ſanè Aufidius Victorinus, illo tempore ab irruptione Chattorum defendiſſe perhibetur: nec multò pòſt Pertinax quoq;, contra hoſtes tutatus eſſe.

Chatti & Chauci, contra Romanos.

Haſſorum origo.

Anno 168. cùm tempore Parthici belli natum eſſet (Germanico fœdere, per Franc. Regem Farabertum renouato) bellum Marcomannicum: ad id ſe ambo Impp. parantes, aliquandiu maxima peſtilentia impediti ſunt. Erant Marcomanni (vt antehac intellectum eſt) natio Sueuica Bohemiæ, ad Danubium vſque. His Pannoniam, Mæſiam, Illyricum, vaſtantibus: Ducem Rom. Marcum Vindicem occidentibus: cùm eis res ita bene ſuccederent: tantum timorem belli huius fuiſſe, à Capitolino ſcribitur: vt vndiq́ Sacerdotes Antoninus acciuerit. peregrinos ritus introduxerit: Romam omni genere luſtrauerit (hæc erat ipſorum pœnitentia, præparatioq́ religioſa ad bellum: item, peſtilentiæ ſedandæ remedium) ac lectiſternia Romano ritu per ſeptem dies celebrauerit: lectiſternij autē hæc ratio erat, quòd placādi iram Deorum causâ, eis conuiuium in Templo exhiberetur. Nam ad id inuitabantur: eisq́, tanquam ad epulas accubituris, lectiſternebantur. Sic 2. Valer. Max. 1. tēpore peſtilentiæ, apud Ditis & Proſerpinæ aram, publicè nuncupata ſunt vota: cæſiq; atri boues (hoſtiæ nigræ, antiquitus Furuæ dictæ) Diti mares, fœminæ ipſi Proſerpinæ: lectiſterniumq́ue, ac ludi, trinoctio facta: Indicebatur id epulum in Capitolio à Triumuiris Septem virisq́ Epulonum, Ioui cæterisq́ Dijs: pro quibus ipſi Epulones poſtea, eos cibos deuorabant.

Marcomannorū bellum aduerſus Romanos.

Lectiſternium, contra peſtem.

Profecti ſunt poſtea 171. anno, ambo Auguſti paludati (Chlamyde Imperatoria ornati, tuba præcinente) Parthis & Marcomannis (illis in Oriente, his in Occidente) cuncta turbantibus: alijs etiam gentibus, quæ ab illis pulſæ fugerant, niſi reciperentur, bellum inferentibus.

Cæſarem paludatorum profectio ad bellum.

Nec parum profuit ea profectio. cùm Aquileiam vſque veniſſent. Nam plerique Reges (nō omnes) cum populis ſuis ſe retraxerunt, tumultus auctoribus interemptis. Quadi autē, amiſſo Rege ſuo: non prius, quam Romanis Imperatoribus placuiſſet: ſe confirmaturos eum, qui creatus erat, dicebant. Lucius ergo, quòd pleriq; per legatos veniam defectionis poſtularent: amiſſuſq; eſſet Præfectus Prætorio Furius Victorinus: atque pars exercitus interijſſet: redeundum eſſe cenſebat: Sed Marcus, quòd fingere Germanos exiſtimaret & fugam, & cætera ſecuritatem bellicam oſtendentia: ob hoc, ne tanti apparatus moles fruſtrà eſſet: inſtandum eſſe dicebat. Itaque,

conſcenſis

conſcenſis Alpibus, longius proceſſerunt: omniaq́ compoſuerunt: quæ ad munimen Italicæ Illiricique pertinebant. Tunc inter redeundum, ſedens cum Marco Lucius in vehiculo, apoplexi arreptus (vt ſuprà dictum eſt) perijt, anno Domini 172. vt Euſebius quoq; in Chronico numerat.

Contra Germanos poſtea, rurſus exurgentes, res feliciter geſſit, maximè bello Marcomannico: ab anno 173. per aliquot inſecutos annos: etſi maximâ peſtilentia, biennio pòſt orbem terrarum, & Romanas copias, depopulante. De quibus bellis Capitolinus ſic ſcribit. Inſtante adhuc peſtilentia: & Deorum cultum Marcus diligentiſſimè reſtituit: & ſeruos, quemadmodum ſecundo bello Punico (ante Chriſtum circiter 213.) factum fuerat, ad militiam parauit (ecce, terror Rom. à Germanis) quos Voluntarios, exemplo Volonum appellauit. Armauit etiam gladiatores, quos obſequentes appellauit. Latrones quoq; Dalmatiæ (Sclauoniæ) Dardaniæq́ (Seruiæ & Raſciæ) milites fecit. Armauit & Diocmitas. Emit & Germanorum auxilia (Landsknecht) contra Germanos (ò malæ diſciplinæ inuentorem: ò improbos, qui exiguæ pecuniæ causâ contra patriam militant) omni præterea diligentia parauit legiones, ad Germanicum & Marcomannicum bellum. Ad quod omni ærario exhauſto ſuo: cùm non induceret in animum: vt extra ordinem Prouincialibus aliquid imperaret: in foro diui Traiani, auctionem ornamentorum Imperialium fecit: vendiditq́ aurea pocula, & chryſtallina, & myrrhina. Vaſa etiam Regia, & veſtem vxoriam, ſericam & auratam gemmasq́ etiam, quas multas in repoſitorio ſanctiore Adriani repererat. Signa denique, cum tabulis magnorum artificum. Licebat autem emptoribus, empta reddere, & aurum recipere: licebat & retinere. Gentes omnes ab Illyrici limite vſque Galliã conſpirauerant: vt, Marcomanni, Nariſci (Voitlender) Hermunduri, Quadi, Sueui, Sarmatæ, Latringes, & Buri. Item, cum Victoualis Soſibes, Sicobotes, Rhoxolani (Ruſſi albi ſeu meridionales) Baſtarnæ, Alani, Peucini, Coſtoboci, Pannonias Marcus, Marcomannis in Danubij tranſitu, Sarmatis (Polonis) Vandalis, & Quadis extinctis, ſeruitio liberauit. Cæteros Marcomannos in deditionem accepit: plurimis in Italiam traductis. Romæ anno 177. cum F. Commodo, quem iam Cæſarem fecerat, triumphauit, Germanicus appellatus. At multi ſanè nobiles bello Germanico, ſiue Marcomannico, imò plurimarum gentium, interierant: quibus omnibus ſtatuas, Romæ in foro Vlpio collocauit: M. autem Vindici, tres.

Marci Imp copiæ contra Marcomannos & alios.

Victoria & triumphus eius.

In eo bello (inquit ex Dione Xiphilinus) hæc quoq; memoriâ digna ſunt, Adoleſcens quidã captiuus, Marco aliquid interroganti ait: ſe præ frigore non poſſe reſpondere. Sed ſi quid vellet ex ſe cognoſcere: iuberet, ſibi prius veſtem dari. Miles quidam, cùm noctu in Danubij cuſtodia conſtitutus, audiret clamorem captiuorum trans flumen militum: ſtatim tranans, illos liberauit, ac reuertit.

Quodam etiam antea tempore, quando, Germanis in Italiam venientibus, Romanisq́ grauiſſima damna inferentibus, Pertinax reſiſtit: inter cadauera Germanorum, corpora mulierum armata (γυναικῶν σώματα ὡπλισμένα) reperta ſunt.

In bello poſtea Marcomannico, anno 176. circ. cùm Romani à Quadis incluſi eſſent locis opportunis: ab illisq́ pugna differretur: calore ſitiq; ſperantibus, ſic vndique circumſeſſos, perituros: repentè nubes coactæ ſunt. Imberq́ maximus decidit: νέφη πολλὰ ἐξαίφνης συνέδραμε: καὶ ὕδωρ πολὺς ἐκ θεοῦ κατερράγη. Hunc arte magica factum eſſe ab Arnuphi quodam Ægyptio, impij finxerunt: inuidentes gloriæ Chriſtianorum. At Melitena legio quæ Chriſtum colebat, tunc præſens, genua flectens ad terram vſque, veroq́ Deo ſupplicans, pluuiam ad reficiendum Rom. exercitum, & fulmina ad deterrendum hoſtes, cœlitus impetrauit. Aquam decidentem Romani exceperunt ore: nec non ſcutis & galeis: atq; ſic etiam equis bibendam dederunt. Cumq; ac hoſtibus in ipſos impetus fieret, horum complures ſaucij, ſanguinem in galeas defluentem, ſimul cum aqua potarunt (ἀνερρόφησαν) Sed alteros vehemens grando atq; fulmina depulerunt. Neq; ignis Romanos lædebat: neque aqua Barbaris proderat. Itaq; quidam eorum ad Imperatorem confugientes, clementem experti ſunt. Intelligens autem hic beneficium Chriſtianorum militum, gratum ſe præbuit. Nam & κεραυνοβόλον, fulminatricẽ, eam legionem appellauit: & mortẽ illis minatus eſt (inquit li. 5. ca. 5. Eccleſ. hiſtor. Euſebius) qui Chriſtianos accuſare conarentur. Ita & Tertullianus, Apologiam Senatui Rom. de religione Chriſtiana exhibens, hanc hiſtoriam confirmauit: ſcribens, Epiſtolas Marci adhuc extare: quibus teſtetur, exercitum ſuum, in Germania ſiti periclantem, Chriſtianorum precibus eſſe ſeruatum.

Pluuia, precibus Chriſtianorum impetrata.

Legio fulminatrix.

Per triennium deinde rurſus cum Marcomannis, Hermunduris, Quadis Sarmatis, geſſit bellum: prouincias ex his facturus: ſi anno vno (inquit Capitolinus) ſuperfuiſſet. Verùm irritâ ſpe,

obijt

obijt anno Salutis 181. die Mart. 17 ſexageſimo vitæ anno: Vendobonæ, id eſt, Viennæ Auſtriæ. Meminit Lucianus quoque belli (in Alexandro, vel Pſeudomante) quod θεὸν Μάρκον (Deus Marcus) contra Marcomannos & Quados geſſerit. Iuſſu falſi Vatis, duos leones, multis cum aromatibus, magnificis hoſtijs, in Danubium iactos eſſe: tanquam Romanis hoc facto Victoribus futuris. Sed & leones, cùm in hoſticum enataſſent, à Germanis confectos eſſe fuſtibus: & XX. millia Romanorum, ab ijſdem cæſa. Deinde ſecuta eſſe, quæ Aquileiæ facta ſint: vrbe illa propemodum capta. Τὰ περὶ ἀκυλαΐαν γινόμενα: καὶ τὴν παραμικρὸν τῆς πόλεως ἐκείνης ἅλωσιν. *Obijt ita, vt dictum eſt, Imp. Marcus: propoſitum ſuum contra Germanos non aſſecutus: cùm filium Cōmodum antè appellaſſet 177. Imperatorem 5. Calend. Decembris: ſecumque imperantem A. 3. M. 3. D. 18. habuiſſet: qui ſi felix fuiſſet, eum ſucceſſorem non reliquiſſet.* Obitus Imp. Marci.

Addam his, quæ de Antoninis, Pio & Vero, diximus: quid de VVirtembergico op. Canſtadeo, Ioanni Heroldo Hochſtatenſi, qui noſtrâ memoria vixit, in libro de Stationibus Legionum in vetere Germania, videatur. Pius, inquit, & Verus, & Caracalla, Antonini: legione VIII. quæ Auguſta, pia, & fidelis, dicebatur: item XXII. quam Primigeniam, piam, & fidelem quoq; vocabant: Neccari fluminis ripas, plurib. in locis inſiderunt. Viſitur adhuc in oppido CANSTAT inſcriptio, certum teſtimonium Statiuorum. Canſtadium oppidum.

IN H. D.D. IOVI ET IVNONI REG. ET GENIO LOCI. ET D.D. OMNIBVS P. S. F. DIDIVS IVLIANVS MIL. LEG. VIII. ANTONINIANÆ B. F. COS. PRO SAL. SVA ET SVOR. STAT. ITERATO POSVIT. IMP. DIVI ANTONINI AVG. PII ET VERI.

Ergo ibi ſtatiua fuiſſe infert: & inde nomen oppido eſſe inditum. Siquidē ex LEG. ANT. STAT. abiectis literis L. & E. ac G. in C. mutato. CANSTAT. factum eſſe.

Reperitur id Epigramma in libro quoq; vetuſtarum Inſcriptionum Petri Apiani: verùm ibi non P.S.F. DIDIVS legitur: ſed P.S. EDVLIVS: & ad LEG. VIII. additum AVG. Additur & hoc Epigramma, quanquam imperfectum.

IN H. D.D. IOVI ET IVNONI REG. ET GENIO LOCI ET GERIONIS SEVERVS MIL. LEG. XXII. ANTONINIAN. BI. COS. PRO SVA ET SVOR. DIV. ANTON.

Volebant Romani, legionibus X. hinc inde diſpoſitis, Germanos coërcere: munitionibus ad Rhenum, Danubium, Nicrum factis, ad annos circiter 450 ſed nequicquam.

Anno 177. Chriſti, S. Lucius Rex Britanniæ (recepta religione Chriſtiana, & pluribus Epiſcopis conſtitutis) Regnum dimiſiſſe perhibetur: in Germaniam veniſſe: Bauaris Euangelium prædicaſſe: Auguſtæ fuiſſe. Inde in Rhætos Curienſes, cum S. Emerita, venientem, Chriſtum docuiſſe. Ipſam verò martyrio coronatam Trimis ſemimilliario ab oppido curia. Lucium autem ſupra Curiam, in ſpecu montis, vitam toleraſſe: ac Chriſtum docendo, à barbaro populo, per Præfectum loci, in arce Curiæ Martiola interfectum eſſe. Stumpf. lib. 10. cap. 15. & Herman. Ædituus in manuſcr. Chronico. Eum Petrus de Natal. à Timotheo, S. Pauli Diſcipulo, baptizatum, lib. 1. ca. 24. in Catalogo Sanctorum ſcribit: & 3 die Decemb quieuiſſe, Facit eum confeſſorem, non martyrē. Cogitandum verò eſt, alium Lucium fuiſſe: non illum Regem Angliæ: qui ſic peregrinatus ſit. S. Lucius. S. Emerita.

L. AVRELIVS COMMODVS IMP. ROMANIS INTOLERABILIS. Germanis & Sueuis non nimis moleſtus, Religio Germaniæ.

CAPVT IX.

ANNO Domini 181. IMP. Cæſ. D. Marci Antonini F. M. ÆLIVS Aurelius Commodus Antoninus, Pius felix Aug. XIX. Imp. erat: qui imperauit A. 12. M. 8. D. 15. Ante Imperium, ei Lucij prænomen erat: Imperium adeptus, pro illo, Marci accepit. Natus eſt 162. circiter Chriſti, pridie Calend. Septemb. Cùm autem mater eo prægnans eſſet: viſa ſibi eſt in ſomnis parere ſerpentes: ſed ex his vnum ferociorem. Peperit Commodum & Antoninum: ſed poſterior, quadrimus eſt elatus: quem parem aſtrorum curſu Commodo Mathematici promiſerant. Pater Marcus Commodum, & ſuis & optimorum Doctorum præceptis (πάντοθεν τοὺς ἐπὶ λόγοις δοκιμωτάτους καλῶν, *inquit, Herodianus) erudire conatus eſt: ſed fruſtrà.* Imp. Commodus.

Nam à prima ſtatim pueritia, inobediens, peſſimus & turpiſſimus fuit. Auſpicium crudelitatis dedit 12 anno ætatis: quòd, cùm fortè tepidius eſſet lotus; balneatorem in fornacem

conijci

conijci iuſſit. Fuit cum patre etiam in Germanico bello. Cùm in ſupremis moneretur à parente: attritos iam Barbaros ne ſineret vires recipere: reſpondit, ab incolumi, quamuis paulatim, negocia perfeci poſſe: à mortuo, nihil. Bellum, quod pater penè confecerat, ipſe, Regibus hoſtium addictus, remiſit, ac Romam reuerſus eſt: ſic ab Aulæ ſuæ adulatoribus perſuaſus: omnia voluptate metientibus: & vrbis Romæ delicias, frigoribus Danubij, nubiloque in barbaricis terris cælo, apud eum præferentibus. Qui ab eo in præſidijs contra Germanorum incurſiones relicti erant: multos ex illis ſubegerunt: alios armis, alios grandi pecunia. φύσει γὰρ (*inquit Herodianus*) τὸ βάρβαρον, φιλοχρήματον· καὶ κινδύνων καταφρονοῦντες· ἢ ταῖς ἐπιδρομαῖς καὶ ἐφόδοις τὰ ἐπιτήδεια πορίζονται· ἢ μεγάλων μισθῶν τὴν εἰρήνην ἀντικαταλλάσσονται. *Naturâ ait Barbaros pecuniæ cupidos eſſe: & contemptis periculis: aut excurſionibus & vi, quæ ſibi vſui ſint, rapere: aut magnâ pecunia pacem vendere. Sic ergo Commodus, abundè pecuniarum habẽs, nihil Germanis denegabat.* τὸ ἀμέριμνον ὠνούμενος, ἀφειδῶς τε ἔχων χρημάτων, πάντα ἐδίδου τὰ αἰτούμενα. *Romam autem reuerſus, primo Imperij anno triumphum de Germanis egit. Peſſimus deinde ſub eo ſtatus erat: Imperio aureo in ferreum delabente propter deterrimos ipſius mores, de quibus copiosè apud Dionem & Herodianum, Græcos: Ælium Lampridium, aliosque, Latinos. Inde, pauca quædam hæc. Cùm potaret in lucem: belluareturq́; viribus Romani Imperij: veſperâ etiam per tabernas & lupanaria volitabat.*

Germani, ab illo pacati.

Prauitas Commodi.

Crudelitate ſua effecit: vt ſoror eius Lucilla, & iuuenis quidã, Quadratus nomine, in ipſum conſpirarent. Dato autem negotio peragendæ necis, Quintiano cuidam Senatori iuueni audaci: ingreſſus is ad Cõmodum diſtricto gladio: cùm occidere potuiſſet: occaſionem ſtatim amiſit: ac ſeq; & Quadratum, & multos Senatores, nec non illuſtres fœminas, cauſam cum eo participantes, perdidit: dum in hæc verba prorumpens: Hunc tibi pugionẽ Senatus mittit, facinus detexit fatuus.

Quadrati & Lucillæ conſpiratio.

Poſt hæc Commodus, nunquam facilè in publicum procedere: nec ſibi quicquam pati nuntiari: niſi quod intimus ſuus miniſter, Perennis (περέννιος) *antè tractaſſet. Hic animum Commodi perſciens: inuênit, quemadmodum ipſe potens fieret. Nam perſuaſit illi, vt delicijs viueret: ſeſe ad curam rerum incubiturum: id quod Commodus lætanter accepit: ac cum trecentis Concubinis vixit, ex matronarum & meretricum delectu, ad formæ ſpeciem conciliatis. Tunc Perennis cuncta ſibimet vindicauit: quos voluit, interemit: ſpoliauit plurimos: prædam omnem in ſinum contulit. Væ principi negligenti: omnem adminiſtrationem vni malo Aulico committẽti. Attamen hic Perennis, cùm ſibiipſi Imperium rapere conaretur: malus malè perijt.* οὐκ ἀρ... ἔργα.

Aulicus intimus Perennis.

Rurſus, multis claris viris interfectis, ac Conſularibus: cùm adulterum matris Conſulem deſignaſſet: appellatus eſt Pius: cùm antea Perennem occidiſſet: appellatus eſt Felix. Appellatus eſt etiam Romanus Hercules: quòd feras Lanuuij in Amphitheatro occidiſſet.

Commodus Imp. Pius dictus.

Clauâ non ſolùm leones in veſte muliebri & pelle leonina ſed etiam multos homines, afflixit. Debiles pedibus, & alios morboſos, in gigantum modum formauit: ita, vt à genibus, de pannis & linteis, quaſi dracones viderentur: ſpongiasq́; dedit, quas pro lapidibus iacerent: atque in Theatro clauâ omnes confecit: Quod Suidas dicit: πάντας ἀφειδῶς τοὺς ἀθλίους καὶ λελωβημένους ἄνδρας, εἰς τὸ θέατρον συναγαγών· δράκοντας δέ τινας περιθεὶς ἐκ γονάτων φάσματα (*fortè* ὑφάσματα) ὡς γίγαντας, τῷ ῥοπάλῳ κατειργάσατο.

Gigantes mſeiri.

Monopodios & Luſcinios appellabat eos: quibus aut ſingulos tuliſſet oculos: aut ſingulos pedes fregiſſet.

Virium ad conficiendas feras tantarum fuit: vt elephantum conto transfigeret: & orygis (animalis in Getulia vnicornis) cornu, haſta transmiſerit: & ſingulis ictibus multa millia ferarum ingentium conficeret.

Victi ſunt ſub eo tamen ſic viuente, per Legatos Mauri, victi Daci: Pannoniæ quoq; compoſitæ: interim in Britannia, in Germania, & in Dacia, imperium eius recuſantibus Prouincialibus: quæ tamen omnia per Duces ſedata ſunt.

Commodi victoria.

Tandem, cùm tyrannis eius ferri amplius non poſſet: metusque exitij multis impenderet: anno Domini 193. pridie Calend. Ianuar. promouente negotium Q. Ælio Læto, Prætorij Præfecto: à Marcia concubina veneno, atq; à Narciſſo Paleſtrita ſtrangulatione, ſublatus eſt, anno 32. ætatis: cùm præter alia inauſpicata etiam bubo prius in Capitolio vlulaſſet. Iudicium Senatus de eo. ex acclamationibus his patet: Hoſti patriæ, honores detrahantur: parricidæ honores detrahantur. Qui Senatum occidit: in ſpoliario (loco, vbi quis ſpoliatur) ponatur. Qui Senatum occidit: vnco trahatur. Sæuior Domitiano, impurior Nerone. SIC FECIT, SIC PATIATVR. Fuiſſet cadauer eius vnco tractum, in Tiberimq́; protectum: niſi à ſucceſſore Pertinace, in monumentum

Interitus eius.

mentum

mentum Adriani tranſlatum eſſet, cum hac inſcriptione, Romæ in mole Adriani.

IMP. CÆS. DIVI M. ANTONINI PII GERMANICI SARMATICI F. DIVI PII NEPOTI. DIVI HADRIANI PRONE. DIVI TRAIANI PARTH. ABNEPOTI. DIVI NERVÆ ADNEPOTI. L. ÆLIO AVRELIO COMMODO AVG. SARMATICO GERM. MAX. BRITANNICO. PONT. MAX. TRIB. POT. XVIII. IMP. VIII. COS. VII. PATRI PATRIÆ.

Tempore Imp. Commodi, Epiſcopus Lugduni vixit diuus Irenæus: quando iam erant Eccleſia in Germania etiam: purè credentes in vnum Deum patrem omnipotentem, cæli & terræ conditorem: & in vnum Ieſum Chriſtum, filium Dei, incarnatum pro noſtra ſalute: & in Spiritum S. qui per Prophetas, quæ ſalutis noſtræ ſunt, prædicauit. Etſi enim, inquit, in Mundo loquelæ diſsimiles ſunt: tamen virtus traditionis, vna & eadem eſt. Et neq; hæ, quæ in GERMANIA fundatæ ſunt Eccleſiæ, aliter credunt, aut aliter tradunt: neque hæ, quæ in Iberis ſunt: neque hæ quæ in Celtis. Lib. 1. cap. 2. & 3. De Germania Romana loquitur. D. Irenæus. Lugduni.

IMP. HELVIVS PERTINAX, ET DIDIVS Iulianus Imper.

CAPVT X.

ANNO *Domini* 194. *IMP. CÆSAR P. HELVIVS P. F. PERTINAX AVG. XX. populi Rom. Imp. imperauit M. 2. D. 28. Hic, Afer natione fuit (auctore Dione) ex ciuitate Alba Pompeia: patre libertino natus, Heluetio Succeſſo (Capitolino teſte) qui filio nomen Pertinacis impoſuiſſe feratur: quòd Pertinaciter negotiationem lignariam gereret. Herodianus verò, & Capitolinus, fuiſſe Italicum,* ἰταλιώτην, *dicunt: id eſt, non antiquum Italiæ incolam,* ἰταλόν, *ſed inſititium: in Apennini villa Martis natum: eaque hora qua natus ſit, equum pullum in tegulas aſcendiſſe: atque ibi breuiter commoratum, decidiſſe, atque expiraſſe. Omen videlicet Imperij, ſed breuis. Natus fuit Vero & Bibulo Coſſ. nempe anno Chriſti 125. vt ex Capitolino colligo. Peruenerit ergo ad annum ætatis 66. licet aliàs ei tantùm ſexaginta tribuantur anni, & aliquot menſes.* Pertinacis imperium. Ἰταλὸς & Ἰταλιώτης.

Puer, literis elementarijs, & calculo, imbutus: datus etiam Græco Grammatico, atque inde Sulpitio Apollinari (cuius periochæ, ſeu argumenta, in Terentij Comœdias extant) poſt eum Grammaticen profeſſus eſt. Vnde cùm minus ei quæſtus proficeret: militarem vitam exercuit ſtrenuè: primo, Parthico: deinde, bello Britannico. In Mœſia rexit alam: inde, claſſem Germanicam. Mater eum in Germaniam ſecuta, ibi mortua & humata eſt. Ab Imp. Marco, Prætorius (vt & Conſul poſterius) factus, primæque legioni præfectus, Rhætias & Noricum ab hoſtibus Germanis vindicauit. Eum his verbis Herodianus prædicat. ἐν πολλαῖς στρατιωτικαῖς καὶ πολιτικαῖς εὐδοκιμήσας πράξεσι· πολλὰ δὲ κατὰ Γερμανῶν, καὶ τῶν ὑπὸ τὴν ἀνατολὴν βαρβάρων, ἐγείρας τρόπαια· μόνος τε περιλειφθεὶς τῶν σεμνῶν πατρῴων τῷ Κομμόδῳ φίλων, ὃν οὐκ ἀπέκτεινεν· ἢ διὰ σεμνότητα αἰδούμενος· ἢ, ὡς πένητα, τηρήσας. ἦν γὰρ αὐτῷ καὶ τοῦτο, μέρος τῶν ἐγκωμίων· ὅτι πλεῖστα πάντων ἐγχειρισθεὶς, πάντων οὐσίαν εἶχεν ἐλάττονα. *Multa militiæ, & in Republ. præclarè feciſſe: multas victorias de Germanis, & in Oriente, adeptum eſſe: ac ſolum ex venerandis Marci amicis, à Commodo non occiſum eſſe: qui vel reueritus eum ſit, vel pauperi pepercerit. Pertinacem enim, cùm plurima obierit munia, tenuiorem omnibus rem habuiſſe.* Sulpic. Apollinaris.

Ipſe, cùm Senatus vxorem eius, Auguſtam appellaret: & filium Pertinacem, Cæſarem: neutrum recepit: & de filio dixit, CVM meruerit. Modeſtia Pertinacis.

Donatiua & congiaria, quæ Commodus promiſerat, ſoluit. Hæc erant Imperatoria dona, μεγαλοδωρίαι: *Donatiua, militibus: Congiaria verò, populo.* δῶρα τοῖς στρατιώταις, καὶ νομαὶ τῷ δήμῳ. Donatiua & Congiaria.

Aliàs parcus fuit, & lucri cupidus: ita, vt Imperator etiam, ſicut antea priuatus, mercaturas exercuerit per homines ſuos. Et quia fœnore poſſeſſoribus apud Vada Sabatia oppreſsis, latius ſuos tenebat fines: agrarius mergus (ſicut piſces captat mergus) eſt appellatus. Chreſtologum quoq; vocitabant: quòd bene loqueretur, ſed malè faceret.

Tandem, nimiâ licentia militari, & corruptâ diſciplina, quam libenter correxiſſet, dominante, interemptus eſt 5 Calend. April. opprimente, Læto, Prætorij Præfecto: à quo antea Imperator fuerat factus. οἱ δορυφορεῖν εἰωθότες τὴν βασιλείαν (*inquit Herodianus*) κωλυόμενοι Pertinacis interitus.

μενοι ἁρπάζειν τε καὶ ὑβρίζειν· εἰς τὸ εὔτακτον καὶ κόσμιον ἀνακαλέσαμενοι· τό τε πρᾶον καὶ ἥμερον τῆς ἀρχῆς, ὕβριν αὐτῶν καὶ ἀτιμίαν, καθαιρεῖν τε τοὺς αὐτὴν ἐξασκεῖν, νομίζοντες τὴν ξυνήθη σφίσιν ἐλευθερίαν. *Mortuo, Diui nomen decretum eſt, cum acclamatione: Pertinace imperante, ſecuri viximus: neminem timuimus: patri pio, patri Senatus, patri omnium bonorum: Fecerat Pertinax hic Dionem, qui Hiſtoriam Rom ſcripſit, Prætorem.*

Eulogium eius.

Dio Hiſtoricus.

Eodem 194. Chriſti anno, imperauit poſt Pertinacem M. 2. D. 5. Imp. Cæſar M. DIDIVS M. F. COMMODVS SEVERVS IVLIANVS Aug. XXI. Imperator: idemq́, proximis mox Calend. Iunij, Septimio Seuero inualeſcente, occiſus eſt: cùm vixiſſet A. 56. M. 4.

Seuerus Iulianus Imp.

Educatus fuerat apud Domitiam Lucillam, matrem Marci Imp. cuius vtriuſque fauore, honores conſecutus eſt: vt, Quæſturam, Ædilitatem, Præturam. Poſt hanc legioni præfuit in Germania vigeſimæ ſecundæ Primigeniæ. Inde Belgicam ſanctè ac diu rexit. Ibi Cauchis, Germaniæ populis (Sueuici generis) qui Albim fluuium accolebant, erumpentibus, reſtitit tumultuarijs auxilijs Prouincialium. Ob quæ Conſulatum (176. Chriſti) meruit, teſtimonio Imperatoris. Cattos etiam debellauit. Inde Dalmatiam regendam accepit: quam à confinibus hoſtibus vindicauit. Pòſt Germaniam inferiorem rexit.

Imperium autem non laudabili modo conſecutus eſt: ſed ſuaſu deformis vxoris Malliæ Scantillæ, & formoſiſſimæ filiæ Didiæ Claræ, de militibus Prætorianis emit: ingentem pecuniam pollicitus (quantam poſtea perſoluere non potuit) item, Commodi ſe memoriam reſtituturum. Sic ipſe Sulpicianum, eiuſdem Imperij riualem, vicit: atque Commodus à militibus appellatus eſt. Ita fœda & periculoſa, ea tempeſtate ratio inuaſit: vt Imperatores iam non ſapientis & iuſti Senatus ſuffragijs legerentur (ſicut apud nos in Germania. Septemvirum Romanorum ſententijs, qui Electores vocantur) ſed libidine ſtulti & auari exercitus ſumma maieſtas venum proponeretur: atque Imperatores noui, ceu pila, iacerentur. Quod à Scriptoribus Græcis, qui tunc vixerunt, magnisq́ue rebus Romæ præfuerunt, grauiſſimis Dictis vituperatur. Τότε πρᾶγμα (inquit Dio) αἴσχιστόν τε, καὶ ἀνάξιον τῆς Ῥώμης, ἐγένετο. ὥσπερ γὰρ ἐν ἀγορᾷ, καὶ ἐν πωλητηρίῳ τινὶ, καὶ αὐτὴ, καὶ ἡ ἀρχὴ αὐτῆς, πᾶσα ἀπεκηρύχθη. καὶ αὐτὰς ἐπίπρασκον μὲν οἱ τὸν αὐτοκράτορα σφῶν ἀπεκτονότες: ὠνητίων δὲ ὅ, τε Σουλπικιανὸς, καὶ ὁ Ἰουλιανὸς, ὑπερβάλλοντες ἀλλήλους.

Imperatorum electio per exercitum.

Parricidæ ſui Imp. Pertinacis, auctionem Imperij faciebant: duo riuales, mutuis licitationibus alter alterum ſuperare contendebant;

Herodianus inquit: ὁ Ἰουλιανὸς, παρὰ γνώμην τοῦ δήμου, μετά τε αἰσχρᾶς καὶ ἀπρεποῦς διαβολῆς, ὠνησάμενος τὴν ἀρχὴν, ἐδεδίει τὸν δῆμον, οὐ γὰρ εὐφήμουν αὐτὸν, ὥσπερ εἰώθεσαν προπέμποντες βασιλέας: ἀλλ' ἑστῶτες δὲ, καὶ πόρρωθεν ἑστῶτες ἐβλασφήμουν, καὶ κακῶς ἠγόρευον. *Inuito populo, Iulianus, & cum probro, Principatum emit: ideoque populum metuebat. Non enim ei bene precabantur, vt aliàs Imperatoribus facere ſolebant: ſed procul ſtantes, maledictis inſectabantur.*

Ita miſer ille, ſua pecunia peſſimum ſibi emit exitium.

Non ingratas fuiſſe Germanis ac Sueuis, huiuſmodi iactationes Imperij Romani, ceu pilæ: ſed ipſos, earum quaſi ſpectatores fuiſſe, & in ſinu gauiſos eſſe, veriſimile eſt. Erant hæ tempeſtates, longinquæ præparationes aliquando ruituræ Romanæ potentiæ: & ad alium populum tranſmigraturæ.

Προαναφωνησις de Romanorum potentia ruina.

Cæterùm Commodi ac Pertinacis interfectores, & ipſi pœnas dederunt: Marciam & Lætum interficiente hoc Iuliano: Narciſſum autem poſtea, leonibus obiectum, Imp. Seuero: qui & Prætorianos, à quibus Pertinax nefariè occiſus erat, præclarè vltus eſt: vt dicetur capite ſequenti.

L. SEPTIMIVS SEVERVS IMP. ET ALEMANNOrum vel Sueuorum, ad Dannubium verſus migratio. Burgundiones. Magnitudo Germaniæ. Lauginga.

CAPVT XI.

EODEM 194. ſalutis anno, Imperium ſibi rapuit IMPERATOR CÆSAR L. SEPTIMIVS MARCI FILIVS SEVERVS PIVS PERTINAX Aug. XXII. Imperator: imperans A. 17. M. 8. D. 3. Afer fuit, apud Leptim Tripolitanæ prouinciæ genitus: Latinis & Græcis literis ſatis inſtructus: Punicâ eloquen-

Septimij Seueri imperium.

eloquentia promptior. Natus eſt circa 143. Chriſti parentibus Geta & Fuluia Pia, 6. Idus Aprilis. Omina futuri imperij, multa (apud Æl. Spartianum) putantur fuiſſe: inter quæ, & hæc: quòd nullum alium inter pueros ludum, niſi ad Iudices, exercuit: cùm ipſe, prælatis faſcibus ac ſecuribus, ordine puerorum circumſtante, ſederet, ac iudicaret. Cùm Romam, ſtudiorum causâ veniſſet: hoſpitem nactus, qui Adriani vitam Imperatoriam eâdem hora legeret: id ſibi omen futuræ felicitatis arripuit. Dormienti etiam in ſtabulo, ſerpens caput cinxit: & ſine noxa, experge factis atque acclamantibus familiaribus, abijt. Cum legatus Proconſulis Africæ factus, Mathematicum conſuluiſſet: poſitaque natiuitatis hora (horoſcopo) ingentia vidiſſet Aſtrologus: dixit Seuero: Tuam, non alienam, pone genituram. Cùm Seuerus iuraſſet, ſuam eſſe: alter ei dixit omnia, quæ poſtea facta ſunt. Serpentis omen.

Vxorem habuit Marciam: qua amiſſa, cùm aliam vellet ducere: genituras ſponſarum requirebat: ipſe quoque matheſeos peritiſſimus. Cùmque audiſſet, eſſe in Syria quandam: quæ id genitura haberet, vt Regi iungeretur: eandem petijt vxorem, Iuliam ſcilicet. Quam accepit interuentu amicorum: ex qua ſtatim pater factus eſt. Appellata poſtea eſt ἰουλία δόμνα σεβαστή, *Iulia Domna Auguſta.* Iulia Seueri vxor.

Poſt conſulatum, quem ſub Commodo adeptus fuerat, exercitui Germanico præpoſitus eſt.

In qua legatione ita ſe egit: vt famam nobilitatemque priorem cumularet.

Dehinc à Germanicis legionibus, cùm ipſe præeſſet Pannonibus (auditis Commodi morte, & indigno Iuliani imperio) Imperator eſt appellatus, idibus Aug. apud Carnutum, ſuperioris Pannoniæ (hodie Auſtriæ, Carinthiæ, & Carniolæ) oppidum: in cuius deſtructi loco, hodie S. Petronellæ Monaſterium fertur eſſe.

Hoc loco Herodianus lib. 2. ponit vſum exterarum legionum (contra Germaniam, & alias regiones) Romanarum.

Narrabatur, inquit, quomodo Peſcennius Niger eſſet Imperator in Syria factus contra Iulianum à militibus. διηγγέλλετο εἴς τε παίονας, καὶ ἰλλυριοὺς, καὶ πᾶν τὸ ἐκεῖσε στρατιωτικόν: ὃ ταῖς ὄχθαις τε ἴστρου καὶ ῥήνου ἐπικείμενον, ἀπεῖργον τοὺς ἐπέκεινα βαρβάρους, φρουρεῖ τὴν ῥωμαίων ἀρχήν. *Afferebatur ea fama & in Pannones, & in Illyrios, omneſque illorum locorum exercitus: quorum ſtationes erant ad depellendas, quæ trans erant, barbaras gentes: & ad tuendum Romanorum Imperium.* Legionum ad Iſtrum & Rhenum vſus.

Cæterùm cùm exercitum haberet voluntati ſuæ addictum (à quo & Auguſtus, & Pertinax, apellabatur: vt cædis indigniſſimæ Pertinacis vltor futurus) abſque mora Romam verſus duxit, nemine reſiſtente. Tunc Iuliano Imp. occiſo, effecit blandis verbis: vt Prætoriani, qui Pertinacem occiderant, inermes Româ ad ſe venirent, veſtitu pompam decente, Imperatoris ſcilicet deducendi gratiâ. Cùm adeſſent: ſuggeſtum conſcendit, tanquam comiter eos excepturus. Interim circundatos ab exercitu (antea ſic iuſſo facere: ſed neminem tamen vulnerare: ἐπισείειν *tantùm eis* τὰ δόρατα, *haſtarum concuſſione minari, vt metu continerentur) tanquam ſagena circumplicitos (*ὥσπερ σαγηνεύσαντας*) grauiſſimis verbis inſectatus eſt: vt turpis lucri causâ, perfidos in virum optimum Imperatorem ſuum Pertinacem, & vt eius parricidas factos. Proinde* Μυρίων θανάτων ἀξίους εἶναι, *millies mori commeruiſſe. Se tamen eis vitam condonare: ſed militibus ſuis iubere,* ἀφελέσθαι τε αὐτοὺς καὶ ἀποδύσαντας, εἴ τινα περικείμενα στρατιωτικὰ ἐσθῆτας, γυμνοὺς ἀποπέμπειν: *vt cingulum eis reſoluant: &, quicquid militaris veſtis geſtent, exuant: nudoſque dimittant. Sic horum* ἀπόζωσις *(exauteratio, degradatio) callidè facta eſt: interdictumque capitali pœna ſingulis: ne amplius intra centeſimum lapidem vrbis Romæ reperirentur. Abierunt in malam crucem: dolentes, ſe ita fraude turpiter circumuentos eſſe:* οὕτως αἰσχρῶς καὶ ὑβριστικῶς ἐκλωπισθέντα. Vindicta percuſſorum Imp. Pertinacis.

Anticæſares duos poſtea debellatos interfecit: Peſcennium Nigrum, in Ægypto & Syria rebellantem: Clodium Albinum, qui ſe in Gallia Imperatorem *fecerat: illum, 196. Chriſti: hunc 198. Germanos autem muneribus placauit: Orientis gentes vicit plures.* Anticæſarum ruina.

Magnis cum virtutibus, crudelitatem inſignem, aliaque vitia, coniuncta habuit. Vt, quòd Albini cadauer, capite mulctum, Romamque delatum, ante domum ſuam exponi ac diuidi iuſſit: deinde equum, ipſe inſidens, ſupra illud egit, expaueſcentemque admonuit: vt effrænatus audacter protereret. Quis Germanicus, quis Sueuicus, Rex aut Imperator, vnquam tam immanem ſæuitiam, aut ſimile dedecus, edidit? Seueri immanitas.

Commodum, in Senatu & concione laudauit: Deum appellauit: infamibus diſplicuiſſe dixit.

Multos illuſtres viros, Conſulares, Prætorios, ſine cauſa dictione occidit. Quintus etiam Chriſtianorum perſecutor, quanquam articulari morbo affectus, acerrimus, 204. anno Domini fuit.

Mors eiuſdem. *Tandem anno vitæ 70. perijt, Ebraci in Britannia: ſubactis gentibus, quæ Britannis infeſtæ videbantur: morbo grauiſſimo, anno Chriſti 212. pridie nonas Februar. extinctus: relictis duobus filijs: Antonino Baſſiano, ex prima vxore (etſi ab alijs contradicitur) & Geta Antonino (in honorem Antonini Marci ſic cognominatis) ex altera.*

Huius dictum eſt (cùm eum ex humili, per literarum & militiæ officia, ad Imperium plurimis gradibus ſua fortuna duxiſſet) OMNIA fui, & nihil expedit. Significauit, ea nihil prodeſſe: ſed omnia eſſe vanitatem. De eo Senatus ita iudicauit: ipſum aut naſci non debuiſſe, aut non mori: quòd & nimis crudelis, & nimis vtilis Reipub. videretur.

Sequens Epigramma de Seuero, extat in libro clariſs. viri, ADOLPHI OCCONIS R. P. Aug. medici: qui eſt de Impp. Romanorum Numiſmatibus: ſed & in vetuſtis Petri Apiani inſcriptionibus.

Ad annum Orbis 4163. V. C. 953. (Func. 951.) I. C. 201. In agro Auguſtiano. Al. in villa Vrſinij Aug. Dioces. ſtatua huiuſce inſcriptionis.

Epigramma. IMP. CÆSAR LVCIVS SEPTIMIVS SEVERVS PIVS PERTINAX AVG. ARABICVS ADIABEN. PARTHICVS MAXIMVS PONTIF. MAX. TRIB. POT. VIIII. IMP. XI. (AL XII.) COS. II. P.P. PROCOS. ET IMP. CÆSAR MARCVS AVREL. ANTONINVS PIVS AVG. TRIB. POT. IIII. PROCOS. ET IMP. P. SEPTIM. GETA. ANTONIN. VIAS ET PONTES REST. AB AVGVSTO M. P. XXXXI.

Alia Statua eiuſdem inſcript.

AB AVG. M. P. XXXXII.

Alia, eiuſdem inſcript.

AB AVG. M. P. XXXXIII.

Reſtaurarunt vias & pontes ab Auguſta mill. paſſuum 43. pater & ambo filij. Tuebantur hi & alij, Rhætiam & Auguſtam, contra Germanos & Sueuos.

Sueuorum migratio à Borea ad Auſtrum. *Nam circa ea tempora Sueui, qui ad Albim incoluerant, migrarunt in tractum Germaniæ Auſtralem, trãs Mænum, ad Danubium, & Nicrum & Rhenum: imminentes, ab vna parte, Tribochis & Rauracis (illis, Argentinam: his, ſupra Baſileam: habitantibus) ab altera, Rhætis & Vindelicis. Vide 4. Stumpf. 22. & 2. de Baſilea Chriſt. Vrſtiſ. 2. in Germanica lingua.*

Alemannorum origo & nomen. *Forſitan tunc nomen Alemannorum ortum eſt: vt non modò Sueuorum, ſed omnis etiam generis Germanorum (allerley Mann) concurſus: Romanam potentiam & inſidias indignantium. Quanquam alij nomen Alemannis hinc eſſe putant: quòd omnes eſſent viri fortes, alle Mann. Alijs ab Alemanno, vel Manno, XI. Tuiſconum Rege, nominati videntur: ſicut libro primo dictum eſt. Cuius Regis nomen, etiamnũ ad honorem illius manet: vt vir appellatur Mañ. Vnde compoſita, Bidermann/Edelmann/Zimmerman.*

Erant Romanis non grati vicini, Alemanni: ſed progreſſu temporis, ſæpe Danubium & Rhenum transgreſſi, illis damna dederunt, & viciſſim acceperunt. Præcipuè circa Nicrum, & nigram Syluam, habitabant: conantes Rhætiam, Turgouiam, Zurichouiam, & alia, ſub poteſtatem ſuam redigere. Eis quoque poſtea trans Danubium pars Rhætiæ, Vindeliciæ, & ipſius ſanè Algoia. *Heluetiæ, ceſſit. Inde reſtant nomina, Almangauia & Algoia, quaſi Alemannia. Adde Briſgoiam, Sundgoiam, Alſatiam: quæ regiones ab Alemannis, vel Sueuis, frequentatæ ſunt. Sic & VVirtembergia, à Sueuis. Sed hæc, longiore tempore progreſſo.*

De Alemannis B. Rhenanus rerum Germ. libr. I. qui 1547. obijt.

Alemannorum ſedes. *Alemanni, inquit, inter Mænum amnem, Danubium, Rhenum, & fontem Danubij, ſiue limitem, qui Rhætiam ac Germaniam diuidit, nouas ſedes fixerunt. Non quòd hanc latã Germaniæ partẽ, antè non tenuerint Germani, ac partim Sueui: ſed quòd tũ pauciores incolas haberet is*

tractus

tractus: & commodior eſſet, illinc, ad Rhætiam primam (vbi Algoia, & alia) hinc, ad Maximam Sequanorum (vbi loca Baſileæ, & Colmariæ) & primam Germaniam, incurſandam, opulentiſſimas prouincias: quod vnum ſpectabant Alemanni. Quo nomine nihil ambigendum eſt: prioribus cultoribus gratum fuiſſe conſanguineorum ſuorum aduentum. Argumento eſt, illos à Septentrione veniſſe: quòd, cùm Gotthi Burgundiones, adhuc in ſuis ſedibus agenteis, excinderent: Alemanni profligatos reſtituere voluerunt: non hoc facturi, niſi aliquid vel amicitiæ, vel fœderis, inter ipſos interceſſiſſet: ex veterum fortaſſis ſedium vicina. Docet hoc Mamertinus Panegyriſtes (laudator) in Genethliaco ad Maximianũ Aug. Gotthi, inquit, Burgundiones penitus excindunt. Rurſum pro victis armantur Alemanni. Adde huc, quòd, quum à Gotthis eiecti Burgundiones, in Germania ſedis inopes vagarentur: ad Alemannos, tanquam amicos, conceſſêre. Sed quum potentem gentem recipere nollent: Illi vi & ferro in Alemanniam, non tamen citra damnum ſuum, irrupêre: & aliquot illic annis conſedêre donec in Sequanos maturius tranſirent. Colligitur hoc ex Mamertino, Burgundiones, inquit, Alemannorum agros occupauêre: ſed ſua quoq; clade quæſitos. Alemanni terras amiſêre, ſed repetunt. Porrò Martiana Sylua, ſiue Hercynia, Alemannis tutum perfugium erat aduerſus Romanos inſequenteis: quod aliquoties accidit. Alemanni, Die Schwartzwälder.

Burgundiones.

Gotthi.

Sylua Martiana.

Sebaſt, Munſt. 3. lib Coſmograph. cap. 8. qui 1552. anno obiit.

Hoc certum eſt, inquit: SVEVOS ante duo millia annorum, ſemper celeberrimum Germaniæ fuiſſe populum: quorum meminerunt omnes gentiles Scriptores. Imò Sueui fuerunt olim genuini & veri Alemanni. Tempore D. Hieronymi (400. Chriſti fuerunt tres inſignes populi in Germania: nempe Saxones, Francones, & Alemanni, hoc eſt, Sueui. Franci habitarunt partim circum oſtia Rheni: & partim iuxta ripam Mœni. Alemanni complectuntur Sueuos, Cheruſcos, & Cattos. Francis verò fuerunt admixti Chauci & Chamaui. Et cap. præcedente 7. Per antiquam Germaniam, ait intelligendam eſſe eam: quæ his quatuor incluſa fuerit aquis: Rheno, Danubio, Viſtula, & mari Septentrionali. Sic temporibus quidem Iulij Cæſaris, & poſt, erat: ſed vetuſtiſſimis ſeculis (vt antehac non ſemel oſtenſum eſt) Gallia & Germania coniuncta erant: ſub vocabulo γαλατικὸ (aut etiam κελτικὸς) comprehenſæ. Ruente verò Imperio Romano: progreſſu temporis, Rhætiam quoque occuparunt, Vindeliciam, Noricum, Superiorem Pannoniam. Alpes. partem Illyriæ, loca Tridentum vſque. Belgiam item ferè totam: Brabantiam, Flandriam, Holandiam, Geldriam, Treuerim, Coloniam, Moguntiam, VVormaciam, Spiram, & alia. Heluetia acceſſit, Boruſſia adiecta eſt.

Sueuorum celebritas.

Antiqui Germania populi.

Anno Domini 198. Conſules erant (viuente adhuc Imp. Seuero) Lateranus & Rufinus. Quo tempore videtur Ioanni Heroldo (in libello de Romanorum in Rhætiam littorali ſtationib.) oppidum Lauingam iam tum fuiſſe, ex his ibi Inſcriptionibus.

Lauingæ oppidi antiquitas.

DEO MERCVRIO SIGN. EX VOTO IVLIVS GALLICVS, ET AVR. SIBVLLA. P. L. I.

Quaſi ab hoc Iulio Gallico Pſeudo Comitatenſi, legionis primæ milite, illud Mercurij ſignum poſitum fuerit. Quod è Lauginga tranſlatum Auguſtam ait in ædes Peutingeri.

Proconſuli autem ambarum Rhætiarum, ſeu Duci militari, vel Limitaneo (Marckgrauio) à Magiſtro præſentalium peditum ſummiſſos eſſe ordines Legionis tertiæ Italicæ Palatinæ, Legionis Auguſtææ Comitatenſis, legionis primæ Pſeudocomitatenſis, ambarum auxiliariarũ. Sic Rhætias, à Præfecto Prætorio, cui Proconſul paruerit, diſpoſitas fuiſſe. Sic factum præſertim contra Sueuos fuit.

MERCVRIO.

CVIVS SEDES A TERGO SVNT.
APPIVS. CL. LATERANVS XV.
VIR SACR. FAC. COS DESIGN.
LEG. AVG. PR. PR. LEG. III.
ITAL. V. S. L. M.

Hanc inſcriptionem cum ſigno, in iiſdem ædibus inquit ſeruari. Significari autem, legionem Auguſtæam Comitatenſem auxiliariam, Præſidium ibi condidiſſe (inter Lauingam & Gundelfingam vbi ſe puerum, ſi bene meminerit, quadrato lapide ingentis ædificij rudera vidiſſe) & ipſum Præfectum legionis ibidem conſediſſe.

H 3 Addit

Addit, in monumento Primipili apud Laugingam, hæc legi.

DEI APOLLINIS GRANNI REL. P. P. DIONYSIVS LEG. AVG. PR. P. AD KAL. IVNIAS.

Veriſimile eſſe, Primipilum, tanquam caput legionis, Præfecto præſidij cohabitaſſe. Apollinem, & à Primipilo, & à Comitatenſi, cultum eſſe.

Præterea ex illo, L E G. A V G. incolas feciſſe credit, adiecta terminatione I N G E N *(in quam exeuntia loca, ferè omnia à Rom. exercitibus inſeſſa fuerint)* L A V G I N G E N: *eiectis duabus intermedijs literis. Ergo Laugingen, quaſi legionis Aug. auxiliariæ præſidium.*

Literæ V. S. L. M. ſignificant, Viuus ſibi locum monumenti.

Comes. *Apollini Granno, vel Grannio: Carno, vel Carnio, feſti dies agebantur Spartæ: militaris vitæ imaginem præferentia. Comes erat tunc, qui olim Legatus,* ὑποστράτηγος, *Vicarius.*

Anno Chriſti 207. Conſules erant Albinus & Æmylianus: quæ nomina ſunt in hac non integra Ratisbonenſis ſaxi inſcriptione. SIG. PRO. S. A. S. V. L. L. M. ALBINO ET ÆMYLI. COSS. Id eſt, Signari procurauit ſibi ac ſuis. Viuus legit locum monumenti, Albino & Æmyliano conſulibus.

BASSIANVS CARACALLA IMP. ACTA EIVS IN GERMANIA. MARchiobadena. Calua. Tybinga. Halprunnum. Hala Sueuica. Auracum.

CAPVT XII.

Imp. Caracalla. *ANNO Chriſti 212. Imperat Imp. Cæſar D. Seueri F. M. Aurelius Antoninus, Pius felix Aug. XXIII. populi Rom. Imperator: per annos 6. M. 2. D. 5. Natus fuit Lugduni, anno* 190 *circiter Domini, die April. 6. Nam, quo anno pater Seuerus occupauit vrbem Parthiæ Cteſiphontem (nempe circ. 203. Chriſti) Spartianus Baſſianum ait egiſſe tertium decimũ ætatis annũ. Poſtea perijt 219. ſalutis, annorum ferè XXX. teſte Sex. Aurelio. Alij tamen 43. annos ei tribuunt: vt ita 176. Chriſti natus fuiſſet. Initiò, Baſſianus fuit dictus. Poſtea pater, Aurelium Antoninum appellauit: quòd ſomniauerat, ſibi ſucceſſurum Antoninum. Sed & Getæ, nomen Antonini, gratioſum omnibus, datum fuit. Accepit Baſſianus & Caracalli, vel Caracallæ nomen à veſtimento, quòd populo & militibus dederat (ipſe etiam geſtans) barbarum, diſſectum, ex multis partibus conſutum (vt apud Dionem Xiphilini eſt) dimiſſum vſq; ad talos.*

Fuerat eius pueritia, blanda, ingenioſa, Parentibus affabilis, amicis Parentum iucunda, populo accepta, Senatui grata. Poſtea altero Imperij anno. 5. Calend. Mart. fratrem & collegam Fratricida. *Getã, immiſsis centurionib. occidendum curauit: licet is illis conſpectis, ad matrem Iuliam perfugiens, & ex collo eius pendens, exclamaſſet miſerabiliter: Mater, mater, genetrix, genetrix, fer opem, occidor:* μῆτερ, μῆτερ, τεκοῦσα, τεκοῦσα, βοήθει, σφάζομαι. *Vulnerata fuit matris manus: ipſa ſanguine nati ſui perfuſa: neque auſa poſtea eſt ne priuatim quidem, caſum flere acerbiſſimum. Ille, falſo nomine inſidiarum, ſibi à fratre factarum, culpam prætexuit.* φερόμενος δ' ὅλων τῶν βασιλείων, ἐβόα, μέγαν κίνδυνον ἐκπεφευγέναι, μόλις τε σεσῶσθαι. *Papinianum Iuriſc ſuſtulit: quòd is cædem fratris, ab illo iuſſus, excuſare noluerat: dicens, non tam facilè parricidium excuſari poſſe, quam fieri.*

Furijs agitatur. *Quam ob cauſam, furore Baſſianus pœnas dedit, Dirarum inſectatione vltricum: etſi poſtea conualuit. Gladium ſanè, quo frater peremptus fuerat, Deaſtro Serapidi in Templo Alexãdrino conſecrauit: qui gladius, cùm ingens ignis in eo Templo, non multò ante interitum Caracallæ, extitiſſet: cæteris rebus ſaluis, ſolus conflagrauit.*

Iulia nouerca, ab illo ducitur. *Duxit & 217. Chriſti, vxorem, nouercam ſuam, Iuliam Syram: quòd, cùm eſſet pulcherrima: & quaſi fortuitò, maxima ſe corporis parte nudaſſet; Antonino dicenti, Vellem, ſi liceret: reſponderat: Si libet, licet. An neſcis, te Imperatorem eſſe: & leges dare, non accipere? Tunc nefarias cum illa nuptias celebrauit parricidio adiungens inceſtum. Hæc, Spartianus, nouercam di-* Oppianus Poëta. *cens. Sed matrem Baſſiani fuiſſe, Cilix Poëta Oppianus, initio operis de venatione teſtatur, his verſibus.*

Φέγγος ἐνυαλίων πολυήρατον Αἰνεαδάων:
Αὐσονίης ζηνὸς γλυκερὸν θάλος Ἀντωνῖνε:
Τὸν μεγάλη μεγάλῳ φιτύσατο Δόμνα Σεβήρῳ:
Ὀλβίῳ εὐνηθεῖσα, καὶ ὄλβιον ὠδίνασα:
Νύμφη χρυσοπέπλα, λεχὼ Διί τι καλλιτόκεια:
Ἀσσυρίη Κυθέρεια, καὶ οὐ λείπουσα σελήνη.

Ait magnam Domnam, Venerem Aſſyriam, ex Imp. Seuero peperiſſe bellicoſum Antoninum. Dedicauit autem ſua opera huic ipſi Antonino: ac pro ſingulis Verſibus, ſingulos Aureos accepit. Non ergo voluit falſum ſcribere.

Ipſa

Ipſa in nũmis Ad. Occonis, IVLIA DOMNA AVG. vocatur: &, ΙΟΥΛΙΑ ΔΟΜΝΑ ΣΕ ΒΑΣΤΗ.

Num. Argent. FECVNDITAS. Fecunditatis typus, ſiniſtrâ palmitem gerentis: qui & ſupra caput excreuit: & ſuo onuſtus eſt fructu. Dextra, ſuper globum extenſa, ſtellis interſtinctum: circa quem quatuor pueruli. Pepererat videlicet duos filios (Baſſianum & Getam) ac duas filias, maritis Probo & Ætio datas.

Palmes, fœcunditatis typus.

Caracalla Alexandrum magnum, eiusq́ geſta, in ore ſemper habuit. Ideo Phalangem ſibi comparauit ex ſolis Macedonibus: in qua erant milites decies ſexies mille: inſtructi armis, quibus olim exercitus Alexandri: ſcilicet galeâ ex crudo bouis corio, thorace ex lino triplici ſcuto æreo, longa lancea, breui haſta, gladio, calceamẽto. Ariſtotelis Scripta comburere voluit: quòd is Alexandro cauſa mortis viſus eſſet. Proinde Alexandriæ contubernia (τὰ συσσίτια, vt Dio vocat) Ariſtotelicorum Philoſophorum, eorumq́ commoda, ſuſtulit.

Macedonum armatura.

Anno 213. cum Germani, Danubium tranſgreſſi, Rhætias & Vindeliciam deuaſtaſſent, ac diripuiſſent: Caracalla, conſcientiâ facinorum ſuorum actus & vrbis Romæ habitationem pertæſus (vt Herodiani lib. 4. ſcribitur) inde diſcedendum ſibi, tanquã ad caſtrorum & præſidiorum inſpectionem apud barbaras gentes, duxit. Ad Danubium igitur profectus: ſeptentrionales Imperij partes curabat: corpus exercebat aurigationibus, beſtiarumq́ omnis generis occiſionibus. Sed & pro tribunali, quanquam raró, ſedebat: atq; cauſas cognoſcebat, & iudicabat. Omnes qui trans flumen erant: Germanos ſibi conciliauit (ᾠκειώσατο) auxilia ab eis accepit, & ſtipatores corporis: fortiſſimo & pulcherrimo quoq; ex eis delecto. Sæpe quoq; Romana chlamyde depoſita, cultu Germanico vſus eſt: Chlamydibus, quibus argento ornatis vtuntur (ἐν ἐσθῆσιν, ἀργύρῳ πεποικιλμέναις) conſpicuus: capillis flauis, & Germanico ritu tonſis, capiti appoſitis. Quo factum eſt, vt Barbari (ſic Herodianus Germanos & Sueuos, ſicut alij externi Scriptores vocat) illum ſupra modum diligerent. Sic & ſuis militibus chariſſimus erat, propter pecuniarũ in ipſos profuſiones: & quòd tenui cum ipſis victu contentus, vbicunq; manuum labore aliquid efficiendum eſſet: ipſe primus quanquã parui corporis eũ caperet: ac ſibi gratius eſſe ſimularet: ſi cõmiliso ab illis, quã ſi Rex appellaretur.

Caracallæ Germanica expeditio.

Cùm Germanos ſubegiſſet (inquit Spartianus) Germanicum ſe appellauit: vel ioco, vel ſeriò: vt erat ſtultus & demens: aſſerens, ſi Lucanos viciſſet, Lucanicum ſe appellandum. Subegerat. At quomodo? Non armis admodum, ſed magnis muneribus: ſicut οἰκειώσασθαι dicit Herodianus. Scripſit ſe Germanicum 213. Domini, & ſequentibus annis: vt teſtantur nummi Ad. Occonis. Sed & viuo adhuc patre, id nomen erat conſecutus.

Germani ſibi titulum aſſumpſit

*Quando autem antea quoque in Germania verſabatur: exiſtimatur, Marcianas aquas (*Marckgraffenbaden*) ædificio ornauiſſe: vt Germanorum ſcil. animos, aliquando ſibi ad bellum aliquod (vt, Parthicum) profuturos, conciliaret: quemadmodũ Ioan. Heroldus, de Statu legionum in vetere Germania, capit. 6. ſentit. Adducit de Caracalla, & thermis Badenſibus, hoc Epigramma.*

M. AVRELIO ANTONINO CÆS. IMP. DESTINATO IMP. L. SEPTIMII SEVERI PERTINACIS AVG. F. RESP. AQV.

Thermæ Badenſes.

Ergo antequam Imperator eſſet: Reſpub. Aquenſis hoc ei poſuit: nempe Orbis 4159. V. C. 949. I. C. 197. vt eſt in Numiſmat. Occonis.

Marcianæ aquæ (inquit ibidem Heroldus) videntur complecti Marckgraffbadẽ/Zeller⸗baden/ *&* Wildbad: *quaſi dicatur de eis,* die Bad im Hartzwald: *id eſt, in Hercynia, ſeu Marcian ſaylua. Et propè adiacet oppidum* Kalw: *à quo non longè abſunt calidi fontes: à Romanis militibus inuenti. Hinc, Comitũ à calidis aquis origo:* die Graffen von *KALB. Ergo, Comites Caluenſes, quaſi Calidenſes, Heroldo dicti ſunt. Idem capite præcedenti ſalſas quoq; Goeppingæ aquas ſub Marcianis comprehendit.*

Martianæ aquæ.

Kalb oppidum.

Idem Heroldus, in eiusdem libelli cap. 8. exiſtimat: Caracallam, Germanorum ſtudia & mores ſectantem, in loco eo, vbi nunc oppidum TVBINGA eſt, ius dixiſſe: ibi manſionem ſuam, & præſidium Auguſtæum, Palatiumue, habuiſſe: quòd videantur fragmenta, quæ ibi viſantur, teſtari.

Goeppinga.

IMP. CÆS. DIVI L. SEPT. SEVER. P. PERT. AVG. PARTH. ARAB. ADIABEN. P. M. AVREL. ANTONIN. AVG. SARMAT. MAX. GERM. MAX. DAC. MAX. ARMEN. MAX. BRITAN. MAX. ARAB. MAX. ALEMAN. MAX. PARTH. MAX. P. F. PONT. MAX. TRIB. POTE. VI. COS. PROCOS. PERPET. LEG. VIII. ANT. AVG. P. F. EIVS. NVM. DEVOT. PRIN. OPT. FORTISS. Q.

Tubingæ Caracallam fuiſſe.

Huiuſmodi autẽ inſcriptiones Imperatorũ, non, niſi celebrioribus in locis, foro, aut Baſilica aliqua, ponebantur.

Sed in vetuſtis Apiani Inſcriptionibus, hoc tantùm fragmentum extat in lapide fracto. Tubingæ.

MAX IN
AVG. E GER MAX
DAC · MAX ARM
MAX TRIB P
COS ET.

Cùm autem in priore Inſcriptione ſit, TRIB. POTE. VI. COS. facta ea fuerit 203. Domini, Nam in Numiſmat. Occonis ſic ſcribitur, de argenteo nummo.

Orbis 4165. V. C. 955. I. C. 203.

ANTONINVS PIVS AVG. PONT. TR. VI. COS.

Figura militaris galeata: dextra victoriolam, ſiniſtra haſtam.

Victoria Dea.

VICTORIA, Dea erat apud Romanos: cuius ſimulacrum erat lauro coronatum: vnâ manu ramum palmæ, altera oleæ, præferens.

Halprunnum.

In eodem deinde libello, capit. 10. vbi de Halprunn agit, putat: vocabulum Haliſſone Ptolemæi, corruptum eſſe: pro Saltzborn/ id eſt, Halbrunn: quia Ptolemæus de fontibus, ſalsâ aqua fluentibus ad amnem Cocharum, mentionem faciat: vbi HALA ſcil. Sueuica ſit, & Halprunnum. Ptolemæum, vt exteræ nationis, non potuiſſe dicere Halprunn/ ſed feciſſe Halizonem. Caracallam porrò, vitam vrbanam peroſum, Circum ſuum Romanum nonnihil ſibi in hoc ipſo loco effinxiſſe: & ludos ac munera Germanis, vt rem eis antea non viſam, atq; mirandam, edidiſſe. Huic rei teſtimonio videri leges duelli: quorum Iudex ſit S.P.Q. Halenſis. Antoninum voluiſſe talibus rebus conciliare ſibi Germanos: vt eorum operâ poſſet vti.

HalaSueuorum.

Auracum.

Videtur eidem Heroldo, einſdem libelli cap. 9. oppidum AVRACVM (quod 2. miliaribus à Tubinga diſtat: habens vetuſtam & munitiſſimam arcem) à Ptolemæo ex ſententia Veterum: Artanum dictum, fuiſſe venatoriam ſtationem Antoninianam: quòd is locus hodieque, præfecturæ venatoriæ prærogatiuis, inter Imperij ordines illuſtretur: & habeat inſignia, Buccinam venatoriam (ἀρτάνη, laquens: ad ſaltus & ſtabula ferarum, retibus & plagis cingenda) Germanis denique locus ille, ad venandum aptiſſimus fuerit. Antonino igitur propinquum locum manſioni, aut caſtris, captum eſſe: vnde venationi, vt eius auidiſſimus, operam dederit. Sed de his ſatis.

Non ab re eſt, etiam diaſyrticum (iocoſum) quiddam (inquit Spartianus) in eum dictum addere. Nam cùm Germanici, & Parthici, & Arabici, & Alemannici, ſibi nomen adſcriberet (quòd Alemannorum gentem deuicerat) Heluius Pertinax, filius Pertinacis, dicitur dixiſſe: Adde, ſi placet, etiam, GETICVS maximus: quòd ſcil. Getam occiderat fratrem: & Gotthi, Getæ dicerentur: quos ille, dum ad Orientem tranſit (Chriſti 217.) tumultuarijs prælijs deuicerat. Id Dictum, altius in pectus Baſſiani deſcendit: vt poſtea nece Pertinacis eſt approbatum.

Geticus maximus.

Caracallæ immanitas, & furia.

Fuit Antoninus, eius etiam immanitatis: vt his præcipuè blandiretur, quos ad necem deſtinabat: & eius blandimentum magis timeretur, quam iracundia.

Cùm ſæpe ſibi videretur agitari gladijs patris & fratris: multorum animas, vt huic malo ſuccurreret, ex Inferis euocauit (Dæmones ſcilicet) quorum nemo ei reſpondit, præterquam Commodus, qui inquit:

ἕρπε δίκης ἆσσον, *pergas ad pœnas.*

Interitus eius.

Interijt medio itinere, in oriente inter carras (Abrahami Patriarchæ quondam Haram) & Edeſſam: à Centurione Martiale interfectus: cùm veſicæ leuandæ gratiâ (τῦ ἀποκενώσασθαι τὰ ἐνοχλοῦντα, *Herodiano) ſeceſſum quæſiuiſſet. Illius enim fratrem Caracalla interfecerat: & præterea Opilius Macrinus, caſtris ſeu Prætorio præfectus, Martialem impulerat: quòd metuebat: ne, niſi anteuerteret, ipſe à Caracalla interimeretur. Plautianus enim quidam huic ſcripſerat: Macrinum Imperio & vitæ eius inſidiari. Sed Caracalla, ſtudio equeſtri occupatus, noluerat literas illas legere: Macrino legendas dederat: vt ſibi indicaret, ſi quid maioris rei ineſſet. Hic autem, pernicie ſua lecta, literas non reddiderat: nihil cognitu Maiaſtati eius dignum ineſſe cauſatus. Sic Antonino die ſuo natali, 8. idibus Aprilis, exitium accidit. Germani autem equites, quibus vnicè ad cuſtodiam ſui corporis delectabatur, percuſſorem aſſecuti, iaculis confecerunt. Mater poſtea Iulia, vitam Antiochiæ inediâ finiuit.*

Literæ non lectæ.

Germani equites.

Argent.

Argent. num. Occonis.

DIVA IVLIA AVGVSTA. — *Iuliæ matris illius mors.*

CONSECRATIO. Pauo caudem expandens.

In Iuliam hanc, antea quodam tempore ſcomma Caledoniæ in Anglia nobilis matronæ, ab illa morſæ.

Πολλῷ ἄμεινον ἡμεῖς τὰ τῆς φύσεως ἀναγκαῖα ἀποπληροῦμεν τῶν ῥωμαΐδων· ἡμεῖς γὰρ φανερῶς τοῖς ἀρίστοις ὁμιλοῦμεν, ὑμᾶς δὲ λάθρα ὑπὸ τῶν κακίστων μοιχεύεσθαι. *Nam cùm tria millia Mœchorum Romæ eſſent accuſata: executio non fiebat. Neque hæc ipſa Iulia, viuente adhuc Seuero, fuerat caſta.* — *Calidonia Angla ſcomma.*

Ipſe quoque parricida & inceſtus: patris, & matris, & fratris, inimicus, Caracalla: à Macrino tamen, timore militum, inter Deos relatus eſt. Habuit Templum, & ſalios, & ſodales Antoninianos: quaſi dicas, Monachos & Sacerdotes, familiæ Antoninorum aſſignatos: eius ſalutem & honorem procurantes.

IMP. OPILIVS MACRINVS, CVM F. DIADVMENO. ITEM Imp. Varius Heliogabalus. Fænninga. Marcomanni.

CAPVT XIII.

SVCCESSOR Baſſiani fuit IMP. CÆSAR M. Opilius (al. Opelius) Aurelius Seuerus Macrinus felix Auguſtus, 219. Chriſti, XXIIII. populi Rom. Imp. qui A. 1. M. 1. D. 28. imperauit filio Diadumeno in participatum aſcito, Cæſare appellato. Natione Maurus à Dione perhibetur, ex ciuitate Sicelia Cæſarea, obſcuris parentibus natus, ſed benè moratus. Intellige, ante imperium. Nam poſtea non laudantur mores eius à Capitolino. Præfectus Prætorio eſt factus: deinde, vt dictum eſt, Imperator. Crudelis tum in alios, tum in domeſticos: ita, vt pro Macrino Macellinus vocaretur. Ingens prælium cum Partho Rege Artabano commiſit: qui vlciſcebatur Baſſiani perfidiam: qua is ſub ſpecie filiæ, eius ducendæ, Parthos inopinantes, ſimulatus Regis gener, graui plaga affecerat. Poſtea pacem ab Artabano Macrinus ingenti pecunia emit. Adhibuit in conuiuio literatos viros: vt de ſtudijs liberalibus loquendo, minus cibo vinoque ſe repleret. — *Opilij Macrini imperium.*

Victus pugna eſt, proditione militum ſuorum, à puero Heliogabalo qui poſt eum imperauit: deinde, & ipſe 54. anno vitæ, & filius, à militibus occiſus, in Cappadocia. 7. idus Iunij Capitolinus, in vico quodam Bithyniæ occiſum ait, cum filio. Hunc vicum alij Chalcedonem dicunt. Nam quòd militum luxuriam, ſtipendiaq́; profuſiora, comprimeret: eis non gratus fuit. Vt non parum verum, illud Lucani ſit: — *Interitus eius.*

Nulla fides pietaſque, viris, qui caſtra ſequuntur,
Venaleſque manus. Ibi fas, vbi maxima merces.

Iohannes Heroldus, de Romanorum in Rhætia litorali ſtat. ait, Imperatoris huius Macrini patrem fuiſſe Iulium Macrinum: qui conſul fuerit 157. Chriſti. Sed ponit Funccius Macrinum, & Ælium Celſum, conſules ad 165. Domini. Extat autem de Iulio Macrino Epigramma, in Inſcriptionibus Petri Apiani hoc.

Muro D. Vlrici Auguſtæ affixum.

IVLIO. MACRINO. QVONDAM. VETERAN. MLT. EX. BI. COS. CONIVGI. CARISSIMO. SECVNDIA. SERVATA. ET SIBI. ET IVLIIS. ET. ALPINO. EE ALPINÆ. FILIIS. BENEVALENTIBVS. F. C.

Scribit Heroldus, hoc Eulogium ex vico Fenningen, Auguſtam ad Monaſterium Prædicatorum, ad D. Vlrici, ad Peutingeri ædes, translatum eſſe. Fenningæ vico ſiue Faienningæ, aut Fænningæ, nomen contigiſſe à Baienibus, ſeu Faienibus: loco, vbi ſtationem quartam Legionis III. Italicæ Baiennius Primipilus, ad Prentium amnem & pagum habuerit. — *Fenningen vicus.*

Anno Domini 220. erat Imper. Cæſ. diui Antonini F. M. AVRELIVS ANTONINVS P. F. Aug. XXV. Imp. puer XIIII. annorum: qui præfuit A. 3. M. 9. D. 4. Herodianus tamen, in ſextum annum imperaſſe ſcribit. VARIVS eſt dictus à condiſcipulis: quòd vario ſemine (de meretrice vtpote Semiamira, vel Soæmide, Caracallæ concubina) conceptus videretur. Heliogabalus autem, quòd Sacerdos Dei Heliogabali erat: quo nomine Phœnices Solem vocant. Alij Elagabalum nuncupant. Herodianus, ἐλαιαγάβαλον. Antonini nomen ſibi adſciuit: vel in argumentum generis: vel, quòd id nomen ita charum erat gentibus: vt etiam parricida Baſſianus causâ nominis amaretur. Genus eius, hoc erat. — *Varij Heliogabali imperium.*

N. Iulia

Genus eius.

N. { *Iulia, Seueri & Caracallæ Impp. vxor.*
Mæſa, { *Soæmis, vel Soæmias, ſcortum Caracallæ: ex quibus, Heliogabalus.*
Mamæa, cuius filius ex Vario Marcello fuit Alexander Seuerus, poſtea Imperator.

Caterùm nec ſcribi ſatis poteſt, nec debet: qualis ille beſtia, quale portentum, fuerit.

Vita & mores. *Vbi primum Senatus diem habuit (inquit Ælius Lamprid.) matrem ſuam in Senatum rogari iuſſit. Ea veniens ad conſulum ſubſellia, ſcribendo affuit: id eſt, Senatusconſulti conficiendi teſtis fuit.* *Mulierum Senatus.* *Fecit ea Senatulum quoq; in colle Quirinali: id eſt, mulierum Senatum. Ibi Senatusconſulta fiebant de legibus matronalibus: quæ quo veſtitu incederet: quæ cui cederet: quæ ad cuius oſculum veniret: quæ pilento, quæ equo ſaginario, quæ aſino, veheretur: quæ carpento mulari, quæ boum: quæ aurum, vel gemmas, in calceamentis haberet. Hæc quantos riſus noſtris Germanis & Sueuis excitaſſe, cogitandum eſt?*

Ignem perpetuum virginum Veſtalium, & omnes Romanas religiones, extinguere voluit: atq; efficere, vt per orbem terræ, Heliogabalus Deus vnus vbiq; coleretur.

Ægrè ferebat (inquit Herodianus) conſobrinum ſuum Alexandrum, à matre Mamæa honeſtis ſtudijs educari, Græcis & Latinis: pœnitebatq; eum ipſius à ſe adoptati, & Cæſaris nomine appellati. *Heliogabalus, Scholarum inimicus.* *Præceptores itaq; eius omnes, è ſua Aula eiecit: quoſdam ex eis præclaros, morte, alios exilio affecit: quaſi filium ſibi perderent: non ſinentes ſaltare & bacchari: ſed ad modeſtiam, & viris dignas actiones, educantes. Vitæ quoq; conſobrini inſidiatus frequenter eſt. Sed militum Prætorianorum fauore, & matris Mamææ curâ, protectus fuit. Idem Heliogabalus filios ſe nolle dicebat (Lampridio teſte) ne quis ſibi frugi contingeret.*

Senatum nonnunquam ita contempſit: vt Mancipia togata appellaret. Etiam vrbe expulit.

Euripi. *Fertur in euripis (foſſis proſeptis, in ludis) vino plenis, nauales circenſes exhibuiſſe. Canes iocinoribus anſerum, pſittacis atq; phaſianis leones, aliaq; animalia, pauit. Fertur & phœnicem auem conuiuis promiſiſſe: vel pro ea libras auri mille.*

Paraſitorum pœna. *Paraſitos, ad rotam aquariam ligabat: & cum vertigine ſub aquas mittebat: eoſq; Ixionios amicos vocauit.*

Ebrios amicos plerunq; claudebat: ac ſubitò nocte leones, & leopardos, & vrſos, exarmatos, immittebat: quo terrore, expergefacti in cubiculo eodem, pleriq; exanimati ſunt.

Holoſerica veſtis. *Primus Romanorum, holoſerica veſte vſus fertur: cùm iam ſubſerica, in vſu eſſent. Linteamen lotum, nunquam attigit: mendicos dicens, qui linteis lotis vterentur. Calceamentum nunquam iterauit. Annulos etiam negatur iteraſſe. Omnes de circo, de Theatro, de Stadio, & omnibus locis ac balneis meretrices collegit in ædes publicas: & apud eas concionem habuit quaſi militarem: dicens eas, & commilitones.* *Meretricum honores.* *Fertur & fœminam notiſſimæ infamiæ, ac pulcherrimam, redemiſſe C. H S. (id eſt, 12500. Aureis: cùm Seſtertium genere Neutro, 25. Aureos, vel coronatos, faciat) eamque intactam, velut virginem coluiſſe. Aquiliam Seueram virginem Veſtalem, rapuit: dicens, ideo ſe facere: vt ex ſe, Dei Heliogabali Pontifice, & ex Veſtali Sacerdote, diui liberi naſcerentur: vt apud Dionem eſt.*

Aranearum collectio. *Collegiſſe dicitur (perhibente Lampridio) decem millia pondo aranearum: dicens & hinc intelligendum, quam magna eſſet ROMA.*

Naues onuſtas merſit in portu: magnanimitatis hoc eſſe dicens.

Mittebat Paraſitis per Cellarios ſalaria annua: vaſa cum ranis, & ſcorpijs, & ſerpentibus, alijſq; huiuſmodi monſtris. *Et murium.* *Iubebat ſibi & decem millia murium exhiberi: mille muſtellas, mille ſorices. Octo caluos rogabat riſus causâ ad cœnam: item, octo luſcos, octo podagroſos, octo ſurdos, octo nigros, octo longos, octo pingues.*

Donauit & argentum omne conuiuis, quod habuit in conuiuio: & omnem apparatum poculorum: idq; ſæpius.

Tandem huius deteſtabilis monſtri hic fuit exitus. Cùm ei prædictum eſſet à Sacerdotibus *Biothanatos.* *Syris biothanatum ſe futurum (vi moriturum) parauerat funes, blatta (purpurâ ex Indico conchylio) & ſerico, & cocco, intortos: quibus, ſi neceſſe foret, laqueo vitam finiret. Parauerat & gladios aureos: quibus ſe occideret, ſi aliqua vis vrgeret. Parauerat & in ceraunijs (gemmarum* *Mortis præparatio.* *candidarum genere) & hyacinthis, & ſmaragdis, venena: quibus ſe interimeret, ſi quid grauius immineret. Fecerat & altiſſimam turrim: ſubſtratis aureis gemmatiſque antè tabulis: ex qua ſe præcipitaret: dicens, etiam mortem ſuam, precioſam eſſe debere; & ad ſpeciem luxuriæ, vt diceretur ne-*

tur nemo ſic periſſe. En Diabolici hominis diabolica ad mortem præparatio. Sed nihil omnia iſta valuerunt. Nam impetu repentino (6. idus Mart. anno vitæ eius 18.) in eum facto: in latrina, ad quam confugerat, per ſcurras occiſus eſt: per plateas tractus ſordidiſſimè: per cloacas ductus: per pontem Æmylium, annexo pondere, ne fluitaret, in Tiberim abiectus eſt: ne vnquam ſepeliri poſſet. Sic mater quoque cum eo perijt, quæ arctiſſimè eum tenuerat. Nomen eius, id eſt, Antonini, eraſum eſt, Senatu iubente: remanſitq́ Varij Heliogabali. Appellatus etiam eſt Tiberinus, & Tracticius, & impurus: communi omnium mortalium odio. Heliogabali exitium.

Cogitauerat idem antè quodam tempore, de bello Marcomannis inferendo. Sed dictum eſt ei, à M. Antonino factum eſſe per Chaldæos & Magos, carminibus & conſecratione: vt Marcomannica gens populo Roman. ſemper deuota & amica eſſet. Cùm quæreret, quæ & vbi illa carmina eſſent: ſuppreſſum eſt: quoniam ideo quærebat, vt recantando, eam conſecrationem diſſiparet, ſpe belli concitandi. Marcomanni.

Sub eius confuſa tyrannide, anno ſalutis 224. quo perijt, conſules erant Maximus II. & Ælianus: quorum mentio fit in ſequenti Inſcriptione τετραγώνῳ ἐπιγεγραμμένῃ λίθῳ*: qui eſt alijs cum pluribus antiquis lapidibus, Stutgardiæ, in Paradiſo noſtri illuſtriſſimi Ducis VVirtembergici, vnde 1585. menſe Maio deſcribebam.*

I. N. H. D. DEO MAX.

GENIO LOCI ET FORTVNÆ DISDENA BOVE EMERICIVS SEXTVS MILES LEGIONIS XXII. PR. PF. SEVERIANO BF. COS. PR. SE ET SVIS POSVIT VS. LL. M. MAXIMO ET ÆLIANO COS. IDIBVS IANVARIS.

AVRELIVS ALEXANDER SEVERVS IMP. ET bellum eius Germanicum.

CAPVT XIIII.

ANNO Chriſti 224. Succeſſit IMP. Cæſ. diui Antonini F. M. AVRELIVS SEVERVS Alexander P. F. Aug. XXVI. Imperator: qui imperauit A. 13. D. 9. Fortè 16. anno ætatis, Imperium nactus: antè Cæſar (Macrino ſcil. mortuo) à Senatu appellatus. Auguſtum nomen, idem recepit: addito Patris patriæ quoque nomine, & iure proconſulari, & tribunitia poteſtate, & iure quintæ relationis: omnia, vno die. Id, ideo factum ait Lampridius: vt licentiæ militum obuiam iretur: qui iam inſueuerant. ſibi Imperatores & tumultuario iudicio facere, & item facilè mutare: afferentes nonnunquam ad defenſionem: ſe idcirco feciſſe, quòd neſciſſent, Senatum Principem appellaſſe. Inde bella ciuilia ſerebantur. Huc acceſſit & nimia Senatus populique, poſt prioris Tyrannidis mala animorum erga Alexandrum inclinatio: præcipuè ei ſuffragante vita & moribus. Imperium Seueri Alexandri.

Hic à prima pueritia artibus bonis imbutus, tam ciuilibus, quam militaribus: ne VNVM quidem diem ſponte ſua tranſire paſſus eſt: quo ſe non & ad LITERAS, & ad MILITIAM, exerceret. Magis tamen amauit Græca, quam Latina, ſtudia. Studia eius.

Amauit literatos homines: vehementer etiam eos reformidans: ne quid DE SE aſperum ſcriberent.

Dominum ſe appellari vetuit. Antonini & Magni (tanquam Alexandri magni) titulos recuſauit: dicens nomina inſignia, oneroſa eſſe. Hinc multò clarior viſus eſt, alienis nominibus non receptis, & conſtantior. Ob mirandum tamen ſtudium militaris inſolentiæ comprimendæ, Seueri nomen eidem à militibus inditum eſt. Epiſtolas ad ſe, quaſi ad priuatum, ſcribi iuſſit: ſeruato tantùm nomine Imperatoris. Ab omnibus, quæ ſentiebant, ſibi liberè dici cupiebat: & dicta audiebat, atq; peccata corrigebat. Seuerus, vnde dictus.

Veſte (vt & pingebatur) alba vſus eſt, nec aurata: penulis togiſque communibus. Erat corporis venuſtate decorus: vt hodieque in picturis (inquit idem Lampridius, qui circa 290. Chriſti vixit) & in ſtatuis, videmus. Cunctis hominibus amabilis: ita, vt ab alijs Pius appellaretur: ab omnibus certè ſanctus, & vtilis Reipublicæ. Atqui Alexander, extra Eccleſiam Chriſti erat: etſi tamen ei non fuit inimicus. Nam in larario ſuo (Sacello) inter alios Sanctos, etiam Chriſtum & Abrahamum habebat: & Chriſtianos eſſe, patiebatur. Cùm item Chriſtiani quendam locum, qui publicus fuerat, occupaſſent: contrà Popinarij dicerent, ſibi eum deberi: reſcripſit, melius eſſe, vt quomodocunque illic Deus coleretur: quam Popinarijs dederetur. Mater quidem eius Mamæa, Chriſtiana, Origeni Presbytero audiendo Chriſti & Abrahami ſimulacra. Origenes Presbyter.

dedit

dedit operam: Paulo Diacono teſtante. Quin & ipſe Chriſto templum facere voluit (Lampridio teſte) eumq; inter Deos recipere. Non didicerat miſer, eſſe vnum tantùm verum Deum: &, qui ab eo miſſus eſt, Chriſtum. Sed prohibitus eſt ab his: qui conſulentes ſacra, repererant: omnes, Chriſtianos futuros, & Templa reliqua deſerenda.

Scholæ, & Stipendia diſcentium ſub eo.

Doctorum hominum fautor Alexander.

Rhetoribus, Grammaticis, Medicis, Aruſpicibus, Mathematicis, Mechanicis, Architectis, ſalaria inſtituit: & Auditoria decreuit: & Diſcipulos cum annonis, pauperum filios, modò ingenuos, dari iuſſit.

Lectiones eius.

Puellas & pueros, quemadmodum Antoninus Fauſtinianas inſtituerat, Mamæanas & Mamæanos inſtituit. Lectioni ipſe Græca, quam Latinæ, operam maiorem dabat: de Repub. libros Platonis legens. Latina cùm legeret: non alia magis legebat: quam de Officijs Ciceronem: & de Repub. Nonnunquam & Oratores, & Poëtas. Legit & vitam Alexandri: quem præcipuè imitatus eſt: etſi in eo condemnabat ebrietatem, & crudelitatem. Cantauit nobiliter: ſed tantùm pueris ſuis conſcijs. Lirâ, tibia, organo, cecinit. Poſt lectionem operam palæſtræ, aut ſphæriſterio, aut curſui, aut luctaminibus mollioribus, dabat. Palæſtes primus fuit: in armis magnus: adeo, vt multa bella, & glorioſè, geſſerit.

Aula ipſius.

Aula.

Cùm puer ad Imperium perueniſſet: fecit cuncta cum matre (in quam vnicè Pius fuit) vt & illa videretur pariter imperare: mulier ſancta, ſed auara: & auri atq; argenti cupida.

Remouit Iudices omnes à Republica & à Miniſterijs, atq; muneribus: quos impurus ille Heliogabalus, ex turpiſſimo genere hominum promouerat. Deinde Senatum, & equeſtrem ordinem, purgauit.

Salutatus, conſeſſum obtulit omnibus Senatoribus: atq;, niſi honeſtos, & bonæ famæ homines, ad ſalutationem non admiſit. A mulieribus famoſis matrem, & vxorem ſuam, ſalutari vetuit.

Aulicum miniſterium in id contraxit: vt eſſent tot homines in ſingulis officijs, quot neceſſitas poſtularet: ita, vt annonas, non dignitatem, acciperent fullones, & veſtitores, & pictores: & pincernæ.

Doctis & peritis credendum.

Si de iure, aut de negotijs, tractaret: ſolos doctos & diſertos adhibebat. Si verò de re militari: milites veteres & ſenes, ac bene meritos & locorum peritos, ac bellorum & caſtrorum: & homines literatos: maximè eos, qui hiſtoriam norant. Vbi aliquos voluit vel Rectores prouincijs dare: vel Præpoſitos facere, vel Procuratores (id eſt, Rationales ordinare) nomina eorum proponebat: hortans populum: vt, ſi quis quid haberet criminis, probaret manifeſtis rebus. Si non probaſſet: ſubiret pœnam capitis.

Gratitudo erga benemeritos.

Benemeritos, qui nihil petierant, vel non multum, vocabat, & dicebat: Quid eſt, cur nihil petas? An me tibi vis fieri debitorem?

Fumorum venditor.

Vetronium Turinum, qui beneficia magnis præmijs vendiderat alijs (Alexandri, quaſi ſtulti hominis, & quem ipſe in poteſtate haberet: ac poſſet cuiq; ab eo impetrare, quod vellet: imperium hoc modò infamans (ad ſtipitem ligari præcepit: & fumo, quem ex ſtipulis atq; humidis lignis fieri iuſſerat, necauit: præcone clamante:

Vlpianus Iuriſc.

Fumo punitur ſic, qui fumum vendidit. Præcipuè Vlpiani Iuriſc. conſilijs Rempub. rexit: ideoq; ſummus Imperator fuit: & illum ſæpe è militum ira, obiectu purpuræ ſumma defendit.

Præſtantia in re militari.

Quæcunq; inter legiones faciebant: Tribuni accincti, centuriones verecundi, milites amabiles, erant. Ipſum verò ob hæc tot & tanta bona Prouinciales, vt Deum, ſuſcipiebant. Ipſi milites iuuenem Imperatorem ſic amabant, vt fratrem, vt filium, vt parentem: veſtiti honeſtè calceati etiam ad decorem, armati nobiliter: equis etiam inſtructi, & ephippijs ac frænis decentibus: vt Romanam Rempub. intelligeret, quicunq; Alexandri vidiſſet exercitum. Si quis de via in alicuius poſſeſſionem deflexiſſet: pro qualitate loci, aut fuſtibus ſubijciebatur in conſpectu eius, aut virgis, aut condemnationi: aut, ſi hæc tranſiret dignitas hominis, grauiſſimis contumelijs, cùm diceret: VIS ne hoc in agro tuo fieri, quod alteri facis? Sæpe per Præconem clamabat: QVOD tibi non vis, alteri ne feceris. Quam ſententiam adeo dilexit (à Chriſtianis habens) vt & in palatio, & in publicis operibus, perſcribi iuberet.

Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.

Poſtquam bellum in Aſia contra Artaxerxem (qui Artabano, Parthorum Rege, interfecto

ſecto, Perſis Regnum, olim ab Alexandro Magno ereptum, circa 228. (Chriſti reſtituerat) clade
accepta, & vicißim inflicta, geßiſſet: profectus inde ad bellum G E R M A N I C V M *eſt.* Alexandri Imp.
Nam Germani & Suevi, Rheno & Danubio ſuperato, Romanorum prouincias, & in ripis Germanica ex-
diſpoſita præſidia, non ſine vicini Italiæ Illyrici periculo, depopulabantur. Ῥῆνον καὶ Ἴστρον δια- peditio.
βάντες (*vt Herodianus loquitur*) τὴν Ῥωμαίων ἐπόρθουν ἀρχήν: καὶ τὰ ἐπὶ ταῖς ὄχθαις στρατόπεδα
ἐπικείμενα, πόλεις τε καὶ κώμας, πολλῇ δυνάμει κατέτρεχον: ἦσάν τε οὐκ ἐν ὀλίγῳ κινδύνῳ τὰ Ἰλλυρικὰ
ἔθνη: ὁμοροῦντα καὶ γειτνιῶντα Ἰταλίᾳ. *Ideo ex Oriente reuocabatur, nec ſine magna ſui moleſtia,*
Imperator Alexander propter periculum, quod Italiæ nimis vicinum videbatur: cùm Orientales
contrà, tam longè abeſſent: vt vix de Italiæ terra quicquam famâ audirent. Erat Reip. grauißi-
mum, atque ipſi: quòd Germanorum vaſtationibus Gallia diripiebatur. Pudorem etiam auge-
bat: quòd, victis iam Perſis, ea natio immineret Reipub. ceruicibus: quæ ſemper etiam minuſcu-
lis Imperatoribus ſubiecta videretur. Magnis igitur itineribus, lætis militibus, contendit: addu-
cens magnum numerum etiam Maurorum, ſeu Mauruſiorum, Oſroënorum, Partorum: natio-
num ſagittis, iaculis, excurſionibus, & leui receptu, hoſti moleſtorum. Facta eſt ea expeditio 237.
anno ſalutis. Ibi tamen Alexandro initiò faciendum videbatur: vt legationem ad Germanos mit-
teret: & pacem auro, quantum poſcerent, mercaretur: cùm ſemper auri ſplendore illa natio de-
lectaretur, pacem cauponando. Id verò milites ægrè ferebant: nihil alacriter & fortiter ab Im-
peratore aduerſus illos, quorum audaciam ipſi contundere prompti erant, geri. Itaque Thra-
cem quendam, nomine Maximinum (in pueritia, Paſtorem: poſtea, magnitudine & viribus
corporis fretum, militiæ deditum: & gradatim per ordines militares, ad imperia exercitus at-
que gentium euectum) ſibi Imperatorem faciunt: per eumque occidunt Alexandrum cum matre:
tanquam ab auara muliere dependentem. Factum id eſt prope Moguntiam (quæ tunc adhuc Apud Moguntiã
Galliæ adiuncta erat) in vico, cui Sicila nomen eſſe Lampridius ait: Germanicè Sicklingen Sicklinga vicus.
nuncupatur. Fertur ſcurræ cuiuſdam Germani manu interfectus: cùm ei mulier Druias antè
Gallico ſermone exclamaſſet proficiſcenti: V A D A S, *nec victoriam ſperes: ne militi tuo credas.*
Vixerat A. 29. M. 3. D. 7. quanquam Aurel. Victor, tantùm 26. annos ei dat: ita, vt 13. an-
no ætatis cæpiſſet Imperio praeeſſe. Perijt X V. Calend. April. quo die & natus fuerat: quo etiam
Alexander Magnus defunctus dicitur. Mortem eius, milites, & qui exautorati ab eo quondam
fuerant aliquando, totæ legiones) grauißimè tulerunt: atq; auctores cædis trucidarunt. Popu-
lus quoq; Rom. Senatusq; omnis, cum Prouincialibus cunctis, neq; triſtius quid vnquam, neq; aſpe- Luctus propter
rius, acceperunt. Senatus eum in Deos retulit. Cenotaphium in Gallia, Romæ ſepulchrum am- Alexandrum
pliſſimum, meruit. Dati ſunt & ſodales, qui Alexandrini appellati ſunt. Addita & feſtiuitas, ma- Imp.
tris nomine, atq; ipſius: diu etiam poſt, Romæ religioſißimè celebrata, natali eius die.

IN TABVLA MARMOREA THERMARVM BADENSIVM:
ex Leonh. Aretini lib. 4. Epiſt. 3. citante Ad. Occone.

IMP. C. M. AVRELIVS SEVERVS ALEX. AVG. PONT. MAX. TR. P. COS. PATER PATRIÆ.

Conſul fuit cum Heliogabalo 223. Chriſti. Iterum, cum Quintil. C. Marcello, 227. Tertiùm, cum Dione, 231. ad quem annum hanc inſcriptionem Occo refert.

IMP. IVLIVS MAXIMINVS, ET VNA CÆSAR F. MAXIMINVS.
Eorum cum Germanis bellum. Imperatores contra Tyrannum, alij creati: GORDIANI tres, MAXIMVSQ. & BALBINVS.

CAPVT XV.

IMPERIVM inuaſit extincto Alexandro, Imp. Caeſ. C. IVLIVS MAXIMINVS Maximinus
GERmanicus, pius felix Aug. XXVII. Imperator: Parentibus nequaquam ſplendidis, pa- Imp.
tre Micca Gottho, matre Ababa Alana, genitus.

Ingenti robore corporis fuit: & magnitudine tanta, vt octo pedes digito videretur egreſſus: pol-
lice ita vaſto, vt vxoris dextrocherio (circulo brachij lato, aureo, gemmato) vteretur pro annulo. Dextrocherium.

Eum Alexander Imper. Tribunum legionis quartæ, ex tyronibus à ſe compoſitæ, bis ver-
bis fecit, vt Capitolinus ſcribit. Veteres milites tibi, Maximine mi Chariſſime, atq; amantiſſime, Antehac Tri-
idcirco non credidi: quòd veritus ſum, ne vitia eorum, ſub alijs inoleſcentia, emendare non poſſes. bunus militum
Habes tyrones ad tuos mores, ad tuam virtutem, ad tuum laborem. Eos fac militiam addiſcere: ab Alexan. Imp.
vt mihi multos Maximinos, Reipub. optabiles, ſolus efficias. Sic commiſit ei ſcholam milita- factus.

rem. Ille eos egregiè exercuit: decurſionibus, ſimulacris bellorum agendis: gladijs, loricis, galeis, ſcutis, tunicis, & omnibus armis, calceamentis etiam, quotidie circumſpiciendis. Cumq́ reprehenderetur à quibusdam Tribunis: cur tantum laboraret? ipſum iam eius loci eſſe: vt Ducatum poſſet accipere: dixiſſe fertur: Ego verò, quò MAIOR fuero: tantò PLVS laborabo. Si addidiſſet: Et tantò fidelior bene merenti ero. Sed fruſtrà. Poſtea enim optimus Imperator, ingratiſſimam beſtiam, omni exercitui in ſuam perniciem præfecit, vt cognouimus. Maximinus primùm è corpore militari, & nondum Senator, ſine decreto Senatus, Auguſtus ab exercitu appellatus eſt: filio ſibimet in participatum dato.

Omina Imperij futuri.

Omina his Imperij fuiſſe, hæc inter alia perhibentur. Patri lanceola ſic fulmine fuit fiſſa: vt tota etiam per ferrum ſcinderetur, & duas partes faceret: dicentibus Aruſpicibus: duos Imperatores non diuturnos, ex vna domo, iiſdem nominibus futuros. Serpens quoq; dormientis caput circundedit.

Serpens.

Fauit ei ſic anguis: mihi verò, aliter. Nam cùm anno 1574. die Maij 6. ex horto meo Tubingæ Anatolico (cogitans de rebus Græcorum Conſtantinopolitanorum hodiernis cognoſcendis) domum rediſſem (habitans tunc ad murum oppidi, ædiculam infra Academicam Sapientiæ domum) & in Muſeum meum aſcendiſſem: vxor me orat, vt exuam pallium, & ſub eo colobium: nec quæram, cur ſic faciendum: ſed per valuam ſtatim excutiam. Feci. Tunc iacuit infrà, iuxta Tinctoris, muro contiguam officinam, ſerpens, aliquoties altè ſubſultans. Hanc ex horto (licet nec ibi iacuiſſem, nec ſediſſem) colobij, in occipite, torqui circumplicitam (caudâ dextrorſum, capite ſiniſtrorſum, porrecto, & interdum erecto) domum ignarus portaueram: neſcio, vnde venientem. Gaudeo, me non iacuiſſe: ne mihi caput circundando, Regnum portenderet, ſcilicet. Malo cum meis Muſis quietus & ſecurus verſari. Imò magis Deo gratias ago: quòd non ad corpus meum intra veſtes, ille vermis irrepſerit, nec mihi nocuerit.

Filio Maximino, meus cæcus Homerus (nugas) Imperium præſignificauit: quòd, cùm puer Grammatico traderetur: quædam eius cognata, libros ei Homericos, omnes purpureos, aureis literis ſcriptos dederat. Satis, de ſuperſtitioſis iſtis coniecturis.

Ignobilitas, cædibus tecta.
Crudelitas Maximini.

Ignobilitatis autem ſuæ tegendæ causâ, omnes conſcios generis ſui Maximinus interemit. Nonnullos etiam amicos: qui ei ſæpe miſericordia ac pietatis causâ pleraq; donauerant. Tam crudelis fuit: vt illum alij cyclopem, alij Buſiridem, alij Scironem, nonnulli Phalarim, multi Typhonem, vel Gygem, vocarent. Erat enim ei perſuaſum: Imperium, niſi crudelitate, non teneri. Senatus eum tantum timuit: vt vota in Templis publicè priuatimq́ue mulieres etiam cum ſuis liberis, facerent: ne ille vnquam vrbem Romam videret. Nam alios in crucem tollebat: alios animalibus nuper occiſis incluſos necabat: alios feris obijciebat: alios fuſtibus elidebat. Omnia in viribus ſuis ponebat, quaſi non poſſet occidi. At dictum à Mimo in theatro inter alia fuit: Qui ab vno non poteſt occidi, à multis occiditur. Caue multos, ſi ſingulos non times.

Nobilium hoſtis.

Nobilem circa ſe neminem paſſus eſt: prorſus vt Spartaci, aut Athenionis, exemplo imperaret.

Fingebat quoque cauſas, aut alicuius à ſe defectionem: vt materiam crudelitatis augeret: atque ſine iudicio, ſine accuſatione & defenſione, interemit omnes: omnia bona ſuſtulit. Sicut de quodam conſulari viro, nomine Magno, finxiſſe putatur: eum voluiſſe, poſt quam Maximinus flumen in Germanos tranſiſſet: efficere, vt pons ſolueretur: ille in barbarico ſolo circumuentus, occideretur: Imperium Magnus arriperet.

Tranſijt anno Chriſti 238 cum omni exercitu, quem Seuero eripuerat, in Germaniam: inter quos Mauri erant, & Oſroëni (Aſſyrij tranſeuphratæ) & Parthi. Ideo autem trahebat ſecum Orientalia auxilia: quòd nulli magis contra magna Germanorum corpora, quam expediti ſagittarij & iaculatores, valerent.

Orientales Sagittarij, in Germanos ducti.
Sueui ſemper ſub nomine Germanorum etiam intelligendi.

Sub Germanis verò, & Sueui (vt Danubio & Rheno viciniores) & Francones & Haſſi, alijq́ Germaniæ populi, intelligendi ſunt: ſicut ſub Italis, Hiſpanis, Gallis, vt generali appellatione, gentes ſub illis comprehenſas accipimus: quod & hoc loco, & alijs, tenendum eſt: vtpote nobiliſſimo Germaniæ populo Sueuico.

Maximini res in Germania geſtæ.

Ingreſſus igitur Germaniam transRhenanam: per CCC. aut CCCC. millia viros incendit, greges abegit, prædas ſuſtulit. æſtate, ſegetibus maturis, τῶν λαΐων ἀκμαζόντων. *Facilimè tunc incolarum domus & oppida comburebantur: quòd, cùm copia lapidum, & laterum coctilium, non ſuppeteret: ex denſiſſimis ſyluis ligna cædentes, caſas ſibi fabricarent. Barbarorum (ſic ſuperbis populis, Germanos nominare, mos eſt) plurimos interimit, militem*

diuitem

diuitem reduxit, in numeros cepit. Germani, relictis campis, & locis arborum expertibus, in Syluas ſe abdiderant: & circa paludes ſe tenebant: vt ibi pugnas committerent: aut inde eruptiones facerent: denſitatę arborum: tela hoſtium impedientæ: altitudine paludum, & incommodis, ſibi notis, hoſtes fallentibus. Facile ipſis erat, vt exercitatis, intrantibus genuum tenus, præliari: vtpote nandi quoque peritiſſimis: cùm in ſolis fluminibus lauare ſolerent. Talibus itaque in locis (cùm nondum eſſent oppida & vrbes ita munitæ, vt hodie) conflictus maximè fiebant: vbi Maximinus quoque ſe fortiſſimè geſſit. Nam cùm apud quoddam maximum ſtagnum: vel paludem, Germanis eò ſe recipientibus, Romani ingredi timerent: primus equo adacto inſecutus eſt Maximinus. Ibi, aquis ventrem equi ſuperantibus, cædebat hoſtes. Quo viſo: exercitus eòdem, pudorę victus, ſe immiſſit: ne prodidiſſe Imperatorem pugnantem viderentur. Circumuentus ibi fuiſſet ille à Germanis: niſi eum equo inhærentem ſui liberaſſent. Habuit enim hoc quoque barbaricæ temeritatis: vt putaret, Imperatorem manu etiam ſua ſemper vti deberę. Magnus ibi vtrinque bellantium numerus cecidit: nullo ferè Germanorum præſentium relicto: inſigniter pugnantę, ipſo Romano Principę. Hinc Palus, cadaueribus repletą: & ſtagnum, ſanguine confuſum: pedeſtri pugna ſpeciem naualis prælij præferente.

Victâ igitur hac in parte Germania: literas Romam ad Senatum populumque miſit, ſe, dictante conſcriptas: quarum ſententiam fuiſſe hanc, Capitolinus ſcribit. Non poſſumus tantum, P. C. loqui, quantum fecimus. Per CCCC. millia, Germanorum vicos incendimus, greges abduximus, armatos occidimus, in palude pugnauimus. Præueniſſemus ad ſyluas: niſi altitudo paludum nos tranſire non permiſiſſet. Pari ſententia ad populum ſcripſit, ſed maiori reuerentia: idcirco, quòd Senatum oderat: à quo ſe contemni multum, credebat.

Litera Maximini Romam.

Iuſſit præterea tabulas pingi: ita, vt bellum ipſum erat geſtum: & ante curiam proponi: vt facta eius, pictura loqueretur. Eas tamen tabulas, poſt mortem eius iuſſit Senatus & deponi, & exuri.

Pacatâ vtcunque Germania (accolentibus certè Rhenum, vi pecuniæ data, & Germani Principis præfectione promiſſa) in Pannoniam deſcendit Sirmium, maximam ibi ciuitatem, Sarmatis inferre bellum parans. In animo ei fuit, ſubijcere Germaniam ad Oceanum vſque ſed 239. Chriſti, Romanis & Afris crudelitatem eius deteſtantibus: Gordianus, vir illuſtris, iam octogenarius, in Africa coactus eſt Imperium, ipſe & filius Gordianus, ſuſcipere. Tertia Gordiano, nepoti illius, prætura, & appellatio Cæſaris, decreta.

In Vngariam deſcenſus.

Accepit hoc ita dolenter Maximinus: vt non hominem, ſed belluam, putares. Iaciebat ſe in parites: nonnunquam terræ ſe proſternebat. Exclamabat inconditè: arripiebat gladium, quaſi Senatum poſſet occidere: conſcindebat veſtem Regiam: alios verberibus afficiebat. Sed cùm furorem ſuum tenere non poſſet: ibi, vt obliuionem cogitationis acciperet: vino ſe obruit: vt, quid geſtum eſſet, ignoraret.

Furor, propter æmulum Imperij.

Occiſo autem Gordiano F. in prælio, à Capeliano quodam, Maurorum Rectore, Maximini fautore: pater Gordianus, ſciens & robur Tyranni, & Afrorum impotentiam, imò perfidiam, laqueo vitam finiuit: cùm 1. annum, & 6. menſes, imperaſſent. Eos Senatus, quia pro Republ. contrą Maximinum interierant, ambos, Auguſtos appellatos, inter Diuos retulit. Mox deinde, metuens Maximini & naturalem, & iam neceſſariam, crudelitatem, Impp. creauit Clod. Pupienum Maximum, & D. Cælium Balbinum. Quibus à populo Auguſtis appellatis: per milites, & eundem populum, etiam paruulus nepos Gordiani, Cæſar eſt dictus. Sic tribus Imperatoribus, contra Maximinum fulta eſt Reſpub. Profectus eſt Maximus contra Maximinum: Balbinus, propter domeſticas ſeditiones, inter populum & Prætorianos milites ortas, Romæ manſit.

Gordianorum duorum interitus.

Anticæſares alij, Maximino oppoſiti.

Maximinus cum copijs Italiam ingreſſus, Aquileiam obſedit, & ſæpe fruſtrà oppugnauit. Tanta enim fide Aquilienſes pro Senatu contra illum fuerunt: vt funes de capillis mulierum facerent, cùm deeſſent nerui, ad ſagittas emittendas: quod olim etiam Romæ, Capitolio à Galatis obſeſſo, factum fuerat. Vnde in honorem matronarum, Templum Veneri Caluæ à Senatu dicatum. Cùm autem commeatuum copia, in vrbe Aquileia eſſet: penuria verò magna (omnibus vijs aduehendi quicquam, prouidentia Romanorum interclusis) in caſtris Maximini: fiebat, vt obſeſſorum anguſtias, obſeſſi ipſi paterentur. Quodam igitur die, cùm à prælio quieſceretur: milites, ambos Maximinos, in tentorio quieſcentes, occiderunt: eorumque capita, contis præfixa, Aquileienſibus de-

Aquileiam Maximinus obſidet.

Veneris Caluæ Templum.

Maximini cum filio exitium.

bus demonſtrauerunt. Ita belli & metus huius finis fuit, capitibus Romam miſſis, & literis laureatis. Habuerat Maximinus multos Germanos ante Aquileiam: nec non maximus, apud Rauennam ſe confirmans, auxilia Germanorum accerſebat: quæ tamen, vt de Maximinorum interitu reſciuit, ſtatim dimiſit. Perijt Maximinus, ſexagenario maior, cùm tres annos imperaſſet: & ſextam Chriſtianorum perſecutionem (in Miniſtros Eccleſiarum præſertim) excitaſſet.

Senatuſconſultum Romæ de eius interitu, ad Pſeudotheos.

Ignominia eorum.

» Hoſtes populi Romani, Dij perſequuntur. Iuppiter optime, tibi gratias. Apollo Venerabilis, ti-
» bi gratias. Maxime Auguſte tibi gratias. Balbine Auguſte, tibi gratias. Tibi gratias, Gordiane
» Auguſte. Diuis Gordianis Templa decernimus. Maximini nomen, olim eraſum, nunc animis era-
» dendum. Hoſtis publici caput, in profluentem abijciatur. Corpus eius nemo ſepeliat. Qui Senatui
» mortem minatus eſt: qui Senatui vincula minatus eſt, vt debebat, interemptus. Sanctiſſimi Im-
» peratores gratias vobis agimus. Maxime, Balbine, Gordiane, Dij vos ſeruent. Victores hoſtium
» omnes deſideramus: præſentiam Maximi omnes deſideramus. Balbine Auguſte, Dij te ſeruent.
» Præſentem annum Coſſ. vos ornetis: in locum Maximini, Gordianus ſufficiatur.

Pulchritudo Maximini F.

Cæterùm Maximinus iunior, tantæ pulchritudinis fuit: vt paſſim amatus ſit à procacioribus fœminis: nonnullæ etiam ex eo ſibi prolem optauerint. Quin & caput occiſi, iam nigrum, iam ſordens, iam maceratum defluente tabo, velut vmbra pulcherrima videbatur: atque, cum caput Maximini pilo circumferretur ingenti cum gaudio: propè par mœror ex filij capite pariter portato erat. Sed cùm apud Aquileiam cum patre diſcerperetur: militari ioco conclamatum eſt: ex peſſimo genere, ne catulum quidem habendum. Vt autem formâ excelluerat, ita ſuperbia quoque erat inſolentiſſimæ: & proinde veſtibus tam accuratus: vt nulla nitidior mulier eſſet vſquam: denique ſalutantibus genua pedesúe oſculanda daret: nec aſſurgeret honoratis hominibus: ſicut, quamuis aliàs immanis, pater: qui hoc etiam dicebat: Dij prohibeant, vt quiſquam ingenuorum, pedibus meis oſculum figat. Vſus eſt idem adoleſcens, & aureâ lorica, exemplo Ptolemæorum: vſus eſt argentea: vſus & Clypeo gemmato inaurato, haſtâ inaurata ſpathis argenteis aureisq́; galeis & bucculis gemmatis.

Maximi & Balbini Impp. cædes.

Non multo poſt cædem Maximinorum, à ſeditioſis militibus occiſi ſunt quoq; Impp. Maximus & Balbinus: qui Stipatoribus vtebantur Germanis: qui etiam ipſos conſeruaturi fuiſſent: niſi milites illi animaduertiſſent: qui ægrè ferebant, illos non à ſe, ſed à Senatu, fuiſſe electos. Doluerant quoque eius illa verba cuiuſdam Senatuſconſulti: Sapienter electi Principes ſic agunt: per imperitos electi Principes ſic pereunt: cùm conſtaret, à militibus factum eſſe Maximinum: Balbinum autem & Maximum, à Senatoribus. Imperarunt annum I.

Gordiani Imp. creatio.

Inter hæc GORDIANVS Cæſar, adoleſcentulus 16. annorum, ſublatus (ſcuto ſcil. impoſitus) à militibus, imperator eſt appellatus, id eſt, Auguſtus: inſultantibus Senatu & populo. Factum eſt hoc anno Chriſti 241. & indicium non diu imperaturi Gordiani, exiſtimatum: quòd eclipſis Solis, tanta facta eſt, vt nox crederetur: neq; ſine luminibus accenſis quicquam agi poſſet.

Eclipſis Solis.

Iani Templum.

Hic 244. Domini, Iani gemini Templo aperto, bellum mouit in Perſarum Regem Saporem: quem frequentibus prælijs contudit: prudentiâ & induſtria ſoceri ſui, doctiſſimi viri, Miſithei, vt Capitolinus: Timeſiclei, vt Zoſimus, vocat. Μισίθεος, oſor Dei: τιμησικλῆς, cultor gloriæ, Ernhold. Honores, inde ſecuti.

Triumphus de Perſis victis.

Quadrigæ elephantorum, Gordiano decretæ ſunt: vtpote, qui Perſas viciſſet: vt triumpho Perſico triumpharet. Miſitheo autem, quadriga equorum, & triumphalis currus, & titulus hic: Miſitheo, eminenti viro, Parenti Principum, Prætorij Præfecto, & totius vrbis, tutori Reipub. S.P.Q.R. vicem reddidit.

Gordiani mors.

Anno 246. bonus Princeps Gordianus, occiſus eſt à Philippo Arabe, Prætorij Præfecto, Imperium ad ſe attrahente.

Gordiani eulogium, in ſepulchro apud Circeium caſtrum à militibus facto, in finibus Perſidis: oſſibus Romam deportatis.

DIVO GORDIANO VICTORI PERSARVM, VICTORI GOTTHORVM, VICTORI SARMATARVM, DEPVLSORI ROMANARVM SEDITIONVM, VICTORI GERMANORVM: SED NON VICTORI PHILIPPORVM.

Nam Getæ, ſiue Gotthi, vel Daci, olim à Traiano domiti, Maximino res Romanas turbante, d fecerant: & adiunctis ſibi inter alios populos etiam Sueuis, Marcomannis, Quadis, Mæſias & Thracias turbarant. Tunc Miſitheus, cùm ſibi ſtipendia diminuta conquererentur (nam

(nam auro quotannis pacem à talibus populus Romani emebant) dato auro, Getas & Germanos ſedauit.

In campis autem Philippis, Gordianus ab Alanis tumultuario prælio victus, abſceſſerat: Campi Philippi. *& à Philippis interfectus erat. Omnes verò, qui ipſum gladio appetiuerant (qui nouem fuiſſe dicuntur) poſtea, interemptis Philippis, ſua manu, ſuisq; gladijs, & ijsdem, quibus illum percuſſerant, interiſſe dicuntur: ſicut malè olim perierant: quicunque C. Iulio Cæſari violentas attulerant manus. Perijt anno ætatis XXII. Imperij VI. Eulogium vxoris Gardiani.* Percuſſorum Gordiani vitio.

FRVRIÆ SABINÆ TRANQVILLINÆ SANCTISSIMÆ AVG. CONIVGI DOMINI N. M. ANTONINI GORDIANI PII FELICIS INVICTI AVGVSTI, DECVRIALES ÆDILIVM PLEBIS CERIALIVM, DEVOTI NVMINI MAIESTATIQVE EORVM. Fruria, Gordiani vxor.

Fuerunt in hoc capite Imperatores, à 238. vſque ad 246. annum Chriſti (ſub quibus Germani & Sueui, bella aut paſſi ſunt, aut geſſerunt, aut Satellites illorum fuerunt) hi:

XXVII. *Maximini duo, pater & filius.*
XXVIII. *Gordiani duo, pater & filius.*
XXIX. *Maximus & Balbinus.*
XXX. *Gordianus adoleſcens.*

Finis libri quarti, partis primæ Sueuicorum Annalium.

Digitized by Google

SVEVICORVM ANNALIVM LIBER QVINTVS PARTIS PRIMAE, MARTINO CRVSIO AVCTORE.

MAXIMINIS ſublatis: Eccleſiæ perſecutio paulùm modo ceſſauit: poſtea vehementius recruduit: donec Deus, Tyrannis ſublatis, pios dedit. Interim memorabiles etiam res, à Germanis & Sueuis geſtæ.

CAPVT I.

M. IVLIVS PHILIPPVS IMP. CVM C. IVLIO Saturnino Philippo F. Cæſare.

CN. MESSIVS DECIVS Imp. cum F. Decio Cæſare.
Ludi ſeculares vrbis Romæ.
S. Laurentij Martyrium, in perſecutione.
Germaniæ ſtatus.

Philippus 1. Imp. cum filio.

ANNO *Domini* 247. (*Panuinio*, 245.) *rei Romanæ præeſt XXXI. Imp. Caſ. M. IVLIVS PHILIPPVS PIVS FELIX Aug. imperans cum F. Philippo Ceſare & Aug. annos V. Fuit hic imperator, humilimo Roſtris Arabiæ ciuitate loco, natus. patre, nobiliſſimo latronum ductore. Ingratus in Gordianum: cui à quo in locum parentis aſcitus fuerat, hoc modo inſidias ſtruxerat per milites: quòd hos ei fecit infeſtos dum naues frumentarias auertit: deductis militibus in ea loca: in quibus annona haberi non poſſet. Sparſerat etiam rumorem: adoleſcentē eſſe Gordianum: Imperium non poſſe regere. Ita milites fame & fama victi, juſſerunt: vt cum Gordiano pariter imperaret. Ipſe, ſuſcepto imperio ſuperbè ſe aduerſus illum geſſit: poſtea etiam occidit. Decepit deinde ſenatum, literis Romam ſcriptis: Gordianum morbo perijſſe: ſe à cunctis militibus eſſe electum. Ita & Princeps, & Auguſtus appellatus eſt. Gordianum inter Deos retulit. Sic ſcilicet mitigauit facinus: vt antehac Caracalla de fratre Geta dixerat: ſit Diuus dum non ſit viuus: ſed, neſcia mens hominis, fati, ſortisq́ futuræ.*

Pax cum Perſis.

Poſtquam pace qualicunq́ cum Perſis facta Romam venit cum filio: feruntur Chriſtianam religionem ſuſcepiſſe. nec ipſe ab Epiſcopo Fabiano, ad pium cœtum in quodam die Paſchatis admiſſus eſſe (6. Eccleſiaſt. Hiſt. 33.) priuſquam peccata ſua confitens, in loco pœnitentium ſtaret: ipſumque religioſè paruiſſe. Hac ſi vera ſunt: quomodo reliquus vitæ curſus, nihil Chriſtiani nec in actis, nec in inſcriptionibus monetarum præfert?

Ludi ſeculares de anno milleſimo vrbis Romæ.

Anno Chriſti 250. (*alij faciunt* 248.) *erat annus vrbis Romæ conditæ milleſimus. His ingenti ludorum ſpectaculorumq́, apparatu, natalem vrbis XI. Calend Maij, per tres dies & noctes celebrauit Philippus, ludis ſecularibus (Iubilæo) Apollini & Dianæ (Soli & Lunæ, res humanas ſcil. regentibus) cæterisq́ dijs His ludis, vel dedit, vel occidit, animalia hæc: quæ ante ipſum comparata fuerant: elephantos XXXII. Alces X. Tigres X. Leones manſuetos LX. Leopardos manſuetos XXX. Belbos, id eſt, Hiænas, X. Gladiatorum fiſcalium paria mille: Hippopotamos & Rhinocerotes ſingulos: Archoleontes X. Camelopardalos X. Onagros XX. Equos feros XL. & alia huiuſmodi, ac diuerſa, animalia innumera.*

Ciceronis iudicium de talibus ludis.

Putat aliquis, hæc magno eſſe ſtudio digna? ob hæc Principes eſſe μακαρίους, *beatos prædicandos? Audias Ciceronem. Exiſtimat is in Epiſt. 1. lib. 7. Fam. M. Marium, in amœna ſolitudine ſtudijs interea operam dantem, tempus melius collocaſſe: quam illos qui ludos, licet apparatiſſimos, Pompeij (53 anno ante Chriſtum natū) ſpectauerint. Quid enim homini docto (qui talia ſemel duntaxat viderit) delectationis afferre ſexcentos mulos in clytæmneſtra (eius Tragœdia ibi acta) ducente filiam Iphigeniam mactandā? Quid in equo Troiano, deportata craterarum ex vrbe Troia direpta, tria millia? Quid oſcos, hoc eſt, obſcœnos, ludos? Quid armaturam variam (diuerſarum nationum) peditatus & equitatus. in aliqua pugna? Quid gladiatores? Quid venationes: cum aut homo imbecillus, à valentiſſima beſtia lanietur: at præclara beſtia, venabulo tranſuerberetur? Quid elephantos interfectos? miſericordia potius dignos; cùm opinio ſit, quandam huic belluæ*

cum

cum genere humano eſſe ſocietatem. Hac popularem quidem admirationem habuiſſe: delectationẽ verò ex eis nullam Mario futuram fuiſſe, eloquentiæ latinæ pater dicit. Meritò igitur harum rerum ſpectatione, eum caruiſſe. Hæc ibi, Cicero: quo ex loco etiam genera ſpectaculorum, quæ fuerint, ſatis clarum eſt.

Extat apud Horatium Seculare carmen: ſecularibus ludis, qui centeſimo quoque anno fiebant, à pueris prætextatis, virginibusq́, cani ſolitum: cuius principium eſt:

Phœbe, ſyluarumq; potens Diana, Lucidum cœli decus: ô colendi
Semper, & culti, date, quæ precamur Tempore ſacro.

Inſtitutos eſſe hos ludos iuſſu Sibyllæ, ait Phlegõ Trallianus, qui 140. Chriſti vixit. Sic enim Secularium lu-
nõ ampliꝰ à Rom. defecturos ſocios: qui antea hoc ſæpè fecerant. Principiũ Sibyllini carminis eſt. dorũ inſtitutio.

Α'λλ', ὁπότ' ἂν μήκιστος ἵκῃ χρόνος ἀνθρώποισι:
Ζωῆς εἰς ἐτέων ἑκατὸν δέκα κύκλον ὁδεύσας:
Μεμνῆσθαι ῥωμαῖε.

Additur:

——————— Α'ειδόμενοί τε Λατῖνοι
Παιᾶνες κούροις κοῦραί τε, νεὼν ἔχοιεν
Ἀθανάτων.

Inde monetæ tales:
IMP. CÆS. M. IVL. PHILIPPVS AVG. COS. III.
ÆTERNITAS AVGG. P. cum elephanto.
SÆCVLARES AVGG. cum leone.
Ab hoc Imp. Thraciæ vrbs Philippopolis condita eſt.
Vxorem Marciam Otacillam Seueram habuit:
Chriſtianam, vt fertur: & cum marito ac filio, à Fabiano baptizatam.

Circa hoc tempus Eleutherius, aut Eutharius (vt Gaſp. Bruſchius lib. 1. de Patauio ſcribit) in ciuitate Fabiana, id eſt, Vienna Auſtriæ, Chriſtum docuit. Poſtea, Laureacenſi in Norico Vienna Auſtria. *Eccleſiæ præſedit. 260. Chriſti: & interfuit Sardicenſi Concilio.*

Anno poſt ſeculares ludos proximo, Decio duce deficiente, vterq; Philippus à militibus in- Philippi, patris *terfectus eſt: ſenior, Veronæ, medio capite ſupra ordines dẽtium abſciſſo: iunior, annorum 12. puer,* & filij, interitus. *Romæ. Ambo, inter Diuos relati. Iunior, ita triſtis naturæ fuit: vt à quinquenni ætate, nunquam vllo commento ad ridendum ſolui potuerit. Itaq; ἀγέλαστος dictus.*

Anno 252. Imperator XXXII. erat CÆS. CN. MESSIVS QVINCTVS Decius Imp. cum *TRAIANVS Decius P. F. Aug. qui imperauit cum Decio F. Cæſare A. 2. è Pannonia in-* filio. *teriore, Bubaliæ natus. In armis exercitatiſſimus erat: virtutibus & comitate inſignis. Septimus tamen à Nerone, ad excruciandos & perdendos Chriſtianos feralia diſperſit edicta: plurimosque ad Dei ex virgine filium, immarceſſibili corona ornandos, miſit; inter quos & Epiſcopus Fabia-* S.S. Laurentius *nus erat: & S. LAVRENTIVS, ex Hiſpania ortus, Archidiaconus Romanus, X. die Aug. de* & Fabianus. *quo prolixum carmen Aur. Prudentij, qui circa 400. Domini vixit, extat.*

Adhuc Sacerdos dixerat, Deſiſte diſceſſu meo
Iam Xyſtus afflixus cruci: Fletum dolentes fundere.
Laurentium flentem videns, Præcede frater: tu quoque
Crucis ſub ipſo ſtipite. Poſt hoc ſequêris triduum.

A Laurentio (inquit lib. 2. de offic. cap. 28. S. Ambroſius) cum quærerentur theſauri Eccleſiæ, promiſit ſe demonſtraturum. Sequenti die pauperes duxit. Interrogatus, vbi eſſent theſauri, quos promiſerat: oſtendit pauperes, dicens: Hi ſunt theſauri Eccleſiæ: Et verè theſauri, in quibus Chriſtus eſt: in quibus Chriſti fides eſt. Deniq; Apoſtolus ait: Habemus theſaurum iſtum in vaſis fictilibus, 2. Cor. 4. Chriſtum certè.

Cratibus ferreis, prunis ſubiectis, impoſitus, inquit.

Conuerte partem corporis,
Satis crematam iugiter:
Et fac periculum quid tuus
Vulcanus artis egerit.
Præfectus inuerti iubet.
Tum ille: coctum eſt, deuora:
Et experimentum cape,
Sit crudum an aſſum, ſuauius.

Digitized by Google

Ide… anno ſalutis 233. cum Gotthorum, cæterorumque (vt Auentinus ait) Danubium accolentium Germanorum exercitus, Duce Chiniua Rege, in Mæſiam irruiſſet: poſt aliquot conflictus, ambo Decij non ſine fraude ducis Treboniani Galli, perierunt: pater in gurgitem paludis equo inſiliens, nec amplius inuĕtus: filius, ſagittâ in eodem prælio extinctus: Scythis illis, à ciuitate Nicopoli & Philippopoli, magna cum præda reuerſis. Fuerat Decius, ætate quinquagenarius. In Sueuia, tempore horum imperatorum, quies fuit.

Deciorum interitus.

CAPVT II.

VIBIVS TREBONIANVS GALLVS, ET VIBIVS VOLVSIANVS, IMPP.
LICINIVS VALERIANVS, ET LICINIVS GALLIENVS, IMP.

Chriſtianorum excarnificatio: B. Cyprianus.
Monaſticæ vitæ origo: Eremitæ, Paulus, & Antonius, & Hilario.
Pipera Sueua: Germani, acres contra Romanos.

Impp. duo Vibij.

ANNO *Domini 254 imperarunt non duos annos, Impp. Cæſares, C. Vibius Trebonianus Gallus: & filius C. VIBIVS VOLVSIANVS, pij felices Auguſti: quos ſimul numerabo pro XXXIII. Imperatore.*

Trebonianus, cum fuiſſet dux limitis Mæſiæ à Decio factus: eumq́ Gotthis, & cæteris cũ eis Germanis, de quibus dictum eſt, prodidiſſet: à legione, quæ tum integra remanſerat, Imperator eſt electus: confugientibus ad eum reliquijs Romani exercitus. Ideo ſenatus Auguſtum appellauit. Ipſe non ſine ignominia nominis Rom. fœdus, cum his Scythis (ſic appellantur à ſcriptoribus) fœdus iniens, effecit: vt eis poſthac tributa penderentur à populo Romano: nempe quotannis ducenta millia drachmarum auri: id eſt, XX. millia Aureorum: cum X. drachmæ faciant vnum Aureum. Romæ Voluſianum F. conſortem imperij fecit. Ambo autem, Chriſtianorum hoſtes erãt. Sed, C. Iulio Æmiliano Mauro, Sarmatici limites in Mæſia duce, inſurgente: ambo cæſi ſunt à ſuo exercitu, ad Aemilianum deficiente. Sed & Aemilianus eſt 4. menſe poſt ab exercitu interfectus: ad Licinium Valerianum tranſeunte. Tanti comparabant ſibi Imperium, ambitioſi homines: nec confuſionum finis (auaritiâ & perfidia militum dominante) factus eſt, donec Imperium corruit.

Pax cum Scythis & Germanis tributo empta.

Longè tutius imperant Germanici Imperatores: non amplius ad militum arbitrium, ſed ad Principum Germaniæ prudentiam, poteſtate creandi Imperatores pertinente.

Gotthorum & Germanorum excurſiones.

Non cõtẽti fuerant Gotthi & Germani tributo, de quo diximus: ſed excurſiones cùm aliò, tum etiam in Macedoniam & Theſſaliam, fecerant: verùm bona ex parte ab Aemiliano cæſi fuerant. Hæc cauſa erat, cur ab exercitu Imperator appellaretur. Sed breuis fuit is honos, vt diximus. Horum ſemper ego cupio pauperrimus eſſe bonorum.

Impp. Licinij duo, Valerianus & Gallienus.

Anno Domini 256. Impp. fiunt Cæſs. P. AVRELIVS LICINIVS VALERIVS VALERIANVS (præſes Rhætiæ, & Vindeliciæ ſeu Bauariæ, ac Norici, iam ſeptuagenarius) & filius eius P. AVRELIVS LICINIVS GALLIENVS: pij felices Auguſti, XXXIIII. & XXXV. per annos, ille 7. hic verò 15. adiunctis Licinio Valeriano iuniore fratre, & Salonino Gallieno filio ſuo, Cæſaribus. Sub his bellum contra Sarmatas & Quados eſt geſtum.

Valerianus & Chriſtianorum perſecutor.
Cyprianus Epiſcopus.

Anno 258. Valerianus, cùm pijs antea fauiſſet: poſtea Magi Aegyptij inſtinctu, extitit octauus Chriſtianorum vel acerrimus perſecutor: adigi per exquiſita tormenta illos ad idololatriã, abnegantesq́ interfici, iubens: fuſo longe lateq́ per Romanorum imperium, ſanctorum ſanguine. Sequenti anno Cæcilius Cyprianus, Carthaginenſis Epiſcopus, martyrio coronatus eſt. Fuerat is antea dicendi Magiſter: deinde presbyter. De quo Lactantius (qui circa Domini annum 317. vixit) lib. 5. Diuin. Inſtit. cap. 1. ſcribit: eum magnam ſibi gloriam, ex artis oratoriæ profeſſione quæſiuiſſe: admodumq́ multa conſcripſiſſe, in ſuo genere miranda.

Fuiſſe enim ingenio facili, copioſo ſuaui: & (quæ ſermonis maxima ſit virtus) apto: etſi à quibuſdam, iniquius de ipſo iudicetur. Addit in ſequentib. quia defuerint Chriſtianis idonei doctores: qui acriter errores publicos redarguerent: (cauſamq́ omnem veritatis ornatè copioſeq́ defenderent (defuerunt videlicet ſcholæ, in quibus ea facultas compararetur) Ethnicos aduerſarios (philoſophos) hac penuria prouocatos eſſe: vt auderent contra ignotam ſibi veritatem, quæ eis ab hominibus rudibus ſcripta videretur, ſcribere. At eam ipſam Prophetarum & Apoſtolorum ſimplicitatem, indicium veritatis eſſe: ſibi per omnia conſentientis; cùm contrà mendacium multis lex

ſit

ſit (πολυχιδὲς καὶ ποικίλον, Prouid. 1. Theodoreti) ita, aptũ inter ſe, & cohærens eſſe, non poſſit. Modus a. illos Gentiles refutandi (inquit Lactantius) hic erat: non ſcripturæ teſtimonijs, quòd eam vanam & commentitiam putabant: ſed ſuis ipſorum Argumentis: nempe humanis teſtimonijs: Philoſophorum & Hiſtoricorum: ſicut infantes pueros non cibo ſolido fortiq́; ſed liquore lactis, ac multitudine, alamus.

Huius perſecutionis tempore (ſcribit S. Hieronymus part. 3. Tract. 8. Epiſt. 37. circiter 400. annum Domini viuens) tanta adhibita crudelitas fuit: vt volentibus mori non permitteretur occidi: tardis ad mortem ſupplicijs conquiſitis: animas iugulandi cupiditate, non corpora. Nam perſeuerantem in fide Martyrem: & inter eculeos, laminasq́; candentes, victorem, iuſſit inimicus melle perungi: & ſub ardentiſſimo ſole, ligatis poſt tergum manibus reſupinari: vt ſcilicet muſcarum aculeis cederet: qui ignitas ſartagines antea ſuperaſſet. Perſecutionis crudelitas.

Eculeus, κοχλίας, Cataſta lignea cochleata erat: cui brachia & pedes eius, qui erat torquendus, fidiculis (neruis quibusdam) illigabantur: qua Cataſta in altum intenta, ponderibus ad pedes ſuſpenſis, compages oſſium miſeri, extorquendæ veritatis cauſa luxabantur. Sed & laminæ candentes corpori adhibebantur, ferreæq́; vngulæ biſulæ: quibus dolor mirificè intendebatur. Innocentes (inquit Ammianus lib. 26.) tortoribus expoſuit multos: vel ſub eculeo caput incuruos, aut ictui carnificis torui ſubſtrauit. Ab eodem Ammiano, Fodicari & Sulcari latera dicitur, pro lacerari ferreis vngulis in tortura. Rurſus lib. 29. Intenduntur eculei, inquit: expediuntur pondera plumbea cum fidiculis & verberibus: vocis horroribus, inter catenarum ſonitus TENE, claude, comple, abde. Miniſtris officiorum triſtium clamantibus.

Alium iuuenili ætate florentem, in amœniſſimos hortulos, idem beſtis præcipit abduci: ibique inter lilia cãdentia, & rubentes roſas (ò callidum Diabolum) cum leui iuxta murmure, aquarum ſerperet riuus: & molli ſibilo, arborum folia ventus collideret: ſuper extructum plumis lectum reſupinari: & ne ſe inde poſſet excutere, blandis ſertorum nexibus irretitum relinqui Quò cùm, recedentibus cunctis, meretrix ad eum ſpecioſa veniſſet: cœpit ea delicatis conſtringere colla complexibus: membra ad libidinem manibus concitare (ò blandum Diabolum) ſe victricem impudicam ſuperijcere. Sed miles Chriſti, vt tormentis antea victus non fuit: ita tunc cœleſti vt inſpiratus (ò fortitudinem ſupra humanum captum) præciſam ſibi morſu linguam, in faciem oſculantis expuit: ſic libidinis ſenſum, magnitudine doloris occupante. Ita vicit. Voluptatum illecebris Martyr reſiſtens.

Anno igitur proximè inſecuto, nempe 260. Adoleſcens quidam AEgyptius, nomine Paulus, annorum circiter XVI. apud inferiorem Thebaidem, diues, manſuetus, Dei amans: literis tam Græcis, quàm Aegyptiacis apprimè eruditus: tanta perſecutionis procella detonante: in Villã ſecretiorem ſeceſſit. Sed cùm eũ ſororis ſuæ maritus proditurus eſſet: ad montiũ deſerta confugit. Perſecutione poſtea ſedata: ipſe priorem neceſſitatem, iam in voluntatem conuertit. Alicubi itaque in ſolitudine ætatem exegit, orationibus intentus: cibum & veſtimentum ei palma præbente. Venit poſtea ad ipſum S. Antonius ſolitariam & ipſe vitam degens. Erat ille iam 113. annorum: hic verò, 90. Mortuum deinde Paulum Antonius ſepeliuit: cùm ingreſſus illius ſpeluncam, vidiſſet genibus complicatis, erecta ceruice, extenſis in altum manibus, corpus exanime: & primò eum adhuc viuere putans pariter orauiſſet. Tunicam eius accepit, in ſportarum modum de palmæ folijs contextam: diebus ſummorum feſtorum induit. Paulus Eremita. Monaſticæ vitæ origo. S. Antonius.

Ab hoc tempore, aut non multò antè vitæ Monaſticæ & Eremiticæ initium factum eſt: in Ægypto, Syria, Paleſtina: quando Romani imperatores, immani crudelitate in religionis Chriſtianæ cultores graſſati ſunt. Hos cruciatus vt effugerent pij: nec propter eis naturæ imbecillitate Chriſtum abnegarent: ſed abdere in ſyluis, montibus vallibus, inter Spelæa ferarum, maluerunt. S. Hilario.

Inſequenti tempore, Antonij in AEgypto exemplo, Hilario quoque Paleſtinus, non longe à Gaza ſolitariæ ſe, vitæ dedit cuius exemplo D. Hieronymus (Part. 3. Tract. 9. Epiſtola 4.) per totam Palæſtinam innumerabilia Monaſteria cœpiſſe ait. Habuiſſe illum hanc gratiam: vt ex odore corporum veſtiumque, & earum rerum, quas quis tetigiſſet, ſciret: Cui Dæmoni, vel cui vitio, ſubiaceret. Fuit ſcilicet, vt Græcè dicam, διορατικὸς τῶν κρυφίων, perſpicax occultorum. Cellam habuit latitudine pedum 4. altitudine pedum 5. nempe ſtaturæ ſuæ humilioris. En magnificum ædificium. Diſcipulus ei fuit HADRIANVS quidam ingratus: qui cùm eum multis iniurijs affeciſſet: poſt aliquantum temporis, morbo regio computruit. Obijt ipſe Hilario LXXX. ætatis anno, in Cypro, dicens: Egredere, anima mea. Mors eius.

Quid

Digitized by Goo

Quid dubitas? Septuaginta propè annis ſeruiſti Chriſto, & mortem times? Adiurauit præſentes omnes, vt ne puncto quidem horæ ſeruaretur inſepultus. ſed ſtatim poſt mortem humaretur, ſicut veſtitus erat: in tunica cilicina, & cucullá, & ſago ruſtico. Tales hi erant Monachi, & Eremitæ.

Ita Tyrannici & ſanguinarij idolorum cultores, cauſam quærendæ ſolitudinis dederunt. Quibus etſi poſtea ſuccedebant Chriſtiani Imperatores: nihilominus à permultis amabatur ſolitaria commoratio: exiſtimantibus, ſe ita magis à curis rerum mundanarum vacuos fore: & ſic attentius ad ſtudium religionis ac precum incumbere poſſe. Ea quoque vita, magni vulgò putabatur. Interim tamen illi ſe non remouebant ab Eccleſia: ſed & ipſi docebant alios: & conſolando aderant afflictis. Libertas quoq; erat, ex ſeparata vita ad communionẽ hominũ redeundi: ſi ita res flagitaſſet.

Monaſteriorum ædificationes.

Ac plurib. ſolitarijs in vnũ locum collectis: poſtea κοινόβια, μοναστήρια, σεμνεῖα *(cœnobia, communitates, cœtus honeſti, non voluptuarij) facta ſunt. Scholæ etiam, ijs in locis ædificatæ: & docti homines, educati.*

Scholæ in Monaſterijs.

Cùm autem ſolius Chriſti merito, fide viua nobis applicando, intendẽdum eſſet: ſucceſſu temporis irrepſit opinio, vitam æternam hoc genere vitæ, bonorumq; operum cumulo, promerendi: varij exorti ſunt monachorum ordines variæ Regulæ viuendi, multiplex aſtrictio, magna hypocriſis. Tandem, degener morum diſſolutio.

Diximus, quanta fuerit Valeriani in Chriſti ſtudioſos ſæuitia Sed, quod apud Poëtam eſt, ἔχει θεὸς ἔκδικον ὄμμα, *habet Deus vindicem oculum: hoc certè, & priuatim in ipſo, & publicè in imperio, accidit. Germani enim, Gotthi, Perſæ, in Romannos inſurrexerunt: multi duces, Romani imperium ſibi rapuerunt: cædes ex cædibus, ærumnæ ex ærumnis, ortæ ſunt.*

Valerianus Imp. à Sapore Perſa captus.

Sapores vel Sapor, Perſarum Rex, Syriam, Ciliciam, Cappadociam depopulabatur. Ei cùm 262. Chriſti, Valerianus cum copijs cocurreret in Meſopotamia: prælio ſuperatus eſt, & captus. Ibi ignobili ſeruitute conſenuit. Nam quamdiu vixit: eius incuruati ceruicibus pedem Sapores imponens, ſic equum conſcendere ſolitus eſt: licet eum aliquot Reges amici, à tanta elatione animi dehortarentur literis. Tandem etiam crudeliſſima morte affecit: cute à ceruicibus, ad imos vſq; pedes detracta:

Vxor eius, Mariniana.

Ex vxore Mariniana, Valeriano Imp. natus fuit Gallieni (ex alia priore vxore nati) frater, Pub. Licinius Valerianus. Huius Marinianæ nummus argenteus, ab Occone ponitur.

DIVA MARINIANA.

CONSECRATIO. Aquila, ferens animam Marinianæ in cœlum.

Verius Lucæ 16. S. Angeli animam Lazari in ſinum Abrahami tulerunt.

Gallieni clementia erga Chriſtianos.

Amiſſo ſic, vti diximus, Valeriano: remanſit Imp. Gallienus (Græcis Γαλλιῆνος, *Galienus, ſimplici L. Fortè à* γαλήνη, *tranquillitate) eius F. qui ſe moderatius geſsit. Namq; mox publicis edictis perſecutionem Chriſtianorum ſedauit: omniaq; à Doctoribus eorum, liberè adminiſtrari voluit: vt Euſebius 7. Eccleſ. hiſt. 12. ſcribit.*

Equeſtrium turmarũ inſtitutio.

Idem, primus equitũ turmas (ἱππικὰ τάγματα *Cedrenus vocat) inſtituit: cùm hactenus Romani milites, ferè pedites fuiſſent.*

Vxor eius, & Salonina & Pipera.

Vxorem habuit Saloninam. Sed quia Marcomannos (Sueuos & Bohemos) timebat: accepit ab ipſorum Rege filiam eius, matrimonij ſpecie, nomine Pipam vel Piperam. (Weibs Ehr/ *vt Spangenberg vertit muliebre decus) dans ei viciſſim ſuperioris Pannoniæ (Auſtriæ) partem: videlicet non curans, à ſe hanc regionem amore puellæ detrahi Imperio Romano. Eam tamẽ, cùm Salonina coniux repudianda non eſſet, ſemper loco concubinæ habuit: quod fortaſſe ſocero probatum non eſt: & Sueuos citius ad arma concitauit. Ita Salonina & Pipera, diuerſæ mulieres ſtatuuntur: aſtipulante Paulo Diacono. Sed in Numiſmat libro, Occo hæc nomina coniungit: CORNELIA SALONINA PIPARA: quæ fuerit Regis Marcemannorum filia. Etſi enim in nummis nomen Piparæ non eſt: SALONINA AVG. & CORN. SALONINA AVG. &,* ΚΟΡ. CΑΛΩΝΕΙΝΑ CΕΒ. & CΑΛΩΝ. ΧΦΥΟΓΟΝΗ C Ε. *tamen à Trebellino Pollione, Saloninam Piparam perditè dilectam Gallieno eſſe, dicit. Cùm plerique patris eius (vt idem Trebel. ait) captiuitatem mærerent: ille, ſpecie decoris, tanquam pater ſuus ſtudio virtutis deceptus eſſet, ſupra modum lætatus eſt. Reuera autem cenſuram grauitatis paternæ ferre non potuerat.*

Defectiones gentium à Gallieno.

Cùm ludibrijs & helluationi vacaret: neq; aliter Remp. regeret: quam cum pueri fingunt ludi cauſa poteſtates: contemptu eius, multorum ab eo defectiones, & gentium motus, fiebant: de quorum aliquibus, poſterius. Nihil ille horum curare: ſed ex ijs, qui circa eum erant, requirere:

Quid

Quid habemus in prandio? quæ voluptates, paratæ ſunt? Qualis cras erit cœna? Quales, Circenſes? Nuntiato, Ægyptum defeciſſe: dixiſſe fertur: Quid? ſine lino Ægyptio eſſe non poſſumus? Aſiam vaſtatam à Scythis & Gotthis eſſe: Quid? ſine Aphronitris eſſe non poſſumus? Aphronitrum, ſpuma nitri.

Idem Athenis ἄρχων, ſiue ſummus Magiſtratus, & ciuis adſcribi, omnibusq́ ſacris intereſſe, voluit. Athenis ἄρχων

Fuit ſanè oratione, poëmate, atque omnibus artibus, clarus: ſi alius in Imperatore requiritur: aliud in oratore & Poëta flagitatur.

Veris tempore, cubicula de roſis fecit. De pomis caſtella compoſuit. Vuas triennio ſeruauit. Hyeme ſumma, melones exhibuit. Muſtum quemadmodum toto anno haberetur, docuit. Crinibus ſuis ſcobem auri aſperſit: radiatus ſæpe proceſſit. Menſam ſecundam ſcurrarum & mimorum, ſemper propè habuit. Etiam crudelis fuit: quippè & terna, & quaterna, militum millia, ſingulis diebus occidens. Voluptates Gallieni

Denique hic Sardanapalus, homo erat natus, ab Domini & voluptatibus: dies ac noctes vino & ſtupris perdens orbem terrarum.

Igitur, ipſo Remp. deſerente: Romanum Imperium in occidente, per Aulum Poſthlimium, vel Poſthumum: in Oriente, per Odenatum Palmyreum, viros fortiſsimos, ſeruatum eſt. Aliter à Germanis, Scythis, Perſis, & ſurgentibus vbique hoſtibus, perditum fuiſſet, ſicut ſequenti capite oſtendemus.

Tandem 270. Chriſti, Gallienus, commento Aureoli, quem Mediolani obſederat, vnà cùm fratre Valeriano, & Gallieno F. interemptus 12. Calend. Aprilis eſt: anno ætatis 50. poſtquam cum patre annos 7. deinde ſolus 8. imperaſſet. Et interitus.

CAPVT III.

GOTTHORVM GERMANORVM, ET SVEVORVM, IRRVPTIOnes in Aſiam, Italiam, Galliam, Hiſpaniam, alioque. Triginta Tyranni, in Romanorum Imperium ſe intrudentes. Calamitates hæ præſertim Gallieni tempore.

ANNO Domini 257. & poſt Getæ, vel Gotthi, in Aſiam irrumpentes, omnia longè latéque vaſtarunt. De hac re pluribus locis ſcribit Trebellius. Eorum enim partem faciens Scythas: hi, inquit, Bithyniam inuaſerunt, ciuitatesq́ deleuerant. Aſtacum (quæ poſtea Nicomedia dicta eſt) incenſam, gnauiter vaſtauerunt. Rurſus inquit: Gotthi, occupatis Thracis, Macedoniam vaſtarunt: Theſſalonicam obſederunt. Pugnatum eſt in Achaia, Macriano duce, contra eoſdem Gotthos. Vnde victi, per Achæos receſſerunt. Scythæ item, hoc eſt, pars Gotthorum, Aſiam vaſtabant. Tunc etiam Templum Dianæ Epheſiæ, diſpoliatum & incenſum eſt: cuius opes, famâ in populos ſatis notæ. Nihil interea Gallienum talia mouebant: vt ſuprà dictum eſt. Deinde addit: Perſas Odenatus, Palmyrenorum Dux, dum infeſtabat: tantùm, vt Valerianum captiuum, liberaret Scythæ in Cappadociam peruaſerunt. Illic captis ciuitatibus: bello etiam vario diu acies ad Bithyniam contulerunt. Poſtea, nauibus factis, Heracleam peruenerunt: atque inde cum præda in ſolum proprium reuerterunt: quamuis multi naufragio perierint, naualı bello ſuperati. Sequenti tempore, per Euxinum nauigantes: Iſtrum ingreſsi, multa grauia in ſolo Romano fecerunt. Poſtea, circa Pontum pugnatum eſt: & à Byzantijs ducibus, Cleodamo atque Athenæo quos Gallienus præfecerat, victi Scythæ. Victi item, Veneriano duce, naualı prælio Gotthi. Inde Cyzicum & Aſiam, deinceps Achaiam omnem (circa 265. Chriſti) vaſtauerunt: & ab Athenienſibus, duce Dexippo, ſuperati ſunt. Vnde pulſi, per Epirum, Acarnaniam, Bœotiam ſunt peruagati. Gallienus interea vix excitatus publicis malis: Gotthis vagantibus per Illyricum occurrit: & fortuitò plurimos interemit. Quo comperto: Scythæ facta carragine (in vnum coactis impedimentis, lixis & calonibus) per montem Geſſacem fugere conati ſunt. A Macriano poſtea varia fortuna agitati omnes Scythæ, magis ad rebellionem excitati ſunt. Hæc per tempus Imperij Gallieni. Et quanquam Scythæ ac Gotthi, ad orientem (Tanain verſus) & Septentrionem habitabant: Video, nec Germanos omnino ab eis excludi.

Gotthorum irruptio in Aſiam. Odenatus Palmyr. Dux. Byzantij Duces. Carrago Scytharum.

Anno 265. Quadi Sarmatæq́ (Sueui & Poloni) Pannonias & Noricum, à quibus Danubio ſeparabantur, occuparunt. Circa quod tempus Dacia, olim à Traiano vltra Danubium acquiſita, amiſſa eſt. Quadi. Sueui, & Sarmatæ Poloni.

Anno

Franci, Francones.

Anno 263. & ſequenti tempore, Germani Franciq́; (poſtea nominati ex his Frācones) trāſgreßi in Rhatiam & Vindeliciam, Italiam inuaſerunt: ac cædendo populandoq́; Rauennam vſq; progreßi, magna cum præda reuerſi ſunt. Alemanni in Gallias ponte Moguntiaci tranſito, Treuerim & Mediomatrices vſq; inuaſerunt quibus vaſtatis, in Italiam tranſierunt.

Saxonum, Francorum, Sueuorū in Gallias irruptio.

Anno 266. Saxones, Franci, Alemanni, rurſus in Gallias irruerunt. Qua de re Tritenhemius ſcribit: eos iuſſu Francorum Regis Bertheri (VVartherus) Ducibus Anthero filio eius, & Luthero F. Regis Saxonum Marobodi: Galliam magno cum exercitu peruagantes deuaſtaſſe. Incepiſſe autem à Tungrenſium (Leodienſium diœceſis) regione, per Beluacos, vſque ad flumen Sequanam: & vlterius vſque in Hiſpaniam, omnia vaſtando, perueniſſe: vrbem Terraconenſem ſubuertiſſe.

De hoc tempore GREGORIVS Turonenſ. lib. 1. Hiſtor. Franc. his verbis barbarè ſcribit.

Chrocus Alemānus Rex.

Chrocus (Spangenberg. Garocus, Garhoch) Alemannorum Rex commoto exercitu, Gallias peruagauit. Hic autem Chrocus, multæ adrogantiæ fertur fuiſſe. Qui cùm nonnulla iniquè geßiſſet (per conſilium, vt aiunt, matris iniquæ) collectam habens, vt diximus, Alemannorū gentem vniuerſas Gallias peruagatur: cunctasq́; ædes, quæ antiquitus fabricatæ fuerant, à fundamētis ſubuertit. Veniens verò Aruernos: delubrum illud, quod Gallicâ lingua, Vaſſo Galatæ vocant, incendit, diruit, atq; ſubuertit. Miro opere factum fuit, atque firmatum: cuius paries, dupelx erat. Ab intus enim minuto lapide, à foris verò quadru ſcalptis, fabricatum fuit. Habuit enim paries ille craßitudinem, pedes triginta. Intrinſecus verò marmore ac muſiuo, variatum erat. Pauimētum quoque ædis marmore ſtratum: deſuper verò, plumbo tectum. Additur ab eodem Gregorio: S. Priuatum Gaballitanæ vrbis Epiſcopum, cùm Dæmonijs immolare recuſaſſet, fuſtibus ita caſum eſſe: vt, interpoſitis paucis diebus, ſpiritum exhalauerit. Chrocum verò poſtea apud Arelatenſem Galliarum vrbem comprehenſum (Gallijs nimirum per Poſthumum, & Victorinum, & Tetricum, receptis) diuerſis affectum ſupplicijs gladio verberatum interijſſe: non immeritò pœnas, quas ſanctis Dei intulerit, luentem.

DE GERMANIS: ET GOTHIS, ET FRANCIS, Auentin. lib. 2.

Nomina à Germanis mutata.

Hac tempeſtate, inquit, vetera cognomina (vt fit, cùm rebus bellicis noui homines emergūt) Germania mutauit. Fecerant & Romani duas, in Gallia Belgica & Celtica, Germanias. Maiores noſtri tranſrehnani ne Romanis & ipſi, ſicut Ciſrhenani, ob commune idemq́; cognomen ſubeſſe viderentur (ſicut, qui hodie Calendarium Gregorianum recipere recuſant) vetus Germaniæ vocabulum exibilarunt: noua ſibi fecerunt cognomina, Chauci, Cheruſci, Saxones, Cimbri, Dani Daci, & Getæ, antea: GOTTI poſthac dicti ſunt.

Gotthi.

Franci, nobilitasq́; Rex.

FRANCI, antiquiſſima gens Germaniæ Magnæ, non tam lata quàm valida (teſte Cicerone, & D. Hieronymo) Obſcuriores hactenus: ſub nomine partim Chattorum & Heluetiorum partim Tungerorum atque Boiorum, delituerant (quemadmodum apud D. Gregorium Tucon Theodoricus, primus Rex Francorū, in Tucogos perorat) iam inde clariores fieri, pededētim increſcere, cœperunt. Eò magnitudinis tandem deuenēre: vt & Gallia omnes, & Romanum Imperiū, in Germaniam (ſub Carolo M.) tranſtulerint. A quibus & Germania, Francia dicta eſt: Et apud Celtas, adhuc Francorum Rex nominatur.

Alemanni.

Aliæ Germaniæ nationes, Alemannos (quaſi tu dicas: omnes, viri ſumus) ſe cognominarūt, Vnde Alemannia adhuc Germania vocatur. Hæc, ille. Locus Gregorij, lib. 3. eſt: ſed ibi Thoringi nuncupantur: & contra eos bellum Theodoricus gerit.

DE GOTHIS, PHILIP. Melanch. Chronico Carionis.

Getæ & Gotthi.

Non dubium eſt, inquit, eandem gentem nuncupatam eſſe GETAS ET GOTHOS: & linguam eorum, Teutonicam eſſe manifeſtum eſt. Olim in Aſia ſedes habuerunt. Inde progreßi acceſſerunt ad Thraciam. Poſtea longum tractum à Pannonia vſque ad littus Balticum, & vicinas inſulas compleuerunt. Inde rurſus effuſi, primum Pannoniam, deinde Italiam, occuparunt. Nomen Getæ, Gedid, militem ſignificat.

NOMINA XXX. TYRANNORVM: ILLIS TEMPORIBVS, QVANDO Gallienus diſſolutè viuebat, Imperium labefactantium: & nomen Imperatoris capientium.

Triginta Tyranni.

Pleriq; breui à militibus, aut propinquis, aut æmulis, interempti.

I. Cyriades, circa Chriſti 260. in Syria. Malus malè periit.

II D. Lælius Ingenuus, in Pannonijs. Prælio victus à Gallieno, ſe ipſe pugione occidit, metuēs illius crudelitatem.

III. Odenatus, in Syria, 262, vxor eius Zenobia: nobiliſſima orientalium fœminarum, & ſpecioſiſſima.

IIII. Herodes, vel Herodianus, Odenati F. ex alia ante Zenobiam vxore, delicatiſſimus: qui cum patre, à Mæonio propinquo interfectus eſt. Non erat charus Nouercæ.

V. M. Acilius Aureolus, in Illyria. Eius dolo, Gallienus à ſuis occiſus eſt.

VI. M. Fuluius Macrianus, in Aſia. 263. Senex præſtans.

VII. Q. Fului. Macrianus, Macriani F. bellicoſus.

VIII. Cn. Fului Quietus, Macriani proximi frater: adoleſcens Imperio dignus.

IX. Ser. Anicius Baliſta, in Aſia: vir eruditus, & armis excellens.

X. P. Valerius Valens, in Macedonia: militaris & politicus vir.

XI. L. Calpurnius Piſo, in Theſſalia, vir ſummæ ſanctimoniæ, & omnibus acceptiſſimus.

XII. Ti. Ceſtius Alex: Æmylianus, in Ægypto. 263. Coactus accipit Imperium: ob virtutes Alexander dictus. Captus mittitur ad Gallienum, & in carcere ſtrangulatur.

XIII. M Caſſius Latienus Poſthumus. Arripuit hic apud Gallos Imperiū annos 7. & ijs charus erat: quòd ſummotis Germanis, in priſtinam ſecuritatem reuocaſſet Imperium. Præfuit, adſcitis ſibi Francis: olim Sicambris, poſtea Menapijs, dictis: ibi habitantibus tunc, vbi Rhenus in mare influit: Sed poſt plures annos, agente Lolliano, ab his interfectus eſt. 267.

XIIII. C. Iunius Caſſius Poſthumus: doctiſſimus adoleſcens: cuius Declamationes Quintiliano feruntur inſertæ: Occiſus cum patre.

XV. Q. Nonius Regillianus, in Mæſia, Chriſti circiter 265. Etymologius Imperator fuit. Militibus enim quibuſdam cum eo cœnantibus: aſtitit Valerianus Tribunus, qui dixit: Regilliani nomen vnde credimus dictum? Alius continuò: credimus, quòd à Regno. Tum Scholaſticus, qui aderat, cœpit declinare: Rex, Regis, Regi, Regillianus. Milites, Ergo poteſt Rex eſſe inquiunt. Itē alius, Ergo poteſt nos regere. Ita poſterius, cùm manè proceſſiſſet: à Principibus Imperator eſt ſalutatus. Et profectò egregius vir erat. Imperator ex Grāmatica declinatione factus.

XVI. Sex. Iulius Saturninus, in AEgypto. Prudens, grauis, diſciplinæ militaris obſeruans.

XVII. C. Annius Trebellianus, in Iſauria. Antea fuerat Archipirata.

XVIII. T. Cornelius Celſus: ab Afris ornatu Pepli Deæ, cœleſtis, Imp, appellatus.

XIX. Ap. Claudius Cenſorinus in Italia: Conſulatu functus, iam ſenex.

XX. & XXI. Herennianus & Timoalus, Odenoti filij, in Syria: quorum nomine vſurpato, Zenobia imperauit.

XXII. Mæonius, Odenati Conſobrinus: ſed eius ex inuidia interfector: breui viciſſim interfectus.

XXIII. Sp. Seruilius Lollianus, in Gallia, circ. Chriſti, 269. Hic ciuitates & caſtra, quæ ſubitâ Germanorum irruptione fuerant direpta, reſtituit.

XXIIII. A. Pomponius Ælianus, Maguntiaci. 270.

XXV. M. Aurelius Victorinus, Victorinæ filius, in Gallia. Magnis virtutibus præditus: ſed Coloniæ Agrippinæ, propter cuiuſdam vxorem ſtupratam occiſus, cum filiolo. 272.

XXVI. L. Aurelius Victorinus, Victorini F. Victoriæ N. Cæſar nuncupatus à patre & auia: ſed ſtatim eadem hora à militibus, cum ipſo interfectus.

XXVII. Marius, vel Mamurius, in Gallia. Hic ex fabro ferrario, triduum tantùm imperauit. Dixit inter alia militibus: Ars mihi obijciatur ferraria: dum me & exteræ gentes ferrum attrectaſſe, ſuis cladibus recognoſcant in Italia. Item vt omnis Alemannia, omniſque Germania, cum cæteris adiacentibus gentibus, Romanum populum ferratam putent gentem: vt ſpecialiter in nobis ferrum timeant. Sed fruſtrà. Nam interemptus eſt à quodam: qui olim eius operarius in fabrili officina fuerat: qui inuadens, dixit: Hic eſt gladius, quem ipſe feciſti. Mario huic tantum robur fuit: vt Carra venientia, digito ſalutari repuliſſe dicatur: & fortiſſimi quiq;, vno digito ab eo percuſſi, quaſi ligni ictu percuſſi dolerent. Faber ferrarius, Imperator.

XXVIII. P. Piueſius Tetricus, in Gallia, poſtea cum Zenobia triumphatus ab Aureliano, cui ſe 275. dediderat: deinde, ab eodem honoratus.

XXIX. C. Piueſ. Tetricus, Cæſar nuncupatus. Poſtea, cùm patre in triumpho ductus, & in honore habitus.

XXX. Duæ etiam illuſtriſsimæ matronæ, Zenobia & Victoria: quarum illa in Oriente, hæc in Occidente, Gallieno nequiſsimè imperante, optimè imperando, fatigatam rem Romanam aliquatenus fulſerunt.

De Regina Zenobia. Zenobia, Semiramidem, Didonem, & Cleopatram Ptolomæam, ſui generis Principem prædicabat. Viro Odenato mortuo, diadema geſtans, adorata eſt more Regum Perſarum, conuiuata more Imperatorum Rom. Ad conciones galeata proceſsit, cum limbo purpureo: gemmis dependentibus per vltimam fimbriam. Mediâ etiam cyclade, veluti fibula muliebri, aſtricta: brachio ſæpe nudo.

Fuit vultu ſubaquilo, fuſci coloris, oculis ſupra modum vigentibus nigris: tanto candore in dentibus, vt hi à pleriſque margaritæ putarentur. Vox, clara & virilis: ſeueritas, vbi neceſsitas poſtulabat, Tyrannorum bonorum Principum clementia, vbi pietas requirebat. Larga prudenter: conſeruatrix theſaurorum vltra fœmineum modum. Bibit ſæpe cum ducibus: cùm eſſet aliàs ſobria. Bibit etiam cum Perſis & Armenijs, vt eos vinceret. Græci & Ægyptiaci ſermonis gnara: nec latini vſque quaque ignara: quo etiam filiolos vti iuſsit. Hiſtoriæ Alexandrinæ & Orientalis ita perita, vt eam redegiſſe in compendium dicatur. Etiam in coniugio, caſtiſsimæ vitæ fuerat ſtudioſa.

De Victoria, vel Victorina. Caſtrorũ mater. Victoria, ſiue Victorina: vbi Victorinos filium ac nepotem, aliosq́ claros viros, vidit à militibus interemptos: animo nõ defecit: Sed Tetricum ad imperium hortata eſt: vt ſemper virile facinus auderet. Appellata fuit, CASTRORVM mater. Cuſi ſunt eius nummi ærei: argentei & aurei, quorum forma diu apud Treuiros extitit. Ipſa, Tetrico imperante, vel occiſa, vel fatali neceſsitate conſumpta.

Horum triginta Principum, etſi magna confuſio, tamen etiam hic vſus in imperio fuit: ne obtinendi Romanum ſolum Germanis daretur facultas. Nam ſi hi incubuiſſent maiore vi: venerabile Romanum imperium concidiſſet.

EX FRANCISCO TARAPHA, DE GERMANOorum & Sueuorum in Hiſpaniam irruptione, de qua ſuprà diximus.

Germani, Hiſpania potiti. Germani ſuperiores, inquit, his temporibus abraſâ potiuntur Hiſpania: à quibus, Germani, qui oretani: & oretum Germanicum, Eſtremaduræ oppidum (hodie Calatraua) conditum. Et Germanica legio dicitur ciuitas, eius Regni Metropolis, vulgò Leon: quam Gallienus à Germanis oppugnatam recepit. Hi item Burgenſi ciuitati (Burga ſiquidem Germanis oppidum dicitur) nomen impoſuerunt: cùm priſcis temporibus Auca, ſiue Brauum, nominaretur.

CAPVT IIII.

IMP. FLAVIVS CLAVDIVS.

Clades Gotthorum, & Alemannorum.

IMP. AVREL. QVINTILLVS.

Imperium Flauij Claudij. ANNO Chriſti 271. ſucceſsit, Gallieni morientis ſententiâ deſignatus, IMP. CÆS. M. Aurelius Flauius Claudius Gotthicus, P. F. Aug. XXXVI. qui imperauit A. 1. M. 10. D. 15.

Hic quantus vir fuerit: quantopere hoſtibus cædendis, rem Romanam, multos annos ab eis vexatam, reſtituerit: ex Epiſtola eius, grauiſsimi hominis, patet: quam ad Iunium Brocchum, Illyriæ defenſorem ſcripſit.

Epiſtola de rebus ab ipſo geſtis. Gotthorũ clades. Deleuimus, inquit, CCCXX millia Gotthorum: duo millia nauium merſimus. Tecta ſunt flumina ſcutis: Spathis & lanceolis omnia littora operiuntur, Campi oſsibus latent tecti: nullum iter purum eſt: ingens carrago, deſerta eſt. Tantum mulierum cepimus: vt binas & ternas mulieres, victor ſibi miles poſsit adiungere. Subdit Trebellius: vtinam Gallienum non eſſet paſſa Reſpub. vtinam ſexcentos Tyrannos non pertuliſſet. Saluis militibus, quos prælia ſuſtulerunt: ſaluis legionibus, quas Gallienus malè victor occidit: quantum eſſet additum Reipublicæ? Siquidem nunc verba naufragij publici colligit, noſtra diligentia, ad Romanæ Reipublicæ decus. Pugnatum enim eſt apud Mæſios: & multa fuerunt prælia, apud MARTIANOPOLIN. Multi naufragio perierunt: plerique capti Reges: captæ diuerſarum Martianopolis.

gentium

gentium nobiles fœminæ: impletæ barbaris ſeruis, ſenibusque cultoribus, Romanæ prouinciæ. Pugnatum præterea eſt apud Byzantium: ipſis, qui ſuperfuerant, Byzantijs, fortiter facientibus. Pugnatum apud Theſſalonicenſes: quos, Clodio abſente, obſederant Barbari. Pugnatum in diuerſis regionibus: & vbique auſpicijs Claudianis victi ſunt Gotthi: prorſus, vt iam tum Conſtantio Cæſari, nepoti futuro, videretur Claudius ſecuram parare Rempub. Fuerunt per ea tempora, & apud Cretam Scythæ: & Cyprum vaſtare tentarunt. ſed vbique morbo exercitu laborante, ſuperati ſunt. Gotthis, Sarmathis, Scythis, Quadis, deuictis: Daciam, Thraciam, Græciam, Illyriam recuperauit Claudius. Cedrenus ſcribit, Scythas Athenis antea captis, omnes libros comportatos voluiſſe comburere. Sed quodam diſſuadente, quòd Romani talibus nugis occupati, bellica ſtudia eſſent neglecturi, abſtinuiſſe. Athenarum Bibliotheca.

De Alemannis, quorum triginta millia (non trecenta millia: vt meum P. Diaconi exemplar habet) erant, tantam Claudius multitudinem fudit: vt ægrè pars dimidia ſuperfuerit. Accidit hæc clades haud procul à lacu Benaco: qui Germanicè Gartſee nominatur, non longè à Verona. Alemannorum clades.

Fuit Claudius inſignis morum grauitate, & caſtimoniâ: vini parcus, ad cibum promptus: ſtatura procerus, lato & pleno vultu, oculis ardentibus: digitis adeò fortibus, vt ſæpe equis & mulis, ictu pugni dentes excuſſerit. Claudij προσωπογραφία.

Peſtilentiâ orta, cùm ex inſpectione fatalium (Sibyllinorum) librorum, intellexiſſet: ſententia in Senatu dicendæ primi morte remedium deſiderari: Pomponio Baſſo, qui tum primus erat, ſe offerente: ipſe vitam ſuam, haud paſſus reſponſa fruſtrari, dono Reipub. dedit: præfatus, neminem tanti ordinis primas habere, niſi ipſum Imperatorem. Sibyllini libri.

Confectis igitur his bellis: Sirmij morbo correptus, pridie nonas Febru. exceſſit: atque in numerum diuorum relatus eſt. Poſita ei ſtatua quoque aurea in Capitolio, prope ipſum Iouis ſimulacrum: atq; in curia Clypeus aureus, imagine vultus eius expreſſa. Obitus Claudij.

In numiſmat. Occonis, hæc ponuntur.

DIVVS CLAVDIVS.

CONSECRATIO.

DIVO CLAVDIO GOTH.

CONSECRATIO. cum ara.

Succeſſit in Imperio ei frater ſuus IMP. CÆS. M. AVRELIVS QVINTILIVS, P. F. Aug. XXXVII. Vir ſanctus, Italici antè præſidij Dux. Sed cum exercitus Aurelianum Imp. legiſſet: ſe illo inferiorem ſentiens: venas ſoluit, & XVII. Imperij die, X. Calend. April. deceſſit: vel, vt alij volunt, à militibus, in quos ſe grauem oſtenderat, occiſus eſt. Imp. Aurelius.

Fratres	Claudius Imp.	Quintillus.
	Quintillus. Imp.	Claudius
	Criſpus ———	Claudia vxor.
	Eutropij ———	Conſtantius Cæſar.

Cùm Aurelianus, ſequens Imperator, quodam tempore Gallicanas Druidas (Truten/Hexen) conſulens, ſciſcitatus eſſet: apud cuiuſdam poſteros Imperium manſurum: illæ reſponderũt: Nullius clarius in Repub. nomen, quam Claudij poſterorum, futurum. Druides Gallicanæ.

CAPVT V.

L. VALERIVS AVRELIANVS IMP. ET RES AB EO CONTRA SARmatas, Francos, Alemannos, Gotthos, alioſque, geſtæ. Amburbium, Ambarualia, Rubigalia. Triumphus de regina Zenobia, Circus Romæ maximus. Pomœrium.

ANNO ſalutis 273. erat XXXVIII. IMP. CÆS. L. DOMITIVS AVRELIVS VALERIVS AVRELIANVS, P. F. Aug. qui imperauit in annum VI. Imp. Aurelianus.

Ortus fuit patre mediocri, ex Dacia ripenſi quæ eſt inter Daciam & Macedoniam. A prima ætate ingenio viuaciſſimus, viribus clarus: nullum vnquam diem prætermittens: quo non ſe pilo & ſagittis, cæteriſq; armorum generibus, exerceret.

Auſpicium Imperij, inter alia hoc quoq; ei fuiſſe dicitur: quòd pueri eius peluim ſerpens ple- Serpentis ex-

 runq;

runque cinxit:neque vnquam occidi potuit: quem ſerpentem tandem etiam mater, ſolis Sacerdos, quaſi familiarem, occidere amplius non voluit.

Princeps hic, neceſſarius magis fuit, quàm bonus: id eſt, vtilis quidem Imperio contra Barbaros firmando: ſed interim ſeuerus, truculentus, ſanguinarius, teſte Flauio Vopiſco.

Fortitudo Aureliani. *Ante Imperium autem, erumpentes Sarmatas (Germanos vlteriores) in Illyrico, trecentis ipſe Tribunus militum præſidiarijs ſolus attriuerat: Idem manu ſua bello Sarmatico, vna die quadraginta octo interfecerat. Plurimis autem diebus, vltra nongentos & quinquaginta. Itaque pueri balliſtea (Dicta in eum βαλλόμενα) & ſaltatiunculas componentes, diebus feſtis militariter ſaltitabant: Mille, Mille, Mille, Mille, Mille, decollauimus.*

Idem apud Maguntiacum, Tribunus legionis ſextæ Gallicanæ, ex Francis irruentibus, cùm vagarentur per totam Galliam, ſeptingentis interemptis, trecentos captos ſub corona vendidit. Vnde iterum cantilena: Mille Francos, mille Sarmatas, ſemel occidimus.

Adulteri ſupplicium. *Militibus ita timori fuit: vt, poſteaquam ſemel ingenti ſeueritate (aſtrenſia peccata correxiſſet, nemo amplius peccauerit. Militem certè ſolus omnium, vxoris hoſpitis adulterum, ita puniuit: vt duarum arborum capita inflecteret: easq; pedibus ibi militis alligatis, ſubitò dimitteret. Sic ſciſſus ille, vtrinq; pependit.*

Præcepta militaria.

Militaria præcepta. *Nemo pullum alienum rapiat: ouem nemo contingat. Vuam nullus auferat: ſegetem nemo deterat. Oleum ſal, lignum, nemo exigat: annona ſua (αὐταρκείᾳ) contentus ſit. De præda hoſtis, non de lacrymis prouincialium, habeat. Arma, terſa ſint: ferramenta, ſamiata (acutâ) calceamenta verò fortia. Stipendium, in balteo, non in popina, habeat.*

Duces, Aureliano militantes. *Cum ipſo erãt Duces, inter alias nationes, etiam hi: quorum nomina Germanica ſunt: Hartomundus,* Hartmund / verſchwigen / oder Ernſthaffter / beſtändiger Red: *Haldegaſtes,* Haltgaſt / Gaſtfrey: *Hildomannus,* Hildemann / Hillend / vnd berühmbt: *& Carioniſtus,* Gar veſt. *Ergo, Germani & Sueui, ſub eo militantes.*

Iudicium Valeriani Auguſti ſuperiori tempore, de Aureliano, in thermis apud Byzantium.

Gratias inquit, tibi agit, Aureliane, Reſpub. quòd eam Gotthorum poteſtate liberaſti.
" *Abundamus per te præda: abundamus gloria, & his omnibus, quibus Romana felicitas creſcit. Cape igitur tibi pro rebus geſtis tuis coronas murales quatuor, coronas vallares quinq;, coronas nauales duas, coronas ciuicas duas, & alia. Te conſulem hodie deſigno: ſcripturus ad ſenatum, vt tibi deputet Scipionem: deputet etiam faſces. Hæc enim Imperator non ſolet dare ſed à ſenatu, quando fit, conſul accipere. Geſſit verò longius pòſt Valeriano ſublato, conſulatum Aurelianus: ſcilicet Anno Chriſti 267.*

Præmia rerum fortiter geſtarũ.

Iudicium Fl. Claudij de Aureliano, 271. Chriſti.

" *Tuo magiſterio milites vti volo: tuo ductu, Tribunos. Gotthi oppugnãdi ſunt: Gotthi à Thracijs amouendi. Eorũ enim pleriq; Hæmi montem, Europamq;, vexant: qui te pugnante fugerunt.*

Sueui & Sarmatæ, ab Aureliano victi. *Ad initium autem Imperij ſui Aurelianus (qui Claudio ſtatim conſenſu legionum omnium ſucceſſit) contra Sueuos & Sarmatas vehementiſſimè dimicauit: ac florentiſſimam victoriam reportauit. Hoc tantillum ponit de Sueuis & Sarmatis Vopiſcus: ex quo tamen apparet, quanti periculi & laboris fuerit, eos vincere: cùm vehementiſſimam fuiſſe dimicationem dicat. Neminem habuerunt illi populi ex ſuo corpore: qui ipſorum fortia facinora, nec tunc, nec pòſt, literis mandaret. Vicit autem Sueuos, collegam conſulatus 273. Ceionium Baſium habens. Fuit eidem aduerſus Marcomannos, Sueuicam gentem (Alamanni in Zoſimo vocantur) bellum: quod quantum fuerit: hinc apparet, quòd ij, Danubio & Rhætia tranſitis, Mediolanum vſque populando, & Placentiam, infeſtis armis proficiſci, contra tantas Romanorum vires, auſi ſunt. Sed videamus: quid his de rebus ab eodem Vopiſco, magno Aureliani fautore ſcribatur.*

Marcomanni contra ipſum.

Accepta eſt ſanè, inquit, clades ſub Aureliano à Marcomannis per errorem. Nam dum is à fronte non curat occurrere: ſubitò hoſtes erupêre (en calliditas, en ſtrenuitas, Germanorum) dũq; illos à dorſo perſequi parat: omnia circa Mediolanum grauiter euaſtata ſunt. Poſtea tamen ipſi quoq; Marcomanni ſuperati ſunt. In illo autem timore, quo Marcomanni cuncta vaſtabant: ingentes Romæ ſeditiones motæ ſunt: pauentibus cunctis ne eadem quæ ſub Gallieno fuerant, prouenirent. Tunc AVRELIANVS, epiſtolã Romam ſcripta, libros Sibyllinos, vt maximo in periculo, Conſuli hortatus eſt. Miror vos, inquit, patres ſancti, tandiu de aperiendis

Sibylli-

Sibyllinis dubitaſſe libris:perinde,quaſi in Chriſtianorum Eccleſia (ecce) non in templo Deorum omnium,tractaretis. Agite igitur,& caſtimonia Pontificum,ceremonijsque ſolennibus, iuuate Principem neceſſitate publica laborantem. Inſpiciantur libri:quæ facienda fuerint,celebrentur. Quemlibet ſumptum,cuiuslibet gentis captiuos,qualibet animalia Regia (ſacrificanda) non abnuo:ſed libens offero. Neque enim indecorum eſt, Dijs iuuantibus vincere. His ita præſcriptis: die tertio Idus Ianu Fuluius Sabinus,Prætor vrbanus,ad patres conſcriptos retulit de inſpiciendis libris fatalibus. Tunc ſurrexit Vlpius Silanus:atque ita locutus eſt. Seriò nimis P. C. de Reipub.ſalute conſulimus,more läguentium:qui ad ſummos Medicos,niſi in ſumma deſperatione, non mittunt:perinde,quaſi peritioribus viris maiora facienda ſit cura:cùm omnibus morbis occurri ſit melius. Meminiſtis me in hoc ordine ſæpe dixiſſe iam tum:cùm primum nuntiatum eſt. Marcomannos erupiſſe:conſulenda Sibyllæ decreta, vtendum Apollinis beneficijs: recuſaſſe verò quoſdam,cùm adulando dicerent:tantam eſſe virtutem Principis: vt opus non ſit, Deos conſuli:perinde,quaſi & ipſe vir magnus non Deos colat:non de Dijs immortalibus ſperet. Hæc cùm dixiſſet: cum alijs manus porrigentibus:alijs,pedibus in ſententiam euntibus: pleriſque verbo conſentientibus: conditum eſt. S. C. Itum deinde ad Templum,inſpecti libri,proditi verſus,luſtrata vrbs: cantata à patrimis matrimiſque pueris carmina: amburbium celebratum, ambaruualia promiſſa. Libri Sybillini.

Amburbiū, *genus ſacrificij erat,quo ciuitas luſtrabatur:cùm victima, antequam ſacrificaretur,vrbem circumiuiſſet. Fortè peruerſa imitatio erat illius apud Hebræos (Numer. 16) hirci: qui,omnium peccatis & execrationibus in eum conte ctis,in ſolitudinem expellebatur: ideoq́, ἀποπομπαῖος,emiſſarius,nominabatur: qui Chriſti typus erat,peccata noſtra portantis in cruce.* Amburbium.

Sic ambaruualia ſacrificia erant:cùm hoſtiæ, priuſquam immolarentur, circum arua ducebantur: vt eò felicius fruges prouenirent.

Rubigalia ſupplicationes ad 7. Calend. Maij fieri ſolitæ:à Rege Rom. Numa inſtitutæ:ne rubigo ſegetes occuparet. Ea ratione,in Pontificis Rom. dominatu, Ruſtici cum Sacramento circum arua equitant (vmb den Floer) *inde meliorem ſperantes frugum prouentum.* Rubigalia.

Solennitate autem illa,de qua diximus, Romæ nondum expleta: cùm Aurelianus vellet omnibus ſimul facta exercitus ſui conſtipatione,concurrere: tanta plaga apud Placentiam accepta eſt: vt Romanum penè ſolueretur Imperium. Cauſam huius periculi Vopiſcus fuiſſe ait (honorificò ſcilicet de Sueuis loquens) perfidiam & calliditatem Barbarici motus. Nam cùm congredi aperto Marte non poſſent: ipſos in ſyluas ſe contuliſſe denſiſſimas: atque ita Romanis, veſperâ incumbente, turbationem attuliſſe. Denique,niſi diuina ope,poſt inſpectionem librorum, ſacrificiorumq́ curas, monſtris quibusdam, ſpeciebusq́ diuinis, impliciti fuiſſent Barbari: Romanorum victoriam futuram non fuiſſe. Nunc omnes ab Aureliano,carptim vagantes eſſe occiſos. Vult, ſpectris eos Dæmoniacis victos eſſe. Ipſum finito bello Marcomannico, plenum irarum Romam veniſſe: & atrocius, quam debuiſſet ſeditionum auctores compeſcuiſſe. Attamen non paucos ex illis cladibus domum reueniſſe,credibile eſt. Hoc quoq́ addam, quòd cùm vaſtatum Illyricum, Mæſiamq́ deperditam, videret: prouinciam trans Danubium Daciam, à Traiano conſtitutam, ſublato exercitu & prouincialibus, reliquit: deſperans, eam retineri poſſe: abductosq́ populos ex ea, in Mæſiam collocauit: appellauitq́ ſuam Daciam, quæ nunc duas Mæſias diuidit. Clades Romanorum. Rurſus Aureliani victoria. Mæſia & Dacia.

Proficiſcens poſtea 274. Domini contra Zenobiam: orientale imperium nomine filiorum tenentem: prius in Thracijs, & in Illyrico, Barbaros vicit. Gotthorum quoque Ducem Cannabam, ſiue Canabaudem (Künbolt) *cum quinque millibus hominum trans Danubium interemit.*

Traiecto in Aſiam exercitu: Tyanei Philoſophi Apollonij patriam, & Antiochiam Syriæ, cepit. Pugnauit poſtea de ſumma rerum, cum Zenobia, & eius ſocia Zaba, apud Emeſam. Cumque Aureliani equites defatigati, terga darent: ſubitò vi Numinis, hortante quadam diuina forma (rurſus φάντασμα) per pedites reſtituti equites quoque ſunt. Fugatis mulieribus, pleriſſimè parta eſt victoria. Cùm, per literas poſcente victore, vt ſe dederet Zenobia; ipſa recuſans, dromadibus Camelis (etiam equos velocitate ſuperantibus, Zoſimo teſte) ad Perſas effugere contenderet: equitibus pòſt miſſis illa eſt capta: atque in poteſtatem Aureliani deducta: Poſtea Palmyram, clariſſimam illam itinere vnius diei ab Euphrate diſtantem vrbem, rebellantem, Aurelianus euertit: ne mulieribus quidem ibi, nec infantibus, nec ſenibus, nec ruſticis parcens. Aureliani Aſiatica expeditio. Zenobia capta. Palmyræ vrbis euerſio.

Triumphum poſtea 276. egit ſpecioſiſſimum Romæ. quem ſic Vopiſcus deſcribit. Triumphus Aureliani.

Currus, inquit, Regij tres fuerunt. In his vnus, Odenati: argento, auro, gemmis, diſtinctus & opero-

operoſus. Alter, quem Rex Perſarum Aureliano dono dedit: ipſe quoque pari opere frabricatus. Tertius quem ſibi Zenobia compoſuerat: ſperans ſe vrbem Romanam cum eo viſuram. Sanè vidit: ſed victa, & triumphata. Fuit alius currus, quatuor ceruis iunctus: qui fuiſſe dicitur Regis Gotthorum: quo Imperator Capitolium inuectus eſt: vt illic ex voto ceruos, cum eodem curru captos, Ioui Opt. Max. caderet. Præceſſerunt elephanti XX feræ manſuetæ Libycæ, Palaſtinæ diuerſæ, CC. quas ſtatim Aurelianus priuatis donauit: ne fiſcum annonis grauaret. Tigrides 4. Camelopardali, alces, cætera talia, ordine ducta. Gladiatorum paria D. CCC. Præter captiuos gentium barbararum, Blemyes, Axomitæ, Arabes, Eudæmones, Indi, Bactriani, Hiberi, Saraceni, Perſæ, cum ſuis quique muneribus. Gotthi verò Alani, Roxolani, Sarmatæ, FRANCI, SVEVI, Vandali, Germani, religatis manibus, captiui præceſſerunt. Inter hos, etiam Palmyreni, qui ſuperfuerant: & Ægyptij, ob rebellionem Firmi cuiuſdam impulſu illo tempore factam. Ductæ ſunt & decem mulieres: virili habitu pugnantes inter Gotthos captæ: cum multæ eſſent interemptæ: quas de Amazonum genere titulus indicabat. Prælati ſunt tituli, gentium nomina continentes. Inter hæc fuit Tetricus: chlamyde coccinea, tunica Galbina (craßiore, aut molli) braccis Gallicis, ornatus: adiuncto ſibi filio, quem Imperatorem in Gallia nuncupauerat. Incedebat etiam Zenobia, ornata gemmis, catenis aureis, quas alij ſuſtentabant. Ornata gemmis ingentibus (inquit Trebel. Pollio) ita, vt ornamentorum onere laboraret. Fertur enim mulier fortißima ſæpißimè reſtitiſſe: cùm diceret, ſe gemmarum onera ferre non poſſe. Vincti prætereà pedes erant auro: manus etiam, catenis aureis.

Germani in eo-dem triumpho

Et Zenobia.

Nec collo aureum vinculum deerat: quod ſcurra Perſicus præferebat. (Gelt / aller gnädigſte Fraw / es iſt euwer Maieſtät Golts / vnd edel Geſtains / gnug worden. Præferebantur corona (addit Vopiſcus) omnium ciuitatum aureæ, titulis eminentibus prædita. Iam populus ipſe Rom. iam vexilla Collegiorum atque caſtrorum, & Cataphractarij milites, & opes Regiæ, & omnis exercitus, & ſenatus (etſi aliquantò triſtior: quòd Senatores triumphari videbat) multum pompæ addiderant. Denique vix nonâ hora (die 12. horarum) in Capitolium peruênit: ſerò autem, in Palatium ſequentibus diebus, datæ ſunt populo voluptates ludorum ſcenicorum, ludorum Circenſium venationum, gladiatorum naumachiæ.

Circi maximi deſcriptio.

De Circo maximo ex Iacobo de Strada Mantuano breuiter quid addere libet: cùm Circenſium mentio facta ſit Circus hic, quoddam cæli imitamentum erat: vt qui ad numerum domiciliorum Cæleſtium, ipſe quoque duodecim oſtiorum ingreſſus habebat. Item ex Planetarum numero, ſeptem inſignes metas terminosque, ad Orientem & Occidentem, longo inter ſe tractum diſtantes: certantibus bigis & quadrigis per media ſpatia curſu: ſicut Sol & Luna per Zodiacum diſcurrunt: viginti quatuor, ex horarum numero, mißibus.

Fuit area in hoc Circo longitud. ſtadiorũ 3. latitud. ſtadij, 1 atque capax 260000. hominum ſedẽtium. In medio eius, murus marmoreus, in longitudinem productus: in cuius baſi, imagines bigis & quadrigis certantes exſculptæ. In muro, obeliſcus (ſaxum quadratum, altum, paulatim gracileſcens) & metæ, collocatæ. In interiore Circi parte ſtagnum, altum latumque pedes denos, ad ſuſceptionem aquarum. In eodem Circo, tres aræ, erant Dijs Samothracibus, ad tres columnas affixæ: vna, Dijs magnis: altera, Dijs penatibus, tertia, Dijs cæli & terræ: à quibus omnia, orta. Mira in his ludis velocitas equorum: per ſingulos miſſus, eodem curru, per ſua ſpatia ſine offenſione circũeunte. Certantiũ factiones quatuor erant, pro totidem ſcilicet anni temporibus, panni coloribus diſtinctæ. 1. praſina, viridis. 2. roſea. 3. alba. 4. Veneta, cærulea. Viridis color, veri dicatus erat: roſeus, æſtati: albus autumno: venetus, hyemi. Hæ factiones, ſummo ſpectantium ſtudio certabant: ſuos quibusque clamore & plauſu fouentibus: quæ res, ad victoriam multum conferebat. Duplices autem Circenſes ludi erant: patricij, qui per patres: plebeij, qui per plebem, agebantur, ſtato die, menſe Nouembri. In quibus interdum etiam Deorum ſimulacra proferebantur: aut Imperatorum & Ducum imagines, habitu triumphali, populari ſtudio erga Principes: aut alia quoque. Hæc, olim apud Romanos. Apud Germanos verò, & Sueuos, poſterius ludi equeſtres, Torneamenta dicti: de quibus, ſuo tempore.

Factiones quatuor Certantiũ, als in eim Turnier.

Cæterùm Zenobiæ ab Aureliano conceſſum fuit viuere: quæ fertur vixiſſe cum liberis, matronæ iam more Romanæ: data ei poſſeßione in Tiburti: quæ nomen Zenobiæ poſtea habuerit: non longè ab Adriani palatio, atq; à loco Conche dicto.

Reliqua vita Zenobiæ.

Anno 277. Aurel. Vindelicos ab obſidione & iugo Barbarorũ (Alemannorum) liberauit. Sequenti anno, cùm perſecutionem aduerſus Chriſtianos, nonus à Nerone decerneret: fulmẽ ante

Vindelici.

ante eum, magno pauore circumſtantium ruit. Nihil inde is melior factus: non multò pòſt in Cenophrurio interficitur, loco inter Heracliam & Byzantium, manu Mucaporis, fraude Notarij ſui Mneſthei. Zonaras Erotem vocat. Nam cùm huic ipſi minatus eſſet: hic falsò, manum eius imitatus, nomina ad quoſdam militares viros ſcripſit: tanquam Aurelianus eos pararet occidere. Itaq; praeueniendo, ab ipſis 4. Calend. Febru. occiſus eſt: pœnas poſtea perſoluentibus percuſſoribus. Tunc autem ſecutum eſt interregnum plurium menſium. Aureliani exitium.

Dilatauit hic Imperator muros vrbis Romæ: nec tunc addidit Pomœrio, ſed poſtea. Non autem licebat cuiquam Principum, Pomœrio addere: niſi aliqua parte Barbarici agri, Romanam Rempubl. locupletauiſſet. Sic addiderant Auguſtus, Nero, & Traianus. Muros deinde Aurelianus Romæ ſic ampliauit: vt quinquaginta propè millia, murorum eius ambitus teneant. Pomœrium autem, ſpatium intra & extra mœnia erat: initio condendæ vrbis conſecratum: quod nec arari, nec habitari, licebat. Quaſi poſt mœrum, id eſt, murum, vel mœnia. Pomœrio addere.

Templum Solis magnificentiſſimum (ſed non Solis Chriſti) conſtituit: in quo ipſe & Traianus picti erant. Idem primus apud Romanos Diadema capiti innexuit: gemmiſq; et omni aurata veſte (re tunc adhuc ferè Romanis moribus incognitâ) vſus eſt. Templum Solis. Diadema capitis.

Vehementiſſimè delectatus eſt mimo Phagone: qui vno die ante menſam eius, aprum integrum, centum panes, veruecem, & Porcellum, comêdit: bibitq; infundibulo appoſito, plus orca, vaſe ſcilicet capaciſſimo. Phago mimus.

Sub Aureliano Dux limitis Rhatici fuit quidam origine Britannus, nomine Bonoſus: qui tantum bibebat, quantum hominum nemo. De hoc Aurelianus ſæpe dixit: Non, vt viuat, natus eſt, ſed vt bibat. Ei dederat vxorem Gotthicæ gentis, virginem Regalem, Hunilam, fœminam ſingularis exempli: & ideo dederat, vt ſic à Gotthis cuncta cognoſceret. Ille legatis quarumuis gentium propinabat, vt eos inebriaret: atq; ab his per vinum cuncta cognoſceret. Limitis Rhatici Dux. Bonoſus belluo. Propinatio Principis.

Relatus eſt Aurelianus in Deorum numerum. Sic identidem Dij felicibus iſtis creſcebant.

CAPVT VI.

IMP. CL. TACITVS.
Imp. CL. Florianus.
Imp. Aurel. Probus.
Modus eligendi Imperatoris, Romæ.
Germanorum & Alemannorum in Galliam irruptio, vrbium occupatio, per Probum profligatio: & viciſſim depopulatio, atque lata debellatio. De ipſis alijsque triumphis.

ANno Domini 279. (Panuin. 276.) erat XXXIX. Imp. Cæſ. M. CLAVDIVS TACITVS, P. F. Aug. creatus 7. Calend. Octob. qui M. 6. D. 20. imperauit. Imp. Tacitus.

Hic à Senatu delectus fuit: licet Senatus, vt ſciens, lectos à ſe Principes militibus non placere, rem ad ipſos retuliſſet. Milites verò, literis ſæpius miſſis, à Senatu idoneum legi voluerunt: odio illorum, qui creare raptim Imperatorem ſolebant. Tunc Velius Cornificus Gordianus Coſ. (vt à Vopiſco ſcribitur) inter alia dixit: Referimus ad vos, P. C. quod ſæpè retulimus. Imperator eſt deligendus. Exercitus, ſine Principe rectè diutius ſtare non poteſt: ſimul, quia cogit neceſſitas. Nam limitem trans Rhenum, Germani rupiſſe dicuntur: occupaſſe vrbes validas, nobiles, diuites, & potentes. Cùm Tacitus, qui erat primus ſententiæ conſularis, ſententiam (incertum, quam) vellet dicere: omnis Senatus acclamauit: Tacite Auguſte, Dij te ſeruent. Te deligimus, te Principem facimus: tibi curam Reipub. orbiſq; mandamus. Suſcipe Imperium ex Senatus authoritate. Cùm ille ſenectutem excuſaret: acclamatum eſt: Et Traianus ad imperium ſenex venit. Quis melius, quam ſenex, imperat? Imperatorem te, non militem, facimus. Caput imperat, non pedes. Dij auertant Principes pueros: & patres patriæ dici, impuberes. Tacite Auguſte, Dij te ſeruent. Ingens eſt gloria morientis Principis, Rempub. magis amare, quàm filios. Illius in Senatu Rom. Electio.

Deinde Præfectus vrbis, Ælius Ceſetianus, dixit: Vos ſanctiſſimi milites, & ſacratiſſimi vos Quirites, habetis Principẽ: quem de ſententia omniũ exercituum Senatus elegit: Tacitũ dico, auguſtiſſimũ virũ: vt, qui hactenus ſententijs ſuis Remp. iuuat: nunc iuuet iuſſis atq; conſultis. Acclamatũ eſt à populo: Feliciſſime Tacite Auguſte, Dij te ſeruent. Dixit Meſius Gallicanus, Præfectus Prætorio: Dedit, ſanctiſſimi commilitones, Senatus Principem quem petijſtis: paruit præceptis & voluntati caſtrenſiũ ordo ille nobiliſſimus. Reſpondit Tacitus Aug. Et Traianus ad Imperiũ Senex venit. Curabo ſanctiſſimi cõmilitones, enitar, efficiam: ne vobis deſint, ſi nõ fortia facta: at ſaltẽ

vobis, atq; Imperatore digna conſilia. Poſt hoc, Stipendium & donatiuum, ex more promiſit. Ad ſenatum cum alijs dixit: Ita mihi liceat, P. C. ſic Imperium regere: vt à vobis me conſtet electum, vt ego cuncta, ex veſtra facere ſententia & poteſtate decreui. Hæc, tunc ita dicta & facta: lætante Senatu non parum: quòd eligendi Principis cura, ad ordinem ampliſſimum, velut longo poſtliminio, reuertiſſet: eamq; rem ad curiam Treuirorum, & in omnes prouincias, literis ſignificauit. Sed breue, gaudium hoc fuit.

Senis huius Imperatoris ſtudia literarum. *Imperator hic, nullam vnquam noctem intermiſit: qua non aliquid vel ſcriberet, vel legeret: præter poſterum Calendarum diem. Legit ſenex minutulas literas ad ſtuporem. Corn. Tacitum, Hiſtoriæ Auguſtæ ſcriptorem, Parentem ſuum (gentilem, cognatum) dicens, in omnibus Bibliothecis collocari iuſſit: &, ne lectorum incuriâ deperiret, per annos ſingulos decies deſcribi, in Bibliothecisque poni.* *Cron. Taciti Hiſtorici honor.*

Imp. Taciti frugalitas. *Vitæ parciſſimæ fuit: tunicis & togis in Imperio vſus quibus priuatus. Vxorem gemmis vti non eſt paſſus. Auroclauatis veſtibus (χρυσοπάστοις ἐσθῆσιν) idem interdixit.*

Balneis raro vſus eſt: atq; validior fuit in ſenectute.

Cauit ſi quis argento publicè priuatimq; æs miſcuiſſet: ſi quis auro argentum, ſi quis æri plumbum: vt id capitale eſſet, cum bonorum proſcriptione.

Mors eius. Omen Imperij. *Propter breuitatem autem temporis, etſi magnificè inceperat, nihil magni geſſit: quippe militaribus inſidijs interemptus: vel, vt alij dicunt, morbo ſublatus, idibus Aprilis. Omina Imperij eius. & mortis Vitis quæ vuas amineas albas ferebat, eo anno, quo Imperium ille meruit, purpuraſcere plurimâ purpura cœpit. Patris ſepulcrum, diſruptis ianuis, ſe apperuit: matris vmbra ſe per diem ei (vt fratri eius vterino Floriano) velut viuentis, obtulit.*

Florianus Imp. *Succeſſit Tacito frater anno 280. IMP. XXXX. Cæſ. M. Claudius Annius Florianus, P. F. Aug. non Senatus auctoritate, creatus: ſed ſuo motu Imperium arripiens, quaſi id hæreditarium eſſet: cùm ſciret, adjuratum eſſe in ſenatu Tacitum: vt cùm mori cœpiſſet non liberos ſuos ſed optimum aliquem Principem faceret. Sed cùm tantùm paulò plus duobus menſibus Imperium tenuiſſet: occiſus eſt Tarſi à militibus: qui Probum audierant imperare, quem omnis exercitus legerat.*

Ita hi duo fratres, tam breuis temporis Principes, tantummodo quaſi quidam Interreges, inter Aurelianum & Probum extiterunt. Quorum duæ ex marmore ſtatuæ tricênum pedum, Interamnæ (quòd ipſorum Cenotaphia ibi conſtituta eſſent) fulmine cùm deiectæ & diſſipatæ fuiſſent: reſponderunt Aruſpices, quandoq; ex eorum familia Imperatorem Romanum futurum (ſeu per fœminam ſeu per virum) qui daret judices Parthis & Perſis: qui Francos & Alemannos ſub Romanis legibus haberet: qui per omnem Africam Barbarum non relinqueret: victurus ipſe annos centum & viginti, & ſine hærede moriturus. At quando hoc futurum eſſe? A die fulminis præcipitati, ſtatuisq; confractis, pòſt annos mille. Redarguuntur hæc ab ipſo, qui ſcripſit, auctore Vopiſco, dicit: Non magna hæc vrbanitas (χλευασμός, ein Gollenfeder) Aruſpicum fuit, mille annos præſcribentium? Quia ſi centum annos dixiſſent: poſſent eorum deprehendi mendacia: cùm vix remanere poſſit talis hiſtoria. Hæc, ipſius ἐπίκρισις, ſiue judicium, de iſtis vatibus fuit. Vnde tamen colligitur de Francis & Sueuis: quàm potentes, quàm formidabiles, Imperio Romano potentiſſimo fuerint. Nondum tot annis potuerunt ſubiugare duos hos Germaniæ populos: nedum eam totam redigere in prouinciam: quod tamen eis in ſtudio fuit. *Aruſpicum vanitas.* *Francorum & Sueuorum potentia.*

Imperium Valerij Probi. *Secutus eſt XXXXI. Imp. Cæſ. M. AVRELIVS VALERIVS PROBVS, P. F. Aug. per A. 5. M. 4.*

Oriundus fuit è Pannonia ciuitate Sirnienſi, patre Maximo, matre ipſo nobiliore.

Cùm miles adhuc, Valerium Flaccum adoleſcentem nobilem, Valeriani propinquum, è Quadorum liberaſſet manu: ei Valerianus coronam ciuicam pro concione donauit. Eodem tempore legionem tertiam Felicem eidem tradidit: quam adhuc nulli, niſi iam prouecto, crediderat. Sed ego, inquit, in te non expecto ætatem: cùm & virtutibus fulgeas, & moribus polleas.

Amor militum ſemper erga Probum ingens fuit: nec ipſe milites peccare paſſus eſt. Cùm ei quodam tempore ex præda oblatus eſſet equus: non quidem decorus, neq; magnus: ſed qui tamen centum ad diem milliaria Italica currere, idq; per dies octo decemue continuare, diceretur: dixit, fugitiuo militi potius, quam forti talem equum conuenire: nec, niſi forte coactus, accepit. *Equus celer.*

Pugnauit & ſingulari certamine contra quendam Aradionem in Africa: eundemq; proſtrauit. Quem quia fortiſſimum & pertinaciſſimum virum viderat: ſepulcro ingenti honorauit.

Imperator

Imperator ab Orientalib. exercitibus (Italicos exercitus præuenientibus: ne iterum Senatus Principem daret) factus eſt, contra voluntatẽ ſuam, vndiq; acclamãtibus: Probe Auguſte, Dij te ſeruent. Quod itẽ à Senatu quoq, ſequenti tempore clamatũ eſt, addente: Aſſertor Reip. felix imperes. Quòd imperium ſuſcepiſti: gratias agimus. Tuere nos, tuere Remp. Benè tibi committimus, quos antè ſeruaſti. Tu, Francicus: tu, Gotthicus: tu, Sarmaticus: tu, Parthicus: tu, omnia. Poſtea Manlius Statianus, Dij immortalibus, inquit, gratias: & præ cæteris, P. C. Ioui optimo: qui nobis Principẽ talem, qualẽ ſemper optabamus, dederunt. Franci, ab eo inuijs ſtrati paludibus: Germani & Alemãni longè à Rheni ſubmoti littoribus. Hæc, illi. Græcis autẽ hoc poſterioribus tẽporib. fuit, πολυχρονίζειν τὸν νεοκατάσταθον βασιλέα: *acclamatione multos felices fauſtosq. annos nouo Imp. optare.*

Gratulatio Probo à Senatu Rom. facta.

πολυχρονίζειν βασιλέα.

Receptis autẽ omnibus Europæis exercitibus: circa annum Imperij primũ & ſequentem Probus hæc geſſerat. Ingenti cũ exercitu (inquit Vopiſcus) Gallias petijt: quæ omnes, occiſo Poſthumo, turbatæ fuerãt: interfecto Aureliano à Germanis poſſeſſa. Prælijs rem ita feliciter geſſit: vt ab eis ſexaginta (poſtea in literis Probi ſeptuaginta. Notæ fuerãt: ex quib. verba deprauata: ſicut poſtea, ex XL, quadringenta) nobiliſſimas ciuitates reciperet: prædam deinde omnem: qua illi præter diuitias, etiam efferebantur ad gloriam. Et cùm iam in Romana ripa, imò per omnes Gallias, ſecuri vagarentur (non bonum ſecuritas) cæſis propè quadringentis millibus (ſic, in meo Vopiſco: tu, quadraginta legito) qui Romanũ occupauerant ſolũ: reliquos vltra NICRVM fluuiũ, & ALBAM, remouit. Nicrus noſter in VVirtembergia Neccarus eſt: Alba verò, Alemannus, die Almůl: *Alemannis ibi habitantibus. Tantum his prædæ ablatum eſt à Probo: quantum ipſi Romanis abſtulerant. Contrà, in vrbes Romanas & Caſtra in ſolo Barbarico poſuit: atq; ibi milites collocauit. Agros, & horrea, & domos, & annonam, Tranſrhenanis omnibus fecit: iis videlicet, quos in excubijs collocauit. Nec ceſſatũ eſt vnquam pugnari: cùm quotidie ad eum Alemannorum capita (an nõ putamus viciſſim etiam Romanorum?) deferrentur: iam ad ſingulos aureos, ſingula. Venerunt Reguli nouem ex diuerſis Germaniæ gentibus* (Da gieng es trůb ab) *atq; ad Probi pedes iacebant. Quibus ille primùm obſides imperauit: deinde frumentũ: poſtremò etiam vaccas atq; oues. Dicitur iuſsiſſe his acrius: vt gladijs non vterentur: Romanam expectaturi defenſionem, ſi eſſent ab aliquibus vindicandi. Sed viſum eſt, id non poſſe fieri: niſi, ſi limes Romanus extenderetur: & fieret Germania tota* (noch nicht) *PROVINCIA. Maximè tamen (ipſis Regibus conſentientibus) in eos vindicatum eſt: qui prædam non fideliter reddidiſſent. Accepit præterea ſedecim millia tyronum* (νεολέκτων στρατιωτῶν) *quos omnes per diuerſas prouincias ſparſit: ita, vt numeris, vel limitaneis militibus, quinquagenos & ſexagenos interſereret: dicens ſentiendum eſſe, non videndum: cùm auxiliaribus Barbaris Romanus iuuatur. De hoc bello Zoſimus ſic ſcribit. Quia ciuitatibus Romanorũ Germanicis, quæ à vicinis Rheno Barbaris infeſtarentur, neceſſariò ſubueniendũ fuerit: Probum cum copijs eò profectum eſſe. Occepto bello, fame vbiq; ingruente: immenſum imbrem* (λάβρον ὄμβρον) *decidiſſe: cum quo & frumentũ eſſe delatum: ex quo panem coctum, exercitumq; alitum, eſſe. Acres deinde pugnas commiſſas à Probo, primùm, contra Logiones, nationem Germanicã: quibus victis, Ducem eorum Semnonem cum filio captum cum prædam omnem reddidiſſent, certis conditionibus dimiſſũ eſſe. Francos poſtea ſuperatos. Deinde Burgundos Vandilosq;: cùm prius aſtu partẽ eorum ad ſe traduxiſſet. Reliquos tradità præda, dimiſſos. Sed cũ non fideliter reddidiſſent, cæſos eſſe: Duce ipſorũ IGillo capto. Captiuos, in Brittanniã miſſos: qui poſtea Romanis ibi cõtra motus profuerint.*

A Probo res feliciter in Gallijs geſta contra Germanos.

Nicer fluuius.

Alba fluuius.

Principum aliquot Germanorum deditio.

Logiones, & eorum Dux Semnon.

Compoſitis ad hunc modum rebus in Gallia: literas ad Senatũ tales dedit. Ago Dijs immortalibus gratias, P. C. quia veſtra in me iudicia comprobarunt. Subacta eſt omnis, quà tenditur latè, Germania. Nouẽ Reges gentium diuerſarũ, ad meos pedes, imò veſtros, ſupplices ſtratiq; iacuerũt. Omnes iam Barbari vobis arant: vobis iam ſerunt: & contra interiores gentes (malũ, ſi Germani contra Germanos) militant. Supplicationes igitur veſtro more decernite. Nam & quadringenta (quadraginta: aut, ſi omnino quadringẽta: hinc inde intellige profligata, nõ omnia interfecta) millia hoſtiũ cæſa ſunt: & ſedecim millia armatorũ, nobis oblata: & ſeptuaginta (antea, ſexaginta) vrbes nobiliſſimæ, captiuitate hoſtiũ vindicatæ: & omnes penitus Galliæ, liberatæ. Coronas, quas mihi obtulerunt omnes Galliæ ciuitates, aureas: veſtræ, P. C. clemẽtiæ dedicaui. Et has Ioui Opt. Max. cæterisq; Dijs Deabusq; immortalib. (τοῖς θεοῖς πᾶσι καὶ πάσαις) *veſtris manibus conſecratæ. Præda omnis, recepta eſt: capta etiã alia: et quidẽ maior, quã fuerat antea direpta. Arantur Gallicana rura Barbaris bobus: et iuga Germania captiua præbent noſtris colla cultoribus. Paſcũtur ad noſtrã alimoniã, gentiũ pecora diuerſarũ: equinũ pecus noſtro iã fœcundatur equitatui: frumẽto barbarico plena ſũt horrea. Quid plura? illis ſola reliqmus ſola: nos eorũ omnia poſſidemus. Volueramus, P. C.*

Epiſtola Probi ad Senatum de ſuis victorijs.

nouum

Cogitabat Germaniam redigere in Prouinciam.

» nouum præſidem facere (id eſt, eam redigere in Prouinciam) ſed hoc ad pleniora vota diſtulimus. » Quod quidem credimus conferre: cùm diuina prouidentia noſtros vberius fœcundarit exercitus. De his rebus Beatus Rhenanus ſic ſcribit. Quemadmodum per Druſum domitis Vſipijs & Sicambris. Tencteris, Cattis, Cheruſcis: Marcomannisq; & Sueuis, inter Rhenum Albimq; profligatis: & ad Albim vſq; promoto limite Romano: Germaniam conatus ſit in prouinciæ formam redigere Diuus Auguſtus: impoſito Varo cum tribus legionibus: ſic Valerium Probum Cæſarem, deuictis Alemannis in Germania prima, limitem Romanum vſq; ad Nicrum fluuium protuliſſe: exædificatis in eius amnis ripa varijs munimentis: in quibus præſidia locarentur: imitatum hac in re Druſum: qui in tutelam nouæ prouinciæ, per Viſurgim & Albim ſtationibus diſpoſitis: per Rheni ripam amplius quinquaginta caſtella erexerit. Vlteriorem hunc Nicri limitem, diutius à Probo obtentum eſſe: quam veterem illum, ab Auguſto. Nam, occiſo mox Varo, rebellaſſe Germaniam Proinde, in ripa Nicri, quibusdã in locis, miræ adhuc antiquitatis Romanæ veſtigia cerni: vt, apud VVimpinam, Rotenburgum, & alibi. Ita bis Germaniam veterem cœptam eſſe in formam Prouinciæ redigi: ſemel ſub Auguſto, prouectis ad Albim vſq;, Romanorum exercitibus: deinde, ad Nicrum promoto limite, Probi Cæſaris principatu. Legit autem Albim apud Vopiſcum Beatus, non Albam: intelligens, reliquias Germanorum (qua de re, ſuprà in acclamationibus Senatus) vltra Albim Saxoniæ, Alemannorum vltra Nicrum, fuiſſe ſubmotas. Probus (inquit Munſterus) ſubacta inferiori Germania, peruênit vſque ad Neccarum. Ad cuius ripam extruxit contra Sueuos, multas arces & munitiones: quarum veſtigia in hunc vſq; diem apparent ab altera Neccari ripa, in ruinoſis Gentilium muris: præſertim è regione Haidelbergæ, in altiſſimo quodam monte: qui hodie Mons omnium Sanctorum vocatur: in quo miræ quædam ſpeluncæ, muris concluſæ, & in modum Carceris faſtigiatæ, inueniuntur. Similia quoque veſtigia munitionum inueniuntur ſupra Haidelbergum, iuxta oppida Steinach/ Hirſhorn/ Moſpach/ & VVimpinam: ab eo fluminis latere, quod Germaniam inferiorem reſpicit.

Sicut olim Cæſar Auguſtus.

Antiquitates circa Nicri loca.

Albis fl.

Mons omnium Sanctorum apud Haidelbergam.

Rhætia, ab Imp. Probo pacata.

Poſt hæc Illyricum petijt Probus: ſed, priuſquam eò veniret, Rhætias (ab Alemannis turbatas) ſic pacatas reliquit: vt illic ne ſuſpicionem quidẽ vllius terroris relinqueret. In Illyrico, Sarmatas cæteraſq; gentes ita contudit: vt propè ſine bello cuncta reciperet. Tetendit iter per Thracias: atq; omnes Geticos populos (Gothos, à quibus orti, Turingi) fama rerum territos: & antiqui nominis potentiâ preſſos: aut in deditionem, aut in amicitiam, recepit.

Gotthi, preßi.

In oriente, Iſauris & Pamphylijs ſedatis, deinde Blemyis ſubactis, pace cum Perſis facta: ad Thracias redijt: ac centum millia Baſtarnarum (Peucinorum, Rhutenorum) in Rom. ſolo conſtituit: qui omnes fidem ſeruauerunt: non autem illi, quos ex alijs tranſtulit gentibus. Francos ſanè, ſiue Francones, pleroſq; in Ponti regionem remouiſſe perhibetur: ne Gallias ita moleſtarent. Sed ipſos, maritimas deprædatos oras Aſiæ & Libyæ (magna etiam cæde in Siciliæ vrbe Syracuſana, edita: vt à Zoſimo ſcribitur) per Oceanum in Franciam ſuam (vt chariorem externis oris patriam) ſine detrimento rediſſe.

Baſtarnæ, in ſolo Romano locati.

Francorum irrita translatio.

Bella Probi ciuilia.

Habuit etiam duo bella ciuilia, eaq; 283. Domini, Probus, contra quoſdam ab exercitibus creatos Imperatores. Vnum, in oriente, aduerſus Saturninum: alterum, in Occidente, contra Proculum & Bonoſum, Agrippinæ: quos magnis certaminibus, plurimoque ſanguine, oppreßit. Germani omnes, cum ad auxilium eſſent rogati à Proculo: Probo potius, quàm Bonoſo & Proculo, inſeruire voluerunt. Fortè ideo Proculum reiecerunt: quòd is antea Gallis non profuerat nihil: dum Alemannos, qui tum adhuc Germani dicebantur (vt Vopiſcus ait) non ſine gloriæ ſplendore contriuiſſet: nunquam aliter, quàm latrocinandi pugnans modo. Idem antè, centum ex Sarmatia virgines captas, mulieres intra XV. dies reddiderat. Tunc autem ad Francos confugiens: à quibus originem ſe trahere dicebat: ab ipſis Probo proditus eſt, & interemptus.

Germani, Alemanni.

Proculus.

Bonoſus.

Bonoſus ideo ſumpſerat Imperium: quòd quodam tempore in Rheno Romanas luxurias (amœnas ædes, & ſimilia) Germani irruptione facta, incendiſſent: ideoq; ipſe timebat, ne pœnas daret. Longo autem grauiq; certamine à Probo ſuperatus, laqueo vitam finiuit: ac dictus eſt 1010, Amphora pendens, non homo.

Saturninus.

Saturninus, ex Gallis oriundus fuit: gente (vt à Vopiſco nominatur) hominum inquietiſſima: cui, vt ſummo viro, Aurelianus orientalis limitis Ducatum dederat: præcipiens, ne vnquam Ægyptum (homines iactantes, vanos, ventoſos, furibundos) videret. Ille verò eò venit: magnã poteſtatem ad ſe veniſſe videntes, ſtatim clamauerunt: Saturnine Auguſte, Dij te ſeruent. Fugit ſanè is, vt vir ſapiens, in Paleſtinam rediens. Sed & ibi à militibus, cyclade vxoria amictus, adora-

Aegyptij, quales.

adoratus eſt. Reſpondit illis: Neſcitis, amici, quid mali ſit, imperare. Gladij & tela noſtris ceruicibus impendent: imminent haſtæ vndique, vndique ſpicula: ipſi comites formidantur. Fertur ei Probus veniam promiſiſſe: ſed obſeſſus ab ijs, quos Probus miſerat, inuido hoc eſt iugulatus.

Imperare, periculoſiſſimum.

Sic vbique feliciter bella geſſit Probus: ac triumphauit de Germanis & Blemyis: omnium gentium drungos vſque ad quinquagenos homines, ante triumphum duxit. Drungos *intelligo certos hominum numeros, aut cateruas: vt, hoc loco quinquagenorum hominum. Aliter* δροῦγγος, χιλιαρχία *eſt:* δρουγγάριος, χιλίαρχος, *Tribunus militum:* δρουγγάριος στόλου, *præfectus rei maritimæ. Ioan. Zonaras olim fuit* δρουγγάριος βίγλας, *præfectus vigiliæ, ſeu excubiarum.* δρουγγιστί, *confertim.*

Triumphus Probi de Germanis & Blemyis. Drungus.

Venatio quoque tunc in Circo ampliſſima data à Probo eſt: & ita, vt populus cuncta diriperet. Arbores nempe per milites radicitus euulſæ (en ſumptuoſa & damnoſa vanitas magnifici ad inſaniam Principis) connexis latè longeque trabibus affixæ ſunt. Terra deinde, ſuperiecta: tótusque Circus, ad Syluæ conſitus ſpeciem, gratiâ noui viroris effronduit.

Venatio in Circo.

Immiſſi deinde per omnes aditus ſtruthiones mille, mille cerui, mille apri, mille damæ, ibices, oues feræ: & cætera herbatica animalia: quot vel ali potuerunt, vel inueniri.

Struthiones.

Immiſſi deinde, populares: quorum quiſque rapuit, quantum voluit.

Addidit alia die in Amphitheatro vna miſſione centum iubatos leones: qui rugitibus ſuis tonitrua excitabant. Hi omnes contificijs interemti ſunt: non magnum præbentes ſpectaculum, cùm occidebantur. Neq; enim erat beſtiarum impetus ille (die armen Tropffen waren/ wie gefangne Leuth) *qui eſſe ab eis egredientibus ſolet.*

Leones iubati C.

Occiſi præterea multi homines (en ἐπίχειρα *huius venationis) qui diripere volebant, ſagittis.*

Editi deinde centum leopardi Libyci, centum deinde Syriaci, centum leænæ, & vrſi ſimul trecenti. Quarum omnium ferarum, magnum magis conſtat fuiſſe ſpectaculum, quàm gratum.

Leopardi.

Edita deinde gladiatorum paria trecenta: Blemyis pleriſque pugnantibus, qui per triumphum erant ducti: pleriſque Germanis & Sarmatis (en honor Sueuorum & Francorum) nonnullis etiam latronibus Iſauris.

Gladiatores.

Notetur iam præmium omnium laborum eius: ſatis imbuti humano ſanguine: poſtquam innumerabiles viduas & orphanos feciſſet. Sed & multi alij, ante & poſt ipſum, magis. In Probo enim, illa crudelitas non fuit, quæ in ipſis. An non Deus paulatim finem ſuperbis faceret, & ſanguinarijs Imperijs?

*His enim per actis: bellum Perſicum parans, cùm per Illyricum iter faceret: à ſuis militibus (at milites eum antea extulerant) per inſidias interemptus eſt. Cauſæ eius rei fuerunt hæ: vna, quod nunquam militem paſſus eſt otioſum eſſe: dicens, annonam (*τροφὴν *Thucydides nominat) gratuitam, militem commedere non debere: altera, quòd dixerat: ſi Mundus iam totus fieret Romanus: breui milites non fore neceſſarios.*

Interitus Probi.

Itaque cum Sirmium veniſſet: ac ſolum patrium effæcundari & dilatari cupiens, multis millibus militum paludem quandam ſiccare vellet: ira concitati milites, in eum irruêre. Ipſe in turrim ferratam, quam ſpeculæ cauſâ editiſſimam exædificauerat, confûgit: ſed deprehenſus, & occiſus 4. Nonas Nouemb. eſt. Honorificum tamen ei poſtea ſepulchrum fecerunt.

Hic antè Gallis omnibus, & Hiſpanis, & Britannis, permiſerat: vt vites haberent, vinumque conficerent. Inde, in Germaniam quoque, plantatio vinearum introducta: vt non dubito.

Vites, Hiſpanis & Britannis permiſſæ.

Addam adhuc quiddam de Alemannis, huic loco non omnino alienum, ex libr. 10. *Stumpf. capit.* 15.

Circa tempora Cæſaris Probi (in hanc illé ſententiam inquit) Alemannicus populus: ex Vindelicijs, Sueuis, & parte Heluetiorum, conflatus: Rhætiæ amplitudinem fecit contractiorem: detractâ Rhætis, Vindelicis, Turgouijs, Sueuis, portione. Munitiora tamen loca quædam, Rhætiæ nomen retinuerunt: vt ciuitas Auguſta. Cætera iam commemorata, Alemanniæ nomen ſubierunt. Vindelicos appellat, die Linggôwer/: *vt libr.* 2. *diximus: cùm aliàs Vindelicia, ſit Rhætia ſecunda, ſiue inferior, & Bauaria: à fluuio Lyco, ad Oenum vſque porrecta, Rhætiæ Noricique terminum: ſicut prima vel*

Rhætia contractio. Vindelici.

Rhætia duæ. *velſuperior Rhætia, â Lyco, trans Rhenum flumen Rodanum verſus extenditur. Vtraque, inter Danubium & Alpes. Quæ Danubium attingit, Ripenſis dicta, planior eſt: quæ ad Italiam ſpectat, & vbi Griſones, Alpeſtris. Habebat autem vtraq; Rhætia, tunc ſub Romanis, ſuum præſidem.* *Alemanni.* *Alemannorum ſic meminit Poggius, lib. 2. de miſeriæ humanæ conditione. Alemanni è Germanis oriundi, eum omnem tractum armis ſibi vindicauêre: iuxta quem flumen fluit: haud multum inde remoti. Cuius ab oſtio, ad Alpes vſq; ſuum nomen protenderunt: ab eiſq; eſt Alemannia appellata. Videtur Alemannorum vocabulum, etiam ab Alpibus deducere.*

CAPVT VII.

IMPPP. CARVS, ET CARINVS, ET NVMERIANVS.

Alemannorum in prouincias Rom. irruptio. Babylas martyr.

Imp. Carus, cum duobus filijs. ANno *Chriſti 286. vſq; ad 288. hi tres rexerunt Imperium Romanum, quos pro* XXXXII. *Imperatore habebo: IMP. CÆS. M. AVRELIVS CARVS Manlius Aurelianus. P. F. AVG. cuius filij eundem honorem acceperunt: IMPP. CÆSS. M. AVRELIVS CARINVS, & M. AVRELIVS NVMERIANVS, pij felices Augusti. Pater, vnum annum imperauit: filij poſt eum, fortè pluſculum* I. *A.*

Carus, etſi Narbonæ in Gallia natus fertur: tamen Romanum ſe ipſe in literis (teſte Vopiſco) perhibuit. Sanè Iacobus VVimphelingus, qui auorum noſtrorum tempore vixit, vir doctus: *Num quis Gallus Cæſar Rom. fuerit.* *affirmat in libello, qui inſcriptus eſt, Germania ad Rempub. nullum vnquam Galliæ Principem, à tempore Iulij Cæſaris vſq; ad noſtra tempora, Romano Imperio præfuiſſe: ſed tantùm aut Latinos, aut Græcos aut Germanos: aut aliunde, quàm ex Gallia, ortundos: vt, ex Pannonia, Illyrico, Thracia. Arabia. Ex Germania: vt, è Saxonia, Sueuia, Bauaria, Anaxoua vel Naſſouia, Lucelburgo, Habiſpurgo, Auſtria. Nam ipſum etiam Carolum Magnum, fuiſſe Germanum.*

Sarmatum repreſſio. *Sarmatas, morte Probi feroces: & Thraciæ, Illyriæ atq; Italiæ minantes: Carus initio mox Imperij aggreſſus, repreſſit: millibus ſedecim occiſis, viginti captis.*

Hoc peracto (cùm filium quoque Carinum, ad tutandas contra Germanos Gallias, viris *Cari mors, contra Perſas profecti.* *cum lectiſſimis deſtinaſſet) filio Numeriano comitatus, in Perſas profectus eſt: &, Meſopotamiâ capta, Cteſiphontem vſquam peruênit. Ibi ſubito tonitruum terrore exanimatus eſt. Tanta enim* *Fulgura & tonitrua.* *turbinis exorta fuit tempeſtas: vt, caligantibus omnibus rebus, alter alterum non noſceret. Tanta coruſcantium fulgurum vibratio continuata eſt: vt omnibus mortalibus veritatis ſcientiam tolleret. Tum ſubitò conclamatum eſt, Imperatorem eſſe mortuum.*

Numeriani cædes. Et Apri. *Numerianus, nimio fletu oculos dolens, dum lectica portaretur: à factione Arrij Apri (cuius filiam ipſe Arriam, vxorem habebat) Imperium inuadere conantis, XI. Calend. Maij occiſus eſt. Cadauer ab illo celatum, quaſi gener propter oculos latêret, fætore ſuo innotuit. Tunc Aper correptus, à Diocletiano, quem milites Auguſtum iam appellauerant, eſt interfectus: quod fœmina Druis, antehac apud Tungros in Gallia, eum Imperatorem fore prædixerat, vbi Aprum occidiſſet. Ideo ſemper in venationibus apros occiderat: donec tandem Aprum fatalem manu ſua interemit.*

Carini mores, & mors. *Carinus, teterrimus homo fuit. Optimos quoq; amicos relegauit: peſſimum quemque elegit, aut tenuit. Vxores ducendo ac reijciendo, nouem duxit: pulſis pleriſque prægnantibus. Matrimonia nobilium corrupit. Patre autem & fratre mortuis: maiora ſcelera, quaſi à frænis liber, edidit.* *Neurobates.* *In ludis, inter alia Neurobatem, qui velut in ventis cothurnatus ferretur, exhibuit: & Tichobatem: qui per parietem vrſo eluſo curreret. Tandem, cùm contra Diocletianum multis prælijs conflixiſſet: in vltima pugna apud Murcium in Dalmatia victus, occubuit.*

His quoq; temporibus (referente in Cari vita Franc. Tarapha) Alemanni, ſub Galerio *Alemannorum in Hiſpaniam inuaſio.* *præſide, in Hiſpaniam penetrantes, Gallis attritis, in Italiam irruperunt. Sed eorum poſtea Conſtantius magnam fecit cædem.*

De Caro in Numiſmatis Adolphi Occonis eſt:

A. K. M. A. KAPOC CEB.

Figura ſtolata: dextrâ bilancem, ſiniſtra Cornucopiæ.

ΘΕΩ ΚΑΡΩ CΕΒ.

ΑΦΙΕΡΩCΙC. *Columna cum flamma in Periſtylio.*

Quæ legenda ſunt; αὐτοκράτωρ καῖσαρ μάρκος αὐρήλιος κάρος σεβαστός. θεῷ κάρῳ σεβάστῳ, *Deo Caro Auguſto. Conſecratio.*

A Nume-

A Numeriano (bono alioqui Principe: Oratore & Poëta excellente) interfectum eſſe Antiochiæ Archiepiſcopum Babylam, inuenitur libr. 10. cap. 28. Niceph. Caliſti: & in legenda Babylæ Græca, quarto diei Septemb. aſſignata. Cauſa fuit hæc: quòd cum filiolum Regis Perſarum, pacis obſidem acceptum, interfeciſſet Numerianus: eum Babylas, in Eccleſiam ingredi Chriſtianorum volentem, arcuit: dicens, ſe pro viribus reſtiturum: μὴ περιόψεσθαι (vt apud Suidam legitur) λύκον τῷ ποιμνίῳ ἐπεισερχόμενον: non conceſſurum, vt lupus ouile ingrederetur. Cumque duceretur ad ſupplicium: cecinit ex 114. Pſalmo: Conuertere, anima mea, in requiem tuam. De hoc Martyre, extat prolixa & grauiſſima oratio Ioan. Chryſoſtomi, contra idololatriam præſertim Paganorum. Sanè autem miror (vt ingenue fatear) Numeriano hæc, & non alij, adſcribi à ſupradictis auctoribus. Chryſoſtomus quidem in oratione nomen Imperatoris non expreſſit.

Babylæ Epiſcopi martyrium.

CAPVT VIII.

IMPP. VALERIVS DIOCLETIANVS, ET MAXIMIANVS HERculius, vel Herculeus.
Impp. Valerius Conſtantius Chlorus, & Galerius Maximianus, aliter Maximinus.
Ruſtica ſeditio in Gallia. Alemannorum in Gallia, Heluetia, & alibi, clades.
Vrbs Vindoniſſa. Tigurum. Guntzeburgum. Barbaricæ Coloniæ.
Perſecutio Chriſtianorum.
Superbiſſimi Diocletiani triumphus. De triumpho & ouatione.
Oppidum Conſtantia. Genealogia Conſtantij.

ANNO ſalutis 288. Imperium adminiſtrauit XLIII. IMP. CÆSAR, C. AVRELIVS VALERIVS DIOCLETIANVS IOVIVS, P. F. Aug. annos XX.

Imp. Diocletianus.

Hic Salonis oppido Dalmatiæ (Spalato) ortus, vtroque Parente ignobili & obſcuro, militiæ ſe à puero dedit. Gregarius miles in Gallia, cum habitaret apud vetulam Dryidem, vt dictum, eius ſe Apro prædictione Imperium adeptus eſt: atque, Carino cæſo, ab S.P.Q.R. magno honore acceptus. Sed intelligens, motibus in quibusdam Imperij regionibus exortis, conſorte opus eſſe: vt citius pacem vbique redderet: M. AVRELIVM VALERIVM MAXIMIANVM HERCVLIVM, poſt annum, aut amplius legit: ac deinde Auguſtum appellauit. Inquit equidem Lucanus:

Imp. Maximianus.

*Nulla fides, Regni ſocijs: omniſque poteſtas, impatiens conſortis erit: ſed inter hos Principes (teſte Pompeio læto (tanta in gubernanda Republ. concordia erat: vt alter alteri nunquam repugnaret: Maximiano tamen, vt patrem, Diocletianum obſeruante. Maximianus 289. celeriter compreſſit tumultus in Gallijs: quos Amandus quidam & Ælianus, moti tyrannide Carini, excitarant: cum tota factione ruſticorum: qui ſe Bacaudas, vel Bagaudas (*Buntſchuh*) appellauerant. Neſcio, num hoc nomen hodiernis Gallicis vocibus conueniat, quæ ſunt: Bachelage, tyrocinium,: Bagage, ſarcinæ aut impedimenta: Bague, monile.*

Ruſticorum ſeditio.

Præcipitanti Romano nomini ſubijſti eâdem auxilij opportunitate: qua tuus Hercules (inquit laudator quidam in Panegyrico ad Maxim. Aug.) Iouem veſtrum, quondam terrigenarum bello laborantem, magna victoriæ parte iuuit: probauitque, non magis à Dijs accepiſſe cælum, quàm eiſdem reddidiſſe. An non illud malum ſimile monſtrorum biformium & hiſce terris fuit? Quod tua, Cæſar, neſcio, vtrum magis formidine repreſſum ſit, an clementia mitigatum: cùm militares habitus, ignari agricolæ appetiuerunt: Cùm arator equitem, cùm paſtor equitem, cùm hoſtem barbarum, ſuorum cultorum ruſticus vaſtator, imitatus eſt. γιγαντομαχία Iouis, agricolarum coniuratio in Magiſtratus ſuos eſt.

Gigantomachia.

Anno 292. pullulantibus per varia loca nouis bellis (vt, Franco Carauſio vel Crauſio, Britanniam occupante: Narſeo vel Narſe, Perſarum Rege, orientem turbante: Achilleo in Ægypto, Quiquamgentianis in Africa, tumultuantibus) ambo Auguſti concordes, adiutores duos ſibi adoptauere: Diocletianus, Galerium Maximianum: Herculius Maximianus, Conſtantium Chlorum. Hos, fecerunt Cæſares: & præter adoptionem, affinitate iunxerunt. Nam coacti primas vxores repudiare, nouas duxerunt: Galerius Valeriam, Diocletiani F. Chorus verò, Theodoram priuignam Maximiani. Fuit agnomen Chloro, à pallore faciei, διὰ τὴν χλωρότητα τοῦ προσώπου. Cedrenus.

Crauſius.

Galerius & Chlorus, Cæſares.

Turbatores imperij oppreßi. *Cteſiphon vrbs.*

Diocletianus autem Achilleum peſſundedit: Maximianus Herculeus bellum Africæ profligauit: Cauranſio vix tandem, & poſt eum Alleƈto, ſublatis, Britannia recepta eſt: Perſæ, à Galerio tandem (expugnata vrbe Cteſiphonte: quam antiquißimi Vates armis Rom. tranſiri nefas eſſe, cecinerant) ſuperati: vxoribus Narſei, ſororibus, liberis, nobilitate & gaza Perſica, captis. Ita plurimum Imperatoribus negotij erat: cùm alibi, tum etiam in Gallia: de qua pluſculum referemus.

Galliarum infeſtatio à Germanis. *Crauſius.* *Heluetia munitiones, deſtructa.*

Galliam quippe illis temporibus infeſtabant Germani: inferiorem quidem per tractum Belgicæ, & Armoricæ (minoris Britanniæ) Franci & Saxones: ſuperiorem verò, Rhætias & Heluetiam, Alemanni, & alij Germani: ſicut præcedente capite, Hiſpaniam quoque, & Italiam petijſſe dicuntur. Gallias quidem defendere debuiſſet Carauſius, de quo dictum eſt: ſed ipſe ſibi rem gerens, ideoque à Romanis occidendus, in Britanniam fūgit: quam ſeptennium inuictus tenuit: donec à ſocio Alleƈto interemptus eſt. Alemanni autem, vexantes Heluetiam, ibi aliquot munitiones præſidiorum Rom. deſtruxerunt. Cum Galliam vaſtaſſent: à Maximiano, poſt famem & peſtem ſui, ponte Rhenum tranſgreſſo, afflicti ſunt grauiter: qua de re, infrà pluribus. Etiam anno Domini 300. à Conſtantio Cæſare, Conſtantin. M. patre, in Gallia res bene contra eos geſta eſt, circa Lingonas. Eò enim illi, Rheno glacie concreto, tranſgreßi fuerant, hoſtiliter omnia populando.

Lingones. *Hedui & Sequani.*

Lingonas ait Marlianus eſſe Celtarum populum: finitimum Heduis (Ducati Burgundiæ) & Sequanis (Burgundiæ comitatui, vbi Viſontium) ac Tullenſibus nomen Leuci retinentem: ciuitatemq; in prouincia Lugdunenſi Epiſcopalem eſſe: quam indigenæ vocent Langres.

Alemannorum clades, à Conſtantio Chloro. *Gallia liberatur, atteritis Germanijs.* *Vindoniſſa.*

Die autem tunc eodem, & aduerſam & ſecundam fortunam Conſtantius expertus eſt. Nam cum exercitus, repentè ingruentibus Barbaris (inquit Eutropius & Diaconus) intra ciuitatem fugere eſſet coactus, tam præcipiti neceßitate: vt, clauſis portis, ipſe excluſus, in murum funibus tolleretur: ibi vix quinque horis medijs, collectis copijs, rurſus erumpens, LX. ferè millia Alemannorum cecidit. Quod à Pomp. Læto paulò clarius narratur: Alemanni, inquit, magno impetu irrumpunt. Conſtantium in fugam verterunt. Is ad propinquam vrbem feſſus ſe contulit: Cuius portæ hoſtili metu accluſæ fuerant. Et, niſi, demiſſo fune, per muros ſublatus fuiſſet: eum hoſtes captiuum abduxiſſent. In vrbe hortatus eſt robur ſuorum, qui eò confugerant: ne talem ignominiam paterentur. Pòſt concionatus eſt ciuibus, vt arma caperent: & dedecori abolendo auxilium præſtarent. Ita, apertis portis, erumpunt: hoſtes fugant: & propè LX. millia cædunt. Eâ victoria liberatæ Galliæ: attritæ Germaniæ, ſuas vires amiſerunt; quas reparare niſi non ſunt Alemanni. Hæc, ille. Non tamen amiſerant vires: vt nihil amplius, non ita multis annis pòſt, niterentur; ſicut ſuo loco videbitur. Qui autem Panegyricum ſcripſit (inquit B. Rhenanus) ad Conſtantinum de patre Conſtantio loquens: non modò huius Lingonicæ victoriæ meminit: Sed & alterius apud Vindoniſſam (quod Heluetiorum oppidum fuit: nunc, exiguus viculus) aduerſum Alemannos obtentæ. Quid commemorem, inquit, Lingonicam victoriam: & Imperatoris ipſius vulnere gloriosam? Quid Vindoniſſæ campos, hoſtium ſtrage completos: ſed adhuc oßibus opertos? In campis Vindoniſſæ, arcem Habiſpurgiam verſus, à Conſtantio Alemannicas copias deletas, Rhenanus libro tertio ſcribit. Harum rerum meminit etiam Stumphius libro tertio & quarto, nec non libro ſeptimo Capit. vndecimo Heluetiæ ſuæ: vnde quædam præcedentibus adijciam. Vindoniſſa (Germanicè Windiſch*) vrbs olim fuit in Heluetia Ærgoia: ſita in confluente Auolæ & Vrſæ* zwiſchen der Aar vnnd Rüß. *Hodie ibi amœnum oppidum eſt Brucca: quod olim Vindoniſſæ ſuburbium fuit. Multa quoque oſſa in illa pugna interfectorum, etiamnum reperiuntur.*

Brucca oppidum.

Vitodurum. *Tigurum.*

*Victis ita Germanis, & trans Rhenum reiectis: propugnacula, quæ illi deſtruxerant, à Conſtantio reparata ſunt. Præſes Rom. in Heluetia, Aurelius Proculus, murum Vitoduri (*alt oder ober Winterthür*) inſtaurauit. Videtur & Tigurum Stumpſio (libr. 4. Cap. 23.) ab Alemannis fuiſſe illo bello depopulatum. Nam à Diocletiano poſtea id aliquantùm amplificatum eſſe ait: & muris, turribus, foßis munitius redditum. Idcirco ipſum inter conditores huius vrbis, in Chronicis Tigurinorum priſcis poni.*

Erocius, Rex Aleman. captus.

*Conſtantinus autem in bello illo ceperat Regem Alemannorum Erocum (*Erich / oder Ehrnreich*)*

Ehrnreich) *ſed pactorum interuentu dimiſerat: eoque, amico poſtea vſus eſt: & ſecum in Aula viuentem habuit. Ita pax deinceps inter Conſtantium & Alemannos culta fuit.*

Diocletianus (inquit Pomponius) rebus in Oriente compoſitis, Europam repetijt: vbi qui antea inquieti, Scythæ, Sarmatæ, Alani, & Baſternæ, iugum iam ſubierant: vnà cum Carpis, Cattis, & Quadis.

Referam iam etiam locum B. Rhenani: ad ſuperiora de Alemannis pertinentem. Maximianus, inquit, Herculeus, Regem quendam Alemannorum cepit: & per pontem Maguntiacenſem ingreſſus, totam Alemanniam populando percurrit, vſque ad traiectum Guntienſem: hoc eſt, vſque ad pontem: qui apud Guntzeburgum oppidum hodieque ſeruatur. De qua re Panegyriſtes (laudator Maximiani) captus, inquit, Rex ferociſſimæ nationis, inter ipſas, quas moliebatur, inſidias, & à ponte Rheni; vſque ad Danubij tranſitum Guntienſem (ſic legit Beatus: non Continenſem) deuaſtata atque exhauſta penitus Alemannia. Et paulò poſt, Nunc verò toto orbe terrarum, inquit: non modò, quà Romanus limes fuerat, virtute veſtra recepto: ſed etiam, quà hoſtilis, edomito: quum toties proculcata eſſet Alemannia: toties obtrita, Sarmatia: Virtungi, Quadi, Carpi, toties profligati: ſubmittente ſe Gottho, pace poſcenda: ſupplicante per munera Rege Perſarum: vrebat animos (quod nunc denique confitemur) vna illa tanti imperij contumelia: eoque nobis intolerabilior: quòd Britannia adhuc in poteſtate Carauſij eſſet. Sed poſtea fuit recuperata: vt ſuprà dictum eſt.

Guntzeburgum.

Romanorum victoria.

Ex Barbaris autem varijs, multi adducti fuêre captiui: qui non ſunt ſecuri cæſi: ſed poſt triumphum, in Romani Imperij finibus poſiti. Regiones enim aſſiduis incurſionibus vaſtatæ, ferè in ſolitudinem ierant.

IMPERII ROMANI FINES TVNC ferè erant.

Magnitudo Imperij Romani.

Ab ortu, vltra Euphratem ad Tygrim:

Ab occaſu, Geſſoriacus Oceanus vbi ſcil. vrbs Calentum imò vlterius.

A meridie AEthiopes:

Ab aquilone, nationes Sarmatarum.

Anno 301. Chriſti, iuſſu Augg. Diocletiani & Maximiani, T. Veturius, Magiſter militum, Chriſtianos milites, vt Deorum & Principum hoſtes, exagitare cœpit: quæ fuit decima Chriſtianorum perſecutio: atque 306. anno grauiſſima extitit, multos annos durans. Multi tunc martyres vtriusque ſexus: inter quos numerantur, Sebaſtianus, Georgius, Quirinus, Romanus, Coſmas & Damianus. Iulitta, Hagne, Agatha, Catharina, Barbara, Lucia.

Perſecutio Chriſtianorum.

S. Sebaſtianus Mediolanenſis, ſagittis confixus eſt: βέλεσι πυκνοῖς, διὰ σκοπὸς, κατατιτρωσκόμενος, *ſeu* καταβέλης γενόμενος, ἐτελειώθη. *In Calendario, vel Martyrologio.*

S. Sebaſtianus.

Iulitta cum ſua bona, quibus à quodam auaro & impio viro ſpoliabatur, in iudicio vindicaret: negauit is ei ius vllum impertiendum eſſe: quòd Chriſtianam, non autem Imperatorum, religionem ſequeretur. Cruciatibus ergò inſtantibus: ipſa nihil ijs mota, pereant verò omnia mea, inquit: vita ipſa vaneſcat: aboleatur & corpus: priuſquam vocem vllam impiam contra meum Conditorem Deum mittam. οὐ μὲν οὖν (nicht ein meit) ἀλλ' ἐρρέτω, φησὶν, ὁ βίος: οἰχέσθω τὰ χρήματα: μηδὲ τὸ σῶμά μοι περιλειφθείη: πρὶν τινὰ φωνὴν ἀφεῖναι ἀσεβῆ κατὰ τοῦ κτίσαντός με Θεοῦ. *Tunc igne cremata eſt. D. Baſilius.*

S. Iulitta.

Senſerunt circa hæc tempora, cruciamenta dira quoque, qui Treueri Chriſto adhærebant, ſub Præfecto Rictionario: ſenſerunt, qui Auguſtæ Vindelic. ſiue Rhætiæ potius, Chriſtum confitebantur ſeruatorem.

Tiguri etiam propter eandem cauſam, à Præfecto Decio, ſub Diocletiano interfecti ſunt Felix & Regula: quibus Conſtantienſis epiſcopus, tempore Caroli Craſſi, qui 880. Chriſti imperauit, ferias ibi inſtituit. Apud Valeſiorum ciuitatem Sedunenſem, Mauricius Dux, & Exuperius ſignifer cum Thebæa ex Ægypto legione: Solothuri verò, Victor, Vrſus, & ſocij, ex eadem legione, Hyrtaco præſide, Chriſtum ſanguine ſuo conteſtati ſunt. Stumpf. libr. 6. cap. 12. & inde.

Felix & Regula, martyres.

Sedunum ciuitas.

Et in his igitur locis, tunc Chriſtianiſmi ſeminarium fuit: & in Alemannia itidem: teſtante id Arnobio, claro Rhetore & Presbytero, qui tunc 7. libros conta Gentes ſcripſit, lib. 1. vt Flacij Illyr. 4. Centur. 2. Eccleſ. Hiſtor. indicatur.

Arnobius Rhetor.

Digitized by Google

Imperatores autem per ea tempora, quibus in pios ſæuiebatur, beati videbantur. Diocletianus ſanè, Rom. Principum victorioſiſsimus, diuinos honores Imperatoribus habendos præcepit. *Diocletiani arrogantia.* *Nam cùm priores, vt Conſules, ſalutarentur: primus ipſe ſe voluit adorari: tanquam ſi in ſe cœleſtis maieſtas eſſet: ſicut Perſarum Princeps, qui Rex Regum appellatur, adoratur: fratrem Solis ac Lunæ ſe nuncupans. Imperatores antea manus exoſculandas nobilibus præbebant: pòſt ſuis manibus ſubleuabant ad oris oſculum. Vulgus genua oſculabatur. Diocletianus edicto ſanxit: vti omnes ſiue generis diſcrimine, proſtrati, ſuos pedes (ſicut poſtea pontificum Rom.) oſcularentur: quibus pedibus etiam venerationem quandam adhibuit: exornans calceamenta auro, gemmis, Margaritis. Eundem ornatum immiſcuit veſtibus: vt auguſtior, & tanquam Deus, haberetur. O precioſè amictum verminoſum ſaccum.*

ὀργυοεὶς δὲ βροτὸς, σκῶρίντι τυλιγμένον ἰσι.

Triumphus eius. *Triumphauit hic cum imperij conſorte, anno 305. veſte gemmata, & aureo gemmatoque curru: præcinentibus & ſaltantibus lætitia militibus. Triumphi ferè talis ordo erat: vt ex Pomp. Læto collegi.*

1. *Templa Deorum, totâ vrbe patebant: ornata ſertis ac floribus: ſpirantia Arabicos odores.*

2. *Itinera erant vbique repleta pinguibus menſis, & poculis lætis: vt victores feſſi ſe recrearent.*

3. *Præferebantur in vehiculis tabulæ, ſigna, Coloſsi: hoſtium galeæ, thoraces, ocreæ, peltæ, ſcuta, vexilla, pharetræ, tela, arcus, enſes, fræna, picturata equorum ſtrata, opes, tapetes: ac quicquid precioſum, ac dignum ſpectaculis, ex deuictis hoſtibus allatum erat. Item tentoria, Babylonicoq; opere multa.*

4. *Ingens hominum grex, in vaſis ferentium aurum argentumq;, & purum & ſignatum.*

5. *Argentei crateres ferebantur: pelues, phialæ, calices, veſtes: tota Regia ſupellex: & vaſa ex ſolidis gemmis.*

6. *Ferculorum multitudo: quibus ferebantur ſpolia cæſorum hoſtium ſanguinolenta.*

7. *Tubicines, bellicum clangorem intonantes.*

8. *Boues auratis cornibus: medioſque vittæ cingebant: nec non & frontibus vittatos, ad ſacrificium ſuccincti popæ (mactatores) agebant. Sequebantur alij miniſtri cum argenteis patinis.*

9. *Regia proles Perſica, vxores, ſorores: cum pincernis, ſeruisq;, ac nutricibus, & pleraq; nobilitate Perſarum: patrio more veſtiti omnes, ſed pullati.*

10. *Duæ tabulæ. Altera ipſam Perſidem oſtendens ſuppliciter tollentem manus: & exorantem à P. R. gentium victore, veniam. Altera, Narſen R. fugientem conſpiciendum præbens.*

11. *Ingens Captiuorum turba, ſatis mæſta: in qua erant Scytharum, & variarum gentium Duces, lacrymantes.*

12. *Præferebantur aureæ coronæ & munera, victori dono data.*

13. *Propius currum præcedebant homines cùm ſtipitibus ſudibusque accenſis, turbam ſummouentes.*

Currus triumphantium. 14. *Triumphantium currus, ex auro & lapillis precioſis: tractus à quatuor equis, candore certantibus cum niue. In curru, ſellæ curules duæ: in quibus coronati ſedebant duo Principes terrarum: triumphantium capiti imminentibus victorijs alatis.*

15. *Currum ſequebantur captiuitate liberati, raſo capite & pileati: deinde, equites laureati.*

16. *Coronæ laureæ ponebantur à triumphantibus, cum in Capitolium perueniſſent, poſt ſacrificia in gremio Iouis.*

Triumphi etymologia. *Dictus eſt autem Triumphus à voce θρία: quæ folia ficorum ſignificat: quibus milites Bacchi, poſt Indicam victoriam, facies cooperuerant: iambos & ſcommata in Triumphantem canendo. Vel à τριῶν, à tribus quaſi ordinibus: Senatorio, Populari, & militum: à quibus celebris erat Triumphus. Addatur ad θρία vel τρεῖς, verbum βαίνειν, vel ἐμβαίνειν: quod folijs dictis milites tecti, aut tres illi ordines, incederent.*

Infere-

Inferebantur autem Triumphi plerunq; viâ Appia: ſaxo quadrato per portam Capenam, Capuam verſus, VIII. millia paſſuum ab vrbe: ſtratâ, atque ex vtroque latere habitata. Inde in Capitolium, rectum & amplum iter. Ibidem, continui arcus, columnis ſuffulti: vt inde multitudo Triumphum commodò ſpectaret. Appia via, triumphalis.

Differebat à Triumpho Ouatio: quòd hæc dabatur ijs, qui bellum ſine cæde peregerant: vrbemque pedibus ingrediebantur: nec laureati, ſed myrtati: quòd myrtus, pacificæ Veneri dicata eſſet. Ouatio.

Mirum profectò, ſi tanta cædes Alemannorum à Conſtantio facta fuit, quantam ſuprà audiuimus: non ſeorſim de ipſis etiam, ſplendidèque, triumphatum fuiſſe. Niſi aliqua deprecatione, aut aliâ cauſa, id auerſum fuit: cùm alioqui nimia ambitione & faſtu Romani laborarint.

Contemplans autem ſub annum 307. Domini, fortunæ mobilitatem fortunatiſſimus Diocletianus, decreuit ſe Imperio abdicare: & in priuatam vitam ſecedere. Eius conſilio etiam Maximiani, alioqui ferum & aſperum ingenium acquieuit. Itaq; eodem XI. Calend. Maij die (ſic inter eos conuenerat) Iouius Nicomediæ, Herculeus Mediolani, hanc abdicationis dignam memoratu rem peregerunt. Manſit Diocletianus priuatus Salonis, hortos colens, annos 10. atque 78. ætatis anno, Chriſti verò 317. mortuus eſt: & à Senatu (quod nulli alij priuato contigerat) inter Diuos relatus. Diocletiani deceſſus ad vitam priuatam.

DICTA EIVS.

Nihil eſt difficilius, quàm bene imperare. Nam quiſque pro voto de Principe loquitur. Princeps cubiculo clauſus, vera minimè noſcit: aures ſuis præbet: quamuis bonus & cautus, ab Aulicis decipitur & venditur. Potiſſima in Principe dos, eſt liberalitas & clementia.

Maximianus verò, 4. annis ante Diocletianum interijt. Profectus enim, quòd depoſuiſſe Imperium pœniteret, In Galliam ad Conſtantinum Imper. qui eius filiam Fauſtam in matrimonio habebat: clanculum quærebat genero inſidias. Re autem ei per vxorem, quæ patri maritum præferebat, patefacta: à Conſtantino apud Maſſiliam obſeſſus, deinde captus: pœnas mortis genere poſtremo, fractis laqueo ceruicibus, ſexagenarius luit: relictis ex Europia liberis, Maxentio, & Fauſta prædicta. Maximiani interitus.

EPIGRAMMA DE HIS DVOBVS, IN Hiſpaniæ columnis.

DIOCLETIAN. IOVIVS. MAXIMIAN. HERCVLEVS CÆSS. AVGG. AMPLIFICATO PER ORIENTEM ET OCCIDENTEM IMPERIO ROM. ET NOMINE CHRISTIANORVM DELETO. QVI REMPVBL. EVERTEBANT.

Iſti ſe Dominos & Deos Orientis & Occidentis faciebant: Deo opifice rerum, per voluntariam numinis eius ignorationem & contemptionem exagitationemque piorum Chriſti membrorum ſæuiſſimam, è poſſeſſione impiè & crudeliter deiecto. At nunc manet Orientis occidentiſque Dominus, æternumque manebit, Deus noſter verus: regnat Chriſtus in Eccleſia ſua potenter: Chriſtianorum nomine adeo non deleto ab iſtis nugatoribus: vt breui pòſt à Deo, per Conſtantinum M. mirificè excitatum, ornatum, amplificatumque, ſit. Manet id, manebitque vſque: dum ad iudicium de vniuerſo genere hominum Dei atque virginis Mariæ filius, ſemen illud ex Paradiſo felix ac fauſtum redibit. Tunc eueniet Tyrannis illud, quod in S. literis legitur: Hi erant, quos aliquando deriſimus: quos in loco inſanorum habuimus. Quomodo nunc relati ſunt inter filios Dei? Ergo nos errauimus à via veritatis: iuſticiæ lumen non luxit nobis: Sol non ortus eſt nobis. Quid profuit nobis ſuperbia? Quid diuitiæ cum iactantia? Quid ſapientia terrenæ vitæ? vt auis, vt nauis, vt vmbra, iſta præterierunt omnia. Væ nobis: Væ iterum atque iterum: æterni cruciatus, nobis parati. Ecce περιπέτεια, contrarius & inopinatus euentus. Chriſtiani, tunc ærumnoſi, nunc beati: nos, tunc beati, nunc ærumnoſi, in omne æuum perditi. Orientis & Occid. dominus. Tyrannis, & alijs impijs, quid futurum ſit.

Anno 308. ſucceſſores Imperij erant XXXXIIII. IMPP. Caſ. FLAVIVS VALERIVS Conſtantinus Chlorus, & Caius GALERIVS VALERIVS Maximianus Armentarius, pij felices Auguſti: ad biennium ferò imperantes. Impp. Chlorus & Galerius.

Natus fuit Conſtantius nobiliſſimo Romanæ gentis patre Eutropio, & matre Claudia. Bonus & Clarus vir, nec Chriſtianis inimicus. Obijt Eboraci Britanniæ 8. Calend. Aug. 309. relictis liberis aliquot. Ex Helena, Coëli Regis Angliæ F. pia (quam coactus fuit dimittere: vt Herculij Theodoram poſſet ducere) Conſtantino M. ex Theodora verò, Anniballiano: Conſtantio, Iuliani & Galli patre, & Conſtantia, Licinij vxore. Relatus inter Diuos fuit.

Helena, vxor Conſtantij Chlori.

Galerius Maximianus, qualis.

Maximianus verò, natus parentibus ruſticis, in Dacia Ripenſi: erat homo crudelis, libidinoſus (etſi à quibusdam, probè moratus ſcribitur) ſuperſtitioſus, Chriſtianis infeſtus. Hic, vlcere inguinibus innato, vermibus pullulantibus, 214. interijt: adſcitus ſibi antehac duabus Cæſaribus, Valerio Seuero, Maximino Daza, ſororis ſuæ filio, al. Maximiano: ac poſt mortem Seueri, Licinio Imperij conſorte facto. Auſus fuit, ad tegendam ignobilitatem generis, affirmare: ſe à matre ſua (more Olympiadis, Alexandri M. genitricis) dracone compreſſa, conceptum fuiſſe. Ponitur ab Auentino ſequens Epigramma: quod ſpectat ad annum Chriſti 307.

IMP. CÆS. GALERIVS MAXIMIANVS INVICTVS AVG. P. M. GERMAN. ÆGYP. THEBAICVS SAR. QVINQVIES PERSICVS. BIS CARPICVS. SEXIES ARMENICVS. MEDORVM ET ADIABENORVM VICT. TRIBVNICIÆ POT. VICIES. IMP. DECEMNOVIES. CONSVL OCTIES.

P. P. PROC.

Germanici agnomen, adſcriptum eſt non Cæſari Conſtantio, qui Alemannos vicerat: ſed eius ſocero, Imp. Maximiano.

Conſtantia oppidum.

Circa hoc tempus, nempe 307. ſalutis, exiſtimatur amœniſſimum Podamici lacus oppidum (olim Rhæticum, poſtea Alemannicum, ſeu Sueuicum) CONSTANTIA, à Conſtantini M. patre Conſtantio nomen accepiſſe: quod & videtur anno 358. contra irruptiones Alemannorum, muro ab eiusdem Magni filio Conſtantio circundatum eſſe: de cuius ipſius nomine, Conſtantia quibusdam putatur appellata, cùm antea Vitodura, vel Gannodurum, nominaretur.

FAMILIA CONSTANTII.

Claudiæ ex Eutropio filius { *Conſtantinus Chlorus: cui nati ſunt,*
- *Ex Helena, Conſtantinus M. cui geniti ſunt,*
  - *ex Mineruina, Criſpus.*
  - *ex Fauſta.*
    - *Conſtantinus*
    - *Conſtantius — Poſthuma.*
    - *Conſtans.*
    - *Conſtantia, Galli vxor.*
    - *Helena, Iuliani coniux.*
- *Ex Theodora, Maximiani Priuigna, fratres Conſtantini M.*
  - *Anaballianus, vel Anauallianus — Dalmatius Cæſar, al. Delmatius.*
  - *Conſtantinus,*
    - *Gallus Cæſar.*
    - *Iulianus Imp.*
  - *Conſtantia, Licinij vxor.*
    - *Licinius Iunior.*
    - *Anaballianus — Dalmatius Cæſar.*

Alij ſic γενεαλογοῦσι.

Conſtantinus Chlorus,
- *Conſtantinus, ex Helena. Sequentes verò ex Theodora.*
- *Conſtantius.*
- *Dalmatius.*
- *Conſtantia.*
- *Eutropia — Nepotianus. Alij hanc Eutropiam ſororem Conſtantini iunioris & Conſtantis faciunt.*
- *Anaſtaſia.*

Magia reiectio.

Penes hanc familiam, habenæ Imperij Romani ad plures annos manſerunt: ſicuti ſuprà ex Druidibus Gallicanis, de Claudianæ poſteritatis claritudine futura, Reſponſio Aureliano facta fuit, Dæmone diuinante. Sed Ariolos ſciſcitari, Pythones & ſagas conſulere, ex mortuis quærere verum, omnia talia Deus abominatur, grauiſſimè puniturus, Deuter. 18.

CAPVT

CAPVT IX.

AVGVSTANI EPISCOPATVS ORIGO, eiuſque Epiſcopi.

ANNO Domini 296. circiter (vt eſt apud Gaſp. Bruſchium, cap. 8. de Epiſcop. German. & apud alios) fertur ex Hiſpanijs in Germaniam, atq; inde Auguſtam Rhætorum) quæ regio nondum Sueuica, ſed adhuc Rom. Imperij erat) veniſſe ſanctus quidā & doctus vir nomine Narciſſus, Gerundenſis Epiſcopus: vt ijs in locis Religionem Chriſti inculcaret, ac propagaret. Nam tametſi S. Lucius, Curienſis Rhætiæ Epiſcopus, antea quoq; Chriſtū Auguſtanis, & finitimis Vindelicis, concionatus erat: tamen gentilicias ſuperſtitiones abijcere non potuerant. Spiritu verò & voce Narciſſi, cœperunt tandem dura incolarum corda molleſcere. Multos itaq; auditorum ſuorū, S. Baptiſmate hic Doctor imbuit: inter quos & matronam Hilariam: filiamq; eius Afram, nec non alias fœminas: ſed & Hilariæ fratrem Zoſimum, vel Soſimum. Refertur in Catalogo ſanctorum Petri de Natalibus: Afram, cùm adhuc eſſet pagana: ſeſe cum ancillis ſuis, Digna, & Eumelia, Eutropiaq; cuiuis petenti proſtituiſſe: de quo lenocinio, mater Hilaria quæſtum exegerit. Sed alij, ſtudio dedecoris ab eis remouendi, matrem hanc & filiam, Reginas Cypri fuiſſe commenti ſunt: & neſcio quomodo, in Rhætiam veniſſe.

Narciſſi Epiſcopi aduentus in Rhætiam.
S. Hilaria, & S. Afra.
Soſimus.
Digna.
Eumelia.
Eutropia.

Soſimum deinde, præſtantem ingenio & eloquio virum, Dionyſium appellauit Narciſſus: reſpiciens ad Dionyſium Areopagitam: cuius ſanctimoniam ac virtutes, tanquam propè conterraneı, illi volebat ad imitandum propoſitas eſſe. Cumq; mandaſſet ei, vt Chriſtianam doctrinam grauiter prædicaret: ipſe in Hiſpanias redijt. Docuit Dionyſius ad biennium: acriter idolomaniam Gentilium inſectans: vnum ſolum trinumq; Deum, ac ſalutem per Chriſtum, inculcans. Tunc Diocletiani præfectus Caius circa annum Chriſti 300. rem indignè tulit. C. autem Aquilinum, virum conſularem illis temporibus Ducem Rom. Vindelici fuiſſe limitis, Auentinus ſcribit. Hic ergo Caius, & in ipſum inuadit, & in Diſcipulas eius: Afram, Dignam, Eunomiam, Eutropiam, harūq; Magiſtram Hilariam: atq; poſt exquiſita tormenta, cùm abnegare Chriſtum nollent, interfecit. Combuſtas autem fœminas, ſupradictus de Natalibus Petrus perhibet. Sed idem ab Hieroſolymorum Epiſcopo Narciſſo, (vixit is circiter 208. Chriſti) conuerſas & baptizatus, atq; apud Cretam in ciuitate Auguſtana eſſe necatas, ait. Quid hoc eſt? Fortè in ciuitate Cypri Famauguſta paſſas vult: cùm Cyprus ſit apud Cretam: id eſt, non ita procul ab ea diſtet. Conciliet, ſi quis conciliare poteſt.

Soſimus, Dionyſius dictus.
C. Aquilinus, Dux Vindelici limitis.
Supradictarum fœminarum martyrium, cum Soſimo.

Cæterùm, hunc Martyrem Soſimum, ſiue Dionyſium, pro ſuo primo Epiſcopo habuit Eccleſia Auguſtana. Habitauit is, & ſoror eius Hilaria tunc extra vrbem: eo loco, vbi nunc Templum eſt S. Vlrici: vbi & hortos agroſq; habuerunt. Ea propter, etiamnum pleræq; domus huius loci (inquit Bruſchius) cœnobia S. Adalrici tributariæ ſunt.

Templum S. Vlrici apud Auguſtanos.

NOMINA AVGVSTANORVM EPISCOPORVM, CVM ANNIS Chriſti, vtcunq;. Magna enim iter Auctores diſcrepantia.

1. Soſimus anno Domini circiter 300. Poſt quem diutius vacauit ſedes Epiſcopalis. Sed alibi inuenitur, diuerſos Epiſcopos fuiſſe Dionyſium & Soſimum. Illum, circa 300. Chriſti: hunc verò, circa 610 per 18. annos: quem Bervvelfus ſecutus ſit.
2. Bervvelfus, quidam Sueuus, per annos 5.
3. Dagobertus, annos 16.
4. Manno Sueuus. A. 19.
5. VVicho, A. 18. anno 686.
6. Brico, vel Perichus, Comes Brigātinus, A. 20. multùm pugnans contra Arianiſmum, quo tunc Alemannia infecta erat. *Brigantinus Comes Brico.*
7. Zaiſo, Anno Chriſti 706. Etſi Bruſchius eum ad tempora Iuſtiniani Imp. & Bonifacij 2. papæ, reponit: præfuit. A. 21. Fundator cathedralis Baſilicæ D. Virginis.
8. Marcomannus, A. 29.
9. S. Victerbus, aut Viterbius, A. 16. Obijt 772. Bruſchio verò, 752.
10. S. Thoſſo, A. 12. Sepultus apud S. Afram: vbi eſt hodie templum S. Vlrici: quo in loco omnes eius anteceſſores cubare creduntur: ſicut & poſteriores aliquot. Diutius poſt Thoſſonem vacauit ſedes, propter tumultus Germaniæ bellicos. *S. Vlrici ſepulcrum.*
11. S. Sympertus, Chriſti 833. cùm præfuiſſet annos 30. Sed Bruſchio 809. Obijt.

12. *Hantho, vel Hautho qui præfuit adhuc Chriſti 838. Fuit Comes Andechſius Bauarus.*
13. *VValtherus. A.* 10.
14. *Adelgerus, A. 16. Obijt* 864.
15. *Neodegarius.* 869.
16. *Lauto vel Lantho, vel Dancko, Chriſt.* 870.
17. *Vdelmannus, nobiliſſimus Sueuus,* 880. *Æ. 7. M. 8.*
18. *VVidgarius, vel VVidogerus,* 888. *A.* 10.
19. *S. Adelberus, Comes à Dilligen,* 904.
20 *Hildinus Obijt* 923.
21. *S. Vlricus, Comes Kyburgius & Dillingenſis. Præfuit A.* 50. 973.
22. *Heinricus, Comes à Geiſenhauſen, A.* 8.
23. *Ethico, vel Eutychus, Comes Altorffenſis, A. 5. M. 6. Ei tamen præponitur Vdalgerus.*
24. *Luitholphus, vel Luitholdus, Chriſti,* 988.
25. *Gebhardus,* 998. *quem fertur aliquandiu præceſſiſſe VValtherus quidam.*
26. *Sigefridus. Obiit* 1009.
27 *Brüno, Æ.* 22. *Obijt* 1031.
28. *Eberhardus. Obijt* 1048.
29 *Henricus* 2. *Obijt* 1063.
30. *Embricus, Comes Leiningenſis, anno* 1064. *Præfuit A.* 13.
31. *Sigefridus* 2. *Comes Dornsbergius, Chriſti* 1077. *per A.* 18.
32. *Hermannus, Comes VVittelbachenſis Bauarus,* 1096.
33. *VValtherus* 2. *Palatinus Tubingenſis, anno,* 1134.
34. *Conradus, Comes Alſata Lytzelſtainius, anno* 1152.
35. *Hardouigus, vel Hardouicus,* 1167.
36. *Vdalſcalcus, Comes Tennelobenſis,* 1184.
37. *Hardouigus* 2. *anno* 1202. *A* 6.
38. *Sigefridus* 3. *nobilis à Rechberg, A.* 19. *Obijt* 1227.
39. *Sibotho, Baro à Gundelfingen. Obijt* 1262. *decennio poſt reſignationem.*
40. *Hartmannus, Comes Kyburgius & Dilligenſis, anno* 1252. *Obijt.* 1286.
41. *Sigfridus* 4. *Æ.* 2. *Elrichuſius nobilis.*
42. *VVolhardus, nobilis à Rot, Sueuus, anno* 1288. *per A.* 12.
43. *Degenhardus, Baro ab Helnſtain & Haidenheim, anno* 1300.
44. *Fridericus Spæt, Faimingenſis nobilis, Sueuus, anno* 1307.
45. *Vlricus* 2. *nobilis Schoneckius,* 2330. *A.* 6
46. *Henricus* 3. *Schoneckius, præcedentis frater,* 1337. *A.* 12.
47 *Marquardus, Randeccius nobilis Sueuus, A. ferè* 20.
48. *VValtherus* 3. *nobilis Hohenſchlitzius, Obijt* 1369.
49. *Ioan. Schadlandius Reſignauit* 1372.
50 *Burckhardus, nobilis Ellerbachius, anno* 1373.
51. *Eberhardus* 2. *Comes Kirchenbergenſis, anno* 1404.
52. *Anſhelmus, nobilis Nennigenſis Sueuus, anno* 1411.
53 *Petrus, nobilis SchaVVenbergius Francus, anno* 1420.
54. *Ioannes* 2. *Comes VVerdenbergius,* 1496.
55. *Fridericus* 2. *Comes Zollerenſis,* 1468.
56. *Henricus* 3. *Comes Liechtenouius, anno* 1505.
57. *Chriſtophorus, nobilis Stadionius,* 1517.
58. *Otho. Truchſeſius VValdpurgenſis,* 1543.
59. *Ioanes Egenolphus à Knoringen,* 1571.
60. *Marquardus à Berga, Sueuus nobilis,* 1575.

Dilling. Comes Adbelerus. Kyburg. C. Vlricus. Altorffenſis Comes Ethyco. Leining. C. Embricus. Dornsberg. C. Sigefridus. VVittelsbach. C. Hermannus. Tubing. Palat. VValtherus. Lytzelſtain. C. Conradus. Tenneholenſis. C. Vdalſcalcus. Kyburg. Comes Hartmannus. Rot, nobilis familia. Gündelfinck. Baro Sibotho. Helenſtainius Baro Degenhardus. Faiming. Frid. Spæt. Schoneckius Vlricus. Randeccius Marquartus. Hohenſchlitzius VValther. Ellerbach. Burc. Kirchberg Comes Eberhadus. Nenningenſis Anshelmus. Schavvebergius Petrus. VVerdēsbergius C. Ioannes. Zoller. C. Frid. Liechtenouius C. Henricus. Stadionius Chriſtoph. VValdburg. Otho. Knoring. Ioan. Bergeus Marquardus.

De his, qui aliquid notatu dignum fecerunt, ſuis annis referemus. Maguntinenſi autem Archiepiſcopali ſedi, Auguſtanus Epiſcopatus ſubiectus eſt.

Finis libri quinti, partis primæ Sueuicorum Annalium.

SVEVICO-

SVEVICORVM ANNALIVM LIBER SEXTVS PARTIS PRIMAE,

MARTINO CRVSIO AVCTORE.

DIV pupugit, vt præcedentibus libris vidimus, antiquus ille ſerpens calcaneum ſeminis benedicti, crudelitate Tyrannorum in Chriſtiani nominis profeſſores dira: inuidiæ plenus, & vltionis auidus: quòd caput ipſius, Dominus cruce & morte ſua cõfregiſſet. Ceſſabit iam perſecutionum acerbitas: dante Deo Principes, filium Dei, humani generis redemptorem mitiſſimum & vnicum, oſculantes: Eccleſiis pacem & incrementum dantes. Vtinam modò Doctorũ ambitio, & à vero diuini verbi canone deflexio, falſarumque opinionum excogitatio, abſuiſſet. Sed nunquam ceſſat oppugnare pietatis cultores, nec ſæuitiâ, nec ſophiſmatibus, nec hæreſibus, ille tenebrarum Rex, iam inde ab initio mendax & homicidia, Satanas. Pergamus in Hiſtoria inſtituta.

CAPVT I.

IMP. CONSTANTINVS MAGNVS ET COLLEGÆ.

Sarmatæ ab eo cæſi.
Sueuorum auxilio Imperium adeptus.
Ducum & Comitum origo.
Franci & Alemanni, victi.
Maximiani, & Maxentij, & Licinij, Tyrannorum, interitus.
Concilium Nicænum contra Arium.
Fauſta & Criſpus. Helena, Conſtantini mater.
Germani & alij, ſuperati.
Conſtantinopolis condita.
Tricennalia.

ANNO 301. (Pauin. 360.) ſucceſſit XXXXV. IMP. CÆS. Diui Conſtantini FI. VALERIVS CONSTANTINVS Maximus, P. F. Aug. A. XXX. M. IX. D. XXVII. Appellatus eſt etiam M. Aurelius MAXENTIVS, Sicut antea C. Galerius MAXIMIANVS, vel Maximinus, Imperator. Quinto item anno poſt LICINIVS, Auguſtus.

Imppp Conſtantius Maximus, & Maxentius, & Licinius.

Natus fuit 275. circ. anno Conſtantinus, in Britannia, Parentibus Conſtantino & Helena. Hæc etſi Coili vel Coili, ibi Regis, filia perhibetur: tamen Auentinus ex D. Ambroſio notat: illam fuiſſe apud Treuiros Stabulariam: ſed ob eximiam pulchritudinem, à Conſtantio eſſe adamatam. Ideo ex concubina natum ait Euſebius Conſtantinum.

S. Helena.

Hic à Galerio Maximiano, adoleſcens adhuc, miſſus cum exercitu contra Sarmatas: ferociſſimam gentem, cædibus aſſuetam, cecîdit. Quorum Duce, Catenato ad Galerium ducto: hic Conſtantino inuidens, iuſſit: vt in Theatro cum leone pugnaret. Quod eo conſilio fecit: vt adoleſcentem perderet: ſicut olim Euryſtheus de Hercule cogitauerat. Sed Conſtantinus feram vicit: intellectaq; Galerij malignitate, fugam arripuit atq; ad fruſtrandos inſequentes, publica iumenta (diſpoſitos hinc inde equos alipedes) quaquà iter egerat, interficiens, in Britãniam ad patrem peruenit: quo tempore hunc vltima fata vrgebant. Quo mortuo: ipſe, cunctis, qui aderant, adnitentibus: ſed præcipuè Eroco, Alemannorum Rege (de quo dictum eſt præcedente libro: Alij Chrocum nuncupant) Conſtantinum auxilij gratiâ comitato: Imperium 6. Calend. Aug. cepit. Ita Sueuorum auxilio, aliquantùm pacem cum Romanis colentium, Imperij maieſtatem conſcendit.

Sarmatæ.

Sueuorum pax cum Romanis.

Cùm autem ex vetere conſuetudine, Tribunis, Præfectis, DVCIBVS & COMITIBVS, qui in bellis ob Imperium augendum conſenuerant, darentur agri, villæ, oppida: vt neceſſaria eis ſuppeterent, quoad viuerent (quæ PAROCHIAS vocabant) Conſtantinus initio Imperij ſanxit: vt talia, quæ ad victum emeritorum militum contributa erant, ad hæredes quoq; ipſorum tranſirent. Hæc Principum. Ducum, Comitum, Regalium & feudorũ, cuiuſmodi hodie in imperio Rom. ſunt, origo fuit.

Parochia.

Sed

Regalium & feudorum origo.

Sed hoc reprehendit lib. 2. Zoſimus in Conſtantino: quod, cùm Imperium Romanum, extremis in limitibus, Diocletianus vbique prouidè oppidis, caſtellis, burgis, muniuiſſet: omnesq́; copiæ militares in illis domicilium haberet: ipſe limitaneos milites maiore ex parte remouerit: ex limitibus in oppida, nullius præſidij egentia, transferens: & ea militum peſte grauans: qui theatris, alijsq́; voluptatibus, emolliti ſint: præbito ſic hoſtibus in ditionem Romanam libero aditu.

Militum limitaneorum remotio.

Cùm 313. Herculius ſocer in Gallia inſidiaretur Conſtantino (quibus inſidijs per Fauſtam detectis, ille perijt: vt ſuperiore libro dictum eſt) ibi Conſtantinus ingenti iam & Gallorum & militum fauore dominabatur: Cæſis antè Francis atque Alemannis (quoniam ſæpe in Romanos inſurgebant) Regibusq́; eorum captis: quos etiam beſtijs, cùm magnificum ſpectaculum muneris parauiſſet, obiecit teſte Eutropio & Diacono. Reges erant hi: Aſcarichus, Haſtreich oder Faſtreich: & Ragaiſus, Rhatgaſt: vt exponit Spangenbergius De victoria Conſtantini contra Germanos & Sueuos, eſt etiam hic locus.

Germani à Conſtantino victi.

Indicat Nazarius (vt B. Rhenanus quoque lib. 1. citat) in Panegyrico quem Conſtantino dixit: quaſdam Germanorum gentes, & in his Alemannos, primùm ſigillatim quanque, deinde coniunctis viribus, contra Conſtantinum mouiſſe.

Nazarius.

Quid memorem, inquit, Bructeros, quid Chamauos? Quid Cheruſcos, Chabiones, Alemannos (al. Alamannos) Tubantes? Bellicum ſtrepunt nomina: & immanitas Barbariæ, in ipſis vocabulis adhibet horrorem. Hi omnes ſigillatim, dein pariter armati conſpiratione fœderatæ ſocietatis exarſerant. Addit Nazarius collectum iſtarum gentium exercitum, ab ipſo Conſtantino, duobus tantùm comitato, ſed priuato cultu, confidenter aditum: feciſſe eum verba: ſpem illorum agitaſſe, & verſaſſe credulitatem: negaſſeq́; Conſtantinum eſſe præſentem. Quæ res fecerit, vt Germani incurioſiùs agerent, faciliusq́; profligarentur. Nam Romanos ab eis, propter Imperatoris abſentiam contemptos fuiſſe. En aſtum Conſtantini aduerſum Germanos, quo eos profligauit.

Ideo Nazarius addit: ô verè cæca barbaria: quæ in illo vultu ſigna Principis non videris: quem ne ſic quidem adeſſe ſenſeris: cùm intra iactũ teli, ſecurus ſui ſtaret. Conſtantinum eſſe qui hoc poterat non timere, dubitare quicquam potes? Per omnia ſubnixum Deo vadere? De hac victoria, eſt etiam in Panegyrico: quem Belga quidam, publicus oratoriæ Treueris profeſſor, Cõſtãtino ibi agenti dixit: vbi fit & fluminum Neccari, & Mæni, mẽtio. Affeciſti, inquit, pœnâ temeritatis Reges ipſos Franciæ: qui per abſentiam patris tui, pacem violauerant. Tunc captiui Reges, cùm à portis vſque ad forum, triumphãtium currus honeſtaſſent: ſimulatq́; in Capitolium currum flectere cœperat. Imp. abrepti in carcerem, necabantur. Vnus pro ſeipſo, Paulo, qui ſedentem ſe acceperat, deprecante, legem illius ſeueritatis euaſit. Cæteri in vinculis luce priuati, alijs Regibus dedêre documentum: vt mallẽt amicitiam colere Romanorum, quàm exaſperare iuſtitiam. Inde eſt igitur, Imp. pax iſta, qua fruimur. Neque enim in Rheni iam gurgitibus, ſed nominis tui terrore, munimur. Vbi nunc eſt illa ferocia? Vbi ſemper infida mobilitas? Iam ne procul quidem Rhenũ audetis attollere: & vix ſecuri flumina interiora petitis. Contrà, hinc per interualla diſpoſita, magis ornant limitem CASTELLA quam protegunt. Arat illam terribilem aliquando ripam inermis agricola: toto noſtri greges flumine bicorni (vbi, Holandia) merſantur. Hæc eſt tua, Conſtantine, de Aſcarici cinere, Gaiſiq́; ſupplicio, quotidiana atq; æterna (nequaquam: Aliud docebunt ſequentia tempora) victoria: omnibus quondam ſecundis prælijs anteponenda.

Belga Rhetor.

Caſtella Romanorum.

Semel acie vincitur: ſine fine, documento. Cladem ſuam, quãuis multi pereant, vulgus ignorat: COMPENDIVM eſt deuincendorum hoſtium, Duces ſuſtuliſſe. Etiam immenſam Bructeris vaſtationem feciſti, inopinãtes adortus: non quòd aperto Marte diffideres: ſed vt illa natio, perfugijs ſyluarum & paludium (ecce, nondum erant tunc firma oppida in Germania) bellum ſolita fruſtari fuga tempus amitteret. Cæſi igitur innumerabiles, capti plurimi: quicquid fuit pecoris, captum aut trucidatum eſt: vici omnes, igne conſumpti: puberes, quorum nec perfidia erat apta militiæ, nec ferocia ſeruituti, ad pœnas SPECTACVLO dati ſeruientes beſtias multitudine ſua fatigarunt. Inſuper etiam Agrippinenſium ponte faciendo, reliquijs afflictæ gentis inſultas, ne vnquam metus ponat: magis ad gloriam Imperij tui, & ornatum limitis, quàm ad neceſſitatem: cùm Rhenus ripis omnibus vſque ad Oceanum armatis nauibus inſtructus ſit. Pulchrum eſt, vt Rhenus non ſolùm ſuperioribus locis, vbi minor eſt: ſed & ibi nouo ponte calcetur: vbi plurimos hauſit amnes: quos hic noſter ingens fluuius (Moſella) & barbarus NICER, & MENVS inuexit.

Hoſtium vincendorum modus.

Beſtijs captiui obiecti.

Nicer fl.

Anno 313. & amplius, adhuc durabat perſecutio Chriſtianorum: quæ imperante Diocletiano cœpta

no cœpta fuerat. Tyranni erant, Maximinus, Maxentius, Licinius. Chriſtiana quædam tunc Lucretia extitit, nomine Sophronia, fœmina genere nobili. Cùm enim ab impuriſſimo Imp. Maxentio, per emiſſarios ad libidines eius vocaretur: nec maritus reſiſtere auderet: ego verò parebo, inquit: Tantùm date mihi ſpatium me ornandi: quò acceptior ad Imperatorem veniam. Tunc conclaue ingreſſa, ſe ipſa confodit. Moram indignati Miniſtri, conclaue perrumpunt, exanimem reperiunt. Non hoc animo fuit Claudij Meſſalina, non Imp. Othonis 3. Maria, non Sigiſmundi Cæſaris Barbara: ἀλλ᾽ ἔσαν λαγνότατα θρέμματα, ἀνδρῶν ἀνόρεγα.

[Sophronia caſtitas.]

Sequenti tempore, in oriente Maximianus, graui morbo correptus: edictum, quod in Chriſtianos propoſuerat, reuocauit: ſed nihilominus vermibus perijt, vt præcedente libro ſcriptum eſt. Perijt & Maximinus ab eo aſcitus Daza à ſeipſo ſtrangulatus, 315.

[Maximiani & Maximini interitus.]

Aliquantò pòſt (anno circ. 316.) Conſtantinus (iam Chriſtianus) viſo crucis ſigno horâ ſexta diei, cum inſcriptione ex ſtellis facta, ΕΝ ΤΟΥΤῼ ΝΙΚΑ, in hoc vince: apud pontem Romæ Miluium, die Septemb. 24. vicit magiæ deditum Maxentium: qui cum equo in Tiberim decidens, ſummerſus perijt: nec reperiri amplius corpus cacadæmones ſiuerunt.

[Oſtentum Conſtantino oblatũ.]

Anno 318. Cæſares fiunt à Conſtantino, filij eius Conſtantinus & Criſpus: ac Licinius iunior, Licinij ex Conſtantini ſorore F. Cæſares autem Ammianus, tanquam ſatellites Imperatorum facit: vltrò citroq́ eorum arbitratu commeantes.

[Conſtantinus & Criſpus, Cæſares.]

Anno 319. Pax Chriſtianis reſtituta eſt à Conſtantino.

Anno 327. impius Conſtantini ſororius C. Valer. Licinius perijt.

Anno 328. (vt Funccius notat) fuit prima Synodus Nicæna, contra Arij hæreſin impiam. Euſebij Chronicon ad 324. ponit. Græci ad annum 318 referunt: argumento ex numero Patrum, qui totidem interfuerint. Sententia Arij erat: οὐκ ἀεὶ ὁ θεὸς πατήρ: ἀλλ᾽ ἦν, ὅτε θεὸς πατὴρ οὐκ ἦν: Non ſemper Deus erat pater: ſed aliquando pater non fuit. οὐκ ἀεὶ ὁ τοῦ θεοῦ λόγος: ἀλλ᾽ ἐξ οὐκ ὄντων γέγονε. Non ſemper fuit Verbum Dei: ſed ex ijs, quæ nihil erant, creatum eſt. Ita fecit filium Dei, κτίσμα καὶ ποίημα, rem creatam & affectam. Patrum contrà, ſententia: filium eſſe ὁμοούσιον καὶ συνάναρχον: τουτέστι, τῆς αὐτῆς οὐσίας καὶ ἀϊδιότητος τῷ πατρί: eiuſdem eſſentiæ & æternitatis cum patre.

[Nicæna Synodus prima.]

[Arij hæreſis.]

Hoc tempore Antonius, Eremita celebris in Ægypto erat: ſæpe literas dans ad Imp. Conſtantinum.

Anno 329. non caruit domeſtica clade Conſtantinus. Nam vxor eius Fauſta, amore Criſpi priuigni capta, cùm ille gratificari eius libidini recuſaſſet, ad maritum detulit: quaſi vim ſibi inferre voluiſſet. Itaq́ patre, calumniæ fidem habente (propter quod meritò eum poſtea mater Helena obiurgauit) interfectus eſt Polæ Hiſtriæ bonus Criſpus: cuius Præceptor fuerat C. Cœlius Lactãtius Firmianus: vir Tullianæ eloquentiæ imitator: ſed paupertate preſſus, nec tanti Diſcipuli opibus ſubleuatus. Eiuſdem Fauſtæ inſidijs, iunior quoq́ Licinius, egregius iuuenis, perijt: ne peritia militari ſcil. filijs Dominæ obeſſet. Sed tertio anno pòſt, eam à qua ſæpe quoque ad ſacrificandum Deaſtris impulſus fuerat) ardentis balnei æſtu concluſam, Conſtantinus necauit.

[Criſpi interitus & iunioris Licinij.]

[Criſpi interitus iuuenis Licinijq́. Lactantius.]

Hoc tempore mater Conſtantini Helena diem ſuum obijt, die Iul. 20. (Petrus de Natal. ponit 15. calend. Septemb. id eſt, 18. Aug.) anno 20. imperij Cõſtãtini (auctore Cedreno) nempe 329. Chriſti: anno ætatis ſuæ LXXX. poſtquam S. crucem apud Hieroſolymam reperiſſet. Hinc Feſtum S crucis, 3. die Maij inſtitutum fuit. Hinc Feſtum exaltationis crucis, 14. Septemb. cùm Hieroſolymæ Patriarcha populo videndi auido, eam de ſuggeſtu mõſtrauit: qua viſa, clamarunt omnes, Kyrie eleiſon: vt eſt in Martyrologio Græco. Hinc etiam conſuetudo peregrinandi ad ſepulcrum Domini: quòd Conſtantinus ſcilicet fertur à Papa Syluestro impetraviſſe: vt omnia peccata remittantur omnibus Hieroſolymam peregrinantibus. Nam Templum quoq́ ſplendidiſſimum, tunc ad caluariæ locum eſt ædificatum. Verùm ſanguis Ieſu Chriſti filij Dei, emundat nos ab omni peccato, fide in ipſo nitentes: nec pietas & ſalus, locis certis eſt alligata.

[Helena obitus.]

Helena hæc, pauperculis virginibus collectis, more ancillæ miniſtrabat: aquam manibus affundens, cibos apponens, pocula porrigens. Tanta humilitate animi erat.

Anno 331. (22. imperij Conſtantini) à Germanis, Sarmatis, & Scythis, Conſtantinus, vi crucis magnam victoriam reportaſſe, eis planè in ſeruitutem redactis (nimis hoc fidenter) à Cedreno ſcribitur. Poſt bella ciuilia (inquit Pomponius) militaris Conſtantinus gloriæ ſemper appetens, multis prælijs vicit Sarmatas & Gotthos: & omnem ferè Scythicam gentem: quibus & pacem dedit. Non dicit de Germanis, in ſeruitutem ſubactis. Vim crucis, δύναμιν τοῦ σταυροῦ, vocat, Cedrenus: vexillũ ſcil. Imperat. Labarum: cuius figura, erat crux Dominica (ſicut eam contra Maxentium viderat)

[Sarmatæ & Gotthi, à Conſtantino victi.]

[Labarum.]

videratͅ)cum auro,& Lapillis precioſis : quod Imperatorem præcedebat,& à militibus honorabatur: quos voluit hoc modo à gentili idololatria auocare. De his bellis Auctinus : Cũ Germanis, inquit, Rhenum contingentibus (quorum auxilio Imperium nactus fuerat) pacem Conſtantinus habuit: eos muneribus placuit. Gothi, & Orientales Germani, Thracias vaſtarunt : cum præda domum reuerſi ſunt. Danubium ponte iunxit, in Germaniam tranſijt, hoſtes contudit. Gebericum Regem (Gotthorum ait Funccius: & ad annũ Chriſti 335. ponit (filium Hylderici (Huldreichi) in fœdus donis traxit: cùm Gotthis pacem firmauit. Germanis notiſſimus fuit : quorum opera in bellis vſus eſt.

Germani Orientales.

Hoc anno annotantur Coſſ. Rom. à Funcio Ianuarius & Iuſtus: à Panuinio ad 328. Chriſti ponuntur Coſſ. Fl. Magnus Ianuarius, Fabius Iuſtus. Eos in ſequenti Epigrammate comprehenſos, exiſtimat Ioan: Heroldus de Stat. Leg. III. in Rhætia litorali.

PERPETVAE SECVRITATI.

Secundina Peruinca. C. IVLIANVS IVLIVS DEC. MVN. III. VIRALIS. SIBI ET SECVNDINÆ PRENTIÆ (al. PERVINCÆ CONIVGI CHARISSIMÆ. ERGA SE DILIGENTISSIMÆ. FOEMINÆ. RARISSIMÆ. SINGVLARIS EXEMPLI PVDICITIÆ. QVÆ VIXIT ANNOS XXXXV. MENS VII. DIES XXI. ET IVLIANIIS IVLIO. IANVARIO. ET IVCVNDO. ET IVSTO. FILIIS VIVIS VIVOS FECIT.

Horum C. Iuliani Iulij filiorum, patruum fuiſſe ait Iulium Amandum: qui conſulatum geſſerit 327. Chriſti: quem tamen in meis conſulum catalogis ibi non inuenio. Dicit, hoc eulogium ex pago Fenningen Auguſtam, ad prædicatores, ad D. Vdalrici, ad Peutingeri ædes, translatum eſſe.

Cùm 327 circiter, liber curis Conſtantinus, maioribus, decreuiſſet vrbem ſui nominis ædificare: primùm in Aſia, in Sardico agro, pòſt ad Sigæum Troadis, tertiò apud Chalcedonem, tentauit. Sed aquilis funiculos regulares aliquoties, tranſmiſſo mari, Byzantium abijcientibus: ibi vrbem condere aggreſſus eſt, ante quintum iduum Maij. Conſtruxit deinde maximo circundans muro: domos plurimas inædificans: viris nobilibus aliunde accerſitis, domos magnas diſtribuens: inter quos etiam fuit illa familia, ex vrbe Roma: quæ 1400. nobiles & eruditos viros, Chryſoloras, Emanuelem & alios, habuit. Tunc extructa fuêre Tẽpla plura: vt, S. Sophiæ, S. Heirenæ (ἁγίας) ſanctorum Apoſtolorum Archangeli. Tunc idolorum ibi Templis (vt & alibi poſtea) deiectis: horum reditus Eccleſijs donauit. Ita Byzantium, quod à Seuero Imp. 197. deſtructum, Perinthijs ſubiectum fuerat, raparatum ad ſummum honorem eſt: cùm 655. circ. anno ante Chriſtum, conditum fuiſſet. Hoc tamen priuilegij conceſſum manſit Perintho (quæ poſtea Heraclea, indigitata fuit) vt eius Metropolita ius habeat confirmandi Conſtantinopolitanum Pontificem, quem Patriarcham appellant: & in ſubſcribendis literis, proximum à Patriarcha locum tenet.

Conſtantinopolis ex Byzantio condita.

Perinthus. Heraclea.

Horoſcopus de vrbis duratione. Valenti Mathematico negotium fuit datum: vt, inſpecto vrbis horoſcopo, nunciaret de eius duratione. ἐθεμελιώθη δὲ (inquit Cedrenus) ὑπὸ οὐάλεντος ἀστρονόμου, ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῶν ἐγκαινίων αὐτῆς, μηνὶ μαΐῳ ιά. ἡμέρᾳ β. ἰνδικτιῶνος γ. ἔτει ἀπὸ κτίσεως κόσμου ͵εωλή. Thema igitur eius deſcriptum eſt à Valente, die feriarum dedicationis eius, XI. die Maij, feriâ ſecunda (die Lunæ) Indict. 3. anno Orbis 5838. qui eſt Funccio 4292. circ. & annus Chriſti 330. Reſpondit autem Valens, duraturum eſſe opus annos 696. Quod à Pomponio ſic intelligitur: tandiu futuros vrbis Principes, rebus Imperij nihil eſſe detracturos, conſilijs Senatus vigentibus: poſtea verò Tyrannos, ad priuata commoda imperaturos.

Noua Roma. Appellata eſt hæc vrbs, Conſtantinopolis, & Noua Roma, atque Chriſtopolis, vt Chriſto dicata: ſicut Antiochia Syriæ, Theopolis. Pomponius, Deiparæ virginis Mariæ, conſecratam & dedicatam ait: Plerisq; ornamentis ex Europa, Aſia, Africa, eò aduectis, νέα ῥώμη dicta, ad differẽtiam τῆς πρεσβυτέρας ῥώμης, veteris Italicæ Romæ. Ipſi etiam Imperatores Græci, & eorum ſubditi, dicti ſunt ῥωμαῖοι, Romani: ipſorumq; Imperium, ῥωμανία, Romania. Hodie quoque barbaro ſermone Græco, Græciæ nomen eſt ῥούμελι, Rumeli. τῆς ῥουμέλις μπεγλερβεῆς, Romaniæ Beglerbegus, Turcicus Præſes Græciæ. Tunc & Eccleſia vrbis, ad Patriarchalem euecta fuit dignitatem.

Romani Orientales.

Patriarchatus Nouæ Romæ.

Columna Conſtantini. Circa 334. in foro columnam, Româ allatam, idem poſuit: μονόλιθον, vno lapide conſtantem. ὁλοπόρφυρον, totam purpuream: Phidiæ quondam Athenis opus. In eius ſummo ſtatuam collocauit, inſcriptione hac, CONSTANTINVS ſplenduit inſtar Solis. Baſi ſubdidit 7. corbes, & 12. ſportas, Chriſti. Manuel Comnenus, qui diu circa 1150. Conſtantinopoli imperauit, Vetuſtate afflictam refecit, Prope purpuream hanc columnam, noſtro tempore eſt diuerſorium Legatorum:

quos

Digitized b

quos noſtri Imperatores Conſtantinopoli ſolent habere. Ibi Eccleſiæ & Academiæ noſtræ Doctor Stephanus Gerlachius, ab anno 1573. per quinquennium, cum generoſo Barone Dauide Vngnadio verſatus, eam columnam quotidie videre potuit. Reliquiæ quoque Sanctorum, Lucæ, Timothei, Andreæ, à Conſtantino in vrbem afferri iuſſa ſunt. Cedrenus. Reliquiæ Sanctorum.

Anno 338. orthodoxus Eccleſiæ Alexandrinæ Epiſcopus Athanaſius, ab Arianis vexatus, ad Imp. Conſtantinum fugit. A quo, calumnijs hæreticorum circumuentus, in exilium Treuiros (ſedem Romanæ tunc Germaniæ) mittitur. Inde aliquot poſt annos, ab Imp. reuocatus eſt Alexandriam. At nec tunc manere potuit. A Treuirorum autem Epiſcopo Maximino, humaniter ſeruatus fuit. Athanaſius Epiſcopus.

Conſtantinus diſcordias Doctorum inter ſe componendi tam ſtudioſus erat: vt accuſationes mutuas, non lectas cremaret: ne multitudini reuelata ipſorum, delicta, offenſioni eſſent. Ideo dicebat: ſi adulterium Epiſcopi ſuis oculis cerneret: ſe purpurâ ſua celaturum: ne hominibus inde occaſio peccandi daretur. Theologorum peccata tegẽda.

Anno 339 Dalmatium ornat Conſtantinus dignitate Cæſaris, tricennalibus ſuis: id eſt, cùm triceſimo Imperij ſui anno dies feſtos & ludos ageret. Solebant enim Imperatores ſic gratitudinis ergò erga Deos aut Deum facere. quinto. & decimo, & viceſimo, & triceſimo, annis: quòd ſua vita eò vſq; manſiſſet: atq; ſic vota nuncupata perſoluere: & nouis ſe votis, pro futura incolumitate obſtringere. Tricennalia.

Obijt tandem 341. Nicomediæ, 11 calend Iun. cùm 66. A. vixiſſet: Conſtantinopolinq; tranſlatus, in Templo Apoſtolorum (vbi & mater Helena) humatus eſt: atq; à filijs in numerum Diuorum relatus, id eſt, canonizatus: conſuetudine ex Ethnicis orta. Obitus Conſtantini.

Arcus & triumphalis Romæ, Maxentio ſuperato, erectus.

IMP. CÆS. FL. CONSTANTINO MAXIMO P. F. AVGVSTO S. P. Q. R. QVOD INSTINCTV DIVINITATIS. MENTIS MAGNITVDINE. CVM EXERCITV SVO.

TAM DE TYRANNO QVAM DE OMNI EIVS FACTIONE VNO TEMPORE IVSTIS.

REMPVBLICAM VLTVS EST ARMIS ARCVM TRIVMPHIS INSIGNEM DICAVIT. VOTIS X. VOTIS XX.

LIBERATORI VRBIS. FVNDATORI QVIETIS.

Quæ de Sylueſtro, & donatione Conſtantini, prædicantur: vt falſa, inepta pugnantia, cum Pio ſecundo Pont. MAX. Auentinus explodit. Conſtantini donatio.

Hac hactenus de primo Chriſtiano Imp. Conſtantino commemorare libuit: quòd non ſine Sueuica ope ſtudijſque (præſertim Regis Eroci) hunc Tyrannorum extinctorem, Tyrannis piorum ſuperſtitem, pietatis nutricium, Eccleſiarum erectorem, idolorum vaſtatorem, Conſtantinopoleos conditorem, Romana Monarchia nata fuit.

CAPVT II.

PLVRA DE SVEVIS, SVB CONSTANTINO M. VICTI A CÆS.

Criſpo: victi ab eis Romani, victi Turingi. Ducatus Franciæ Orientalis, ſiue Franconiæ, origo. Sueuorum aliquot in Scythiam tranſitio, & in Pannoniam migratio.

VT ex Chronol. Funcij ſuprà notauimus: Criſpus Conſtantini F. factus fuit anno Domini 318. Cæſar: & 329. fraude nouercæ interijt.

Huic bellum cum Sueuis illo tempore fuit, teſte Auentino. Præfecit enim (inquit de Conſtantino) limiti Danubiano, Fl. Iul. Criſpum filium ſuum: Cæſarem eum appellauit. Is Sueuos deuicit: tranſtulit trans Hiſtrum (Danubium) in Panonias. Huic conſentit Inſcriptio nummi apud eundem. Sueui, à Criſpo victi.

FL. IVL. CRISPVS NOB. CÆS. ALEMANNIA DEVICTA SIRMI.

Sirmium, *Pannoniæ vrbs. Sirmienſis ager, vino nobili celebris, inter Sauum, Drauum, & Danubium, ſitus. Exiſtimo eſſe Francochorium (Interamnenſem Pannoniam) quod inter Sauum & Iſtrum ponit (decliuem, planam, fertiliſsimam Hunnicæ terræ partem vocans) Nicetas Choniata lib. 1. de Imp. Conſtantinopolit. Ioanne Comneno: qui eo agro potitus fuerit: imperans ab A. 1117. vſq; ad 1142. verba ſunt Nicetæ:* τῦ φραγγοχωρίυ ἐκράτησεν: ὅπερ ἐςὶ τῆς τῶν οὔννων γῆς τὸ περίτατον, ἐς πεδίαν ὑπτιάζον ἰςχαλατα, μεταξὺ τῶν ποταμῶν σαύβα καὶ ἴςρου διαπεπταμένον. Francochorium.

M Fran-

Francos Græci Italos, Latinos, Germanos, Alemannos, vocant. In hoc Francocheriū, partem aliquam Sueuorum tranſlatam intelligo: quò remotior à Rheno, & Gallijs vexandis eſſet.

Anno 321. (qui erat annus 2. Clodomeri, Francorum Regis) hæc à Sueuis facta, narrat, in hanc ſententiam Tritenhemius Alemanni (qui & Sueui) grauiter à Romanis afflicti: Francos, Turingos, & Saxones, auxilio vocauerunt, & quidem ſine mora. Aliter, ſe ſuperatis, ipſos ab illis bello ſine dubio petitum iri. Tunc Clodomerus Rex fratrem ſuum Genebaldum, Imperatorem præfecit exercitui, quem ei dederat, octoginta millium. Cui adiuncti ſunt cæteri Principes, cum ſuis copijs: quorum auxilium fuerat imploratum. Tunc prælio cum Romanis congreſſi: eorum amplius XLVI. millia peremerunt: Cæteris fugâ ſalutem quærentibus. Spolia cùm poſt tantam victoriam diuiderentur: orta eſt inter duos milites, alterum Turingum, alterum Sueuum, rixa: quæ in magnam & periculoſam excreuit ſeditionem: ad vtrunque de ſua gente pluribus ſe aggregantibus. Ducum tamen interuentu, tumultus ſedatus fuit. Cauſa huius fuit: quòd Sueuus ille, nomine Adelbertus, ſeu Albertus, dixerat: Turingum, cui nomen Gunthero erat, neſcio quid de communi præda interuertiſſe. Turingo deinde negante: Sueuus duello ſe id probaturum oſtendit. Quo à Principibus conceſſo: Turingus in altero congreſſu ab Alemanno interfectus eſt: &, cadauere ipſius nudato, furtum apud eum inuentum. Turingis id vehementer dolere. In præſenti tamen iram diſſimularunt: ſed vltione centum viginti viri occultè pararunt. Sequenti igitur nocte tentorium, in quo Adelbertum eſſe ſuſpicabantur, aggreſſi, Tradatur nobis, clamant, homicida, vt, moriatur. Tunc Sueui pro ſuo milite propugnantes, ferè omnes illos Turingos concîdunt. Quâ fama in caſtra Turingorum volante: ipſi furore conciti, diluculo in Sueuos proſiliunt, vociferantes: ò vos ſceleratos, o gy Verrâthers Böſwicht. (Quæ aliàs Belgarum dialectus eſt.) Sueui non ſegnes arma corripiunt: ſe defendunt. Pugnatur accerrimè: plus XII. millia Turingorum cadunt: reliqui ad caſtra Francorum, duas fortè leucas inde diſtantia, confugiunt. Nam nec Francis, nec Saxonibus, res innotuerat: caſtris eorum longius inter ſe diſtantibus.

Romani, à Germanis victi.

Rixa inter Sueuos & Turingos.

Turingia Sueuis cæſi.

Gratæ fuerunt Romanis huiuſmodi inteſtinæ Germanorum plagæ: id quod ex Corn. Tacito apparet: qui res geſtas ab anno 16, nati Chriſti, vſque ad 27 ſcripſit. Iuxta Tencteros, inquit, Bructeri olim occurrebant. Nunc Chammauos & Angriuarios immigraſſe, narratur: pulſis Bructeris, ac penitus exciſis, vicinarum conſenſu nationum: ſeu ſuperbiæ odio, ſeu prædæ dulcedine ſeu fauore quodam erga nos Deorum.

Nam ne ſpectaculo quidem prælij inuiderunt (ſpectarant nimirum Romani, qui ad Rhenum præſidia habebant) Super LX. millia, non armis teliſq; Romanis: ſed, quod magnificentius eſt, oblectationi oculiſq; ceciderunt. Maneat, quæſo, duretq; gentibus, ſi non amor noſtri (Romanorum) at certè odium ſui: quando vrgentibus Imperij fatis, nihil iam præſtare fortuna maius poteſt quàm HOSTIVM DISCORDIAM. Hæc, ille. Ergo, tantò magis concordia Germanis & Sueuis retinenda & colenda erat: ne Romanis voluptati eſſent ipſorum inter ſe diſſenſiones. Sed redeo ad hiſtoriam.

Inteſtina Germanorum bella, Romanis grata.

Saxonum & Francorum poſtea Principes, magno conatu pacem inter partes facere ſategerunt: ſed, animis vtrinq; exacerbatis, plus non effecerunt: quàm vt ad triennium induciæ ſeruarētur: & vtrinq; ab armis abſtineretur: ſi fortè interea animorum feruore refrigeſcente, firma compoſitio confieri poſſet. Ab eo verò tempore, alienatio durabilior facta eſt inter vtrunq; populum: multis cauſam ignorantibus: ſed quid dulcius fratrum concordiâ?

Anno autem Clodomeri ſextò, Chriſti ſcilicet 325. inducijs finitis, bellum Alemanni Turingis indicunt. Turingi ſuis viribus diffidentes, magnopere auxilia petunt per legatos nobiles à Clodomero. & Francorum proceribus. Sed cùm eo tempore magni motus eſſent in Britannia, alibique (bellum inter ſe gerentibus Conſtantino & Licinio Augg.) nec ita longè tunc ſedes Francicæ gentis à Britannia abeſſent: Clodomerus ſibi à Romanis metuebat, ne ſe abſente irruerent. Itaque auxilium negat. Succurreremus, inquit, libenter vobis: ſi poſſemus ſine periculo noſtro. Nūc quomodo diuidam meam gentem: Romanis & Gallis quotidie in nos imminentibus? Nimis procul eſt nobis, pugnare contra Alemannos: cùm illi ad principium propè Rheni, nos ad oſtia eius, incolamus. Reſponderunt Legati. ſibi eſſe terram latam, fertilem, amœnam. Regem ſuum conceſſurum populo Francorum, partem optimam: quæ pertingat ad Alemannos: vt contra eos ſint intermedius quaſi murus: diuidēs ab Alemannis Turingos: illis ad exterminationem, his ad ſalutem. Placuit, quod dabatur, Francis.

Clodomerus, Francorum Rex, à Turingis imploratus.

Francorum immigratio inter Turingos & Sueuos.

Anno igitur Dominicæ natiuitatis 326. (ſeptimo Clodomeri) April. 19. exiuerunt viri tri-

cies

cies mille armati: agricolæ & opifices bis mille, ſexcenti, octoginta ſex: cum vxoribus, liberis, & rebus ſuis: de Francia ciſmarina: vbi ſcil. hodie eſt Geldria, Traiectum, Holandia, Selandia, Brabantia, pars Phriſiæ & VVeſtfaliæ. Ideo Sicambros (qui erant Franci) Sidonius Apollinaris lib. 4. Epiſt. 1 paludicolas vocat. Dux illorum, fuit frater Regis Genebaldus: qui antehac cum Alemannis contra Romanos dimicauerat: vir magnæ prudentiæ, fortis, bellicoſus. Hic cùm maiorem partem ſuorum, in nouas ſedes introduxiſſet: & cum reliqua parte filius eius Marcomerus poſterius veniſſet: terram ſibi, & populo ſuo donatam, non modò bene rexit: ſed & breui amplificauit. Timuerunt ſibi tunc Alemanni: miſſisq́ Legatis, pacem orarũt: permiſſo ei litis ſuperioris arbitrio: quod & Turingi fecerunt. Ille magnum hoc diſſidium, prudentiâ ſua extinxit. Termini ditionis erant: ab Oriente, Bohemia: ab Occidente, Rhenus & Moguntia: ab aquilone, Turingia & Saxonia: à meridie, Alemannia. Primò autem conſederunt in loco: qui olim vocatus fuit Lunavv: vbi nunc eſt vrbs VVirceburgum. Poſtea, omnem regionem inter ſe aptè diuiſerunt. Hoc modo interpoſiti Turingis fuerunt, & Sueuis: idque perhibetur fuiſſe principium Ducatus in Orientali Francia: ac primus Dux, Genebaldus, annos XXX ſub metu & imperio Regum inferioris Franciæ.

Francorum antiquæ ſedes.

Pax, inter Sueuos & Turinges facta.

Franconia limites.

Genebaldus.

Diſplicuit hæc noua occupatio Romanis. Sed quid fecerunt, multis inter ſe & alibi bellis implicati? Genebaldus, conſentiente Rege occidentales circa mare Franciæ Clodomero, fœdus cum Alemannis & Turingis inijt: quò facilius Romanis & Gallis reſiſteret: cùm quibus & ſæpe, Rheno tranſmiſſo, bellum geſſit.

Anno 336. & pòſt, hæc à ſequentibus populis facta ſunt: Vandali, Alani, aliquot eis aſſociati Sueui, à Gotthis in Romanum ſolum expulſi ſedem à Conſtantino Imp. in Pannonia acceperũt. Ibi commorati ſunt vſque in imperium Arcadij & Honorij, circ. 410. Hæc in Vandal. hiſtor. cap. 9. Rodericus Toletan. ſcribens, Vandalos Gotthi, inquit, egreſſi à Scandia, primo impetu proſtrauerunt. Alani ſimiliter ex Scythia oriundi, acti à Gotthis, in Vandalorum Coloniam tranſierunt: vt Gotthis impares, poſſent cum Vandalis ſe tueri. Sueui etiam, qui à Germanis proceſſerunt, eam partem Scythiæ inuaſerunt: quæ à Sueuis & Scythis Sueuia nominatur: in qua eſt metropolis, ciuitas Vbſalenſis. Horum nomen & patria, in Teutonia adhuc antiqui ceſpitis nomen habet, quæ Sueuia vocatur. Hi itaque genitale ſolum egreſſi: & in obtenta Suecia habitantes: & Gotthorum gladios formidantes: ſe Vandalorum & Alanorum cœtui miſcuerunt: vt ſimul iuncti, Gotthorum potentiæ obuiam irent. Quibus tamen ſemper impares in bello ſunt inuenti. Cum enim Geberidus (Gebrich / πλουσιόδωρος) Gotthorum regeret Principatum: & Vimar (apud Iornandem VViſimar) Vandolorum: quos iuuabant. Alani & Sueui: tanta ſtrage fuêre proſtrati: vt nunquam amplius ſibi manendum in Scythia ducerent: nec nobilitati Gotthicæ obuiam eundum: ſed à Conſtantino Cæſare Pannoniam peterent: quam & per LX. annos, vt agricolæ coluerunt, tributarij Romanorum.

Sueui, & alij aliquot Pannonia.

Suecia, & Sueuia.

Geberidus & Vimar.

Hæc, tempore Imp. Conſtantini M. Sueuica populoſa fuerit gens, neceſſe eſt cùm in Pannoniam etiam, Scythiamq́ exonerata fuerit.

CAPVT III.

IMPPP. VNA INCIPIENTES: CONSTANTINVS IVNIOR, CONSTANTIVS iunior, & CONSTANS Poſtea, IMP. IVLIANVS Apoſtata.

Diuiſio Imperij Rom. horum tempore.
Alemannorum mentio.

ANNO Chriſti 341. fuerunt XXXXVI. numero, tres fratres IMPPP. Cæſares: Fl. Valerius Claudius CONSTANTINVS IVNIOR: Fl. Iulius CONSTANTIVS IVNIOR: & Fl. Valerius Iulius CONSTANS: pij felices, Auguſti.

Imperium Conſtantini iunioris, & Conſtantij iunioris, & Conſtantis: in Oriẽte & Occidente.

Conſtantinus imperauit A. 3. cui obtigerant in diuiſione Imperij, Britannia, Thule, Orcades, Hybernia, Hiſpania, Gallia, Alpes, Cottiæ. His non contentus, de Italiæ Africæq́ iure litem mouet: bello non neceſſario fratrem Conſtantem petit. Sed dum incautus fœdeq́ temulẽtus irruit: per exercitum fratris apud Aquileiam, ab equo deiectus vulnerato, incognitus obtruncatur: in fluuiumq́ eius luci proijcitur, anno 343. ætatis 25.

Conſtantini exitium.

Wolan der kundt nit rûwig ſeyn/
Darumb fiel er in ſolche Peyn.

CONSTANS præfuit A. 14. circiter: cùm ei obueniſſet Italia, Africa cum inſulis,

 Illyri-

Illyricum, Dalmatia, Macedonia, Achaia, Peloponneſus, Græcia: fratris item cæſi hæreditatem, & prouincias Tranſalpinas, biennio occupauiſſet. Poſtea voluptatibus, & quidem fœdis, ſe dedens, articulorum doloribus laborauit. Vnde moroſus factus, militibus illiberalis, prouincialibus grauis, ſibi exitium acceſſiuit: à Magnentio, Iouiorum & Herculiorum (militum ſic appellatorum: ſicut Diocletianus olim: Iouius: Maximianus, Herculius) Comite oppreſſus, 354. anno, vt Funccius numerat: ſed 350. vt Itali: & hîc, & alibi, numeros Funccianos quadriennio minuentes. Verùm ego ſanè, minus temporis ad laborandum hac de re habens, Funccium in pleriſque ſequor: alijs libenter iudicium ſuum relinquens.

Conſtans à Magnentio interfectus.

Conſpirarant in necem Conſtantis Chreſtus, & Macellinus, & Magnentius: ac die conſtituta, conuiuium in multã noctem celebrato: Magnentius, tanquam ob naturæ neceſſitatem inde egreſſus, Auguſtalem habitum cepit: ſatellitibusque circundatus, in conuiuium rediјt: & viros rei nouitate conſternatos, partim oratione, partim vi, ad arbitrium ſuum adegit. Ita Imperator ab eis ſalutatus, pecunias dilargitus eſt. Geſta ſunt hæc non Auguſtæ Rhætiæ: ſed Auguſtoduni Heduorum.

Tunc emiſſis à Magnentio percuſſoribus: Conſtans, à venatione feſſus dormiens: vel, vt alij ſcribunt, apud oppidum quoddam non longè à Pyrenæo Helena dictum, è ſacello extractus: interfectus eſt, circa calend. Martij, anno ætatis XXX. Scribitur, eius horoſcopum à Mathematico inſpectum eſſe: qui dixerit, gremio genitricis periturum. Mortuâ enim matre Fauſta: filij nutriti ab Helena auia, tanquam matre, fuerant. At ingratiſſimum hominem Magnentium, aliquando in tumultu à militibus occidendum, Conſtans paludamenti obiectu protectum conſeruarat.

Ein Dieb vom Galgen löß kein Mann:
Er möcht jhn ſelber bringen dran.

Conſtantinus, in Magnentium. Murſa vrbs.

Conſtantinus Imperium rexit anno XXV. & aliquot menſes, in Oriente, qui ei attributus fuerat. Hic cædem fratris vlturus, Gallum patruelem Cæſarem fecit: atque in Europam tranſiens, Magnentium, robore ſuorum confidentem, ingenti prælio apud Murſam vincit. Murſa autem (alijs Murtia) Pannoniæ vrbs eſt (teſte Auentino) XVI. millia paſſuum diſtans Occidentem verſus à Teutoburgio: vbi Drauus amnis Danubio miſcetur. Quinque Eccleſias nunc vulgus appellat. Ceciderunt ibi vtrinque LIIII millia. Attritæ ſic vires imperij. Tyrannus, habitu equitis aufugit: equo ſuo inſignibus Imperatoriis ornato dimiſſo: vt, qui viderent, exiſtimarent ſeſſorem eſſe mortuum, nec vlterius inueſtigarent. Conſtantius conſcenſo tumulo: vbi totam circumcirca planiciem, cadaueribus contectam conſpexit: ingemuit, omnesq; cæſos humari iuſſit: vulneratos verò, curari & conſeruari.

Magnentij exitium. Gallus & Iulianus, Cæſ. Conſtantij mors.

Rurſus, reparato bello, ad Lugdunum Galliæ vincitur Magnentius: ac tandem, rebus deſperatis, furore ſimulato, aliquot ſuorum occidit: demum, ſeipſum 357. confôdit. Conſtantinus Gallum & Iulianum, patrueles, Cæſares fecit: ſed illum poſtea, propter ferociam & inſolentiam ſuſtulit: contra hunc, qui ab exercitu (rebus bene in Gallia contra Alemannos geſtis) Imperator dictus erat, bellum parans, febri ardente moritur 365 die 5. Octob. in ſtatione quadam ad radices Tauri montis, Mopſocrena nominata, inter Ciliciam & Cappadociam; anno ætatis 42. circiter. Arianæ hæreſis fautor fuit.

Ein Vatter offt Weiß/Frumb/vnd Kün:
Jhm ſchlagen ſelten nach die Sön.

Iuliani imperiũ.

Anno Chriſti 366. gubernacula Imperij ſolus tenebat XXXXVII. IMP. Cæſar Flauius Claudius IVLIANVS, P. F. Aug. A. 1. M. 7. D. 27. Natus hic Conſtantinopoli: Conſtantini M. fratre, nobiliſſimaq; fœmina Baſilina (quæ eo grauida, ſe perituram ſomniauerat Achillem) forma liberali fuit, ingenioq; ad literas & arma apto. Educabatur in patria à præceptoribus doctis: & à Nicomediæ Epiſcopo, Euſebio, in religione Chriſtiana inſtituebatur: quam tamen poſtea, Libanio Sophiſta Syropagano (à Pædagogis Conſtantinopoli expulſo) & ab Epheſio Philoſopho Maximo ſeductus, abnegauit. Ideo à Græcis παραβάτης, à Latinis Græco vocabulo Apoſtata, nuncupatur. Eſt ille Libanius, cuius argumenta in Orationes Demoſthenis extant: nec non Epiſtolæ Libanij & D. Baſilij, inuicem ſcriptæ.

Libanius Rhetor.

Deſiderans Iulianus Imperialia ſceptra (inquit Diaconus) Gratiam percurrit, ex vatibus quærens: num peruenturus ad Imperium eſſet. Dicturus hoc ei quidam, in quodam Idolorum loco ſeductores Dæmonas euocauit. Quibus ſolenniter comparentibus: territus Iulianus, in fronte ſigna-

ſignaculum crucis format. ἐπάθηκε τῷ μετώπῳ, τὸ τοῦ σταυροῦ τὸ σημεῖον, *Cedren. Tunc, his diſparentibus, Magus dixit, eos non timore crucis, ſed abominatione eius, diffugiſſe. Sic Iulianum repleuit Chriſtiani ſignaculi odio, Cæſar à Conſtantio 359. factus: ſequentiq́ anno, contra Germanos & Sueuos in Galliam miſſus: res ibi magnas geßit (vt poſterius audiemus) quæ ei ad Imperium conſequendum conduxerunt.*

Crucis ſignum in fronte.

Anno enim 364. ab exercitu impoſitus ſcuto pedeſtri, & ſublatus in eminens (hic ritus erat creandi Imperatores) populo ſilente, Auguſtus renunciatus eſt: eiq́, cùm diadema deeſſet, torquis pro diademate impoſitus. Cuius rei, initio Gallicæ profectionis: fuerat omen, quòd cùm oppidum quoddam eſſet ingreſſus: corona laurea quibus ſolent ciuitates ornari, inter columnas pendens: rupto fune, ſuper caput ei decidit: eumq́ aptißimè corouauit.

Imperatores creandi ritus.

Anno 367. Iulianus in Perſas mouens (licet literis Saluſtij Præfecti monitus: vt Dijs dehortantibus cederet) multis oppidis captis, exercituq́ hoſtili profligato, Cteſiphonem vſque peruênit. Inde poſt aliquantum remeans, facem cælo vidit ſereno. Vetabant Hetruſci Aruſpices, quicquam tentare, ſigno infelici. Contemnente ipſo: dum, Perſis à tergo inuadentibus, inconſulto ardore nititur ordines ad prælium componere: ſubitò equeſtris haſta (inquit 25 libro Ammianus) cute brachii eius præſtrictâ: coſtis perfoßis, hæſit in ima iecoris fibra: Fertur, ſic hypochōdria vulneratus, ſanguinem manu caua exceptum, in aërem ſparſiſſe, ac dixiſſe: Viciſti Galilæe, Κορέσθητι ναζωραῖε, *ſatiare Nazaræe.*

Perſica Iuliani expeditio.

Aruſpices Hetruſci.

Iuliani interitus.

Relatus in caſtra, medicinæ miniſterijs ferebatur: ſed illa nocte, quæ prælium diremerat, cùm prius animosè verba ad ſuos feciſſet: mortuus eſt 7. calend. Iul. anno ætatis altero & trigeſimo. Corpus Tarſum relatum, tumulo datum eſt. Interfuerunt huic expeditioni fortiter & Germani, & Eutropius Hiſtoricus.

Fuit Iulianus homo exiguâ & gracili ſtatura: barbatus, capillo nigro (ἰσχνόγυιος, μελανόθριξ) *ſed maieſtate conſpicuus.*

CAPVT IIII.

BELLA CVM ALEMANNIS, SIVE SVEVIS, TEMPORE PRÆCEDENTIUM Imperatorum. Populi tunc Germaniæ celebriores cæteris: Alemanni, Franci, Saxones. Chenodomarij Sueui. Victoria Gallica. Gundomadi & Vadomarij, cum Conſtantio Imp. bellum, & pacificatio. Ibi de Rauracis, & Gallia Ripenſi, ſeu Rom. Germania. Lentienſium Alemannorum, cum Conſtantino bellum, victoria & clades. Ibi de Rhætis caninis. Curia, Conſtantia, Vitoduro & de Rheno.

TEmporibus his (vt ex Ammiano Marcel. perſpicitur) tres Germaniæ celeberrimi populi erant: Romanis non parum formidinis & laborum afferētes: Alemanni, Saxones, & Franci: tanquam, ſi cæteros hi Germanos ſibi attributos haberent. Horum & B. Hieronymus meminit in vita Hilarionis, qui tunc vixit. Candidatus (nomen cuiuſdam dignitatis) Conſtantij Imperatoris, inquit, rutilus coma: & candore corporis indicans prouinciam (inter Saxones quippe, & Alemannos, gens eius: non tam lata, quàm valida: apud Hiſtoricos Germania, nunc verò Francia, vocatur) antiquo, hoc eſt, ab infantia, poſſeſſus à Dæmone: qui noctibus eum vlulare, ingemiſcere, fremere dentibus, compellebat: ſecretò ab Imperatore euectionem petijt, cauſam ei ſimpliciter indicans. Et acceptis ad Conſularem quoque Palæſtinæ, literis: cum ingenti honore & comitatu Gazam deductus eſt: & inde, ad ſanctum virum; qui ex oculis eius, & vultu, cur veniſſet, agnouit. Statim ergo ad interrogationem ſuſpenſus homo: vix terram pedibus tangens, & immane rugiens: Syro, quo interrogatus fuerat, ſermone reſpondit. Videres de ore Barbaro: & qui Francam tantùm, & Latinam linguam nouerat: Syra ad purum verba reſonare. Confeſſus eſt Dæmon, quo in eum intraſſet ordine: Et Sanctus, vt interpretes eius intelligerent: qui Græcam tantùm & Latinam linguam nouerant: Græcè quoque eum interrogauit: atque eadem, quæ antea, reſpondentem, in nomine Ieſu Chriſti eiecit: ac pro auro, hordeaceus panis datus eſt. Hæc, Germaniæ propugnacula erant: ſed Alemannorum, plures leguntur tunc res geſtæ, & clades, quàm Francorum & Saxonum: ſicut ex ijs, quæ dicentur intelligitur.

Germanorum gentes celebres.

Candidatus.

Dæmoniacus.

Anno 343. & inde, cùm Romani bellum Francis, Galliam populantibus, indixiſſent, variò inter eos ſucceſſu diu bellatum eſt: nec potuit omnino ipſos debellare Imp. Conſtans: ſed ad pacem tamen coëgit. In Aula poſtea Conſtantij, multitudinem Francorum floruiſſe, Ammianus ſcribit.

Franci, in Galliam.

Anno 356. Chenodomarius, Rex Alemannorum (Kün oder König *Othmaier, Spangenb.*)

Chenodomarius.

genb.) Magnentij fratrem Decentium, Cæſarem ab eo factum, & Gallijs tuendis præpoſitum ſuperauit: multasq́ ciuitates claras & opulentas vaſtauit.

Conſtantij Imp. cum Alemannis bellum.
Gundomarius.
Vadomarius.
Priſcia.
Briſgoia.

Anno 358. cæli reſerato tepore (inquit Ammianus) conſulatu ſuo ſepties, & Caſ. Galli iterũ, egreſſus Conſtantius Arelate, Valentiam petit: in GVNDOMATVM & VADOMARIVM fratres (Gundmund vnd Werdmaier/ Spagenb.) Alemannorum Reges, arma moturus. Nam horum crebris excurſibus vaſtabantur confines limitibus terræ Gallorum. Regnabant illi duo (teſte Auentino) inter Danubij caput, Nigram ſyluam & Rhenum: Rauracis & Baſilienſibus oppoſiti: quæ regio nunc Priſcia, vel Briſgoia, nominatur. Valentiæ diu moratus eſt Imperator, commeatus opperiens: quorum tranſlationem ex Aquitania, verni imbres, ſolito crebriores, prohibebant, auctiq́ torrentes: ac milites apud Cabillona collecti, ſubſidijs viuendi deſtituti ſæuiebant. Cibo deinde abundè perlato, caſtra ſunt mota: emenſisq́ difficultatibus multis: & niue obrutis callibus pluribus: vbi prope Rauracum (nobis ſupra Baſileam) ventum eſt, ad ſupercilia fluminis Rheni: reſiſtente multitudine Alemanna: pontem ſuſpendere nauium compage Romani, vi nimia vetabantur: ritu grandinis vndiq́ conuolantibus telis. En Sueuorum vires, fortitudinem, peritiam iaculandi, induſtriam. Tenebant hi ſuperiorem partem Martianæ vel nigræ ſyluæ, ante Rauracos aut Baſilienſes, Romani trans Rhenum.

Alemanni & Romani, inter ſe oppoſiti.

Auguſta Rauricorum.
Lugdunum.
Munatius Plancus.

Quoniam hoc loco, Rauraci mentio ab Ammiano fit: recenſebo quædam de eo, contrahens ex lib. 3. B. Rhenani. Auguſta Rauricorum, inquit, colonia fuit Romanorum: quam deduxit orator clariſſimus L. Munatius Plancus, vir conſularis ac Prætorius, M. T. Ciceronis diſcipulus: qui Lugdunum item Coloniam, traduxit: teſte hac inſcriptione.

L. MVNATIVS L. F. L. N. L. PRONEP. PLANCVS. COS. CENS. IMP. VII. VIR EPVL. TRIVMPH. EX RHÆTIS ÆDEM SATVRNI FECIT DE MANVBIIS. AGROS DIVISIT IN ITALIA BENE VENTI. IN GALLIA COLONIAS DEDVXIT LVGDVNVM E RAVRICAM.

Rauraci deſtructio.
Elcebenſis Regio.
Seleſtadium.
Gallia Ripenſis.

Vnde etiam antiquitatem Rauricorum colligere licet: ſiquidem neceſſe eſt, oppidum ſteriſſe, quò Colonia fuerit deducta: non autem vrbem tum primùm fuiſſe conditam. Fuit autem hæc Colonia militaris ab Auguſto ſic cognominata: cuius auſpicijs res geſta eſt: qualem ciuitatem Auguſtam, Græci vocant σεβαστήν. Deſtructa eſt ſine dubio ab Alemannis, tempore Valentiniani 3. qui Theodoſio iuniori 430. ſucceſſit: ante quod tempus, nunquam illis contigerat (quamuis ſæpe per pericula maxima tẽtantibus) vt Rauricenſem tractum, Heluetiorum terras, Elcebenſem regionem (vbi Seleſtadium) Germaniamq́ Romanorum primam, occupatas retinerent firmiter. Gallia autem Ripenſis, continebat Germaniam primam & ſecundam, à Conſularibus gubernatas: nec non Rauricos & Heluetios, à Præſide cum Sequanis & Veſontijs adminiſtratas: ſicut tractum Argentoratenſem, vel Alſatiam (ex oppido Elcebo, quod eſt Seleſtadium denominatam) vir ſpectabilis, comes Argentoratenſis, regebat: Duxq́ue Magontiacenſis ſub diſpoſitione ſua varijs in locis præfectos militum habebat. Rauricorum proinde veterum, & Sequanorum Ciſmontanorum, loca, tenent hodie Alemanni (teſte Beato) qui à tempore collapſi Imperij Romani, Diœceſin Baſilienſem incolunt. Sed redeo ad inſtitutum.

Cùm ponte iungere Rhenum, impoſſibile videretur: Imperator cogitationibus magnis attonitus quid capeſſeret, ambigebat. Ecce autem ex improuiſo index quidam, regionum gnarus, aduênit. Hic, mercede accepta, vadoſum locum nocte monſtrat: vnde ſuperari potuit flumen. Et potuiſſet, aliorſum intentis hoſtibus ni pauci ex eadem gente (Alemannica, apud Romanos verſantes) quibus erat honoratioris militiæ cura commiſſa: populares ſuos hæc per nuntios docuiſſent occultos: vt quidam exiſtimabant. Infamabat autem hæc ſuſpicio Altinum, Domeſticorum comitem (Hofmeiſter) & Agilonem, Tribunum ſtabuli (Marſchalck/ oberſter Stallmeiſter) atq́ Scudilonem, Scutariorum Rectorem (Hauptmann der Schildtführer) qui tunc (nota dignitates Alemannorum apud Romanos) vt dextris ſuis geſtantes Rempub. colebantur. At Alemanni, ſuſcepto pro inſtantium rerum ratione conſilio (dirimentibus fortè auſpicijs, vel congredi prohibentibus) autoritate ſacrorum mollito rigore, quo videntius reſiſtebãt: optimates miſêre, delictorum veniam petituros, & pacem. Tentis igitur Regis vtriuſq́ Legatis, & negotio diu penſato: cùm pacem oporteret tribui, quæ iuſtis conditionibus petebatur: eamq́ ex re tum fore, ſententiarũ via concinens approbaſſet, aduocato in concionem exercitu, Imperator tribunali aſſiſtens, circundatus poteſtatem cœtu celſarum, inter alia ſic dixit.

Officia militaria.

Imp. Conſtantij oratio.

„ Arduos veſtræ gloriæ gradus, Milites: quos fama per plagarum quoq́ accolas extremarum diffun-

diffundit: excellenter accreſcentes, Alemannorum Reges & populi formidandes: per Oratores, quos videtis, ſummiſſis ceruicibus conceſſionem præteritorum poſcunt, & pacem. Quam, vt cunctator & cautus, vtiliumque monitor, ſi veſtra voluntas adeſt, tribui debere cenſeo, multa contemplans. Primò, vt Martis ambigua declinentur: dein, vt auxiliatores pro aduerſarijs adſciſcamus, quod pollicentur: tum autem, vt incruenti mitigemus ferociæ flatus, pernicioſos ſæpe prouincijs: Poſtremò, id reputantes: quod non ille hoſtis vincitur ſolus: qui cadit in acie, pondere armorum oppreſſus, & virium: ſed multò tutius etiam, tuba tacente, ſub iugo mittitur voluntarius: qui ſentit expertus, nec fortitudinem in rebelles, nec lenitatem in ſupplices animos, deeſſe. In ſumma, tanquam arbitros vos, quid ſuadeatis, opperior: vt Princeps tranquillus, temperanter adhibere modum, allapſa felicitate, decernens. Non enim inertiæ, ſed modeſtiæ humanitatique (mihi credite) hoc, quod rectè conſultum eſt, adſignabitur. " " " " " " " " " " " " "

Pax cum Alemannis.

His ita dictis, mox omnis multitudo, laudato Imperatoris conſilio, conſenſit in pacem: ea ratione maximè percita: quòd norat expeditionibus crebris: fortunam eius, in malis tantùm ciuilibus vigilaſſe: ſed in bellis externis, plerunque fuiſſe luctuoſam. Proinde, icto fœdere gentium ritu, perfectaque ſolennitate: Imperator Mediolanum ad hyberna diſceſſit.

Lentienſibus bellum illatum. Rhæti Canini.

Eodem 358. anno, Lentienſibus Alemannicis pagis (Linßgäwern) *indictum eſt bellum: collimitia Romana ſæpe latius irrumpentibus. Ad quem procinctum (expeditionem) Imperator egreſſus, in Rhætias campoſque venit Caninos. Hi ſunt Rhæti, qui vocantur* Graubunter: *inter lacum Podamicum ſiti, & Mediolanum, Appellantur* Grau/ *vel* Graw/ *Griſones: à cana ſeu albida terra,* Vom grauwen Feldtboden: *vbi ciuitas Curia eſt. Retinent nomen antiquum, ad differentiam terrarum, quas ſibi adiunxerunt: vt hoc modo vetus Rhætia diſcernatur à noua.* Punter *nominantur propter fœdus: quod alijs cum Rhætis, vel populis, habent. Caſtra igitur Conſtantij ibi fuerunt, vbi nunc Curia eſt: quæ nomen inde habet: quòd ibi caſtra & Curiam ille ſuam, vt in loco contra Alemannos tutiſſimo (firmæ enim etiam, ijs in locis arces) habuit: tradente hæc Tſchudo capit. de Rhætia Alpina 15. nec non libro Heluet. hiſtor. 10. capit. 16. Stumpſio: qui non exiſtimat, Curiam fuiſſe ante Conſtantij tempora oppidum: Cùm eius non meminerit Ammianus. Idem ait libro quinto capite trigeſimo ſecundo, oppidum etiam Conſtantiam, nomen ab hoc Conſtantio habere: qui id munierit contra irruptiones Alemannorum. Sic & Vitodurum* (Winterthür) *eis oppoſitum erat. Ipſi verò tempore Diocletiani id diruerant: quod, licet à Proculo fuerit reſtaurautum (vt ſuperiore libro dictum eſt) tamen poſtea Valentiniani 3. tempore, vt veritati conſentaneum eſt, Alemanni cum cæteris Roman. nidis rurſus deuaſtarunt. Hodie tamen pulchrum ibi & oppidum, & pagus, eſt.*

Griſones. Curia oppidum. Vitodurum.

Cæterùm, cùm in Caninis campis caſtra Conſtantius haberet: digeſtis diu conſilijs: id viſum eſt honeſtum & vtile omnibus: vt eò cum parte militis validiore, Arbetio Magiſter equitum relegens margines lacus Brigantiæ (deß Bregentzer ſees) *pergeret, protinus Barbaris congreſſuris. Cuius loci figuram breuiter deſignans, Inter montium celſorum anfractus, inquit Ammianus, impulſu immani Rhenus diſcurrens, extenditur per Lepontios* (Rheinswälder) *perque deciduas catarrhactas, inclinatio pernici funditur, vt Nilus, torrente abortu protinus primogenio: copijs aquarum propijs, irruenti curſu ſimplici. Iamque adiutus niuibus liquatis ac ſolutis, altaque diuortia riparum adradens, lacum inuadit rotundum & vaſtum: quem Brigantiam accola Rhætus appellat: perque quadringenta & ſexaginta ſtadia longum, pariq; penè ſpatio latè diffuſum, horrore ſyluarum ſqualentium inacceſſum (niſi qua vetus illa Romana virtus, & ſobria, iter compoſuit latum) Barbaris & naturâ locorum, & cæli inclementiâ, refragante. Erraſſe in hoc Rheni ortu, & figura ſituq; lacus Brigantini, Ammianum, in cap. ſuprà dicto bene monet Tſchudus. Verùm nos hoc loco non afferemus meliorem deſcriptionem: niſi quòd lacus hic, non rotundus eſt: ſed triplo longior, quàm latior. Suprà quoq; lib. 4. cap. 7. de ipſo aliquid dictum eſt. Dabitur verò alibi de his rebus dicendi occaſio.*

Danubius. Lacus Brigantinus.

Hanc deinde (inquit idem Ammianus) paludem, ſpumoſis ſtrependo verticibus, amnis irrumpens: & vndarum quietem permeans pigram: mediam velut finali interſecat libramento: ac, quod impendiò mirum eſt, nec ſtagnum aquarum rapido tranſcurſu mouetur: nec limoſa ſubluuie tardatur properans flumen: & confuſum miſceri non poteſt corpus: id quod aſpectu ipſo

Fluuius, dulcis lacum perfluens.

Digitized

docetur. Sic Alphæus, in Arcadia ortus, ſcindens Ionium mare, adusq; amati fontis Arethuſæ in Sicilia confinia progredi fertur.

Arbetio, qui aduentus hoſtium nuntiarent non expectans, dum adeſſent (licet ſciret aſpera, orſa bellorum) in occultas delatus inſidias (vbi prædictus lacus eſt, & ciuitas Conſtantia) veluti immobilis, malo repentino perculſus eſt. Exiliunt è latebris hoſtes: ac ſine aliqua intermiſſione, quicquid offendi poterat, multiplici telorum genere configunt: nemine reſiſtere, nec aliud vitæ ſubſidium, niſi fuga veloci ſperare, valente. Quocirca vulneribus declinandis intenti, incompoſito agmine milites huc & illuc diſpalantes (fugâ damnoſa & ingloria) terga ferienda dabant. Plerique tamen per anguſtas ſparſi ſemitas, præſidio tenebroſæ noctis elapſi: poſtridie reuoluta luce, viribus redintegratis, ſeſe (ſarciendæ cladis, & decoris emendandi, gratiâ) recollegerunt. Deſideratus eſt abundans numerus armatorum, & Tribuni decem.

Arbetio & Romani, ab hoſte victi.

Alemanni itaque, ſublatis animis, ferocius incidentes quotidie prope munimenta Romana, adimente matutina nebula lucem, ſtrictis mucronibus diſcurrebant: frendendo, minas tumidas intentantes. Tunc egreſſi repentè ſcutarij, cùm obiectu turmarum hoſtilium repercuſſi ſtetiſſent: omnes ſuos conſpirantibus animis ciebant ad pugnam. Verùm, cùm pleroſque recentis ærumnæ documenta terrerent: & in tuto fore reliqua credens, hæreret Arbetio: tres ſimul exiluêre Tribuni: Arintheus, agens vicem armaturarum Rectoris: & Seniauchus, equeſtrem turmam Comitum tuens: & Bappo, ducens Promotos (equites) cum commiſſis ſibi à Principe. Vrgebat cauſa communis, velut propria: vim cunctis arcentibus, veterum exemplo accolarum fluminis. Tum hoſtibus ſuperfuſi, non iuſto prælio, ſed diſcurſionibus prædatorijs: vniuerſos coëgêre in fugam fœdiſſimam: qua properantes elabi, impediti, corpora nudantes intecta, gladiorum haſtarumque denſis ictibus truncabantur: multique cum equis interfecti, iacentes, etiam tum eorum dorſis videbantur innixi. Quo viſo, omnes, qui antea exire dubitauerant, è caſtris effuſi: proterebant Alemannorum plebem: niſi quos fuga exemerat morti: calcantes cadauerum ſtrues, perfuſi ſanguine peremptorum. Tunc imperator Mediolanum ad hyberna reuertit lætus.

Hoſtis, viciſſim victus.

His erant intempeſtiuæ elationis & temeritatis exitus. Attentiſſima verò cautio, in bellis adhibenda eſt. Non licet bis in bello peccare. Res non amplius integra eſt: pœnitentia, inanisq; ratiocinatio cladis comes eſt. Prometheos eſſe oportet, non Epimetheos.

CAPVT V.

IVLIANI RES CONTRA ALEMANNOS GESTÆ.

Creatio Cæſaris, tanquam promotio Scholaſtica, aduerſus Alemannos. Eius in Galliam expeditio. Francos & Alemannos percellit. Clades Alemannorum in Rheni inſula. Tabernarum inſtauratio contra eos. Euſebia Auguſta. Barbatio ab Alemannis fugatus.

Galliarum periculum.

ANNO 359. Conſtantium Imp. exagitabant (teſte Ammiano) aſſidui nuntij: deploratas iam eſſe Gallias: nullo renitente, ad internecionem Barbaris vaſtantibus omnia. Volebant ſcilicet, veriſimile eſt, Germani Gallias paulatim recuperare: ſicut temporibus Iulij Cæſaris, Arioniſtus: quemadmodum & antiquitus Germaniam Galliamq; vnum Regnum fuiſſe, vocabulo γαλατίας *(Galatia) comprehenſum, iamdudum non ſemel diximus. Æſtuans itaque Conſtantius diu, qua vi propulſaret ærumnas, ipſe in Italia remanens, pericula in locis longè dimotis vitans: reperit tandem conſilium vtile: Euſebia vxore ſua (Zoſimo lib. 3. teſtante) ſuggerente: quæ doctrinis pererudita, & ſupra muliebrem captum prudens, erat. Iulianum patruelem fratrem, è vrbe Athenis à Philoſophis reuocandum, & in ſocietatem Imperij adſciſcendum, duxit. Igitur ſexto Nouemb. die, aduocato omni, quod aderat, commilitio: ipſe tribunal, quod ad altiorem ſuggeſtum erectum erat, inſcendens: Iulianumque, retinens dextrâ: inter alia ſic placido ſermone dixit.*

Euſebia, Conſtantij vxor.

» *Aſſiſtimus apud vos, optimi Reipub. defenſores, cauſæ communi vno penè omnium ſpiritu*
» *vindicandæ. Poſt interitum rebellium Tyrannorum (Magnentij & adiutorum) rabies ad ſua*
» *conata actorum, inſultant barbari Gallias, rupta limitum pace: hac animati fiducia: quòd nos per*
» *diſiunctiſſimas terras, arduæ neceſſitates aſtringunt. Huic ergo malo, vltra oppoſita proſerpenti,*
» *ſi occurrerimus in tempore: tum & colla ſuperbarum gentium detumeſcent: & Imperij fines erunt*
» *intacti. Hunc igitur charum patruelem meum Iulianum, elucentis induſtriæ iuuenem, in Cæſaris*
» *adhibere poteſtatem exopto: cœptis, ſi videntur vtilia, veſtra etiam conceſſione firmandis.*

Concione

Concione læto fremitu aſſentiente: Ego itaque, inquit, præſente nutu Dei cæleſtis, amictu principali velabo. Dixit, moxque indutum auita purpura IVLIANVM: & Cæſarem cum exercitus gaudio declaratum: his alloquitur, contractiore vultu ſubmœſtum. Recepiſti primæuus originis tuæ ſplenditum florem, amantiſſime mihi omnium (bella ſimulatio amoris) frater. Adeſto igitur laborum periculorumque particeps: tutelam miniſterij ſuſcipe Galliarum: omni beneficentia partes leuaturus afflictas. Si hoſtibus congredi ſit neceſſe: fixo gradu conſiſte inter ſigniferos: conſideratè ad audendum hortare: pugnantes accende, præeundo cautiſſimè: turbatos, ſubſidijs fulci: modeſtè increpa deſides: teſtis adeſto induſtrijs & ignauis. Non deerimus nos tibi amoris robuſtâ conſtantia. Deus modo velit, quod oramus.

Iuliani Imp. creatio.

Tunc militares viri omnes, horrendo fragore ſcuta genibus illidentes: immane, quo quandoque gaudio, exceptis paucis, Auguſti probauêre iudicium. Proſperitatis id exiſtimabatur indicium plenum: cùm contrà, quando haſtis clypei ferirentur, iræ & doloris documentum eſſet. Cæſarem admiratione digna ſuſcipiebant: Imperatorij muricis fulgore flagrantem: cuius oculos, cum venuſtate terribiles (βλοσυρὰς καὶ χαροπὰς) vultuque excitatius gratum multùm diuque contuentes: qui futurus eſſet, colligebant. Eum, vt maiori reuerentiæ & laudibus ſeruaretur: tunc nec ſupra modum laudabant: nec infrà, quàm decebat.

Paucis inde diebus, Helena Conſtantij ſoror, virgo lectiſſima, eidem Cæſari fœderis coniugali copulata fuit.

Helena, Iuliani coniux.

Paratis poſtea vniuerſis, quæ maturitas proficiſcendi poſcebat: ipſe, paruo cum comitatu (aliquò tamen deductus ab Auguſto) calendis Decemb. egreſſus eſt. Cùm itineribus rectis Taurinos (Taurinum in Pedemontio) perueniſſet: nuntio percellitur graui: COLONIAM Agrippinam, ſecundæ Roman. Germaniæ vrbem, pertinaci Francorum & ſociorum obſidione reſeratam eſſe: magnisq; viribus deletam. Viennam dehinc ingreſſus, honorificè omnis ætatis & dignitatis concurſu excipitur: communium remedium ærumnarum ab eius, vt legitimi Principis, & ſalutaris cuiuſdam Genij, aduentu, ſperantium.

Iuliani expeditio contra Francos.

Colonia agrippina a Francis deleta.

Anno 360. cùm audiuiſſet Iulianus, Auguſtodunum, oppidum ſpatioſo quidem muri ambitu, ſed vetuſtatis carie inualido, repentino Alemannorum impetu, torpente præſentium militum manu, captum: ſed breui veteranorum peruigili concurſatione receptum, eſſe: eò ipſe 24. Iunij venit: per diuerſa ſpatia hoſtes palantes, vbi facultas contigiſſet, aggreſſurus. Ac Tricaſſas verſus (Lugdunenſis Galliæ vrbem, hodie Troies dictam) cum cataphractis & balliſtarijs ſolis (parum ad tuendum Rectorem idoneis) tendens: Germanos in ſe cateruatim ruentes, partim plurium concurſum timens, partim aptis locis facilè decurrens, protriuit: captis quibuſdam, cæteris Romanos grauitate præpeditos armorum effugientibus. Tunc per multa diſcrimina Tricaſſas iniuit: idque adeo inſperatus, vt, ipſo portas penè pulſante: diffuſæ multitudinis barbaræ metu, aditus vrbis non ſine anxia panderetur ambage. Iuſſo, in vnum congregato exercitu, apud Viſuntium opperiri: ipſe Remos venit: vrbem Belgis & Sueſſionibus vicinam: in qua Gallorum Reges vngi & conſecrari ſolent.

Auguſtodunum.

Trica…

Ibi deliberatione habita: poſt variatas ſententias plures placuit: per decem pagos (ciuitatem Lotharingiæ Duoſam: ſitam inter Argentinam & Diuodurum, Straßburg vnd Dietenhoffen) Alemannam aggredi plebem. Proinde denſatis agminibus, tendebat illuc ſolito alacrior miles. Sed, quia dies humectus & decolor, vel contiguum eripiebat aſpectum: iuuante locorum notitia, hoſtes tramite aliquo decurſo poſt Cæſaris terga: legiones duas, arma cogentes, penè deleſſent: ni ſubitò concitus clamor, ſociorum auxilia coëgiſſet. Deinceps igitur, nec itinera, nec flumina, ſe tranſire ſine inſidijs poſſe ratus, erat prouidus & cunctator: id quod præcipuè laudabile in magnis Ductoribus, exercitibus ſalutare eſt.

Argentina. Diuodurum.

Audiens autem Argentoratum (Straßburg) Brotomagum (vicum 2. miliaribus ab Argentorato, Brumat) Tabernas (Zabern) Saliſonem (Weiſſenburg/ aut Seltz) Nemetas & Vangiones (Spiram ac VVormaciam) & Maguntiacum (Mentz) ciuitates has ab Alemannis poſſideri: territoriaque earum habitari (nam ipſa oppida, vt circundata retibus buſta, declinabant) primam omnium Brotomagum occupauit: eique iam aduentanti, Germanorum manus pugnam intentans occurrit. Cumq; in bicornem figuram acie diuiſa, collato pede res agi cœpiſſet: exitioque hoſtes vrgerentur ancipiti: capti ſunt nonnulli: alij, in ipſo prælij furore, truncati, reſidui diſceſſêre, celeritatis præſidio tecti. Nullo itaque repugnante, Coloniam deſcendens Cæſar, hanc recepit; nec inde diſceſſit: antequam Francorum Regibus,

Brotomagum.

mitefcente

Francorum Reges, perterriti.

mitescente furore, perterritis, pacem Reipub. firmaret. Quibus vincendi principijs lætus, per Treuiros abſceſſit: hyematurus apud Senonas, oppidum tunc opportunum. Ibi bellorum inundantium molem, quaſi humeris ſuis vehens, in multiplices ſcindebatur curas: quod Homero eſt, μερμήριζεν· ὅ ἐστιν, εἰς μερμήρας καὶ μερίμνας πολλὰς τὴν διάνοιαν διεμερίζετο.

Tunc hoſtilis manus oppidum, ſpe capiundi in maius accenſa, aggreditur. Didicerant quippe prodentibus perfugis: nec Gentiles, nec Scutarios (illa genera militum) adeſſe: quia per municipia diſtributos, vt commodius alerentur. Clauſa ergo vrbe, & benè firmata: cùm ipſe cum armatis die noctuque inter propugnacula viſeretur: licet paucitate præſentis manus erumpere non auderet: poſt tricesimum diem hoſtes abiêre triſtes.

Conſtantij contra Sueuos, & alios Germanos, expeditio.

Eodem anno Conſtantius, cupiens in auguſtiſſima ſede, vrbe Roma, morari diutius, vt otio puriore frueretur, & voluptate: aſſiduis certisque nuntijs terrebatur: indicantibus, Sueuos Rhætias incurſare: Quados, Valeriam (Styriam, aut Croaciam) & Sarmatas ſuperiorem Mœſiam, ac ſecundam Pannoniam, depopulari. Quapropter 4. Calend. Iunias ab vrbe profectus, per Tridentum iter in Illyricum feſtinauit. Tam negotioſa res erat ita latum Imperium. Qui id habebat: identidem negotijs turbabatur: ac lupum auribus tenebat. Ideo Tibullus τὸ λάθε βιώσας præfert, cùm dicit:

Diuitias alius fuluo ſibi congerat auro:
Et teneat culti iugera magna ſoli:
Quem labor aſſiduus vicino terreat hoſte:
Martia cui ſomnos claſſica pulſa fugent.
Me mea paupertas vitæ traducat inerti:
Dum meus aſſiduo luceat igne focus.

Anno autem 361. Cæſar Iulianus, exactâ apud Senonas turbulenta hyeme: Germanicis vndique circumfrementibus minis: ſecundis omnibus (homo maximè ſuperſtitioſus) motus, Remos properauit: bonum exercitus Rectorem habens Seuerum. Parte alia Barbatio, ex Italia iuſſu Principis cum XXV. millibus armatorum Rauracos (vbi Baſilea) venit. Solicitè nanque præſtructum eſt: vt ſæuientes vltra ſolitum Alemanni, fuſiusq; vagantes: multitudine geminata Romanorum, forcipis ſpecie truſi in anguſtias, caderentur. Nihilominus hoſtes, ad tempeſtiua furta ſolertes: inter vtriuſq; exercitus caſtra occultè tranſgreſſi, inuasêre Lugdunum incautam: quam populatam niſu auido concremaſſent: in clauſis aditibus repercuſſi: quicquid extra oppidum potuit inueniri, vaſtaſſent. Putat fortè legendum hoc loco Rhenanus, Ebredunum: quod oppidum non procul abfuerit à Rauracis.

Alemannorum induſtria

Hac clade cognita: Cæſar agili ſtudio miſſis tribus equitum cuneis, expeditorum & fortium: tria obſeruauit itinera, per quæ illos graſſatores ſciebat erupturos. Ibi ergo qui tranſierunt, truncati ſunt cuncti: prædaque omnis eſt eis erepta intacta. Tantùm euaſerunt innoxij, qui per vallum Barbationis tranſiêre: Bainobaudem & Valentinianum, qui poſtea imperauit, Cellâ Scutariorum Tribuno (qui peruicax obtrectator gloriæ Iuliani erat) hoſtium iter obſeruare, improbè vetante.

Iuliani item aduerſus ipſos.

Iiſdem diebus, exercituum aduentu perterriti Alemanni: qui domicilia fixerant trans Rhenum, in Rom. Germania: partim difficiles vias, & ſuapte natura cliuoſas, atque incommeabiles, clauſêre ſolerter, arboribus immenſi roboris caſis. Alij, occupatis inſulis, per flumen Rhenum ſparſis: vlulantes lugubrè, conuicijs & Romanos inceſſebant, & Cæſarem. Facta ſunt hæc (vt ex Stumpfij lib. 5. cap. 18. de Turgæa, vel Turgouia, ſcribentis, diſcitur) apud Peninſulas Rheni, infra Schafhuſam, inter Lauffam & Rheinaugiam. Supra Rheinaugiam, ſiue Rheni Augiam, caſtra Romana erant: è regione verò, Germanis cis Rhenum in Peninſula Schvvaba, caſtra Alemannica: ſicut & Chorographia, ſeu pictura Turgoiæ, monſtrat. Tunc autem Turgæa & Zurichgæa, ad Rhætiam pertinebant: quam Iulianus defenſum contra Alemannos venerat. Dictitatur porrò ab incolis, in peninſula Sueuia, vel Schvvaba, fuiſſe quondam vrbem antiquiſſimi Regis Sueui: & ſanè veſtigia quædam adhuc apparent.

Caſtra, caſtris infra Schafhuſam oppoſita.

Schavvaba Peninſula.

Cæſar, grauiori motu animi propter conuicia hoſtium percitus: ad corripiendos aliquos, ſeptem à Barbatione petierat naues: ex his, quas velut tranſiturus amnem, ad compaginandos parauerat pontes: ſed omnes fuerant malignè ab eo incenſa. Doctus tamen exploratorum delatione, recens captorum: æſtate iam torrida fluuium vado poſſe tranſiri: hortatus auxiliares velites, cum Bainobaude, Cornutorum (ſic quoddam agmen nominabatur) Tribuno miſit: facinus memorabile,

memorabile, ſi iuuiſſet fors, patraturos. Qui nunc incedendo per breuia (διὰ βραχέων καὶ μὴ βαθέων τοῦ ποταμοῦ τόπων) *nunc ſcutis in modum aluearum ſuppoſitis, nando: ad inſulam venêre propinquam: egreſſique, homines promiſcuè viriles & muliebris ſexus, ſine vllo ætatis diſcrimine, vt pecudes trucidarunt: nactique vacuas lintres* (μονόξυλα) *ijs, licet vacillantibus, euecti: huiuſmodi loca plurima perruperunt: & vbi ſatietas cædendi cepit, opimitate prædarum onuſti (cuius tamen partem vi fluminis amiſerunt) omnes redière incolumes. Quo comperto, reſidui Germani, infido talium locorum præſidio relicto, ad citeriora neceſſitudines ſuas* (τὰ φίλτατα σώματα) *& fruges opesq; contulerunt. Illam inſulam Rhenanus eſſe exiſtimat (quomodo & ego prorſus) in qua cænobium Benedictinorum hodie eſt: quod Rheni Augiam appellant: prope catarrhactas eius amnis infra Schafhuſium.* Clades quædam Alemannorum. Rheinaugia.

Conuerſus hinc eſt Iulianus ad reparandas tres Tabernas: munimentum ita nominatum, haud ita dudum vi ſubuerſum hoſtili. Quo ædificato, arcebantur adire ad intima Galliarum Germani, vt conſueuerant. Quod opus conſumauit celerius: & victum defenſoribus locandis, ex Germanicis meſſibus non ſine periculi metu collectum, in vſus totius anni condidit. Sed & ſibi XX. dierum alimenta parata collegit. Loquitur hoc loco de tribus Tabernis, vt de vno munimento, Ammianus: cùm tamen olim à Romanis, tres diſcretæ Tabernæ fuerint: nec nimis longè à Rheno, vt milites ibi hyemarent, ædificatæ: Taberna Alſatica, & Rhenana, & Montana: quarum primam hodie tenet Epiſcopus Argentinenſis: alteram, Spirenſis: tertiam, Dux Bipontinus. Sed omnes tres pro vno generali Galliarum munimento erant: quia poſtea, caſtrorum opera Ammianus appellat. Tres Tabernæ.

Fruges, vt diximus, ex hoſtilibus agris comportatæ fuerunt. Libentius enim bellatores, quæſito proprijs dextris vtebantur: admodum irati, quòd ex recens aduecto commeatu nihil ſumere potuerant. Partem nanque eius, Barbatio, cùm iuxtà tranſiret ſuperbè præſumpſerat: reſiduum verò, congeſtum in aceruum, exuſſerat. Vtrùm hoc propriâ dementia, an Auguſti mandato, fecerit: id temporis latuit. Illud tamen rumore tenus vbiq; iactabatur: Iulianum non ideo à Conſtantio emiſſum eſſe: vt leuaret incommoda Gallorum: ſed vt per bella periret ſæuiſſima: rudis etiam tum militiæ, vt exiſtimabatur: ac ne ad ſonitum quidem duraturus armorum. Ergo eo animo emiſſus, ſpecioſo gloriæ comparandæ prætextu fuerat: quo Hercules olim ab Euryſtheo, Iaſon à Pelia, Bellerophon à Præto, Dauides à Saule. Iulianus quo conſilio à Conſtantio ad bellum emiſſus.

At etiam vxori Iuliani Helenæ, externo è ſolo Romam charitatis ſpecie ductæ, Regina Euſebia (contrà, quam nomen eius flagitabat: quod pietatem deſignat) inſidiata eſt per inuidiam. Etſi enim ipſa, formoſiſſima fuit: à marito, qui morbidior & flaccidior erat, curari non potuit. αὐτὴ μὲν τὸ κάλλος *(inquit Cedrenus)* εἰς πᾶσαν ἐξελήλυθε τὴν γῆν· ὁ δ' ἀνὴρ αὐτῆς, μαλακώτερος τοῦ πρέποντος ὤν, καὶ προσέτι νοσηλευόμενος, οὐκ ἠδύνατο θεραπεῦσαι τὴν ἄνθρωπον. *Itaque, quoad illa vixit, ſterilis manſit. Effecit proinde, vt Helena biberet (Ammiano teſte) venenum tale: vt, quotieſcunque concepiſſet, immaturum abijceret partum. Græci* ἀτόκιον *vocant. Sed & in Gallijs antè, cùm marem ediſſet infantem, hoc prodidit dolo: quòd obſtetrix auro corrupta, mox natum, præſecto pluſquam conuenerat vmbilico, necauit: Sed vltus eſt impietatem Deus: tum perpetua ſterilitate, vt dictum eſt: tum ſæuis cruciatibus matricis* (χαλεποῖς μητρομανίας πάθεσι) *quibus paulatim contabeſcens perijt.* Inſidiæ Reginarum. Partus abactio. Euſebia interitus.

Dum caſtrorum opera maturè conſurgunt: & alia frumenta colliguntur cautè: Alemannorum multitudo, rumore nimia velocitate præuerſo, Barbationem cum exercitu, quem ſub ſe habebat, Gallico vallo diſcretum, impetu repentino aggreſſa, inſecuta eſt fugientem aduſque Rauracos (Baſileam verſus) & vltrà: raptaque ſarcinarum & iumentorum cum calonibus parte maxima, redijt ad ſua. Tunc ille, tanquam expeditione proſpero euentu terminata: milite per ſtationes hybernas diſperſo: ad comitatum Auguſti reuertit: crimen in Cæſarem, vt ſolebat, compoſiturus: ſemper grauiter inceſſens. Barbatio, ab Alemannis fugatus.

CAPVT VI.

ALEMANNORVM REGVM CONTRA IVLIANVM MOTVS. ACIES vtriuſq; partis ad Argentinam, prælium, clades Germanorum, Chonodomarij Regis captiuitas & interitus. S. Epiſcopus Martinus. Conſtantij Imp. arrogantia.

CVM *ſic fœdo terrore, vt audiuimus, diſpalatus cum ſuis eſſet Arbetio: excitati ſunt Alemannorum Reges, ſiue Principes: quorum nomina, hæc erant. Chonodomarius,* Kün oder Künig Othmaier/ [illegible]. *Veſtral-* Alemannorum Regum nomina.

Veſtralpus, Weſter Alper (*ab Alpibus Sueuicis, vt puto*) *vel* Weſterfeder (*vt Spangenbergio videtur*) *aut* Beſterhelffer.

Vrius, Vrherr/ Brochs.

Vrſicinus vel Vrciſinus, Hortſüner/ Heerſchein.

Serapio, ab Ægyptio Deo Serapi, ſerpente aut opibus.

Suomarius, Sünmaier/ Schönmaier.

Hortarius, Herter/ Hortherr/ Hartherr.

Eorum Argentoratum verſus profectio.

Hi, in vnum robore ſuarum virium omni collecto: ad vrbem Argentoratum conceſſêre: extrema metuentem arbitrati Cæſarem retroceſſiſſe: cùm is etiam perficiendi munimenti ſtudio ſtringeretur. Quos caput altius attollentes, erexit magis quidam perfuga: qui commiſſi criminis pœnam metuens, poſt fugati Ducis diſceſſum tranſgreſſus ad eos: tantùm tredecim armatorum millia, cum Iuliano remanſiſſe dictitabat. Miſſis proinde Legatis, Cæſari imperarunt: terris abſcederet, ſibi virtute & ferro quæſitis. Hic verò nihil metuens, Legatos ad vſque perfectum opus caſtrorum retinuit.

Chonodomarij ſtrenuitas.

Princeps igitur audendi periculoſa Rex Chonodomarius: vt qui ſuperiori tempore Cæſarem Decentium viciſſet ciuitatesque multas & potentes Gallicas eruiſſet: ſtrenuè ad res gerendas incumbebat. Ad cuius roborandam fiduciam, recens quoq; transfugium Ducis acceſſit: numero & viribus præſtantis: cuius milites antehac ipſorum excurſoribus non offecerant. Ferebat hæc anxiè & ſolicitè Cæſar: quòd cum paucis, licet fortibus, occurrere populoſis gentibus cogebatur. Nam in Alemannico exercitu non ſolùm Sueui erant: ſed etiam Francones, Turingi, Saxones, alijq;: qui Alemannos ſeſe appellarunt: vt ex omnis Germaniæ fortibus viris conſtantes: quò à Tranſrhenanis Germanis, quos hoc nomine Romani contra genuinos Germanos nuncupauerant, diſcriminarentur: itemq; vt æqualis inter ſe dignationis eſſent.

Alemanni, in hoc exercitu.

Quodam autem die, Solis radijs rutilantibus: tubarumq; clangore concinente: pedeſtres copiæ lentis inceſſibus ab Iuliano educebantur: earumq; lateri equeſtres adiungebantur turmæ: inter quas cataphracti erant, & ſagittarij: formidabile armatorum genus. Sed cum Alemannorum vallum abeſſet XXI. millia paſſuum à loco vnde Romana promota erant ſigna: reuocatis præcurſoribus, Cæſar ſilentiũ indicens, cuneatim circumſiſtentes allocutus eſt milites. Iam dies, inquit,
» *in meridiem vergit, commilitones mei. Laſſitudine nos itineris fatigatos, ſcrupuloſi tramites exci-*
» *pient, & obſcuri. Sed & nox, ſeneſcente luna, nullis ſideribus adiuuanda: terra item æſtu flagran-*
» *tes, nullis aquarum ſubſidijs inſtructa. Sed facite, nos commodè poſſe tranſire: quid de nobis fiet:*
» *hoſtibus, poſt otium cibique ac potus refectionem, in nos irruentibus: membris noſtris, labo-*
» *re, inediaq; & ſiti, marcentibus. Ergo, quoniam negotijs etiam difficilimis, nutantibusq; rebus,*
» *ſæpe bono conſilio ſalutariter ſubuenitur: hîc, quæſo, vallo foſſaq; circundati, diuiſis vigilijs quie-*
» *ſcamus: ſomnioq; & victu congruis pro tempore potiti (pace Dei ſit dictum) triumphaturas aqui-*
» *las & vexilla victricia, primo lucis exordio moueamus.*

Militaris cohortatio Iuliani.

Nondum finierat orationem Cæſar: cùm illi ſtridore dentium infrendentes, haſtisq; ſcuta illidentes, in hoſtem ſeduci iam conſpicuum orabant: non ſecus, ac ſi à ſalutari aliquo Genio præſente, ad dimicandum incitarentur.

Pugnandi voluntas militum.

Suadebant proinde prælium Celſæ quoq; poteſtates: præſertim Præfectus Prætorio Florentius. Nam etſi periculoſum eſſet pugnare: tamen, ſi Barbari ſine pugna dimiſſi, aliò ceſſiſſent: metuendam eſſe ſeditionem militum, natiuo calore eò propenſorum: tanquam ipſis certa victoria adepta eſſet. Augebat porrò fiduciam hoc: quòd hoſtes proximo anno non auſi eſſent reſiſtere: ſed concæde arborum denſa ſemitas vndiq; clauſiſſent: ac ſidere brumali vrente longius recedentes, ægrè vixiſſent. Sed hoc tunc mirum non fuit. Auguſtus enim vi ſerat eos per Rhætias: Cæſar proximus, nuſquam elabi ſine periculo permiſerat: finitimi, quos illi offenderant, premebant. Verùm poſtea mutata fuit temporis ratio. Nam, pace data diſceſſerat Imperat: vicinæ gentes, iam cum eis concordabant: atq; Dux Romanus Barbatio, modo illaudato abierat. His cauſis Alemanni moti, animos reſumpſerant. Acceſſerat Romanis hoc quoq; incommodum: quòd, cùm Regij duo fratres, præterito anno pacem à Conſtantio impetraſſent: eamq; ſeruaturi fuiſſent: Poſtea vno ex his (Gundomado, Gundimund) per inſidias interempto: omnis eius populus, cum cæteris Germanis conſpirauerat: idemq; illius fratis (Vadomarij, Boundiere) plebs fecerat. Cunctis igitur, ſummis infimisq;, præliandum clamantibus: nec de rigore animorum quicquam remittentibus, ſubitò Si-
» *gnifer, Perge fœliciſſime Cæſar, inquit: quò te proſperior fortuna dicit. I Prauius, vt fauſtus*

Gundomadus.

Anteſigna-

Anteſignanus, & fortis. Experieris, quid miles, ſub conſpectu bellicoſi Ductoris, indiuiduiq́ rerum gerendarum teſtis (modò adſit ſupremum numen) effecturus ſit.

Hæc ab Ammiano, Græco Ethnicæ religionis homine, latinè erudito, Alemannis non æquo, ſic literis mandata ſunt: perinde, acſi tunc vnà militauerit: ſicut poſtea cum Iuliano, contra Perſas.

His auditis: ſine mora promotus exercitus, prope collem aduênit, molliter editum: opertum ſegetibus iam maturis: à ſupercilijs Rheni haud longo interuallo diſtantem. E cuius ſummitate, tres hoſtium ſpeculatores equites exciti, ad ſuos properarunt ſubitò: nuntiaturi de Romani exercitus aduentu. Vnus verò, pedes, qui ſequi non potuit, captus, indicauit: per triduum & trinoctium tranſiſſe flumen Germanos.

Copiarũ vtrinq́ appropinquatio.

Quos vt iam propè, denſantes ſeſe in cuneos, Romani conſpexerunt Ductores: ſtetêre veſtigijs fixis: Antepilanis haſtatisq́, & ordinum primis, velut inſolubili muro fundatis. Steterunt & hoſtes pari cautela cunctantes.

Cuneus, *agmen eſt primò anguſtius, deinde latius: quod os porci, vel procinum, appellatur.*

Cuneus.

Cùm autem è perfugæ prædicti indicio cognitum eſſet: Germanorum equitatum eſſe in dextero latere: Iulianus, quicquid habebat equeſtrium copiarum præpollens: in leuo cornu locauit confertum, vt hoſtili equitatui oppoſitum eſſet: ſparſim immiſtis peditibus leuibus: qui inter pugnandum (cùm equites nihil caueant, præter id, quod occurrit) humi occultè reptantes, latere iumenti hoſtilis forato, ſeſſorem incautum præcipitem agerent, leuiq́ negocio confoderent. Dextrum latus ſtruxit clandeſtinis & obſcuris inſidijs.

Equitatus.

Ductabant populos omnes pugnaces & ſæuos, Suevi Chonodomarius & Serapio: poteſtate cæteris excelſiores Regibus. Chonodomarius, belli auctor, vertice flammeum torulum (plumas, aut Criſtam) geſtans, anteibat cornu ſiniſtrum: ingenti robore lacertorum fidens, vbi ardor prælij ſperabatur: immanis equo ſpumante ſublimior erectus in iaculum formidandæ vaſtitatis: armorumq́ nitore conſpicuus: antea & ſtrenuus miles: & vtilis præter cæteros Ductor. Latus verò dextrum agebat Serapio, adultæ lanuginis iuuenis, efficaciâ præcurrens ætatem: Mederici (Mutherreich) qui frater Chonodomarij fuit, filius: ideo ſic appellatus, quòd pater eius diu, obſidatus pignore tentus in Gallijs: doctusq́ Græca quædam arcana: hunc filium ſuum, Agenarichum (Haeaenreich/ Hainreich) genitali vocabulo dictitatum, ad Serapionis tranſtulit nomen. Hos ſequebantur poteſtate proximi Reges, numero quinq́: et Regales decem optimatiumq́ ſeries magna: armatorum millia quinque & triginta: ex varijs nationibus, partim mercede, partim viciſſitudinis reddendæ pacto (hirwider ein Reuterſdienſt zuthun) quæſita.

Acies Germanorum.

Agenarichus.

Tubis deinde ter increpantibus: Rom. Dux Seuerus, læuam aciem dirigens: cùm prope foſſam armatorum refertas veniſſet: qui ibi abditi erant, vt repentè exorti cuncta turbarent: conſtitit: ac ſuſpecta habens obſcura, ne referre gradum, nec vlterius ire, tentauit. Quo viſo: Cæſar impauidus, ducentis equitibus ſeptus, agmina peditum veloci impetu diſcurrens Adueniſt, ò ſocij, clamat, iuſtum pugnandi iam tempus: olim mihi vobiſcum ex optatum. Ad alios: En commilitones, diu ſperatus adeſt dies. Eluite priſtinas maculas: Romanæ maieſtati proprium reddite decus. Hi ſunt Barbari, quos rabies ad perniciem rerum ſuarũ agit. Alibi: Exurgamus, viri fortes: propellamus illiſa partibus noſtris probra. Quos autẽ inconditè acturos præuideret: Quæſo, inquit, ne hoſtẽ auidius ſequendo, futuræ victoriæ gloriam violetis. Nec minus Alemannos à ſuis Ducibus, ad fortiſſimè pro vetere libertate & gloria, contra ſuperbum & crudelem Romanorum dominatum, pugnandum, animatos & confirmatos fuiſſe, credere par eſt.

Seuerus, Rom. Dux.

Iulianea cohortatio

Et Alemannorũ.

Tum ſubitò Alemannorum peditum fremitus, indignatione miſtus, auditus eſt: vnanimi conſpiratione vociferantium: relictis equis: ſecum verſari oportere Regales: ne, ſi quid contigiſſet aduerſum: deſerta miſerabili plebe, facilem diſcedendi copiam reperirent. Actutum itaq́ & Chonodomarius, et reliqui omnes, ex equis deſiliêre: nemine ipſorũ, partem ſuam fore victricẽ ambigente.

Principes eorum ad pedes deſiliunt.

Dato igitur Æneatorum (tubicinum) occentu ſolenniter ſigno: vtrinq́ magnis concurſum eſt viribus, non longè ab vrbe Argentorato. Præpilatis miſſilibus, Germani rapido curſu inuolauêre Rom. equitum turmas, immania frendentes: comis eorum, vltra ſolitum ſæuientium, fluxè horrentibus: furore ex oculis elucente. Quos contra pertinax Romanus miles, ſcutorum obijcibus vertices tegens, gladiosq́ & tela intentans ac concriſpans, perterrebat. Equitibus ſe fortiter conturmantibus: latera ſua peditibus, & fronte, arctiſſimè conſerendo parmas, firmiter munientibus: craſſi pulueris nubes erecta eſt: varijque fuere diſcurſus: nunc reſiſtentibus, nunc cedentibus,

Prælij commiſſio.

Digitized by Google

tibus, Romanis. Obnixi genibus quidam Germani, peritiſſimi bellatores, propellere hoſtem laborabant: ſed deſtinatione nimia dextræ dextris miſcebantur: & vmbo trudebat vmbonem: cælumq́ exultantium & cadentium vocibus magnis reſonabat: ſicut Poëta graphice ait:

> Ἔνθ' ἄρ' ἅμ' οἰμωγή τε καὶ εὐχωλὴ πέλεν ἀνδρῶν,
> ὀλλύντων τε καὶ ὀλλυμένων: ῥέε δ' αἵματι γαῖα.

Cùm autem Romanorum cornu ſiniſtrum, altius gradiens, agmina Germanorum vi propuliſſet: iretq́ue in eos fremens: equites Romani, cornu tenentes dextrum, viſo Rectore ſuo vulnerato: & conſorte quodam, per ceruicem equi labentis, pondere armorum oppreſſo: præter ſpem inconditè diſceſſerunt. Dumq́ primi fugientium, poſtremos impediunt, pediteſq́ calcaſſent, ac cuncta turbaſſent: gremio legionum, firmiter ſtantium, protecti, fixerunt gradum: ſteteruntq́ immobiles, nihil præter fugæ circumſpectantes præſidium. Ibi Cæſar, concito equo: eos, velut repagulum quoddam, cohibuit. Tribunus cuiusdam turmæ purpureo ſigno draconis ſummitati haſtæ longioris aptato, ſtetit perculſus: & ad aciem integrandam recurrit. Eosdem lenius increpans Cæſar, Quò, inquit, cedimus viri fortiſſimi? An ignoratis: fugam, quæ ſalutem nunquam reperit, irriti conatus ſtultitiam indicare? Redeamus ad noſtros. Ad illam ſcilicet, Homericam reſpexit cohortationem.

A fuga retrahit Iulianus equites.

> ὦ φίλοι, ἀνέρες ἐστέ: καὶ αἰδῶ θέσθ' ἐνὶ θυμῷ.
> αἰδομένων ἀνδρῶν πλέονες σόοι, ἠὲ πέφανται.
> φευγόντων δ' οὔτ' ἂρ κλέος ὄρνυται, οὔτέ τις ἀλκή.

Cùm ita reuerenter hortaretur: reduxit eos ad munia bellandi ſubeunda.

Alemanni verò, pulſis diſiectiſq́ equitibus, vt diximus, aduerſariorum: primam aciem peditum inceſſerunt: eam abiectâ reſiſtendi animoſitate, pulſuri. Sed poſtquam comminus ventum eſt: paribus diu pugnabatur momentis: cornutis & Brachatis, qui diuturno præliorum vſu firmati erant, excipientibus eos: & iam barritum ciere (à tenui ſuſurro, paulatim ad maximum ſonum progrediendo) geſturientibus. Tum iaculorum ſtridentium crebritate, hinc inde conuolante: puluis excitatus, proſpectum eripiens arma armis, corpora corporibus, obtrudebat. Alemanni, in modum exardeſcentes flammarum, nexam ſcutorum compagem, quæ Romanos teſtudinis inſtar tuebatur, ſcindebant aſſiduis gladiorum ictibus. Ibi Bataui celeriter ſubuenêre, cum formidabili Regum manu: vt extrema neceſſitate preſſos eriperent. Itaq́ horrendùm canentibus claſſicis, ſummis viribus certabatur. Alemanni acerrimè pugnantes, furore oppoſita delere omnia conabantur, vt celſiores & feri: Romani animis & vſu fidentes, etſi interdum pellebantur, reuertebantur, ac pro viribus repugnabant. Alteri, laſſatis impreſſu genibus, læuum reflectentes poplitem, ſubſidebant: hoſtem, vt in obſtinatione extrema, laceſſentes.

Barritus.

Prælium acerrimum.

Subitò deinde exiliens inter eos optimatium globus (inter quos & ipſi Reges) ſequente vulgo militum, agmina Romanorum interrupit: iter ſibi aperuit: aduſq́ Primanorum legionem (caſtra Prætoria) in medio locatam, peruênit. Vbi denſior, & ordinibus frequens miles, inſtar turrium fixa firmitate conſiſtens, prælium maiore ſpiritu repetiuit: & vulneribus declinandis intentus: ſeq́ in modum myrmillonis (inquit Ammianus) operiens: hoſtium latera, quæ nudabat ira flagrantior, diſtrictis gladijs perforabat.

Inter genera Gladiatorum & pugilum, erant etiam Myrmillo & Retiarius. Myrmillonicum armaturæ genus (auctore Feſto) Gallicum erat: ipſiq́ Myrmillones, antea Galli appellabantur: in quorum galeis, effigies piſcis erat. Retiarius, rete ſub ſcuto ferens, quo Myrmillonem implicaret, eum ſubinde recedendo ſibi cauentem ſequens, Non te peto, inquit: piſcem peto. Quid me fugis, Galle. Quod genus pugnæ à Pittaco videtur ortum, vno ex ſeptem Græciæ ſapientibus: qui aduerſus Phrynonem dimicaturus propter controuerſias finium: quæ erant inter Athenienſes & Mytilenæos: reti occultò allato, impediuit Phrynonem.

Myrmillo & Retiarius.

Alemanni verò, prodigere vitam pro victoria contendentes, agminis Romani tentabant laxare compagem: ſuperſtiteſq́ interfectis indentidem ſuccedebant. Verùm, audito crebro occumbentium gemitu (quos Romanis iã fidentior ſternebat) pauore demũ perfuſi, torpebant. Feſſi deniq́ tot ærumnis: ad ſolam deinde ſtrenui fugam, per diuerſos tramites omni celeritate diffugiebant.

Alemannorum fuga.

Tunc inclemens, & terga fugientium ſecans, victor miles: cùm, flexis enſibus, feriendi non ſuppeterent inſtrumenta: Germanorum tela arrepta, vitalibus eorum immergebat: nec quiſquam ſatiauit cæde multiplici dexterã: neq́ miſeratus ſupplicantẽ abſceſſit. Iacebant itaq́ plurimi tranſfixi letaliter: remedia mortis celeriter poſtulantes. Alij ſemineces, labente iam ſpiritu, lucis vſuram oculis

Cædes dira.

oculis morientibus inquirebant. Quorundam capita diſciſſa trabalibus telis, & pendentia, iugulis cohærebant. Pars per lutoſum & lubricum ſolum, in ſociorum cruore lapſi: intactis ferro corporibus, aceruis ſuperruentium obruti interficiebantur. Validius inſtante victore: acumina gladiorũ crebris ictibus hebeſcebant: ſplendentes galeæ, ſub pedibus voluebantur, & ſcuta. Vltimo deniq; trudente diſcrimine: elatis cadauerum aggeribus exitus impedientibus: celeri fuga ſubſidium fluminis petiuêre, vt nando effugerent. Quorum tamen multi à Romanis, qui marginibus inſiſtebant, confoſſi: alij verticoſis gurgitibus ad ima pondere corporis ſubſidentes, perierunt. Nandi peritis ac ſtrenuis, quidam neſcij adhærebant: alij fluitantes, ac viribus deſtituti, vt ſtipites fluctibus inuoluti vorabantur. Nonnulli clypeis vecti, præruptas vndarum occurſantium moles obliquatis meatibus declinabãt: et ad vlteriores ripas, poſt multa diſcrimina perueniebãt. Spumabat deniq; cruore occiſorum decolor alueus. Talis eſt ille Homeri locus: vbi Troianos in Xanthi fluenta Æacides pellit.

Ἐς ποταμὸν εἰλεῦντο βαθύῤῥοον ἀργυροδίνην.
Ἐν δ' ἔπεσον μεγάλῳ πατάγῳ: βράχε δ' αἰπὰ ῥέεθρα.
ἔννεον ἔνθα καὶ ἔνθα, ἑλισσόμενοι περὶ δίνας.
πλῆτο ῥόος κελάδων ἐπιμὶξ ἵππων τε καὶ ἀνδρῶν,
ἄορι θεινομένων: ἐρυθαίνετο δ' αἵματι ὕδωρ.

Interim Rex Chonodomarius, lapſus per funerum ſtrues cum ſatellitibus paucis properabat ad caſtra: quæ prope Tribuncos & concordiam (Kocherſberg / *vbi amnis Sornus) munimenta Romana, fixit intrepidus: vt aſcenſis nauigijs (dudũ paratis ad caſus ancipites) in ſecretos ſeceſſus euaderet. Et quia non, niſi Rheno tranſito, ad territorium ſuum redire poterat: Vultum operuit, ne agnoſceretur: ac ſenſim retulit pedem. Cumq; iam ripis appropinquaret: lacunam paluſtribus aquis interfuſam circumgrediens, vt tranſiret: ibi calcatâ mollitie glutinoſa, equo deuoluitur. Sed confeſtim (licet obeſo corpore grauior) ad ſubſidium vicini collis euaſit. Cùm autem: fortunæ priorũ magnitudine proditus, latêre non poſſet: ſtatim anhelo curſu Tribunus cum coborte ſecutus: circundatum armis nemoroſum aggerem obſedit, ne vſquam elabi poſſet. Se igitur dedidit, ſolus egreſſus. Mox ducenti quoque comites eius, & tres iunctiſſimi amici, itidem ſe vinciendos tradidêre: flagitium arbitrati, cum Rege non mori, ſi caſus ita ferret. Ita poſt lugubres terrores, quos Gallijs intulerat: fortunâ mutata, in maximam incidit miſeriam Chonodomarius.* Kocherſberg. *Chonodomarij captiuitas.*

Exacto iam die: occinenti liticine, reuocatus eſt Romanus miles: qui prope ripas Rheni tendebat: ſcutorumq; ordine multiplicato vallatus, victu & ſomno fruebatur.

Ceciderant autem in hac pugna: ex parte Romanorum, ducenti quadraginta tres: Rectores verò quatuor: Bainobaudes, Cornutorum Tribunus (Germanus, Weinbott/ Wein vnnd Brot) *& Laipſo, & cataphractariorum Ductor Innocentius, ac quidam quartus Tribunus. Ex Alemannis autem, ſex millia corporum ſunt inuenta in campo conſtrata: & inæſtimabiles acerui per vndas fluminis ferebantur.* *Numerus cæſorum.*

De hoc bello ſic ſcribens Dia onus: Cùm Barbari per legatos, inquit, ad Iulianum, literas Imperatoris, eos ad prouincias inuitantis (Conſtantius enim antehac, eorum auxilia contra Maxentium petierat: ſed hi ei nihil profuerant: ſibi prius oppida & vrbes ſubiecerant) oſtenderent: tunc Iulianus legatos eorũ miſit in vincula: factaq; congreſſione cum modicis copijs Romanorum, apud Argentoratũ, Galliæ vrbem: ingentes copias hoſtium extinxit. Stabant acerui, montiũ ſimiles: fluebat cruor, fluminum modo: captus Rex nobilis, Chonodomarus: & Conſtantio miſſus: fuſi omnes optimates (der beſt Alemanniſch Adel) *redditus limes Romanæ poſſeſſionis.*

Fortè inter hos etiam fuit aliquis Hohenſtauffenſis familiæ: ex qua ſeptingentis circiter annis pòſt, Reges & Imperatores Romani prodierunt: quod Iulianus nunquam, ne in ſomnis quidem putaſſet fore: Imperij dignitatem aliquando à Romanis ad Alemannos, vel Sueuos, tranſituram. Verùm, vt Euripides loquitur. *Hohenſtauffenſes.*

Πολλῶν ταμίας Ζεὺς ἐν Ὀλύμπῳ:
πολλὰ δ' ἀέλπτως κραίνουσι θεοί.

Modum verò in numero eorum, qui hoc prælio perierint, excedens Zoſimus: ſexaginta millia in ipſa pugna eſſe deleta ſcribit lib. 3. & alterum tantum in Rheno perijſſe. Idem, auctor eſt: alam quandam ſexcentorum equitum, de quibus magna ſpes fuerit, in hoc prælio deſeruiſſe ordines: nec potuiſſe Cæſaris hortatione vlla effici, vt ad prælium redirent. Illum itaque, partâ victoria, veſte muliebri eos per caſtra duxiſſe. Qua de re tanto pudore affectos eſſe: vt altero poſtea contra Germanos bello, præ cæteris rem fortiſſimè geſſerint. *Deſertores aciei, puniti.*

N 2 Huic

Huic bello S. quoq; Martinum ex Pannoniæ oppido Sabaria oriundum (illum, qui dimidio S.Martinus. *chlamidis ſuæ abſciſſo, pauperem veſtiuit: ac poſtea Pictauienſi Epiſcopo Hilario commendatus, Turonenſis Epiſcopus fuit) huic aduerſus Alemannos bello, inquam, interfuiſſe aiunt. Poſtea verò, mundanæ militiæ renunciantem, diſceſſiſſe: ac ſe dehinc militaturum Deo, dixiſſe.*

Hac tantâ victoria parta: Iulianus, concordi totius exercitus acclamatione, Auguſtus eſt appellatus: ſed recuſauit, ſciens, quantum offenſurus eo nomine Conſtantium eſſet. Sed, vt augeret Chonodomarius, mortuus. *euentus ſecundi lætitiam: Chonodomarium iuſſit ſiſti. Hic primo curuatus, deinde humi ſuppliciter fuſus, cùm veniam peteret: bono animo eſſe iuſſus eſt. Paucis poſtea diebus, ad comitatum Imperatoris ductus: miſſusq; exinde Romam: in caſtris peregrinis, quæ in monte erant Cælio, morbo veteri conſumptus eſt.*

In palatio autem Conſtantij, quidam ad voluptatem eius loquentes, Iulianum extenuabant, Victorium, ſiue Victorinum, vocitabant: quòd modeſtè is referens, quoties imperaretur, ſuperatos Conſtantij Imp. arrogantia inanis. *toties aut toties indicabat Germanos. Quas victorias omnes adulationibus inflatus Imperator ſuis felicibus auſpicijs adſcribebat: edictis de ea re arroganter propoſitis: ſe ſolum (cùm geſtis non affuiſſet) aciem ordinaſſe, dimicaſſe, viciſſe, Chonodomarium ſupplicem erexiſſe: cùm ab Argentorato, quadrageſima manſione abfuiſſet.*

Iulianus exinde ſollicitus, ne diræ volucres conſumerent corpora peremptorum: cunctos ſine diſcretione humandos curauit: dimiſſisq; legatis, qui ante pugnam ſuperba mandata attulerant, ad Tres tabernas rediit. Inde prædam cum captiuis, Mediomatricos (gen Metz in Weſtreich*) ſeruandam ad reditum vſq; ſuum, duci præcepit.*

CAPVT VII.

IVLIANI TRANSITVS PONTE PER RHENVM IN ALEMANNIAM. Huius per eum populatio. Munimentum Traiani. Franci, ſeu Francones, victi. Iuthungorum Alemannorum plaga. Oppreſſio Francorum Saliorum, nec non Chamauorum. Regibus Alemannis pax data, Suomario & Hortario. Aula Conſtantij. Saxones, Quadi, Salij.

Pontes Rheni. *IVlianus dehinc Moguntiacum petijt: vt, ponte compacto, in ſuis requireret Barbaros: ne rurſus Galliæ ciuitates, illorum irruptione grauarentur. Pontibus igitur Rheno conſtrato: tranſmiſit, terraſq; hoſtiles occupauit. Germani, vt primæ vertiginis impetum declinarent: Legatos de concordia ineunda miſerunt. Mox per alios, celeri curſu ad actos, Romanis bellum minati ſunt: ni eorum regionibus exceſſiſſent.*

Cæſar itaq; prima noctis quiete, nauigijs modicis & velocibus octingentos impoſuit milites. Ex his aliquot ſurſum verſus flumine decurſo, egreſſi, obuia deinde ferro flammisq; violarunt. Viſi quoque hoſtes alibi per montium vertices, euanuerunt: quòd Romani eò verſus tenderent: eminus ingentis fumi voluminibus teſtantibus. Perculit hæc res GERmanorum animos. Proinde, deſertis inſidijs, quas per arcta & latebroſa loca ſtruxerant Romanis: trans fluuium Mœnum ad opitulandum ſuis rebus auolarunt: diſcurſu equitum & nauigiorum hoſtilium perterrefacti. Tunc eorum diſceſſu Romanus libere gradiens: opulentas pecore frugibusq; villas rapiebat: extractisq; DepredatioGermanorum. *captiuis, domicilia cuncta, accuratius Romano more conſtructa, igne ſubdito exurebat. Emenſus autem æſtimatione decimum lapidem: cùm prope ſyluam veniſſet, ſqualore tenebrarum horrendam. indicio perfugæ edoctus, in ſubterraneis locis latère plurimos hoſtes: acceſſit nihilominus fidenter. Sed illicibus & fraxinis inciſis ſemitas inuenientes conſtratas: cautè retrogreſſi ſunt: dolentes. ſe non, niſi per anfractus longos & aſperos ingredi poſſe: æquinoctio præſertim autumnali* Traiani munimentum. *exacto: montibusq; & campis ſuperfuſa niue oppletis. Tunc Cæſar munimentum, olim à Traiano in Alemannorum ſolo conditum, eiusque nomine appellatum (hodie pagum in ripa Rheni Moguntiaco oppoſitum, nomine (Caſtel) ab illis dudum violentius oppugnantum, reparauit: locatisq;* Cronburgum. *ibi defenſoribus, ex hoſtium viſceribus alimenta congerebat. Beato Rhenano Cronburgum eſſe videtur: quaſi ſit Tronburgum id eſt, Traianiburgum.*

Quibus viſis, Germani perterriti: precibus & humilitate ſuprema, per Oratores petière pa- Germanis pax ab Iuliano data. *cem: quam eis Cæſar in decem menſes annuit: vt interim caſtra ſuprà quam optari potuit, occupata: tormentis muralibus, validoq; apparatu, ſine obſtaculo communiri poſſent. Hac fiducia tres venerunt ex illis, qui apud Argentoratum victis auxiliati fuerant, Regibus: ex immaniſſimis iam facti trepidi (quemadmodum Ammianus de Germanis ſæpe odioſè ſcribens, inquit) iurantes conceptis ritu patrio verbis: ſe nihil turbaturos: ſed inducias ad præſtitutum vſq; diem, cũ munimento*

ſerua-

ſeruaturos in facto: frugesq́, ſi deeſſe ſibi doceant propugnatores, humeris portaturos. Tunc in hybernas ſe Cæſar contulit ſedes.

Inter ea hoc modo Cæſare in Alemannorum ſeceſſibus occupato: Romanorum vacua præſidijs loca Franci euaſtabant: opimitate prædarum ſe explere quærentes. Obſedit ille eos: qui in Caſtellū, quod fluuius Moſa præter lambit, ſe contulerant, per menſem Decembrem & Ianuarium. Tunc, ne illuni nocte obſeruata, per amnem, ſi gelu conglaciaſſet, euaderent, milites ordinauit: qui luſorijs nauibus quotidie diſcurrentes. cruſtis diffringendis impedirent, ne concreſceret. Quo commento factum eſt: vt inediâ, vigilijs, deſperatione poſtrema, laſſati, deditionem facerent: qui ſtatim ad comitatum Auguſti ſunt miſsi: fruſtratis, qui ad eximendos eos venerant, Francis. Quibus rebus peractis: Cæſar hyemem acturus reuertit Pariſios. Franci, ad deditionem compulſi.

Anno Domini 362. Iuthungi, Alemannorum pars, Italicis conterminans tractibus: pacis & fœderum (inquit Ammianus) quæ obſecrando adepti erant, obliti (Fortaſſe magnis iniurijs affecti, quæ ab Ammiano tacentur) Rhætias turbulentè vaſtabant, tentandis etiam oppidorum obſidijs Ad quos repellendos, valida cum manu Barbatio miſſus: ignauus, ſed verbis effuſior, alacritate militum vehementer erecta, proſtrauit acerrimè multos: exigua portione ægrè dilapſa: ſuasq́ res non ſine lamentis reuiſente. Cui pugnæ Neuita, poſtea 366. Conſul, tunc equeſtris Præpoſitus turmæ, fortiter affuit. Rhenanus non Iuthungos legit, ſed Vithungos: quos, putat veriſimile eſſe, VVirtembergenſi ditioni nomen dediſſe: ab illis profectos, qui Trebel. Pollioni Virtingi dicantur. Iuthungi. Vithungi.

Cæſar hyemem apud Pariſios agens, Alemannos præuenire ſtudio maturabat ingenti: nondum in vnum coactos: ſed poſt Argentoratenſem cladem, ad inſaniam audaces omnes, & ſæuos: opperienſq́ menſem Iulium (vnde ſumunt Gallicani motus exordia) diutius angebatur: nondum annonâ ex Aquitania, frigoribus adhuc durantibus, aduecta. Militibus tamen XX. dierum frumento (quod ad vſus diuturnitatem excoctum, Buccellatum appellatur) libentibus impoſito: primos omnium petit Francos Salios (die Francken an der Saala/ vmb Hammelburg/ Newſtatt/ꝛc. *Spang.) olim in Romano ſolo apud Toxiandriam* (Teſſanderloo/ *vel* Taſſanders) *habitacula ſibi figere auſos. Petebant hi: ne quieſcentes ſe, tanquam in ſuo quiſquam vexaret. Iulianus verò, Legatis eorum cum incerto reſponſo dimiſsis: dicto citius ſecutus, Seuero Duce miſſo, repentinò oppreſſit: & cum opibus liberisq́ in deditionem accepit. Chamauos itidem* (die an der Schelde in Hennegów/ Brabant/ vnd Flandern) *ſimilia auſos, pari celeritate adortus, partim cecidit: partim acriter repugnantes cepit, & in vincula compegit: cæteros præcipiti fuga depulit: pacē poſtea ſuppliciter orantibus dedit. Tria quoq́ munimenta, rectâ ſerie ripis fluminis Moſæ impoſita, à Germanis dudū ſubuerſa, inſtaurauit. Milites autē eius, improbis dictis eū inceſſebant: eſurientes, frugibus nondū maturis: & ſudoribus Gallicanis exhauſti: nullū nec ſtipendiū, nec donatiuum, accipientes. Quod à Conſtantio, fraude potius in Cæſarem, quam tenacitate committebatur.* Iulianus, Pariſijs. Franci Salij, oppreſſi. Militum Iuliani murmuratio.

Lenito tandem varijs blandicijs tumultu: contexto nauali ponte, Rhenum tranſijt in terras Alemannorū. Magiſtro equitum Seuero. qui ante hæc induſtrius fuerat: iam, tanquā ſi Veionis fulmine mox tangendus eſſet, timente. Venit tamen Alemannorum Rex Suomarius vltrò, præter ſpem, cum ſuis: pacem ſupplici vultu, genibusq́ flexis petens. Quam hac conditione accepit: ſi captiuos redderet Romanos: & Cæſarem, quoties opus eſſet, alimentis iuuaret: id quod & fecit. Suomario pacem ille dat.

Iuſſu deinde Iuliani, Regis Hortarij pagus erat petendus. Proinde, à Tribuno Scurariorum Neſtica, & fortiſsimo viro Charitone, captus eſt Alemannus quidā adoleſcens: qui pacto ſalutis obtinendæ promiſit, ſe itinera Romanis contra illum Regem monſtraturū. Hoc prægreſſo: exercitus ſequens, concæde arborū Celſarum obſiſtente, ire protinus vetabatur. Verùm per circuitus longos et flexuoſos, tandē ad loca ventum eſt: agri vſti: pecora direpta, homines rapti: &, qui reſiſtebant, non parcendo contruncati. His multiplicib. malis Rex Hortarius perculſus: orauit ipſe quoq́ veniā. Se imperata facturū, & omnes captiuos reſtituturū. Sed cū plurimis retenti, redderet paucos: Iulianus ad indignationē erectu: cùm ille veniſſet munerandus ex more: quatuor Comites eius, quorum is fide maximè nitebatur, nō antè abſoluit: quā vniuerſi redijſſent captiui. Ad colloquiū accitus: tremētib. oculis adorato, victoris ſuperatus aſpectu: conditione difficili preſſus eſt: hac videlicet, vt ad Galliæ ciuitates, quas Alemanni exciderant, inſtaurandas: carpenta & materias, ex opibus ſuis ſuorumq́ præberet. Pollicitus ille hoc: ſuppliciūq́ extremū, ſi quicquam feſelliſſet, ſibi imprecatus: ad propria remeare permiſſus eſt. Annonā ita, vt Suomarius, conferre cōpelli non potuit: quòd ad internecionem regio eius vaſtata erat. His ita peractis: diſperſo per ſtationes milite: conſueta ad hyberna regreſſus eſt Cæſar. Et Hortario.

Hanc hiſtoriam Zoſimus quoq; habet: ſed paulò aliter, & clarius. Innumera multitudine Barbarorum, inquit, in prælio acerrimo perempta, fugientes Cæſar perſecutus eſt ad Hercynias vſq; ſyluas. Ibi filio Ducis Barbarorum Badomario (diuerſo ab illo, de quo ſuprà cap. 4. diximus) capto: exercitum, pæana de victoria canentem, & Cæſaris clara facta celebrantem, reduxit. Badomarium deinde ad Conſtantium miſit: eius fortunæ acceptam referens victoriam. Alemanni illi, totam ſuam gentem exciſum iri metuentes: Legatos de pace mittunt. Se nullum amplius contra Romanos bellum geſturos. Cæſar pacem aliter ſe daturum negauit: quam ſi omnes illos, quos ex oppidis occupatis abduxiſſent, redderent. Promiſerunt. Cæſar, ne vllus captiuorum occuleretur: cognoſcit ex illis, qui ex oppidis & vicis fugâ euaſerant: quoſnam ex ſingulis locis Barbari abduxiſſent: ac nomina eorum, per Notarios deſcribi iubet. Legatis Alemannorum mandat: vt traiecto Rheno, cum captiuis redirent. Cùm reuerſi, ſe omnes adducere dicerent: Cæſar in ſolio ſublimi ſedens, illos exhiberi imperat. Iis ſingulatim ingredientibus: Notarij à tergo accedentes, Cæſarem monuerunt ex Catalogo: longè plures, nondum repræſentatos eſſe. Cæſar bellum Legatis minatur: nomina ſuggeſtu Notariorum, proloquens occultatorum. Tunc Barbari territi: ac rati, Cæſari diuinitus vel abdidiſſima nota eſſe: ſe tradituros, patrio iureiurando confirmarunt. Reddita eſt tanta multitudo: quantam ex XL. vrbibus captis abductum fuiſſe, veriſimile erat. Quibus cùm alimenta & ſuſtentatio in tanta Galliæ vaſtatione non eſſent: eis frumentum ↄↄCCC. nauigijs ex Britannia, aduerſo Rheno ſubuectum, curauit: quo partim viſitarent, partim ſementim facerent.

Alemannis pax data.

Notarij.

Captiuorum ab Alemannis redditio.

Hæc cùm in comitatu Conſtantij (in Aula) ſubinde noſcerentur (erat enim neceſſe, tanquam Cæſarem, omnia geſta Auguſto nota facere) ibi Aulici, qui plus in Palatio poterant (adulandi profeſſores docti) rectè facta vertebant (quæ inuidiæ proprietas eſt) in deridiculū. Quid iſta loquax talpa (inquiunt) efficeret? Iſta purpurata ſimia? Iſte literio Græcus? Geſta ſecus, comptioribus verbis exornat. Gaudebat his, & ſimilibus, Conſtantius audiendis. Vbi verò iam manebat illud, Amantiſſime mihi omnium frater: quando Cæſaris dignitatem Iuliano tribuebat?

Maledicta Aulicorum in Iulianum.

Saxones deinde, rebus communibus laborantibus Quados (nationis ſuæ partem) in Romanos excitarunt: qui à Francis tranſitu prohibiti (quòd ij metuerent, ne ſic Romanis cauſam ſe inuadendi darent) in Romanorum ſolum contenderunt: & in Bataviam, vel Holandiam deuecti (à Rheno inſulam effectam) Saliorum gentem Francicam, à Saxonibus aliquando in hanc inſulam eiectam, expulerunt. Poſtea tamen ab Iuliano domiti fuerunt: qui & ipſorum, & Saliorum, partem, legionibus ſuis adſcripſit, Zoſimo teſte. A Conſtantio verò, & Quados & Sarmatas victos, Ammianus perhibet: cùm Pannonias, Mœſiarumq; alteram, cuneis incurſarent diſperſis.

Quadi à Saxonibus excitati in Romanos.

CAPVT VIII.

EXPEDITIO IVLIANI CONTRA CÆTEROS ALEMANniæ Principes: horum periculum, agri vaſtatio, cum Iuliano pacificatio. Barbationis cum vxore futuli interitus. Conſtantij in Iulianum inuidia. Franci Atthuarij cæduntur. Vadomarius Sueuus Rex, ab Iuliano captus, in Hiſpaniam relegatur. Conſtantij & Iuliani mors.

ANNO ſalutis 363. Coſſ. Euſebio & Hypatio, Euſebiæ Auguſtæ fratribus: res iam Galliarum in meliore ſtatu cùm eſſent: Iulianus egredi cogitabat ad procinctum vrgentem: cùm Alemannorum aliquot pagos exiſtimaret eſſe hoſtiles: & auſuros immania: niſi ipſi quoq; ad cæterorum exemplum ſternerentur. Hariobaudem (Ehrnvogt) Tribunum fidei fortitudiniſq; notæ, ſermonis barbarici perquam gnarum: nullo conſcio, legationis ſpecie ad Hortarium, Regem iam pacatum, miſit: vt exinde ad collimitia progreſſus illorum, in quos arma protinus erant commouenda, ſciſcitaretur, quid molirentur. Quo fidenter ad id faciendum digreſſo: ipſe anni tempore opportuno, ad expeditionem vndiq; milite conuocato, profectus, id curæ habuit: vt ante præliorum feruorem, oppida antè exciſa introiret, receptaq; communiret: atq; horrea pro incenſis extrueret: receptacula annonæ, è Britannis transferri ſueta. Vtrumq;, ſpe omnium citius perfectum: ſatietate alimentorum in horreis condita: & ciuitatibus ſeptem receptis: caſtris Herculis, Quadriburgio, Triceſimis, Niueſione (Neuß) Bonna, Antennaco (Andernach) & Bingione. Quarum ciuitatum mœnibus reparandis, Alemanni Reges, ex ſuperioris anni pacto, neceſſaria aduehendo ſumminiſtrarunt: auxiliarijq; milites, qui aliàs huiuſmodi munia ſpernunt, Iuliani blanditijs flexi, grandia humeris onera portantes, opem maximam contulerunt.

Hariobaudes.

Niueſio.
Bonna.
Antenacum.
Bingio.

Hario-

Hanriobaudes, rebus probè exploratis, rediјt, docuitq́ comperta. Venit am exercitu Cæſar omni Magontiacum: vbi Florentio, & Seueri ſucceſſore Lupicino, ponte ibi in Germaniam tı ſ eundum contendentibus, ipſe firmiſſimè remiſſus eſt: pacatorum terras negans calcandas: ne, vt ſæpe contingat, per inciuilitatem militum, occurrentia vaſtantium, fœdera rumperentur.

Iulianus, Moguntia.

Alemanni verò omnes quos petebat exercitus: confine periculum cogitantes: Suomarium, Regẽ Romanis amicũ, monuerunt minaciter: vt à tranſitu Romanos arceret: cùm eius pagi, ripis Rheni citerioribus adhærerent. Quod ſe ſolum non poſſe teſtante: in vnum coacta Alemannica multitudo, prope Moguntiacum vênit: magnis viribus tranſmiſſione fluminis probibitura Romanos. Cæſar alio ad pontem compaginandum tranſire. Id hoſtes ſolertiſſimè contemplati: per cõtrarias ripas leniter incedebant: &, vbi alteros figere tentoria procul cernebant: ipſi quoque noctes agebant exſomnes, ne tranſitus tentaretur. Cæſar, veniens in locum prouiſum: vallo foſſaq́ quieuit circundatus: ſed per certos Tribunos effecit: vt in luſorijs nauibus XL. quæ tunc aderant ſolæ, certus numerus militum, tacitè, non etiam pulſis remis, per fulmen decurrerent: &, dum hoſtes obſeruarent ignes Romanorum, aduerſas perrumperent limitis ripas.

Alemanni, contra eum.

Dum hæc celerabantur: Romanis fœderatus Rex Hortarius: ſuis quoque finitimis amicus: Reges omnes, & Regales, Reguloſq́, ad conuiuium corrogatos, retinuit epulis, ad vſque vigiliam noctis tertiam more gentili extentis. Quos inde diſcedentes, Romani, qui tranſierant, fortuitò nacti, adorti ſunt. Sed nec interficere, nec corripere, vllo modo potuerunt: tenebrarum equorumq́ adiumento, quò dubius impetus truſit, abreptos. Lixas verò, vel ſeruos, qui illos pedibus ſequebantur (exceptis, quos periculo exemit noctis obſcuritas) occiderunt.

Optimatium conuiuium apud Hortarium.

Malum erat ſeri diſcordias à Romanis inter Germanos: malum, eos non vniuerſos, tanquã vnum virum, conſpirantes, in hoſtes bellum gerere: aut non ſub vno capite, ad hoc idem faciẽdum, eſſe: malum, multos eorum apud Romanos ſtipendia merere. Poterat in Hortarium quoq́, vt Romanis fœderatum, ſuſpicio proditorum illis conuiuarum conflari. Concordia verò, murus firmiſſimus eſt, & hoſtibus obex terribilis.

Diſcordia, Germanis incommoda.

Cognito ſic ROMANORVM tranſitu: perculſi cum populis ſuis. Reges: quòd fruſtrà pontem, ne ſtrueretur, intento ſtudio ſeruarant: in pedes vertere ſe cæperunt: & neceſſitudines, opeſq́ ſuas, longius transferre. Tum ſtatim, difficultate omni depulſa, pons conſtratus à Cæſarianis eſt: miles per Hortarij Regna tranſijt intacta: per terras infeſtorum Regum, igne ferroq́ graſſatus eſt. Sepimentis fragilium penatium inflammatis (non erant tunc, ſicut hodie, tot magnæ & munitiſſimæ vrbes atque arces) & obtruncata hominum multitudine: multiſq́ ſupplicantibus ventum eſt ad regionem: cui Capellati, vel Pallas nomen eſt (Palatinatus, Heidelberga, via montana) vbi terminales lapides Alemannorum & Burgundorum (tunc ibi habitantium) confinia diſtinguebant: caſtraq́, ibi poſita. Hoc in loco Macrianus (Magerhan) & Hariobaudus (Heerbader) germani fratres, & Reges, pacem anxiè orantes comparuerunt. Mox etiam poſt eos, Rex Vadomarius (Bademeier) venit: cuius domicilium erat contra Rauracos: ſcriptiſq́ Conſtantij Principis, quibus commendabatur, arctius allegatis, leniter ſuſceptus eſt: olim ab Auguſto in clientelam Imperij Romani ſuſceptus. Macrianus ſanè, & frater, inter aquilas & ſigna admiſſus, ſtupebat armorum viriumq́ varium decus, viſa tunc primitus: pro ſuiſq́ orabat. Vadomarius verò Romanis coalitus, vtpote vicinus limiti: mirabatur quidem apparatum ambitioſi præcinctus: ſæpe tamen talia ſibi viſa adoleſcenti meminerat.

Romanorum graſſatio.
Capellati regio.
Pallas.
Burgundi.
Macrianus.
Hariobaudus.
Vadomarius.

Libratis autem conſilio diu rebus: Macriano & Harriobaudo tunc pax eſt data: Vadomario, qui locatum ſua in tuto venerat: & pro Vrio, Vrciſino, ac Veſtralpo, pacem itidem orabat: interim reſponderi non poterat: quòd metuebatur ne poſt abitum Romani exercitus, parum acquieſcerent tranquillitate per alios impetrata. Sed cùm ipſi quoq́, miſſis poſt meſſes & habitacula incenſa, pluresq́ captos & interfectos, Legatis, ſupplicarent: pacem ſimilibus conditionibus (præſertim captiuis omnibus reddendis) meruerunt.

Hoc tempore Barbatio, pedeſtris militiæ Rector: & vxor eius, Aſſyria nomine, parũ prudens: apud Cõſtantium Imp. accuſati ab Arbetione, ceruicibus interiêre præciſis. Ancilla enim Aſſyriæ, literas huius (quibus obſecrabat maritum Barbationem: ne poſt obitum Conſtantij propinquantem, Imperium nactus, deſpectâ ſe, anteponeret venuſtiſſimæ Euſebiæ matrimonium) has literas, inquam, Arbetioni prodiderat: qui ſic rem ad Auguſtum deferens (vt erat ad criminandum aptiſſimus) coniugibus illis miſerandum exitium comparauit.

Barbationis exitium.

Anno 364. Scotis Pictiſq́ gentibus, feris in Britannia tumulantibus: hyemem agens apud

Scoti & Picti.

N 4 Pari-

Pariſios Iulianus: diſtractus in ſolicitudines varias: ſubſidio verebatur ire Tráſmarinis (ſicut antè quodam tempore fecerat Conſtantius) ne Rectore vacuas relinqueret Gallias: Alemannis ad ſæuitiam etiam tum incitatis, & bella. Ergo nondum tota ſuccumbebat Romanis Alemannia, poſt

Conſtantij aduerſus Iulianum inuidia. *tot etiam plagas. Ipſe igitur remanens, Lupicinum ad rationes componendas miſit. Conſtantium autem vrebant Cæſaris virtutes & laudes: poſt quadam Alemanniæ Regna proſtrata: receptaq; oppida Gallicana, direpta & exciſa à Barbaris: quos is feciſſet tributarios & vectigales. Ideo ab*

Famoſus libellus. *illo miſſi ſunt: qui ab hoc abſtraherent auxiliares copias, Celtas & alios, ad bellum Perſicum. Tūc famoſus à quodam libellus, humi occultè proiectus eſt: inter alia multa etiam hoc continens: Nos quidem ad orbis terrarum extrema, vt noxij pellimur, & damnati. Charitates verò noſtræ* (was vns lieb iſt: *Sic Ammianus loquitur lib. 20.) Alemannis denuò ſeruient: quas captiuitate prima,*

Iulianus à militibus Imperator factus. *poſt necíuas liberauimus pugnas. Milites poſtea ſcuto eleuatum Cæſarem, Auguſtum fieri coëgerunt: qui ſe ipſis commendans, inter alia de ſe & illis prædicans, Retexere ſuperfluum puto, inquit: quoties hyeme cruda rigentiq; cælo (quo tempore, terræ ac maria opere Martio vacant) indomitos*
» *antea, cum iactura virium ſuarum repulimus Alemannos. Id ſanè nec prætermitti eſt æquum, nec*
» *taceri: quòd, cùm prope Argentoratum illuxiſſet ille beatiſſimus dies: vehens quodāmodo Galliis*
» *perpetuam libertatem: inter confertiſſima tela me diſcurrente: vos vigore, vſuque diuturnitate,*
» *fundati: velut incitatos torrentes, hoſtes abruptius inundantes, ſuperaſtis: ferro proſtratos, vel*
» *fluminis profundo ſubmerſos: paucis relictis noſtrorum: quorū exequias honeſtauimus celebri po-*
» *tius laude, quàm luctu.*

Obtricenſe oppidum. *In limitem poſtea Germaniæ egreſſus benè paratus: Obtricenſi Moſæ oppido propinquabat. Id Abrahamo Ortelio, Triotb, vel* Maſtricht *videtur. Rheno deinde tranſmiſſo: ſubito aduentu Francos Atthuarios (inquietum genus, extima Galliarum licentius etiam tum percurſans) vicit: eiſq; pacem ex arbitrio dedit.*

Eodem anno, vere propinquante, Iulianus nuntio inopino perculſus eſt: quòd Alemanni, à

Rhetiam Alemāni vaſtantes. *pago Vadomarij exorſi (vnde nihil poſt fœdus ictum metuebatur incommodi) vaſtarent confines Rhætiæ tractus: prædatoriâ manu nihil intentatum relinquentes. Miſit ergo Libinomen quendā Comitem, cum Celtis & Petulantibus (militum genere) ſecum hyemantibus: negotium pro re nata*

Sanctio. *correcturum. Qui cùm maturè propè oppidum Sanctionem (fortè Sekingam ad Rhenum) veniſſet: longè viſus ab Alemannis ſeu Sueuis (qui ad certamen præparati, ſeſe per valles abdiderant) hortatusq; milites (licet numero impares: tamen cupiditate pugnandi vehementius incitatos) aggreditur inconſultè Germanos: initioq; ſtatim dimicationis, ipſe omnium primus cadit. Cuius interitu, illorum erectâ fiducia: Romaniſq; ad Ducis vindictam accenſis: pugna committitur obſtinata: Romaniq; ſunt disiecti: occiſis paucis, & vulneratis.*

Vadomarius. Gundomadus. *Firmata equidem cum hoc Vadomario, & fratre eius Gundomado, pax à Conſtantio fuerat. Poſt mortem verò Gundomadi, illum per internuntium inſtigauerat Imperator (ſic fama ferebat) vt, tanquam rupto concordiæ pacto ſubinde collimitia ſibi vicina vexaret: quò Iulianus id metuens, nuſquam à tutela diſcederet Galliarum. Obtemperauit fideliter Auguſto Vadomarius: vir ab ætatis primitijs fallendi artifex. Sed reipſa conuictus, abſtinuit. Interceptus enim fuit à ſtationarijs militibus Notarius: quem mittebat ad Conſtantium: & epiſtola, erepta: in qua erat ſcriptum: Cæſar tuus diſciplinam non habet. Idem tamen Rex Iulianum aſſiduè Dominum appellauerat, & Auguſtum, & Deum.*

Iulianus igitur, vt ne maius inde exiſteret malum: ſed & ſibi, & prouincijs, conſuleret: Philagrium quendam Notarium (cuius prudentiæ confidebat, ſibi olim compertæ) miſit ad loca Vadomario vicina: docens, quid facto opus eſſet. Tranſgreſſus Rhenum ad eum Vadomarius, tanquā negotijs aſtrictum diuerſis (vt nihil in profunda metuens pace) viſo militum ibi degentium Præpoſito: ex more vltrò (vt ſuſpicionis nihil relinqueret abiturus) ſe venturum ad conuiuium eius

Vadomarij captiuitas. *promiſit: ad quod Philagrius etiam inuitatus erat. Qui, epulis finitis, auctor extitit Vadomarij fortiter comprehendendi: eumq; militum Rectori artè cuſtodiendum apud ſigna commiſit: textu iuſſorum, & charta, quam à Cæſare habebat, lecto: comitibus eius, ad ſua redire compulſis: ſuper quibus nihil fuerat imperatum. Exhibitus poſtea idem Rex ad Principis caſtra: cùm cognouiſſet, intercepto Notario, ſuas ad Conſtantium literas eſſe publicatas: ſpe veniæ omni deſtitutus: ac ne conuicio quidem tenus compellatus, ad Hiſpanias eſt miſſus: ne, diſcedente Iuliano à Gallijs, prouinciarum ſtatum ægrè compoſitum, licentius conturbaret. Tunc vlturus Princeps Alemannos, à quibus Libino peremptus fuerat: ſuperato Rheno, noctis alto ſilentio (ne aduentus ſui rumore*

ad re-

Digitized by Google

ad remotiora concederent) cum expeditiſſimis auxiliorũ globis, nihil tale metuentes circumuẽnit: Alemanni, caſt.
excitatos hoſtiliũ fragore armorum, dum gladios & tela circumſpectans, celeriter inuolauit: quoſdam occidit: orantes alios, prædamq́ afferentes, deditiτios cepit: reliquis, qui remanſêre, pacem petentibus firmamq́ pollicitis quietem, conceſſit. Ita diutius ab Alemannis Heluetia, tuta fuit.

Apertè deinde Iulianus ab inſidioſo Imp. Conſtantio deficit: ac ſuam cauſam militibus commendat: qui etiam, vt rerum nouarum cupidi, vnanimi conſenſu, horrendum cum immani ſcutorum fragore clamantes, ipſum appellarunt fortunatum gentium domitorem: gladijsq́ ad ceruices ſuas admotis, diris execrationibus in nomen eius iurarunt: omnes ſe caſus, etiamſi vita profundenda foret, pro ipſo perlaturos: quam fidem omnes quoq́ Rectores, Principiſque proximi, ſimili religione firmauerunt. Iuliani à Conſtantio Imp. defectio.

Rebus deinde Galliarum conſtitutis: à Rauracis ipſe per Marcianas ſyluas (nigram ſyluam) diſceſſit: Imperij iam aduerſus Conſtantium palàm vſurpandi cauſâ. Sed ne contemptui populis eſſet, vt paucis comitatus: hinc inde aliquos cum Ducibus dimiſit: quò diffuſi per varia, opinionem numeri præberent immenſi: formidineque cuncta complerent. Nam etiam in negotio eloquentiæ (auctore 1. Rhet. 7. ad Theodect. Ariſtotele) τὰ διαιρούμενα εἰς μέρη, μείζω φαίνεται: *diuiſio rei in partes, ſpeciem magnitudinis præbet: vel, quæ diuiſa ſunt, maiora videntur. Conſtantinopolin deſcendit, & in Aſiam tranſijt Antiochiam: atque Conſtantio Auguſto mortuo, bellum Perſicum geſſit, donec ibi occubuit.*

Apoſtata Iulianus (vt apud Hermannum Æditwum legebam) Priſcianum Cæſarienſem Grammaticum (quem ipſe eo tempore, ſed alij rectius ſub Iuſtiniano Imp. 536. vixiſſe dicunt) à fide Chriſti auertit. Donatum verò Grammaticum (S. Hieronymi Præceptorem: cuius libellus Grammaticus extat) auertere non potuit: ſed parentes eius ſuſtulit. Priſcianus Grammaticus. Donatus.

CAPVT IX.

DE QVIBVSDAM ALEMANNICIS OPPIDIS, AVT LOCIS: QVÆ fuerunt tempore Conſtantii & Iuliani Impp. vt eſt VLMA, Memminga, Campidunum, Iſna, Elkouia, & confluentes Zurichouiæ.

IN Theatro vrbium, ponitur VLMA ad annum Chriſti 346. hodie vrbs Sueuiæ clariſſima. Sebaſtianus autem Francus, ex Felice Fabri, ibi olim Monacho ait: eam longè antè Domini natiuitatem fuiſſe (pagum videlicet adhuc: cùm Germania nondum tunc oppida habuerit) quòd Amazones quodam peregrinatæ ſint Vlmam. Sic enim facere ſolitas eſſe in locis: vbi plurium confluentia eſſet amnium: quòd ex aqua illa omnia ducerent orta: quæ opinio, Thaletis Mileſij fuit. Illas ergo ſacra ſua celebraſſe Vlmæ: vbi hodie veteres aquarum canales ſint (die alten Röhren) *ſub laniorum habitaculis. Hæc autem ciuitas ad Danubium ſita (ex qua pons trans hoc flumen, in Rhætiam meridiem verſus porrigitur) ab arboribus vlmis* (Fälben/oder Weiden) *vel vligine, nomen habere exiſtimatur: quòd multæ ibi circùm ſint. Plures etiam fluuij eò decurrunt. Nã Blauus ex VVirtembergiæ oppido Blaubera, duobus ſupra Vlmam miliaribus ortus, per vrbem fluit: & tribus locis ad munia, in Danubium. Ilera fluuius, vel Hilarus, ex Algæa, vel Alemannorum gaa (quod vocabulum terram, vel ditionem, ſignificat) defert copioſè ratibus ligna & aſſeres Vlmam: ac ſupra vrbem influit in Danubium, quem facit nauigabilem: qui alioqui octo miliaribus ſupra Vlmam, ad fontes vſq́ ſuos, nec naues fert, nec rates. Ibi Danubius, Blauus, & Ilera, quodãmodo crucis figuram faciunt: Danubio, Orientem petente: Blauo, à Septẽtrione Auſtrum: Ilera, ab Auſtro Septẽtrionem. Tradidit pluribus ſeculis pòſt, Carolus Magnus (primus ex Germanis Imperator Romanus) hanc ciuitatem Abbati & Cœnobio diuitis Augiæ, vel Reichenouiæ: Regiã villam eo tempore appellatam: vt ſuo loco ea de re cognoſcetur. Addit Francus: vrbes & ciuitates in Gallia dici, quæ Epiſcopum habeant: magnas verò villas, ſeu grandes, quæ Epiſcopo careant: vt eſt Lutetia, Noriberga, Vlma.* Vlma antiquitas. Blauus. fl. Ilera. Danubius. Villa.

De etymologia eius, ſunt hi verſus.

Vlma, decus Sueuiæ, qua prima ab origine ducat / *Nomen quod Latio deſumptum eſt fronte, quod apta* Vlma nomen.
Principium: nullis ſtat certum Annalibus. Extat / *Vlmetis, poſita eſt plena hæc vligine terra.*

Si autem Latinæ originis eſt Vlmæ vocabulum: veriſimile eſt, eam in poteſtate Romanorum, & pro munimento quoque (ſicut alia ad Danubium & Rhenum multa) illis temporibus fuiſſe: quibus aſſiduum ferè bellum contra Germanos & Sueuos gerebant.

MEMMINGA etiã fuit, vt creditur, imperantib. Conſtãtino & Iuliano: quæ tũc adhuc vicus erat, & Grunẽvverda nũcupabatur: ſed hodie peramænũ oppidũ Imperij eſt, mundũ, & ſatis Memminga.
muni-

munitum: nec ambitu multùm amplitudini Vlmæ cedens. Apud Ptolomæum, circa 140. Chriſti, Δρουσόμαγος ῥαιτίας reperitur, Druſomagus Rhætiæ: quæ putatur Meminga fuiſſe: CAMPIDVNI memoria, etiam antiqua extat: ſicut & ISNÆ videtur: non minus, quam Memminga, celebrium Algoiæ oppidorum. Iudicatur hoc ex antiquo lapide marmoreo Iſnenſis Monaſterij (cuius Munſterus & Occo meminerunt) in quo hæc inſcripta ſunt.

Campidunum. Iſna.

IMP. CÆSAR L. SEPTIMIVS SEVERVS PIVS PERTINAX AVG. ARABIC. ADIAB. PARTHICVS MAXIMVS PONTIFEX MAX. TRIB. POT. VIIII. IMP. XII. COS. II. P. P. PROCOS. ET IMP. CÆSAR MARCVS AVREL. ANTONINVS PIVS AVG. TRIB. POST. IIII. PROCOS. VIAS ET PONTES RESTI. A CAMB. M. P. XI.

Conſul fuit iterum, Tribunitiæ poteſtatis nonùm, Imperator duodecimùm: viasq́ & pontes à Cambiduno millia paſſuum XI. reſtituit, Seuerus. 195. Chriſti. Tales tituli, ab Octauiano Cæſare ad ſucceſſores profluxerunt. Noluit hic ſe (teſte Andrea Alciato, de Magiſtrat. & ciuilibus ac militar. officijs) Regem aut Romulum appellari: quod is titulus ſuperbus & odioſus (propter vltimũ Regem Tarquinium) eſſet: ſed veteri Romano nomine, Imperator & Auguſtus dici voluit: ſumpſitq́ Cenſuram, & Tribunitiæ poteſtatis ius: & Max. Pontificem ſe inſcripſit: Patriśq́ patriæ titulum, à Senatu P. Q. Romano accepit. Qui Imperatores erant appellati: milites conſcribere, delectus habere, pecunias colligere, hoſtibus bellum indicere, pacem ſancire, ſupplicium (etiam de Senatoribus) ſumere, poterant. Cenſores, vitam moresq́ examinabant: profeſſionis & cenſus rationem ducebant: pro meritis, alios in Album referebant, alios eximebant. Ad Pontifices Max. cura ſacrorum auſpiciorumq́, & ius Sacerdotiorum conferendorum, pertinebat. Tribunitiæ poteſtatis ius ſibi ille ſumpſit: quòd ſacroſancta, neminiq́ violabilis, Tribunorum plebis dignitas habita eſſet. Conceſſum ei quoq́ fuit, vt legibus ſolutus eſſet: id eſt, ab omni neceſſitate legum liber: nulla in eum inquiſitione permiſſa: omnino ſcilicet ἀνυπεύθυνος. Patris patriæ appellatione ſignificabatur: omnes, quicunq́ ei ſubeſſent, ceu filios ab eo amare: qui viciſſim ipſum, tanquam patrem, vererentur.

Rex, & Romulus. Imperator & Auguſtus. Cenſores. Pontifices Max. Tribunitia poteſtas. Pater patriæ.

Quoniam ſuprà de Alemannorum bellis, circa Podamicum lacum, & ad Rhenum, geſtis, dictum fuit: etiam hæc addi, alienum non eſt.

Elcouia.

ELKOVIA (auctore Stumpfio lib. 5. cap. 31.) pulcher Turgoiæ pagus & arx, videtur fuiſſe oppidum Algoiæ: quod adhuc in antiquis literis reperitur: ac potuit ab Alemannis, qui has terras occupauerat, condi. Habuit poſtea Barones: ex quibus Notgerus fuit, Monachus Sangallenſis, circa annum Domini 950. imperantibus Othonibus primo ac ſecundo: & ſequenti tempore, pro Sancto eſt habitus: ſicut ſcilicet apud Ethnicos, in Diuos aliqui referebantur.

Confluentia. VValdshutum.

CONFLVENTIA Zurichgoiæ (Coblett) pagus infra Zurzachum eſt: inde nomen habens, quòd ibi Arola in Rhenum influit. Ibi olim ſtatio fuit Romanorum contra Alemannos: ſed viciſſim trans Rhenum (noſtri reſpectu, cis,) VValdshutum, ſtatio Alemannorum contra Romanos: quo vocabulo ſignificatur cuſtodia nigræ ſyluæ: teſte eodem Stumpfio lib. 6. cap. 5.

Hæc de illis: quæ in Imperio Conſtantini Maximi, & filiorum eius, atq; Iuliani, facta in Germanos & Sueuos fuêre.

Finis libri ſexti, partis primæ Sueuicorum Annalium.

SVEVICORVM ANNALIVM LIBER SEPTIMVS PARTIS PRIMAE, MARTINO CRVSIO AVCTORE.

SEquuntur iam, Conſtantiniano genere deficiente, aliorum generum Imperatores Romani & quidē, extincto religionis Chriſtianæ proditore Iuliano, poſthac tantùm Chriſtiani nominis Auguſti. Diuiditur iam quoq; Imperium Rom. in ORIENTALE & OCCIDENTALE: cùm duæ Romæ ſint, Vetus & Noua: auctore Conſtantino Maximo: id quod affligendæ, & tandem etiam perdendæ, rei Romanæ fuiſſe creditur. Quibus temporibus, quid cum Sueuis Alemaniſué actum ſit: & quæ calamitates imminutioque, occidentali Imperio acciderit: deinceps quoq; memoriæ traditum commomorabitur.

IOVIANVS IMP. VALENTINIANVS I. ET VALENS IMPP.
Gratiani Genealogia.
Alemannorum irruptio in prouincias Romanorum.
Cædunt Carietonem & Seuerianum, Romanos Duces.
Viciſsim ab Iouino, in Gallia ter cæduntur.

CAPVT I.

ANNO Domini 367. (Panuin. 363.) *fuit XXXXVIII. Imp. Cæſar FL. IOVIANVS P. F. Aug. ad menſes circiter VIII. tantùm. Ideò imperium eius, ab Ammiano caſſum & vmbratile nominatur. Natus fuit patre Varroniano, incolâ Singidonenſis agri in prouincia Pannonia, Comite notiſsimo: qui non pridem, depoſito militiæ munere, ad tranquilliorem ſe ruſticationis vitam contulerat. Singidonum, in Seruia ad Danubium ſtatuitur. Fuit inſignis corpore, lætus ingenio, literarum ſtudioſus. Aliter Iouinianus appellatur, & Iuuianus; cuius electio, militibus grata fuit: quòd vnâ tantùm litera differret ab Iuliano. Sed cùm diceret ſe non poſſe imperare militibus profanæ religionis: omnes exclamarunt ſe Chriſtianos eſſe. Erat enim ipſe* ὀρθόδοξος χριστιανός*: verus, non Arianus, Chriſtianus. Maluerat ſub Iuliano (aut ſacrificare Deaſtris, aut militia cedere, iubenti) cingulum militare amittere, quam impijs mandatis obedire. Ceterùm, cùm ignobili & damnoſa pace cum Perſis facta (præclarâ etiam vrbe Niſibi eis relicta) reuerſus eſſet: inter alia in eum ab Antiochenſibus iactatus fuit Homeri verſus.* Imp. Iouianus. Cingulum militare. Pax cum Perſis.

ἤλυθες ἐκ πολέμου, ὡς ὤφελες αὐτόθ' ὀλέσθαι.

E bello rediiſti. Vtinam illic interiiſſes.

Literis ipſe quoquò verſus dimiſsis: exules pios (inter quos & Epiſcopum Alexandriæ Athanaſium) reuocauit.

Properans autem hyeme media & aſpera Conſtantinopolin verſus: poſt Ancyram Gallo Græciæ in locum quendam venit nomine Dadaſtana: vbi crudelitate ſtomachi, & grauitate odoris ex tectorio noui ædificij (ἐμβαρέος ἀτμοῦ τῆς ἐν οἰκίσκῳ νεογυψωμένῳ ἀσβέστου) *ibi dormiens, extinctus eſt, 13. Calend. Martij: & à Valentiniano in Diuos relatus.*

Eodem anno ſucceſsit XXXXIX. Imp. Cæſ. Fl. VALENTINIANVS, P. F. Aug: electus 5. Calend. Martij Orientis primò, deinde Occidentis, Imperator. Patre Gratiano (qui Funarius vocabatur: quòd venalem funem portanti, quinque milites extorquere nequiſſent) eſt Cibali natus: Pannoniæ ciuitate, à Sirmo 50. M. Paſſuum Occidentem verſus, diſtante. Creatus apud Nicæam Bythyniæ, conſentientibus ſuffragijs exercitus, abſens. Vultu decens, ingenio ſolers, animo grauis, ſeuerus, infeſtus vitijs, ſermone cultiſsimus, loquendi parcus. Imperauit ad 12. annos. Imp. Valentinianus I.

Eodem 367 anno, fit L. Imp. Cæſ. Fl. VALENS P. F. Aug. Calend. April. Orientis Imperator; creatus à fratre Valentiniano. Præfuit Imperio A. 14. M. 4. D. 13. Imp. Valens.

Partium

Partium Arianarum ſuit, & Baſilio M. aduerſarius. Baſilius in colloquio, quod cum Valente habebat, reprehenſus à quodam eius coquo, cui nomen Demoſthenes, barbarè loquente: En, inquit, vidimus & Demoſthenem illiteratum: ἰδοὺ, ἐθεασάμεθα καὶ Δημοσθένην ἀγράμματον, *vel* σολοικίζοντα.

GENEALOGIA GRATIANI.

- *Gratianus Funarius,*
  - *Valentinianus Imp.*
    - *Gratianus Imp. ex Seuera:*
    - *Valentinianus II. Imp. ex Iuſtina, vt & ſequentes ſorores.*
    - *Iuſta:* } *virgines manſère.*
    - *Grata:* } *virgines manſère.*
    - *Galla, altera Theodoſij Imp. coniux.*
  - *Valens Imp.*

ALIQVOT BELLA SVB VALENTINIANI primi imperio Alemannica.

Romani Imperij calamitates.

Anno 368. circ. excitæ gentes ſæuiſſimæ (veluti per vniuerſum orbem Romanum canentibus buccinis, inquit Ammianus) limites Imperij ſibi proximos perſultabant. Gallias Rhætiasq́; ſimul Alemanni populabantur: Sarmatæ & Quadi, Pannonias: Picti, Saxones, Scoti, & Attacotti, Britannias vexabant: Anſtoriani, aliæq́; gentes Mauricæ, Africam ſolito acrius incurſabant. Thracias diripiebant prædatorij globi Gothorum: Perſarum Rex Sapor, Armenios ſibi ſubijcere properabat. Sed nos, cæteris plerisq́; prætermiſſis, de noſtris rebus dicemus.

Alemannorum rebellio.

Alemanni memores malorum, quæ ſub Iuliano paſſi fuerant, perrupêre Germaniæ limites: idq́; hac etiam de cauſa: quòd cùm Valentem Valentinianus Orienti præfeciſſet: & ille Conſtantinopolin, hic Mediolanum, veniſſet: Legatis illorum ad Valentinianum venientibus: cùm eis certa ex more præſtituta munera, præberi debuiſſent: minora & viliora ſunt attributa. Hæc illi ſuſcepta, furenter agentes, vt indigniſſima proiecêre: tractatiq́; aſperius ab Vrſatio, tunc Magiſtro officiorum, homine iracundo & ſæuo: ad ſuos reuerſi, factumq́; exaggerentes, vt contumelioſè deſpectas, gentes immaniſſimas concitarunt. Hos Germanos ſentit Stumpfius eſſe Lentienſes (die Lintzgöwer) ſuperiores ſcilicet iuxta lacum Podamicum Sueuos. Eos poſtea tractibus Rhætiarum cõfines ait Ammianus. Alemannis à Valentiniano occurſum miſſus eſt 369. Diagalaiphus. Quo vaſtante propinquiora loca, ipſi longius diſceſſerunt incruenti.

Lentienſes.

Auguſtus etſi libenter alijs locis periclitantibus ſubueniſſet (nam etiam Procopius, genus ſuum ad Conſtantinum referens, Imperium inuadebat) tamen ſuadentibus conſiliarijs, nuſquam extra confinia Gallorum moueri ſtatuit. Replicabat enim aliquoties: hoſtem ſuum, fratrisque ſolius, eſſe Procopium: Alemannos verò, totius orbis Romani.

Gallinarum vexatio per Alemannos.

Anno 370. Alemanni, licet ſæpe magnis vulneribus ab Iuliano affecti: tamen, viribus reſumptis, Gallicanos limites, propter cauſam prædictam perſultabant formidati. Certè ſtatim poſt Calend. Ianu. per glaciales tractus, hyemis rigido inhorreſcente ſidere, cuneatim egreſſa multitudo, licentius vagabatur. Horum portioni primæ, Carietto, per vtranq́; Germaniam (Riparenſem, Romanorum) Comes, occurſurus cum milite egreditur, ad bella ineunda promptiſſimo. Adſciuerat is in ſocietatem laboris, Seuerianum, itidem Comitem inualidum & longæuum: qui apud Calidonia militibus Diuitenſibus (apud Tuitium, Deutſch: pagum hodie è regione Coloniæ) & Tungritanis (Brabantijs prope Neruios ſiue Tornacenſes Flandriæ) præſidebat.

Tuitium.

Proinde, confertius agmine in vnum coacto: ponteq́; breuioris aquæ firma celeritate tranſmiſſo: viſos eminus Alemannos Romani, ſagittis, alijsq́; leuibus iaculis, inceſſebant. Vbi verò turmæ congreſſæ, ſtrictis conflixêre mucronibus: Romana acies, impetu illorum acriore concuſſa, nec reſiſtendi, nec faciendi fortiter, copiam reperit. Itaq́; cuncti metu in fugam compulſi ſunt: cùm Seuerianum vidiſſent equo deturbatum miſſiliq́; telo per os fixum. Ipſe deniq́; Carietto: dum cedentes, obiectu corporis & obiurgatione audentius retinet: pudendumq́; dedecus diluere diutius ſtando conatur: confixus lethali telo oppetijt. Tunc Herulorum Batauorumq́; vexillum, direptum eſt: & inſultando tripudiandoq́;, crebrò ab hoſtibus altius ſublatum, atq́; oſtentatum: ſed poſt magna receptum certamina.

Romani, ab Alemannis cæſi.

Hanc enim cladem, vltimo cum mœrore compertam, correcturus mittitur à Pariſijs Dagala-

galaiphus. Verùm diu ipſo cunctante: tanquam diffuſos per varia Barbaros adoriri non poſſet: Fl. Iouinus, equitum Magiſter, accingitur. Hic inſtructus, cautiſſimè obſeruans vtrumq; agminis ſui latus: apud locum Scarpona dictum, maiorem, hoſtium partem præueniens, antequam armaretur, ad internecionem cecidit. Rurſus, exultante cum innoxij prælij milite ſenſim incedens, ex ſpeculatoribus didicit: direptis proprius villis, vaſtatoriam manum quieſcere prope flumen. Aduentans igitur abditusq; in valle denſis arboribus obſcura: videbat alios lauantes, quoſdam rutilantes ex more comas, nõnullos potantes. Tunc ſigno lituis repentè dato, in Germanos irruit: qui nec expedire arma poterant diſperſa, nec componere aciem, vrgente inſtanter victore. Quocirca perforati pilis & gladijs ceciderê complures. Cæteros, qui ſe in pedes verterant, texère flexuoſi & anguſti tramites. Alemanni viciſſim cæſi.

Diligenti dehinc ſpeculatione præmiſſa: in tertium, qui reſtabat, cuneum duxit: quem prope Catelaunos (oppidum Gallicæ Campaniæ, Schalonam) inuênit, ad congrediendum promptiſſimũ. Tunc, vallo oportunè metato: ſuisq; pro temporis copia, cibo & ſomno recreatis: primo auroræ exortu, aciem in aperta planicie compoſuit, arte ſolerti dilatatã: vt, ſpatijs amplioribus occupatis, æquiparare Romani hoſtium multitudinem viderentur: viribus pares, licet numero inferiores. Signo igitur buccinis dato: cùm pede collato res agi cœpiſſet: inſueta vexillorum ſplendentium facie territi ſtetère Germani. Quibus hebetatis parumper, cõfeſtimq; reparatis: aduſque diei extremum concertatio protenta fuit. Accepiſſet Romanus fructum rei bene geſtæ ſine diſpendio: niſi armaturarum Tribunus Balcobandes, magniloquentia ſocordi coalitus, propinquante iam veſpera, inconditè ceſſiſſet. Quem ſi cæteræ cohortes fuiſſent ſecutæ: ne nuntius quidem cladis euaſiſſet. Sed reſiſtens animorum acri robore miles, ita lacertis eminuit, vt Alemannorum quatuor millibus ſaucijs, altera ſex interficeret millia: ipſe verò non amplius ducentos amitteret, totidem tantùm vulneratis. Noctis aduentu diremptum fuit prælium. Ductor Iouinus, refectis viribus ſuorum feſſis, hoſtibus dilapſis, quadrato exercitu, ſecurus inſidiarum, per aperta & mollia camporum ſequebatur: calcando ſemineces conſtratos: quos vulneribus aſperitate frigorum cõtractis, doloris abſumpſerat magnitudo. Progreſſus vlterius reuerſus eſt, nullo hoſte reperto. Tunc reſciuit, Regem hoſtium cum paucis captum ab haſtarijs eſſe: quos aliâ via miſerat ad diripienda Alemannica tentoria: & patibulo eſſe ſuffixum. Ideo iratus, Tribunum puniturus fuiſſet: auſum, inconſulta ſuperiori poteſtate facere: ni militari impetu commiſſum facinus hoc atrox documentis euidentibus conſtitiſſet. Catelauni. Rurſus cæſi Alemanni.

Redijt poſt hac Pariſios: cui Imperator lætus occurrit: eumq; poſtea Conſulem deſignauit (quem honorem & ſequenti anno, cum Fl. Lupicino geſſit) accedente hoc quoque gaudio: quòd iiſdem diebus, caput Procopij ſuperati acceperat, à Valente tranſmiſſum. Quo in bello, Chalcedonis muri è regione Conſtantinopoleos ſitæ, deſtructi ſunt: quòd Procopio ſtuduiſſet. Fuiſſe alia etiam multa prælia, per varios Galliarum tractus commiſſa, Ammianus ait: ſed, vt minus narratu digna, omittit: quia ſcilicet Romanis non decôra. Iouinus victor, honoratur.

GRATIANVS IMP.

Ritus Imperatorem Rom. creandi. Francorum & Saxonum in Galliam irruptio. Rando Alemannus Moguntiam diſpoliat. S. Hilarius. Vithicabij Alemanni fraudulentus interitus. Perfuga Regis Pyrrhi. Alemanni, à Valentiniano & Gratiano apud Solicinium ſuperati. Romani veteres Sicinius & Sergius.

CAPVT II.

ANNO ſalutis 371. *(prioribus duobus Imperatoribus adhuc viuentibus) fit à patre Valentiniano L I. Imp. Cæſ. Fl. GRATIANVS. P. F. Aug.* 13. *Calend. Septemb. qui imperauit cum patre A.* 8. *M. ferè* 3. *cùm patruo verò, & fratre, A.* 3. *& cum eodem fratre, ac Theodoſio, A.* 4. *deniq; cum his, accedente Arcadio, M.* 6. *Ergò A: omnino* 15. *M. circiter* 9. *Vxorem duxit Conſtantiam; Poſthumam Conſtantij ſecundi ex Fauſtina filiam. Regebat Occidentis partes: ſicut Valens patruus Orientis. Erat literis non mediocriter eruditus: carmen faciebat, ornatè loquebatur, Rhetorum more controuerſias explicabat. Die noctuq; ſe ſpiculis exercebat: ſummæ artis & voluptatis credens, peritè ferire deſtinata.* Αὐτὸς ἐπὶ τοσοῦτον εὐστόχως ἐτόξευεν *(inquit Cedrenus)* ὡς λέγειν τινὰς, τὰ γυμνάσια βέλη φρένας ἔχειν. *Tantâ fuit iaculandi dexteritate: vt quidam dicerent, eius tela eſſe mente prædita. Titulum Pontificis maximi, Imperatoribus antiquo more dari ſolitum, cùm ei talis amictus aſſerretur, repudiauit: Chriſtianum non decere eo habitu vti (etſi etiam Conſtantinus M. admiſerat) ratus Zoſimo teſte.* Imperium Gratiani. Iaculator certiſſimus.

O Iam

Iam de bellis, hoc tempore contra Alemannos geſtis, dicendum: ſed prius libet ritum ponere: quo Valentinianus in filio Gratiano, Imperatore creando, uſus eſt: paucis ordine excerpendo ex Ammiano.

Ritus Imperatorum creandi.

1. Filium, adulto iam proximum, inſignibus Principatus ornare meditatus fuit Valentin.

2. Parata ſunt, quæ ad eam rem pertinebant, omnia: milesq; firmatus, vt animis id acciperet promptis.

3. Cùm in campum filius veniſſet: ipſe tribunal cum eo aſcendit.

4. Splendore nobilium circundatus poteſtatum: dexterâ puerum apprehenſum productumque in conſpectum, oratione Imperatorem exercitui commendauit.

Accipite, inquit, placidis mentibus, quæſo, viri fortiſſimi, deſiderium noſtrum.

» *Gratianum hunc meum adultum (quem diu verſatum inter liberos veſtros, commune dili-*
» *gitis pignus) vndiq; muniendæ trãquillitatis publicæ causâ, in auguſtum ſumere commilitium para-*
» *ro: ſi propitia cæleſtis numinis, veſtræq; maieſtatis voluntas, amorem Parentis iuuerit præeunte.*
» *Non equidem eſt ipſe ab incunabulis rigido cultu, vt nos, educatus: nec capax adhuc martij*
» *pulueris: ſed familiæ ſuæ laudibus, Maiorumq; factis præſtantibus ornatus eſt: ipſeq; in pulchra*
» *procurſabit facinora: ſignis militaribus & aquilis adhæſurus: ſolemque, & niues, pruinas, ſitim ac*
» *vigilias, perlaturus: Rempub. deniq;, & ſalutem ſociorum, vt domum paternam, ac ſuam vitam,*
» *dilecturus.*

5. Nondum finita oratione, milites, læto quiſq; animo: alius alium anteire feſtinans: tanquã vtilitatis & gaudiorum participes: Gratianum declararũt Auguſtum: ampliſſimo claſſicorum ſono, blandum frangorem miſcentes armorum.

6. Maiore iam fiducia Valentinianus exultans: corona indumentisq; ſupremæ fortunæ decoratum filium oſculatur: iamq; fulgore conſpicuum, alloquitur attendentem.

» *En habes, inquit, mi Gratiane, amictus Auguſtos: meo commilitonumq; noſtrorum arbitrio*
» *delatos omnibus fauſtis.*
» *Accingere igitur, pro rerum vrgente pondere: vt patris & patrui collega: atq; aſſueſce, impa-*
» *uidus penetrare cum agminibus peditum, gelu peruios Iſtrum & Rhenum: armatis tuis proximus*
» *ſtare: ſanguinẽ ſpiritumq; pro ipſis conſideratè impendere: nihil alienum putare: quod ad Romani*
» *Imperij pertineat emolumentum & decus. Cætera quoque tempore monere non deſinam.*
» *Quod reliquum eſt: ego vos, rerum maximi defenſores, rogo & obteſtor: vt accreſcentem Im-*
» *peratorem, fidei veſtræ commiſſum animo conſtanti ſeruetis.*

7. His dictis ſolennitate omni firmatis: Eupraxius Cæſarienſis Maurus, Magiſter memoriæ, primus acclamauit: Familia Gratiani hoc meretur.

8. Conſurrectum eſt in laudes maioris Principis, & nouelli, maximeq; pueri: quem flagrantior oculorum lux, vultus, & reliqui corporis iucundiſſimus nitor, indolesq; pectoris egregia, commendabat.

Supergreſſus eſt hoc in negotio Valentinianus veterem morem: dum ſatis beneuolè, non Cæſares, ſed Auguſtos nuncupauit: tum fratrem antea, tum in præſenti filium. Nemo antea ſibi pari poteſtate collegam aſciuerat, excepto Marco: qui verum, adoptiuum fratrem, maieſtatis Imperatoriæ abſque diminutione aliqua ſocium fecerat.

Bella Alemannica, & aliorum Germanorum, iis temporibus.

Gallia, à Francis & Saxonibus deuaſtata.

Anno 371. Gallicanos tractus, Franci & Saxones his confines: quò quiſq; erumpere potuit, terra vel mari: prædis acerbis, incendiis, cædibus, violabant.

Rando Mogontiã depredatur.

Sub idem ferè tempus, Valentiniano ad expeditionem cautè, vt rebatur, profecto. Regalis quidam Alemannus, Rando nomine diu præſtruens, quod cogitabat. Magontiacum præſidijs vacuum, cum expeditis ad latrocinandum (vt ſcribitur ab Ammiano) latenter irrepſit. Vbi, quia caſu Chriſtiani ritus inuẽnit celebrari ſolennitatem: ipſe cuiuſque fortunæ virilem & muliebrem ſexum, cum ſuppellectile non parua, nemine defendente, abduxit. Ergo, quamuis doctrina Chriſti apud Moguntinos tunc floreret: eam tamen nondum ab Alemannis his receptam fuiſſe, apparet.

S. Hilarius.

Vixit quidem S. HILARIVS iis temporibus: ſcribens ad Epiſcopos Romanæ Germa-
» *niæ: ſed in noſtram Germaniam, lux illa non ita fulſerat. Dominis & beatiſſimis fratribus,*
» *inquit, & Coëpiſcopis prouinciæ Germaniæ ſecundæ: & primæ Belgicæ, & Belgicæ ſecun-*
» *dæ: & LVGDVNENSIS primæ, & LVGDVNENSIS ſecundæ: & prouinciæ Aqui-*
» *tanicæ, & prouinciæ nouempopulanæ (tertiæ regionis in Aquitania) & ex Narbonẽſi plebibus, &*

clericis

clericis Toloſſanis: & prouinciarum Britannicarum Epiſcopis: Hilarius, ſeruus Chriſti, in Deo & «
Domino noſtro æternam ſalutem. Gratulatus ſum, beatæ fidei veſtræ literis ſumptis, in Domino «
incontaminatos vos, & illæſos ab omni contagio deteſtandæ hæreſeos Arianæ, præſtitiſſe: voſque «
comparticipes exilij mei: in quod me Saturninus (Arelatenſis Epiſcopus) circumuento Impera- «
tore (Conſtantio, Arianis fauente) detruſerat: negatâ ipſi vſque hoc tempus, toto iam triennio cõ- «
munione: fide mihi, ac ſpiritu, cohærere. Hæc, ille. Vnde perſpicitur, religionem Chriſtianam valde iam in Gallijs, & Tranſrhenana Germania, dilatam fuiſſe. Inde poſterius ad Alemannos & Sueuos peruênit.

Euangelij propagatio in Gallijs, vſq; ad Rhenum.

Paulo interuallo poſt Randonis Moguntiacum factum, cùm Rex Vithicabius (VVitigbab) Vadomarij filius: adoleſcens quidem ſpecie molliculus, ſed animo fortis ſæpe contra Romanos, bellicos nationum ardores ſuccenderet: operam illi dabant impenſius, vt qualibet is cõcideret ſtrage. Sed cùm nulla ratione poſſet ſuperari, nec proditione capi fraude tandem interioris miniſtri, ſtudio Romanorum eum ſolicitante, confoſſus occubuit. Profugit ſceleratus interfector, pœnarum apud ſuos metu ad Romanum ſolum. Longè alius fuit priſci Romani Fabricij animus: nihil vtile, niſi honeſtum eſſet (teſte Cicerone) iudicantis. Cùm enim generoſus & potens Rex Epirotarum Pyrrhus, populo Romano bellum vltrò intuliſſet (ante Chriſtum 277. circiter) de Imperij gloria certans: cumque perfuga ab eo in caſtra Fabricij veniens ſe venenum ei (ſi præmium ſibi daretur) daturum, pollicitus eſſet: hunc Fabricius reducendum curauit ad Pyrrhum: idque factum eius, à Senatu laudatum eſt.

Vithicabij R. cædes.

Pyrrhus R.

Parabatur poſt hæc, lentioribus curis, & multiformibus copijs, in Alemannos expeditio: eaq; ſolitis grauior, publicâ tutela deſtinatius id poſcente. Nam gentis, ſubinde multicipitis hydræ modo reparabilis, motus timebantur. Alſo war für vnd für/ein ſchwerer Hatz vnnd Zorn/ zwiſchen beiden Völckern: vnd gedacht jedes das ander in Sack zuſtoſſen.

In Alemannos grauis expeditio.

Contractâ igitur vndique mole maxima cateruarum: armis & ſubſidijs rei cibariæ diligenter inſtructâ: Sebaſtiano Comite, cum Illyricis & Italicis numeris, quos regebat, accito: anni 372. tempore iam recente, Valentinianus cum Gratiano Rhenum tranſgreſſus eſt. Incedebat indiuiſis agminibus quadratis ipſe medius: Iouino & Seuero, Magiſtris rei caſtrenſis, altrinſecus (ἑκατέρωθεν) ordinum latera ſeruantibus: ne repentino inuaderentur aſſultu. Protinus inde ductantibus itinerum peritis: exploratis acceſſibus per regiones longè porrectas: ſenſim gradiens miles, irritatior ad pugnandum, velut iam repertis Alemannis, minaciter infrendebat. Quia verò per aliquot dies, qui reſiſteret, inueniebatur nemo: cuncta ſatorum & tectorum, quæ viſebantur, iniecto à cohortibus vorace igni, vaſtabantur. Poſtea lentius ad vlteriora tendens Princeps: ad locum vênit, cui nomen Solicinio eſt. Putatur Solms eſſe, ciuitas inter Moguntiam & Treuerim. Ibi, velut obice remorante, ſtetit: edoctus procurſantium relatione, hoſtes longè conſpectos. Hi, ſaluti deſperantes, niſi celeriter cum Romanis confligerent: locorũ gnari, vno eodemq; animo montem occupauêre præcelſum: confragoſis collibus vndique præruptum & inuium, præter ſeptentrionale latus: vbi facilis molliſq; decliuitas erat. Ibi ſignis illico fixis, ad arma vndiq; conclamabant. Stetit Romanus, vexillum opperiens extollendum: quod erat pugnæ opportunè ſubeundæ indicium. Neceſſitate igitur ſpacium deliberandi exiguum dante: hinc impatientia militis vrgente: illinc horrenda circumſonantibus Alemannis: arctoam montis partem (illam clementer procliuem) Sebaſtianus erat cum ſuis occupaturus; vt fugientes Germanos (ſi ſors ita tuliſſet) leui negotio exceptos confoderet. Sed non placuit hoc alijs. Valentinianus (Gratiano apud ſigna Iouianorum retrò relicto) centurias & manipulos, capite intecto conſalutans (nullo Procerum ad conſilium adhibito: remotâ multitudine Stipatorum) ſpeculatum radices montis auolauit cum paucis, induſtrijs & fidelibus: prædicans (vt erat arrogans ſui æſtimator) aliam viam inueniri poſſe, ad arduos cliues ducentem: præter illam, quam inſpexerant exploratores. Itaq; per ignota loca, paluſtreſq; vligines, deuius tendens: inſidiatricis inſultu manus, per abrupta locatæ, ſubitò periiſſet: niſi per labilem limum incitato equo elapſus, ſe ad legiones recepiſſet.

Solicinium.

Montis occupatio.

Periculo autem adeò temeritate ſua propinquus fuit: vt galeam eius Cubicularius ferens, auro lapillisque diſtinctam, cum ea penitus interierit: nuſquam poſtea repertus amplius.

Quiete refectis militum corporibus: ſignum, quod ad pugnam hortari ſolet, erectum eſt: tubarum minacium accendit clangor: fidentiſſimo impetu acies motæ ſunt. Præiuerunt duo lecti iuuenes: Saluius Scutarius, Lupicinus è Schola Gentilium (militum hoc nomine ex Schola diſplicinæ bellicæ) fragore terribili, criſpandis haſtis. Hi cùm ad obiecta rupium veniſſent: &, detruden-

tibus Alemannis, euadere ad celſiora conarentur: aduênit huc omne pondus armorum: hiſq; ante-ſignanis, per aſpera dumeta magno virium niſu, in editiera loca euaſit. Hîc iã, acerrima pugna: Romano bellicæ artis doctiore: Alemanno, animis ferociore. Ille huc, latius ſeſe pandente exercitu, circumfuſis vtrinq; cornibus, affligere: territum fremitu, tubis, & equorum hinnitu. Germanus nihilominus reſumptâ fiducia, reſiſtere. Æquatâ parumper prælij ſorte, haud parua mole certatum eſt. Tandem disiecti ceſſêre Alemanni, miſti vltimis primi: atq; inter diſcedendum, verutis & pilis hoſtilibus forabantur: ac ſequentibus pandebant ſuras & dorſa: Sebaſtianuſq;, poſt montes latens, elapſorum partem exceptam trucidauit: reliquis in ſyluarum latebras ſeſe abdentibus. Verùm ex Romanis quoq;, in hac dimicatione multi oppetiêre mortem, non cõtemnendi. Inter quos Valerianus fuit, omnium Domeſticorum primus: & natus ſpado quidam: tanta bellandi virtute præditus: vt veteri Sicinio & Sergio comparatus ſit: dignitate Scutarius.

Prælium inter Romanos & Alemannos.

Alemannorum clades.

Domeſtici, equites.

Domeſtici (δομέστικοι· ἱππικοί, auctore Suida) erant Romanorum equites. At etiam pedites. In domeſtico armorum ludo fuerant, educati ſicut Turcici Ianizari. Non erant ξένοι, ἢ μισθοφόροι, peregrini aut mercenarij milites, quos Lanßknecht *vocamus.* δομέστικοι *aliter (vt apud* Curopalaten *eſt)* ἄρχων τῶν τε ἀνατολικῶν καὶ δυτικῶν θεμάτων φροντισταί, ὡσαύτως καὶ τῶν ἐκεῖσε πραγμάτων ἐπιμεληταί. *Domeſtici erant Orientalium & Occidentalium thematum (prouinciarum & legionum) curatores: nec non publicorum ibi negotiorum exec utores.*

Sicinius Dentatus.

L. Sicinius Dentatus (teſte A. Gellio, vel Agellio, lib 2. cap. II.) vixit Sp. Tarpeio, A. Haterio, Coſſ. ante Chriſtum 452. Appellatus fuit ob ingentem fortitudinem, ACHILLES Romanus. Dicitur in hoſtem pugnaſſe centum & XX. prælijs: cicatricem auerſam nullam, aduerſas quinque & XL. tuliſſe. Coronis eſſe donatus (hæc erant præmia fortitudinis militaris apud Romanos) aureis octo, obſidionali vna, muralibus tribus, ciuicis XIIII. torquib. tribus & LXXX. armillis plus centum LX. haſtis duo de viginti. Phaleris item, quinquies viciesq;. Populi militaria dona habuit multa: in quibus, prouocatoria pleraque. Triumphauit cum Imperatoribus ſuis triumphos nouem. Eadem de ipſo apud Plinium lib. 17. ca: 26. reperiuntur: vbi & de M. Sergio.

Sergius Heros.

Sergius (cuius pronepos Catilina ille famoſus fuit) ſecundo ſtipendio dexteram manum perdidit: ſtipendijs duobus, ter & vicies vulneratus eſt. Ob id neutra manu, neutro pede, ſatis vtilis. Vno tantùm ſeruo, pluribus poſtea ſtipendijs debilis miles. Bis ab Annibale (qui Romanos grauiſſimè afflixit, ab anno ante Chriſtum 216. vſque ad 200.) captus: bis vinculorum eius profugus: viginti menſibus quotidie catenis aut compedibus, cuſtoditus. Siniſtra manu ſola quater pugnauit: duobus equis, inſidiente eo ſuffoſſis. Unkraut verdirbt nit. *Dexteram ſibi ferream fecit: eaq; religata præliatus, Cremonam obſidione exemit: Placentiam tutatus eſt: duodena caſtra hoſtium in Gallia cepit. Quot & quanta huic præmia debebãtur? Cæteri (inquit Plinius) hominum victores fuêre: Sergius vicit etiam fortunam. Scutarius, videtur Auguſti eſſe ἀσπιδοφόρος, ſcutigerulus. ὁ σκουτέριος (inquit Curopalates) βαστάζει τὸ φλάμουλον, καὶ τοῦ βασιλέως σκουτάριον: Scutarius gerit fortè diuum velum, ſeu vexillum, & Imperatoris ſcutum. Cæterùm, his tali caſuum diuerſitate in Alemannos peractis: milites ad hyberna, Imperatores Treuiros, reuerterunt.*

Scutarius.

ORÆ RHENANÆ ET NICRI, PER VALENTINIANVM COMMVnitio. Ladenburg, & Burgundiones. Irritus illius conatus, munitionis in monte Piri extandæ. Multorum Romanorum per excurrentes Alemannos cædes. Etiam Saxones, Romanis formidabiles. Burgundiones, fruſtrà à Valẽtiniano in Alemannos excitati. Alemanni aliquot à Theodoſio intercepti. Biſſula, Auſonij Sueua chara. Vadomarius Sueuus, contra Perſas. Valentiniani contra Macrianum Alemannum inſidiæ, & Hortarij exitium. Commotio Quadorum ac Marcomannorum.

CAPVT III.

Rhenanæ oræ munitio.

QVoniam Valentinianus ita infeſtos & acerbos vicinos habebat, Germanos & Sueuos: magna concepit animo, & vtilia Imperio Rom. Nam circa 373. Domini annum, Rhenum omnem à Rhætiarum exordio, ad Oceanum vſq;, magnis molibus communire aggreſſus eſt: caſtra extollens altius: caſtella turreſq; ponens aſſiduas locis opportunis: quà Galliarum extenditur lõgitudo: nonnunquam etiam vltra flumen ædificans: ne latêre vſquam hoſtis, ad Romana populanda ſe perripiens, poſſet. Cumq; exiſtimaret, munimentum celſum & tutum, quod ipſe ab initio fundauerat, à fluuio Nicro præterlabente, paulatim vndarum pulſu immani ſuberti poſſe: meatum ipſum aliorſum auertere cogitauit. Peritis igitur rei aquariæ artificibus quæſitis: copioſaq; militis adhibita manu: in alueo moles è robore compaginauit. Quæ etſi vi fluctuum erectorum auulſæ auferebantur: obtinuit tamen Imperatoris cura vehementior: & morigeri militis (quanquã interdũ mento tenus inter operandum demerſi) labor: vt præſidiaria caſtra, ibi valida & immota ſtarent.

Et Nicrana ripa.

Inter

Inter hæc caſtella, Ladenburg ad Nicrum conditum exiſtimatur, quaſi Valentiniani Burgium. Crebra autem per limites conſtituta habitacula, Burgos *vulgò ait vocari P. Diaconus lib. 12. qui Burgundiones quoq; quòd in talibus munitionibus conſtituti fuerint ex ea voce nomen haber eſentit. Eſto. Valentin. autem, vt facilius conata ſua in Alemannos perficeret: trans Rhenum in monte Piri munimentum extruendum exiſtimauit raptim. Montem hunc Heroldus habet pro ciuitate Spira: vbi iam S. Guidonis fanum extet: de Stat. Legionum in vet. Germ. cap. 19. Monitus ea de re Dux Arator: vt, dum vndiq; ſilentium eſſet, arriperet occaſionem: tranſijt cum Syagrio (tunc Notario, poſtea Præfecto & conſule) ac fundamento ponere exorſus per milites ſucceſſorem habuit Hermogenem.*

Ladenburg.

Mons Piri.

Venientes autem eodem puncto quidam Optimates Alemanni (quorum liberos Imperator, lege fœderis, manſuræq; diutius pacis, haud aſpernanda pignora, tenebat) flexis poplitibus ſupplicabãt: ne Romani pactis, calcatis rẽ adorirentur indignã. Verũ, cùm nec audirentur: nec aliquid mite referri ſentirent: filiorum flentes exitium, diſceſſerunt. Quibus digreſſis: ex abdito collis Alemannicus proſilijt globus: qui expectauerat danda Optimatibus reſponſa. Hi agreſſi militem ſeminu dum, qui humum etiam tum geſtabat, expediti agiliter gladijs obtruncabant. Inter quos etiam duo Duces, cæſi ſunt. Euaſit deletis cæteris omnibus, Syagrius ſolus: qui ad comitatũ reuerſus, ab irato Principe exutus ſacramento, quòd ſolus effugiſſet, abijt ad lares.

Alemannorum inſcitia.

Huiuſmodi excurſionum rabie ſæua per Gallias, ab Alemannis multi abſumebantur: celebres vias obſeruantibus: & indubitantes, quicquid incideret, tollentibus. Ac præter complureis alios, talibus inſidijs abſumptos, Conſtantianus, Tribunus ſtabuli (Mareſcalcus) impetu clandeſtino exceptus eſt, moxq; interfectus: Valentiniani affinis, & Iuſtinæ Auguſto germanus. Quam ob cauſam, præ cæteris Saxones etiam timebantur, vt repentini: quorum aduentus inopini, non facilè à Romanis caueri poterant. Sic anno ſequenti, Oceani difficultatibus permeatis, in Rom. fines irrumpebant. Cum eis factæ ſunt, perterritis Romano robore, induciæ: qui ex cognitione multos dederunt Romanis aptos ad malitiam iuuenes. Reliqui, diſcedere permiſſi: ſed mox per inſidias ad vnum interfecti. Hæc erat tunc Romanorum fides.

Tribunus ſtabuli. Mareſcalcus.

Saxones, Romanis formidabiles.

Cæterùm, quales fuerint illis temporibus, in re nauali, Saxones; è Sidonij Apollinaris (qui circa 460. Chriſti vixit) lib. 7. Epiſt. 6. ad fortunalem, liquet.

In Saxonum, inquit, pandis myoparonibus, quod Remiges videris: totidem te cernere putes Archipiratas. Ita ſimul omnes imperant, parent docent, diſcunt, latrocinari. Hoſtis eſt omni hoſte truculentior. Improuiſus aggreditur, prouiſus elabitur: ſpernit obiectos, ſternit incautos. Si ſequatur, intercipit: ſi fugiat, euadit. Exercent illum naufragia, non terrent. Eſt eis quædam cum diſcriminibus pelagi, non notitia ſolùm, ſed familiaritas &, quæ ſequuntur. Non erat amplius tunc in Germania, illa ſimplicitas & ruditas: quæ antiquiſſimis temporibus fuerat. Didicerant iam à Romanis, & antiquis fratribus Gallis, bellãdi artem, mores, & alia. Sed religione pagani erant.

Saxonum exercitia nautica.

Germanorum peritia & religio.

Anno 374. Valentinianus anxius à Germanis, multa commentabatur: quomodo Alemannorum, & Regis Macriani, vim frangeret: ſine modo rem Romanam confundentium. Immanis enim natio (inquit Ammianus) licet inde ab incunabilis varietate caſuum imminuta eſſet: ita ſæpius adoleſcebat, vt fuiſſe longis ſeculis exiſtimari poſſet intacta. Tandem Burgũdios (circa Heidelbergam tunc habitantes) bellicoſam & numeroſam gentem finitimis omnibus metuendam, excitauit, per literas ad ipſorum Reges: vt certo tempore Alemannis ſuperuenirent: in quos & ſe, agminibus Rhenum traductis, irrupturum pollicebatur.

Burgundij.

Gratanter acceptæ ſunt à Burgundijs literæ: primùm, quòd ſe iam inde à temporibus priſcis, Romanam ſobolem dicerent: deinde, quòd ſalinarum finiumq; cauſa ſæpè cùm Alemannis iurgarentur. Quid ſi inter has ſalinas, fuit etiam hodierna Sueuicæ Halæ ſalina?

Hala Sueuica.

Cateruas proinde miſerunt lectiſſimas. Quæ, antequam Romanus miles in vnum congregatus eſſet: adusque ripas Rheni progreſſæ (Imperatore ad extruenda munimenta diſtricto. Adeo formidabat Germanos) terrori fuerunt ipſis Romanis vel maximo: cùm eſſent 80. millium.

Igitur pauliſper morati: cùm neq; Valentinianus, vt ſpoponderat, ad diem veniret: nec promiſſorum appareret quicquam: ad Comitatum miſêre Legatos: per quos poſcebant: adminicula ſibi dari, redituris ad ſua: ne nuda hoſtibus exponerent terga. Quod vbi per ambages negari ſibi, moraſq; necti, ſentirent: exinde diſceſſerunt irati. Quo comperto: Reges ipſorum, vt ludibrio habiti, captiuos omnes interfecerunt: patriamq; quiſq; ſuam repetiuerunt.

Theodoſius (tunc Magiſter equitum, poſt hæc Imperator) Alemannos, Burgundiorũ metu

Theodoſius.

per Rhætias diſperſos,aggreſſus hac impendio tempeſtiua occaſione,multos cecidit. Quoſcunque verò cepit: in Italiam iuſſu Principis miſit: vbi fertilibus acceptis agris,tributarij. Padum circumcolere iuſſi ſunt.

Auſonius Poëta. Biſſula.

Viuens his temporibus Poëta Auſonius Burdigalenſis, conſularis vir, Sueuicam puellam, nomine Biſſulam,alens,de ea his & alijs verſibus luſit.

Biſſula, trans gelidum ſtirpe & lare proſata Rhenum:
Conſcia naſcentis Biſſula Danubij:
Capta manu,ſed miſſa manu,dominatur in eius
Delicijs:cuius bellica præda fuit.
Matre carens, nutricis egens,neſciuit herai
Imperium Dominæ:vult domina eſſe manu:
Fortunæ ac patriæ quæ nulla opprobria ſenſit:
Illico inexperto libera ſeruitio.
Sic Latijs mutata bonis,Germana maneret
Vt facies, oculos cærula,flaua comas,
Ambiguam modò lingua facit, modò forma puellã.
Nec Rheno genitam prædicat,hæc Latio.

De eadem, Choriambicum.

Delicium,blanditiæ,ludus,amor, voluptas:
Barbara,ſed quæ Latias vincis alumna pupas.
Biſſula nomen teneræ ruſticulum puellæ:
Horridulum non ſolitis,ſed Domino venuſtum.

Ad Pictorem.

Puniceas confunde roſas, & lilia miſce:
Quique erit ex illis color aëris,ipſe ſit oris.

Contra Perſas, Vadomarius Alemannus.

Anno 375. Sapori, Regi Perſarum contra Romanos exercitum mittenti,oppoſiti ſunt Traianus Comes,& Vadomarius ex Rege Alemannorum: id eſt, qui tempore Iuliani, Rex fuerat huius populi: ſed ab illo interceptus, in Hiſpanias amandatus erat (vt ſuprà didicimus) Iuliano autem mortuo,vtiles operas contra Perſas Romanus præſtitit. Ipſe enim & collega Traianus rapidos Perſarum procurſus acriter,licet inuiti,exceperunt. Conſultò enim retrocedentes: nè ferro quenquam primi violarent: & rei iudicarentur fœderis,quod cum Perſis erat, diſciſſi: vltima neceſſitate trudente,congreſſi ſunt: multisq́ confoſſis, diſceſſere victores.

Valentiniani in Macrianum inſidiæ.

Anno 377. inter multiplices curas,id vnicè Valentinianus agitabat: quomodo Alemannũ Regem Macrianum (Maierhan) inter crebras ſucceſſionum mutationes auctum: iamq́ adultis viribus exurgentem: aut vi, aut inſidijs,opprimeret. Cognito itaq́ transfugarum indicijs: vbi,nihil mali expectans,comprehendi poſſet: occultè,quam maximè potuit,Rhenum iunxit nauib. Præ-

Matthiacæ aquæ.

ceſſit contra Mattiacas aquas (Marpurgum Haſſiæ putatur: aut potius VViſebadum calidarũ aquarum) Peditum Dux Seuerus. Hic,paucitate militum ſuorum perpenſa,territus ſtetit: ne fortè hoſtium multitudine obrueretur. Cumq́ quidam,venalia ducentes mancipia,in eum incidiſſent: cunctos mercibus direptis,occidit: ne celeri excurſu aduentum Romanorum proderent. Exercitu Principis cõſecuto: parumper tenebris nocturnis detenti: exiliente luna,procincti pergebant. Potuiſſet Macrianus repentino aduentu opprimi: ſi Auguſtus,qui aſſiduè vetabat rapinas & incendia,hoc à petulantia militum obtinere potuiſſet. Verùm ignis crepitu,diſſonisq́ clamoribus, exciti ſatellites Alemanni: ſuſpicati,id quod erat hoſtes Romanos adeſſe: carpento veloci Regem imponunt: collibus anguſto circumfractis aditu abdunt. Sic Auguſtus gloria defraudatus intemperiis militum: ad quinquageſimum quidem vſq́ lapidem,terras hoſtiles igne vaſtauit: mœſtus tamen rediit Treuiros: morſus vacuos,ceu amiſſo ceruo leo, dentibus concrepans. Tunc in Macriani locũ (quemadmodum poſterioribus ſeculis,Papa Romanus ſæpe alium Regem reiecto priore Germanis intruſit) Bucinobantibus (gens erat Alemanna) alium Regem ordinauit,nempe Fraomarium (Freimaier) certè,vt bello ciuili Alemanniam peſſundaret. Attamen,quoniam recenti excurſu

Bucinobantes.

Fraomarius.

deuaſtatus erat is pagus,ſeu tractus: eundem Fraomarium in Britanniam tranſtulit: ac Tribunũ præfecit numero Alemannorum: multitudine viribusq́ illa tempeſtate florenti. Bitheridum dein,

Hortarij interitus.

& Hortarium eiuſdem nationis Primates,militibus item præpoſuit. Verùm Hortarius,à Florẽtio Magontiaci Duce proditus: tanquam quædam ad Macrianum,aliosque Alemannorum Optimates

mates

mates ſcripſiſſet: tormentis ſubiectus eſt: ac veritate expreſſa, pœnali flamma conflagrauit.

Quadorum et Marcomannorũ quoq́ (gentium quondam Sueuicarum) motus contra Romanos, hoc tempore fuit, nec ſine iuſta cauſa. Valentinianus enim, ſtudio muniendorum limitum nimio flagrans: trans flumen Hiſtrum in ipſis Quadorum terris (quaſi Romano iuri iam vindicatis) ædificari præſidiaria caſtra mandauerat. Id accolæ indignè ferebant: ſed interim legatione duntaxat arcebant. Nihilominus poſtea Marcellianus, qui Valeriæ (Styriæ, aut Croatiæ) præfectus erat, ad locum profectus, ædificationem vrſit. Gabinium deinde Regem, modeſtè poſcentem, ne quid nouaretur, humanitate ſimulata, tanquam aſſenſurus, ad conuiuium cum alijs corrogauit: ſed digredientem poſt epulas hoſpitales, officij ſanctitate nefariè violata, trucidandum ſecurum curauit. Qua fama mox diſſeminata: Quadi, circumſitæq́ gentes, efferati: Danubiũ, Percha Duce transgreſſi ſunt: & agreſtem plebem meſſe occupatam, nihil hoſtile expectantem, conciderunt: domumq́ magna cum præda, varij præſertim pecoris, reuerterunt. Parum quoq́ abfuit, quin Conſtantij filiã Poſthumam cepiſſent, cibum in Piſtrenſi villa capientem: cùm Gratiano duceretur nuptura. Sed carpento impoſita, Sirmium (viceſimoſexto lapide diſparatum) curſu auecta fuit effuſo. Latius poſt hæc cum Sarmatis Quadi ſe pandentes, prædando, cædendo, vrendo, frequenter ſæuierunt, longè incurrentes: donec à Theodoſio iuniore (Myſiæ tunc Duce, poſtea Imperij Principe) primæ lanuginis iuuene, repreſſi ſunt, pacemq́ petierunt.

Quadi & Marcomanni, contra Romanos.

MVNIMENTVM VALENTINIANI, ROBVR, ADVERSVS ALEMANnos, vbi hodie Baſilea eſt. Pax inter Valentinianum & Macrianum. Mors vtriusq;. S. Aurelius Armenius.

CAPVT IIII.

GRATIANO & Equitio Coſſ. *(qui eſt annus Chriſti, Funccio 378. alijs verò 374.) Valentinianus, vaſtatis aliquot Alemanniæ pagis, munimentum ædificabat contra Alemannos prope Baſileam quod appellabant accolæ, Robur.*

Robur, munimentum.

Exiſtimat Baſilienſis Academiæ profeſſor Mathematicus, Chriſtianus Vrſtiſius, in Hiſtoria ſua Baſilienſi: hanc, ab Ammiano factam, eſſe primam Baſileæ mentionem, apud probatos Auctores. Rauricorum autem Auguſta adhuc florente: eo loco, vbi nunc Baſilea eſt, paſſagium vel traiectum fuiſſe: rerum in Germanicum ſolum, vel contrà tranſuehendarum, propter loci commoditatem: Rheno, vnicum ibi (alibi in plures diuiſo) alueum habente, nec altis crepidinibus, aut ſcopulis, ſed leni fluxu, decurrente. Nondum tunc vrbem fuiſſe: ſed tantùm habitacula nauiculariorum, propter commercia: donec paulatim ædificijs aucta fuerit: ac tandem etiam muro circundata. Dictam eſſe à Paſſagio, quaſi Paſſileam. Munimentum Robur, fortaſſe pro Burgo nominatum eſſe: ibiq́ fuiſſe, vbi Cathedralis hodie ſit Eccleſia: cuius area vocetur, Auffburg.

Baſilea ciuitatis mentio.

Formidabatur hoc tempore Alemannus Macrianus (quippe atrociter fugatus ab Romanis, & impacatus relictus) ne ipſa etiam Gallicarum vrbium mœnia tentaturus eſſet. ideo blandius appellatus fuit (ſic rei Romanæ conducere videbatur) & Mogontiacum verſus, ad tractandum de compoſitione, accitus. Venit ad diem autumni tempore conſtitutum, magno animo: ad marginemq́ Rheni caput altius erigens, ſtetit: hinc inde ſcutorum gentilium ſonitu intonante. Contrà Auguſtus, conſcenſis amnicis lembis ſeptus & ipſe multitudine caſtrenſium ordinum, ad ripas acceſſit, ſignorum fulgentium nitore conſpicuus. Murmure geſtibusq́ Alemannicis ſedatis: dictis auditisq́ vtrinq́ ſententijs: pax, interueniente ſacramenti fide, conſtituta eſt: quam & conſtanter hic Rex ſeruauit documento pulchrorum facinorum dato. Fœdere hoc peracto: Treuiros Imperator ad hyberna diſceſſit. Macrianus poſtea, dum Franciam auidius peruaſtat: bellicoſi Regis Mellobaudis inſidijs circumuentus, perijt.

Pax inter Macrianum & Valentinianum.

Anno 379. 15. Calend. Decemb. Valentinianus: cùm, exacta Treuiris hyeme, Bregetione (Vngariæ oppido Grana, aut Poſonij) contra Quados eſſet: audiuit eorum legationem: quæ, geſta quædam contra Romanos inciuiliter, ſuppliciter deprecabatur. nihil ex communi ſententia procerum gentis ſed per eximios quoſdam latrones, factum dicens. Ibi ipſe ſubitâ ira incenſus, tanquã friuolè excuſantibus, in morbum incidit: quo areſcentibus venis cùm ne gutta quidem ſanguinis elici poſſet: ſuperatus malo, liuentibus maculis interfuſus, animam diu luctatam efflauit: ætatis anno quinquageſimo, & quinto. Præceſſit obitum eius, crinitæ ſtellæ ardor: & apud Sirmium repentino fragore nubium excuſſum fulmen: quod palatij, curiæ, & fori partem, incenderat. Conclamatis Imperatoris ſupremis (luctu decenti facto) corpus ad ſepulturam conditum, Conſtantinopolin miſſum eſt: & inter Diuorum reliquias humatum.

Valentiniani mors.

S Dionyſius. S. Aurelius Armenius.

Eodem anno S. Dionyſius, Mediolanenſis Epiſcopus, mortuus eſt 8. Calend. Iunias: cuius fuit amicus, S. Aurelius Armenius: ad cuius honorem, poſtea 830. Chriſti, Monaſterium VVirtembergiæ Hirſaugienſe conditum eſt.

VALENTINIANVS II. IMP. VXORES EIVS, DVÆ SIMVL. LENTIenſes Alemanni, à Gratiani exercitu ad Argentariam conciſi. Argentaria, Colmaria, Harburgum. Georgius, VVirtembergicus Comes. Lentienſium deditio. Lupodunum, Lupf. Comites Lentzburgenſes. Valentis Imp. interitus. Vandali, Longobardi, Hunni, Gotthi. Doctores Eccleſiæ.

CAPVT V.

Valentinianus II. Imp.

Murocincta.

Somnium.

Iuſtina virgo. Seuera.

VIVEBANT 380. adhuc Impp. Valens & Gratianus: quibus adiunctus eſt LII. Imp. Caſ. FL. VALENTINIANVS iunior, P. F. Aug. qui in annum VIII. cum fratre Gratiano imperauit, in Occidente. Erat hic tunc quadrimulus, cum matre viuens in villa, nomine Murocincta (Auſtriæ oppidum Sumerein putatur) centeſimo lapide à Caſtris diſparatâ. Natus erat ex Iuſtina, ſecunda Valentiniani vxore: quam, iubente priore coniuge Seuera, ille (quemadmodum Diaconus perhibet) hoc modo duxerat. Iuſtinæ pater Iuſtus, Piceni (Marchiæ Anconitanæ) Iudex Conſtantij temporibus, ſomniauit: ſibi purpuram Imperialem ex dextero femore natam eſſe. Quæ viſio à multis recitata, cùm etiam ad aures Conſtantij perueniſſet: ille metuens, Imperatorem ex eo naſciturum, mittens occidit Iuſtum. Cuius filia, nomine Iuſtina, inſecuto tempore veniens in notitiam Seueræ, amabatur ab ea: ita, vt etiam balneis cum ipſa vteretur. Seuera, virginis pulchritudine & moribus delectata: eam dixit ita ſpecioſam eſſe: vt vxorem Imperatoris eſſe deceret. Valentianus, vt illam ducere poſſet (Seuerâ nihilominus retenta: ex qua Gratianus erat) legem promulgauit: vt liceret cuiuis duas habere vxores. Sic populoſiores forent gentes. Hac ratione, ipſe Iuſtinæ coniunctus eſt. Ea ſtuduit Arianis.

Thraciarum vaſtatio Gotthica.

Lentienſium motus contra Romanos.

Anno 381. cùm Thraciarum ſæua fieret per Gotthos deuaſtatio: autumno in hyemem vergente: eaq; res in Occidentem percrebuiſſet: Lentienſis Alemannicus populus (poſtea, die Lintzgöwer*) tractibus Rhætiarum confinis: per fallaces diſcurſus (vt Ammianus de eis loquitur) violato dudum concepto fœdere, Romana collimitia tentabat. Oderant quippe Romanos, ob acceptam ab eis contumeliam & clades: & ex ea natione, quidam inter Augusti armigeros militans: poſcente negotio, in patriam reuerſus: interrogatus, quid ageretur in Palatio: docuit, accerſitu patrui Valentis, Gratianum mox Orientem verſus, auxilio ſigna moturum. Qua occaſione Lentienſes auidè arrepta ſe contra Romanos commouerunt. Viciſſim Celtæ & Petulantes, hoc cernentes: vt erant veloces & rapidi: conſertis prædatorijs globis, Rhenum gelu peruium & pruinis, Februario menſe inſecuti anni tranſeuntes: Alemannos, non ſine ſui iactura, afflictos grauiter auerterunt.*

Germanorum item.

Noſcentes verò Germani, exercitus pleranq; partem Imperatoris ſequendi causâ, in Illyricum diſceſſiſſe, exarſêre flagrantius. Nam pagorum omnium incolis in vnum collectis: cum quadraginta armatorum millibus, in ditionem Romanam irruperunt. Ait Ammianus, à quibusdam poſita eſſe ſeptuaginta millia laudes extollentibus Principis. Ergo ſuæ laudis gratiâ, Romani interdum maiores Germanis exercitus, maioresq; clades illatas, quàm reuera fuerunt, affinxerunt: ſua verò detrimenta reticuerunt, aut extenuarunt.

His rebus Gratianus, magna cum formidine compertis: reuocauit copias, quas præmiſerat in Pannonias: aliasq;, quas in Gallijs habebat, conuocauit. His præfecit Duces: Nannienum virtutis ſobriæ Ducem: Mallobaudem pari poteſtate collegam: nec non Francorum Regem (vt Germani eſſent contra Germanos) virum bellicoſum & fortem. Cunctator erat Nannienus, vt prudens verſabilis fortunæ æſtimator: Mallobaudes contrà, moræ impatiens, pugnandi cupiditate raptabatur.

Prælium inter Rom. & Lentienſes.

Victores Romani.

Primo apud Argentariam, ſigno à cornicibus dato, acerrimè concurſum eſt: ſagittarum verutorumq; miſſilium nimbo, hinc indeq; crebris pugnatoribus ſtratis. Verùm in ipſo prælij ardore, tanta hoſtium multitudine apparente: Romani vitantes aperta pericula: per calles anguſtas, & arboribus conſitas, vt quiſq; potuit, diſperſi: paulò pòſt ſtetêre fidentius: procul notore fulgentes armorum: Alemannis metum, tanquam Imperatoris aduenientis, iniecerunt. Qui repentè verſi in terga, interdumq; reſiſtentes: ne quid vltimæ rationis omitterent: ita tamen cæſi ſunt: vt ex prædicto numero, non plus quinq; millia exiſtimarentur euaſiſſe, denſitate nemorum tecti: inter complures alios fortes, Rege quoq; Priario interfecto.

Erat

Erat Argentaria, vel Argentuaria, prope quam hoc prælium factum eſt, illo tempore in Alſatia caſtrum, vel munitio, Romanorum. Poſtea, temporibus Valentiniani tertij, ruente Imperio Romano, vaſtata eſt ab Attila: deinde, ab Alemannis vel Sueuis: Alſatiam, & Heluetiæ bonam partem, occupantibus. Exiſtimatur, ex Argentariæ ruinis, oppidum Colmaria extitiſſe: ſicut Seleſtadium, ex Elcebo: & Baſilea (licet iam antè aliquid fuerit) poſt Auguſtam Rauricorum, inde creuerit. *Argentaria, Caſtrum.*

Hodie eſt villa parua, vbi olim Argentaria ſtetit, & vocatur Horburg / *vel* Harburg *(quaſi* Argburg / *inquit B. Rhenanus) iuxta Colmariam (teſte etiam Stumpfio lib. 3. cap. 48.) ac comitatus hodie VVirtembergenſium Procerum eſt, nomine* Harburg. *In eo vico Comes VVirtembergenſis Georgius, Richenvviræ Dominus, pulchram arcem ædificauit: vbi eſt hæc B. Rhenani inſcriptio.* *Horburg. VVirtemberg. Comes, Georgius.*

IN RVINIS VETERIS ARGENTVARIÆ, AB ALEMANNIS, IN HANC PROVINCIAM IRRVMPENTIBVS, FVNDITVS EVERSÆ (HARBVRGVM IPSI DICTITABANT) QVAM GRATIANI AVGVSTI VICTORIA, CÆSIS HAVD PROCVL HINC XXV. ALEMANNORVM LENTIENSIVM MILLIBVS, ANNO A CHRISTO NATO CCCLXXX, VT D. HIERONYMVS AVTOR EST, CELEBRIOREM REDDIDERAT CIVITATEM: ANTONINO CÆSARI. PTOLOMÆO, MARCELLINO, ALIISQVE, COMMORATAM: IN EIVS RVINIS CLARISS. PRINCEPS GEORGIVS, COMES A VVIRTEMBERGA, &c. HOC ÆDIFICIVM EXTRVI FECIT, ANNO SALVTIS M. D. XXXXIII. SANEQVAM MVLTIS ROMANÆ VETVSTATIS MONVMENTIS, DVM FVNDAMENTA LOCANTVR, REPERTIS ERVTISQVE.

Loca Auctorum, quorum hîc præter Ammianum Rhenanus meminit. In Æthici (qui ante Hieronymum Presbyterum ſcripſit) Coſmographia, Argentaria inter famoſa Occidentis oppida (ſicut & Argentoratum) ponitur. In libello prouinciarum & ciuitatum Galliæ, inter ciuitates prouinciæ Lugdunenſis V. Sequanorum, caſtrum Argentarienſe & Rauricenſe memoratur. In itinerario Antonij Auguſti (certè non Antonini, nec Pij, nec Philoſophi: quia temporé horum, nondum erat nomen Conſtantinopolis: quod tamen in hoc Itinerario extat) legitur, A Mediolano per Alpes Penninas, Argantouaria M. P. XII. 18. *Auguſta Rauracûm M. P. XXIII. In Hieronymi Presbyt Chronico: Alemannorum circiter triginta millia, apud Argentarium oppidum Galliarum, exercitu Gratiani ſtrata.* 380. *Aethicus. Hieronymus Presbyter.*

In Ptolomai κελτογαλατίας βελγικῆς, *vbi* Γερμανία ἡ ἄνω, *numeratur* ἀργεντόρατον, ῥαυρικῶν αὐγοῦστα, ἀργεντουαρία.

Verùm, vt ad Gratianum redeamus: ipſe lætus hoc ſucceſſu, latenter Rhenum tranſijt: de vniuerſa Lentienſium gente, quaſi turbarum auida, delenda cogitans. Hi, vbi hoc crebris nuntijs cognouerunt: ærumnis populi ſui, ad internicionem penè deleti, & repentino Principis aduentu, conſilij inopes: impetu celeri, abruptas & inuias petiuêre cautes. His inſiſtentes, pro rebus charitatibusq́ ſuis, quas ſecum duxerant, omni virium robore propugnabant. Ibi à Romanis per ſingulas legiones lecti ſunt quingenti præſtantiſſimi milites: qui tantò maiore animorũ fiduciâ, quòd inter Anteſignanos conſpiciebatur: tanquam venaticas prædas, ſi editiora ſuperaſſent, confeſtim rapturi. Durauit acerrimus conflictus, à tempore in meridiem vergente, ad nocturnas vſq; tenebras: cadentibus èx parte Romanorum non paucis. Simul arma Imperatorij comitatus, auro clarisq́ coloribus micantia, iaculatione ponderum denſa confringebantur. Tum Gratianus cum optimatibus, pernicioſum exiſtimans, et irritum: contra aſperitatẽ prominentiũ aggerũ intempeſtiuâ contendere pertinacia: optimũ factu duxit, circumuallari otioſo milite Barbaros, inediaq́ defatigari. *Lentienſium perſecutio.*

At ſimili obſtinatione renitentes Germani, regionum periti, alios prioribus altiores inſederunt mõtes. Inſequi Imperator cũ exercitu: & pari modo, ad ardua quæritare aſcenſum. Lentienſes præſenti diſcrimine territi, ſupplici prece deditionem impetrarunt: validamq́ iuuentutem, Romanorũ tyrocinijs permiſcendam, vt conuenerat, obtulerunt. Ita genitales terras innoxij ire permiſſi ſunt. *Eis pax à Gratiano data.*

Imperator rebus Galliarum compoſitis: & Scutario proditore, qui feſtinare ipſum ad Illyrium Alemannis indicarat, punito: èxinde digreſſus per caſtra, quibus Felicis arboris (Arbonæ, inter Brigantium & Conſtantiam) nomen eſt: oppreſſæ parti opitulari, contentis itineribus in Thraciam verſus pergebat.

De cladibus ſub Valentiniano & Gratiano Alemannicis, Danubius ad Nilum ſic apud Auſonium dicit. *Auſonij Verſus.*

Nuntius Euxino iam nunc volo currere ponto:
Vt ſciat hoc ſuperum cura ſecunda Valens;

Cæde, fuga, flammis, ſtratos perijſſe Sueuos:
Nec Rhenum Gallis, limitis eſſe loco.

Intellige: ſed iam Nicrum. Inquit enim in Idyllio Moſellæ:

Hoſtibus exectis Nicrum ſuper, & Lupodunum.

Lupodunum, Lupf.

Nicrum *enim, legendum eſt, non Nigrum (teſte Rhenano) & Lupodunum, arx eſt, quæ Lupf appellatur: munimentum ſine dubio quondam Romanorum contra Alemannos. Inde nomen fuit ortum Comitum generoſorum de Lupf.*

Lentzburg. Comites.

Ex Alemannis Lentienſibus (auctore Stumpfio lib. 7. cap. 37.) orti fuerunt vetuſti Comites illuſtres, in Heluetica Aërgæa, de Lentzburg *dicti. Eſt hic locus, oppidum, & præclara etiam num arx, prope amnem Arolam.*

Anno Chriſti 890. videbat N. Comes Lentzburgicus: cuius vxor erat Henna, comitis Adelrichi Curienſis filia. Ex his, Adelbertus, anno 920. Hinc, Vlricus. Inde Arnoldus 972.

Anno 1036. Vlricus, prædiues: cuius vxor, Richenſa, comes Habſpurgia, Rapotonis filia: quæ poſtea nupſit VVernero Comiti Badenſi.

Anno 1070. Vlricus Lentzburgicus viuebat.

Valentis Imp. interitus.

Debellatis ita, vt dictum eſt, Lentienſibus: Imp. Valens è Syira veniens, die 9. Aug. einſdem 382. anni, à Gotthis (qui Germanis accenſentur: & cum eis tunc manus Alemannorum erat) in Thracia iampridem, propter iniurias ſibi à Romanis Præfectis factas, tumultuantibus, eos cohibere volens, magno prælio victus, vulneratus, & in caſa agreſti (ignorantibus eum ibi eſſe hoſtibus) combuſtus eſt: nec ei ſepultura contigit. Occubuerunt multi illuſtres viri: præſertim, qui ex Occidente à Gratiano præmiſſi fuerant, Traianus, & Sebaſtianus, & Equitius.

Erat Valens tunc quinquageſimo anno contiguus. Accedit ei hoc exitium: cùm ardens gloriæ cupiditate noluiſſet ipſius Gratiani aduentum expectare: ne ſocium victoriæ haberet. Hoſtes deinde, fruſtrà Adrianopolin & Conſtantinopolin obſederunt.

Gotthi duorum generum.

Fuerant Gotthis infeſti Hunni, gens maximè Barbara: ac Gotthi illi, qui in ſuis ſedibus remanſerant, vocati ſunt Oſtrogotthi, id eſt, Orientales Gotthi. Qui verò occiduas partes petierant: & ab alteris diſſidentes, Romanorum opem petierant: appellati fuerunt Viſegotthi, ſeu Virtungi, id eſt, Occidentales Gotthi, Weſtgotthen. *Ex his, alij nominati Grutungi: alij, Teruingi, ſeu Turingi.*

Gregorius Nazianzenus. Epiphanius. S. Ambroſius. S. Hieronymus. S. Auguſtinus.

Iiſdem temporibus magni Theologi florebant: Gregorius Nazianzenus, Gregorius Nyſſenus, Epiphanius Salaminis Cypri, Amphilochius Iconij. Ambroſius Mediolani, Martinus Turonorum, Epiſcopi. Sed & apud Bethlehem, Hieronymus: apud Hipponem, Numidiæ ciuitatem, Auguſtinus. Hos P. Diaconus, vitutibus & doctrina vbique lampadaſſe & radiaſſe (his verbis vtitur) ait.

Romani Imperij inclinatio.

Initium profectò tunc introducebatur inclinationis Romani in Occidente Imperij: pluribus ſe barbaris à Septentrione commouentibus. Vt, quòd Vandali ad ripas Rheni conſederunt, Burgundiones dicti: quòd Longobardi, qui ex inſula Scandia venerant, Vandalos expulerunt: quòd Hunni fugarunt Gotthos: quòd Gotthi (nempe Viſegotthi) Thracias inundarunt: quibus cùm ſedes à Valente promiſſæ ibi eſſent: offenſi fuerunt importunitate Præfectorum ijs locis. Vnde illud Valenti exitioſum bellum extitit: cuius tyrannidem in orthodoxos, Deus hoc modo vltus eſt.

FL. THEODOSIVS MAGNVS, IMP. VXORES EIVS, PLACILLA ET Galla. Alemannorum, Sueuorum, aliorum Germanorum, Gotthorum, tunc ſtatus. Secundum concilium vniuerſale. Maximus, & Arbogaſtes, & Eugenius, Tyranni. Vndecim millia virginum. Gratiani, & Valentiniani iunioris, interitus. Prædictorum Tyrannorum oppreſſio. Idolorum euerſio per Theodoſium. Doctrinæ & Chriſtianiſmi apud Germ[illegible] pullulatio. Epiſcopus Mediolanenſis Ambroſius. Siricius Papa. Albanus & Theomneſtus. Genealogia Theodoſij.

CAPVT VI.

Imp. Orient. Theodoſius Magnus.

ANNO *Domini 383. Gratiano Occidentale imperium regente: orientis curationem ſuſcepit* LIII. *Imp. Caſ.* FLAVIVS THEODOSIVS, *P. F. Aug. creatus 17. Caland. Februar. manente Valentiniano quoq; iuniore, Imperatore: conſulatum gerentibus, Decio Auſonio Magno Pæonio Burdigalenſi Gallo, Q. Clodio Hermogeniano Olibrio. Fuit Theodoſius*

natus

natus patre Honorio, matre Thermantia, genere Hiſpanus: originem à Principe Traiano trabens. Huic fertur (vt Aurel. Victor ait) nomen Parentes, ſomnio monitos, ſacrauiſſe, vt Latinè intelligimus, à Deo Datum. Satis procerâ ſtatura, & flauo capillo, fuit: pius (εὐσεβὴς καὶ ὀρθόδοξος) clemens, miſericors, in omnes homines honorificus: qui & ſimplicia ingenia, erudita, innoxia, diligebat. Tantum pudori tribuit: vt conſobrinarum nuptias, tamquam ſororum, vetuerit. Mediocriter doctus, ſagax, hiſtoriarum amator. Crudeles, perfidos, ingratos, execrabatur. Elegantia & læta conuiuia dabat, non ſumptuoſa. Vxor eius, nomine Placilla, non minus veræ pietati addicta fuit: ac tanta humilitate animi: vt hoſpitales Eccleſiarũ domos obiens, ægrotantibus, ancillari more, ipſa ſuis manibus inſeruiret. Τὰς ξενῶνας τῶν ἐκκλησιῶν περιϊοῦσα, τοὺς κλινοπετεῖς αὐτὴ θεραπαινίδος τρόπον ἐθεράπευε. *Semper cogita (inquit Imperatori) mi vir:* τίς μὲν ἦσθα, τίς δὲ γέγονας νῦν: *qui fueris, qui nunc factus ſis. Legitimè proinde guberna Imperium: vt ſic eius honores datorem. Ex hac admiranda coniuge, filios procreauit Arcadium & Honorium: eaq; mortua, Gallam duxit, Valentiniani 1. filiam. Imperauit aliquantò amplius XVI. annos: magnas res geßit (præſertim Tyrannis, Imperij inuaſoribus, ſublatis) filios, Imperij conſortes fecit: Arcadium Orienti, Honorium Occidenti, præponens. Obijt 399. 16. Calend. Febr. Sexagenarius.*

Placilla, coniux eius.

His autem temporibus Alemanni, etſi in Galliam, non tamen in Heluetiam verſus, vſq; ad Valentiniani 3. imperium, arma tulerunt.

Anno 384. Gotthos (Viſegotthos ſeu Veſogotthos) multis prælijs victos, è Thracia pellit Theodoſius: cumq; Rege eorum Athanarico (Dtt Heinrich) *fœdus facit. Ex Gotthis erant Treuingi vel Turingi: quibus illo tempore præerat Athanaricus.*

Gotthi, à Theodoſio ſuperati.

Anno 385. ſecunda Synodus vniuerſalis (οἰκουμενικὴ σύνοδος) *Conſtantinopoli acta eſt. CL. patrũ (Epiſcopis, Romæ Damaſo, Timotheo Alexandreæ, Meletio Antiocheæ, Cyrillo Hyeroſolymæ, & Gregorio Theologo, præſidentibus) contra Macedonium, qui Conſtantinopolis Epiſcopus fuerat, & Spiritum S. aiebat non Deum, ſed creaturam, eſſe.*

Synodus ſecunda.

Anno 387. Maximus, Rom. exercitus Dux (aliàs bonus vir: qui Turonenſem Epiſcopum Martinũ diligebat) à militibus in Britannia Imperator dictus, Gallias occupat: Gratianũq; Imp. apud Lugdunum otio indulgentem, inſidijs ſponſæ ſimulatæ aduentantis circumuentũ, 8. Cal. Sept. per Andragathium quendam, ex rheda pro ſponſa proſilientem, occidit: & Valentinianum ab Occidentis imperio pellit, qui ad Theodoſium confugit. Deinde, filium ſuum impuberem, Victorem nomine, Cæſarem apud Treuerim facit: Magiſtris equitum Nanneno & Quintino, cum Gallijs commendat: Rhætias, Vindeliciam, Noricum inuadit, & Aquileiam occupat.

Maximi tyrannidis occupatio. Gratiani cædes.

Ad Maximi huius tempus, hiſtoria de vndecim millibus virginũ (quæ ab alijs ad aliud tempus aliterq; narrando) à Tritenhemio refertur. Res breuiter ſic ſe habet. Marmoricam (quæ nunc Britannia minor, ſeu noua, appellatur) Francis, qui eam cum alijs illorum locorũ terris inhabitauerant, ereptam, Conamo cuidam regendam Maximus dederat. Hic Conamus à Dionoto, Anglico Cornubiæ Rege, filiã eius Vrſulam, ſpecioſam virginẽ, ſibi: deinde, nobilibus & militibus ſuis, virgines alias, in matrimoniũ petijt: Miſit Dionotus, ex ſuo Regno collectas, cum filia ſua, virgines nobiles vndecies mille (quis tot credat?) & de inferioris generis, ſexagies mille. Hæ omnes circa Tameſin flumen nauibus conſcenſis, Marmoricam petituræ, ingenti maris tempeſtate iactantur: ita, vt maior pars illarum hauriretur vndis. Reliquæ, in barbaras gentes appulſæ, vel occiſæ fuerunt, vel ſeruituti mancipatæ. Maior pars (Vrſula nimirum, cum vndecim millibus virginum) ab exercitu Gnanij Hunnici Regis, & Pictorum Regis Melgæ (qui mercede conducti, Gratiani partes contra Maximum tuebantur: littora vaſtantes ab Hiſpania vſque ad Angliam) libidinem militarem recuſantes, vt Chriſtianæ, partim in nauibus, partim iuxta littus, interfectæ ſunt. Alij: apud vrbem Coloniam factum aiunt: quorum narratio, propè tota diſcrepat ab his, quæ iam expoſita ſunt. Monachi, tanquam noui Poëtæ, multa finxerunt: quæ poſtea ſimplicibus hominibus (cùm literarum & hiſtoriarum notitia, ſacrorumq; Bibliorum lectio, deeſſet) facilè pro ſuggeſtu perſuaſa fuerunt.

Virginum millia XI.

Marmorica. Britannia minor.

Cædes illarum virginum. Μοναχοί.

Cùm iam reprimendus eſſet Maximus: Theodoſij autem animus eſſet ad id lentior: Iuſtina ſciens, ipſum, qui Placillam iam morte amiſerat ab amoribus alienum non eſſe: filiam ſuam Gallam (Zoſimo teſtante, licet iam aliquantò antè Theodoſio nuptam, Sigonius ex Marcellino credat) venuſtate pulchritudinis præſtantem, corã eo ſtatuit: ac genua ipſius attingens, ſuppliciter obſecrat: ne Gratiani cædem, cuius beneficio Imperium accepiſſet, inultam ſineret: ſimulq; puella lacrymas, fortunã ſuã deplorantis, ei cõmonſtrat. Theodoſius, cùm alijs rationibus, tũ præſertim

Theodoſium Iuſtina per filiam ſuam Gallã excitat aduerſus Maximum.

validò de virgine argumento, captus: ſpem bonam eis fecit. Poſtea, vulnus alens venis, & cæco carptus ab igne, puellam in matrimonium petijt. Galla, niſi Gratiano vindicato, & Valentiniano in Imperium reſtituto, ſe daturam negauit. Itaq; ſe ad bellum totis viribus, anno 388. comparat: ac longiore tempore intercedente per Pannoniam cum Valentiniano aſcendit: Maximiq; exercitum nec opinantem, apud Aquileiam, cohortibus Germanicis ſuffultus, adoritur. cuius exercitus pars fugiens, eam vrbem ingreſſa, Maximum captum Theodoſio tradit: qui eum 392. 6. Calend. Septemb. manu carnificis ſuſtulit. Vide ſimilem hiſtoriam Dodecad. 2. lib. 12. cap. 17. de Beatricis petitione aduerſus VVettelſpachium Othonem, patris eius interfectorem.

Maximi exitium.

Hunc exitum, ſibi à B. Martino prædictum habuit Maximus: magnus hoſtis (vt à Diacono nominatur) & trux: qui ab immaniſſimis quoq; Germanorum & Sueuorum gentibus, tributa & ſtipendia, terrore ſolo nominis exegerat. Victorem etiam filium eius, per Arbogaſtem (è Francica gente oriundum, ſed è Germania pulſum) Germanorum militum Præfectum, in Gallia Imperator ſuſtulit. Ita poſtea Gallæ coniugio eſt potitus: quæ tamen anno 397. parturiens, cum infante expirauit. Ita etiam Valentinianus Imperio reſtitutus fuit: ac Mediolanum redijt (ſicut Theodoſius, Conſtantinopolin) ſed 396. idib. Maij, fraude Arbogaſtis (qui, Deaſtrorum cultor erat) & Eugenij, à ſuis cubicularijs apud Viennam Galliæ, dormiens interijt.

Et filij Victoris.

Valentiniani interitus.

Grammaticus Eugenius Imperiũ occupat, per Arbogaſtem.

Erat Eugenius hic, Grammaticus, Latinarum literarum doctor: qui, Scholis relictis, in palatio militem agebat; Valentiniano, cuius Antigraphus erat, & alijs multis, propter eloquentiam charus. Eum, Imperatore vero extincto, Arbogaſtes creauit tyrannicum Imperatorem: ſub eius titulo ipſe Imperium inuaſurus: homo barbarus animo, audacia, manu, potentiaq; nimis. Contraxit vndiq; innumeras, & opinione inuictas, copias: tum Romanorum præſidijs, tum Barbarorum auxilijs: fœdere cum Alemannorum & Francorum Regibus, ex vetere nouorum Principum conſuetudine, inito: donatiuisque & ſtipendijs diſtributis. Quibus rebus Theodoſius cognitis: Honorium F. deſignans Imperatorem (ſicut decennio antè, Arcadium) conſulatu ſuo & Abundantij (anno Chriſti 397.) 4. idus Ianuar. denuò ad partes Occidentis, in Galliam verſus, magno ſtudio feſtinauit: multis Gotthis & Danubianis Germanis (ſicut Rhenanis, Eugenius) inſtructus. Miſerat in Thebaidem ad quendam monachum, clara perſpicientem (Græci Διορατικὸν vocant) nomine Ioannem, de euentu belli ſciſcitans: qui reſpondit, & victoria potiturum, & Tyranno exitium daturum, & poſt victoriam in Italia moriturum.

Honorius & Arcadius Impp.

Congreſſio deinde iuxta Alpeis Gallicas Iulias, ad fluuium, cui nomen Frigido, XXX. millibus paſſuum ab Aquileia diſtantem, fit: Eugenio in vexillo Herculem, Theodoſio verò Chriſtum inferente. Imperator, ſuis ab vna parte ſuccumbere viſis, in rupe arma proijcit: humi proſtatus, „ Omnipotens Deus, inquit: tu noſti, me nomine Chriſti filij tui, vltionis iuſtæ prælium ſubijſſe. „ Si ſecus: in me vindica. Si verò cum cauſa probabili, & in te confiſus, huc veni: porrige dextram „ tuis, ne fortè dicant gentes: Vbi eſt Deus eorum? Habuit effectum iuſta petitio. Statim enim Magiſter militum Barberius, pietate & fortitudine pollens, parti laboranti ſuccurrens, hoſtes vertit: in quorum ora turbo venti coortus, ipſorum tela repercuſſit, Theodoſianorum valenter in ipſos incuſſit, Theodoſio diuinitus data: Eugenius ad pedes eius accidens, ſuppliciter orabat ſalutem: ſed capite ibidem à militibus mulctatus, 15. Calend. Octob. 398. Coſſ. Arcadio 3. Honorio 2. perijt. Arbogaſtes biduo pòſt, ſalute deſperata, gladio ſe peremit. Vnde ſunt Cl. Claudiani, Poëtæ elegantiſſimi, de tertio conſulatu Honorij verſus.

Theodoſij precatio contra Eugeniũ.

Interitus Eugenij, & Arbogaſtis.

Claudianus Poëta.

Te propter gelidis aquilo de monte procellis
Obruit aduerſas acies: reuolutaque tela
Vertit in auctores: & turbine reppulit haſtas.
O nimiùm dilecte Deo, cui militat æther.
Et coniurati veniunt ad claſſica venti.

Petierat antehac Senatus Rom. ab Imp. Valentiniano per legationem celebrem (cuius princeps fuerat Symmachus, vir conſularis, & eloquentiſſimus) aram Victoriæ (der nothelfferin Fraw Sig) *vereresq; & auitas ceremonias, ſibi reſtitui: quòd ijs cultis, res Romana creuiſſet: & ad imperium orbis aſcendiſſet. Veritatem non vnâ adiri viâ. Illis neglectis, tot Rempub. pati calamitates. Etiam quidam Aulici interceſſerant: tot prudentiſſimis Senatoribus indulgendum, neminemq; inuitum ſeruandum, eſſe. Denegatum tunc eſt. Eugenius verò poſtea Senatui indulſit: & malus male perijt. Theodoſius contrà, per orbem terrarum ſubuertit idolorum templa: fanis Chriſti vbiq; clarentibus. Tunc & Germani (quemadmodum apud Auentiunum legitur) qui*

Romanorum petitio de antiqua religione ſibi reſtituenda.

Idola cõtrà Theodoſius deſtruit.

Gallias

Gallias inuaſerant, pacati fuere. Per epiſtolam D. Ambroſius Fritegilem, in religione Chriſtiana inſtituit, Erat ea, Roſemundi vxor, Regis Marcomannorum: Sueuicæ nationis, Bohemiam tunc Danubium vſq; tenentis. Pacem hic, per vxorem eius agente Ambroſio, cum Romanis ſeruauit. Citat idem Auentinus ex D. Hieronymo locum: vbi is Germanos doceat, ſicut literis petierint: quomodo, quæ in Pſalmis deprauata erant, ex Hebraicis fontibus reſtituenda eſſent. Quem hoc credere: Germaniam, dormitantibus Græcis, Spiritus Sancti eloquia ſcrutari? Verè non eſſe perſonarum acceptorem, Deum. Nunc completum eſſe illud Eſaiæ: Concident gladios ſuos in aratra: & vnà paſci lupum cum agno. Ita igitur apud Sueuos quoq;, fundamenta quædam literarum & pietatis, illo tempore iaciebantur. Quid dicerent patres illi: ſi hodiernam viderent Sueuiam, cæteramq; Germaniam? Omnia nunc ad ſummum perueniſſe videntur: vt multi rurſus deſtruere, Diabolo impellente, conentur.

Fritegilius. Chriſtianiſmi ad Sueuos introductio. Hebrææ linguæ vſus.

Cæterùm rebus humanis Theodoſius apud Mediolanum exceſſit: vtrâq; Repub. vtriq; filio, vt diximus, pacata relicta: cùm minoribus ætate, Rufinum Arcadio, Stiliconem Honorio, ductores dediſſet. Epiſcopus Mediolani Ambroſius (qui eum propter VII. millia Theſſalonicenſium, quòd perfectum & nobiles occidiſſent, interfecta, à communione Eccleſiæ 392. arcuerat) mortuum, oratione laudauit: præſertim quòd moriens, magis de ſtatu Eccleſiarum, quàm de ſuis periculis, ſollicitus fuerit. Corpus eius, eodem anno fuit Conſtantinopolin deportatum, pollinctum, Imperatorijs in fano Apoſtolorum ſepulcris illatum. Arcadio ſedes, Conſtantinopolis: Honorio, Romæ fuit.

Theodoſij mors.

Tempore Imp. Theodoſij Rom. Epiſcopus ſeu Papa fuit Siricius: Cœlibatus presbyterorum introductor: cœlibes enim, cùm ducerent vxores, à miniſterio remouebat: ac maritis interdixit vſu vxorum, ſub pœna remotionis ab officio.

Siricius Papa. Sacerdotum cœlibatus initium.

Illo tempore quoq; legitur (vt Gaſp. Bruſchius in catalogo Epiſcop. Auguſtan. ſcribit) S. Ambroſius, Mediol. Epiſcopus, Auguſtam Vindelicam (Rhæticam rectius dixerimus) ab Arianorum hæreſi repurgandi causâ, S. Albanum, & quendam Philippenſium Epiſcopum Theomneſtum, miſiſſe. Quibus ſeuerè in eos errores inuehentibus: Arianos ſe vehementer illis oppoſuiſſe: ac quendam ipſorum comitem, Vrſum, occidiſſe. Albanum & Theomneſtum inde Moguntiam profectos, ibi etiam contra Arianam hæreſin accerrimè pugnaſſe: donec vterq; martyrij coronam acceperit. Fuit poſtea Templum S. Albano apud Moguntiam ædificatum: quod Brandeburgenſis Marchio Albertus 1552. cum alijs fanis, igne vaſtauit.

Auguſtæ Rhætiæ Arianiſmus expurgatus. S. Albani templum Moguntiæ.

GENEALOGIA THEODOSII, AD INſequentia vtilis.

- Theodoſius: cuius vxor, Thermantia.
  - Honorius — Serena, vxor Stiliconis Vandali: qui Græcis Στιλίχων dicitur: ex qua filium habuit Eucherium, filiasq; Mariam & Thermantiam.
  - Theodoſius M. Imper. cuius liberi, ex
    - Placilla, al. Ælia Flaccilla, Anthemij F.
      - Arcadius Imp. cuius vxor, Eudoxia: S. Chryſoſtomo, auaritiam faſtumq; eius taxanti, infeſta,
        - 1. Theodoſius minor: cuius vxor, Eudocia, Athenienſis Philoſophi filia — Eudoxia.
        - Virgines manſerũt:
          - 2. Pulcheria, ἡ πάνυ.
          - 3. Flaccilla, al. Pacilla, Cedreno Falcilla.
          - 4. Arcadia.
          - 5. Marina, al. Martina.
      - Honorius Imp. cui deſpoſatæ ordine, Stiliconis filiæ, ante nuptias mortuæ ſunt.
    - Galla — Placidia Galla, Athaulfo Conſtantioque nupta.
      - Valentinianus 3. vltimus Occidentis Imper. vſq; ad Carolũ M. Eius vxor, Eudoxia, Theodoſij minoris F.
        - Placidia, Olybrio nupta.
        - Eudoxia, filio Genſerici nupta — Hildericus, vel Vlrich.
      - Honoria nata 423.

IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS. PRINCIPVM PRÆCEPTOR ARſenius. Auguſta Eudoxia, & Ioan. Chryſoſtomus. Rufinus & Stilico. Sueuorum, Alanorum, Vandalorum, & Burgundionum, in Gallias & Hiſpanias inuaſio. Regnum Sueuorum in Gallia. Puerorum duellum, litium componendarum cauſâ. Puella Areaniſmo contraria. Lingua Sueuorum, illis temporibus. Rhadagaiſus & Alarîcus, Gotthorum Reges. Stiliconis inſidi interitus. Italiæ per Gotthos depopulatio, & Romæ occupatio. Marcella & Principia D. Hieronymi. Alarici mors & Sepultura.

CAPVT VII.

Imperium Arcadij & Honorij.

MORTVO *Theodoſio M. remanſerunt anno 399. ambo filij eius: LIIII. IMP. Cæſ. FL. ARCADIVS, P. F. Aug. in Oriente, anno 412. Calendis Maij moriens: & LV. IMP. Cæſ. FL. HONORIVS P. F. Aug. in Occidente: anno 388. natus: ſed anno 427. 18. Calend Septemb. obiens.*

Arſenius, Arcadij Pædagogus.

Fuit Arcadius perquam deformi corpore niger, ſtaturâ praua: τὴν ὄψιν τοῦ σώματος εἰδεχθέστατος *(vt Cedrenus ait (* τὴν χροιὰν μέλας, τὴν ἡλικίαν φαυλότατος. *Attamen pulchrè ſcribebat: id quod ab Arſenio, Eccleſiæ Diacono didicerat. Præfecerat enim hunc, eruditione & virtute clarum virum, Imp. Theodoſius pueris Arcadio & Honorio: cum eis agere iubens (teſte Zonara) non vt cum Imperatoribus: ſed vt cum plebeis: & ferulâ vti, ſi delinquerent. Docebat eos ille ſedentes, ipſe ſtans: ſed Imperator, cùm improuiſò interueniſſet: indignatus, contrarium fieri iuſſit. Caſus aliquando propter peccatum Arcadius à Præceptore: mortem ei machinatur, percuſſorem ſubornans. Verùm re cognita, à leunculis clàm Arſenius profûgit in vitam ſolitariam. Veniam poſt obitum Theodoſij precato Arcadio, & pecuniam pollicito: illam dedit, hanc recuſauit, vt mundo iam mortuus. Vide part. 2. lib. II. cap. II.*

Eudoxia, coniux Arcadij.

S. Chryſoſtomo inimica.

Vxorem habuit Arcadius barbaram & ferocem (βάρβαρον καὶ θρασυκάρδιον) *Eudoxiam Effecit hæc virum tanquam capiſtro* (ἐν φορβειᾷ) *trahens: vt is Ioannem Chryſoſtomum, eloquentiſſimum illum & celeberrimum Patriacham in exilium expelleret, mulieris mores improbantem. Circa ſtatuam enim eius argenteam, non longè à templo Sophiæ poſitam, ludi puellares fiebant: quod reprehenſum fuit à Sancto, tanquam Eccleſiam dedecorans. Acceſſit & iniuria de vinea cuiuſdam viduæ. In oratione itaq; quæ incipit:* Πάλιν Ἡρωδιὰς μαίνεται, *Iterum Herodias furit: ait:* ὢ κακὸν κακῶν

Mulier mala.

κάκιστον. γυνὴ πονηρά, κἂν πενιχρὰ ᾖ κἂν ᾖ πλοῦτον ἔχῃ, τῇ πονηρίᾳ συνεργοῦντα· διπλοῦν, τὸ κακόν. *O malum malorum peſſimum, mala mulier: etiamſi pauper eſt. Si verò diuitias habet (malitiæ inſtrumentū) geminum malum eſt. Obijt præclarus vir 411. Chriſti, in exilio: & tribus menſibus pòſt, difficultate partus Auguſta itidem.*

Rufini infidelitas in Arcadium.

Infidelis fuit Arcadio ſuus curator Rufinus. Nam Alaricum Gotthorum Regem, clàm muneribus contra Imp. excitauit: conans ipſe ſub eo metu diadema Orientis, capiti ſuo imponere. Sic miſerè vexata fuit Græcia. Sed re intellecta: ab Italicis militibus occiſus eſt: caputq; eis, cum dextra præciſum, ad portas Conſtantinopolis ſuſpenſum, ludibrio apud ſpectantes fuit. Quem Caianus imitatus, eodem exitio perijt.

Sic & Stiliconis.

Maria & Thermantia, & filia eius.

Infidelis etiam Stilico fuit Honorio. Nam ſecretiore via quærens Eucherio F. (homini pagano, iam inde à Puero perſecutionem Chriſtianorum meditanti) Regnum: Mariam filiam Imperatori nuptui dedit. Sed cùm ipſa ante diem cōiugij peragendi obijſſet: alterā ei filiā, Thermantiā, deſpondit. Quam virginem eodem fato ſecuto (ſic, quidam: ſed alij, patre interempto, ab Honorio remiſſam aiunt ad matrem) mæſtus parens, tamen filium videre Cæſarem auens: Sueuos ſeu Alemannos, & Burgundiones, itē Alanos & Vandalos (Scythicæ originis populos: aliquando ab Imp. Conſtantino in Pannonia locatos) magnâ prædæ ſpe, circa annum Domini 408. ſollicitauit: vt hac occaſione, ſibi cura rerum ab Auguſto commiſſa, conatum perficere poſſet.

Sueui, & alij populi, à Stilicone excitati contra Romanos.

In Hiſpanias tendunt.

Eſplandianus.

Hi ergo, Rheno transmiſſo, Gallias ſæue populati ſunt: Francosq; ſeu Francones, qui aliquot annis antè, in Treuiris (Imperij capite) & circumiectis finibus, conſederant, cedere, domumque remigrare, coëgerunt. Attamen exinde metu ipſorum, cuncti (præter Burgundiones: qui in Heduis, lingonibus, Cauillonibus, Veſontionibus, remanſerunt) Pyrenæos ſaltus petiuerunt, & in Hiſpanias inuaſerunt: quiennio ante, quàm Romam Alaricus vel Halaricus Gotthus caperet, Paulo Oroſio teſte. Præerat tunc Vandalis Gundericus, Sueuis Hermericus, Alanis Reſplandianus, teſte Ioanne Vaſæo Eſplandiani nomen in Poëtico opere Amadis Gallici bene notum eſt.

Cùm autem dicti iam populi Hiſpanias intraſſent: vaſtationes & neces (vt Rodericus Tolet. ſcribit)

ſcribit) cruentis excurſibus exercuêre: oppida & pagos incendijs abſumpſerant: ſpolia occiſorum, diuiſione cruentiſſima partiti ſunt: incolas fame ad veſcendum humanis carnibus aſſuetæ, in viuorum intentum infeſtæ ferebantur. Ita quatuor plagis (famis, peſtis, gladij, & beſtiarum) Hiſpania miſerè lacerata, diuini ſenſit iudicij iram. Videntes tandem barbari, fore: vt, extinctis cultoribus, terra elangueret: & fructibus excluſis, ſeſe egeſtate laboraturos: incolas conuocarunt, agros colere iuſſerunt. tributa eis impoſuerunt. Prouincias ita ſunt inter ſe partiti: vt Alani Luſitaniam (Portugalliam) & Carthaginenſem ibi regionem, ſiue Toletanam, tenerent: ſed Vandalorum alteri, Silingui ſiue Turcilingi (Rugi Diacono ſunt) Bæticam (Hiſpaniam vlteriorem, Vandaliam, Andaloſiam) alteri verò, Gallæciam (in citeriore Hiſpania) vel Calleciam, vel Galliciam habitarent: Sueui autem, maritima & occidua Oceani: partemq́ Celtiberiæ (Arragoniæ) ad Oceani montana extentam, poſſiderent: reliqua parte, Romanis manente. Sed quia potentiores erant Alani: ideo Galliciani Vandali, Rege Gunderico, & Sueui, fœdere inter ſe inito, in Gallia corregnabant. Poſt id tempus, Vandalis in Africam traijcientibus: ſoli Sueui Galliciam tenuêre. Pars tamen Galliciæ, adhuc expers illorum dominatus erat: quam Rex Sueuicus Hermericus, aſſiduis incurſibus prædabatur: ſed morbo poſteà grauatus, pacem cum eis fecit: ſicut & cum Romanis.

Sæuitia illorum in Hiſpanijs. *Eas inter ſe partiuntur.* *Sueuorum pars.* *Gallicia.*

REGES SVEVORVM IN HISPANIARVM GALLAECIA (γαλλαικία) ſiue Gallicia, ad annos C. LXXVI. ex Iornande, & Hiſpanicis Scriptoribus.

Sueuici Reges in Hiſpania.

Hermenericus, Hermericus, vel Emericus, 410. Chriſti, Annos circ. 30.

Rechilanes, Recila, Rixilla, Richilla, vel Richardus, 441. A. 8.

Reciarius. vel Rixiarius (Reuter/ Reichart) 449. A. 9.

Achiulphus & Maſdra (al. Maldra) 458. A. 3.

Remiſmundus (Kuraſman / Glorioſus, laudatus) Maſdræ F. 461. A. amplius 100. ipſe, & aliquot ſucceſſores: quorum vnus vocatur Armiſuindus.

Habuit Remiſmundus riuales Regni, paucul is annis, Frantam ſeu Frautam, & Frumarium.

Theodomirus (Thietmaier, θεὸ ἄρχει Diet θεὸς, θεὸς miniſter) 564. Chriſti, A. 10.

Mirus, vel Miro, 574. A. 12. ipſe, & ſequentes.

Euricus, vel Eboricus, Miri F. Eum Andeca quidam, ætate adoleſcentem. Regno ſpoliatum, in Monaſterium truſit.

Tunc hoc Sueuorum Regnum, Leouigildus Gotthus ſibi ſubiecit. anno circ. 586.

MONOMACHIA PVERORVM, REGNANTE PRIMO Rege Hermeric . Ex Greg. Turonenſi.

Vandali, inquit, cum Gunderico Rege in Gallias ruunt. Quibus valdè vaſtatis: Hiſpanias appetunt. Hos ſecuti Sueui, id eſt, Alamanni, Galliciam adprehendunt. Nec multò pòſt (attamen 19. fortè annis, vt intelligetur) ſcandalum (offenſio, contentio) inter vtrunq; oritur populum: quoniam propinqui (locis vicini) ſibi erant. Cùmq; ad bellum armati procederent: ac iamiamque in conflictum parati eſſent: ait Alamannorum Rex: Quouſq; bellum ſuper cunctum populum commouetur? Ne pereant, quæſo, populi vtriuſq; phalariga (exercitus) ſed procedant duo (pueri, adoleſcentes nobiles, animoſi tyrones) de noſtris in campum, cum armis bellicis: & ipſi inter ſe confligant. Tunc ille, cuius puer vicerit, regionem ſine certamine (victa parte Hiſpaniam relinquente) obtinebit. Ad hæc cunctus conſenſit populus: ne vniuerſa multitudo, in ore gladij rueret. His enim diebus Gundericus Rex obierat (429. Chriſti ponit Vaſæus) in cuius loco Tranſimundus (al. Gunthariuss, & Gizericus frater, vel Genſerichus) obtinuerat Regnum.

Monomachiâ prælium cauetur.

Confligentibus verò pueris: pars Vandalorum, victa ſuccubuit: interfectoq; puero, placitum egrediendi Tranſimundus ſpopondit: vt ſcilicet præparatis itineribus neceſſarijs, ſe à finibus Hiſpaniæ remoueret. Ita ex pacto diſceſſurus erat. Alibi inuenio, Genſericum accerſitu Bonifacij, Africæ comitis, in Africam traieciſſe: vt poſtea cap. 9. dicetur. Cæterùm Tranſimundus, religione Arianus fuit: cumq́ nobilem quandam, ac diuitem puellam, tormentis cogeret rebaptizari, vt beatam ſcinderet Trinitatem: ipſa in illud impium lauacrum immerſa contra voluntatem, clamauit: Patrem cum filio, ac Spiritum S. vnius credo eſſe ſubſtantiæ eſſentiæq́: & aquas fluxu ventris aſperſit. Hinc poſt eculeos, flammas, & vngulas, Chriſto Domino deciſione capitis dicata eſt. Poſt hæc proſequentibus Alemannis vſq; ad Traductam (traiectum, vbi columnæ Herculis)

Puellæ conſtantia contra Arianiſmum.

 tranſito

tranſito mari, Vandali per totam Africam ac Mauritaniam fuêre diſperſi. Ita ſoli Sueui, vt ſuprà dictum, Galliciam tenuerunt.

Vandali quinam.

Vandali ab Auentino, in Chronico Germanicè edito, nominantur Wandler / Teutſche auß dem Königreich jetzt Polen: *Germani ex Regno hodie Polonico. Vandalica hodie ciuitates ſunt Lubecum, Hamburgum, VViſmaria, Roſtochium, Straleſunda, Gripſvvaldia, Lunaburgum, & alia.* Crantz 1. *Vand.* 1.

LINGVA SVEVORVM, QVAE FVERIT ILLIS TEMPORIBVS ex hoc loco intelligi poteſt: qui extat lib. 3. Gometij de rebus geſtis Franciſci Ximenij, Toletani Archiepiſcopi.

Amphilochopolis.
Aqua calida.

Aquæ calidæ, olim Amphilochopolis, deinde Amphilochia dicta fuit, in Cilinis ſita vrbs. Nam eam Amphilochus, qui Teucrum ex Troia in Hiſpaniam eſt ſecutus, condidiſſe dicitur. Romani, Callatiâ deuicta, Aquas calidas vocarunt: quòd prope eam fons ſit: cuius aqua, tanta inflammatione perpetuò feruet: vt quibus ignis vſum expectare faſtidium eſt: aut, quos inopia vrget: illic oua, carnes, & obſonia, percoquant. Thermæ inde ſaluberrimæ deriuantur. Sueui, qui ex illa Scytharum inundatione, vniuerſam Hiſpaniam ſubiugarunt: eâ Callatiæ parte poſt Romanos occupata, proprio idiomate Warmſe *appellare cœperunt: id eſt, lacum, ſiue flumen, aut fontem, calidum, Quæ cognominatio, paulùm immutata, adhuc durat. Hæc, ex illo. Ergo vſos eſſe Germanica lingua tunc quoq; in Hiſpania: dictiones* Warm / *&* See / *indicant.*

Warmſe / Warmerſche.

His tantis turbis, quæ per Gallias & Hiſpanias acciderunt, Stilico cauſam dedit: quòd in pace nouis rebus, nefarijsq́; conſilijs (Æmylio teſte) locus non videretur. Nec reliquis regionibus res quietæ fuêre. Nam aliquantò antè (circa annum Chriſti 408.) Rhadagaiſus, vel Rhadagaſus Rhatgaſt / Rhatgeb) *Gotthorum (Veſegotthorum) Rex, genere Scytha, religione paganus: neglecto Imperio Romano, nec ſine culpa Stiliconis: Thraciam, Pannoniam, Illyricumq́; fuit populatus: adiunctisq́; ſibi Tranſiſtrianis (Italiæ reſpectu) & Transrhenanis (ex Gallia aſpiciendo) Germanis & Sueuis: cum ducentis amplius armatorum millibus, in Italiam populabundus inuaſit: pollicens, ſe Chriſtianorum ſanguine Dijs ſuis, ſi victoriam ſibi concederent, litaturũ. Euertere vrbem Romam (quam ſæpius vocat æternam Marcellinus) cogitabat: ad quam & nemine impediente, ſecundiſſimo curſu procedebat. Sacra Dijs (teſte Sigonio) quotidie faciebat ritu gentilium. Vrbe nouo tumultu repleta: & de ſua ſalute laborare incipiente: pagani (quorum adhuc magna multitudo intus, & per Italiam, erat) animis erecti, dictitabant: meritò ei hæc ſecunda euenire: quòd Deos ritu gentilitio colens, propitios haberet: Chriſtianorum verò Deum maledictis inceſſebant: Romanos ideo infelices eſſe: quòd antiqua ſacra & Deos dereliquiſſent. Proinde, Rhadagaiſum vinci non poſſe. Sed cùm tendenti Romam verſus, Hetruriæ prealti montes, vallesq́; profundæ, impedimento eſſent: Florentiam obſidere cœpit. Tunc Stilico (qui tamen non volebat rem Romanam perire, ſed ſibi reſeruari) cum Italorum exercitu, & firma Hunnorum atq; Alanorum manu (quorum Duces, Sarus & Huldinus) apparuit: Barbarorumq́; amplius centum millia ſtrauit, ſuis diuinitus ſaluis omnibus. Confugiens cum reliquijs in Feſularum collem Rhadagaiſus: cùm ibi arctè obſeſſus, & penuriâ rerum preſſus, effugere conarentur: captus ipſe & filij à Stilicone, non multò pòſt obtruncati ſunt. Barbari, deditione facta, venditi à Dominis ſuis inſtar pecorum ſunt, ſingulis in ſingulo greges Aureis. Sed & hi propter diuturnam inediam, vitioſosq́; cibos, non multis pòſt diebus extincti. Hic erat inuicti ex gentilibus Dijs exercitus exitus: hæc opinionis paganorum ſtultæ refutatio. Cuius rei cauſa, libros de ciuitate Dei conſcripſit D. Auguſtinus: & Hormeſtam ſuum Oroſius.*

Rhadagaiſi in Italiam irruptio.
Viſigotthi, à Stilicone cæſi.
Rhadagaiſus cũ filijs captus, & obtruncatus.
D. Auguſtini libri de ciuitate Dei.

Venerant alta Gotthorum copiæ ſupradicto Alarico Rege (Allreich / Heinrich) *à religione Chriſti non alieno, ex Pannonia in Italiam. Ibi Stilico, cùm breui potuiſſet eos, aut in perpetuũ amicos facere, aut internecione delere: ſæpe circumcluſit, ſæpe dimiſit. Nam bellum ducere, quàm protinus profligare, malebat. Iuſſu dein Honorij (poſtquam is cognorat, ſedes aliquas ab eis peti) pacem ipſis (vt ſic ex Italia remouerentur) & Aquitaniam (quòd huic Vandali, & ſocij, imminerent) habitandam conceſſit. Verùm die Paſcatis, cùm nihil mali expectarent, Saulus Iudæus ab illo immiſſus, Gotthorum ingentem cædem edere cœpit. Verùm Alaricus, animis ſuorum confirmatis, ſtragem in hoſtes conuertit. Sic coactus eſt Stilico ſupplementum ab Honorio petere.*

Alaricus Rex, cum nouo Gotthorum exercitu.
Iudæus Saulus.

Anno 412. nuntiato Auguſti Arcadij abitu: Stilico occaſio conſiliorum oblata eſt: quæ & ipſum &, occidentale & Imperium, perdiderunt. Volebat Honorius Conſtantinopolin defendere: vt res pueri Theodoſij, quem pater Arcadius teſtamento Regi Perſarum Isdigerdi commen-

Obitus Arcadij. Theodoſius, filius eius.

commendauerat, inſpiceret: Remq́ publicam conſtitueret. Diſſuaſit Stilico: intereſſe Imperij, ipſum in Occidente manere: ne quid vel Alaricus detrimentoſi tentaret: qui in Norico lubrica fide ſederet: vel Conſtantinus cum filio Conſtante: qui à Britannicis militibus Imperator lectus, in Gallia tyrannidem apud Arelate arripuiſſet. Cùm videretur probabilia & fida dicere: quidam ſplendidâ in prætorio militia præditus, nomine Olympius: vacuas Honorij aures nactus, ei dixit: Stiliconem nullam aliam ob cauſam, Imperatori orientale iter diſſuaſiſſe: quàm vt ipſe deſcenderet: ac Theodoſio ſublato, Imperium Eucherio filio ſuo traderet. Hinc ſecutum ex literis Imperatorijs: vt Stilico 10. Calend. Septemb. Rauennæ, & filius poſtea, occiderentur. Vir magnus fuerat: ſed ſibi ipſe ambitione foueam à genero pernicioſam foderat. Extat quodammodo nimia rerum ab eo geſtarum celebratio apud Claudianum. Vt Paneg. 1.

Olympius.

Eucherius, Stiliconis F. Stilico, cum filio occiſus.

Miramur rapidis hoſtem ſuccumbere bellis:
Cùm ſolo terrore ruant. Nunc claſſica Francis
Intulimus: iacuere tamen. Nos Marte Sueuos
Contudimus: queis iura damus. Quis credere poſſit?
Ante tubam nobis audax Germania ſeruit.

Sanè 399. anno, eos ad pacem petendam terruerat. Sed ponatur ei Epitaphium ex eiuſdem Poëtæ lib. in Ruf. 2.

Deſinat elatis quiſquam confidere rebus.

Anno 413. (alijs 411.) poſtquam terra per ſeptem dies mugijſſet: Alaricus, Honorium Stilicone ſublato infirmam iam exiſtimans, cum exercitu in Italiam tendens: per legationem, ſedes ſibi ſuisq́ in Italia concedi, ab Honorio poſtulauit (erat is tum Rauennæ) officia ſua viciſſim offerens. Nihil impetrauit: ideoq́ Italiam peruaſtauit: atque ad obſidendam vrbem Romam ſe contulit. Tunc, qui pagani Senatores erant, pro Chriſtianiſmo ethnicas immolationes vrgebant reſtituendas.

Sublata laqueo eſt Serena, Stiliconis vxor: tanquam ipſa Gotthos acciuiſſet. Quod exitium ei tanquam ſacrilegæ, accidiſſe paganus Zoſimus lib. 5. autumat: quia mundum de collo ſimulacri Rheæ, ſiue matris Deûm detractum quodam tempore, ſuo collo adaptauerit. Ingens in vrbe fames. Agebant Romani de pace: &, cùm legatio quiddam minacius de populo ad præliandum parato ieciſſet: ridens reſpondit Alaricus (Zoſim. lib. 5.) ſe non ea re moueri. Spiſsius fœnum, rariore facilius deſecrari. Poſtea tamen ingenti vi auri, & precioſarum rerum, empta fuit pax.

Serena, Stiliconis vxor.

Pax à Romanis cum Alarico facta.

Sequenti verò anno, turbata compoſitione ex parte Romanorum, Alaricus dolore diſsimulato, ſimulat ſe in Galliam profecturum: Principibus vrbis donat trecentos valentiſsimos iuuenes Gotthicos, Δῶρον ἄδωρον. *Hi officioſè eis inſeruientes, noctu, quiete omnes tenente portam Aſinariam, oppreſsis vigilibus, aperiunt. Ita vrbs Aug. 26. occupata & direpta eſt: ciuibus tamen, Alarici iuſſu, & ædificijs atq́ rebus ſacris, quantum fieri potuit, parſum. Potiti ſunt Gotthi vrbe æterna: opibusq́ue, quæcunque ex orbe terrarum eò congeſtæ fuerant: præcipuè, ſu pellectile Solomonij templi precioſa, à Tito quondam allatâ. Capta eſt ibi Imp. Honorij ſoror, Galla Placidia: fœmina vultu & ingenio inſignis: & honeſtiſsimè habita. Poſtea duxit eam Athaulſus vxorem: frater eius, quam Alaricus in matrimonio habebat. Capta à quibusdam militibus, nobilis & pia fœmina Marcella: &, vt aurum daret defoſſum, fuſtibus ac flagellis cæſa, non ſenſit (vt à D. Hieronymo ſcribitur) tormenta: tantùm ad pedes eorum cum lacrymis proſtrata, orauit: ne virgine ſua Principia priuaretur. Molliuit Chriſtus (eodem patre in Epiſtola ad Principiam teſtante) dira corda: & inter cruentos gladios inuênit locum pietas. Ioan. Auentinus, in Germanicè ſcripto Chronico ſuo, Alaricum appellat* Adelreich: *& per Syncopen* Allreich: *hancq́ue vrbis occupationem Germanis adſcribit. Gotthi videlicet, Genus Germanorum. Eis tunc & Sueuos aliquos affuiſſe, non dubito,* ἀεὶ γὰρ ἀρηίφιλοι. *Athaulſum idem vocat Adolſum. Adolſus autem fortè ab* Adel *&* Hilff *dicitur, Nobilis adiutor: vel ab Atta ſeu Etta, quaſi Pater iuuans.*

Pace ab ijsdem violata, Romam occupat Alaricus.

Solomonij templi prædam ripit.

Galla Placidia.

Marcella.

Principia virgo.

Athaulſus.

Cùm Rauennam Honorio nuntiaretur, Romam eſſe à Gotthis captam: ille nihil minus, quam vrbem ab Alarico captam, ſuſpicans, fecit propemodum: quod ego trimulus, 1529. militibus Bruccam) magnum pagum, duobus milliaribus à vrbe Noriberga diſtantem: vbi μαςκαγίτης *pater meus, Verbi diuini præco erat) aduerſus Turcas pertranſeuntibus, feci. Feles aliquot tenellas (opes meas) in cubiculo abdebam. Sic Imperator hoc Roman. auditâ Romæ captiuitate:*

Honorij dictum de Roma capta.

Ah, comploſſis manibus, inquit quomodo à Gotthis capta eſt, quæ recens hîc fuit? Reſpondit nuntius ingemiſcens: Non de gallina tua, Domine. Roma (ſic ea nominabatur, Honorio in delicijs) dico, ſed de vrbe. At tu me (reſpondit Honorius) terruiſti, de aue te loqui putantem. Τοσοῦτον περὶ αὐτῷ *(inquit Cedrenus)* ἀβελτηρίας· ἵνα μὴ λέγω, ἀνοίας. *Tanta erat eius ſtultitia: ne dicam, inſania. Non putauit is vrbem Romam captam eſſe: quod tamen Scipio Africanus, mœnia Carthaginis 144. anno ante Chriſtum deijciens, aliquando fore, cum lacrymis prædixerat, Homerico ex Iliad. 6. Verſu:*

ἔσσεται ἦμαρ, ὅτ' ἄν ποτ' ὀλώλῃ Ἴλιος ἱρή.

Illa dies veniet, qua corruet, Ilion altum.

Gotthi tunc, vt Romanum Imperium irriderent, Imperatorem fecerunt quendam, nomine Attalum: Imperatorio habitu vtentem die quodam: ſed poſtridie, ſerui ritu miniſtrantem. Alaricus poſtea Latium, Campaniam, Apuliam, Lucaniam, Calabriam, vexauit ac diripuit: in Eccleſias etiam, Sacerdotes, & Epiſcopos, pecuniæ extorquendæ cauſâ debacchatus.

Alarici graſſatio Italica.

DE VASTATIONE GALLIARVM, LOCVS EX D. HIERONYMO, P. 3. Tr. 7. Ep. 26. ὀδυρτικός.

Quòd rari huc vſq; reſidemus: noſtri meriti, ſed Domini miſericordiæ eſt. Innumerabiles & ferociſſimæ nationes, vniuerſas Gallias occuparunt. Quicquid inter Alpes & Pyrenæum eſt: quod Oceano & Rheno includitur: Quadus, Vandalus, Sarmata, Alani, Gipedes, Heruli, Saxones, Burgundiones, Alemanni, & (ò lugenda Reſpub.) hoſtes Pannonij, vaſtarunt. Etenim Aſur venit cum illis. Magontiacum (nobilis quondam ciuitas) capta, atq; ſubuerſa eſt: & in Eccleſia, multa hominum millia trucidata. Vangiones (VVormacia) longa obſidione deleti. Rhemorum vrbs præpotens, capta, direpta. Nicaſius pontifex, cum ſorore Eutropia interemptus. Ambiani, Atrebates, extremiq; hominum Morini, Tornacus, Nemetes, Argentoratus (al. Argentoratum) tranſlati in Germaniam. Aquitania, Nouemq́ue populorum, Lugdunenſis & Narbonenſis prouinciæ, præter paucas vrbes, populata ſunt cuncta. Quas & ipſas foris gladius, intus vaſtat fames. Non poſſum abſq; lacrymis, Toloſæ facere mentionem: quæ vt huc vſq; non rueret: ſancti Epiſcopi Exuperij merita (preces) præſtiterunt. Ipſæ Hiſpaniæ iamiam perituræ, quotidie contremiſcunt. Quicquid alij ſemel paſſi ſunt: illæ ſemper timore patiuntur.

Galliarum occupatio.

DEINDE, DE ROMAE CAPTIVITATE.

Olim à mari Pontico, vſq; ad Alpes Iulias, non erant noſtra, quæ noſtra ſunt. Et per annos XXX. fracto Danubij limite (à Germanis & Sueuis, Gallias ſibi vindicantibus) in medijs Romani Imperij regionibus pugnabatur. Aruerunt vetuſtate lacrymæ. Præter paucos ſenes, omnes in captiuitate & obſidione (Barbarica) generati: nec deſiderabant, quam non nouerant, libertatem. (Magnum malum, hæc hactenus commemorata: ſed ſequentia, longè maius) Quis hoc crederet: quæ digno ſermone hiſtoriæ comprehendent: Romam in gremio ſuo, non pro gloria (extra Italiam) ſed pro ſalute (intus) pugnare? Imò ne pugnare quidem: ſed auro, & cum cuncta ſupellectile, vitam redimere? Quod non vitio Principum (qui vel religioſiſſimi ſunt) ſed ſcelere ſemibarbari accidit proditoris (Stiliconis) qui noſtris contra nos opibus armauit inimicos. Non, mihi ſi linguæ centum ſint, oraq; centum, ferrea vox: omnes captorum dicere pœnas, omnia cæſorum percurrere nomina poſſem. Et hæc ipſa, quæ dixi, periculoſa ſunt: tam loquentibus, quàm audientibus: vt nec gemitus quidem liber ſit.

Deploratio vrbis captæ.

Et ſequenti ad Virginem Principiam Epiſtola.

Terribilis de Occidente (inquit viuens in Palæſtina, apud Bethlehemum rumor) affertur: obſideri Romam, et auro ſalutẽ ciuium redimi: ſpoliatosq; rurſum circundari: vt poſt ſubſtantiam, vitam quoque amitterent. Hæret vox, & ſingultus intercipiunt verba dictantis. Capitur vrbs, quæ totum cepit orbem: imò fame perit, antequam gladio: & vix pauci, qui caperentur, inuenti ſunt. Ad nefandos cibos erupit eſurientium rabies: & ſua inuicem membra laniarunt: dum mater non parcit lactenti infantiæ: & recipit vtero, quem paulò antè effuderat. Nocte Moab capta eſt: nocte cecidit murus eius. Deus, venerunt gentes in hæreditatem tuam: polluerunt Templum ſanctum tuum. Quis cladem illius noctis, quis funera, fando dolorem? explicet: aut poſſit lacrymis æquare. Vrbs antiqua ruit multos dominata per annos.

Idem initio tertij in Ezech ait: tota Orientis, & Ægypti & Africæ littora, ſeruis & ancillis dominatricis vrbis completa eſſe: ac quotidie Bethlehemum veniſſe nobiles homines

vtriusq;

vtriuſq; ſexus: quondam diuitijs affluentes, tunc verò mendicãtes. Quibus ſe opem ferre non poſſe, ſibi dolori eſſe, ſeq; lacrymas lacrymis vngere. Hactenus, ex illo.

Anno 415. Alaricus, petiturus Siciliam, tempeſtate reiectus, in Calabriam reuerſus, Conſentiam expugnauit: ibiq; mortuus eſt, ac regio Gotthis more pollinctus. Sed cum metuerentur ludibria Italorum offenſorum, in cadauer: id in vicini amnis Buſenti alueo magnificè humauerunt: fluxu, dum illud curaretur, auerſo ac poſtea reſtituto: captiuis etiam, qui rem conſpectam enuntiare potuiſſent, interemptis. Alarici mors.

Ab hoc tempore, paulatim deficere à Romanis prouinciæ, & Germanorum vires creſcere, cæperunt.

THEODOSIVS IVNIOR IMP. PVLCHERIA VIRGO. ATHAVLFVS Gotthus, & Galla Placidia. Romæ aliquantula recreatio. Conſtantini, & Conſtantis, & Iouini, Tyrannorum, exitium. Gotthorum aduentus in Galliam & Hiſpaniam. Burgundiones & Franci. Vallia Gotthus in Hiſpannia. Francorum Regnum, Galliæ imminens. Conſtantius & Placidia prædicta. Sueuorum Germanorum & Hiſpanienſium fortuna. Leontius Philoſophus, & filia Athenais. Honorij mors.

CAPVT VIII.

ANNO 412. *Arcadio ſucceſſit in Oriente, filius ſuus, L V I. IMP. CÆS. FL. THEODOSIVS IVNIOR, P. F. Aug. à patre plus 6. annis antè, 17. Calend. Febru. creatus: quo mortuo, amplius 42. annos imperauit. Erat tunc VIII. annorum. Poſtea vir factus, ſtatura mediocri fuit: oculis palpebras magnitudine ſuperantibus, nigris, & acutè cernentibus: naſo tenui & recto, flauo crine. Gnarus omnis diſciplinæ, etiam aſtronomiæ: æquitandi iaculandique peritiſſimus.* Imp. Orient. Theodoſius iunior.

Initiò autem, cùm ſub tutela Antiochi, ab Iſigerde Perſico Rege dati, aliquot annis eſſet: ſoror Theodoſij Pulcheria (inclyta illa tunc XIX. annorum, virgo) Imperium egregiè adminiſtrauit. De ipſa, Conſtantinus Manaſſes. Pulcheria, virgo illuſtriſſima.

Σεμνότροπος, σεμνόβιος, τὴν κλῆσιν Πουλχερία:
Καὶ κάλλει διαλάμπουσα σώματος εὐπρεποῦς
Καὶ στίλβουσα ταῖς χάρισι τῆς ἔνδον εὐπρεπείας.

Honeſta, pulchro corpore, fulgens decore mortis.

Hæc fraterculum, pietate & bonis moribus erudiuit. εἰς πάντα, τὸν ἀδελφὸν *(inquit Suidas)* ἐπαιδευσεν: ἦθος τε καὶ λόγον, βάδισμα καὶ γέλωτα, καὶ ἐνδυμάτων περιβολὴν, καὶ σχῆμα καθέδρας καὶ στάσεως, βασιλικῶς ἐξεπαίδευσεν. *Ad omnia ipſum rectè informauit: quid facere, quomodo loqui, incedere, ridere, veſtem geſtare, ſedere & ſtare, deberet, vt Imperatore dignum eſſet, edocuit.* Theodoſij fratris præceptrix.

Anno 415. in Occidente, Alarici in Gotthorum regno ſucceſſor fuit Athaulfus: qui ex Calabria rediens, Romam, vix è clade priore reſpirantem, occupare in animo habebat: & pro Roma Gotthiam appellare. Sed precibus illuſtriſſimæ & venuſtiſſimæ ſponſæ Placidiæ, cui nihil denegare proterat, inflexus, abſtinuit: & potius, Italiâ relicta, in Gallia conſidendum iudicauit. Honorius deinde, vt ægrotam vrbem ſacrâ præſentia ſua recrearet, cum Pontifice Innocentio eò ſe retulit: ac Vicennalia (ſolennem feſtiuitatem & ludos) vno anno anticipata (erat enim hic XIX. imperij eius annus) celebrauit. Poſtea tamen, affini Athaulfo minus fiſus, Rauennam, vt locum tutiorem, repetijt. Athaulfus, ad forum Cornelium in Æmylia regreſſus, cum Placidia) quæ Græcis eſſet Εὐδοξία*) nuptias peregit.* Athaulfus, Gotthorum Rex. Placidia, ſponſa eius. Româ recepta, Vicennalia agit.

Cùm in Gallia eſſet cum filio Conſtante Conſtantinus: qui tyrannidem apud Arelate arripuerat: Conſtantium Comitem, inſignem Româ ortum virum, contra eum deſtinauit Honorius. Contra quem Conſtantinum, & Gerontius exercitum ex Celtiberia adduxit: Conſtantemq; Viennæ obſeſſum, ac captum, vita ſpoliauit. Conſtantius verò, per Edobeccum quendam, Francica & Alemannica auxilia accerſiuit: quibus ab Vlphila Præfecto, & Conſtantio, in medio interceptis, atq; deletis: etiam Conſtantinus, in Arelatenſi ciuitate quatuor menſes obſeſſus, deditionem fecit, ac poſtea interfectus eſt. Idem exitium Iouino quoq; ſequenti anno accidit: qui, Auguſtalibus inter Aruernos inſignibus arreptis: Francos, Burgundiones, & Alemannos, auxilio ſibi iunxerat. Conſtantis, & Conſtantini, & Iouini, interitus.

Anno 416. Athaulfus, & exercitus Gotthicus, ex Italia in Galliam tranſgreſſi, in Narbonis oppido, & circùm, Conſtantij conceſſu ſedes fixère. Tunc Honorius Romam reuerſus, ſecunda ibi Vicennalia ludis apparatiſſimis egit: ac lux aliqua libertatis affulſit Romanis. Gotthi, in Galliam.

P 4 *Anno*

Digitized by Google

Treueris, à Francis combuſta.

Anno 417. Franci indignati, regione Rhodani, quò immigrauerant Burgundiones, eis facilè conceſſam eſſe à Romanis: ſe verò multis & magnis laboribus, in Gallia ſedes habere non potuiſſe: Rheno tranſmiſſo, vrbem Treuirorum (prouinciæ caput) captam & funeſtatam combuſſerunt: ſed ſequenti anno, à Caſtino in Germaniam retruſi ſunt.

Euſebia puella.

Extat in Antiquit. Appiani Epitaphium (ſed & in Itinerario Abrahami Ortelij) Græcũ, Euſebiæ puellæ Treuiris poſitum. ſed mendosè ſcriptum: quod tamen ideo ponam: vt videamus, Græcos etiam homines in Rheni locis, & Romanis præſidijs, olim fuiſſe: licet abſq; hoc, dubium non ſit.

ΕΝΘΑ ΚΕΙΤΕ ΕΥΣΕΒΙΑ ΕΝ ΕΙΡΗΝΗΙ ΟΥCΑ ΙΕΡΟΟΚΜΙΤΙ ΑΓΩ ΚΩΜΗC ΑΔΔΑΝΩΝ ΖΗCΑCΙ ΜΙΚΡΟ ΠΡΟC ΕΤΩΝ Ι ΕΥ ΙΡΑΤΙΑ ΟΝΩΡΙΟΥ ΟΙ ΚΑΙ ΚΩCΤΩΝΤΙΝΟΥ ΤΟΑ ΜΗΝΙ ΠΑΝΗΜΟΥ ΙΒ ΗΜΕΡΑ.

Lego: ἔνθα κεῖται εὐσεβία ἐν εἰρήνῃ οὖσα ἱερομίτη (vel ἱερωμένη: donec melius cognoſcam) ἀπὸ κώμης Ἀδδάνων: ζήσασα μικρὸν πρὸς ἔτη δέκα: ἐν ὑπατείᾳ ὁνωρίου τὸ ι. καὶ κωνσταντίου τὸ α. μηνὶ πανέμῳ. ιβ. ἡμέρᾳ. Hîc ſita eſt Euſebia in pace: quæ fuit ſacra virguncula, ex pago Addanis: & vixit paulò plus X. annos: Coſſ. Honorio X. & Conſtantio I. menſe Iulio, die 12. Nempe circ. Chriſti 418 Adana, ἄδανα, generis neutri (inquit Stephanus de reb.) ciuitas Ciliciæ eſt. Sed hoc loco eſt Addana, gemino dd.

Athaulfi migratio in Hiſpaniã. Catalonia. Athaulfi interitus. Viſigotthorum in Hiſpania potentia. Ex eis, Hiſpanici Reges Chriſtiani. Vallia, Gotthorum in Hiſpania Rex.

*Anno 419. Athaulfus, qui contra Honorium peccarat, Narbone à Conſtantio obſeſſus, inde cum populo ſuo, in Hiſpaniam Imperij Tarraconenſem (Arragoniam, Cataloniam: quaſi Gotthalaniam à Gotthis & Alanis) ſe tranſtulit: id quod Vandalis gratum non fuit. Cùm autem Athaulfum, ad reconciliationem cum fratre ſuo, coniux Placidia induxiſſet: occiſus eſt is Barcinone à Gotthis: quibus ipſe, mulieri nimis deditus, bellum autem pace glorioſius & vtilius, videbatur: Sigerico (*Sigrerich*) in locum eius ſuffecto: qui & ipſe breui, vt Romani nominis amantior viſus, ſublatus eſt: & Vallia, Rex factus. Ita Veſegotthi, ſeu Viſigotthi, in Hiſpania nidificarunt: antiquitus Balthi, id eſt, audaces, appellati. Vnde forſan Italicum Baldanzoſo audax. Durauit eorum regnum in Hiſpania vſq; ad 717. Chriſti. Ab his Gotthis deſcendiſſe ſcribuntur Chriſtiani Hiſpaniæ Reges: ex quibus originem trahant Romani hodie Auſtriacæ familiæ Reges & Imperatores. Sed Oſtrogotthi, longè adhuc ad Orientem aberant: à ſummo Rege Amalo, Amali nuncupati.*

Placidia, Honorio reddita. Legati ex Hiſpania ad Honoriũ. Placidia, Conſtantio nupta. Valentinianus 3. natus.

Anno 420. Vallia à Gotthis ideo Rex electus: vt Romanos bello perſequeretur: id potius ſuſtulit. Nam Placidiam, apud ſe honorificè habitam, exigente Conſtantio, fratri Honorio reddidit: pacemq; cũ eo, datis obſidibus lectiſſimis, pepigit: ſeq; pro Romanis aduerſus Barbaros, qui Hiſpanias inuaſerant, pugnaturum ſpopondit. Mittunt è contrario, Vandalorum, Alanorum, Sueuorumque Reges, legatos ad Imperatorem (teſte Oroſio) cum his verbis. Tu cum omnibus pacem habe: omnium obſides accipe. Nos nobis confligimus: nobis perimus, tibi vincimus, immortalis verò quæſtus erit Reipubl. tuæ, ſi vtriq; pereamus. Placidiam & Conſtantium Honorius magno gaudio excepit: matrimonio coniunxit: cùm antea patricitatu & conſulatu, propter magna merita, illum ornaſſet: & iam iterum Conſulem deſignaſſet. Hinc natus eſt 422. Valentinianus tertius.

D. Auguſtinus. Honorij triumphus.

Florebat hoc tempore in Africa apud Hipponem, fulgentiſſimus Eccleſiæ Doctor Auguſtinus: & B. Hieronymus, nonaginta vnius annorum, apud Bethlehemum defunctus eſt.

Anno 421. Honorius, pacatis Italia, Gallia, Hiſpania, inſignis Pompa triumpho Romam ingreſſus eſt in Hiſpania Vandalos, Alanos, Sueuos, Vallia bello preſſit. Sequenti quoque anno, ipſe & Conſtantius Alanos ac Sueuos, apud Emeritam Luſitaniæ, acie ſuperauit. Inter Reges, Emericum Sueuorum, & Gundaricum Vandalorum, diſſidium, & ad prælium in Gallæcia prouocatio fuit.

De Francorum Regno in Gallia.

Francorũ Reges.

Francorum Reges, ſuprà lib 2 cap. 9. enumerans, vſq; ad Francum, & filium eius Clogionem, anno ante Chriſtum X. perueni. Nunc inſecutos Reges enumerabo, ad hoc vſque tempus, quo Sueuicam hiſtoriam deduxi.

Clogionem ſecutus eſt anno Domini 22. Herimerus, à Gallis & Romanis interfectus. 33. Marcomirus. 51. Clodomerus. 63. eius filius Antenor. 69, Rhaterus, qui Rhaterodanum condidit in Battuia ſiue Holandia, magni noſtro ſeculo Eraſmi patriam. 90. Richimer, *F. Rhateri. 114. Odemarus. 128. eius F.* Marcomer. 149. Clodomer. 166. *filius eius Farabertus: antiqui cum*

Germa-

Germanis fœderis renouator. 186. Sunno, Faraberti F. 214. Hilderichus. Tunc Franci, à Vate ſuo Hildegaſto, ad cultiores mores & ædificatiores traducti. 254. Barther. 272. Clodius, Ludwig. 299. Walther. 197. Degenbertus. 318. Clogio. 320. Clodomirus, ſub quo, Ducatus in Francia orientali ortus eſt: parte Francorum migrante huc ex inferiore Belgio: & inter Turingos ac Sueuos ſe collocante. 338. Richimer/ Clodomiri F in prælio à Romanis occiſus.

Ducatus Franconiæ.

351. Theodomer: quem Romani cum matre Haſtila captum interfecerunt, 361. Clogio. 379. Marcomer/ in prælio à Valentiniano cæſus. 394. Duces adminiſtrarunt Francorum Regnum 399. Genebaldus, Dagoberti F. præfuit Francis annos 21.

Iam anno Chriſti CCCC. XX. FARAMVND. (Warmund) Marcomiri F. Franconiæ Dux, Rex à ſuis declaratus eſt: à quo (vel à F. eius Clodio, ſiue Clodoueo) Galliarum Reges numerari incipiunt: licet aliquot annis poſterius, in Gallia ſedem Franci obtinuerunt. A Francorum autem nomine, Gallia nomen Franciæ accepit. Tunc rurſus Galliæ & Germaniæ coniunctio facta eſt: quemadmodum longè ante Chriſti aduentum, vno regimine conſtabant: vnoque Galatiæ nomine continebantur: ſicut antehac lib. I. cap. 2. oſtenſum eſt: cùm Brennus, Germaniæ & Galliæ Dux, anno ante ſaluatorem 388. eſſet.

Galliarum R. Faramundus.

Galliæ & Germaniæ denuò coniunctio.

Fertur hic Faramundus leges rudi populo Francico tuliſſe, præſertim Salicã: ſic à Salijs fluuij Salæ Francis dictam. Fuêre veteribus Francis duæ leges in bonore, Salica & Ripuaria: contra quas nihil cuiquam Regum, ante Carolum M. facere licebat.

Salica lex Faramundi, & Ripuaria.

Earum exemplaria (vt Stumpſius lib. 3. cap. 52. ſcribit) tempore huius Caroli ſcripta, noſtro ſeculo reperta ſunt. Ibi multa vocabula Germanica reperiuntur, latinis immixta: quod ſigno eſt, antiquiſſimos Gallos ſeu Francos, fuiſſe Germanicam gentem: & Germanicâ lingua vſos eſſe. Vt, Ermorden/ occidere: Manire, Manen/ citare ad iudicium. Verbannitus: exilio damnatus. Weergelta/ mulctatitia pecunia. Helmus, galea: Beinberga, arma, quibus crura obteguntur. Fredum, pax.

Vocabula ibi Germanica.

Rachtingij, ſequeſtres, pacis conciliatores. Grauio, Graf. Comes. Canis ſeuſius, canis venaticus, porcarius. Sparvvarius, Sperber. Scuria, Schewr/ horreum. Skella, tintinnabulum.

Et in Gallico ſermone etiamnum reperiuntur Germanica verba: vt, Burgois, Burger/ ciuis: Riche, diues.

Panciere, lorica. Heaulme, Helm Galea. Bouc, Bock Caper.

Probabilis hæc duntaxat ratio eſt, non neceſſaria. Nam in Italicã quoque linguam, & alias, quædam Germanicæ dictiones inuaſerunt: & in Germanicam aliaſque, plurimæ Græcæ: nec tamen ideo hæ nationes vnâ communi lingua vſæ ſunt. De Germania tamen & Gallia, vno communi γαλατίας vocabulo antiquitus complexis, non parum credibile eſt. Vide ſuprà lib. 1. cap. 4. articulo 13.

Hæc ideo de Francis, & eorum in Gallijs contra Romanos inchoando Regno, dicenda breuiter duxi: quòd Sueuia quoque aliquando huic ſubijcietur: & Duces inde accipiet.

Anno 423 diſſenſione inter Gundericum Vandalorum, & Hermericum Sueuorum, in Hiſpania Reges, verſante (ſibi enim ſubiectos volebat Sueuos Vandalus) Sueui in Narbaſorum montibus, ſeu Naruaſis montibus, ab ipſo obſidebantur. Sed cùm eos expugnare non poſſet: cauſam maioris negotij, ne deſperatione diſcedere videretur ſequenti anno ſimulans, obſidionem reliquit. Inde ad Baleares (Tarraconenſis prouinciæ inſulas) conuerſus, eas prædatione cædibusque vaſtauit.

Vandalus in Hiſpania, contra Sueuum.

Poſtea Carthaginem Ciſmarinam, vel Hiſpanicam (quæ, Spartaria nominatur) Sicut olim Scipio, deſtruxit. Exinde dignitas huius vrbis, Gotthorum tempore, ad Toletanam Eccleſiam translata eſt: & Chartaginenſis prouincia hæc, Toletana dicitur.

Carthago Spartaria.

Poſtremò, 429. interijt Gundericus: vel à dæmone correptus, cùm in Hiſpalis (Seuillæ, Sibiliæ) excisione, manum in Baſilicam D. Vincentij impiè extenderet: vel à Sueuis Hiſpanienſibus captus, paloq; infixus.

Eodem anno, Gotthorum Rex Vallia, crebris in Hiſpania victorijs de Alanis, Vandalis, & Sueuis potitus: honoratus eſt ab Honorio & Conſtantio conceſſione ſedis in Gallia: nempe Aquitaniæ ſecundæ (exceptis tamen aliquot vrbibus) & vrbis Toloſæ, quam ille ſibi Regni ſedem conſtituit, Sigonio teſte. Illi mortuo ſucceſſit Theodoricus.

Valliæ Gotthi ſucceſſus in Hiſpania.

Anno

Conſtantius, Auguſtus. Valentinianus, Nobiliſſimus.

Anno 424. Honorius Conſtantium honore Auguſti ornauit: & filiolum eius Valentinianum, Nobiliſſimi dignitate. Collegæ Conſtantij imaginem, Conſtantinopolin de more ad Theodoſium miſit. Sed cùm hic, eo facto improbato, imaginem recuſaſſet: dolore Conſtantius ſexto menſe poſt Imperium acceptum obijt: & in Diuos relatus eſt.

Leontius, Doctor. Athenis. Athenais, eius filia.

Anno 425. Athenis moriens Philoſophus quidam, Leontius nomine, teſtamento omnia bona ſua filijs ſuis, Geneſio & Valerio, reliquit: filiæ Athenaidi tantùm C. aureos legauit, cauſam addens: ἀρκεῖ αὐτῇ ἡ τύχη αὐτῆς, ſufficit ei ſua fortuna. Hæc indignè ferens, cùm nihil à fratribus amplius impetraret, ſed & expelleretur: Conſtantinopolin (π. ἐς πόλιν τὴν πρωτόπολιν, τὴν πόλιν τὴν τοῦ κράτους) profecta, Pulcheriæ Auguſtæ ſupplex fit. Quæ cùm corpore longè formiſiſſimam, ſed animo adhuc paganam, videret: S baptiſmate ab Epiſcopo Attico initiandam, & Eudociam appellandam, curat: fratrique ſuo Imp. Theodoſio vxorem dat.

Eudocia nominata, nuptui datur Theodoſio iuniori Imp.

Hæc in tantam dignitatis celſitudinem euecta: fratrum inhumanitatem vlta non eſt: vt nec caſtiſſimus ille Geneſ. 45. Ioſephus: ſed Themiſtoclis illud cogitans: Periiſſem niſi periiſſem: Geneſio præfecturam Illyrici, Valerio Aulici vel militaris Magiſterij honorem, ab Auguſto impetrauit.

Tricennalia Honorij.

Anno 426. Honorius, vt omnem præteriti temporis triſtitiam Romanis deleret: ludis omnis generis magnificentiſſimis, Imperij ſui Tricennalia celebrauit.

Eudoxia naſcitur.

Eodem anno, Auguſta Eudocia peperit Eudoxiam.

Placidiæ migratio.

Anno 427. Placidia cum filio Valẽtiniano, Conſtantinopolin diſceſſit ad Imp. Theodoſium, bene excepta. Nam fratri Honorio in ſuſpicionẽ venerat: quaſi clandeſtina conſilia contra ipſum, cum inimicis eius tractaret. Cùm autem multas noctes fulſiſſet crinita ſtella: Honorius, aquæ intercutis morbo tentatus, Romæ die 15. Aug. ſine liberis obijt: & iuxta S. Petri Baſilicam, in mauſoleo repoſitus eſt: Pius & magnanimus fuit: ex totque bellis & perturbationibus, non incommodè emerſit.

Honorij mors.

VALENTINIANVS III, QVI MERITO NVMERATVR VLTIMVS Imp. Occidentis. Scriba Ioannes, Imperij inuaſor. Comites Aëtius & Bonifacius. Vandali & Genſerichus, in Africa. Francorum incrementum in Gallia. S. Auguſtini mors. Synodus Epheſina (iam tertia vniuerſalis) contra Neſtorium. VVaiblinga op. & Bainſtain pagus. Venatio Theodoſij Imp. Illuſtres fœminæ, Honoria, Pulcheria, Eudocia, Eudoxia. Attila & Hunni. Theodoſij temerariæ ſubſcriptiones, Eudociæ cum Paulino calamitas. Sueuorum Hiſpanieſium Reges & res geſtæ. Armoricani in Gallia. Francorum Regnum Gallicum. Imperij Rom. laceratio. Theodoſij A. mors.

CAPVT IX.

Valentiniani III. imperium in Occidente. Ioannes Scriba, imperiũ arripit. Placidia Auguſta. Scribæ illius exitium. Placidiæ inhumanitas. Rauennæ fortuna.

ANNO 429. Honòrio ſucceſſit LVII. IMP. CÆS. FL. PLACIDIVS VALENTINIANVS. P. F. Aug. Creatus idibus Octob. puer annorum 7. idque ob hanc cauſam: quòd Ioannes quidam, Honorij Scriba, Imperium inuaſerat: petens per Legatos, vt ſe Theodoſius ſineret bonâ gratia præeſſe Occidentis imperio. Legatis verò atrocia mandata referẽtibus: Ioannes Aëtium, Palatij præfectum, in Pannoniam ob Hunnica auxilia accerſenda miſit. Ideo Theodoſius 428. anno, Valentinianum, & matrem Placidiam (illum Cæſaris, hanc Auguſtæ, honore decoratos) ad recipiendum Imperium Occidentis, Ducibus & exercitu datis, miſit. Exitus hic fuit, vt miſer Scriba, ſequenti anno, XVIII. imperij ſui menſe, Rauennæ captus, iratæ Auguſtæ iuſſu dextrâ Aquileiæ priuatus, in aſino contumelioſè circunductus, tandem obtruncatus fuerit: cætera clemens, & ſingulari virtute, vir. Tunc Theodoſij decreto, Valentinianus Auguſtalibus fuit inſignibus ornatus. Placidia ſuo arbitratu res adminiſtrauit: quæ Rauennatibus propter receptum Ioannem irata, vrbem eorum diripendam militibus conceſſit: Aëtio præter veniam, comitis quoque dignitatem dedit: quòd Hunnos ſine maleficio ex Italia dimiſiſſet. Rauennam poſtea dignitate auxit: vt ab eo tempore diu ſedes imperij fuerit.

Placidia, contra Comitem Bonifacium.

Anno 430. Africæ comes erat Bonifacius: cui cùm Placidia, ab Aëtio incitata, qui eum Imperio infidelem calumniatus erat, bellum inferret: ipſe Vandalos, quorum Rex erat Gunthariuſ & Genſericus, ex Hiſpania in Africam euocatos, ſecum ſocietate coniunxit: Mauritaniam dans. Gunthario breui mortuo: cum Genſerico poſtea (ex concubina nato, religione Ariano, & orthodoxos dirè exagitante) laboris plurimum Romanis fuit.

Clodio crinitus, Francorum Rex

Anno 432. partem Galliarum Rheno vicinam, à Francis (quorum Rex erat Clodius comatus, vel Clodio crinitus, Faramundi F.) occupatam, Aëtius comes recuperat.

Inquieti

Inquieti erat Franci: quippe in annum adusque 440. & amplius, in Gallia ad Aurelianenſes & Pariſios aſpirabant: Belgicas regiones, Cruſios ſiue Holandinos, Batauos, Tungros, Menapios, Terouanos, Morinos, Ambianos, Cameracenſes, Beluacenſes, & alia multa, propter Sequanam & Ligerim ad Regnum Francorum adijciendo: quæ Romani nunquam amplius receperunt: vt ex Tritenhemio Funcioq; diſcitur. Sic Regnum Francicum, à Franconibus in Gallijs condi cœptum.

Cruſii ſiue Holandini.

Francici Regni in Galliis origo.

Anno 434. vrbe Africæ Hippone, à Gizericho ſeu Genſericho (Geitzreich/Gantzreich) *obſeſſa: B. Auguſtinus, ibi Epiſcopus: ne ciuitatis ſuæ ruinam cerneret: tertio eiuſdem obſidionis menſe: ſeptuaginta & ſex vitæ annis expletis (ex quibus XL. in clericatu, ſeu Epiſcopatu, tranſegerat) ad Chriſtum perrexit. Diaconus lib. 14. Ab Auguſtino poſterius ordines Eremitarum, & Canonicorum Regularium, fluxiſſe Panuinius ait.*

S. Auguſtini obitus.

Anno 435. tertium concilium vniuerſale habitum eſt, CC. XXX. patrum, Epheſi, contra Neſtorium præſide Alexandrino Epiſcopo Cyrillo, loco Papæ Romani Cœleſtini: & Iuuenale, Hieroſolymitano Epiſcopo: vbi pronuntiatum eſt, B. virginem Mariam, verè eſſe θεοτόκον, *Deiperam, vel Dei genitricem: & vnione duarum naturarum eſſe vnam Chriſti perſonam: eum eſſe & Deum, & hominem, in vnitate perſonæ. Dicebat enim Neſtorius, Mariam non eſſe Dei genitricem ſed Chriſti: ita, vt duos de vnico Chriſto filios Dei fingeret: duas eſſe Chriſti perſonas: vnam Verbi, ex Deo patre, nati: alteram hominis, ex Maria nati: cui reſpectu quodam* (κατὰ σχέσιν) *Verbum eſſet vnitum: & ipſum quoque æquiuocè* (ὁμωνύμως) *dici filium Dei.*

Synodus tertia, contra Neſtoriũ.

Hoc tempore, Francorum Rex Clodius, Doringos & Saxones domuiſſe fertur, nec non Alemannos Est iuxta VVirtembergicum oppidum VVAIBLINGAM, villa, Bainſtain dicta: vbi fuiſſe ſuo tempore Ioan. Nauclerus, Tybingenſis Academiæ Præpoſitus, ait monumentum, in modum turris, miro opere ex quadris & ſculptis lapidibus conſtructum, cum inſcriptione: CLODIVS HOC FECIT VXORI SVÆ.

Clodius, Francorum Rex.

Poſt illud tempus, Theodoſius Imp. Venatum egreſſus, diuertit ſolus ad Eremitam quendam: qui nouerat quidem ipſum: ſed, tanquam cum vno ex militibus, loquebatur: defatigatoq; panem humectatum, & acetum oleumq; appoſuit. Noſti ne me: inquit Imperator. Alter, Deus te nouit, reſpondit. Tum ille: Sum Imp. Theodoſius. Supplex factus eſt Eremita. Ibi Imperator, beati profecto eſtis, inquit, vos Monachi: quia curarum huius mundi, vacui. Confirmo tibi, me nunquã ita ſuauiter in meo Palatio comediſſe & bibiſſe. Ita Agricolæ & Vinitori plerunque non minus ſapit ſuus durus victus: quàm Principibus, ſua exquiſitæ lautitiæ.

Theodoſius Imp. apud Eremitam.

Anno 438. in Occidente, Auguſtali domui non leuis accidit infamia: quòd ſoror Valentiniani Honoria, cùm virginitatem ad Aulæ Honorem tueri debuiſſet: ipſa flagrans libidine, Hũnorum Rege Attila ad connubium ſui fruſtrà inuitato, ex procuratoris ſui Eugenij compreſſu intumuit: ideoque à fratre Conſtantinopolin, ad Theodoſium fuit amandata.

Honoriæ caducitas.

Attila, R. Hunnorum.

Anno 439 pax à Valentiniano eſt facta cum Genſerico: Numidia Hipponenſi ei ad habitandum conceſſa. Hinc Vandali annos 95. in Africa regnarunt: donec eis poteſtas 534. à Beliſario erepta eſt. Circa annum 440. Epiſcopatum Curienſem Rhætiæ cœptum eſt, Bruſchius ſcribit.

Vandalorum Regnum in Africa.

Curienſis Epantus.

Anno 441. Valentinianus Conſtantinopolin veniens filiam Theodoſij Eudoxiam duxit, ex Eudocia natam: redijtq; Romam.

Eudoxia.

Anno 442. corpus S. Chriſoſtomi, poſt longum exilium Conſtantinopolin relatum, magno cum honore 27. Ianuar. conditum eſt.

Anno 443. Genſericus non quieſcens, poſt alia oppida, etiam capit Carthaginem, Africæ quaſi Romam: legibus & Magiſtratibus, artium liberalium Scholis optimè inſtitutam. Templis ſpoliatis, Arianam hæreſin propagauit. Idem munitiones Romanorum per Africam, & mœnia oppidorum, deiecit. Dein, Siciliam vexauit.

Carthago Africæ, à Genſerico capta.

Anno 445. Britanni, adhuc fideles Romanis erant. Auxilio verò contra Pictos & Scotos, à quibus poſtea bello premebantur, nullo à Romanis veniente: ab ipſis ad Saxonum opem quærendam deficere. 450. Chriſti ſunt coacti.

Britannia, vel Anglia.

Anno circà 446. deſtructis Iſtrianis caſtellis: quæ ad tutelam Imperij Rom. poſita erant: Hunnorum Rex Attila (Etzel) *in Mæſiam, frater eius Bleda vel Buda in Thraciam, irrupit. Ita hæ prouinciæ, & Macedonia, ac Græcia, miſerrimè deuaſtatæ fuerunt. Pace itaque bellum,*

Attilæ motus.

quod

Digitized by Google

quod cum Genſerico habebant, Theodoſius & Valentinianus commutarunt. A Theodoſio poſtea, Hunos horrente magna vi auri, & in ſingulos annos tributo promiſſo, ſummoti ſunt. Bledam

Buda Vngariæ.

deinde ſuſtulit Attila: vt ſolus Hunnis dominaretur. Fuit Buda, Vngariæ vrbs, ab hoc Bleda & Buda, condita.

Hunnorum deſcriptio.

Hunnorum deſcriptio, qualis olim populus (antiquitus vltra Mæoticas paludes, glacialem Oceanum accolens: poſtea in Vngaria conſidens) quàm omnem modum veritatis excedens, lib. 32. Ammiani extat. compactis omnes (inter multa inquit) firmiſque membris, & opimis ceruicibus, prodigioſè deformes & pandi: vt bipedes exiſtimes beſtias. Radicibus herbarum agreſtiũ, & ſemicruda cuiusque pecoris carne, veſcũtur: quam inter femora ſua, & equorum terga, ſubſertam, focu calefaciunt breui. Ædificijs nullis vnquam tecti: quia nec ſecuros ſub ijs ſe exiſtimant: ſine ſedibus etiam certis: ſemper fugientium ſimiles: cum carpentis, in quibus habitant, cum vxoribus: quæ ex

Patria nulla Hunnis.

villis contexunt veſtimenta. Nullus proinde apud eos interrogatus, reſpondere de patria poteſt: quoniam alibi conceptus, procul natus, longius etiam educatus. Hæc, ille: vt Turcicum, quoddam genus ſint. Ergo non poterant cum Homerico Vlyſſe, fumum patriæ vt viderent, optare: aut tentare redire φίλην εἰς πατρίδα γαῖαν, Quid honeſtum (addit) quid inhoneſtum, penitus ignorantes. Sic ille; Succeſſu tamen temporum, cultiores moribus facti. Ibidem habeantur olim, Hunni, Vnni, Chuni, & Auares. Minus rectè, Vgri appellati. Nam longè poſt (circ. 890. Domini) eis ſucceſſe-

Vgri, & Vngri.

runt Vgri ſiue Vngari & Hungari. Olim & ipſi, valde barbari & ſæui. Hodie, partim à Turcis ſubacti: inter reliquos, multi literarum & diſciplinarum ſtudioſi: ad VVitebergenſem & VVirtẽbergenſem Academias proficiſci ſoliti.

Pulcheriæ fortuna.

Anno 447. antè & poſt, hæc Conſtantinopoli facta ſunt: vt Aulæ peccata & calamitates, quæ interdum accidunt, videamus. Pulcheria fuit à Reipub. curatione, Chryſaphij Eutychiani artibus, Auguſtam Eudociam ab ipſa alienantis ad vitam priuatam depulſa: ſed Theodoſio poſteà fraudem intelligente, reſtituta: & Chryſaphius, publicatis bonis eius, relegatus.

Prudentia Pulcheriæ.
Subſcriptio literarum.

Cùm Theodoſius, ſupplicantium literis non lectis, facilè ſoleret ſubſcribere (quamuis à Pulcheria, ne faceret, niſi prius lectis, ſæpenumero rogatus) ipſa quodam die ſyngrapham, tanquam neſcio quid æquæ rei continentẽ, exhibẽs ſubſcriptionẽ & ſubſignationem petijt, atq; obtinuit. Aduocatum deinde Eudociam, in ſeruitutem ſibi ex debito popoſcit. Contra dicente Imperatore: ipſa manu ſigilloque eius, illam eſſe ſeruam ſuam, conuicit. Hoc modo effecit, ne quas poſthac, niſi prælectas, literas confirmaret.

Eudociæ Auguſtæ calamitas.
Pomum grande.

Calamitas dehinc Eudociæ grandis accidit. Attulerat dono quidam pauper Imperatori pomum ſeu mâlum, ingens & pulchrum, ex Aſia: centum viciſſim Aureis ab ipſo donatus. Μῆλον καλὸν καὶ ὑπερμέγεθες Manaſſes meus manuſcr. nominat: ſed effectu tale, quale Eridis, in Pelei & Thetidis nuptijs. Miſit enim illud Theodoſius vxori, vt nimirum ſpectaculum: illa, Magiſtro Paulino, viro doctiſſimo: ſuarumq; ſuperiori tempore nuptiarum adiutori. Paulinus Imperatori (neſciens, antea ab eo viſum) dedit: qui id ſeruauit. Poſtea interrogauit vxorem, vbi illud mâlum eſſet. ποῦ ἔναι τὸ μῆλον (in meo manuſcr. vulgaris L. Chronico) τὸ σὲ ἔσταλα; Hæc ſe comediſſe ait (ἔφαγάτο) & inſtanti Imperatori, iuramento quoq; idem confirmauit. Iratus ille, pomum adferri iuſſit: ac Paulinum (mala ſuſpicione concepta, & coniuge obiurgata) illâ ipſa nocte obtruncandum curauit.

Οὕτω Παυλῖνος θάνατον ἐτρύγησεν ἐκ ζήλου:
Καὶ ξίφος αἱματόχαρτον ἐμέθυσε τῷ φόνῳ.

Μῆλον.

Ex tota narratione facilè intelligitur: per vocem Μῆλον, pomum hîc ſignificari: non autem ouem: ſicut ab Ioanne Lango, Eccleſ. hiſtor. Nicephori lib. 14. cap. 23. conuerſa eſt.

Auguſta, ſe inuiſam Imperatori, magno cum infamiæ mærore cernens: permiſſu eius nauigauit, multis cum opibus (μετὰ φαντασίας βασιλικῆς, καὶ πλούτου πολλοῦ) Hieroſolymam: cuius muros & turres collapſas refecit: Templa ædificauit: in pauperes & cœnobia liberalitatem exercuit. Reuerſa deinde, viro mortuo, Conſtantinopolin, Hieroſolymam repetiit: ibique ſanctè viuens, vitam cum morte anno 458. commutauit: cùm quidem iureiurando antè, ſuam de Paulino innocentiam confirmaſſet. Sepulta ibi eſt in S. Stephani fano.

Περιπέτεια Eudociæ.

Exemplum in ipſa videmus περιπετείας αὐτῆς: commutationis ex mirabili felicitate, ad triſtiſſimum caſum. Sic Deus extrahit ſuos ab amore rerum terrenarum, ad cæleſtium deſiderium. Magnum malum, ignorantia: magnum malum, ſuſpicio.

Homerici centones.

Huic Eudociæ aſcribuntur τὰ ὁμηρόκεντρα, Homerici centones de rebus Euangelicis: quales non multò antè, Proba Falconia Romana, Proconſulis Adelphi vxor, Latinos ex Virgilio fecerat.

cerat.

cerat. Fertur, Feſtum S. Petri ad vincula inſtitutum: propter duas cathenas, quibus is Actor. 12. vinctus fuerat, ab Eudocia Hieroſolymis repertas.

S. Petri Feſtum ad vincula.

Hæc ideo de rebus Orientalibus, alijſque, commemorare libuit: quòd Orientale Imperium, alterum aquilæ Romanæ caput erat: diuiſæ tum in hoc, tũ in Occidentale Regnũ. De Occidentalibus autem Imperatoribus, vbique res notabiles exponere congruit: quòd Germanus & Sueuus, plurimum cum eis negotij ferè omni tempore fuit: nec vnquam ſibi totam Germaniam Romani, quamuis ſæpe conati ſubijcere potuêre. At ſuo quoque tempore, Sueuis alijſq; Germanis cum Oriente Græciáq; res erit. Accedit, quòd inclinatione, ac laceratione Romanæ potentiæ, aliquantùm indicata: tantò magis Alemannis & Francis cauſa creſcendi data, patet. Ponamus nunc, quæ ſub his annis Sueuica habere poterimus.

Aquila Rom. Imperij biceps.

Anno Domini 437. in Gallicia, Hermericus Sueuorum Rex, longo morbo penè confectus, aliquantò ante mortem, pacem fecit cum Gallæcis: quos in parte prouinciæ, Regno proprio vtentes, aliquandiu bello vexauerat. Rechilam quoque, ſeu Rechilanem, filium, in conſortium Regni cooptauit, & hæredem nuncupauit. Eundem cum exercitu contra Andenotum, Romanæ militiæ Ducem, miſit. Quem cum magnis copijs Rechila ad Singilin Bæticæ flumen fudit: magno argenti auriq; pondere potitus. Poſtea reuerſus per Luſitaniam, obſedit Emeritam (Medinam riui ſicci) expugnatamq; Regno ſuo adiunxit. Ex Iſidoro & Vaſæo.

Sueuorum Hiſpanienſium Rex Hermericus.

Anno 441. (al. 444.) Hermerico, qui ſeptem annos continuos ægrotauerat, mortuo, Rechila F. ſucceſſit: qui Hiſpali expugnata, Bæticam, & Carthaginenſem prouinciam, Regno ſuo adiecit. Ita Silingorum vel Turcilingorum nomen, in Bætica eſt extinctum

Rechila, Rex Sueuorum in Hiſpania. Silingi. Turcilingi.

Anno 442. Gotthi aduerſus Sueuos in Hiſpania progreſſi, Regem eorum Rechilam prælio ſuperarunt, ac theſaurum eripuerunt.

Anno 445. Rechila, pace Regnum ſuum confirmare ſtudens, Carpetaniam (Carthaginenſem, Toletanam) prouinciam, Romanis reddidit.

Anno 448. Rechila moritur Emeritæ: ſub cultu, vt fertur, gentilitatis.

Anno 449. Rex Sueuorum Hiſpanienſium erat Reciarius, vel Recciarius, Rechilæ F. iã factus religione Catholicus. Vxorem duxit Theodorici filiam, Gotthorum Regis: quo coniugio, tam amplo, ingentes ſpiritus, & magnas ſpes, animo concepit. Idem Vaſconum regionem depopulatus eſt. Deinde ad ſocerum profectus, Cæſar auguſtam (Sarageſam) in reditu, Gotthorum auxilio vaſtauit: Tarraconenſem prouinciam, Romanis ſubiectam, inuaſit: Carthaginenſem regionẽ, quam pater eius reddiderat pacis ergò Romanis, deprædatus eſt. Hoc ſucceſſu, lætus & triumphabundus domum rediit.

Reciarius Rex.

Anno 452 in Gallia, cùm Armoricani (in Britannia minore) qui ſub Honorio 413. defecerant à Romanis, in defectione pertinaciter manerent. Aëtius, alijs curis implicitus, eos Eocharico, Alemannorum Regi, ſubigendos tradidit. Hic ergo, validiſſimo exercitu comparato, in eos mouit. Armoricani in timorem de ſalute ſua, propter tantam in ſe ruentem molem, adducti: Antiſiodorenſem (Auxerræ Burgundionum) Epiſcopum Germanum, patronum ſibi aduocarunt. Regem ille adiens, manu freno equi iniecta, cum exercitu conſiſtere coëgit, pacem populis dari orans. Re ab eo ad Aetium, ab Aetio ad Valentinianum, reiecta: Germanus hunc Rauennæ accedens, pacem Armoricanis impetrauiſſet: niſi hi noua rebellione ſibi ipſi offeciſſent. Hinc intelligitur, Germaniæ Sueuos (ſi non omnes, at partem eorum) pacem tunc habuiſſe cum Romanis.

Eocharius, Alemannorum Rex.

Rurſum de Franconibus.

Anno 453. (Sigonio 449.) Meroueus Rex Francorum, Clodionis F. & ſucceſſor, Rhenum cum copijs (quod Maiores eius non ita feliciter potuerant) ſine certamine vllo traiecit (Imperio Romã tot barbaris gentibus contrito) ſedeſq; Francorum ad Axonam amnem (Valentiniano nõ repugnante) collocauit. Ab eo inde Francorum Reges, in Gallia dominantes, MEROVINGI, vel Merouei, nuncupati ſunt. Axona Belgij fluuius, in finibus Rhenorum: la Diſne Marliano.

Meroueus, Francorum Rex. Merouingi.

De his & Attilæ poſtea cladem ſecutis, temporibus, P. AEmilius.

Franci, longius ſpe promota, Senonum etiam Pariſiorumq;, ac Aurelianenſium, ciuitates occupauêre. Britanni, cæſis ab Anglo ſuæ gentis Proceribus, ingentem nauigiorum vim nacti, in eã Galliæ partem, quæ peninſula modo in Oceanum excurrit, generatim commigrauêre: nouiſq; eorum ſedibus, Britanniæ nomen inditum. Religionem, incorruptam integramq;, beneficio Gallorũ

Francorum progreſſus. Britãnia minor.

Angliæ nomen. *patrum ſeruauere. Exin Anglia fuit, quæ Britannia fuerat: ac paſſim non res modò, ſed & nomina, mutata. Burgundiæ nomen, in Gallia celebre factū: finibus gentis, imperioq́ promoto. Quicquid Galliæ Merouæus Rex cum ſuis tenuit: Francia dici cœpit. Viſigotthi, non Aquitaniam modò, nobiliſſimasq́; Narbonenſis prouinciæ vrbes: ſed & Perbonam Hiſpaniæ partem, obtinebant. Tanta diſtractio Rom. Imperij facta fuit.*

Burgundiæ incrementum.

Franciæ nomen.

Theodoſii Imp. obitus. *Anno 454. 5. Calend. Aug. diem ſuum obijt Theodoſius Aug. anno ætatis 50. nulla virili prole ex ſe relicta. Bonus & pius Princeps: ſed non ſatis fortis, nec prudens. Barbarum Chronicon ſic de eo loquitur:* εὐσεβὴς μὲν, καὶ ὀρθόδοξος, καὶ χριστιανικώτατος· πλὴν οὐ πολὺ φρόνιμος· οὐδὲ στερεὸς ἐν τῇ γνώμῃ· ἀλλ᾽ ὡς τὸν ἔστρεφον, οὕτως ἐκλίνετο. *Pius, & maximè Chriſtianæ religionis obſeruans: non tamen magna prudentia: nec in ſententia ſua conſtans: ſed, vt alij eum gyrabant, ita vertebatur.*

FL. MARCIANVS IMP. HVNNICI REGIS ATTILÆ, SVEVIS ALIisque Germanis ſociis, terribilis contra Valentinianum expeditio, profligatio, interitus. Sicambria, VVirtembergia, Conſtantia, Argentina. Nicaſius & Eutropia, Anianus & Aurelianenſes, Genoueſa & Pariſienſes. Ciuitates ab Attila afflictæ. VVimpina. Auguſta Vindel. vel Rhætiæ, & Religio ibi. Placidiæ Gallæ mors. Aëtij & Valentiniani interitus. Ricimer Sueuus, Aëtij ſucceſſor. Chalcedonenſis (vniuerſalis quarta) Synodus. Pulcheriæ & Marciani Imp. Orientis obitus.

CAPVT X.

Marcianus Imp. & Pulcheria, Orientis. ANNO 454. *Theodoſij ſucceſſor fit (eius & Pulcheriæ voluntate) in Oriente LVIII. Imp. Cæſ. FL. MARCIANVS, P. F. Aug. Erat is iā ſenex: cui hac conditione Pulcheria, ſeq́, & Imperium tradidit: vt virgo in coniugio eius maneret: quod fideliter factum eſt. Fuerat humili genere natus, & militiam ſecutus. Pius, Prudens, pacis amans. Arma enim nunquam, niſi prouocatus, mouit: dicere ſolitus, DONEC LICEAT IN PACE VIVERE, non decere Principem, arma ſumere. Portendi ei imperium exiſtimatum fuit: quòd duobus diuerſis temporibus, aquila ſupra caput eius, in aëre librata alis, viſa eſſet.*

His temporibus, terribiles ab Attila Hunno res ſunt geſtæ: de quibus copioſè Iornandes nec non Bonfinius lib. 3. & inde, ſcribunt.

Attila πρωσωπογραφία. *Erat hic egregiâ forma corporis etſi breuioris: toruo aſpectu, capite grandiuſculo, oculis imminutis, ſimo naſo, rarâ barba, canis ferè crinibus, colore ſubnigro, lato pectore: animoſus, ambitioſus, laborioſus, aſtutus, libidinoſus. Animos ei maiores faciebat gladius quidam, Martis putatus, quem paſtor buculæ (eo inter paſcendum calcato vulneratæ) indicio inuētum, ad ipſum attulerat: Proinde, honore Paſtori habito tantò Scytharum Deum Martem impenſius venerabatur. Plurimum deinde terroris & calamitatum, vtriq́ Imperio Chriſtiano intulit. In Occidētem præcipuè. & Valentinianum, bellum internecinum parauit: cuius occaſio, hæc fuit.*

Occaſio belli, in Occidentem ab eo illati. *Vandalus Genſericus, filio ſuo Honorico, Gotthici Regis Theodorici filiam matrimonio iunxerat: ſed venenum ſibi ab ea paratum ſuſpicatus: abſciſſo naſo dehoneſtatam patri remiſerat. Hinc vindictam timens: de Theodorico perdendo, opibusq́ Gotthorum labefactandis, conſilium iniit. Sed cùm ſuis viribus diffideret: Attilam multorum munerum miſſione contra illum incitauit. Grata res fuit Attilæ orbis Imperium affectanti. Itaq́, vt Gotthorum & Romanorum auxilia diſſociaret: duplices Legatos in Occidentem mittit. Per vnos, Valentiniano oſtendit ſe, amicitiâ eius ſalua, in Galliam contra Gotthos profecturum: per alteros Theodorico: ſe Romanis bellum facturum. Proinde neuter alteri ſocia arma, ſuo cum periculo iungeret. Valentinianus, fraude intellecta Legatos ad Theodoricum mittit: ne ſe decipi ab Attila ſinat, monet: ad communia in communi periculo arma inuitat. Theodoricus perſuaſus, fœdus cum Imperatore, ſi Attila bellum moueat, percutit. Adducti ſunt in eandem ſocietatem (vt in cauſa communi) Reges, Burgundionum Gundicarius, Alanorum Sangibanus, & Francorum Merouæus. Tradita totius belli cura ab Auguſto, Aëtio: ſummo illa tempeſtate Duci, & in Barbaricis bellis exercitatiſſimo: Galliæ & Hiſpaniæ partes regenti.*

Aëtius, ſummus belli contra Attilam Dux.

Attilæ Auxilia. *Vires contrà coactæ ab Attila: tum innumerabiles Hunni: tum Oſtrogotthi, in Scythia ei obedientes: Ducibus ex Amalorum familia fortiſſimis, tribus fratribus: Valemiro, Theodemiro, & Vindemiro. Socium ſe adiunxit (cùm Sicambriæ verſaretur Attila.) Tetricus Veronenſis: acerrimus olim Hunnorum hoſtis: iam Attilæ conciliatus Regia liberalitate: eius incitator præcipuus ad inuadendum præſidiarijs legionibus deſtitutum Occidentem.*

Quo-

Quoniam hoc loco mentio Sicambriæ facta eſt: & clarus Heluetiorum Hiſtoricus Stumpfius, dum fabuloſum cenſet Sicambrorum ſiue Francorum (vt antiquiſſimorum Germaniæ indigenarum) à Troia aut ex Scythia, egreſſum quærit, vbi eſt Sicambria? In Vtopia: ſciendum eſt quandam tamẽ Sicambriam in Vngaria fuiſſe, quæ vetus Buda vocetur, Attilæ ſedem. De qua inſcriptionem antiquam habet Antiquitatum Apiani liber: in lapide, Matthiæ Vngarorum Regis tempore illic effoſſo.

Sicambria Vngariæ.

LEGIO SICAMBRORVM HIC PRÆSIDIO COLLOCATA, CIVITATEM ÆDIFICAVERVNT: QVAM EX SVO NOMINE SICAMBRIAM VOCAVERVNT.

Etſi apparet, temporibus Romanorum modò, cùm Rhenum & Danubium caſtellis munirent, ædificatam fuiſſe: id eſt, poſt tempora Cæſaris Auguſti.

De Sicambris verò, Valentinianus, inquit Sigebertus, eorũ virtute delectatus eſt: qui prius vocati erant TROIANI, *deinde* ANTENORIDÆ, *poſtea* SICAMBRI: FRANCOS *Attica lingua appellauit: quod linguâ Latina interpretatur, Feroces. Socios belli, ſe quoque præbuerunt: Ardericus, Gepidarum (Dacorum, id eſt, Tranſyluaniæ, VValachiæ, Moldauiæ) Rex: & Heruli (Longòbardi, ex inſula Scandinauia) & Sarmatæ (Poloni) & Quadi (circa Sileſiam) & Marcomanni (Morauι) & Saxones, Turingi, Sueui: Alemannorumq́ Rex Gibuldus: Bructerus, vluoſa quem vel Nicer abluit vnda, Francus (vt Sidonius Apollin. ait) ſeu ſpe prædæ adducti ſeu quidam metu. Germani certè etiam ob excidium Galliarum.*

Sicambri, vel Sycambri.
Gepidæ.
Heruli.
Germani, cum Attila.

Totus annus, qui erat 454 ſalutis, & pars ſequentis, in hoc apparatu conſumpta: hominum, vt æſtimatum fuit, ad quingenta (alijs, ſeptingenta) millia. Extiterunt hoc tempore, ſigna & prodigia, magnopere Occidentales terrentia: ſpectra noctu interdiuq́, cauere iubentia: ſanguineæ è cœlo guttæ, bicipites infantes nati, fulmina in Templa.

Copiæ Attilæ.
Prodigia.

Anno igitur 455. iter cum exercitu ingreſſus Attila per Germaniam (vel, vt Auentinus ait, per Noricum, Vindeliciam, Rhætiarum fines, Lacum Brigantinum) ſi quid ibi reſiſteret, paſſim deuaſtauit: vicis & oppidis cõcrematis: ſacris & profanis dirutis: nec ſexus, nec ætatis, ratione habita. VVirtembergenſem agrum, ab illo exercitu (vel tũc, vel poſtea in reditione domum) conculcatum fuiſſe, mihi dubium non eſt: cùm circiter 50. dirutarum arcium veſtigia (quemadmodum audiui ex fidedigno viro ſene, eoq́ doctiſſimo) in vna oppidi Nyrtingæ præfectura, patrum noſtrorum memoriâ monſtrari potuerint: fortaſſe illa tempeſtate vaſtatarũ: cùm præſertim Ruſticis, ea de re interrogatis, Attilæ nomen in ore fuerit.

Germania vaſtatio.

Pari crudelitate in Heluetios tendens, oppidum Conſtantiam afflixit: Sigiſmundum, eius regionis Principem, magna manu occurrentem profligauit: vrbi ſuæ Baſileæ metuentem, ad deditionem coëgit. Quid ei Rhenus obſiſtere potuiſſet? Hercynia ſylua (vt ex Sidonio Sigonius & Auent. dicit) ſubitò ſecta bipennibus in lintres abierat. Argẽtinam (hactenus Silberthalam dictam) mœnibus in quatuor decuſſatim vias dirutis, πολυοδὸν πόλιν *(multiuiam ciuitatem) iuſſit appellari. Vnde videtur nomen* Straßburg *natum eſſe. Etſi alibi ab Othone I. impoſitum fertur. Capitali etiam mulcta interdixit (vt ſcilicet eſſet victoriæ ſuæ monimentum) ne murorum ibi ruinæ reficerentur.* πολλὴ ματαιότης, *ſtolida vanitas: dudum refectæ ſunt. Hodie ſi tantis mœnium & vallorum molibus ſeptam, tanta amplitudine dilatatam, tantis viribus pollentem, eam vrbem cerneret: numné facilè obſidionem, vel omni potentia ſua reſumeret?*

Baſilea.
Argentina.

Vaſtatio Galliæ, atrox. Rhemorum vrbe expugnata. Antiſtes Nicaſius, cum ſorore Eutropia ſtans pro templo D. virginis: & elatâ manu ſilentium indicens, cur in Chriſtianos, inquit, vobis ſupplices, ita ſæuitis? Vos etiam eſſe homines cogitate. Ne immani crudelitate diuinam irã in vos prouocate. Si meas oues, trucidare pergitis: me cum germana primum obtruncate. Plus vtilitatis, quàm damni, pijs dederitis. Obtruncatus ſtatim eſt. Soror ſibi metuens, ne ad res fœdas reſeruaretur: interfectori fratris eruit vnguibus oculos: Sic continuò à cæteris interfecta eſt.

Gallia depopulatio.
Nicaſius, & Eutropia.

Aureliam quoque aggreſſo Attila impulſu arietum expugnare: erat tunc vrbis eius Epiſcopus Anianus. Qui à ciuibus conſultus, quid faciendum eſſet: omnibus Deum cum lacrymis inuocandi auctor fuit. Inde iubet, ex muro proſpicere: num quid diuini auxilij viderent. Ante hoſtis enim aduentum, cum Aëtio Arelati fuerat. Proſpicientes, cùm neminem viderent: iterum ſupplicare Deo, iuſſit. Nec auxilio apparente: tertiùm cum magno fletu, eius iuſſu Deum orarunt. Ibi proſpicientibus, quaſi nebula de terra ſurgere viſa eſt. Quo ſibi renunciato, hoc illud auxilium diuinum eſſe ait. Fatiſcentibus iam crebro ariete muris: ecce tibi Aëtius, & Theodoricus (Teudo, Turonenſis) & filius eius Thoriſmundus: cum ſuo quiſque exercitu: commiſſoq́ prælio, Attila relinquere vrbem coactus eſt.

Anianus, Aureliæ Epiſcopus.

Q 2 Eòdem

Eodem modo antè, Pariſienſibus Hunnorum tranſitum Rheni horrentibus: & de relinquenda Lutetia cogitantibus: cur non potius manentes (inquit vxoribus eorum, virgo Genoueſa) de patria ieiunijs & precibus defendenda cogitatis. Deinde viros hortata eſt: ne profugerent, nec quicquam rerum ſuarum efferrent. Hîc tutiorem fore manſionem, vrbe incolumi emerſuram: modò ardentibus Deum precibus implorarent. Obeditum eius cohortationi eſt, & ſalus parta. Illam magna ſanctitate per Gallias claruiſſe, à Sigeberto perhibetur: ſicut & vndecim millia virginum, apud Coloniam ab Hunnis eſſe occiſa.

Catalaunici campi.

Vaſtatis multis Belgicæ & Lugdunenſis Galliæ locis: Attila copias ſuas in Catalaunicos deducit campos: patentiſſimos, & ad prælium faciendum aptiſſimos: ſiue in Gallica Campania, ſiue apud Toloſam (quod, verius) ſitos. Ibi conſultis extis, nihil boni Hunnis præſignificatum eſt: niſi quòd ex parte Romanorum, Dux periturus eſſet: ſuus autem exercitus, caſurus. Sperauit ille Aetij mortem, cuius virtutem præcipuè formidabat. Quo ſublato: ſat gentium ſibi ad ſarciendam exercitus cladem ſuperfuturum exiſtimabat. Venit eòdem Aetius, cum copijs Italicis, Gotthicis, Alanicis, Francicis, Burgundicis.

Aëtij aduentus.

Acies Attilæ: in cornibus, varij populi: ipſe in medio. Acies Aëtij: in dextro cornu, Aëtius & Meroueus: in ſiniſtro, Theodoricus & Thoriſmundus: in media acie, Sangibanus, vt fidei ſuſpecta. Iornandes tamen Aëtium in ſiniſtro cornu, Theodoricum in dextro, ſtatuit.

Contentione de tumulo leniter accliui, qui vtranque aciem diſpeſcebat, orta (quòd occupatori, ad victoriam multum allaturus eſſet momenti) Romanus anteuertens, Hunnos in illum euadere conantes, facilè deturbauit. Attila exercitum ſuum, tanquam infauſto perturbatum auſpicio, oratione confirmauit. Eſſe trepidationis ſignum: quòd munitiones Romani in campis quærant. Viciſſim Aetius ſuos, à fortitudine & liberalitate Romanorum, & Hunnorum immanitate, accendit: quòd & à Theodorico, ad Gotthos factum.

Prælij commiſſio.

Prælium Attila poſtea incipit, & quidem horâ diei nona (Aruſpicum reſponſo territus) vt, ſi fortuna reflaret, nocte dirimi poſſet prælium. Tanto ibi ardore & pertinacia pugnatum eſt: vt maiore pugnari non potuerit. Tantus in medio pugnantium, è cadaueribus exporrectus fuit aceruus: vt vix inter ſe vtrinq; contueri poſſent. Tantum ſanguinis, effuſum: vt riuulus fluxerit, quo ſitis vehementiam aliqui poſtea ſedarunt. Laborantibus, vtrinque ſuccurſum integrorum acie eſt: atque in tenebras vſque noctis, pugna producta: donec Attila receptui canens, cum reliquijs in caſtra ſua reuerſus ſe plauſtrorum circumuallatione, Germanorum more, texit.

Clades Attilæ.

Cæſa feruntur hominum CLXII. millia: præter XC. millia Gepidarum & Francorum: quæ proximâ ante hoc prælium nocte, mutuis vulneribus ceciderant. Perijt Rex Theodoricus: dum cohortans ſuos obequitauit vel ex equo lapſus, & conculcatus: vel ab Oſtrogottho Andagiſo confoſſus. Sic, Aruſpicum Attilæ prædictioni ſatisfactum. Patrem Thoriſmundus magnificè poſtea (ludis per triduum editis, & oratione funebri habita) Toloſæ in primario Templo ſepeliuit. Perijt & Gundicarius Rex, cum ſuis Burgundionibus.

Potuiſſent Hunni cum Imperatore ſuo deleri: ſi adniti Aëtius voluiſſet. Sed non voluit: quòd nimium Gotthorum incrementum, Hunnis ſublatis, verebatur. Itaque & Thoriſmundus (Rex à ſuis acclamatus) & Sangibanus, & Meroueus, cum reliquijs domum quiſque ſuam redierunt. Sic & Attila, vaſtitatem vbique inferens, traiecto Rheno per Germaniam in Vngariam redijt. Nec benè fecit Aëtius: quòd eum ſic dimiſit: cùm Thoriſmundo contrà nihil gratius fuiſſet: quàm patris vindicare mortem. Nam Attila ſequenti anno, reparatis viribus ſæuiori animo per Styriam & Carinthiam in Italiam irrupit. Vbi Aquileiæ, quam obſederat, expugnatione deſperata: cùm obſidionem ſoluturus eſſet: vidit ciconiam pullos ſuos è nido turris exportantem. Perſeuerauit ergo, vt auguralis diſciplinæ peritus: & vrbe potitus eſt: cùm quidem oppidani, ligneis ſtatuis armatis, noctu in muro defenſorum ſpecie poſitis, à parte ad mare ſpectante effugiſſent. Inde pleraſq; Iſtriæ Venetiæq;, & togatæ Galliæ atq; Inſubrium, vrbes direptas afflixit: id quod Venetiarum vrbi, in mari condendæ, cauſam dedit. Quem etſi à tergo Aëtius vexabat: Valentinianus tamen pacis obtinendæ causâ Pontificē Leonem legauit: quæ & obtenta eſt: in Pannoniāq; Attila ſe recepit. Popoſcerat is Valentiniani ſororem Honoriam: ſed cum eam, Conſtantinopoli degentē non acciperet: apud Budam deinde nuptias (458. anno) celebrauit cum Hildegunda, Erici Francorum Reguli filia, præſtantis formæ virgine. Vbi cibo vinoque ita grauatus eſt: vt illa nocte, ſanguine per nares erumpente, ſuffocatus perierit: poſtridieque multo iam die, à ſuis in cruore repertus ſit: ſponſâ ſub velamine, cum lacrymis ſedente. Quod ab AVENTINO

Attila in Italiā irruptio.

Interitus eius.

his ver-

bis verbis popularis linguæ profertur: Er nam ein gerad / ſchön / ſtoltz / junges Weib: hieß Hildgund: war Horreichs eines Fränckiſchen Fürſten / Tochter. Da er mit derſelbigen / Hochzeit Freud vnd wohne / vnnd zu Nacht ſich vberſoffen / hett: fand man jhn zu Morgens todt im Beth.

Sit eius ergo Epitaphium, ex Ciceronis etiam ſententia:

Τόσσ' ἔχω, ὅσσ' ἔπιον, καὶ ἐφύβρισα, καὶ μετ' ἔρωτος

Τερπνὰ πάθον. τὰ δὲ πολλὰ καὶ ὄλβια κεῖνα λέλειπται.

Hæc habeo: quæ edi: quæque exſaturata libido

Hauſit: at illa iacent multa & præclara relicta.

Attilæ mores.

Cæterùm ille ſe, Flagellum Dei, & hominum terrorem, appellauit: tanquam iuſtum iræ Dei in homines vindicem. Nec tamen ſine clementia & manſuetudine erga demittẽtes ſeſe, fuit. Nam cùm in Gallia Lugdunenſi, ſuperioribus temporibus vrbem Tricaſsium (Troiam vulgò nominatam) infeſto animo peteret: ei pepercit: delectatus facto Lupi, eo loco Epiſcopi: qui dicens, Felix ac fauſtum Domini & Dei mei flagellum adueniat: ſtatim portis patefactis, cum gratulatione, in Pontificio habitu, Sacerdotibus comitatus, Regem intromiſerat. Tunc modeſtè exercitus pertranſiuit.

In vexillis, coronatam ferebat aquilam: quæ inſignia (auctore Bonfinio) ad Geiſæ Ducis vſque tempora (Chriſti 508.) Hunni retinuerunt.

Titulus eius.

Inſcriptio eius, in Diplomatis. Attila, Bendecuni filius, & magni Nemprothi nepos, Engadiæ natus: diuina benignitate Rex Vnnorum, Medorum, Gotthorum, & Dauorum: metus orbis, Deiq; flagellum: hoc fieri mandat. Medi, hîc fortaſſe Merhern. *Eum autem Matthias à Michou, lib. 1. Aſianæ Sarmatiæ, CXXIIII. ætatis anno interiiſſe ſcribit: vt & Nicolaus Olahus.*

VRBES AB ATTILA, AVT TEMPORIBVS ATTILæ, euerſæ vel depopulatæ.

Vrbium multarum afflictio.

Circa Danubium: Fabiana ſeu Vienna, Tulna, Præclara, Laureacum, Quintiana, Biſania, Valentia. Item Auguſta, aliæq; Rhætiæ ciuitates.

Circa Rhenum: Auguſta Rauracorum, Vindoniſſa, Argentoratum, Metæ, Auguſta Nemetum, Auguſta Vangionum, Maguntiacum, Colonia Agrippina, Treueris, Victoria, Gloria, Romanorum, & alia.

Alibi in Germania: Celeia vel Cilia, Iuuauia vel Saltzburgum, Sabona vel Brixina, Tridentum, Cornelia vel VVimpinum.

In Italia: Aquileia, Concordia. Altinum, Opitergium, Patauiam, Ateſte, Taruiſium, Vincentia, Verona, Mantua, Cremona, Brixia, Bergomum, Laus vel Loda, Comum, Nouaria, Vercellæ, Eporædia vel Iurea, Taurinum, Mediolanum, Ticinum vel Pauia, Placentia, Parma, Rhegium, & alia oppida.

VVIMPINA.

De op. VVimpina. Cornelia.

Situm eſt hoc Imperiale Sueuiæ Oppidum ad ripam Neccari: quondam, Cornelia vocatum: quò, qui circùm habitabant, Attilæ violentiam fugêre: ſe ibi tutos fore ſperantes. Sed quid poterat à tam potente Tyranno tutum eſſe? Capta eſt Cornelia: viri crudeliter interfecti: mulieribus, mamillæ abſciſſæ. Vnde oppidum poſtea inſtauratum, appellatum fuit (teſte Munſtero) Weibspein: *quod ſignificat mulierum pœnam, id eſt, cruciatum. Progreſſu verò temporis, inde factum eſt vocabulum VVimpina, vulgò* Wimpffen.

AVGVSTA.

Auguſtæ vaſtatio. Religio eius.

In reditu præcipuè, poſt Catalaunicam cladem, oppida ſuperioris Germaniæ (ſicut & Helnetiæ, & vtriuſque Rhætiæ) Attila, furore percitus, ferro & igni depopulatus eſt. In eo numero, Auguſta quoque fuit: in ruderibus iacens vſque ad illius mortem. Tunc, qui cladi ſuperſtites fuerant: ex Almangauijs montibus & ſyluis, vbi latuerant, prorepsêre: in patriamq; reuerſi, eam inſtaurarunt, ac denuò incolere cœperunt. Id, potiſsimè à Chriſtianæ religionis hominibus factum: quæ ab eo tempore latius propagata fuit. Sicut ergo antè, Cæſarum Rom. fauori, ciuilitatem morum: ita pòſt, fidei Chriſtianæ, inſtaurationem ſui, hæc Reſpub. acceptam referre debet. Antehac ſemper præſidio Rom. (legionis III. Auguſtææ Comitatenſis Italicæ) cuſtodiebatur. Inde igitur eorum idola & ſacra receperat in commune: Chriſtianiſmo, apud pauciores locum habente. Antiquitus (vt & alibi moris erat) Herthum ſeu terram, Solem & Lunã, ac Ciſam (Cybelen, aut Cererem) coluerant. Poſterius, etiam Mercurium, Syluanum, & Plutonem cum Proſerpina, Apolli-

nem Crannium & Martem fanis & ſtatuis ornarunt. Inſecutis verò ſeculis, à Lucio quodam, deinde Narciſſo, Chriſti fama eò allata eſt, apud pauciores hærens. Sed poſt reſtitutionem vrbis, doctrina hæc (conuerſione ciuitatis ad Chriſtum facta) magis magisq́ creuit. De Epiſcopatus Auguſtani origine & progreſſu, ſuprà in extremo libri 5. dictum eſt.

Inſcriptiones, Ethnicos Deos Auguſtæ & circà, ante tempora Attilæ cultos fuiſſe, teſtantes.

ISIDEM.

ISIDI AVG. FESTINVS T. IVLII SATVRNINI G. P. P. SERARII EX VOTO. *Id eſt, Feſtinus Saturnini gener, Serarij Præfectus, ex voto poſuit Auguſtali Iſidi.*

MARTEM.

MARTI AVG. CONSERVATORI CORPORIS SVI MERCVRIALIS AVG. N V. EX IVSSV NVMINIS IPSIVS SIGILLVM MARMOREVM POSVIT.

Vota Dijs faciebant Ethnici in periculis, aut calamitatibus, ſalutis adipiſcendæ causâ: eamque adepti, ſigna gratitudinis ergò ponebant. Quod poſtea in Chriſtianiſmo ad Sanctos translatum eſt. Tu verò Deo, τῷ μόνῳ ἀντιλήπτορι καὶ ὑπερασπιστῇ, *vota & fac & perſolue: non autem conſeruis tuis. Me inuoca (inquit 50. Pſalmo Dominus) & ego te exaudiam: ac tu glorificabis me.*

MERCVRIVM.

MERCVRIO, CVIVS SEDES A TERGO SVNT, APPIVS CLAVDIVS LATERANVS XV. VIR. SACR. FAC. COS. DESIGN. LEG. AVG. PR. PR. LEG. III. ITAL. VSLM. *Id eſt, Viuus ſibi loco monimenti, hic Præfectus Prætorio,* Der Kaiſerlichen Quardi Oberſter.

SYLVANVM, TOTIVS territorij tuendi causâ, lacte in Templo demulſum.

IN H. DD. DEO SYLVANO TEMPL. CVM SIGNO VETVSTATE CONLABSVM SEX. ANTONIVS PRIVATVS CIVES TREVER. IIII. VIR AVGVSTALIS PECVNIA SVA RESTITVIT Id eſt ciuis hic, in honorem Deorum Dearum.

PLVTONEM ET PROSERPINAM.

PLVTONI ET PROSERPINÆ FLAVIA VENERIA BESSA EX VISV ÆDEM D. S. P. V. I. V. S. L. M Id eſt, De ſua pecunia viuens inſtituit ſibi locum monumenti, hæc Veneris Sacerdos, viſu quodam monita.

APOLLINEM CRANNIVM.

APOLLINI CRANNIO (al. CRANNO) SABINIVS PROVINCIALIS L. D. S. Id eſt, Locum dedicauit ſacrum, hic incola.

Placidia mors.

Anno 455. Placidia Auguſta, cuius potiſſimùm conſilijs Reſpub. nitebatur, diem ſuum obijt, ante Italiæ per Attilam vaſtationem.

Valentiniani improbum factum.

Anno 458. Valentinianus, prudenti matre amiſſa, facinus Imperatoria maieſtate valde indignum (matus quàm antea ſoror eius) & ſibi Imperioq́ exitiabile, fecit. Nam cùm Senator quidam nomine Maximus (è ſtirpe illius Maximi, quem Theodoſius ſenior ſuſtulerat) formâ & prudentia eminentem vxorem haberet: Valentinianus, amore eius incenſus, nec aliter libidinis compos fieri valens: Maximum ad ſe in Palatium accerſit: & teſſeris vel talis cum eo ludens, annuli m eius victor nanſciſcitur. Hunc clàm ad vxorem illius mittit tanquam viri nomine: vt mox ad Auguſtam Eudoxiam veniat. Venit illa properè: à certis hominibus in Aula excipitur: longè in conclaue abducitur: à Valentiniano vim patitur. Reuerſa domum mœſta, virum, qui occaſionem huic ſceleri dederit, deteſtatur, Maximus de vindicta cogitat: quam cùm ſummo Duce Aëtio viuo conſequi non poſſet: calumniatur abſentem, tanquam nouis contra Imperatorem rebus ſtudentem. Fuit & illud improbatum: quòd Attilæ, locum effugiendi dediſſet, Interficiendus itaq́ curatur Aëtius: etſi quidam antè Imperatori diſſuaſerat: tanquam ſiniſtrâ manu ipſi ſibi dextram amputaturo. De hoc Sidonius Apollin. carm. 7. Aëtium placidum mactauit ſemiuir amens. Annemirum, ſi hic ſeq́ Imperiumq́ prodiderit? οὐ χρηστὰ κακὰ ἔργα: *non felicia ſunt mala facta. Subſtitutum in locum Aëtij, Ricimèrem Sueuum, quem alij Vandalum prodiderint, ex Sidonio Apollinare ſcribitur à Sigonio. Eum Auentinus lib. 2. Richomarum (*Reichmaier*) nominat, quem ait, patre Sueuum fuiſſe, matre Getam: Valliæ Gotthorum Regis ex filia nepotem. Quantus ille fuerit: intelligitur ex ijs, quæ poſterius dicentur. Sidonij de eo locus, eſt, in Panegyrico ad Anthanium Aug.*

Aëtij interitus.

Ricimer eius ſucceſſor.

Ricimêrem in Regnum duo Regna vocant. Nam patre Sueuus, à genitrice Gethes.

Valentiniani adulteri exitium.

Anno 459. 15. Calend. April. Valentinianus, dum in campo Martio inermis pro tribunali concio-

concionatur, inſidijs Maximi, per fidos quondam Aëtij ſatellites, eius necem indignè ferentes, gladio confoſſus perit.

Adhuc Valentinianum refertur ab Adolpho Occone Aureus nummus: ſubiectus anno I. C. 452. qui fortè eſt Funccio 456.

D. N. PLA. VALENTINIANVS P. F. AVG. VICTORIA AVGGG. CONOB R. M.

Figura militaris ſtans: dextrâ crucem, ſiniſtra globum habens, cum victoria allata, tenente ſertum.

Eiusdem imaginis & inſcriptionis nummum aureum vidimus 29. Octob. 1588. Tubingæ, in Muſeo meo: quem Ruſticus quidam exarauerat apud pagum Reiſtam, fortè 1. milliario hinc diſtantem.

Anno ſecundo Marciani Imp. in Oriente (qui eſt 455. apud Funccium) acta eſt quarta Oecumenica Synodus: congregatis 630. patribus. Chalcedone, in S. martyris Euphemiæ æde: vbi condemnati ſunt hæretici, Eutyches, Dioſcorus, & Neſtorius. Dictabant enim, τὴν σάρκα τοῦ κυρίου *(vt habet Cedrenus)* οὐχ ὁμοούσιον ἡμῖν εἶναι: ἀλλ' ἐκ δύο μὲν φύσεων, τὴν ἕνωσιν λέγεσθαι, μίαν δὲ φύσιν ἀποτελεσθῆναι μετὰ τὴν ἕνωσιν: καὶ ὡς ἐν φαντασίᾳ μετὰ τὴν σάρκα φορέσαι τὸν κύριον: καὶ τὴν θεότητα παθεῖν. *Carnem Chriſti non eſſe eiusdem cum noſtra natura: & vnitas quidem duas in eo naturas dici: ſed vnam eſſe naturam factam poſt vnionem: ac Dominum tantùm ſpecie quadam, non verè, carnem circumtuliſſe: Deitatem deniq; paſſam eſſe. Pronunciatum contrà eſt: Chriſtum eſſe perfectum Deum, & hominem perfectum atq; duabus naturis conſtare, ſine vlla confuſione & diuiſione: quod* ἀσυγχύτως *dicitur, &* ἀδιαιρέτως.

Proximo pòſt anno beata Pulcheria, virginitate ſeruata, & bonis ſuis omnibus in pauperes erogatis, ex hac vita diſceſſit. Pulcheria mors.

Anno 460. 8. Calend. Febr. (ſic Panuin. ſed 6. cal. Mart. Sigon.) Marcianus, ſeptimo imperij ſui anno, penſum vitæ abſoluit: & Conſtantinopoli, in æde Apoſtolorum humatus eſt. Pacificus erat, nec aſpernandus Orientalis imperij reparator: fœdere cum Parthis, & Vandalis vel Germanis, facto: ſedatis Attila contra ſe minis: Nomadibus & Blemmyis, qui Æthiopiâ erant dilapſi, per Alexandriæ Procuratorem compreſſis. Et Imp. Marciani.

Cui queant verſus hi Politici, ſeu vulgaris compoſitionis, Epitaphio eſſe.

Κεῖτ' ἐνθάδε Μαρκιανὸς, θεοσεβὴς καὶ σώφρων,
Δένδρον χαριτοφύτευτον, ἄλσος χρηστοτροπίας.
Hic Martianus eſt ſitus, charus Deo, modeſtus:
Arbor referta gratiæ, morum nemus bonorum. Epitaphia ipſorum.

ET PVLCHERIAE.

Ἐνταῦθ', ἡ χαριτόστεπτος καὶ θεία Πουλχερία:
Γαμουμένη Μαρκιανῷ, καὶ παρθένος μένουσα.
Hic, illa clara gratijs, diuina Pulcheria:
Quæ Martiano nupſerat, ſed virgo pura manſit.

Fides in Chriſtum, gratiâ Dei patris nobis donatum, ſeruauit eam: non opus virginitatis. Virginitate tamen ἀμεριμνοτέρα erat, ſolutior à curis, temporibus præſertim difficilibus. 1. Cor. 7. Cæterum τῇ χάριτι σωζόμεθα, διὰ τῆς πίστεως: οὐκ ἐξ ἔργων, ἵνα μή τις καυχήσηται. GRATIA ſeruamur, per fidem: non operibus, ne quis glorietur. Etiam ipſa fides, οὐκ ἐξ ὑμῶν, ἀλλὰ θεοῦ δῶρον: non ex nobis eſt, ſed donum Dei. Eph. 2. Adeo tota iuſtificationis ratio, Deo ſoli, non etiam nobis, adſcribenda eſt: ſed fides, operibus teſtanda.

Finis libri ſeptimi, partis primæ Sueuicorum Annalium.

SVEVICORVM ANNALIVM LIBER OCTAVVS PARTIS PRIMAE,

MARTINO CRVSIO AVCTORE.

MARCIANO Orientis,& Valentiniano Occidentis Impp. vitâ defunctis: nunc quaſi nouum Imperatorum genus numerabo: &,quid ab Alemannis aut Sueuis tunc geſtum ſit, oſtendam. Valde enim res Occidentales, laceratæ erant: Galliarum partes non ſolùm Romanis, ſed etiam Burgundionibus, & Gotthis, & Francis, tenentibus: Britanniam, Angloſaxonibus & Scotis inter ſe partitis: Sueuis, Alanis, & Gotthis, Hiſpaniæ dominantibus: Vandalis in Africa ſe iactantibus: Hunnis Vngariam imperio prementibus. Hæc quidem, Valentiniano adhuc viuente, acciderant: ſed magis, eo extincto, res Romana paulatim cecidit. Arripuerunt quidem Imperium adhuc aliqui (cùm nullum Valentiniano ſucceſſorem antè, quamuis à Romano Senatu monitus, ſenex Marcianus miſiſſet) ſed nec amiſſa recuperare potuerunt: & ipſi Μινυνθάδιοι γενόμενοι (breui vita vſi) tum ſibi, tum Reipubl. parum vtiles fuerunt. Deijcere nanque Romanam potentiam & gloriam, propter hominum impietatem & ſcelera, iuſto Iudici cœleſti placuit: & ſuo tempore (quanquam longè pòſt) decus hoc ad Germanos & Sueuos transferre.

Imperij Occidui laceratio.

I. MAXIMVS IMP. OCCIDENTI. ROMA A VANDALO GENSErico, Eudoxiæ inſtinctu, capta & direpta.

II. IMP. AVITVS. Rex Sueuorum, Germanicorum & Hiſpanienſium, geſtæ. Orientis Imp. FL. LEO.

III. MAIORIANVS IMP. Burdo & Alemanni. Suitones, Schweitzer. Hilderico Franco Regi, Alemanni in Rhætia vectigales.

IIII. IMP. SEVERVS. Oſtrogotthi, & Verononſis Theodoricus. Remiſmundus, Sueuorum Hiſpanienſium Rex.

CAPVT I.

Maximus, occid. Imp.

ANNO Domini 459. (Panuin. 455.) Valentiniano occiſo, ſtatim ex Martio campo, magno ſtipatus ſatellitio, in Palatium ingreſſus, factus eſt IMP. CÆS. FL. ANICIVS MAXIMVS, P. F. occidentis, ad menſes tres. Viduam Eudoxiam, rapuit ſibi vxorem (ſua vxore antè mortua) parem Valentiniano gratiam referens. Cùm autem prima illa nocte, qua cum ea cubabat (Procopio lib. 1. de bello Vandalico, teſte) imprudens diceret: ſe eius amore impulſum, Valentiniano mortem obtuliſſe: ecce ingentia, inde conſecuta, mala. Mulier enim, quæ antea de vltione cogitauerat, tum magis eſt verbis eius impudicis exacerbata. Poſtridie itaq; nuntium occultè in Africam, cum literis & ampliſſimis muneribus, ad Regem Genſericum miſit: orans, vt viri ſui Valentiniani, cum quo ipſe ſocietate & amicitia coniunctus fuiſſet, cædem in Tyranno Maximo vlciſceretur, Romamq; Tyrannide liberaret. Se ad eum confugere potiſſimè: cùm nullam ex Oriente ſperet opem.

Eudoxia odium in illum.

Hac re noua, & occaſione optata magis, quàm ſperata, erectus Genſericus: permagna claſſe, trecenta Vandalorum & Maurorum millia vehente, in Italiam nauigat: pridie nonas Iunias ad littus Romanum appellit: militem omnibus ad oppugnandam vrbem rebus inſtructum exponit. Romanis repentinâ re perculſis: magnus & popularium & nobilium numerus profugit: Maximus trepidans, & ipſe excedit: ab aliquot Senatoribus inimicis, ſolus deprehenſus interimitur: & in præterfluentem Tiberim proijcitur. Triduo pòſt Vandalus Rex, vrbem præſidio vacuam ingreſſus: nec deprecatione Pontificis Leonis, nec promiſſione ipſi Eudoxiæ antea facta, inflexus ad clementiam eſt: quamuis Chriſtianum nomen profeſſus. Vrbem cum Eccleſijs, militi diripiendam & depopulandam dedit. Tum non profana tantùm opes, ſed ſacræ quoque, ablata: aurum, argentum, gemmæ.

Mulieris inſtinctu Roma à Genſerico capta.

Quædam

Præda ſacra.

Deogratias Epiſcopus.

Imp. Auitus.

Quædam etiam magni ponderis & precij vaſa: quæ Titus quondã Hieroſolymis captis attulerat. Sed & ſtatuæ ſpeciei viſendæ, pleræq;. Magna multitudo hominum, in ſeruitutem abſtracta: ipſa quoq; Eudoxia, horum omnium malorum auctor, cum filiabus Eudoxia & Placidia, abducta. Ita Roma orbis terrarũ caput, intra ſex & quadraginta annos, ter à Germanis (inquit lib. 2. Auentinus) omnibus opibus eſt ſpoliata. Inde poſt quartum decimũ diem Genſericus excedens, cum omni præda in Africã rediјt: tantùm illa naue, quæ ſtatuas vehebat, tempeſtatibus amiſſa. Prædâ inter Vandalos & Mauros diuiſâ: viri ab vxoribus, liberi à parentibus, vt maior miſeria eſſet, ſeparati: quorum tamen Carthaginenſis Epiſcopus Deogratias multo, precio redemptos, alteros alteris reſtituit. Genſericus ſequenti tempore, Auguſtæ filiã Eudoxiã, ſuo filio Honoricho (al. Tranſimundo) nuptui dedit: Placidiã Olybrico (Romano Senatori, tunc Conſtantinopoli degenti) Leonis Imp. oratu, cum matre Eudoxia, deſponſam miſit. Ciues Romani poſt hanc cladem, & Leo Pontifex, in in vrbem reuerſi, ſacrorum & profanorum inſtaurationem, pro virili ſua parte fecerunt. Succeſsit Maximo Rom. patricius, Toloſæ Rege Gotthico Theodorico (Thoriſmũdi fratre) ſuaſore, IMP. CÆS. FL. MÆCILIVS AVITVS, P. F. Aug. qui tamen vndecimo menſe pòſt, anno 460. Placentiæ ſe Imperio abdicauit: Ricimere Sueuo, Magiſtro militũ cogente: qui totũ penè Imperiũ tunc humeris ſuis ſuſtinebat, Sigonio teſte. Tunc decem & dimidiati menſium interregnum fuit. Sed ponamus iam, quæ habere potuimus, à populis Sueuicis alijsq; hoc tempore geſta.

Imperij per Germanos laceratio.

Anno 459 in Germania, interitu Valentiniani cognito, incolæ eius malè erga Romanos animati, repentè ad arma ruerunt: Saxonibus piratis Armoricũ tractum infeſtum habentibus: Francis Alemannisq;, more ſuo Romanas prouincias diuexantibus: Gotthis ſubita defectione concitatis. Merouæo Franco tunc ſucceſſerat filius ſuus Hildericus. Fuit tamen, cùm Maximus Imp. militiæ Magiſtrum auitum miſiſſet, is motus tunc ſedatus.

Hac de re Sidonius carm. 7. ad Auitum Aug.

Quin & Aremoricus piratam Saxona tractus
Sperabat: cui pelle ſalum ſulcare Britannum
Ludus: & aſſuto glaucum mare findere lembo.
Francus Germanum primum, Belgamque ſecundum,
Sternebat: Rhenumque ferox Alamanne bibebas
Romanis Ripis: & vtroque ſuperbus in agro,
Vel ciuis vel victor eras.

Reciarius Sueuorum Hiſpanienſium Rex.

Theodoricus Gotthus.

In Hiſpania, Sueuorum Rex Reciarius, vel Riciarius: quia filiam Theodorici, qui in Catalaunico prælio perierat, vxorem habebat: de vniuerſa Hiſpania occupanda cogitabat. Ex Gallicia proinde, & Luſitania, illam partem, quam Romani tenebant, incurſans vexabat. Auitus itaq; Imp. rogauit Theodoricum Gotthum: qui fratre vxoris Reciarij erat: vt pro fœdere, quod cum Romanis haberet, Sueuis reſiſteret. Monuit Theodoricus pro humanitate ſua, affinem Reciariũ: vt abſtineret à finibus alienis. Aliter ſe obuiam ire coactum iri. Reſpondens ſuperbè Reciarius, Si hîc murmuras, inquit, & me venire agrè fers: Toloſam, vbi tu ſedes, veniam. Ibi, ſi potes, reſiſte.

Reciarij victor.

Et Achiulphi.

Sequentes Sueuorum Reges.

Anno igitur 460. Theodoricus: pace cum cæteris gentibus facta: Gunderico & Hilperico, Burgundionum Regibus auxilio ſibi aſcitis: Pyrenæos montes tranſijt: & ad amnem Vrbium, qui inter Aſturicam & Legionem fluit, prælium committit: in quo Sueuos penè ad internecionem deleuit, ac multos cepit. Fugit ſaucius Rex Reciarius naniculâ cum paucis: ſed auerſante auſtro reiectus, in poteſtatem Viſigotthorum incidit: & iuſſu Theodorici, capitali ſupplicio affectus eſt. Cæteris ille Sueuis pepercit: eisq; Regem dedit clientem ſuum ACHIVLPHVM, vel Aciulfum: VVarnorum ſtirpe genitum, longè à Gotthicis Sanguinis nobilitate ſeiunctum. Hic verò aliquanto tempore pòſt, beneficij datorem non amplius agnoſcens, ab eo defecit. Itaque Theodoricus, nouo exercitu in Hiſpaniam miſſo, prælio victum & captum, capitis pœnâ mulctauit. Ita ſenſit iratum, quem contempſerat benemeritum. Tunc Sueui pœnitentiâ ſuæ rebellionis ducti: locorum Sacerdotes ad Theodoricum ſupplices legarunt. Quos ille Pontificali reuerentia ſuſcipiens, non ſolùm impunitatem dedit Sueuis: ſed etiam poteſtatem Regis ex ſuo genere creandi, pietate flexus, conceſsit. Ipſis autẽ cùm ſuffragia diſcreparent: alij MASdram, Maſsilæ F. alij Frantam, vel Frautam legebant. Verùm Maſdra poteſtatem adeptus, breue tempus regnauit. In cuius locum REGISmundus, vel Roſimundus, ſuffectus eſt: qui Frantam, pace facta, collegam ſibi adhibuit. Quo et ipſo non diu ſuperſtite: Frumarius contra Remiſmundũ à parte Sueuorũ creatus eſt, &

bellum

bellum ciuile ortum. Euertit frumarius Flauiam ciuitatem, & alia vaſtauit. Viciſſim Remiſmundus Lucum, Auriam, & maritima loca, depopulatus eſt. Verùm Frumario poſt paucoſos annos mortuo: pace cum Gallæcis inita ſolus præfuit Regno Remiſmundus. Hæc ad annum Domini circ. 466. vſq. Ex Iornande, Iſidoro, & recentibus rerum Hiſpanicarum Scriptoribus.

Leo, Imp. Orientis. *Anno 461. in Oriente imperat IMP. CÆS. FL. LEO, P.F. Aug. annos 17. Numeretur nobis I. poſt Marcianum. Voluit is vacuo Occidentis Imperio dare ipſe Imperatorem: ne rurſus eam ſedem aliquis temerè, & inuito Senatu, occuparet. Igitur Maiorianum, eximiæ prudentiæ & virtutis virum, Magiſtrum militum fecit: & in Italiam, accipiendi Imperij cauſâ, miſit: Ricimeremq́, dignitate Patriciatus (à Conſtantino M. inſtituta) ornauit. Sic in occidente* Maiorianus, Imp. Occid. *factus eſt IMP. CÆS. FL. IVLIVS VALERIVS MAIORIANVS. P. F. Aug. qui aliquando diutius 4. A. imperauit. Vetuit is ſub graui pœna, publico edicto: ne ob ædificia, ſiue publica, ſiue priuata, in vrbe Romana, reparanda, ſpecioſa antiquæ conſtructionis monumenta deſtruerentur: quòd non deceret, vt paruum aliquid repararetur, magna dirui.*

Antequam autem Italiam Maiorianus attigiſſet: vénit ab eo Dux quidam, nomine Burto (vt Sigonius perhibet) qui paucis militibus Alemannos, Caninam Rhætiæ regionem populantes, Suitones. Suiceri. *vicit. Hæc de re ſic ſcribit lib. 2. Auentinus: Suitones (ſic genus Alemannorum vocat) tunc partem Rhætiæ & Galliæ, iuxta caput Rheni, occupaſſe: Majorianum, Burdonem Rhætiæ præfeciſſe: qui pecunia ſibi conciliauerit animos germanorum, Danubium accolentium: Petroque, ſacrorum ſcriniorum Magiſtro, interprete, pacem cum Suitonibus compoſuerit. Citat Sidonij Apollinaris verſus:*

——— Conſcenderet Alpeis,
Rhætorumque iugo per longa ſilentia ductus,
Romano exierat populato, trux Alemannus:
Perque Caui dictos quondam de nomine campos:
In prædam centum nouies demiſerat hoſtes.

Legendum forſitan, Cani: *licet penultimam eius Sidonius corripuerit. Quanquam Canus videtur apud eum viri nomen eſſe. Canini campi,* Graupünt.

Suitones (*teſte Auentino*) *Sueuica gens (qualis & Longobardi, ac Rugij) à flumine Viſtula, & à Suionibus (fortaſſe Suecis) quòd Venedis (Sclauis) cederent: Rege Sidone, ad Rheni fontes penetrarant: & vtranq. ripam, pulſis Romanis ac Burgundionibus, occuparant. Hodie ſunt Suiceri.*

Sueui, ab Hilderico ſubditi. *Anno 464. Francorum Rex Hildericus, exercitum in Alemannos, ſeu Sueuos duxit: qui proximam Italiæ regionem inuaſerant: eosq́. Francis tributarios ſubiecit. Tritenhem. Sueui, iam Rhætiam (Ciſdanubianam & Transdanubianam) occupauerant.*

Maioriani interitus. *Anno 465. 4. nonas Aug. Maioranus, nihil mali ſuſpicans, apud Dertbonam (Italiæ ciuitatem inter Genuam & Placentiam) ſatellitibus Ricimeris (qui cum patricio Seuero conſpirarat) comprehenditur: & Imperio ſe abdicare (non enim Auguſtalem hábitum attrectare ſuſtinebant) cogitur: atq. ad 7. idus eiuſdem menſis, ad fluuium Hyram interficitur.*

Nummus aureus huius Maioriani, apud Occonem. Cuius generis vidi vnum 29.
Octob. 1588. exaratum prope Vicum Reiſtam, non longè à
Tubinga diſtantem.

D. N. IVLIVS MAIORIANVS P. F. AVG. Capite galeato, haſtam tenens, & Peltam, in qua ☧.

VICTORIA AVGGG. CONOB. A. K. Figura militaris ſtans: dextrâ labarum cum cruce, ſiniſtrâ globum, cui inſiſtebat victoriola.

Seuerus, Imp. Occid. *Inde 13. Calend. Decemb. IMP. CÆS. FL. VIBIVS SEVERVS, P. F. Aug. à Recimere, conciliatis militum ſtudijs, iniuſſu verò Leonis Aug. declaratus eſt Rauenna: qui non integrum quadriennium præfuit.*

Anno 466. in Oriente, Oſtrogotthorum Reges, qui in Pannoniæ parte poſt Attilam conſidebant, contra Leonem Imp. tumultuantes, ex Illyrico prædas agebant: quòd munera, quæ eis Marcianus danda ſtatuerat, non mitterentur ſibi à Leone.

Hic autem tale bellum auerſatus: legatione miſſa, tum præterita, tum præſentia dona, perſoluit: pacem, promiſſione diligentioris in poſterum perſolutionis, renouauit.

Theodoricus, Theodorici F. *Huius pacis obſes ei datus eſt Theodomiri F. Theodoricus* (künfftiger Dieterich von Bern)

Bern) *puer octo annorum.* Dietrich/ Reich an Dieten oder Thaten: Diet/ Diener. *Vel,* An Gott reich: *Deut.* Gott. θεοδώρητος.

Anno 467. Leo Imp. generum ſuum Zenonem præfecit vniuerſo Orienti.

Zeno.

Sicut Seuerus Aug. vrbi Romæ, è ſuperiore clade recreandæ, eò veniens, operam dedit: ita Hilarius Papa, quæ precioſa Genſericus ornamenta ex vrbe abſtulerat, per totum ſuum Pontificatum reſtituit.

Anno 469. Seuerus Imp. 18. Calend. Septemb. deceſſit: ſiue morbo, ſiue Ricimeris veneno. Accepit grauiter id Senatus Romanus: & ſucceſſorem ab Imp. Leone mitti petijt, Maioriani ſimilem: ne breui Imperium Occidentis interiret. Leo totum ſequentem annum deliberando conſumſit: Ricimere interim Rempub. ſuo arbitratu adminiſtrante. Iam antè Genſericus, tum Italiam, tum Illyricum crebris latrocinijs vexabat.

Seueri mors.

Anno 470. Remiſmundus Sueuorum in Hiſpania Rex, Legatis ad Gotthorum Regem in Gallia Theodoricum miſſis, amicitiam & fædus cum eo inire ſtuduit. Non ſolum hoc obtinuit: ſed per eoſdem etiam Legatos, & Sallanum Gotthum ex Palatino officio filiam accepit coniugem, & munera, & arma. Quo honore elatus, in Luſitaniam profectus eſt: & Conimbrigam, ſeu Colibriam (Condexam à Velba) ſpecie pacis deceptam, diripuit: atq; Vlyſipponem (Ἀλόσσυαν, Lisbonam) à Luſidio Præfecto traditam, occupauit. Sallanus autem, cùm rediſſet muneribus à Remiſmundo honeſtatus ad Theodoricum: eum à fratre ſuo Eurico (Heinrich *) interfectum, Regnumq; ab eo occupatum, inuênit. Remiſmundi huius tempore, Aiax quidam, natione Gallus, factus Apoſtata Areanus, venenum hoc ex Gotthica Galliæ gente, in Sueuos auxilio Regis ſparſit. Quo contagio hæc gens cum multis Regibus manſit infecta: donec Theodomirus eo Regno potitus eſt. Ideo Sueuicorum Regum Areanorum, qui à Remiſmundo vſq; ad Theodomirum fuêre, memoria, ſimul cum eorum rebus geſtis, à Scriptoribus ſilentio eſt obliterata, Vaſæo teſte.*

Remiſmundus, Sueuorum in Hiſpan. Rex.

Aiax Arianus.

V. OCCIDENTIS IMP. ANTHEMIVS. RICIMERIS CVM HVIVS Imp. filia coniugium. Inter Genſericum & Imp. Leonem bellum. Item, inter Sueuos & Oſtrogotthos. Suevi, ab eis aliquoties cæſi. Sueuorum & Alemannorum limites. Roma, à Ricimere capta.

VI. IMP OLYBRIVS. Ricimeris mors.

VII. IMP. GLYCERIVS. Oſtrogotthorum nidificatio in Illyrico & Gallia. In ORIENTE Imp. LEO IVNIOR, IMP. ZENO, IMP. BASILISCVS.

VIII. Occidentis IMP. NEPOS.

IX. Et vltimus Imp. MOMYLLVS AVGVSTVLVS.

CAPVT II.

ANNO 471. ab Imp. Leone Occidenti præficitur IMP. CÆS. FL. ANTHEMIVS., P. F. Aug. qui pridie nonas April. adueniens, tertio ab vrbe Roma lapide, ab exercitu occurrente excipitur: clypeoq; leuatus, Auguſtus declaratur. Erat is Marciani Aug. gener, vtriuſq; militiæ Magiſter, & Patricius, opulentus, honoratus. Ricimerem, filiâ in matrimonium data, ob Imperium firmandum ſibi conciliauit: quæ nuptiæ, magnificè (ludis etiam populo Romano poſt tantas clades datis) fuêre celebratæ. De qua re Sidonius Apollin. lib. 1. Epiſt. 5. ſcribens, Interueni, inquit, nuptijs Patricij Ricimeris: cui filia perennis Auguſti, in ſpem publicæ ſecuritatis copulabatur. In hac publica lætitia, ſtudia ſilent, negotia quieſcunt, iudicia conticeſcunt, differuntur legationes, vacat ambitus: inter ſcurrilitates hiſtrionum, totus actionum ſeriarum ſtatus peregrinatur. Iam quidem virgo tradita eſt, iam coronâ Sponſus, iam palmatâ (palmarum figuris ornata veſte) Conſularis, iam cyclade pronuba, iam toga Senator, honoratur: iam penulam deponit in[illegible]orius. Et nondum tamen cuncta thalamorum pompa defremuit: quia nec dum ad mariti domum noua nupta migrauit. Hæc ex Sidonio commemorare volui: vt, conſuetudo quæ illis temporibus fuerit matrimoniorum, inter illuſtriſſimas perſonas contrahendorum, aliquatenus videatur. Tanta felicitas fuit ſemiſueui huius Ricimeris. De immenſa in celebrationem harum nuptiarum profuſione, vide, quid idem Sidonius lib. 1. Epiſt. 9. dicat. Poſt nuptias Patricij Ricimeris (inquit) id eſt, poſt Imperij vtriuſq; (Orientalis & Occident.) opes euentilatas: tandem reditum eſt in publicam ſerietatẽ: quæ rebus actitandis ianuã campumq; patefecit. Dum in nomine ſcil. Domini, ſaltant Monachi: integri opes abſumuntur Monaſterij. Sed replere poſſunt has lacunas Ruſtici.

Anthemius, Occid. Imp.

Ricimeris nuptiæ.

Nuptiarum ritus.

Anno 472. bellum inter Leonem Imp. & Genſericum erat in quo Duo Leonis Duces, Baſiliſcus & Marcellinus, ſunt profligati.

Genſerici cum Leone bellum.

Anno

Anno 474. Genſericus prælio apud Siciliam à Baſiliſco victus præcipiti fuga Carthaginem repulſus eſt.

Hunnimundus Sueuus, contra OſtroGotthos.

Erat hoc tempore (Iornande poſteritati prodente) Sueuorum Dux, vel Rex, Hunnimundus. Is, traiecto Danubium exercitu, magnum armenti Oſtrogotthici numerum abegit. Nam Sueuia Dalmatijs vicina erat: nec à Pannonijs longè diſtabat: vbi tunc Gotthi Auſtrij reſidebant. Cùm autem Hunnimundus, vaſtatis Dalmatijs, ſe reciperet cum Sueuis: Theodomirus, VValemiri Regis Gotthorum frater: non tam armentorum iacturam dolens: quàm metuens, ne licentia Sueuorum impunita, ad maiorem audaciam proſiliret: eam ſpeculationem in eorum tranſitu adhibuit: vt intempeſta nocte dormiens, ad lacum Pelſodis inuaderet. Vbi inopinato prælio conſerto, eos ita oppreſſit: vt, ipſo etiam Rege Hunnimundo capto reliquias exercitus eius omnes, ſeruituti Gotthorum ſubderet. Verùm enimuerò, cùm multùm ad miſericordiam propenſus eſſet: reconciliatione gratiæ cum Sueuis inita, veniaq́ data: eundem Hunnimundum filium ſibi adoptauit: ac cum ſuis in patriam clementiſſimè miſit.

Aſpar Patricius.

Anno 475. in Oriente Patricius Aſpar, Ardaburium F. ſuum Cæſarem declarat. Leo verò Imp. reuocato victore exercitu è Sicilia, Aſparem victum, cum vtroque eius filio, capitali ſupplicio affecit. In occidente, Ricimer ſocerum Anthemium Imp. deſpicatus, iniurijs onerare cœpit.

Hunnimundi ingratitudo. Scyrorum gens.

Sueuorum Rex Hunnimundus, in adoptatorem patrem ingratus: Scyrorum gentem, quæ ſuper Danubium conſidebat: & pacem cum Gotthis colebat: fraudulenter ab eis auulſam, ſecum aduerſus ipſos coniunxit. Tunc Gotthis nihil mali ſuſpicantibus: ſed potius cum Sueuos, tum Scyros, amicos exiſtimantibus: ecce tibi bellum Scyrium. In quo Rex Gotthicus VValemirus, dum ante aciem cohortandi ſuos cauſâ obequitat, turbato equo corruit: ac ſtatim hoſtium lanceis confoditur. Ibi Gotthi, tam Regis ſui mortem, quàm ſuas iniurias, vlciſcendi cupiditate inflammati, ita ſunt præliati: vt de Scyrorum exercitu penè nullus effugerit. Quorum exitium Reges Sueuorum, Hunnimundus & Alaricus, metuentes: Sarmatarum Reges Beugam & Babiam ſibi conciliarunt: reliquias Scyrorum, Ducibus Edica & Vulfo, collegerunt: Gepidas, Rugos, & alios, aſciuerunt. Sic ingentibus copijs fulti, ad Pannonicum amnem Bolliam caſtramentati ſunt.

Theodomirus.

Prælio vincitur ille ingratus.

Gotthi, VValemiro ſublato, Theodomirum ſibi præfecerunt. Qui licet dudum cum fratribus regnaret: tamen iam apertè inſignia Regiæ poteſtatis ſumens: cum fratre VVidemiro curas belli partibus ad arma coactus iuit. Conſerto deinde prælio: ſuperior extitit Gotthus, tanta ſtrage data: vt campus, ad pelagi rubri modum ſanguine tinctus conſpiceretur: cadauerumq́ue & armorum colles extruerentur: hoſtium amplius decem millibus cæſis. Hic triſtiſſimus ingratitudinis exitus fuit.

Schyri, & inde deducti.

Quoniam de clade Scyrorum dictum eſt: ex eis exiſtimatur Schyram Bauariæ gentem, veterem & præcipuæ autoritatis, eſſe. Plinius (vt eſt libro 7. Auentini) & alij rerum Auctores, illorum meminêre. Sed & oppida, arces, pagi celeberrimi, de hiſce Schyri nominantur. Adhuc oſtenditur templum magnificè extructum, à Schyris Principibus S. Benedicto dedicatum: vbi, ipſorum mauſolea. Præcipua nobilitas priſca, ab illis genus trahit. Comites Dachauij & Phalaij: Palatini VVittelſpachij & VVartenbergij: Comites Abenſpergij, Reitenburgij, Greiffenbachij, Bogenij, alijq́. Libro autem 4. capite 13. Scyrorum Plinius meminit.

Sueuorum termini. Alemanni.

Idem Theodomirus, ſequenti 476. anno, Danubij flumine conglaciato (nam interdum ita frigore indureſcit: vt plauſtra, & exercitus pedeſtres, tranſmittat) improuisò cum exercitu Sueuis ſuperuenit. Nam regio eorũ (inquit Iornandes, qui circa 550. Christi vixit) ab Oriente Baiobaros (Boios, Bauaros) habet: ab Occidente, Francos: à meridie, Burgundiones: à Septentrione, Turingos. Quibus Sueuis tunc iuncti Alemanni (facit duos Iornandes populos: qui tamen ſæpe pro vno habentur) etiam aderant: in Alpibus aut ad Alpeis, incolentes: vnde quidam amnes in Danubium feruntur, magno ſonitu decurrentes. Eos in locis ita munitis ſitos, hyberno tempore Gotthus inuadens: vtranq́ gentem, Sueuicam & Alemannicam, inter ſe fœderatas, perculit, vaſtauit, ferè ſubegit. Inde victorem exercitum in ſuam Pannoniam reduxit: ac filium Theodoricum, quem Conſtantinopolin miſerat obſidem, à Leone Imp. magnis cum muneribus gratanter recepit, adoleſcentem XVIII. annorum.

Eorum clades.

Epiphanius, Epiſcopus Ticinẽſis. Roma, à Ricimere occupata.

Eodem anno, odijs in Italia inter ſummates Imperij, ſocerum & generum, flagrantibus (quanuis ea paulisper per Ticinenſem Epiſcopum Epiphanium, venerandum & eloquentem virum ſedata fuiſſent) Ricimer infeſto exercitu Romam occupat: Imp. & ſocerum Anthenium interficit: vrbem militibus totam (præter duas regiones, in quibus ipſe cum exercitu conſederat) diripien-

diripiendam & depopulandam permittit. Facta ſunt hæc 5: idus Iul post aliquantò diutius 5. annorum imperium Anthemij.

Succeſſit Ricimeris operâ, IMP. CÆS. FL. ANICIVS OLYBRIVS, P. F. Aug. Sed neuter diu ſuperſtes fuit. Ille ſæuiſſimis corporis cruciatibus, 15. Calend. Septemb. hic 10. Calend. Nouemb. morbo, ſublatus. Hæc erat diuina remuneratio pro domini & ſoceri ſui cæde. Olybrius Imp.

Suffectus eſt anno 477. à Gundibario Patricio, Ricimeris nepote, iniuſtis comitijs (ſicut & antea Olybrius) iniuſſu Imp. Leonis, IMP. CÆS. GLYCERIVS (ex comite Domeſticorum, id eſt intimo conſiliario) P. F. Aug. 3. nonas Martij: qui A. 1. & non integros 4. M. imperauit. Glycerius Imp.

Genſericus Oſtrogotthos, magna ſpe præmiorum oſtentata, ad vtrumq; Imperium inuadendum exuſcitauit. Theodomirus ergo Illyricum inuaſit, & Theſſaliam: ac, quibusdam oppidis captis pacatus à Leone eſt: nouis locis ad inhabitandum in Orientali Illyrico datis. Frater eius Vindemirus, Italiæ arma inferens, repentè mortuus eſt: relicto pro ſe filio cognomine Vindemiro. Qui hortatu Glycerij, in Galliam cum exercitu venit: ac ſe Viſigotthis adiunxit. Vnde Gotthorū vires, valde in Gallia & Hiſpania auctæ. Ita vtriq; Imperio quies aliqua, non armis & vi, ſed precibus & pecunijs, parta. Adeo magna imminutio rei Romanæ, facta fuit. Oſtrogotthorum motus.

Eodem anno veſtis B. Mariæ, Hieroſolymis apud Hebræam virginem reperta, Conſtantinopolin allata fuit, & reuerenter recepta. Veſtis S. Mariæ.

Anno 478. Leo Aug. vitâ exceſſit: qui genero ſuo Zenone præterito, filium eius Leonem, paulò antè Cæſarem factum, teſtamento Imperatorem reliquit: ſed Leo patrem ſibi mox conſortem Imperij aſſumpſit. Igitur II. in Oriente factus eſt IMP. CÆS. FL. LEO IVNIOR, & III. FL. ZENO ISAVRICVS, Pij felices Auguſti. Sequenti verò anno, Leo mortuus eſt. Leo iunior, & Zeno, Impp. 2. & 3. Orientis.

Eodem anno, Glycerio inſignia Imperij deponere coacto, ſucceſſit IMP. CÆS. FL. IVLIVS NEPOS, P. F. Aug per A. 1. M. 2. D. 4. qui 5 Cal Sept ſe Imperio abdicauit. Occid. Imp. Iulius nepos.

Anno 479 ab Imp. Nepote, in Galliam adverſus Gotthorum Regem Euricum (Erricum, Henricum) Oreſtes natione Gotthus, Magiſter militum & Patricius, & Gotthicorum in Italia auxiliorum Comes, vir bellica laude clarus, mittitur. Sed, viſâ Nepotis imbecillitate, ac ſua auctoritate, ab ea deficit: & Rauennæ nihil tale ſuſpicantem, 5. Cal. Sept. Imperio deijcit. Deinde pridie Cal. Nouemb. Romulum Momyllum F. ſuum, adhuc puerum, Imperatorem, exercitu ſuffragante, leuat. En, quid faciat ambitio, improba dominandi libido. Sic exortus eſt tandem poſtremus Occidentis Imperatorculus, etſi titulo magnus: IMP. CÆS. FL. MOMYLLVS AVGVSTVLVS, P. F. PERPET. AVG. qui non decem integros menſes Imperij adminiſtrationem perpetuauit. Romulus Momyllus, Imp. vltimus.

In oriente, pulſo Zenone, Principatum arripuit IIII. IMP. CÆS. FL. BASILISCVS, P. F. AVG. qui, cùm ſeſquiannum imperaſſet: rurſus à Zenone, anno ſequenti deiectus eſt, in Cappadociam relegatus, deniq; interfectus. Baſiliſcus, Orient. Imp. 4.

Sub hoc Baſiliſco, Bibliotheca Conſtantinopoli cum multis ædificijs conflagrauit, CXX. millium librorum: & vnà Ilias atq; Odyſſea Homeri. cum Heroum hiſtorijs, in draconis inteſtino, CXX. pedes longo, deſcripta literis aureis. Cedrenus. Bibliotheca conflagratio.

Anno 480. in Gallia Euricus Gotthus, Arelate & Maſſiliauam occupauit: ſuoq; Regno ad Rhodanum vſq; propagato, ſedem in Arelatenſi vrbe poſuit. In Italia Oreſtes, vt filio ſuo imperatori pacem faceret: & faciliorem aduerſus Galliæ habitatores, Gotth[illegible], Burgundiones, Francos, defenſionem: cum Genſerico, Africæ Rege, fœdus renouauit. Sc[illegible]lum è longinquo præter opinionem, natum eſt: finem Imperij Occidentali afferens, vt audiemus. Eurici Gotthi in Gallia incrementum.

OCCASVS OCCIDENTALIS IMPERII, ET ORIGO REGNI ITALICI. Occiſo Oreſte, & Auguſtulo à dignitate imperij deiecto, I. Rex Italiæ factus eſt Odoacer Herulus, Roma vrbe ſe dedente. S. S[illegible]uerinus, Carinthiæ, Styriæ, Auſtriæ, Bauariæ, Apoſtolus. Alemannorum, aliorumq; Germanorum, res geſtæ in Bauaria, contra Patauiam, Laureacum, Saltzburgum.

CAPVT III.

ANNO 480. *Domini. Odoacer viuebat Rex Herulorum (Saxonum aut Longobardorum) & quorundam Rugiorum, atq; aliorum ad Boream populorum. Hic, cùm aliquando in Italia fuiſſet: infirmitatis (tantopore inclinato Rom. Imperio) eius ignarus non erat. Proinde cupiditate aliquid contra eā tentandi exarſit: cùm etiā Orientis res non firmiſſimæ eſſent. Collecto igitur valido exercitu ex Herulis, Rugijs, Turingis, Harcynijs, Sueuis, & alijs: egreſſus, Danubium* Heruli. Odoacer.

traiecit: & in Norico quendam Monachum adijt, Seuerinum nomine: vt ſacrum ab eo benedictionem caperet. A quo exiens, cùm propter ſui corporis proceritatem, caput ſub ſuperliminari inclinaret: iuſſit eum Seuerinus pergere fauſto pede: vt qui vilibus nunc pellibus tectus, propediem eſſet multâ precioſa præda potiturus.

Epiphanius Epiſcopus.

Odoacer cum alijs ciuitatibus Romam occupat.

Proficiſcitur inde per Tridentinas Alpeis, & Veronenſium fines, alacri animo Odoacer: ad oppidumq́ Liguriæ Laudem venit. Ibi cum Italico peditum & equitum exercitu Oreſtes conſederat. Sed videns ſe viribus inferiorem, Ticinum concedit: vbi expugnatione oppidi ab Odoacre facta, miſerrima omnium rerum, ſacrarum & prophanarum direptio eſt facta: incendioq́ ædificia depaſta. Epiphanius Epiſcopus, piè pro multorum ſalute laborans, ſuæ germanæ, aliarumque mulierum pudicitiam à libidine hoſtium conſeruauit. Facta ſunt hæc X. Cal. Septemb. quando & Odoacer à ſuis eſt REX ITALIÆ acclamatus. Inde Placentiam progreſſus, Oreſtem ibi 5. Calend. in conſpectu exercitus interfecit: Rauennam pridie nonas occupauit: Paulum Oreſtis fratrē occidit. Inde, Italiæ vrbibus in poteſtatem redactis, Romam quoq́ ad deditionem metu perculit. Auguſtulus purpurâ abiectâ, veniā conſecutus in Lucullano Campaniæ caſtro tanquā exul vixit.

Imperij occidui occaſus.

Linguarum etiā ſtudia, extincta.

Ita Roma, iam quartùm poſt Chriſtum natum, vſq́ ad annum 480. capta: ita Imperij ab Auguſto feliciter fundati, finis ab Auguſto triſtis factus: ita titulus Auguſti, in Occidente ſepultus: ita impletum, illud prophetæ: Væ tibi, qui prædaris (omnes gentes) quoniam & ipſe præda eris. Odoacker hat dem Kübel den Boden gar außgeſtoſſen. Tunc & ſtudia Latinarum & Græcarum literarum, elegantiorisq́ eruditionis, conciderunt.

Italia Regnum.

Erit deinceps Regnum in Italia, per annos CCCXX. donec Imperij dignitas, anno ſalutis IↃCCC. per Carolum M. reſtituetur: & ad Germanos transferetur.

Lingua noua.

Studia autem linguarum & doctrinarum, circa CIↃ CCCC. demum, in Italia cultius refloreſcent: & inde in Galliam ac Germaniam feliciter propagabuntur. Interea antè in Latinam linguam inuadent barbara Verba: & noua lingua naſcetur hodierna ſcil. Italica: quemadmodum & Hiſpanica & Gallica linguæ, infuſione Germanicarum gentium in eas terras, natæ ſunt.

De S. Seuerino.

Conciones eius.

Boiodurum.

Gibuldus R. Aleman.

VVidemirus.

Iuuauia.

Quia ſuprà mentio S. Seuerini facta eſt: libet quædam de hoc alia breuiter ſubiungere, ex Auentini libro 2. Hunc Africâ oriundum, pietate inclytum, integritate vitæ venerabilem, poſt interitum Attilæ ait in Noricum, Auſtriam, Bauariam, cum fratre Victorino veniſſe: fortè, quòd crudelitatem Vandalorum fugeret. Eum ſua fide in Deum, precibus, virtute, has regiones tutatum eſſe: deſtitutas à Romanis Principibus: Germanis expoſitas circumfrementibus. Ad Reges Germanorum trans Danubium (Gibuldum Sueuorum Boemiæ, & finitimorum locorum, dominum: Flaccitheum, Filitheum, Fridericum, Rugiorum Principes) legatum non ſemel profectū eſſe: eos autoritate ſua repreſſiſſe ab incurſationibus: fœdere & ſocietate cū Romanis coniunxiſſe: captiuos Romanos partim precibus, partim pecunia, redemiſſe. Exemplis docuiſſe. Deo immortali confidendū eſſe: ſpem omnē in Chriſto domino, præſideq́ Mundi, ſitā eſſe. Germanos, hoſtes Reip. & religionis, non armis & ſagittis, ſed innocentiâ & liberalitate in pauperes, vinci poſſe. Sacerdotibus nihil tum ſalacius, opulentis nihil tenacius erat: pauperum autē, rura relinquentium, & metu belli in oppida confugientium maxima colluuies. Diuites frumenta coëmere, & in futuram famem recondere ſolebant. Sacerdotes exhortatus ad caſtitatem Seuerinus eſt: prædicare non fabulas, ſed Chriſtum iuſſit. Diuites bona elargiri in egenos hortatus eſt. Alioqui, Barbaris mox diripienda. Noricorum enim & Vindelicorum oppida, non multò poſt mortem ſuam exciſum iri: & Romanum nomen in his deletum iri. Irriſus fuit ab aliquot ciuitatibus: quæ breui pòſt à Germanis exciſæ ſunt. Patauiam (Boiodurum) ipſe vocatus, propter crebras incurſationes Alemānorum, in ripa Oeni habitauit. Eò venit cum exercitu Rex Alemannorum Gibuldus: viſendi, vt ſimulabat, Seuerini gratiâ. Obuiam hic ei veniens, autoritate orationis ſuæ Regem à petenda Patauia auertit. A quo poſtulandi, quicquid vellet, optione accepta: petijt, vt Rex pacem cum Romanis coleret, & captiuos dimitteret: quod & obtinuit, illo domum redeunte. Irruit poſtea 478. patruus Theodorici, Oſtrogotthorum Regis, VVidemirus: cum Gotthis, Herulis, Turogis (Turingis) Alemannis. Nariſcis & alijs Germanis, in prouincias Noricorum: ſicut fore, à Seuerino prædictum fuerat. Quæ caſtella, conuerſione ad Deum confugerunt, periculum euaſerunt. Iuuauienſium verò ciuitas (Saltzburgum) ſalutaribus monitis contemptis, à Germanis capta, incenſa, populo ſuo exinanita eſt: Epiſcopo Maximo, in crucem acto: amplius LV. Symmyſtis eius trucidatis. Hoſtes, cùm poſtea Patauiam (quò ciues ex Quintanorum colonia, id eſt, Kuntzinga, confugerant) oppugnarent: à ciuibus, hortatu Seuerini excitatis, & diuina ope confiſis, in Germaniam & Alemanniam ſunt reiecti: partaque victoria, gratiæ Chriſto

ſunt

ſunt acta. Tempore inſecuto ſuaſit Pataunienſibus Seuerinus: vt Laureacum (nunc Monaſt. Lorch iuxta ciuitatem Ens) demigrarent, omni cum familia: quòd ineuitabile exitium oppido Pataniæ immineret. Non eſt ab eis auditus: ſed in malam crucem ab Epiſcopo abire iuſſus. Contulit ſe Laureacum. Tum Alemannicus Rex Hunnimundus aduenit: improuiſo impetu Pataniam occupat 479. Chriſti: fit miſeranda cædes ciuium: Epiſcopus ſuper labro luſtrico, ſiue Baptiſterio, quò confugerat, trucidatur: oppidum direptum comburitur. Reliquiæ ciuium, Laureacum perfugiunt: Cuius Archimyſtes, Conſtantius erat. Seuerinus, in ſolo Deo confidendum: pecora, frumenta, fœnum in oppidum inferenda: noctem peruigilio celebrandam: excubias per murum agendas, hortatur. Scalas nocte ſilente apponunt Alemanni, Sueui, Nariſci, Turogi: ſcandunt, irruere nituntur: ſed ab oppidanis deturbantur. Sic re infecta, fame quoque premente: abactis aliquot pecoribus, quæ contra Seuerini monitionem foris relicta fuerant, domos redeunt. Deceſſit Seuerinus poſt alia laudabiliter geſta 6 idus Ianuar. 483. eiusq; oſſa Neapolin Italiæ, ſicut voluerat, deportata ſunt. Hic, quia Chriſtianam religionem in Norico propagauit, dictus eſt Noricorum Apoſtolus. Laureacum. Mors Seueri.

AMPLITVDO IMPERII ROMANI, ante ſuam ruinam.

CAPVT IIII.

QVONIAM de Occaſu Imperij, quod in Occidente diu (quippe iam inde ab Octauiani Auguſti temporibus) durauerat, expoſitum eſt: & Orientis quoque Imperium, ſæpe à barbaris gentibus oppugnabatur: non inconueniens videtur, aliquid de vtriusque Imperij magnitudine, quanto in flore, vel potius maturitate ſua, fuerit, commemorare: vt mirum alicui videatur, quomodo ex tanta potentia ruere potuerit: aut etiam non mirum, cùm ædificia, quò ampliora & celſiora extructa ſunt, magnitudine ſua magis laborent: magisq; ad cadendum vergant tendantq;. Sumemus autem notationem ex libro: qui inſcribitur, Notitia Orientis & Occidentis: qualis, poſt tempora Impp. Arcadij & Honorij, ante Iuſtiniani tempora: vt lib. 4. de Topographia Conſtantinop. Petrus Gyllius iudicat. Notitia Orientis & Occidentis.

Initiò igitur Oriens & Occidens, vno Imperio continebantur. Poſtea, conſtructâ Conſtantinopoli, duo Imperia facta ſunt. Proinde, ad diminuendum, procliuiora: cùm τὸ ἓν, ſit vinculum & conſeruatio rerum: id eſt, quæq; res tandiu incolumis maneat: quandiu vna, & omnibus ſuis partibus coniuncta, eſt. Imperia Chriſtianorum, duo. Vnitas ἓν.

I. DE IMPERIO ORIENTIS.

I. Imperij Orientis ordinatio.

Ibi poſt Imperatorem, erat Præfectus vrbis Conſtantinopolis, & Præfectus prætorio Orientis, & præfectus Illyrici. Conſtantinopolis.

VRBS CONSTANTINOPOLIS.

Regiones ibi XIIII. in quibus, hæc:
Eccleſiæ XIIII.
Palatia V.
Domus diuinæ Auguſtarum VI.
Domus nobiliſſimæ III.
Fora IIII.
Senatus II.
Baſilicæ II.
Thermæ VIII.
Theatra II.
Luſoria II.
Portus IIII.
Horrea V.
Circus I.
Ciſternæ IIII.
Nymphæa IIII. Ibi nuptias celebrabant, qui proprias ædes non habebant. Nymphæum.
Vici CCCXXII. Sunt Angiportus.
Domus CIↃ CIↃ CIↃ CIↃ CCC LXXXII.

Porticus LII.
Balneæ priuatæ CLIII.
Priſtina publica XX,
Priſtina priuata CCXX.
Gradus CXVII.
Macella V.
Curatores. Curatores. XIII. Curam hi totius regionis gerebant.
Vernaculi. Vernaculi XIIII. Erant hi velut ſerui in omnibus, & internuntij regionis.
Collegiati. Collegiati IↃLX. Hi è diuerſis corporibus ordinati caſibus incendiorum ſubueniebant.
Vicomagiſtri. Vicomagiſtri LXV. Quibus cura vrbis per noctem tuendæ mandata erat.
Columna purpurea.
Columnæ inter ſe prauiæ II.
Milliarium aureum. Miliarium aureum. Erat hoc, columna aurea: à qua principium viæ ad omnes portas erat.
Coloſſus I.
Tetrapylum aureum I. Auguſteum.
Capitolium.
Moneta.
Schalæ maritimæ III.

Vrbis longitudo, à porta aurea ad littus maris directâ linea, pedum millia XIIII, & LXXV. pedes.

Latitudo, pedum VI. millia, & CL.

In regione prima & decima erant duæ domus Placidiæ Auguſtæ. In tertia & vndecima Pulcherianæ domus. duæ domus Pulcheriæ Auguſtæ. In decima, domus Auguſtæ Eudociæ. In quinta, thermæ Honorianæ, & thermæ Eudocianæ. In ſeptima, Eccleſiæ tres: Irenæ, Anaſtaſiæ, & S. Pauli.

PRAEFECTVS VRBIS.

Præfectus vrbis. Hic ſuper omnes Conſulares (vt eſt lib. 6. Variarum Caſſiodori) ſententiam primus dicebat: habens ſibi vrbem commiſſam, & poteſtatem extra vrbem, ad permulta milliaria: carpento per plebem vehens: publicis ipſum votis comitantibus. Officiales habebat ſub ſe: quos Romanæ vrbi Præfectus, de quo infrà.

PRAEFECTVS PRAETORIO PER ORIENTEM.

Turcis, Bellerbegus Natoliæ.

Sub diſpoſitione virorum Illuſtrium, Præfectorum Prætorio Orientis, erant Diœceſes hæ: Oriens, Ægyptus, Aſiana, Pontica, Thracia.

Prouinciæ ORIENTIS erant XV. Arabia, Phœnice, Phœnice Libani, Euphratenſis, Meſopotamia, Syria ſalutaris, Cilicia, Cilicia ſecunda, Iſauria, Palæſtina, Palæſtina ſalutaris, Paleſtina ſecunda. Oſroëna, Cyprus.

Prouinciæ ÆGYPTI VI. Libya ſuperior, Libya inferior, Thebais, Ægyptus, Archadia, Auguſtanica.

Prouinciæ ASIANÆ X. Pamphylia, Helleſpontus, Lydia, Piſidia, Lycaonia, Phrygia pacatiana, Phrygia ſalutaris, Lycia, Caria, Inſulæ.

Prouinciæ PONTICÆ X. Galatia, Galatia ſalutaris, Bithynia, Honorias, Capadocia prima, Capadocia ſecũda, Pontus Polemoniacus, Hellenopontus, Armenia prima, Armenia ſecunda.

Prouinciæ THRACIÆ VI. Europa, Thracia, Hæmimontii, Rhodope, Mæſia ſecunda, Scythia.

PRAEFECTVS PRAETORIO PER ILLYRICVM ORIENTALE. Turcis, Bellerbegus Græciæ.

Sub his illuſtribus viris, erant hæ Diœceſes, Macedonia & Dacia.

Prouinciæ MACEDONIÆ VI. Achaia, Macedonia, Theſſalia, Epirus vetus, Epirus noua, pars Macedoniæ ſalutaris. & Creta.

Prouinciæ DACIÆ V. Dacia mediterranea. Dacia ripenſis, Mæſia prima, Dardania, Prævalitana, & pars Macedoniæ ſalutaris. Has hactenus Diœceſes propè omnes, Turca Romano Imperio eripuit.

ALII CVRATORES ET MAGISTRATVS.

Magiſter officiorum. Magiſter officiorũ. Procurabat hic milites Prætorianos, Scholas Fabricenſiũ, Agentium in rebus, diſciplinam Palatij, curſum vehicularem.

Magiſtri

Magiſtri equitum & peditum, in præſenti, & alij.

Magiſtri ſcriniorum, & memoriæ, & epiſtolarum, & libellorum Græcorum. Hic poſtremus epiſtolas Græcas, aut ſcribebat, aut Latinè conuertebat.

Præpoſitus ſacri cubiculi.

Primicerius ſacri cubiculi, Notariorum, Caſtrenſis, ſacri Palatij. πρωτομικήριος, *Primicerius, Principis Protonotarius:* ὁ πρωτογράφης τῶν βασιλικῶν ὑπογραφέων.

Quæſtor. *Comites varij.*

Comes ſacrarum largitionum: id eſt, qui dona & honores nomine Principis dabat.

Comes rerum priuatarum: qui Principis priuatam gubernabat ſubſtantiam, per curam Rationalium, ſeu procuratorum.

Comites Domeſticorum duo, equitum & peditum.

Proconſules 2. Aſiæ & Achaiæ.

Comes Orientis.

Præfectus Auguſtalis.

Vicarij 4.

Comites rei militaris 2.

Duces 13. Conſulares 15. Præſides prouinciarum 40. Correctores 2.

PRAEFECTORVM OFFICIALES.

Corniculariꝰ.

Princeps, Cornicularius (excubiarum curator, cum corniculo) Adiutor, Commentarienſis (præfectus carceris: nomina captiuorum in commentario, ſeu libello, annotata habens) Ab actis, Numerarij (in his, vnus auri; alter, operarum) & ſubadiuua.

Cura epiſtolarum, Regerendarius (Referendarius: qui exponit aliorum cauſas, & reſponſa reddit eis) Exceptores, Adiutores, Singularij. *Referendarius.*

De talibus officijs, conſulatur Caſsiodorus in opere variarum Epiſtolarum, lib. 6. & 7. & 11.

MILITVM VARIA GENERA.

Milites varij.

Lancearij ſeniores.
Iouiani iuniores.
Herculani iuniores.
Braccati iuniores.
Mattiaci ſeniores.
Martiarij iuniores.
Conſtantiani.
Sagittarij ſeniores Gallicani.
Sagittarij iuniores Gallicani.
Primi Theodoſiani.
Tertij Theodoſiani.
Defenſores.
Victores, alijq́ multi.

EQVITVM GENERA.

Equites varij.

Equites promoti ſeniores, aut iuniores.
Equites cataphractarij Biturienſes.
Equites armigeri ſeniores Gallicani.
Equites quinto & nono Dalmatæ.
Equites primi clinabarij Parthi. κλιβάνια *ſunt thoraces ferrei.*

ET LEGIONVM.

Legiones variæ.

Comitatenſium.

Quinta Macedonia.
Martenſes ſeniores.
Septima gemina.
Decima gemina.
Prima & ſecunda Flauia Conſtantia.
Prima Flauia Theodoſiana.
Quartadecimani, & alij.

PSEVDOCOMITATENSIVM.

Prima & ſecunda Armeniaca.
Prima & quarta Italica.
Sexta Parthica.
Baliſtarij Theodoſiaci, & alia genera multa.

Schola militares.

SCHOLAE MILITARES, SVB DISPOSITIONE VIRI illuſtris, Magiſtri officiorum.

Schola ſcutariorum prima & ſecunda.
Schola gentilium ſeniorum & iuniorum.
Schola Scutariorum ſagittariorum.
Schola Scutariorum clibanariorum, & aliæ.

Caſſiodor. Variarum lib. 5. Epiſt 23.

Oſtentent iuuenes bellu, quod in gymnaſio didicêre virtutis.
Schola Martia mittat examina.

II. Imperij occidentis ordinatio.

II. DE IMPERIO OCCIDENTIS.

Ibi ſecundum Imperatorem, erat Præfectus vrbis Romæ, & Præfectus Prætorio Italiæ, & præfectus prætorio Galliarum.

Roma vrbis partes.

VRBS ROMA.

Regiones ibi XIIII. in quibus, hæc.
Bibliothecæ XXIX. quarum præcipuæ, Palatina & Vlpia.
Capitolia. II.
Circi duo.
Amphitheatra duo.
Coloſſi duo.
Columnæ cochlides duæ.
Obeliſci V. quorum unus, in campo Martio, altus.
Pedes LXXXII. ſemis.
Theatra III.
Ludi. IIII.
Naumachiæ V.
Nymphæa XV.
Equi magni XXIII.
Deaurati LXXX.
Eburnei LXXXIIII.
Arcus marmorei XXXVI.
Macella II.
Portæ XXXVII.
Vici CCCCXXIIII.
Vicomagiſtri IↃCLXXII.
Curatores XXIIII.
Ædes CCCCXXIIII.
Inſulæ XXXXVI. millia, & IↃCII.
Domus CIↃ IↃ CCLXXX.
Balnea IↃCCC LVI.
Thermæ XI.
Aquæ XIX. Quarum vna, virgo dicta: quòd nullis pollueretur ſordibus.
Lacus CIↃ CCC LII.
Pontes VII.
Montes VII. Vnde vrbs, ἑπτάλοφος, ſepticollis.
Fora XI.
Piſtrina CCLIIII.
Lupanaria XLV.
Latrinæ publicæ XLIIII.
Cohortes prætoriæ X. Vrbanæ IIII. Vigilium VII. quarum excubitoria XIIII.

Vexilla

Vexilla communia duo.

Caſtra equitum, Salgamariorum, & peregrinorum, Salgamarius, ἁλμευτὴς, ταριχευτὴς: qui ſalgama, id eſt, poma ficus, vuas, piſces, in vaſis adcomedendum condit. Salgamarius.

Via XXIX. vt, Traiana, Appia, Æmylia, Flaminia.

Regio prima (porta capena) continebat ædem honoris & Virtutis, Camœnas, lacum Promethei. Item, Thermas Seuerianas & Commodianas.

Regio quarta (Templum pacis) continebat Aream Vulcani, Ædem Iouis Statoris, Baſilicam Conſtantinianam.

Item Coloſſum, altum pedes CII. ſemis. Habebat in capite radia numero VII. ſingula pedum XXII. ſemis. Coloſſus Romæ.

Regio octaua (Forum Romanum & magnum) continebat Roſtra, Genium populi Rom. aureum, equum Conſtantini, Miliarium aureum Iuliæ, Græcoſtaſin, porticum margaritariam. Forum Romanū

Regio nona (circus Flaminius) continebat ædem Herculis, campum Martium. Pantheum. Cāpus Martius

Item, Columnam cochlidem, altam pedes CLXXV. ſemis. habentem gradus intus CCIII. feneſtras LVI.

Regio duodecima (piſcina publica) continebat Fortunam mammoſam, Thermas Antonianas, Ædem Bonæ Deæ ſubſaxanæ.

Sub PRÆFECTO VRBIS erant hi: Præfectus annonæ, Præfectus Vigilum: Comes formarum (vt ædificia & tota ſpecies vrbis, eſſet elegans) comes riparum, aluei Tiberis, & cloacarum: comes portus. Item. Magiſter cenſus, Rationalis vinorum, Tribunus fori ſuarij, Conſularis aquarum: Curator operum maximorum, Curator operum publicorum, Curator ſtatuarum, Curator borreorum Galbanorum, & alij. Præfectus vrbis.

PRAEFECTVS PRAETORIO per Italias.

Sub huius illuſtris viri diſpoſitione erant Diœceſes hæ: Italia, Illiricum Occidentale, & Africa.

Prouinciæ Italiæ erant XVII. Venetiæ, Æmiliæ, Flaminiæ & Piceni Annonarij, Piceni ſuburbicarij, Tuſcia & Vmbria, Campania, Lucania & Brutiorum, Samnij, Valeria, Apuliæ & Calabria, Alpium Cottiarum, Liguriæ, Siciliæ, Sardiniæ, Corſicæ, Rhætiæ prima, & Rhætiæ ſecunda.

Prouinciæ ILLIRICI VI. Pānoniæ prima, Pannoniæ ſecunda, Sauiæ, Dalmatiarum, Norici mediterranei, & Norici ripenſis.

Prouinciæ AFRICÆ VII. Byzantium, Numidia, Mauritania, Sitifenſis, Mauritania Cæſarienſis, Tripolis, Præfectus annonæ Africæ, Præfectus fundorum patrimonialium.

PRAEFECTVS PRAETORIO Galliarum.

Sub diſpoſitione huius illuſtris viri erant hæ diœceſes: Hiſpaniæ, Galliæ, & Britanniæ.

Prouinciæ HISPANIARVM VII. Bætica, Luſitania, Callæcia, Tarraconenſis, Carthaginenſis, Baleares, Tingitania.

Prouinciæ GALLIARVM XVII. Alpes maritimæ, Alpes Pœninæ & Graiæ: Narbonenſis prima, Narbonenſis ſecunda, Viennenſis: Aquitania prima, Aquitania ſecunda: Nouem populi (fortaſſe Gaſgones) Belgica prima, Belgica ſecunda, Lugdunenſis prima, Lugdunēſis ſecunda, Lugdunenſis tertia, Lugdunenſis Senonia, Maxima Sequanorum: Germania prima, & Germania ſecunda.

Vtraque hæc Germania, Romanis cis Rhenum, nobis trans Rhenum, eſt: vbi Argentina, Spira, Moguntia, Treueris. Germania ciſrhenana, duplex.

Hic nulla regiuncula, noſtræ Germaniæ memoratur: nulla Sueuia, Franconia, Haſſia, Saxonia: quam Romani, Orbis domini, tenuerint. Nunquam potuit potentiſſimus Cæſar Auguſtus, nunquam potuêre ſucceſſores, Sueuiam & Germaniam redigere in prouinciam. Occuparunt interdum aliquam partem: ſed retinere non potuerunt. Vt meritò Germani appellentur ἀρειμανεῖς, Marte furentes: quo nomine Dionyſius Afer eos appellat. Germania magna, vel transrhenana.

Prouinciæ BRITANNIARVM V. Maxima Cæſarienſis, Valentia, Britannia prima, Britannia ſecunda, Flauia Cæſarienſis. Ita Romanis nota erat Europa, Aſia, & Africa: ſed quarta terrarum pars eos latebat, America: hodie Hiſpanis & Anglis cognita.

HIC ETIAM ALII GVBERNATORES ERANT.

Magiſter officiorum. Ad Magiſteriam dignitatem (Caſsiodor. lib. 6.) Palatij pertinebat diſciplina, aduenientium præſentatio ad Principem, velocitatis Veredorum ordinatio, & alia:
Magiſter peditum Præſentalis.
Magiſter equitum in Præſenti.
Magiſter equitum per Gallias.
Præpoſitus ſacri cubiculi:
Primicerius ſacri cubiculi:
Quæſtor.

Comes ſacrarũ. *Comes ſacrarum. Hic etiam imaginem Principis curabat monetis imprimendam, ad memoriam rerum eius apud poſteros.*

Comes rerum priuatarum. *Comes rerum priuatarum. Huic commiſſa quoque erat cuſtodia contra nefarios hominum concubitus, & ſepulcrorum violatores.*
Comes Domeſticorum peditum.
Comes Domeſticorum equitum.
Primicerius Notariorum.
Caſtrenſis ſacri palatij.
Magiſter ſcriniorum, Memoriæ, Epiſtolarum, libellorum.
Proconſul Africæ, cuius Vicarij V I. vt, Italiæ, Africæ, Hiſpaniarum.
Comites rei militaris V I. vt, Tractus Argentoratenſis, Littoris Saxonici per Britannias.
Duces X I I. vt, Rhætia prima & ſecunda, Germaniæ primæ, Mogontiacenſis.
Conſulares XXII vt, Pannoniæ, Siciliæ, Germaniæ primæ & ſecundæ, Belgicæ primæ & ſecũdæ.
Correctores I I I. vt Apuliæ & Calabriæ.

Præſides X X X I. vt. per Illyricum quatuor: Dalmatiarum, Pãnoniæ primæ, Norici mediterranei, Norici ripenſis. Per Italiam V I I. Alpium Cottiarum, Rhætiæ primæ, Rhætiæ ſecundæ, Valeria (Styriæ, vel Croatiæ.) Samnij, Sardinia, Corſicæ.

ERANT ET OCCIDENTALIBVS PRAEFECTIS
Officiales, qui Orientalibus.

Princeps, Cornicularius, Adiutor, Commentarienſis, Ab actis, Numerarij, Subadiuua, & cæteri.

MILITES SVB MAGISTRO PEDITVM.

Herculiani.
Iouiani, Iouij.
Armigeri ſeniores. Armigeri iuniores.
Mæſiaci.
Pannoniciani.
Tongricani.
Diuitenſes.
Cimbriani.
Heruli.
Thebæi.
Brachari.
Cornuti.
Petulantes.
Aſcarij iuniores. Aſcarij ſeniores.
Mattiaci.
Batauí.
Leones ſeniores. Leones iuniores.
Rhæ i
Valentinianenſes.
Marcomanni iuniores. Marcomanni ſeniores.

Mauri

Mauri ſeniores. Mauri iuniores.
Exculcatores.
Conſtantiaci, & alij permulti.

EQVITES SVB MAGISTRO EQVITVM.

Promoti. Promoti iuniores.
Comites.
Cornuti iuniores. Cornuti ſeniores.
Valentinianenſes. Honoriani.
Mauri alites.
Alani.
Taiſali. Gens quædam Scythica, vel Gotthica. Ammian. lib. 31. Fortaſſe [illegible], *id eſt,* [illegible]. Taifali.
Clibanarij.
Stableſiani.
Marcomanni.
Sagittarij primi, ſecundi, tertij.
Cetrati ſeniores. Cetrati iuniores, & alij.

LEGIONES MAGISTRI PEDITVM Legiones variæ.
Præſentales.
Palatinæ.

Iouiani Seniores.
Herculiani ſeniores.
Diuitenſes ſeniores, & alij.

Auxiliares.

Cornuti ſeniores.
Brachati ſeniores.
Sagittarij Neruij, aliíque multi.

Comitatenſes legiones.

Menapij ſeniores.
Septimani ſeniores.
Germaniciani iuniores, & alij.

Pſeudocomitatenſes.

Legio prima Alpina.
Lancearij Laureacenſes.
Superuentores iuniores, aliíque.

VEXILLATIONES MAGISTRI EQVItum præſentalis. Vexillationes.
Palentinæ.

Comites ſeniores.
Equites promoti ſeniores.
Equites Batauı iuniores & ſeniores, atque alij.

Comitantenſes.

Equites armigeri.
Equites primâ Galliæ.
Equites Mauri feroces.
Equites ſagittarij Clibanarij.
Equites ſcutarij.
Taiſali iuniores, & alij.

SCHOLAE MILITARES, SVB DISPOSITIONE VIRI illuſtris Magiſtri officiorum. Scholæ militares.

Schola Scutariorum prima, & ſecunda, & tertia.
Schola armaturarum ſeniorum.
Schola Gentilium ſeniorum.

FABRICAE. Fabricæ.

In Illyrico, Sirmienſis, ſcutorum, baliſtarum, & armorum.

Cornu-

Cornutenſis ſcutaria
In Italia, Concordienſis, ſagittaria.
Mantuana, loricaria.
Ticinenſis, arcuaria.
Lucenſis, Spatharia.
In Gallijs, Argentoratenſis, armorum omnium.
Sueßionenſis, Scutaria. Baliſtaria, & clibanaria.

Rhætiarum ordinatio militaris.

RHAETIAE PRIMAE ET SECVNDAE RATIO, SVB DISPOSITIONE ſpectabilis Ducis harum prouinciarum, Vide infrà lib. 11. cap. 4.

Equites Stableſiani.

Equites Stableſiani ſeniores, Auguſtanis. (Auguſta Acilia, Straubing: *Auguſta Rhætia,* Augſpurg. *Auguſtanis, ſcilicet caſtris.)*

Equites Stableſiani iuniores, Ponte Oeni, tunc Phebianis. (Pontes Oeni, Oetinga Norici.)

Equites Stableſiani iuniores, Submuntorio. (Summuntorium, Monaſteriũ Hohenwart.)

Præfectus legionis tertiæ Italicæ partis ſuperioris, Caſtrareginâ, tunc Vallato. (Vallatum, Feilenpach.

Præfectus legionis tertiæ Italicæ partis ſuperioris, deputatæ ripæ primæ, Submuntorio.

Præfectus legionis tertiæ Italicæ, prò parte media prætendentis à Vimania Caßiliacum vſque, Cambiduno. (Cambodonum, Kemma Vindeliciæ: Caßiliacum, Romakeſſel.)

Præfectus militum Vrſarienſium, Guntiæ. (Guntia, Güntzburgum.)

Præfectus legionis tertiæ Italicæ, traſuectioni ſpecierum deputatæ, Fœtibus.

Præfectus legionis tertiæ Italicæ, tranſuectioni ſpecierum deputatæ, Teriolis.

Præfectus alæ primæ Flauiæ Rhætorum, Quintanis. (Quintanorum colonia, Küntzing *iuxta* Filſhofen.)

Tribunus cohortis nouæ Batauorum, Batauis,

Trib. cohortis tertiæ Brittorum, Abuſinâ. (Abuſina Abenſperg.)

Præfectus alæ ſecundæ Valeriæ ſingularis, Vallaro.

Tribunus cohortis ſextæ Valeriæ Rhætorum, Venaxamodoro.

Tribunus cohortis primæ Herculeæ Rhætorum, Parrroduno.

Tribunus cohortis quintæ Valeriæ Frigum, Pinianis.

Trib. cohortis tertiæ Herculeæ Pannoniorum. Celio.

Tribunus gentis per Rhætias deputatæ, Teriolis.

Præfectus numeri Barbaricariorum (Argentariorum, pecuniam publicam tractantium.) Confluentibus, ſiue Brecantiæ. (alibi eſt Brigantium, Bregentz.)

Præfectus alæ ſecundæ Valeriæ Sequanorum, Vimaniâ.

Tribunus cohortis Herculeæ Pannoniorum, Arbore (Arbor felix Arbona.)

Habebat hic ſpectabilis Dux officiales: Principem, Numerarios, duos Commentarienſem, Adiutorem, Subadiuuam, Regerendarium, Exceptores, Singulares, aliosq́.

Rhætiarum nomen.

Rhætias Caßiodorus 7. Variar. 4. Retias vocat: quòd contra feras & agreſtißimas gẽtes (Sueuos & Germanos.) velut quædam plagarum obſtacula (retia) diſponerentur. Ibi enim impetum gentilem, exceptum eſſe. Retias fuiſſe munimina Italiæ, & clauſtra prouinciæ. Adiungamus Danubio exemplum de Rheno.

SVB DISPOSITIONE SPECTABILIS DVCIS Mogontiacenſis.

Moguntinenſis ordinatio militaris.

Præfectus militum Pacenſium, Saletione. (Saletio, Seltza *op. 6. miliar. infra Argentinam.)*

Præfectus militum Menapiorum, Tabernis. (Tabernæ Zaubern *op. Epiſcopi Argentinenſis.)*

Præfectus militum Andereciano rum, Vico Iulio.

Præfectus militum Vindicum, Nemetes. (Nemetes pro Spirenſibus habentur.)

Præfectus militum Martenſium, Altâ ripa.

Præfectus militum ſecundæ Flauiæ Vangiones. (Vangiones, VVormacienſes exiſtimantur.)

Præfectus militum Armigerorum, Mogontiaco.

Prfectus militum Bingenſium, Bingio, (Bingium, op. Rheni Binga.)

Præ-

Præfectus militum Baliſtariorum, Bodobricâ (Bodobrica, op. Bopartia.)
Præfectus militum Defenſorum, Confluentibus (Confluentes, Cobelenz.)
Præfectus militum Acincenſium, Antonaco (Antonacum, vel Antennacum, Andernach.)

Habebat hic Dux, eiuſdem cum præcedente Duce generis officiales.

Conducit hoc hactenus Caput, etiam ad Ammianum Mamellinum melius intelligendum.

VASTATIO ET OCCVPATIO, TRANSRHENARVM ET TRANSdanubianarum Regionum Romanarum per Francos & Sueuos. Rhætia prima, à Sueuis occupata, & Heluetiæ partes. Alemanniæ magnitudo. Ducatus Alemannicus. Boij, in Nariſcis. Noriberga.

CAPVT V.

HVIC tantæ tam latè patenti, tam in ſublimè exaggeratæ, potentiæ Romanorum, tamen Germanicæ Gentes (inter quas antiquiſſimæ & celeberrimæ famæ, Sueui) identidem ſe (quod, valdè mirum) oppoſuerunt: identidem irruptiones contrà fecerunt: ac tandem Imperio deiecto, ditiones trans Danubium & Rhenum occuparunt: Germaniamq́ue ampliſſima acceſſione locupletarunt. Qua de re loca aliquot probatorum Auctorum citabimus. Germaniæ acceſſiones factæ contra Romanos.

Beat. Rhenanus lib. I.

Poſt Attilam, in interiorem Galliam digreſſum, quicquid ſupererat, quod ille non perdidiſſet, in proximis Rheno prouincijs: hoc eſt, in Germania prima atque ſecunda, & Maxima Sequanorum (Baſilienſi diœceſi, & Sequanis) Franci & Alemanni, Hunnum ſtatim ſubſecuti (quia ſæpe ante à Romanis cæſi) prorſus euerterunt. Nihilominus tota vaſtatio, populatori Attilæ adſcribitur. Tum Colonia Agripina, Tungrorum oppidum, Noueſium, Vtriceſium (fortè Vtrecht *eſt) caſtra Herculis, Vetera (Berga op.) Aſciburgium (Vicus intra Coloniam* Aſpurg. *Alijs videtur* Duisburg *eſſe) Nouiomagus, Antēnacum, Bingium, Magontiacum, Borbetomagus* (Ogersheim) *Hebuſiũ* (Weiſſenburg) *Saletio, Brocomagus* (Brumar) *Argentoratum, Elcebus, Argentuaria, Auguſta Rauricorum, Vindoniſſa, Forum Tiberij* (Keiſerſtul / *vel* Zurzach) *Vitudurum, Auenticum, & multa alia oppida, funditus deſtructa ſunt. Non diu poſt, Aëtius, auxiliantibus Gotthis, profligauit Attilam apud Catalaunos, Francis, tametſi prouincias nuper depopulati forent, nihilominus veniam dedit: & illorum auxilijs contra Hunnum vſus eſt. Nam cogebat extrema neceſſitas, ad multa conniuere. Et incuſſerat etiam Barbaris timorem Attila: prauidentibus futurum, vt victoriæ compoti, nemo non ſeruire cogeretur. Accepta Aëtij morte, à Valentiniano Tertio immeritò occiſi: Franci, tranſito Rheno, Germaniam ſecundam, cum vtriuſq; Belgicæ parte occuparunt, nunquam amplius ceſſuri. Nam ita poſt Valentinianum labare cæpit in occidente, Romani Imperij maieſtas: vt paulò poſt ſub Auguſtulo, Odoacre Herulo perturbante, tota concideret. Quòd ſi Franci præſciſſent: ſtatim ſe Gallicarum aliquot prouinciarum dominos futuros: mitius cum Germania ſecunda, & Belgica prima, fuiſſet actum: & ſtarent adhuc eximia Romanorum in prouincijs opera: quorum hodie ne tantillum quidem ſupereſt: quando omnia fundamentis euerſa ſunt à Francis & Alemannis: reditum Romanorum metuentibus: quod antè ſæpe erant experti.* Maxima Sequanorum. Francica & Alemannica vaſtatio. Argentoratum.

Addit deinde de ALEMANNIS ſeorſim.

Nec Alemanni cunctantur: Poſteriores minimè laturi, vbi de Imperio Galliarum diuidendo ageretur, Mors Aëtij, certam & duraturam prouinciarum poſſeſſionem ſpondebat. Igitur ruinas vrbium verius, quã vrbes (quas ſæpe ſuis ipſi manibus, ſed poſt Attilam funditus, exciderãt,) occupare pergunt. Transgreſſi Rhenum, Germaniam primam inuadunt: & Maximæ Sequanorum partem, vſque ad Burgundiones, qui prius tranſcenderant: Item ſuperiores ad Rhenum agros, & Turgouiam, ac Vallem pœninam: quam, Valleſium (cuius caput, ſed vnum eſt, olim Octodorus) vulgus nominat. Trans Danubium verò, latiſſimam illam Rhætiam primam, & hanc ſæpe antè tentatam, nunc tandem ſibi vendicant. Nunquam florẽtiores fuêre Alemannorum res, quam eo tempore: tam latè prolatis ditionis ſuæ pomærijs: ſed poſtea ſubacti à Francorum Rege Clodoueo, ſiue Ludouico, fuerunt. Ea de re non multò poſt in hoc libro audiemus. Alemannorum incrementa.

IDEM

IDEM LIBRO III.

Alemanni, labente iam Imperio Romano, regiones ad Gallicam Rheni ripam vergentes (Germaniam primam Elcebenſem & Rauricenſem tractum, terraſq; Heluetiorum) occuparũt, & pacificè poſſederunt: id quod illis nunquam antè contigerat. Quanquam enim in Galliam ripenſem (in qua eſt Germania prima & ſecunda, & Raurica atque Heluetia) ſæpe tranſgreßi erant: & ad tempus in ea habitarant: tamen hoc eis ſtabile non fuerat. Poſtea verò cùm dictas terras inuaſiſſent: quicquid erat munimentorum & vrbium, exciderunt: Veriti, ne, ſi redintegratis viribus reuerterentur Romani, & ipſos depellerent (quod antè ſæpe contigerat,) recuperatis arcibus

Concordia Rom. munitio. *& oppidis, fierent inexpugnabiles. Tunc igitur Concordia (munimẽtum Romanorum,* Rocherſberg.) *& munimentum nomine Tribonis, Argentoratum, Saletio, Brocomagus, Elcebus, Argẽtuaria, Vindoniſſa, Forum Tiberij, Auenticum, Auguſta Raurica: & interiores aliquot vrbes: vt, Diuodurum in Mediomatricis (Metis, vt* Dietenhofen) *Tullum & Naſium (Nanceium) in Leucis: euerſæ ſunt: præcipuè, quæ in ripa Rheni, vel proximis Rheni locis, ſitæ erant: quò ipſis, vi Romana fortè repulſis, facilior in futurum eſſet tranſitus. Niſi quis Rauricis, Vindoniſſenſibus, & Auenticenſibus, Burgundiones (qui aliquandiu precariò in Alemannia conſederant.) & Nuithones (*die Nuchtländer: *vbi nũnc, Berna & Friburgum.) Rheno tranſito, deuaſtationem attuliſſe demonſtret.*

AVENTINVS LIB. II.

Francorum incrementa. *Franci, homines bellandi cupidi, pro multitudine hominum & gloria belli, anguſtos ſe fines habere arbitrati, Galliæ totius iam Imperio, cui multos hactenus annos occupando Maiores ſui fruſtrà inſudaſſẽt, ſe potituros, perſuaſum habebant. Cognatos ſuos, ex Germania profectos: Burgundiones Narbonenſem Galliam, Veſogotthos Aquitaniam, Vandalos Africam, Suenos & Alanos Hiſpaniam, Saxones Britannias occupaſſe. Incitabat eos Lucius, Treuerenſis patricius (cùm vxorem eius, Galliæ præfectus Auitus ſtuprauiſſet, circ. 456. Chriſti.) in Germaniam magnam ad Francones profugus. Igitur XII. ſibi proceres præfecerunt: quorum primus eſſet Hildericus, Merouei F. Sic Romanos, Rheno ſuperato, ceciderunt: Germaniam Galliæ ſuperiorem (quam Alemanni magis occuparunt) deinde 2. Germaniam, in poteſtatem redegerunt. Occupatæ ſunt vrbes, Moguntiacũ, Vangionũ Borbetomagus, Nemetũ Auguſta: cui tractui, ne quis à tergo metus immineret, præfecerunt Reges: Arbogaſtum, Drogum, Gebericum cum filio, Garouicum, Haganonem. Potiti quoque Agrippinenſi Colonia (fruſtrà tuericonato Ægidio, Romano Legato.) Reges ciuibus & finitimis dedêre, Segibertum, & filios Litauic. Henri.) ac poſtea Morinos, Rhemos, Cameracum, ceperunt. Ciuitates pleræque omnes, Legatis de pace miſsis, Reges accipiunt, Litomacum, Rhenomarum. & Richarium. Traduntur & Treuiri à Lucio prædicto: quibus Heribertus præficitur. Dedidêre ſe & Mediomatrices, Leucorumq; vrbs Tullũ: quibus Melo, & Godogiſalus, Patauriduſq; (ſuperioris Haganonis ex ſorore nepos.) imponuntur. Dehinc Hildericus, inito fœdere, & copijs iunctis, cum Odagrio (Odoacre.) Saxone: Lugdunenſem Galliam (cui Romanus Dux Paulus præſidebat) aggreſſus eſt: Lutetiam Pariſiorum fame, deinde Aureliam, cepit. Circa Andegarios cum Romanis congreſſus, Paulum Præſidem interfecit. Ita Gallia Lugdunenſis & Belgica, Romanis ereptæ, in Germaniam tranſlatæ ſunt: haſq; noſtrates, Franconrich (*Franckreich.*) hoc eſt, Francorum imperium: regionem verò Germaniæ, vnde Frãci profecti ſunt, Francoland, (*Franckenland.*) hoc eſt, Francorum patriam vocare ſolent: quòd hîc nati ſint, illinc imperent, Franci. H. R. C. apud Auentinum: quibus conſonat de anno Chriſti*

Francia duplex. *481. hoc Funcij: Hildericum Romanis Galliam eripuiſſe. & è Regio genere, hinc inde Regulos in maioribus vrbibus conſtituiſſe.*

IDEM AVENT. LIB. III. DE SVEVIS.

Venedi. Vandali. Rußi. Poloni. *Venedi (Vandali, id eſt, Rußi & Poloni.) in Germania interiore conualeſcere cæperunt. Inde in finitimos ſæuire, Suenos & Boios laceſſere & opprimere, nõ ceſſarunt. Rex Alaricus Sueuorum (*Adelreich/ *nobilitatis diues, nobilitatis Regnum.) cum popularibus ſuis, Boiemiam Sileoiam, Luſatiam, & finitimas Boream atque Eurum verſus regiones deſerit: diſcedit ad Occidẽtem. Agrum capit propinquum Danubio, Rheno, Nicro, Alemanno, fluminibus. Traiecto deinde Rheno & Danubio partem Galliarum, & Rhætiam ſupra Lycum, Occidẽtalem verſus, Italiam vſque, paulatim occupauit.*

Boij. Nariſci. *Boij quoque, Sueuorum veſtigia inſecuti, ab Orientis ora, per Hiſtri ripam, ad Nariſcos ſeu Voitlandiam (auitos agros, incunabulaq; gentis: cuius Norciobergа caput*

tum

tum erat) conceſſerunt. Venedorum Reges, Zecbo & Crocus, loca à Sueuis & Boijs deſerta, inuaſerunt & adhuc poſſident. Conſedêre quieti apud Nariſcos. Nonnihil rei cum vicinis Francorum Regibus, Childerico & Ludouico, fuit: qui pares ferre non poterant: & ſoli Regio nomine imperare in Gallia & Germania contendebant.

Munſterus lib. 3. cap. 56.

Audito Francorum in Gallia ſucceſſu: Alemanni, qui ſuperioribus annis grauiter à Romanis Cæſaribus fuerant afflicti: & multi ex eis trucidati: tentantes rurſus fortunam, & ſibi illata damna vlciſci ſtatuentes, traiecerunt Danubium: & inuaſerunt Romanas prouincias: potiſſimùm Rhætiam, oram Rheni: &, quicquid terrarum eſt vſque ad Athesin. Tranſierunt etiam Rhenum: & occupauerunt bonam partem in Heluetia Romanis ſubdita: à fluuio Vrſa & Alpibus per diœceſin Baſilienſem & Argentinenſem, ſecundũ ſucceſſum Rheni. Sunggoiam ſcilicet & Alſatiam: à quibus antea fuerant expulſi. Stumpfius ait, facta pace inter Burgundiones & Alemannos: illis manifeſte tractum Auenticenſem, & Ergouienſem, aduſque Vrſam amnem: & vocatam eſſe minorem Burgundiam, vſque ad Imperium Henrici IIII. His verò, ab Vrſa Zurichgouiam & Badenam, cum veterum Heluetiorum regione. Hæc vtraque, Romanis adempta. Ita etiam Heluetiorum nomen (fluuio Vrſa Burgundiones ad Occidentem verſus, Alemannos ad Orientem, ſeparante) propemodum euanuit: quòd incolæ Heluetiæ, magna ex parte ſunt Burgundi & Alemanni: Lib. 4. cap. 26. Exiſtimat idem partim ſub Odoacre, partim ſub Theodorico, Alemannos has ciuitates deſtruxiſſe: Mentz/ Wurmbs/ Straßburg/ Harburg/ Augſt/ Arbon/ Winterthür/ Zürch/ Soloturn/ Keyſerſtul/ Burgſtein/ Windiſch/ Wiſlisburg/ Pfin/ Baden/ *& alia, funditus. Ideò nihil antiquitatum Romanorum ibi extare hodie, niſi è terra effodiatur.*

Alemannorum graſſationes.

Heluetiæ partitio inter Burgũdiones & Alemannos.

Lazius lib. 8. de migrat. Gent.

Multis per ſecula plura incurſionibus Sueui cùm Rhætias afflixiſſent: tandem pulſis Romanis legionibus, ex illis primam Rhætiam occupauêre, quæ à lacu Brigantino, atque Hercynia ſylua, ipſiſque & Danubij & Rheni fontibus, vſque ad lycum fluuium propagatur. Quo in tractu per multa ſecula poſtea (Francorum poſtquam Rex Chòldoueus Sueuiam ſibi ſubiecit, vt ſuo loco cognoſcemus) celebris SVEVORVM DVCATVS fuit: qui deinde defijt: ſed tamen adhuc antiquum nomen retinet: in Vogtiam (præfecturam) ſuperioris & inferioris Sueuiæ, Ducatum Deccenſem, Marchionatum Burgouiæ, Marchionatum Hochbergenſem, Vogtiam Algouiæ, Vogtiam Hægouiæ, Vogtiam Turgouiæ, Vogtiam Ergouiæ, Vogtiam Tigurinenſem, & Vogtiam altæ Rhætiæ, diuiſus. Etſi à Sueuorum nomine abſtracti, arte patrum noſtrorum memoriam plerique pagi, hoc eſt, agri, in Confœderatorum Heluetiæ, Principiſque VVirtembergiæ, ditionem appellationemque conceſſerint. Quorum incolas, Sueuorum eſſe poſteritatem, non ſolùm Annales ac Diplomata Cœnobiorum, verum etiam lingua ipſa, teſtati: quæ illis cum cæteris Sueuis Orientalibus, qui ſub veteri adhuc nomine manent, communis eſt. Sic & apud Iburgingam (hodie Iberlingam) ad locum Bodmannicùm, Duces Sueuiæ ſedem habuiſſe, & Tiguri, & in Rancáuilla propè Feldkircheim, Hiſtoriæ receptæ docent: vt, quam latè patuerit Sueuorum quondam in Rhætia prima Ducatus, eluceſcat.

Sueuia Ducatus.

Rurſus lib. 1. Rhenanus.

Rhætia prima, à Sueuis nouis cultoribus, Sueuiæ nomen accepit. Apud Hiſtoricos multos, & in Diplomatis antiquis, Alemannia vocatur: quod Alemannorum pars, Sueui fuerint. Hinc Turegum oppidum Sueuiæ vendicatur: quod Sueui, id eſt, Alemanni pagum Turgouienſem poſſederint, in quo ſitum eſt Turegum. Reges Francorum, in Diplomatis veteribus, totam Alemanniam, id eſt, tam Rhæticam, quàm Germanicam, vocabulo DVCATVS ALEMANNICI intelligunt.

Rhætia prima.

Ducatus Alemannicus.

CAVSÆ INTERITVS IMPERII Occidentalis.

CAPVT VI.

M*IRETVR aliquis, quomodo potuerit hoc tantum, tot & tam firmis præſidijs munitum, tantâ prudentia & fortitudine gubernatum, Imperium, ita miſerè corruere. Sed ſi is cauſas cognoſcat: mirari deſinet. Sunt autem cauſa hæ: vna diuina, cæteræ humanæ. Diuina cauſa, hæc eſt: quam Propheta Daniel cap. 4. ponit:* quod ille, qui excelſus ſupra omnia eſt, dominatur in

Imperij Occidẽt. collapſi cauſa diuina.

tur in Regnis hominum: eaque dat, quibus vult, etiam humilimis. *Sed deſtructionis cau-*
ſam Deo dant impietas, peccata & ſcelera hominum: quæ in Imperatoribus duntaxat, multa paſ- (Cauſa humana.)
ſim hactenus notauimus. Auentinus etiam hæc collegit: præſertim ex Sidonio Apollinare Poëta, Aruernorum Epiſcopo.

Ignaui erant Cæſares: grauabantur ſubditi, magnitudine tributorum: & auaritiâ ſuperbiâque Præſidum atque Epiſcoporum. Imperatores rapacibus hominibus Magiſtratus & Remp. non tam committebant, quam venditabant. Nulla virtutis erant præmia: nulla præſidia viris fortibus: ſed ſæpe leui calumnia, aut ſuſpicione viri præclarè meriti, de medio tollebantur. Seruitute vrbes, ciues, agricolæ, ad egeſtatem redigebantur. Epiſcopi, quibus negotia à Principe committerentur: non tam Reipub. medebantur: quàm priuatis ſtudebāt commodis. Præſides opprimebant Romanos: fidis Reipub. inſultabant: cum hoſtibus paciſcebantur. Calumnijs litium multi opprimebantur innocentes. Tetræ libidines committebantur. Nulla Reipl. opes, nulla præſidia, nullæ Romani Principis facultates. Milites riparij, & limitum cuſtodes, ſtipendijs defraudabantur: ad inopiam redigebantur. Nec in demortuorum locum alij ſufficiebantur. Nam peculatu ærarium expilatum erat: publicè egeſtas, priuatim opulentia, creuerat. Itaque Germani numina indiligenter cuſtodita, crebrò tranſibant: igne ferrò, pradâ, omnia deuaſtabant: Romanos captiuos, tanquam pecora (ſicut hodie Turcæ) abducebant.

Tot igitur flagitijs, longo iam tempore inualeſcentibus: vox illa, quæ apud eundem illum Vatem eſt, clamauit:

Succidite arborem: præcidite ramos eius: excutite folia eius: diſpergite fructus eius. Fugiant beſtiæ, quæ ſub ea ſunt: & volucres, de ramis eius. Germen tamē radicum eius, in terra relinquitur.

Huius igitur diuini mandati executio, ab Herulo vel Saxone Odoacre, ſtrenuè & feliciter facta eſt.

ODOACRIS GESTA IN ITALIA. VANDALORVM IN AFRICA

Rex Honoricus. Chlodoucus M. Rex Franciæ. Gallia tota, Romanis erepta. Theodorici Oſtrogotthi apparatus in Italiam. Chrothildis Burgunda, Chlodoueo nupta. Reges Burgundiæ funeſti.

CAPVT VII.

Odoacris modeſtia.

ODoacer, Occidentis dominatu potitus, modeſtè egit (Sigonio teſte) non Imperatorem Auguſtumué ſe nominauit: ſed Regem tantummodo Italiæ. Itaque & purpura abſtinuit. Deinde, deliberatione habita, tranquillitati ſtuduit Regni: & Gotthos ſibi conciliauit. Contra externos hoſtes, noua tributa Italis impoſuit: Romanis ademit auctoritatem Senatus, & conſulum dignitatem: vt eorum confunderet & ſpiritus. Cætera Magiſtratuum iura, & vetera inſtituta, retinuit: Eccleſiis etiam, & Epiſcopus, honorem ſuum ſeruauit: ſedem Regni, priorum Auguſtorum exemplo Rauennæ locauit. Verum nihil cum ipſo rei, ſibi Zeno Imperator Orientis eſſe voluit.

Anno 481. *terræmotus ingens Conſtantinopoli, per* 40. *dies fuit: quo multa ædificia, & ſtatua Theodoſij M. cochlidi columnæ inſiſtens, collapſa ſunt.*

Alani, è Gallijs eiecti.

Odoacer Alanos è Gallijs eiecit: à Francorum Rege Childerico, quo cum fœdus inierat, adiutus. Inde Francorum opes, auctiores & formidabiliores factæ.

Genſerici mors. Honorici filij ſucceſsio.

Anno 482. *Africæ Rex Genſericus Henricus, vita functus eſt: cui Honoricus F. ſeu Hunerichus, ſucceſsit: qui ſequēti tempore crudeliter tractauit Orthodoxos, exemplo patris Areanus. Sed vermibus exeſus* 489. *perijt: Gundamundo ſucceſſere non minus ſæuo. Odoacer Conſularem honorem Romanis reſtituit.*

Clodoueus, Frãciæ R.

Anno 485. *Hilderico Francorum R. mortuo, ſucceſsit filius Chlodoueus, vel Clodoueus, hoc eſt, LVDOVICVS: vir bello ac pace clariſsimus: ſicut ſuis locis intelligetur. Ordo horum Regum hactenus.*

1. *Fazanundus*, 420. *Chriſti.*
2. *Clodio, vel Clodius*, 427.
3. *Meroueus*, 447.
4. *Childericus*, 459.
5. *Ludouicus Magnus, hic Clodoueus*, 485.

Anno 487. *Oſtrogotthorum Regem Theodoricum Amalum, Theodomiri (iam mortui)*

F. Vala-

F. Valamiri N. iuuenem præclarum & potentem, Conſtantinopolin (Iornande auctore) ad ſe inuitauit Zeno: inter proceres Palatij ſui retulit: Magiſtrum militiæ pr ſentis fecit: filium ſibi adoptauit: parte Ripenſis Daciæ Mœſiæq́ donauit: & in ſequentem annum Conſulem deſignauit: quem honorem etiam cum Venantio tunc geſſit. — *Theodorici Amali Oſtrogotthi honores Conſtantinopoli.*

Anno 489. Clodoueus omne Galliarum Imperium, quod ab Iulio Cæſare quondam Romanis partum fuerat, eis ademit. — *Gallia tota, Romanis erepta.*

Anno 491. Conſulatum geſſit ſine collega Anicius Manlius Torquatus Seuerinus Boëthius: cuius de conſulatione Philoſophiæ libri V. extant. — *Boëthius Philoſophus.*

Oſtrogotthis, propter pacem, quam Theodoricus cum Imp. Zenone habebat, eſurientibus: quòd, prædas vnde agerent, non haberent: ipſe Conſtantinopoli ab eis euocatus, bellum Zenoni fecit: ſuosq́ prædando ſatiauit. Sequenti ergo anno Imperator, clementibus eum literis ad ſe reuocãs, leniter defectionem obiecit. IPSE extremâ ſuorum egeſtate id factum cauſatus: cùm interrogaretur à Zenone, quanam ratione illorum paupertati ſubuenire poſſet: ſibi ab eo cum ſua gente, in Italiam aduerſus Odoacrem, qui eam iniuſſu ipſius teneret, contendendi poteſtatem dari petiuit. Si Odoacrem vinceret: Imperatoris, qui miſiſſet, gloriam fore. Sin caderet: ipſum onere annuorum ſtipendiorum liberat[um] iri. Æquius etiam eſſe, Italiam ſibi, qui filius ipſius eſſet, quam Odoacri, qui illam iniqua ſeruitute teneret oppreſſam, permitti. Aſſenſus Imperator, vt Illyricum à Gotthis tutum in poſterum eſſet: Italiam ei tradidit, cum Senatu populoq́ Romano: Capiti eius impoſito ſacro velamine. Theodoricus ad ſuos reuerſus, eos alacriter ſe parare ad Italicã expeditionem iuſſit: quod regnum & poſtea Odoacri eripuit, vt audiemus. — *Zeno Italiam Theodorico tradit.*

Anno 493. & inde, cùm legatos Clodoueus ſæpe in Burgundiam mitteret: conſpecta eſt ab eis Chrothildis, vel Clothildis, vel Gotehilda (Groshuldt/Gotthuldt/Leuthuldt: Virgo ſpecioſa & ſapiens (Gregorio Turonenſi teſte) & Regij eſſe generis cognita. De qua cùm Clodoueo nunciatum eſſet: eam legatione à patre eius Gundobaldo in matrimonium petijt. Recuſare ille metuens, ipſam ad Regem illuſtri comitatu miſit: idq́ eò libentius, quòd nullam de ea dotem poſcebatur. Data eſt tamen ei conditione hac, vt ipſe quoque Chriſtianam Religionem ſuſciperet: cùm adhuc ab ea alienus eſſet: quam Burgundiones 434. Chriſti ſuſceperant. Illam puellam Clodoueus conſpicatus, nuptias poſtea lætus celebrauit (anno, niſi fallor, 495.) necdum tamen factus eſt Chriſtianus. — *Chrothildis, Clodoueo nupta.* *Burgundiones, Chriſtiani.*

HVIVS CLOTHILDIS STIRPS. STVMPF. lib. 4. cap. 25. & alij.

1. Gundicarius, vel Gundiochus, Rex primus Burgundiæ: ab Aëtio circ. 438. victus, Rom. Duce: qui Burgundiam libenter Gallijs reſtituiſſet: pacem tamen ſuppliciter petenti conceſſit: Francis in Galliam irruentibus. — *Clothildis ſtirps.*

2. Sigiſmundus, ab Attila 455. propè Baſileam ſuperatus. Non eſt certum, num Gundicarij filius fuerit: aut, num ſequentis Gundovvaldi pater, an frater.

3. Gundovvaldus vel Gundobaldus (qui & Gundebaudes, Gundoneus, Gundeuchus) circa (460.

4. Gundovvaldo filij quatuor, ab Adenide & Turonenſi adſcribuntur.

1. Gundobaldus.
2. Godegiſilus.
3. Chilpericus.
4. Gothmarus, Godomarus, P. Æmylio Gundemarus.

5. Gundobaldi iunioris filij fuêre 2. Sigiſmundus & Gothmarus. Chilperico, ſeu Hilfericho, natæ ſunt filiæ 2. Throna, vel Chrona (Æmylio, Mucutima: Turonenſi, Mucuruna) & Clothildis, vel Chrothildis, Regi Clodoueo nupta.

6. Sigiſmundo nati ſunt filij 2. Sigerichus (Æmylio, Sugerius) & Gotthmarus, Guthmaier.

Hîc, quantum malum ſit regnandi libido: quam acerbæ ſint iræ fratrum: quot & quanta indè ſcelera atque exitia enaſcantur: ex Gundobaldi iunioris tragœdia manifeſtum eſt: quam paucis recenſebo. Cùm enim, patre Gundovvaldo mortuo, fratres quatuor de Regno inter ſe contenderent: Gundobaldus id, indiuiſum arripiebat. Ideo à fratribus bello petitus eſt, & victus: ac, cùm nuſquam appareret, perijſſe putatus. Poſtea repentè coortus, Viennæ Rhodani, fratres ob[ſi]det: vrbem à ciuibus traditam accipit: Hilferichum capite mulctat: Gotthomarum, qui in turrim fugerat, inibi comburit; vxorem eius poſterius, lapide ad collum oppenſo, aquâ ſuffocat. Eſt ab eo etiam — *Fratrũ concertatio de Regno Burgundiæ.* *Gundobaldi tragœdia.*

etiam Hilferichi F. Thorona, in exilium miſſa: Sed Chrothildis, retenta: Doluit ſequenti tempore Clodoueo Regi Franco, cùm Chrothildin iam haberet, vehementer, tanta crudelitas, in ſocerum ac ſocrum facta. Ad quem Godegiſilus, omnibus bonis exutus, confugiens: per Reginam Chrothildin, cognatam ſuam, auxilium nactus eſt; hac tamen conditione, vt pars Burgundiæ, quæ trans Ararim eſt, Clodoueo cederet, loco dotis vxoriæ. Breui tunc inferior Burgundia 499. capta fuit. Gundobaldus, aſtutè occaſione captata, pacem impetrat: ſed duris conditionibus. Francorum exercitus cùm diſceſſiſſet: Godegiſilum Viennæ circumſidet. Vrbem clandeſtino introitu nocturno, & matutino manifeſto, indeptus: illum, & Epiſcopum, in primarium Templum confugientes, eximit inde, & interficit. His cauſis permotus Clodou. magna vi oppreſſum Regno expulit: & id filio eius Sigiſmundo dedit: fratre eius Gotthmaro, itidem in Burgundia relicto. Fratricida in Italiam ad Oſtrogotthum Regem Theodoricum, conſocerum, confugit: apud quem & breui mortuus eſt. Facta ſunt hæc vſque ad annum Domini circiter 508 Poſtea Rex Sigiſmundus, mortuâ ſibi priore vxore Amalaberga (quæ fuerat prædicti Regis Theodorici ex ſorore neptis) alteram, ex humili nobilitate, duxit: quod filijs eius, Sigericho & Gotthemaro, valde diſplicuit. Cumque magis Sigherichus malè de illa loqueretur: nouerca, marito ſuo contra eum concitato (vt Regnum ſc: ad Gotthmarum perueniret) effecit: vt Sigerichus fune clàm 515. necaretur. Pœnitentia inde Sigiſmundo magna, Clothildi Reginæ Franciciæ (iam viduæ) luctus ingens, extitit præſertim familiâ iſta crudelitatis nomine vbique peſſimè audiente. Hinc in iram, & vindictæ cupiditatem, verſa: inſtigat filium Clodomirum (Leuthmaiern) *qui Sigiſmundum, prælio in Burgundia ſuperatum, cum vxore & liberis necat: & in puteum abijcit.*

Sigiſmundus, Burgund. Rex.

S. Mauricij monaſterium.

Factum id eſt anno 520. Sepultus fuit Sigiſmundus in Monaſterio S. Mauricij: quod ipſe ad honorem eius, & Commilitonum (anno circiter 220. apud VVallesiæ inferioris oppidum Agaunum, religionis Chriſtianæ causâ contrucidatorum) fundauerat. Ob quam fundationem, ſuperſtitioſè pro Sancto cultus eſt: & aduerſus febrim inuocatus. Frater Gotthmarus, qui euaſerat, Burgundiæ Regnum corripit: ſe contra Clodomirum inſtruit: in pugna ſuccumbens, incautè inſequentem occidit: caput eius in conto circumferri iuſſit. Quo dolore Franci ardentes ſummâ vi Gotthmarum in fugam conijciunt, & regionem occupant.

Gotthmarus, fratricida.

Acciderunt hæc 521. anno. Cùm autem Regnum Gotthmarus recepiſſet: frater Clodomiri Clotharicus & Childebertus (Luther vnd Hilffwarth) *collectis copijs anno 525. Auguſtodunum (Antun) obſident: Gotthmarum è Burgundia, Gallia, Hiſpania in Africam ad Vandalos eijciunt: vbi & diem clauſit extremum. Sic Burgundiæ Regnum, in ditionem Francorum venit: penes quos circiter 366. annos manſit: donec rurſum Regia maieſtate decoratum eſt: anno 891. Rodolpho Burgund. Principe, ſibi coronam imponente: infrà part. 2 lib. 3 cap. 3.*

Burgundiam Franci occupāt.

Hæc (copioſius deſcripta Turonenſ. lib. 3. Æmyl. lib. 1. Stumpf. lib 4. cap. 25. & lib. 3. cap. 61. atque 62.) ideò recenſui: vt euidentius conſpiciantur Diaboli artes: aliud ex alio ſcelus, aliam ex alia calamitatem ferentis & propagantis. Iure igitur, ex fideliſſima D. Petri hortatione, vigilandum & orandum eſt: Diabolo ſic in modum rugientis Leonis circumeunte: &, quem deuoret, quærente.

Diaboli artes.

Vt autem Chrothildis, in cognatis ſuis calamitoſa fuit: ita quoque (ſed multis ſeculis pòſt) Irena, vel Maria Græca, Philippi Sueui, Rom. Regis, vxor, in ſe & ſuis propinquis: circa annum Chriſti 1200. Vide infrà 2. part. lib. 12.

ADVENTVS THEODORICI OSTHROGOTTHI (QVI VERONENſis dicitur.) in Italiam: bellum cum Odoacre: & huius indigna cædes.

THEODORICVS hic, II. Rex Italiæ. in Oriente, ANASTASIVS Imp. Tybinga.

CAPVT VIII.

Theodorici Oſtrogotthi expeditio Italica.

ANNO *493. Theodoricus Oſtrogotthus, ferè cum vniuerſo populo ſuo Germanico (coniugibus & liberis, armis & ſupellectile, in plauſtra impoſitis) ex Mæſia per Sirmienſem Pannoniam, extrema hyeme, in Italiam verſus proficiſcebatur: donec ad ripam Sontij (qui fluuius non longè ab Aquilea diſtat) peruenit: vbi è regione caſtra contra eum Odoacer habebat, tranſitu prohibiturus: circa locum oppido Goritiæ vicinum.*

Anno 494 tempore Verno, cùm latis ibi pabulis iumenta, è longo itinere fatigata, THEODORICVS *refeciſſet: fluuium prædictum, fruſtrà ſe obijciente Odoacre, tranſit: eumque prælio victum, in caſtra reijcit. Interim Gundobaldus quoque Burgundionum Rex*

eiſi

etſi fœdere coniunctus cum Odoacre erat: tamē, occaſione lucri arrepta, Liguriam Æmyliamq́; per ſuos deprædatus eſt. Theodorico, caſtra oppugnare paranti, ceſſit ab amne Sontio Odoacer Veronam verſus: veſtigia eius legente Theodorico. Ibi rurſum ille ab hoc, deinde tertiâ pugna ad fluuium Abduam, victus, Romam properat: Sed à ciuibus ingreſſu prohibitus eſt. Theodorico enim, vt iuſto domino, ſibi Zenonis ſententiâ dato, parêre malebant. Odoacer, ſuburbana hoſtiliter populatus, Rauennam contendit: vbi, Libillâ Magiſtro militum Theodorici cæſo, eam vrbem 6. idus Iulias ingreſſus eſt. Poſtea Theodoricum Ticini obſidet: ſed inde Rauēnam rediens, viciſſim ab illo eſt obſeſſus. Durauit ea obſidio in annum 497. Theodorico interim parte copiarum, Italiæ oppida corradente. Profligatus autem is quodam die ab Odoacre erumpente: matrem habuit obuiam, interrogantem: cur fugeret? Nuſquam eſſe effugiendi locum: niſi, ſublatâ veſte, in ſinum genetricis refugere vellet, vnde in lucem prodijſſet. Quo pudore ipſe confuſus: validâ, licet exigua, manu collecta: hoſtem magna ſtrage in vrbem reiecit. Tandem pax inter Reges, æqua Italici Regni adminiſtratione, facta eſt: & obſidio 3. Calend. Martias leuata: ſed poſt non multos dies Odoacer, cum filio & Primoribus, falſo inſidiarum prætextu, à ſicarijs Theodorici, in conuiuio interfectus. Quippe (vt Lucanus inquit)

Odoacer Rauennam occupat.

Theodoricum mater ſua αἰσχρῶς caſtigat.

Odoacris cædes.

Nulla fides, Regni ſocijs: omnis poteſtas,
Impatiens conſortis erit.

Ita, Herulis & Rugijs victis, ad Gotthos Regnum Italiæ venit: apud quos manſit annos circiter LVIII. Nunc autem Theodoricus Oſtrogotthus, SECVNDVS REX Italiæ: eſt: qui cum laude id adminiſtrauit: veteribus Magiſtratibus & ſtatutis, in eo manentibus: omni genere proſperitatis inibi eſfloreſcente. Erat quidem is, Arianus: ſed tamen Catholicos colebat Sedem autem ſuam, Rauennæ habuit, Andefledam (Handfrid) *Regis Francorum Clodouei ſororem, anno 499. duxit filiam ex concubina Theudetuſam* (Gotteshauß / Deut / Todt / Gott) *Viſigotthorum Regi Alarico: Amalabergan verò (cæli aut nutricionis montem, matrem liberos tuentem) ex ſorore Amalafrida* (Himmelfrid / fridliche Amma / oder Mutter) *natam, Sigiſmundo Burgundioni, Regis Gundobaldi filio, collocauit. Ita ad ſtabiliendas opes ſuas prudenter ſe vicinorum Regum amicitia & affinitatibus muniuit. Inuenio etiam, Dalmatiam, Rhætiam, & Siciliam ſe ad arbitrium eius applicuiſſe.*

Gotthi, iam Italiæ Reges.

Rauenna, Regia ſedes.

Anno 495. Zenone Imp. in Oriente, VIII. id. April. mortuo: ſecutus eſt V. IMP. CÆS. FL. ANASTASIVS DICORVS, P. F. Aug. qui plus 27. annos Imperio præfuit. Hæreticus Eutychianus. Δίκορος, quia pupillis oculorum diſſimilibus. Cæterùm, corpore proceriſſimus, trucibus oculis, aliquantùm cæſijs, caluaſter & canus.

Anaſtaſii Dicori imperium in Oriente. S.

Anno 497. Tybinga (Neccaricum VVirtenbergiæ oppidum) ædificata eſt: vt perhibetur à VVolfgango Iobſtio, in Theatro paruo Vrbium. Etſi ſuprà lib. 4. cap. 12. aliquid Imperatores Caracallæ ibi fuiſſe dictum eſt, circa annum ſalutis 214. Pleraque autem loca quæ in INGEN exeunt, arbitratur Ioannes Heroldus à Romanis militibus inſeſſa fuiſſe: ita, vt ea terminatio forſitan à LEG. ſit: id eſt, à legione, quæ ibi locum habuerit.

Tybingæ ædificatio.

Ingen, terminatio.

ALEMANNI, A CLODOVEO EXITIOSO PRÆLIO AD TOLBIAcum victi: & inſeruitutem Francicam redacti: Clodoueus cum ſuis, Chriſtianus factus. Theodorici Oſtrogotthi interceſſio pro Alemannis. Seruitutis in Sueuia, ſeu mancipiorum, ortus. Alemannici DVCATVS, in Regni locum, & Comitum ac Centenariorum, aliorumq́;, Magiſtratuum, origo. Chriſtianiſmi importatio. Limites Alemanniæ, in qua & Tigurum. Boiorum (qui poſtea, Bauari) fœdus cum Clodoueo. Bauaria, Romanis per Theodonem erepta. Ratisbona. Regum Gallicorum inſignia. S. Fridolinus.

CAPVT IX.

FRanci & Alemanni, quandiu intra limites Germaniæ antiquæ conſtitêre, inter ſe pacem ſeruarunt: amne Mæno fines ipſorum interfluente. Poſtquam verò, viribus Romani Imperij collapſis, Romanos occuparunt prouincias (Franci ſcilicet Germaniam trans Rhenum ſecundam, cum vtruſque Belgicæ parte: Alemanni verò, primam Germaniam, & Rauracos cum Heluetijs: nempe ab Alpibus ipſis vſque ad Moſellæ influxum in Rhenum: & reliqua inde Franci vſque ad Oceanum) cùm vtriq; Gallijs inhiarent: graues inter ipſos exortæ ſunt ſimultates: alteris alterorum potentiam creſcentem reformidantibus: vicinis procul dubio, tum Barbaris (Gotthis & Burgundionibus) tum Romanis, vtilitatis ſuæ causâ frigidam, vt dici ſolet, ſuffundentibus. Deſcribitur

Francorum & Alemannorum ob Gallias inimicitiæ.

tur hoc bellum à multis Hiſtoricis diligentes, & copioſè: Gregorio Turonenſi, Paulo Æmylio, Beato Rhenano, Carolo Sigonio, Ioan. Stumpfio, & alijs. Res, ita geſta eſt.

Alemanni, etſi aliquoties antè infeliciter cum Hilderico Clodouei patre bellum geſſerant: nõ tamen perdiderunt animos: ſed anno Chriſti 499 (Sigonio, 495.) Roma Æmylio & Viatore Coſſ. priores non modò laceſſiuêre bellum: ſed etiam in medium illud Francorum nouum Regnum (in ſecundam videlicet Germaniam) Tolbiacum vſq; (oppidum tunc in regione Vbiorum, ſeu Colonienſium: ad XXXII à Colonia lapidem: nunc verò pagum Zulg, vel vt Zulpich) *cum exercitu progredi ſunt auſi. Addit Auentinus Boios quoque, Duce Adalogerione: quod nomen, nobilitatis auidum ſignificat. Boij autem, tunc adhuc Nariſcos incolebant. Sueuis antiquitus cognati. Occurrit illis Rex Clodoueus: inſtructus Francorum, & ſociorum Sicambrorum, copijs. Pugnatum eſt accerrimè. Miraculo vtrunque extitit, inquit Æmylius. Primùm, duas bellicoſiſſimas inſtructiſſimaſque Francicas gentes, ab vna Sueuica vinci*

Tolbiacum.

Prælium inter illos.

Deinde: fuſas fugataſque perturbatis ordinibus, rurſus in vnum coire: ac victoriam victos victoribus mox extorquere: Quæ ſic acciderunt. Clodoueus & locum tempuſque pugnæ idoneum delegerat: & aciem egregiè inſtruxerat: & ſubſidia opportunè collocauerat: incitandiſque tum popularium, tum ſociorum, animis, omni arte bellica vſus fuit: cùm quidem equitibus ipſe præeſſet: peditibus autem præfeciſſet præcipuum amicorum Sigebertum, Regulum Agrippinenſem. Nihilominus equitatus peditatuſque Alemannis ceſſit. Sigeberto grauiter in genu vulnerato (vnde poſtea ſemper claudicauit) & vix à filio, qui eiuſdem nominis erat, erepto: nec equitatum à fuga continere Clodoueo valente. Humana iam ſpe deſtitutus, ad opem cæleſtem (vt in rebus miſeris fieri ſolet) confugit: fidei vxori Clothildi in pactionem nuptiarum datæ memor. Dixerat hæc ad eum ſæpe. Nihil ſunt Dij, quos colitis vos. Tantùm homines fuêre: & ipſorum ſimulacra, ex ligno,
» aut lapide aut aliquo metallo, facta ſunt. Itaque nec ſibi, nec alijs, ſubuenire poſſunt. Quin & omnis
» generis ſceleribus iſti homines inquinati fuerunt. Colatur Deus, qui omnia Verbo condidit: qui æ-
» ternum ſuum filium, ſalutis noſtræ causâ hominem naſci voluit: qui Spiritu ſuo ſancto vniuerſa
» cõſeruat. Huic ſoli confidamus: eum ſolũ inuocemus. Non poterat Regi hactenus vnquam perſua-
» deri. Tunc autem exercitu eius, ad internecionem ruere incipiẽte: ſubitò lacrymabundus, oculis in cælum ſublatis Ieſu Chriſte, inquit: quem vxor mea prædicat Dei viui filium: & in periculo implorantibus opem ferre: te toto animo nunc imploro, vt laboranti exercitui ſuccurras. Si mihi victoriam dederis: ſolus mihi Deus eris: ſolo te confidam: te ſolũ inuocabo: & in nomen tuũ baptizabor.

Dij gentium.

Clodouei in rebus deſperatis precatio.

Scribit Hubertus Thomas in libro de Tungris & Eburonib. eum tunc ad ſuos, qui magna ex parte fuerint Chriſtiani, exclamaſſe: Siſtite, Viri, gradum: & fortiter pugnate. Mon Ioue ſainct Deus: id eſt meus Iupiter, quem hactenus colui, poſthac erit Chriſtus, à S. Dionyſio prædicatus: & à vobis cultus. Sed dubito, an tunc iam fuerit lingua hæc Gallica.

Cæterùm mox alacritate noua exorta: turmam Francus: quam ſui corporis tegendi cauſa, ex delectiſſimis coêgerat nobilitatis iuuenibus, in hoſtes circumêgit: ſignis, tanquam tunc primùm pugna inciperetur, de integro canere iuſſis. Ibi prælij fortuna, tanquam cæleſti numine afflictam rem Francicam reſpiciente, mutata eſt. Qui antea terga dederant: ij cohortationem Ducum in prælium ordinibus reſtitutis redeunt. Sueui re nouâ attoniti, primò conſiſtere deinde impreſſionem valida pulſi ſe Alemannos eſſe obliuiſci: fugam deniq; inire trepidi, cœperunt. Inſecuta, cædes ingens: ipſorum etiam Rex Alaricus, occiſus: quod Adalogerioni quoq; (Boio Regi) accidiſſe, ab Auẽtino refertur. Cecidit eo die vniuerſa Alemannica gloria: Sueuia, quã ſtrenuiſſimè hactenus aduerſum Romanos libertatem tutata fuerat miſerrimam à Francis impoſitam ſeruitutem ſubijt. Neq; enim deſtitit percurſare Victor, quam longè lateq; patebat nomen Alemannicum, Germaniã primam, cum Elcebenſi tractu. & parte Maximæ Sequanicæ: ſed etiam traiecit Rhenum & Danubium: illic veterem Alemãniam, hîc Rhætiam primam, peruaſit: omnia, partim ferro, partim igne, perdomuit. Ingens deinde tributum impoſitum: leges duræ, latæ: Magiſtratus graues, ab irato victore inſtituti. Quibus de rebus, plura poſterius referemus.

Sueui, prælio victi.

S. Medardus.

Reuertens domum verſus Clodoueus, occurentem ſibi in Leucorum finibus Medardum habuit ſanctum virum. Tunc ſe voti conuictum memor, nihil antiquius duxit: quam vt eo ſe exolueret. Aduênit Chlothildis gratulabunda: adducto vnà Rhemenſi Epiſcopo, Remigio viro ætate, ſanctitate, & eruditionem reuerendo. Hic & Regem ad cultum religionis veræ (ne Arianâ hæreſi circumueniretur) adduxit: & militum ad tria millia, concione habita permouit vt CATHECHVMENI enim fierent. Rhemos vt ventũ eſt: ad diem luſtricum ſiue baptiſmi, vrbs omni genere ornatus, & celebritate exculta cernebatur: omnia plauſu

Remigius Epiſcopus.

& gra-

& gratulationibus, quòd Rex ſacræ lotioni ſe ſummiſſurus eſſet, plena erant. Proceſſit is in ædẽ maxima (quæ albis velis circumueſtita erat: cereis ardentibus collucebat: canticis ſacris perſonabat: odoribus acerrarum fragrabat) candidatus inter candidatos, ad Baptiſterium, præclarè exornatum: ſublimi ceruice, cæſarie promiſſa & calamiſtrata: quòd ſola ſtirps Regia (Agath. lib. 3.) tunc inter Francos intonſo ornatoq́ capillo eſſet. Ac tu (inquit Remigius) mitis depone colla Sicamber. Adora, quod incendiſti (nam Eccleſias antea infeſtas habuerat) incende, quod adoraſti. Tunc Rex omni faſtu depoſito, in humilitatem priuati hominis deſcendens: mitiſsimè ſe tradidit Epiſcopo abluendum. Sic & de exercitu eius, tria millia. Fuerat ſanè antea quoq; Chriſtiana religio in Gallia: Sed breui pòſt omnes Franci, ad illam ſe contulêre. Baptizatæ ſunt & ſorores Clodouei poſtea (relictâ Arij impietate, & gentilitate, qua infecti erant) Lanthildis (dem Landeholt) atq; Alboſledis (alweg fleiſſig oder ſauber) quæ non multò pòſt ad Deum migrauit. Facta ſunt hæc 500. ſalutis anno, magno cum Francorum gaudio. — Clodoueus baptizatur.

Alemanni verò mœrebant: armis quidem victi, nondum tamen animis domiti. Francorum autem res indies florentiores, ſibi ſempiternam allaturas ſeruitutem metuebant. Proinde ipſorum non contemnenda nobilitatis pars (præſertim, quæ libertatis auida erat) iniquo animo grauitatem impoſitarum ſibi legum ferens, trans Alpeis præcedente 499. anno, in Oſtrogotthorum ſe fines remouerat: neq; id abſq; Clodouei offenſione. Theodoricus Rex, ne miſeræ gentis aduentu pax turbaretur, æquiores parenti leges Alemannis à Franco reditumq́ in Patriam & veniam ſeceſsionis, per literas petijt: quam apud M. Aurelium Caßidorum in Varijs habentur hæ (vt etiam Rhenanus, & Sigonius, citant) lib. 2. in extremo. — Theoderici R. interceßio pro nobilitate Suevica ad R. Clodoueum.

LVDVIN, REGI FRANCORVM

Theodoricus Rex.

Glorioſa quidem veſtræ virtutis affinitate gratulamur: quòd gentem Francorum, priſca ætate reſidem feliciter in noua prælia concitaſtis: & Alemannicos populos cauſis fortioribus inclinatos, victrici dextra ſubdidiſtis. Sed quoniam ſemper in auctoribus perfidia, reſecabilis videtur exceſſus: quinetiam primariorum, plectibilis (proculcaenim debet eſſe vindicta) motus veſtros in feſſas reliquias temperate: quia iure gratiæ merentur euadere: quos ad Parentum veſtrorum (hominum tibi coniunctorum) defenſionem reſpicis confugiſſe.

Eſtote illis remiſſus (al. remiſsi) qui noſtris finibus celantur exterriti (al. extriti) Memorabilis triumphus eſt, ALEMANNVM (al. Alamanum) acerrimum, ſic expauiſſe: vt tibi eum cogas de vitæ munere ſupplicare. Sufficiat, illum Regem cum gentis ſua cecidiſſe ſuperbia: ſufficiat, innumerabilem nationem, partim ferro, partim ſeruitio ſubiugatam. Nam ſi cum reliquis confligis: adhuc cunctos ſuperaſſe non crederis. Accipe in talibus cauſis frequenter expertum: illa mihi feliciter bella prouenerunt: quæ moderato fine peracta ſunt. Is enim vincit aſsiduè: qui nouit omnia temperare: dum iucunda proſperitas illis potius blanditur: qui auſteritate nimia non rigeſcunt. Cede itaq; ſuauiter genio noſtro: quod ſibi gentilitas (gentium ius) communi remittere conſueuit exemplo. Sic enim fiet: vt & meis petitionibus ſatiſfeciſſe videamini: nec ſitis ſolliciti ex illa parte: quam ad nos cognoſcitis pertinere.

Significat hæc clauſula (Rhenano iudice) ſe non tam ex officio fortaßis, & amicitia, quàm fœdere cogi: vt exules Alemannos reſtituat ſi ille nolit à perſequendo deſiſtere. Inquit enim Græcus Agathias lib. 1. Alemannos fuiſſe Theodorici & Gotthorum clientes ac tributarios. Sed non fuiſſe id diuturnum. quippe ad Theodebertum poſtea, & filium eius Theodobaldum, rediſſe. Additur in ſuperioribus ad Clodoueum literis. Quædam, quæ ad nos pro veſtris vtilitatibus peruenerunt: per harum portatores verbo vobis inſinuanda commiſimus: vt cautiores effecti, optatâ potius victoria conſtante expleri. Veſtra ſiquidem ſalus, noſtra gloria eſt. Et toties Regnum Italiæ proficere iudicamus: quoties de vobis læta cognoſcimus. Citharœdum etiam arte ſua doctum, pariter deſtinauimus (miſimus) expetitum: qui ore manibusq́ conſona voce cantando, gloriam veſtræ poteſtatis oblectet. Quē ideo fore credimus gratū: quia ad vos eū iudicaſtis magno opere dirigendū. — Citharœdi miſſio.

Apparet hic humanitas Regis Theodorici: qui & Sueuorum, calamitatibus oppreſſorum, rationem habuit: & muſicæ dulcedine delectatus eſt.

Proinde excellentem Citharœdum, à Clodoueo (qui nec ipſe inconcinnum canum latratum, quam artificioſam vocem humanā audire malebat) expetitum, ad ipſum miſit. Dicitur iam Clodoueus, illis literis motus, modum quendam impoſuiſſe victoriæ: ſed tamen duriter cum victis actum eſſe paulò pòſt cognoſcetur.

Francis reſponſum ad Oſtrogotthū, hoc ab Æmilio elegantius conuerſu ponitur.

Meam

Clodouei ad Theodoricum reſponſum.

" *Meam de Alemannis victoriam (inquit in literis) non minus piam, quàm felicem, tibi*
" *videri gaudeo: agnoſcoq́ & beneuolentiam, & humanitatem tuam. Quod prius naturæ meæ dede-*
" *ram, vt Alemannis victis ignoſcerem: nunc honoris tui cauſâ, earum ſeceſſioni defectioniq́ ignoſco:*
" *tibiq́, eò magis debebunt: quòd, qui ſemel vita donati, continuoq́ ad furorem reuoluti, nullam ſibi*
" *ſpem iterum impetrandæ veniæ reliquiſſent: de illis, te agente, nulla piacula expetam: ſed in patri-*
" *as eorum ſedes, fidemq́ meam, ac mitiſſimam iuris conditionem, illos recipio. In futurum, ſi plus*
" *conſuetudo amentiæ, quàm officium, apud eos valebit: lenitas mea, & priſtina & præſens, & hæc*
" *autoritas tua, graui cruentoq́ in eos exemplo ſancienda erit.*

Seruitutis origo in Alemannia.

Quis iam ſtatus Alemanniæ poſt tantam cladem fuerit: pulchrè à B. Rhenano lib. 2. (ſed & ab Ioan. Stumpſ. lib. 4. cap. 27. & alibi) declaratur. Hinc enim SERVITVS *nata eſt* (die Leibeigenſchafft) *quæ tam frequens occurrit apud Alemannos. Per Alemannos, prouinciæ etiam intelliguntur à Francis occupatæ. Equidem rectè conijcitur, ſeruitutem Sueuorum, à bello habuiſſe initium. Sed hoc, id bellum eſt: quod antiquis illis priſtinam ademit libertatem. Non quòd tota gens fuerit ſeruitute damnata: ſed quòd bonam partem Franci ſic deiecerint: ne vlciſcendi cauſâ reſumere arma (hæc enim, eis adempta) néue ſe in libertatem auitam vindicare, poſſent. Neq; enim fruſtrà ſcripſit in literis ſuis Theodoricus: multò maximam gentis partem, cùm ferro, tum ſeruitio, ſubiugatam. Sanè hoc Francis ſummo ſtudio fuit, vt Alemannos deprimerent: quorum rebellionem ſummopere extimeſcebant. Quid autem poſſunt pauciores liberi, inter innumeros*

Fiſcalini.

ſeruos? Fuit multis pœna conſtituta, ſeruitus. Hi, SERVI FISCALES, *& ſimpliciter* FISCALINI, *vocabantur: quòd res & corpus fiſco Regis ceſſiſſet. Vnde & Regijs ſeruis nomen:* deß Königs eigene Leuth. *Quorum multi ſequentibus temporibus, nobilibus viris & proceribus, cum alijs rebus, feudo dabantur.*

Monaſteriorum ædificatio.

Erant inſuper & Eccleſiaſtici ſerui: quos ipſe Rex, aut Dux, aut Comes, Monaſterio donaſſet. Monaſteria nanq; Reges & Primates, in remedium ſuarum animarum condebant: quibus inter alia, tales etiam ſeruos tradebant: vt Carolus Martellus, Augiæ maiori: Lotharius, Præpoſituræ Lucernenſi. Sic poſtea quoq;, ſi quos bello cepiſſent, Monaſterijs, tanquam viuas hoſtias,

Gottshauß-leuth.

offerebant. Hinc videmus Abbates noſtrates, adhuc talia mancipia poſſidere (Gottshaußleut) *ex liberalitate ſcil. Francorum Principum. Hinc illæ penſitationes originem habent: quibus multi ſunt obnoxij: vt mortuo patrefamilias, præſtantiſſimum iumentum è ſtabulo Procurator Abbatis abducat: aut precioſiſſimam veſtium auferat. Patre ſeruo moriente, ſi relinquebat prolem liberam; tertia pars patrimonij cedebat Domino. Sin prolem ſeruam: Domino pecus, aut optima veſtis, veniebat. Quidam etiam in illo recenti Chriſtianiſmo (quin & longè pòſt) res ſuas Eccleſiæ donabant: & rurſum agros, aut domum, in beneficij modum recipiebant, ad vitæ ſuæ tempus: non citra tamen penſitationem.*

Coloni Regij.

Nec filius poſt mortem patris, aut hæres, vindicare, ſic donata poterat. (Videbimus exempla in hoc opere ſuo tempore) Hi, coloni Eccleſiaſtici dicebantur. Erant & Regij coloni. Si qua libera puella colono Regio, vel Eccleſiaſtico, nupſiſſet: nullam agri paterni partem accipiebat, propter inæquale coniugium. Mulctabatur ſeruus, qui liberam vxorem duxiſſet. Extant talia in legibus Alemannorum. Sic remanent etiamnum Francici iugi reliquiæ in Alemannia, primæ li-

Heluetica Alemannia.

bertati aduerſantes. In quam calamitatem Heluetica etiam Alemannia inciderat, vſq; poſt tempora Carolinæ proſapiæ: poſt quæ Heluetijs & Germanis, libertas ſub Imperio Germanico contigit: præter illos homines: qui nobilibus, & monaſterijs, & Eccleſiaſticis, ſeruituti ſuberant. Mit Frondienſt/ Leibſteur/ Todfäll/ vnd dergleichen.

Ducatus Alemannici origo.

Alemannicum autem Regnum, quod olim diuiſum erat in complureis Reges (quemadmodum ex Ammiano Marcel. intelligitur) tunc à Clodoueo verſum eſt in DVCATVM. *In quo, Romanos imitati ſunt Franci. Nam illi prouinciarum Rectores, Duces appellabant: id quod ex libro Magiſtratuum Romanorum, vel libro Notitiarum, ſatis liquet. Vnde Formula Ducatus Rhætiarum, apud Caſſiodorum in Varijs. Deligebatur autem à Francis Regibus Dux ex nobili familia: ſiue ex conſanguineis ipſorum, ſiue ex alienis. Et hi nuncupabantur Duces Alemanniæ,*

Sueuiæ Duces. Tiguri palatium Regium. Bauariæ Duces.

vel Sueuiæ. Quorum ditio ſe vſq; ad flumen Heluetiæ Vrſam (Ruß) *extendebat. Tiguri verò erat Palatium Francorum Regum: qui ſæpe eò veniebant: Stumpfio lib. 3 cap. 56. teſtante. Sic Boieris (auctore Rhenano) antiqua gens Agilolfingorum diu Duces dedit: è qua VVelphones prodiſſe videntur: quos Otho Friſingenſis ab Adulfio cognominat. Vbi quidam putant legendum, Ab Altdorpio. Hoc autem priuilegium habebat ea familia à priſcis Francorum Regibus: vt ſi quis*

fidus

ſidus Regno, prudensq́, ex ea progenitus compertus fuiſſet: non aliunde quiſquam adſciſceretur in Ducatum. Teſtatur hoc in legibus Boiariorum, ipſe legislator Theodoricus. Nec tantam poteſtatem habebat Dux: quantam hodie habere videmus. Siquidem perſæpe ſe tantùm duces militum nominabant. Vt in vetuſtiſsimo Diplomate, apud D. Leodegarium Lucernatem ſcriptum eſt: Ego VVighardus, & frater meus Ruopertus, Dux militum Regis Ludovvichi: &, quæ ſequuntur. Fuit autem is Ruopertus Alemanniæ Dux, ſiue Sueuiæ: nec Ducatus tunc ad filios hæreditariò tranſibat.

Ergo primam dignitatem ſub Francis, in Alemannia habebat Dux: proximam, COMITES. Regiones ipſæ, per centenas diſtinctæ erant. Vnde CENTENARII nomen. Is Magiſtratus Centenæ præſidebat, Comiti ſubiectus: die Oberſten in einer Centen/die Richter. *Legebantur etiam ex Ruſticis. Proximè Heidelbergam adhuc apparet Centenæ veſtigium in aliquot pagis, & manſit vocabulum. Nam Franci, in gubernanda plebe, conſuetudinem Romanorum, in Gallis repertam, etiam ad alios populos, vnà cum ipſis vocabulis tranſtulerunt. Nec Duci VICArius deerat, nec Comiti Qui in conſiliũ adhibebantur, RAzenburgij ſunt appellati, Germanica dictione.*

Dux. Comites. Centenarij. Ratzenburgij.

Nouum Francorum imperium, etiam cultum Chriſtianæ religionis, à Clodouei tempore in Alemanniam (quæ antea quasdam arbores, ſaltus, & aquas adorauerat: ijsq́ue pecora ſacrificauerat) inuexit. Etſi nec antè tamen, in Germanis & Rhætijs, Norico & Pannonijs, inauditum ſacratiſsimum Chriſti nomen erat. Longè enim antè, in vtraq; Romanorum Germania fuit.

Adiungam ijs, quæ antea dicta ſunt de bello inter Clodoueum & Alemannos geſto, eius deſcriptionem ex Munſterij quoq; lib. 3. Coſmograph. cap. 17. Alemanni, inquit, anno plus minus 500. in Colonienſi Epiſcopatu ad Tulbiacum, primo die exercitũ Clodouei ſtrauerunt, & in fugam verterunt: vt ille planè deſperaret: ſe poſſe tam potentis hoſtis ferre molem. Votum ergo fecit, ſi vinceret, ſe vxori obtemperaturum: quæ ſæpe ipſum ad ſacrum Baptiſma, & Chriſti religionem ſuſcipiendã, adhortata fuerat. Altero igitur die, inſtaurato exercitu, iterum Alemannos aggreditur: eosq́, profligat, Rege ipſorũ occiſo. Tunc cecidit vniuerſa gloria & libertas Alemannorum: quorum ditionẽ ferro & igne Francus perdomuit: ab oſtio ſcil. Neccari vſq; in Sueuiam, Nigrã ſyluam, lacum Podamicũ, Algoiam, citeriorẽ Rhætiam vſq; ad interiores Curiæ barbaros, partẽ Atheſis. Partem itẽ Heluetiæ, quæ eſt inter Rhenũ & Vrſam fluuium: qui ſcil. ex Vrania per Lucernam deſcendit. Sequaniæ partẽ, terrã dioceſiũ Baſilienſis & Argentinenſis: atq; vltrà, per deſcenſum Rheni. Sic bona etiam pars Heluetiorũ, Clodoueo ſubiecta fuit: quæ ſub hæredibus eius manſit vſq; ad tempora Childerici tertij: qui, procurante Papa Rom. Zacharia, Regio honore fuit priuatus: ſubſtituto in locum eius, Caroli M. filio Pipino, anno ſalutis 750.

Chriſtiana religio, in Sueuiam importata.

Sueuiæ partes, à Clodoueo ſubacta.

Inuenio alibi, Alemanniam tunc Francis Orientalibus attributam fuiſſe: ſicut Burgundiam deinde, Occidentalibus.

Quoniam autẽ Boij quoq;, cum Alemannis contrà Clodoueum bellauerãt (vt ſuprà ex Auentino diximus) ideo hi quoq; (eodem teſte) tranſegerunt cum illo: perpetuo fœdere ſocietateq́; facta Conditiones, hæ fuerunt: vt Boij de corpore ſuo, vbi opus eſſet, Regib. Francorum auctoribus Principem legerẽt: quẽ tamen nõ Regẽ, ſed Ducẽ, appellarẽt. In bellis, auxilio Francis eſſent: eoſdẽ cũ eis habendo pro hoſtibus, et amicis. Cæterũ, ſuis inſtitutis et morib. libere viuerent. Quæ ſocietas, inter vtroſq; ſuncta permanſit. Boij in locũ Adalogerionis occiſi, filiũ eius Theodonem ſibi Ducem præfecerunt.

Bauariæ tranſactio cum Clodoueo.

Theodo Dux.

Colebant autem ijs temporib. ipſi adhuc Herculem Alemannũ, & Fortunam (ſicut aliquando Norici, Tibelinũ: quaſi dicas Diabolũ, ſiue Veiouem, ne ipſis noceret) ijsq́; Leaſtris fretus, modò dictus Theodo, eorum Regulus, in bello poſtea contra Oſtrogotthi Theodorici (Clodoueo incitante) Romanos ſuſcepto, ſic illos hortatus fuit. Quò nos Fortuna, Dij immortales, Alemannus Hercules " inuictus, parens & auctor generis noſtri, vocat, ô ſocij, ibimus. Victoriã deinde parta, Herculi mon- " tem & lucũ conſecrauit, proxime Reginoburgiũ: quod ipſe (cùm ante id tempus Tiberij Auguſta nominaretur) ſic de nomine vxoris Reginoburgæ appellauit. Hæc eſt vrbs Ratisbona. Ante autẽ, ex Nariſcis, ſiue Voitlandia & Nortgaa, cum exercitu progreſſus, Romanis Rhætiam ſecundam (Vindeliciam, Bauariam) eripuit, nec poſtea Imperatori Orientis Anaſtaſio, quamuis paruum quotannis tributum poſcenti, paruit. Quo in bello, Auguſta quoq; Vindelicorum euerſa eſt: non Auguſta hodierna, quæ Rhætica potius Auguſta vocari deberet: vt ſuprà lib. 2. cap. vlt. notatum eſt. Legatur autem Auentinus de rebus ab hoc Theodone geſtis, lib. 2. copioſè ſcribens.

Bauarorum religio.

Reginoburga. Ratisbona.

Auguſta Rhætica.

Iam vt ad Francum Clodoueum redeamus: ſcribitur ab Æmylio: eum, cùm ad illud vſque tempus, tribus diadematibus rubris, in alba parma depictis, vſus fuiſſet: pro gentilitijs inſignibus

liliata

Ludouicus, pro Clodoueo. *liliata ſigna accepiſſe: eiq́; è Clodoueo, Ludouici nomen eſſe factum. Luitberg (auctore Auentino) eſt quaſi populi via. Alijs, populi refugium:* Zu dem die Leut auß dem Vnglück weichen. *Litauicus.* *Iulio Cæſari Litauicus eſt. Alibi de inſignibus Clodouei inuenitur (Ioan. Naucler. 2. Volum. Generat. 17.) ea fuiſſe tres nigros bufones, in campo flauo: pro quibus, lilia nunc ſunt aurea tria in cæruleo ſcuto.* *Inſignia Clodouei.*

S. Fridolicus. *Hoc tempore (Chriſti 501.) Euangelium annuntiauit S. Fridolinus Argentoratenſibus, Glaronenſibus, Sequanis, Curienſibus Rhætis.*

VANDALVS AFRICÆ TRANSAMVNDVS. LONGOBARDORVM Reges. VVimpinæ cœnobium. Theodorici R. introitus Romam. Rulgari, Pannoniâ pulſi. Templum & Turris Argentoratenſis. Bellum Clodouei & Theodorici circa Toloſam. propter Viſigotthos. Boiorum & Sueuorum cognatio. Gepidæ in Gallia. Clodouei mors, & ſucceſſores eius.

CAPVT X.

QVONIAM de Sueuis, grauiſſimâ plaga contuſis, aliquandiu non multa ſcribere habemus: de alijs populis, quis eorum tunc ſtatus fuerit, notatu digna ponam: à Sueuicis rebus non alieniſſima.

Tranſamundus, Africæ R. *Anno 501. Gundamundo mortuo ſucceßit in Vandalico Africæ Regno frater Tranſimundus, vel Tranſamundus: qui plurimos poſtea Epiſcopos, vt Ario & ipſe addictus, in inſulam Sardiniam relegauit: quos Rom. Epiſcopus Symmachus ſuſtentauit.*

Anno 502. Rex Theodoricus OſtroGotthus, charum ſibi miniſtrum ſua manu occidit: quòd is in ipſius gratiam, ex Catholico Areanus eſſet factus. Tunc mihi fidem præſtares (inquit) qui Chriſtum fefelliſti? εἰ τῷ θεῷ τὴν πίστιν οὐκ ἐφύλαξας: ἐμοὶ πῶς φυλάξεις; *Credrenus.*

VVacon R. *Circa hoc tempus VVacon, Longobardorum Rex octauus (nationis Sueuicæ ſeptentrionalis, aut Saxonicæ) cùm Thantum Regem, patruum ſuum, interfeciſſet; Gepidas & Suenos bello vicit.*

Longobardi. Reges Longobardorum.

1. *Agelmundus, anno Chriſti 393.*
2. *Lamiſſus, 426.*
3. *Labes, 429.*
4. *Heldebocus, 469.*
5. *Godebocus, 473.*
6. *Daphon, vel Claffo, 485.*
7. *Thantus, 490.*
8. *VVacon, 500.*

Litingi. Fuerunt omnes hi ex familia, Litingorum dicta. Eorum ſucceſſores habes ſequentis lib. cap. 7.

VVormaciæ Epiſcopus. *Anno 503. viuebat S. Crotholdus, Epiſcopus VVormacienſis. Qui cùm ad vrbis Corneliæ, in VVormacienſi diœceſi ſitæ, ruinas veniſſet: eum miſertum eſt eius. Hæc enim, poſtea VVimpina nominata fuit, quaſi VVeibpina mulierum pœna (vt ſuprà lib. 7. cap. 10. dictum eſt) quòd ab Attilæ Hunnis, non ſolùm mares occiſi fuerint: ſed mulieribus etiam, vitiatis, vbera deſecta. Ad hunc igitur locum cùm Crotholdus acceßiſſet: is ei (Bruſchio teſte) egregiè placuit: quòd piorum ſtudijs accommodatus videretur. Ergo Templum ibi condere aggreſſus eſt: & ſatis amœnam, in vſum 12. Monachorum, habitationem. Cuius honorabilis ſenis imago, adhuc ibi in pariete picta conſpicitur. De quo extat hoc:* *VVimpina.* *Crotholdus Epiſcopus.*

Spargere qui ſtuduit diuini ſemina Verbi:
In cœli Regno ſemina læta metet.

Theodorici Romam introitus. *Anno 504. Theodoricus Rex (teſte Sigonio) ingreſſus eſt vrbem Romam ſplendidiſſimâ pompa: maximo totius Romani populi occurrentis gaudio: quæ, ſpecies quædam antiqui triumphi fuit. In curiam veniens, ornatiſſima oratione à Boëtio, philoſopho & oratore illa ætate clariſſimo, laudatus eſt. Cui Rex reſpondit clementiſſimè: ſe dignitati & commodis Senatus nunquam defuturum.* *Boethius.*

In circo deinde benigniſſimam orationem ad populum habuit: cum Senatorio ordine in gradibus conſidentem. Interueniens tunc ex Africa S. Fulgentius Monachus (quando Tranſamundus in *S. Fulgentius.*

dus in Epiſcopos ſæuiebat) maieſtate Senatorum, & conſeſſus totius dignitatis, conſpecta: Quàm ſpecioſam, inquit, par eſt eſſe illam cæleſtem Hieroſolymam: cùm ſic fulgeat Roma terreſtris! Theodoricus è circo profectus, epulum triumphale Senatoribus dedit: plebi autem Romanæ frumentum donauit. Vrbem inſequentibus diebus perambulans: omnia antiqua opera, quibus ad ſtuporem adhuc illa enitebat, admiratus eſt. Denique ad ædificiorum quorundam, & mœnium reparationem, ingentem pecuniæ ſummam contulit: & in finibus Italiæ munitiſsimas arces excitauit. Rauennam rediјt.

Theodorici clementia.

Anno 508. Bulgari (noua gens ex Schytia, aliquot annis antè in Thraciam, & Sirmienſem Pannoniam, profecta) à Theodorico, Petza Duce, inde eiecta eſt: & Pannonibus Rector Coloſſeus, datus: his ad eum literis ſcriptis. Proſperis initiatus auſpicijs, ad Sirmienſem Pannoniam, quondam ſedem Gotthorum, proficiſcere, illuſtris cinguli dignitate præcinctus (zu Ritter geſchlagen) commiſſamque tibi prouinciam armis protege: iure compone: vt antiquos defenſores recipere læta poſsit: quæ ſe noſtris parentibus feliciter paruiſſe cognoſcit. Et ad Barbaros Romanosque, Pannoniæ incolas, diſcordantes, ſcripſit. Res parua non vos ducat ad extrema diſcrimina. Acquieſcite IVSTITIÆ, qua Mundus lætatur. Cur ad monomachiam recurritis: qui venalem Iudicem (Δωροδόκον) non habetis? Quid opus eſt homini LINGVA: ſi cauſam manus agat armata? Imitamini Gotthos noſtros: qui foris prælia, intus norunt exercere modeſtiam. Tanta virtus, tanta prudentia, huius Regis fuit: vt meritò Italia ſub eo felix iudicaretur.

Bulgarorum ortus.

Cinguli dignitas.

Hoc tempore primarium Templum Argentorati conditum eſt (ligneum, ſimplex, non ſumptuoſum) à Rege Clodoueo. De cælo id 1007. percuſſum, conflagrauit. Anno 8. pòſt, inſtaurari profundis & validiſsimis fundamentis ab Epiſcopo VVerenhario cœptum eſt, & 1275. effectum. Turris eius illa ſpectabilis, incepta eſt 1277. die S. Vrbani, ſub Epiſcopo Conrado, Barone à Liechtenberg: ab inſigni Latomo & Architecto, Erckvvino vel Ervvino de Steinbach: qui eam vſque ad quatuor cochleas vel teſtudines perduxit, 1305. Reliqua vſq; ad Coronam perfecerunt Domini de Praga. 1439. cui operi finem Sueuus quidam impoſuit 1449.

Argentoratenſe templum.

Gradus autem huius turris, ab imo vſque ad ſummum, ſunt 635: nempe his (ſæpe à me ſcanſis) diſtinctionibus.

99. ab imo.
103.
100.
28. Lapidum, artificioſa ſculptura: opus, aëri & vento
132. peruium.
37. Aſcenditur 4. cochleis: poſtea verò, craſsitie ſe ma-
13. gis magiſq; contrahente, 8. cochleis. Altitudo
36. eius, 574. Geometrici pedes.
36.
11.
14.
4.
8.
5.
3.
6. ad ſummum.

Fertur & ante Chriſtum natum, fanum in eo loco fuiſſe, Marti ſacrum: qui Teutonicè Krutzmana ſit dictus, id eſt, bellator.

Anno 509. (Sigonio, 506.) Meſſala & Ariobinda Coſſ. cùm eſſent Reges, Italiæ, Theoricus: in Gallijs autem, Clodoueus (Lodoinus, Ludouicus) Francorum: Alaricus, ViſiGotthorum: & Gundobaldus, Burgundionum: Clodoueus bellum mouit contra Alaricum (ſiue Regni amplificandi libidine: ſiue odio hæreſeos illius: ſiue, quòd exules hoſteſque eius reciperet Alaricus) nihil proficiente Theodorici apud eum adhortatione ad pacem ſeruandam. Prælio deinde commiſſo (decimo ab vrbe Pictauorum lapide) Alaricus victus cecidit. 22. Regni ſui anno: Clodoueo periculum magnum, & multorum nobilium amiſsionem, paſſo. Toloſa, Burdigala, & aliæ ciuitates, captæ: Aquitania, Francis ſubiecta. Alarici filius

Clodouei bellum contra Alaricum.

Amalaricus,

Amalaricus, Theodorici ex filia nepos (puer) in Hiſpaniam elapſus, Regnum ibi ViſiGotthicum patris occupauit: atq; ſub tutela OſtroGotthi Theodorici (aui) quietè poſſedit.

Anaſtaſius Imp. dona mittit Regi Clodoueo.

Sequenti 510. anno, Imp. Anaſtaſius, cognitis tantis rebus à Clodoueo geſtis: eximia dona, & codicillos de conſulatu, ex Meſopotamia (vbi contra Perſas bellum gerebat) ad eum miſit. Francus ergo, in Tutonenſi Baſilica S. Martini, magno conuentu hominum conuocato, donis illis Auguſtalibus (tunicâ blattea, ſeu purpurea, chlamyde, & aureâ cum precioſis lapillis corona) ornatus eſt. Deinde, in vrbis perambulatione ſtipem auream & argenteam in populum ſparſit: pro Conſule & Auguſto celebratus. Romam exinde, S. Petro eam coronam dono miſit: quæ Regnum ab eo tempore eſt appellata. Poſtea Pariſiorum vrbem ingreſſus, ibi Regni ſedem collocauit.

S. Petrus Romæ. Lutetia, Regni ſedes.

Anno 511. Venantio & Celere Coſſ. Theodoricus Rex, Hibba Comite ductore, contra Francos in Gallia potitus eſt pluribus oppidis: Carcaſſone, Auinione, Arelati, Arauſico (Orange) Toloſa, & Maſſilia. Hinc, Oſtrogotthorum & Viſigotthorum coniunctio, & connubia: Gallia & Hiſpania Gotthica, per Theodorici præfectos adminiſtrata. Metuebat ſcilicet is, ne Orientis Imperator, vtriq; Gottis perniciem machinaretur: vt ſic auxilio Francorum, Orienti Occidentem reſtitueret. Quibus rebus Clodoueus commotus, Boium Theodonem contra Theodoricum incitauit: vt Vindeliciam, ſiue Bauariam, Romanis eriperet: quod & fecit, ſicut præcedente capite dictum eſt. His autem Boijs, qui ſic Bauariam (ex Nariſcis profecti) occuparunt, antiqua cum Sueuis cognatio erat. Quod in oratione ſua Theodo, qua illos ad Vindeliciæ occupationem hortatur, apertè dicit: dum cognatos appellat Boiorum, omnes hos populos (Auentino lib. 3. teſtante) Rugios, Sueuos, Gotthos, Hunnos, Gepidas, Alanos, Vandalos, Herulos, Vulgares (Bulgaros) Marcomannos, Quados. Quorum, & aliorum Germanorum, exemplo, ipſos excitat: vt anguſtis & aſperis Voitlandiæ locis relictis, vicinam Romanorum terram fertilem & amplam ſibi ſubijciant.

Theodoricus R. contra Clodoueum.

Bauariam Theodo Romanis eripit.

Sueui Bauarorum cognati. Vulgares.

Anno 512. Gepidarum præſidium ingens, à Theodorico in Galliam miſſum eſt, mercede conductum. Gepidæ, Daci erant ſeu Getæ, genus Gotthorum: vt, Tranſyluani, VValachi, Moldaui.

Gepidæ.

Anno 514. dimenſuum obijt Rex Clodoueus: vir rerum geſtarum gloriâ clariſſimus: ſed valde ſeuerus in puniendis aduerſarijs. Quibus verò clementiam præſtitit: eos in MONASTERIA relegauit. Ab hoc principio, conſuetudo hac poſtea in Gallia ſemper obſeruata fuit. Sed & apud Græcos, poſterius.

Clodouei mors. Monaſteria exilij loca.

Succeſſerunt ei nati ex Clothilde filij tres.

Childebertus (Hilffwerd Huldwerd) apud Pariſios.

Clotharius (Leuthart/Leuther/ hominum dominator) in Sueſſionibus: id eſt, Belgicæ Galliæ populo, Soiſſon: vel minore Burgundia, ſeu Burgundica Heluetia, inter Geneuam, & fluuium Vrſam.

Clodomirus (Leuthmaier) circa Aureliam.

Item nothus F. Theodoricus, apud Mediomatrices, vel Auſtraſios.

Habuit & filiam, matri Clothildi cognominem: quæ Amalarico, Viſigotthorum Regi, nupſit, Toloſam habenti.

IMP. ANASTASII HÆRESIS. ALAMVNDARI SARACENI PIETAS. Theodori R. Affinitates. Alemanni, ei ſubiecti. Filia eius Amalaſuntha, Eutharico nupta. Anaſtaſij Imp. ſomnia, & interitus. ORIENTIS IMP. Iuſtinus Thrax. Boëthij honor, & interitus cum Symmacho. Turingiæ & Burgundiæ ſubiectio Francis. Auſtraſia. Gigantea mulier. Theodorici Oſtrogotthi mors. Roſetum VVormacienſe. ATHALARICVS III. Rex Italiæ. Longobardi.

Athalarici regnũ Italia.

CAPVT XI.

ANNO 515. cùm iuſſu Anaſtaſij Imp. pro ſuggeſtu, Hymno Sanctus Sanctus Sanctus, addita eſſent verba, Qui crucifixus eſt propter nos (quæ Theopaſchitarum, vel Acephalorum, id eſt, auctore carentium, hæreſis, multis annis antè exorta fuerat: Deum pro hominibus paſſum eſſe: quòd Chriſtus diuinâ ſolùm natura eſſet præditus) populus Conſtantinopolitanus, illis verbis auditis, ita commotus eſt: vt conuicijs proſcindens Anaſtaſium, alium pro eo Imperatorem flagitaret: & Monachi cuiuſdam, ei inprimis chari, capite haſtæ præfixo, vociferaretur: Hic eſt amicus hoſti S. Trinitatis. Amplexus erat Chriſtianam fidem Saracenorum Princeps Alamundarus. Huic cum quidam Theopaſchita Seuerus, perſuadere per duos nuntios conaretur: Chriſtum

Theopaſchitæ. Acephali.

Chriſtum eſſe tantummodo Deum: reſpondit, ſe hoc die literas accepiſſe, Archangelum Michaëlem eſſe mortuum. Illis negantibus Angelum morti obnoxium: Quomodo igitur Deus purus, inquit, potuit in cruce mori, vt vos vultis? Ita pudefacti diſceſſere. Cedrenus. Chriſti perſona. "

Rex Theodoricus, Tranſamundo Africæ Regi ſororem Amalafridam collocauit (quam poſtea Hildericus Rex occidit: cum quo Athalaricus R. lib. 9. Variarum 1. Caſſiod. de indigna eius nece expoſtulauit) Hermenfrido autem, Turingorum Regi, neptem Amalabergam dedit. Ita rurſum ſe affinitatibus Regum munijt: veritus ne, ſi res Romana reſtitueretur: ea Reges à quibus euerſa eſſet, euerteret. Etiam caſtellum Verrucæ Atheſinum communiuit: vt clauſtra Italiæ tenens, moram feris gentibus, quæ inuadere tentarent, iniiceret. Amalafrida. Amalaberga.

HERMINAFRIDO REGI THORINGORVM (al. Vandalorum) Theodoricus R. ſponſam mittens. Caſſidor. Variarum lib. 4. Turingorum Rex Hermenfridus.

Deſiderantes, vos noſtris aggregare Parentibus: neptis charo pignori propicia diuinitate, ſociamus: vt qui de Regia ſtirpe deſcenditis, nunc etiam longius claritate Imperialis ſanguinis fulgeatis. Mittimus ad vos ornatum Aulicæ domus, augmenta generis, ſolatia fidelis conſilij, dulcedinem ſuauiſſimam coniugalem: quæ & dominatum iure vobiſcum impleat: & nationem veſtram meliore inſtitutione componat. Habebit felix Thoringia, quod nutriuit Italia: literis doctam, moribus eruditam: decoram non ſolùm genere, quantum & fæminea dignitate. Vt non minus patria veſtra iſtius ſplendeat moribus, quàm ſuis triumphis. Equos addimus argenteo colore veſtitos: quales decuit eſſe nuptiales. Quorum pectora vel crura, ſphæris carneis decenter ornantur: coſtæ in quandam latitudinem porriguntur: aluus in breuitate conſtringitur: caput ceruinam reddit effigiem. Velociſſimos. " " " " " " " " " "

Ad annum 514. (Funccio 517.) ponit Sigonius hæc verba. Per hos annos Theodoricus, bello cum Alemannis contracto, ipſos in poteſtatem adduxit. Auctor eſt huius hiſtoriæ Procopius: cui aſſentiunt etiam literæ Theodorici: ad Prouinciales, qui erant in Sueuia, datæ. Certus tamen huius rei adhuc erui annus non potuit. Alemanni, Theodorico ſubiecti.

Anno 518. Eutharico. Viterici filio, Beremundi N. Thuriſmundi pronepoti, ex Amalorum familiâ oriundo, in Hiſpania (vbi Amalaricus nepos à Theodorico fouebatur) degenti, prudenti & formoſo iuueni, Amalaſuntham (al. Amalaſuentam, Amalouindam, Himelſuitham: Amalaſuntha. Himeliſche weiſſe/ oder wiſe: *cæleſtem ſerenitatem, aut ſapientiam) charam ſuam filiam, in matrimonium Rex Theodoricus dedit. Quem Eutharicum ſequenti anno Imper. Anaſtaſius, vt gratiam à Theodorico iniret, tunicâ palmatâ (figuris palmarum intextâ, triumphantibus conueniente) donauit: & per arma (propter fortiter res geſtas) filium adoptauit.* Palmata tunica.

Anno 520. comprehenſis ab Anaſtaſio multis, quos propter inſidias ſibi factas occiſurus erat: in ſomnis vir quidam terribilis, Iuſtinum & Iuſtinianum, qui inter captos erant, occidi vetuit. Nam vaſa ipſos eſſe, ad voluntatem Dei exequendam, ſuo tempore futura. Vterq; dimiſſus, poſt Anaſtaſium, imperium geſſit. Somnium Anaſtaſij Imp.

Anno 521. eidem Anaſtaſio quidam ſecundum quietem viſus, oſtenſo codice, dixit: Ecce deleo de vita tua, propter peruerſam fidem tuam (διὰ τὴν κακοπιστίαν σου) *annos XIIII. ſimulque deleuit. Cùm id ſomnium cubiculi præpoſito narrauit: & ego, inquit hic, viſus ſum mihi videre, cùm aſtarem maieſtati tuæ* (τῷ κράτει σου) *dilaniari me à magno porco. Interpretatus eſt coniector* (ὁ ὀνειροκρίτης) *Proculus, vtrique mortem impendere. Cùm autem ex oraculo Imperator didiciſſet, igne ſe periturum: ciſternam in Palatio aperuit: multis vaſis ad meatus eius appoſitis: vt ſcilicet, fatum, irritum redderet. At 6. Idus Iulij, ſubita tempeſtate ſæua cæli orta, fulmine ictus interiit, anno ætatis 88. Humatus eſt in Templo Apoſtolorum, iuxta vxorem Orthodoxam Ariadnam, ante ipſum mortuam. Ipſe eſt auctor longi muri: à mari ad Selybriam contra incurſiones Barbarorum ducti.* Interitus eius.

Succeſſit ei IMP. CÆS. FL. ANICIVS IVSTINVS, P. F. Aug. VI. Orientis Imperator, ad A. 9. D. 26. vir pius. Thrax fuit; parentibus ignobilibus ortus: à teneris annis ſuum cuſtos, deinde Boum, poſt lignarij miniſter. Natus annos XVI. militare cœpit: manu promptus, ſtrenuus; donec ordinatim ad honores aſcendens, Comes factus eſt, & Senator. IVSTINVS Imp. 6.

Quis eſt ſimilis Deo noſtro (inquit 113. pſalmus) qui in alto habitans, humilia reſpicit? De terra inopem ſuſcitat: de ſtercore pauperem erigit.

Fuit mediocri Iuſtinus ſtatura corporis, humeris & pectore latis: facie lata, truci, rubente: capite cano. Vxor ei fuit Lupicia: quam ab eo Auguſtam coronatam, populus mutato nomine Euphemiam appellauit.

Nominis mutatio.

Athalaricus. *Eo anno natus eſt Euthárico ex coniunge Amalaſuntha filius Athalaricus,* Adelreich: *alijs Atalaricus, Græcis* ἀταλάριος.

Eutharicus. *Anno 512. (Sigon. 519) Eutharicus, Theodorici gener, Romam veniens, magnificè excipitur: & conſulatum ſplendidè gerit. In Amphitheatro munera edens, feras ex Africa, quas Roma nunquam viderat, in arenam produxit.*

Boëthij duo filij. *Anno 523. Boëthius philoſophus, vir conſularis, duos filios pueros extulit ad extraordinarium conſulatum, opibus ipſe, & auctoritate, in vrbe florens. Ideo inter eos medius, & Senatum appellauit: & populum congiario munerauit. Qua de re, libro 2. proſa. 3. de conſolat. Philoſ. eius gloriatio extat. Sed quàm inſtabilia ſint humana: mox 3. Metro declarat ipſe.*

Cùm nemus flatu Zephyri tepentis
Vernis irrubuit roſis:
Spiret inſanum nebuloſus auſter:
Iam ſpinis abeat decus.

Theodoricus, Franc. Rex. Turingorum ſtrages. *Anno 524. Theodoricus, Francorum Rex (adiuncto fratre Clothario, & Theodeberto filio) cum exercitu Turingiam ingreſſus, Regem eius Hermenfridum (exercitus Ducem pacificum) vincit: inſecutusque ad amnem Vnſtrudem: tantam ibi Turingorum ſtragem edit: vt, alueo cadaueribus repleto: Franci, tanquam per pontem, tranſgreſſi, Turingiam euaſtatam ſubegerint. Cauſa belli fuit impia Hermenfridi regnandi cupiditas. Nam cum duos fratres haberet, Baldericum (*Baldreich*) & Bertharium (*Werdher: *dignum honore dominum) eis Regni ſui affectati calumniam impegit. Itaque ſubitâ vi Bertharium oppreſſum ſuſtulit: à nemine minus, quàm à fratre metuentem. Baldericum apertè aggreſſus, cum euertere non poſſet: Francum Theodoricum auxilio aſſumit: promiſſâ ei dimidia fraterni Regni parte. Occiſo & Balderico: totam Turingiam ſibi vendicauit. Theodorico autem partem promiſſam petenti, bellum intulit: excurſionibus in Tranſrhenanas Francorum prouincias factis: cæde & incendio omnibus miſtis: quin & obſidibus, quos antea ob fœdus cum potente Turingiæ gente obtinendum Theodoricus dederat, fœdo cruciatu peremptis. Trium enim iam Turingicorum Regnorum opibus ſubnixus, nihil non audebat: vxore eum Amalaberga, Theodorici Oſtrogotthi nepte, & antea in fratres, & poſtea in Francum, inſtigante.*

Amalaberga.

Deluſus igitur promiſſis, & armis ita vexatus, bellum ei auxilio Clotharij fratris intulit Theodoricus: Turingiam totam victorijs peragrauit: Hermenfridum, fide accepta ad ſe venientem, ex editiſſima turri deiecit. Filiam autem Berthari j Regis, virginem pulcherrimam,

Rhadegundis. Clotharius. Auſtraſij. *Rhadegundin (ex prudentia fauorabilem) Clotharius (*Luther / λαῶν ποιμὴν*) in diuiſione prædæ ſibi obtingentem, duxit: quæ ſancta mulier fuit: & poſt mortem viri, ſe in cœnobium contulit. Sic igitur Reges Turingiæ deſierunt. Dominabatur autem Theodoricus Auſtraſijs: hoc eſt, Metenſibus, Leodijs, Agrippinis, Treueris, VVeſtraſijs, Alſatibus, Ciſrhenanisq; Alemannis: id eſt, Heluetiæ Alemannicæ.*

Burgundia. *Anno 525. Coſſ. Symmacho, & genero eius Boëthio: Chlotharius ac Childebertus, vniuerſam Burgundiam (obſeſſo Auguſtoduno, & Gothmaro Rege eiecto) ſui iuris faciunt: vt ſuprà 7. cap. ſcriptum eſt.*

Anno 526. Theodoricus Gotthus, à priſtina ſapientiæ laude deficiens, temerè fidem habuit

Boëthij exilium. *calumniæ quorundam: tanquam Boëthius malè in ipſum animatus eſſet: ac Romanæ libertati reſtituendæ ſtuderet. Itaque Ticinum relegatus eſt: vbi illa, quibus ipſe conſolatur ſe, memoriæ prodidit.*

Gigantea mulier. *Anno 527. mulier quædam ex Cilicia, gigantes magnitudine adæquans; ſtaturâ quoſuis viros proceros vno cubito exceſſit, humeris & pectore admodum lato: cæteris quoq; membris, longitudini & latitudini reſpondentibus. Quæ circum ciuitates proficiſcens: è ſui monſtratione exigebat à ſpectatoribus ſingulas φόλλας, id eſt, ὀβολοὺς, ſingulos obolos. Quarum Græcarum vocularum, illa apud Cedrenum eſt: hæc verò, in manuſcr. meo Theodoſio Melitено.*

Anno

Anno 529. (Sigon 526.) Theodoricus Gotthus, calumniantibus virtutem & eruditionem clariſſimorum virorum quibusdam inuidis, capita deſecari Symmacho & Boëthio imperauit. Quo facto, magno breui poſt dolore affectus eſt: ſed fruſtrà. Cùm deinde in cœna caput magni piſcis appoſitum eſſet: viſum eſt hoc ei caput nuper occiſi Symmachi eſſe: extantibus inferiore in labro dentibus, & toruè intuentibus oculis, acerbè minitans. Tremebundus igitur in cubiculum diſcedens, in lecto decubuit: complures ſibi veſtes inſterni iubens. Cumque Elpidio Medico malum ſuum expoſuiſſet: ſcelusque in Symmachum & Boëthium patratum defleuiſſet: ſucceſſorem Regni, Eutharici (pridem mortui) octennem ex Amalaſuntha filium Athalaricum declarauit (Imperatorem orientis reuerenter colendum monens) neque ita multò pòſt animam efflauit, 4 nonas Septemb. anno ætatis 72. magno iuſtitiæ, ſapientiæ, fortitudinis ſuæ, deſiderio poſt ſe relicto: pace Italiam feſſam recreante grata: ſed Areanâ impietate laudes eius imminuente. Mortem ei portendit ſtatua ſua, Neapoli poſita: cuius caput aliquantò antè deciderat.

Boëthij & Symmachi interitus.

Theodori Amali viſum, & mors.

Statuæ caput decidens.

De hoc Veronenſi Theodorico, aliquot antiqua Germanicis Verſibus Poëmata extant: quibus eius fortia facinora, fabuloſis narrationibus tecta, illuſtrantur: inter quæ eſt Roſetum quoq; VVormacienſe (à loci fertilitate & amœnitate ſic dictum) cuius ſumma, hæc eſt. VVormatiæ habitabat Rex GIBICHVS: cui erant tres filij, & vna filia formoſa, nomine CRIMHILDA (der Grimmigkait hold / *ſæuitiæ dedita) deſponſa Belgæ Sigfrido viro fortiſſimo, corneo dicto. Erat Gibicho Suburbanus hortus, ambitu ſeſquimilliarij, roſis ad ſummam oblectationem ornatiſſimus. Filiæ in optatis erat, videre certantes inter ſe Heroës eius gratiâ, & mutuis vulneribus pereuntes. Miſſo itaq; de voluntate patris Gibichi, Legato Gardam Veronamq; inuitatur Theodoricus, cum Heroibus 12. vt VVormatiam profecti, cum totidem Roſeti cuſtodibus pugnantes, ſuam fortitudinem Mundo probent. Veniunt (multis etiam armatorum millibus comitati) trans Alpeis per Alemanniã ad Rhenũ: honorificè & comiter à Gibicho excipiuntur. Opprobrat tamen ei Theodoricus ſuperbiam & malignitatem filiæ: quæ ſic nobilitatem inter ſe committat: in tantumq; periculum præcipitet. Fore, vt eum pœniteat, non melius illam educaſſe. Reſpondet alter, ſuos nobiles ita virtutis & laudis amore duci:* ὡς ἀγχίμαχοι καὶ μονοχάρμαι. *Idem hoc Theodoricus & virgini, ornatiſſimo cum comitatu puellari, venienti, opprobrat. Illa, dierum octo pacem, & Regias lautitias, pollicetur: quod & factum eſt. Nono die, pacem eis renunciare: ſe nullum virum in comitatu eius, qui cum ſuis bellatoribus componi poſſit, videre ait. Hiltebrandus, Theodorici conſiliarius malum ei minatur, ni fugiat. Illa patri de iniuriâ huius ſenis conqueri. Pater ſe eã vlturũ promittit. Inde duellũ animoſiſſimè capeſſitur in Roſeto, à duodenis Heroibus ex vtraq; parte: alio pari, poſt aliud depugnante: cùm quidem ſingulos ſuorum Hiltebrandus ſingulis Crimhildanis prudenti iudicio opponeret: & ſuos, quando laborabant, verbis ad fortitudinem animaret.*

VVormacienſe roſetum.

Heroum inuitatio ad duellum.

Pugna Heroum.

Interficiuntur primi Crimhildani: Puſoldus à VVolffhardo, Ortuinus à Sigeſtabo, Schrothanus ab Haimone: dolente Gibicho caſum ſuorum.

Wie halten mein Recken ſich /
Das ſie all ligen todt?
Verflucht ſey der Garte /
Der die Roſen hat getragen.

Deinde VVittichus Aſperianem gigantem ambidextrum, duobus gladijs pugnantem, tamen fugat: & à Theodorico equum dono accipit.

Elatè incedenti Staudefuſio, Ilſanes Monachus (nam & hic, quamuis aliud profeſſio ipſius iuberet, inter Heroës eſſe voluerat) ſupra arma cucullatus, obuiam it: à quo colaphum accipit. Vulnerant inter ſe grauiter. Tandem Monachus victor, à Crimhilda roſeum ſertum, complexum, & baſium (quem honorem ipſa ſingulis victoribus habebat) accipit. Petit ab ea, ſibi opponi poſtea 52. certatores: quia totidem in cœnobio ſuo ſocios Monachos habeat: quibus ſingula ſerta roſea ſe allaturum promiſerit. Facturam ſe Regina ait. Dolebat Gibicho infortunium ſuorum.

Victoriæ præmia virginalia.

Pugnax Dietliebius homo adoleſcens, cum VValthero: vulnerant inter ſe: dirimuntur ſuaſu Hildebrandi à Crimhilda: & pares, pari honore prædicto ornantur. Ipſi inter ſe amicè complexi, ad ſuos vterque redeunt.

Vœlckerum gigantem, iuuenis Ortuinus Theodoricianus, vulneribus in fugam conijcit, & à virgine honoratur.

Eccardus, cognomento fidelis, gigantem Hagenum, mutuis vulneribus inflictis, tamen fugat: & roſeo ſerto decoratur: ſed oſculum & amplexum crudelis fœmina recuſat. A Theodorico autem, & Hiltebrando, honoratur.

Duo fratres deinde virginis, huius ſanguinariæ inſtitutum deteſtati, tamen pugnant fortiter: ſed victi, Gernotus ab Helmſchroto, Guntherus ab Amelbolto, ad ſororem confugiunt: quæ victores ſolito more honorat.

Hiltebrandi & Gibichi ſenum pugna.

Secutus Rex Gibichus, cum Hiltebrando congreditur. Acerrima, ſenum pugna: ſed vulneratus proſternitur Rex: conſeruatur autem deprecatione filiæ. Accipit victor ſertum: ſed amplexum & oſculum, non hîc ab illa malorum auctore, verùm à ſua chara vxore domi accipere vult.

Gratulatur ei ex animo Theodoricus.

Senes, cauendi.

Hiltebrand/ du wendeſt mir ſchmertzen/
Wenn ich dich ane ſich.
Wer ſich an alt Keſſel reibet:
Der fahet gern den Raum.

Duodecima pugna fuit Theodorici, & Cornei Sigfridi, eaq; vehementiſſima: propemodum victore Sigfrido. Sed tandem, cohortatione excitato VVolfhardi Theodorico, vulneribus coactus confugit ad gremium Sponſæ Sigfridus: honoratur victor Theodoricus.

Ilſan Monachus.

Poſtremo Ilſanes, cum 52. fortibus viris ſolus pugnat (cùm alias ne Hercules quidem, contra duos) quorum duodecim interfectis, reliqui effugiunt ſaucij. Ipſe 52. ſerta roſea capit à Regina: cum totidem amplexibus & oſculis: tenera eius labella terens aſperitate barbæ ſuæ, vt inde ſanguis efflueret. Addidit:

Oſculum improbæ virgini congruens.

Alſo ſoll man noch küſſen/
Ein vngetrewe Maid:
Das ſie auch ſolle wiſſen/
Was ſie hab geſtifft für Laid.

Victorioſus, Rex Theodoricus.

Hac laude parta, aduerſariorum temeritate & ſuperbia compreſſa. Theodoricus Veronam rediit cum ſuis omnibus, exultantibus. Ilſanes, in Monaſterium ſuum (Eiſenburgum) reuerſus, ſodalibus ſerta roſea ex promiſſo affert: quæ capitibus eorum, ad ſanguinis effluxionem impreſſit. Cùm ægrè ferrent: binos barbis connexos, trans perticam ſuſpendit: donec, deprecatione facta, ſe in eius peccatis portandis adiutores fore, & pro ipſo precibus ad Deum interceſſuros, promitterent.

Binorum Monachorum συγκρίμασις.

Henricus Oſterdingenſis.

Hæc faceta, ex veteris poëta (ſiue Sueui, ſiue alius Germani) qui ſe Henricum Oſterdingenſem nominat, ſatis ingenioſo Heroico libro. Cuius tempore nondum erant bombardæ: ſed modò 1380: ſalutis, mentio earum inuenitur.

Caeterùm, cùm Areana impietate infectus fuerit Theodoricus: legitur lib. 4. Dialogorum Gregorij M. Papæ, cap. 30. eum prope Liparam inſ. in Vulcani ollam iactum eſſe.

Athalaricus, Theodorici ſucceſſor.

Iam, vt ad Italiæ ſtatum reuertamur: ſucceſſit 529. Theodorico, tertius ibi poſt Odoacrem Rex Oſtrogotthus, FL. ATHALARICVS AMALVS (ſub educatione matris Amalaſunthæ adhuc viuens) regnans annos VIII.

Longobardorum migratio.

Eodem anno Longobardi, Andoini Regis ductu, ex Rugia in Pannoniam, pulſis Oſtrogotthis, tranſierunt: aliquando poſt hanc gentem in Italia regnaturi.

Finis libri octaui, partis primæ Sueuicorum Annalium.

SVEVICO-

SVEVICORVM ANNALIVM LIBER NONVS PARTIS PRIMAE,

MARTINO CRVSIO AVCTORE.

SVPERIORE proximo libro, ſepultum fuit Romanum Occidentis imperium: ex eo Regnum Italiæ extitit: cui poſt Odoacrem Theodoricus Veronenſis, poſt hunc Athalaricus, præfectus eſt. Suevi, à Francis in ſeruitutem debellati; quidam, & Theodorico poſtea ſubditi. Orientis imperium remanebat: quod & vſque ad 1452. Chriſti remanſit: donec à Mahomete II. Turcarum Principe, deiectum eſt. Interim antè, Græci Imperatores, Occidentis etiam curam diutiſſimè retinuerunt: non ſemel id Regnum, cum Orientis adminiſtratione rurſum coniungere conati. Itaq; magnæ res, ab eis per Duces in Africa, Italia, & alibi, geſtæ: quas nec ipſas, in Sueuicis his Chronicis negligamus: ſed melioris cohærentiæ causâ, ſucceſſiones vtriusq; Imperij, & quasdam res inſigniores, cum illis more inſtituto contexamus. *Orientalis imperij duratio.*

IMP. ORIENTIS IVSTINIANVS MAGNVS. AMALASVNTHA REgina. Academia Romana. Scholæ & eruditio, Nobilibus non contemnendæ. Mala Principis educatio. Studium Iuris, ab Iuſtiniano fundatum. Beryti, Iuridica Schola. Antiochea, Theopolis appellata. S. Benedictus, & Benedictini Monachi. Conditio Abbatiarum, Epiſcopatuum, & Pontificatus Romani. Gelimer, Regni Vandalici in Africa inuaſor.

CAPVT I.

ANNO Chriſti 530. (Sigonio. 527.) cùm Orientis Imp. Iuſtinus Calendis Aug. obijſſet: ſecutus eſt eum VII. IMP. CÆS. FL. ANICIVS IVSTINIANVS, P. F. Aug. imperans A. XXXIIX. M. 3. D. 13. Fuit hic, Iuſtini ex ſorore nepos: ab eo, 4. menſibus ante mortem adoptatus: præclarus corpore & animo iuuenis: concilij Chalcedonenſis, contra hæreſes approbator (ſicut à nouis Imperij ſucceſſoribus requirebatur) atq; in ſuo Imperio, Iuris ciuilis conditor nobiliſſimus. Ad eum Amalaſuntha. Athalarici mater (potius hæc erudita, quàm filius puer: cui tamen hæ literæ, lib. 8. Caſſiodori adſcribuntur) legatos, de fœdere confirmando amicitiaq; renouanda, miſit: ſcribens inter alia hæc. IVSTINIANVS Imp. in Oriente.

Iure poſſem reprehendi, clementiſſime Principum: ſi pacem veſtram quærerem tepidè: quam Parentes meos conſtat, ardentius expetiſſe. Non vos Maiorum purpuratus tantùm ordo clarificat: non ſic Regia ſella ſublimat: quantum longè lateque potens gratia veſtra nobilitat. Omnia Regno noſtro perfectè conſtare credimus: ſi hanc nobis minimè deeſſe ſentimus. Claudantur odia cum ſepultis: ira perire nouerit cum propteruis. Gratia non debet occumbere cum dilectis: ſed magis affectuoſius tractandus eſt: qui ad Regni cauſas innocens inuenitur. Vos auum noſtrum in veſtra ciuitate ſellis curulibus extuliſtis: vos genitorem meum in Italia, palmata (veſtis) claritate decoraſtis. Deſiderio quoque concordiæ, factus eſt per arma filius (propter fortia facta adoptatus) quia vnis nobis penè videbatur æquæuus. Hoc nomen adoleſcenti congruentius dabitis: quod noſtris ſenioribus præſtitiſtis. Quamobrem ad ſerenitatem veſtram, Legatos noſtros æſtimauimus eſſe dirigendos: vt amicitiam nobis, illis conditionibus concedatis: quas cum diuæ memoriæ domino auo noſtro, inclytos deceſſores veſtros conſtat habuiſſe. *Athalarici, vel Amalaſuntha, litera ad ipſum.*

Facilè ipſa hanc ſocietatem impetrauit: Domina, corporis & animi donis ornatiſſima: Græcæ & latinæ, ac plurimarum linguarum, doctiſſima: dicendi facultate, autoritatis veneratione, eminentiſſima. Eo porrò iuſtitiæ amore prædita: vt Symmachi & Boëthij liberis *Amalaſunthæ eulogium.*

paterna bona reſtitueret. Dedit eadem operam, vt filiolus ad ſtudia literarum & humanitatis, more Romano informaretur. Ac, quantam Romanæ Academiæ, & Profeſſorum in ea, rationem habuerit: ex his eius, nomine Athalarici, è Rauenna datis ad Senatum Rom. literis, lecta ad omnes Magiſtratus digniſſimis, lib. 9. Caſſiod. patet.

Academia Romana.

Nuper quorundam ſuſurratione cognouimus, inquit: Doctores eloquentiæ Romanæ, laboris ſui conſtituta præmia non habere: & aliquorum nundinatione fieri: vt Scholarum Magiſtris deputata ſumma videatur imminui. Quapropter, cùm manifeſtum ſit, PRÆMIVM artes nutrire: nefas iudicauimus, Doctoribus adoleſcentium aliquid ſubtrahi: qui ſunt potius per commodorum augmenta ad GLORIOSA ſtudia prouocandi. Prima enim GRAMMATICORVM Schola fundamentum eſt pulcherrimum literarum, mater glorioſa facundiæ: quæ cogitare nouit ad laudem, loqui ſine vitio. Eſt enim Grammatica, magiſtra verborum, ornatrix humani generis: quæ per exercitationem pulcherrimæ lectionis, antiquorum nos cognoſcitur iuuare conſilijs. Hac non vtuntur Barbari Reges apud legales Dominos manere cognoſcitur ſingularis. Arma enim & reliquæ gentes habent. Sola reperitur eloquentia: quæ Romanorum Dominis obſecundat. Hinc oratorum pugna, ciuilis iuris claſſicum canit. Hinc cunctos proceres nobiliſſima diſertitudo commendat. Qua de re, P. C. hanc vobis curam, hanc auctoritatem, propria diuinitate largimur: vt ſucceſſor Scholæ liberalium literarum, tam Grammaticus, quam orator, nec non & Iuris expoſitor, commoda ſui deceſſoris ab eis, quorum intereſt, ſine aliqua imminutione, percipiat: ne cogantur de alieno pendere faſtidio: cui piaculum eſt, vel horarum aliquo vacaſſe momento. Hac præſentibus literarum Magiſtris, venerando cœtui veſtro præcipimus intimari: vt, ſicut nos agnoſcunt de ſuis commodis eſſe ſollicitos: ita à ſe prouectus adoleſcentium, enixius nouerint nos exigendos. (Forte per nos exigendos.)

Himelſuitha, vel Amalaſuntha, fauor erga Scholæ Profeſſores.

Grammaticorum Schola.

Magiſtri literarum.

Apparet hîc antiquitas Scholæ Romanæ. At longè antiquior eſt. Quippe 700. annis ante Chriſti natiuitatem, tempore Numæ Pompilij (rerum ſacrarum, & artium pacis, ſtudioſi) ex Athenarum Scholis plantatam eſſe (μεταφυτευθῆναι) veriſimile eſt.

Adiunxerat Regina filio (auctore Procopio libro 1. bel. Gotth.) literis operam danti, tres ſeniores è Gotthis, ſapientia & humanitate præſtantes: qui nunquam à latere pueri diſcederent. Quæ res anno circiter 530. Aulicis Gotthis diſplicebat: præſertim cùm aliquando illa peccantem, manu percuſſiſſet: & puer ad eos flens curreret. Tunc dicebant, eum literis ad timorem effœminari: non ſic educatum fuiſſe auum eius Theodoricum, tot gentium domitorem: armis potius aſſuefaciendum eſſe. Non poſſe non metui gladios & haſtas ab eo: quem timor ferulæ corripuiſſet. οὐκ ἄν ποτε ξίφος, ἢ δοράτιον, ὑπερφρονεῖν ἐκεῖνον: ᾧ αὖ τὸ ἀπὸ τοῦ σκύτους ἐπιγένηται δέος. *Coacta eſt mater nobilibus obſequi, & pædagogos dimittere: ſed dolorem diſſimulauit.*

Aulici Amalaſunthæ, literarum oſores.

Similis eſt locus, peruerſi iudicij interdùm alicuius viri nobilis, de bonis literis & Scholis: lib 18. Matthæi Mariæ Boiardi, de Rolando amore capto.

VERBA BARBARI ET PAGANI REgis, Agricanis.

Nobilis eruditioni literarum aduerſarius.

Io di nulla ſcienza ſouc'ſperto:
Ne mai ſendo fanciul volſi imparare:
Et ruppi il capo al Maſtro mio per merto.
Poi non ſi puotè un altro ritrouare:
Che mi moſtraſſe ne libro, ne ſcrittura.
Tanto Ciaſcun hauea di me paura.

Et coſi ſpeſi la mia fanciulezza,
In Caccie, in giochi d'arme, e in caualcare.
Ne mi par, che conuenga à gentilezza,
Star tutto il giorno ne' bri à penſare:
Ma la forza del corpo, & la deſtrezza.
Conuienſi al caualliero eſſercitare.
Dottrina al prete, & al Dottor ſta bene.
Io ne ſo tanto, quanto mi conuiene.

Ait,

Ait,

Se nullas literas ſcire:
Nec vnquam in pueritia voluiſſe diſcere:
Sed baculum capiti Magiſtri ſui infregiſſe.
Neminem proinde repertum eſſe:
Qui ei vllam porrò literam monſtraret.
Adeo omnes formidaſſe.
Deinceps igitur adoleſcentiam ſuam
Traduxiſſe venando, digladiando, equitando.
Alienum eſſe à nobilitate,
Totos dies in libris hærere.
Decus eſſe equiti, vires corporis,
Et agilitatem membrorum aptam, exercere.
Doctrinam Sacerdoti & Doctori conuenire.
Se ſcire inde: quantum ſibi ſatis ſit.

RESPONSVM ROLANDI, CHRISTIANI & fortiſſimi Herois.

Nobilis alterius fauor erga ſtudia.

———Io tiro teco à vn ſegno:
Che l'arme ſon de l'huom il primo honore:
Ma non gia, che l' ſaper faccia men degno:
Anzi l' adorna, come vn prato il fiore.
E' ſimile à vn bue, à vn ſaſſo, à vn legno:
Chi non penſa à l' eterno creatore.
Ne ben ſe puo penſar ſanza dottrina,
la ſomma maeſtade, alta & diuina.

Ait,

Se in hoc ei aſſentiri: nobilitati,
Armorum ſcientiam in primis eſſe honori:
Ita tamen, vt ſapientia non minus laude dignam faciat:
Sed pari ornamento eſſe, ac prato flores.
Similem bouis eſſe illum, ſaxi, ligni:
Qui nullam cogitationem æterni conditoris habeat.
Nec verò ſine doctrina, cogitari
De ſumma illa Dei maieſtate poſſe.

Athalarici Principis, mala educatio. *Amalaſuntha fortitudo.*

Educatio porrò Athalarici, deinceps hæc fuit. Senibus remotis, adoleſcentes ei pro Præceptoribus fuerunt: qui ipſum temulentiâ, & amoribus fœminarum, ita corruperunt: vt prorſus contumax in matrem eſſet. Extant tamen multa, nomine eius ad diuerſos ſcripta, Epiſtolæ ſententijs graues lib. 9 Caßiod vt cùm Oſumo viro illuſtri, Comiti, Dalmatiarum & Suauiæ (al. Suenecia) comitiuam commendat. Ipſa genitrix, à nobilibus ab Aula abſcedere iuſſa, minimè territa fuit: ſed Regiam dignitatem tuens, tres aduerſariorum ſeditioſißimos, aliò diſiunctos miſit, per cauſam regionum tuendarum. Qui cùm nihilominus malum ei machinarentur: ipſa, Imp. Iuſtiniani permiſſu, Conſtantinopolin abitura erat. Huc ſpectat Epiſt. 8. lib. 10. Caßiod. Ita nos gratia veſtræ pietatis (Iuſtiniane Auguſte) oblectat: vt quicquid ad decorem noſtrum poteſt proficere: libenter à veſtris velimus partibus poſtulare. Attamen iiſdem aduerſarijs, per amicißimos & impigros viros de medio ſublatis, Rauennam redijt: Principatumq; ſibi confirmauit: quæ vſq; ad 533. ſalutis, facta ſunt.

Iuris ciuilis emendatio per Iuſtinianum.

Anno 531. (*Sigon.* 528.) *Conſtantinopoli Iuſtinianus Imp. vt vetus Ius Ciuile emendaret, ſuppleret, ordinaret: nobilißimos Iuriſconſultos, è famoſißimis Beryti & Cæſareæ gymnaſijs euocauit: quibus nouum Iuris Codicem; decreta Principum Auguſtorum complectentem, Theodoſij Aug. imitatione conficiendum, ad felicem Reipub. gubernationem, mandauit.*

Nominantur in literis Iuſtiniani ad Senatum vrbis Conſtantinopolitanæ, hi: quibus negotium hoc datum ab ipſo fuit.

I Ioannes, *vir excellentißimus, Ex quæſtore (Quæſtorius) ſacri Palatij, Conſularis atque Patricius.*

Leontius, *vir ſublimiſſimus, Magiſter militum, Ex præfecto Prætorio, Conſularis atque Patricius.*

Phocas, *vir eminentiſſimus, Magiſter militum, conſularis atq; Patricius.*

Baſilides, *vir excellentiſſimus, Expræfecto Prætorio Orientis (vel, per Orientem) atque Patricius.*

Thomas, *vir glorioſiſſimus Quæſtor ſacri palatij, & Exconſule (conſularis.)*

Tribonianus, *vir magnificus magiſteriâ dignitate inter Agentes (incidentia quouis tempore negotia tractantes, non vni certo deputatos) decoratus.*

Conſtantius, *vir illuſtris, Comes ſacrarum largitionum inter Agentes: & Magiſter ſcrinij libellorum, ſacrarumque cognitionum.*

Theophilus, *vir clariſſimus, Comes ſacri Conſiſtorij & iuris in alma vrbe Doctor.*

Dioſcorus, *& Præſentinus, diſertiſſimi Togati fori ampliſſimi Prætoriani.*

Item, Berytienſium legum Doctor Dorotheus: *nec non,* Mennas (Μηνᾶς, *Menas.*)

Berytus, vrbs iure ciuili clara.

DE BERYTO, NONNVS Dionyſiacorum lib. 41.

Πρωτοφανὴς Βερόη πέλι, σύγχρονος ἥλικι κόσμῳ:
Νύμφης ὀψιγόνοιο φερώνυμος: ἣν μετὰ Κάδμον
υἷες Αὐσονίων, ὑπατήια φῦλα Ῥωμαῖοι
Βηρυτὸν καλέουσιν: ἐπεὶ Λιβάνῳ πέλε γείτων.

Dicit, Beroën antiquitate adæquare Mundum:
Nomen id à Nympha Beroë habere:
Appellatam eſſe à Romanis Berytum:
Cùm Libano monti vicina ſit.

Deinde, in eodem libro.

Σκῆπτρον ὅλης Αὔγουστος ὅτε χθονὸς ἡνιοχεύσει:
Ῥώμῃ μὲν ζαθέῃ δωρήσεται ἀνάκτορον Ζεὺς κοίρανον ἦμαρ:
Βερόῃ δὲ χαρίσσεται ἡνία θεσμῶν.

Auguſtum Cæſarem, ſubacto orbe,
Romæ collacaturum eſſe ſedem Imperij:
Beroæ verò, hoc eſt, Beryti, ſtudia legum.

Berytum Stephanus, Phœnicæ vrbem à Saturno conditam refert: dictam ſic διὰ τὸ εὔυδρον, *à copia aquarum. Nam* βὴρ, *Beer, ab eis vocari* τὸ φρέαρ, *puteum. Hinc Nonni ratio intelligi poteſt: Berytum appellatam eſſe, quia Libano vicina ſit.* βὴρ, *Beer, Habraeis eſt* בְּאֵר *Beer, puteus:* ῥυτὸς, *fluens. fluxus. Berytus, penult. productâ, irrigua vrbs. Libanus, à* λιβάζω, *ſtillare, rigare.* λιβὰς, *ſtillatio gutta. In vulgari L.* λιβάδιον *&* λιβάδι, *pratum irriguum.*

Hæc propter ſtudioſos Iuris, & propter Berytum, vbi quondam ſtudium Iuris floruit, ſcriptu non indigna iudicaui. Nam è Roma, Beryto, Cæſarea, & Conſtantinopoli, hæc inclyta profeſſio tum ad alias regiones, tum ad Germanos quoque & Sueuos, profluxit: apud quos vbique iam diu floret.

Terræmotus Antiochia.

Eodem 531. *vel* 528. *anno, ſæuiſſimo terræmotu afflictata fuit Antiochea: hominum ferè quinque millibus ruina oppreſſis. Eam Iuſtinianus, & vxor Theodora, ingenti ſumptu inſtauratam, Theopolin nominarunt.*

S. Benedictus Abbas.

Eodem anno (teſte Sigonio) BENEDICTVS *Nurſinus (è Sabinorū ciuitate Nurſia montana, hodie Norza) Abbas Sublacenſis Monaſterij: paucis Monachis ſecum aſſumptis, Caſſium (oppidum Campaniæ) venit. Ibi ſimulacro Appollinis, quod ab agreſtibus hominibus colebatur euerſo, lucoq; ſucciſo, nouum ſibi Monaſterium condidit: Monachis Occidentalibus (ordine eo inſtituto, quem antea Baſilius in Oriente) leges ſeueriſſimas dedit: victum tenuiſſimum panis & vini præſcripſit. Quod Monaſterium deinde, numero Monachorum, dignitate Abbatum, muneribus ac priuilegijs Principum, totâ Italia factum eſt celeberrimum: imò & in alias terras, ipſamq; Alemanniam progreſſu temporis propagatum. Sic ordo Benedictinus ſeu niger exortus:* Der ſchwartz Orden. *Sororem Scholaſticam) & ipſam, Monacham) habuit. Ambo poſtea (cùm ipſe circ.* 544. *Chriſti deceſſiſſet) Caſsini ſunt ſepulti.*

Scholaſtica, ſoror eius.

DE

DE HOC BENEDICTO, ET MONACHATV, EPISCOPATV, PONtificatu, in hanc ſententiam ſcribitur in Helueticis Germanicâ lingua editis ab Ioan. Stumpfio Chronicis, lib. 5. cap. 1.

CAPVT I.

BEnedictus hic, primus Regulari vita Monachos complexus eſt. Vita quoque monaſtica tūc pullulauit in Gallia, Hybernia, Scotia. Primò Oratoria (εὐκτήρια, Bätchhüßlin) ſunt ædificata, deinde Monaſteria extructa. Docebantur ibi, Chriſtiana religio, boni mores, bona literæ. Aliæ tunc Scholæ nondum erant. Ideo mittebantur in Monaſteria erudiendi, adoleſcentes: qui poſtea Eccleſijs & Reipub ſeruirent. Exulabant initiò vitia: auaritia, ambitio, voluptates: quæ poſterioribus demum temporibus inundarunt. Erant honeſta collegia (σεμνεῖα) & à principibus viris dotabantur: vt citra manuum laborem, poſſet in ſtudia & preces melius incumbi. Collegijs præerant Præpoſiti: Monaſterijs, Abbates. Epiſcopi, Doctores & inſpectores Eccleſiarum erant: nec dominatus & regiones poßidebant: ſed ijdem erant, qui Parochi, Pfarrherren: quaſi gregi præfecti, dem Pfärrich/ τῷ ποιμνίῳ. Nec dum (præſertim difficilibus Italiæ temporibus) terrarū occupationem, Papæ ſeu Pontifices meditabantur: ſed humiles erant, & obedienter ſubiacebant Regibus. Nullus tunc erat in Principes anathematiſmus ſiue excommunicatio. Monaſteriorum vſus. Schola in Monaſterijs. Parochi. Pfarrherren. Papæ priſci.

Poſtquam verò circ 800. Chriſti, Carolus M. Imperium Occidentis nactus eſt: Epiſcopi numero pauciores facti, tantùm nuncupati ſunt illi, qui ditiones iam haberent. Fiebant autem, tum ex Monachis, Abbates & Epiſcopi: quorum electio & confirmatio penes Imperatores & Principes erant: ſine quorum permiſſu, nec Cœnobia condere licebat. Creuerunt autem opes Epiſcoporum & Monaſteriorum: cùm Franci Reges crudeliter & libidinosè vixiſſent: ac poſteà pœnitentes, ſe precibus Monachorum commendarent: aut etiam ipſi cucullatam vitam ſubirēt. Item, cùm Principes & nobiles, liberos ſpurios in Monaſteria ablegarent. Hinc factum, vt interceßiones monaſticarum precationum multo auro emerentur: hinc, magnæ donationes factæ. Ac raro Princeps, aut Comes, aut nobilis, mortuus eſt: qui non ad remedium animæ ſuæ, cænobium aut conſtruxerit, aut agris & reditibus ditauerit. Hinc, non modò preces ſed etiam merita Monachorum, pecunijs empta: ne ſcilicet quis ipſe cogeretur, pius aut probus eſſe: ſed pro ſe alios haberet ad Deum ſatisfactores. Ex eo ſecutum: vt Carolus Martellus & Pipinus, & Carolus M. Pontificis Romani facultates & potentiam auxerint. Et tamen nihilominus, à Carolinis & anteceſſoribus, Papæ, Epiſcopi, & Abbates, à Regibus aut Imperatoribus confirmabantur. Abbates autem, quia non ſinebantur politica vel externa bona tractare: habebant ſuos patronos, procuratores, Vicedominos (Kaſtenuögt/ Vitzdomen) Nec etiam vita necnõ poteſtatem habebat. Denique etiam adſciſcebantur Epiſcopi & Abbates, in Senatum Regum & Cæſarum. Simonia quoque inuaſit, vt Sacerdotia emerentur auro. Ad extremum ſub imperio Henrici V. poſt 1100. Chriſti, detraxit Paſchalis Pontifex Cæſaribus facultatem conferendi Epiſcopatus & Abbatias, Dehinc, ditiores Abbatum, à Papis pecunia redemerunt: vt immediatè ſub ipſorum iure & tutela eſſent. Interim tamen ſe Cæſarum quoque defenſioni commendabant. Ita factum eſt, vt non amplius Epiſcopis obtemperarent. Si alteruter, Cæſar aut Papa ſæuior eſſet: ad alterum confugiebant. Hæc nunc, generatim ſic poſita, ſufficiant: exemplis aliquando, quibus ea declarentur, Sueuicis, hinc inde ſecuturis. Epiſcoporum & Abbatum electio. Monaſteriorum incrementa. Simonia.

Anno 532. (Sigon. 529.) Codex iuris Iuſtinianêus, editus: & ex eo in poſterum, ius dici, præceptū eſt. Idem Imp. τὰς νεαρὰς διατάξεις (Cedreno perhibente) Nouellas conſtitutiones, edidit. Sequenti anno, quem Sigonius (Onuphrium ſequens) 530. ponit (ad quam numerationem, & ego deſcendam: cùm hactenus interdum in Conſulum ratione, Funccius & Itali non cõuenerint inter ſe) anno igitur 530. Inſtitutiones Iuris, & Digeſta legum, ex immenſis veterum Legiſperitorum voluminibus, Iuſtiniani mandato confici cœperunt. Codex Iuris. Nouellæ conſtitutiones: Inſtitutiones Iuris. Digeſtorum libri.

Anno 531. Sigoniano, Vandalorum in Africa Regē Hildericum, Gilimer, Genſerici quondam Regis nepos, carceri incluſit, propinquum ſuum: Regnumq́ iniuſte præripuit. Quam rem Iuſtinianus grauiter tulit: & cum Gilimere per literas expoſtulauit, ſed fruſtrà. Gilimer in Africa.

Seditio cruentiſſima, Conſtantinopoli: ab Hypatio, Probo, & Pompeio, eripiendi Iuſtiniano Imperij cauſâ, excitata: per Beliſarium, Mundum, & Narſetem ſedata eſt: auctoribus ante pedes Iuſtiniani capite plexis. Seditio vindicata.

NVME-

NVMERATIO TEMPORVM AB ANNIS CHRISTI. IVSTINIANI Imp. religio,& iuridici libri editi. Theodebertus, Francorum R. & Alemanni. Amalarici, Viſigotthi R interitus. Peſtis inguinaria. Africanum contra Vandalos à Beliſario bellum: Gelimere capto, finis Vandalici in Africa Regni. Beliſarij triumphus. Athalarico mortuo, IIII Italiæ Rex THEODAHATVS. Amalaſunthæ indigna cædes.

CAPVT II.

Annorum numeratio à Chriſto naso.

ANNO 532. *cùm antea à Diocletiani Principis annis, tempora numerarentur: Dionyſius Romanus Abbas, cognomento Exiguus: Græcæ & Latinæ linguæ benè doctus: noluit Paſchalibus circulis, quos ſcribebat, memoriam impij & perſecutoris innectere: ſed potius ad INCARNATIONEM Domini noſtri Ieſu Chriſti, annorum tempora prænotare: vt exordium ſpei noſtræ totius, nobis exiſteret notius: & paſſio Domini euidentius eluceret. Itaque in primo ſuo circulo, Quingenteſimum Triceſimum ſe undum Dominicæ incarnationis annum poſuit. Vide Bedam in libro de temporum ratione, cap. 45. Ergo ante hoc tempus non erat vſitatum, incipi numerationem temporum à natiuitate Chriſti: ſed per Conſules Rom. & ab annis Diocletiani. Verùm in Chronico Euſebij. ab Annis Domini numeratio rerum geſtarum fit.*

Confeſſio fidei.

Hoc anno (Funccius 533. Imp. Iuſtinianus, confeſſionem ſuæ fidei mittit ad Epiſcopũ Rom. Ioannem II. probans quatuor hactenus Oecumenica concilia. ſed tria capita Chalcedonenſis (nempe ſcripta Theodorici Mopſueſtiani, Theodoreti Cyrenſis, & Epiſtolam Ibæ ad Marim) improbans.

Beliſarij contra Gelimerēemiſſio.

Eodem anno Beliſarius ad bellum in Africam aduerſus Gilimerem ab Imperatore miſſus eſt: Dux illa tempeſtate inſignis: nuper poſt pactas cum Perſis in Oriente inducias feliciter reuerſus. Βελισάριος, quaſi βέλος τοῦ ἄρεως, telum Martis.

Bubon. Inguinaria peſtis.

Grauiſſima in Oriente, & inde per orbem terrarum, peſtis: Græcis bubon, latinis inguinaria, dicta: quæ ciuitates aliquot exinaniuit.

Amalaſunthæ victoria.

Amalaſuntha Theodorico Francorum Regi bellum intulit: eoque mortuo, victrix egregia extitit.

Amalarici cædes.

Anno 533. Theodebertus Rex Francus, patri Theodorico ſuccedens, Amalaricum, Gothorum in Hiſpania Regem, bello illato occidit: quòd is Chrotbildem vxorem, Theodeberti ſororem, Catholicæ fidei deditam, Arreanus ipſe, ignominiosè tractaſſet. Ea à fratre cum theſauro Regio abducta, in itinere perijt.

Idem Theodebertus & Alemannos proſtrauiſſe ſcribitur ab Agathia lib. 1. Requiſiuerant nimirum libertatem priſtinam. Theodobertus, Dietbrecht, officioſus, diues. Diet, officium, diuitiæ. Fortè à Dis, ditis.

Bellum, in Africa inter Beliſarium & Gilimerem ſtrenuè geſtum: & Colimer, tandem pulſus.

Inſtitut. Iuris. Pandecta.

Inſtitutiones Iuris, & Pandectæ, ab Iuſtiniano Imp. III. Conſule, editæ: illæ menſe Nouembri: Pandectæ verò, Decembri. Voluit autem Imperator, hos libros tantummodo, Romæ, Conſtantinopoli, Beryti, & Cæſareæ exponi quòd ijs tantùm in vrbibus, publica Gymnaſia à ſuis deceſſoribus fuiſſent conſtituta. Hodie longè lateq; in Germania etiam, & apud nos Tybingæ, feliciter exponuntur. Confectæ ſunt Inſtitutiones à Triboniano, Theophilo, & Dorotheo. Pandectæ autem (quæ & Digeſta legum) à πᾶν δέχεσθαι *nomen habent: quòd omne ius in ſe contineant.*

Anno 534. Auguſto IIII. & Paulino (Coſſ. Sigonio & Funccio conſentientibus) Indict. 12.

Gilimeris deditio.

Gilimer obſeſſus à Beliſarij Duce Phara, in monte Numidiæ Puppua, fame ad deditionem coactus eſt. cùm quidem petenti antè, tria hæc miſiſſet Pharas: Panem, ad famem ſatiandam: ſpongiam, ad lacrymas abſtergendas: Citharam ad calamitatem præſentem flebilibus modis leniēdam: τῷ τὰς αὐτοῦ συμφορὰς ἐκτραγῳδεῖν. *At ipſe ſibi faber fortunæ ſuæ fuerat.*

Vandalici Regni in Africa finis.

Sic Vandalico in Africa Regno finis factus eſt: vbi per non 100. annos regnarunt biſex Reges.

1. *Genſericus, anno circ.* 437.
2. *Honoricus (Henricus)* 478.
3. *Gundamundus,* 485.
4. *Tranſamundus,* 497.
5. *Hildericus pius,* 524.
6. *Gilimer (Gælmaier)* 531.

TRI-

TRIVMPHVS BELISARII IN VRBE CONSTANTINOPOLI. Procop. Belli Vandil. lib. 2.

Per mediam vrbem triumphum egit: non antiquo more, ſed ex ſua domo, pedibus vſque ad Hippodromum (τὸ ἱππικὸν, *circum*) *procedens: inde ad Hippodromi locum, vbi ſedes erat Imperatoris. Ferebantur ſpolia illa, quæ antea Regi ad miniſterium fuerant: aurea ſolia, vehicula Reginæ ſuppellectilia & res multis gemmis ornatæ, aurea pocula: quicquid denique menſæ Regiæ adhibebatur. Præterea multæ myriades talentorum argenti: omnia Regia ornamenta, precioſa & admiranda: quæ Genſerichus olim Româ abripuerat. Inter quæ, Iudæorum res multæ nobiles: quondam à Tito Veſpaſiani F. Hieroſolymis Romam deportatæ. Cumq́ Iudæus quidam dixiſſet: eas nuſquam conſiſtere poſſe: quam vbi à Solomone initiò conſtitutæ fuiſſent: exemploq́ue Gilimeris id probaret: res apud Imperatorem, in religionem verſa eſt: qui talia cuncta illico Hieroſolymam remitti iuſſit. Ductus eſt in Triumpho, cum omnibus conſanguineis, Vandalorumq́ue proceriſsimo & pulcherrimo quoque, Gilimer ipſe, purpuratus. Qui cùm in Hippodromo conſtitiſſet: Imperatoremq́ in alto ſolio ſedentem, & populum circumſiſtentem, conſpexiſſet: non is quicquam abiecti fecit: ſed tantùm illud Sapientis Hebræi dixit: Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Mox ipſe, & Beliſarius, Imperatorem ſupplices venerati ſunt. Tum hic, & coniux Theodora, Hilderici filios, & nepotes omnes (vt ex Valentiniani Imp ſanguine propagatos: & quadam neceſsitudine ſecum coniunctos) opibus ſatis amplis munerauerunt. Gilimeri quoque loca quædam non contemnenda, ad habitandum conceſſa ſunt. Fuiſſet etiam inter patricios relatus: niſi pertinax in ſecta Areana manſiſſet. Ita hic Germanus ſuâ culpa Regnum amiſit. Beliſario, hunc honorem Iuſtinianus habuit: vt in nummorum vna parte ſe: in altera, Beliſarium armatum effingeret, cum inſcriptione:* Βελισάριος ἡ δόξα τῶν ῥωμαίων, *BELISARIVS DECVS ROMANORVM.*

Triumphi Beliſarij deſcriptio. — Gilimer, triumphatus — Theodora Auguſta. — Beliſarij honor.

Græci ſe quoque Romanos vocabant: quia Conſtantinopolis, νέα ῥώμη, *Noua Roma. Et Iuſtiniano curæ erat, veterem recuperare Romam: vt ex ijs, quæ ſequentur, intelligetur.*

Romanorum nomen, etiam Græcis tributum.

Hoc eodem anno, luxuriâ & temulentia Rex Athalaricus languens, ante diem ſibi interitum accelerauit. Mater tunc Amalaſuntha, odioſe Gotthis eſſe videns, Regnum Italiæ Iuſtiniano reſtituere (rem ei exoptatam) ſalutis ſuæ cauſa conſtituit. Cogitabat & propinquus eius Theodatus, ſiue Theodahatus, Tuſciam Iuſtiniano tradere, ſi dignum ab eo præmium acciperet. Nam ſubditis non erat charus. Natus enim ſorore Theodorici Regis Amalafrida, & Rege Africæ Tranſamundo: doctus quidem homo erat, Platonicæ Philoſophiæ ſtudioſus: ſed auarus, ac Tuſcis moleſtus. Idem, nec Amalaſunthæ amicus: quòd reſtituere ſubditis, quæ abſtulerat, ab ipſa coactus fuerat. Regina tamen, filio mortuo, cognationis cogitatione animum mutans, in ſocietatem Regni ipſum accepit: quòd nemo olim mas, ex Theodorici genere ſupereſſet: ipſeq́, omnis offenſionis obliuione ſimulata, ſe perpetuò fore in eius poteſtate, ſanctiſsimo ſacramento fidem faceret. Hac de re extat Caſsiod. lib. 10. Epiſt. 3.

Athalarici R. mors. — Theodatus.

SENATVI VRBIS ROMAE, AMALAſuntha Regina.

Poſt flebilem filij noſtri diuæ recordationis occaſum, vicit animum piæ matris, generalitatis affectio: vt non mœroris ſui cauſas, ſed veſtra potius augmenta, cogitaret. Elegimus, Deo auſpice, conſortem Regni noſtri feliciſsimum, Theodahaldum: vt, qui hactenus Reipub. molem ſolitaria cogitatione pertulimus: nunc vtilitates omnium, iunctis conſilijs exequamur: quatenus in tractatibus duo: in ſententijs, vnum eſſe videamur. Aſtra ipſa cæli, mutuo reguntur auxilio: ipſi homini duplices manus, ſocias aures, oculos geminos, Diuina tribuerunt: vt robuſtius peragerentur officium: quod duorum fuerat ſocietate complendum. Exultate, P. C. & factum noſtrum ſupernis commendate virtutibus.

Amalaſuntha epiſtola.

Radijs hoc anno Sol ſimiliter vt luna, nullis fulſit: ac nec bella, neq; fames, neq; peſtilentia, hominibus defuerunt.

Sol ſine radijs.

Sic igitur THEODAHATVS AMALVS, quartus Rex Italiæ factus eſt: qui aliquantò plus biennio regnauit. Quam rem & ipſe, & cognata, per literas Iuſtiniano ſignificarunt: eandem cum deceſſoribus ſuis conſtitutam pacem, ab eo petentes.

Theodahati regnum.

Theodahatus autem non longè pòſt, Amalaſuntham, optimè de ipſo meritam, homo ingratiſsimus, in inſulam Hetruſci latus Vulſinienſis (del lago di Bolſena, lacus iuxta oppidum Bolſenam) relegauit: firmo inibi præſidio cuſtoditam: ſtudiũ concordiæ hoc modo inter Gotthos conſeruandæ

Amalaſunthæ ab illo relegatio. Ingratitudinis exemplum.

uandæ cauſatus. Deinde, excuſationem ad Auguſtum ſcripſit: nihil durius in cognatam cõſultum: ipſamq́ ad idem ſcribendum compulit. Iuſtinianus iram ſuam Theodabato ſignificari voluit. Sed hic, quorundam Gotthorum impulſu, qui Reginam oderant (nam propinqui inimicorum eius, ab exilio reducti fuerant) ipſam interficiendam (in balneo ſtrangulandam, vt quidam aiũt) curauit: quod maximo cum Italorum & Gotthorum dolore factum eſt. Parricida percuſſores in honore habens tamen iniuſſu ſuo interfectam iactauit, homo vacors. Atqui initiò de ipſa ad Senatum Rom. 10. 4. ſic ſcripſerat.

Amalaſuntha interfectio.

Diuina nobis beneficia, P. C perueniſſe feliciter nunciamus: Dominam rerum, tota orbe glorioſam, conſortem me Regni ſui, larga pietate feciſſe: vt nec illi deeſſet fidele ſolatium: & nobis auitum congruè præſtaretur Imperium. Quicquid fulgemus: ab eius claritate ſuſcipimus. Quis poſſet ſufficienter edicere: quanta pietate, quanto morum pondere, decoretur? Diſcerent profectò noua Philoſophi, ſi viderent: & minora libris ſuis faterentur condita: quam huic cognoſcerent attributa. In tractatibus, acuta ſed ad loquendum ſumma moderatione grauiſſima. Neſcit pœnitẽda loqui: qui proferenda, prius ſuo tradidit examini. Eius doctrina mirabilis, per multiplices linguas magna vbertate diffunditur. Et alia plura.

Eius laudes.

De qua Caſſiodorus lib. 11. Epiſt. 1 ait: Hanc videre, reuerentia eſt: loquentem audire, miraculum.

Hic fuit excellentiſſimæ Heroinæ miſerandus exitus: qui etiam tantum dolorem Iuſtiniano attulit: vt bello perſequi ſcelus non deſtiterit: donec Gotthicum Italiæ Regnum proſtrauit: vt deinceps cognoſcetur.

Epitaphium Amalaſunthæ Cruſianum.

Τὴν μεγάλην κτεῖνε κακόδολος ἄπιστος ὁμαίμος
Ἀμαλάσουνθαν· ἀτὰρ τῆς κλέος, ἄλλιον.

Interit inſidiis cognati perfidioſi,
Reginis Celſis Amalaſuntha decus.

IVSTINIANI CONTRA OSTROGOTTHOS, AMALASVNTÆ NEcatæ occaſione, bellum. Beliſarij res in eo heroicè geſtæ. Burgundionum & Alemannorum in Italiam irruptio. VITIGES, V. Italiæ Rex Mataſuntha, Amalaſunthæ filia. Neapolis & Roma, in poteſtate Beliſarij. Obſeſſa nequicquam à Vitige Roma: ſed Mediolanum, ei deditum. Conſtantinopoli S. Sophiæ Templum. Nerſetis in Italiam aduentus, & reuocatio. Vitigis cum Rauenna deditio, & Conſtantinopolin adductio, Beliſarij honos, & in Perſas expeditio. ILDOVALDVS, VI. Rex Gotthorum.

CAPVT III.

ANNO 535. Iuſtiniani diuturnum bellum contra Oſtrogotthos, geri cæptum eſt: Ducibus Beliſario, & Illyrici Præfecto Mundo: Regibus Francorum, ad communes hoſtes Areanos delendos, per literas, & ingentium præmiorum pollicitationem, in ſocietatem adductis. Maluiſſet equidem pacem Theodabatus: ſicut ex Epiſtola Gundelinæ, vxoris eius, ad Rheodara P. Auguſtam, 10. Caſſiod. 21. apparet.

Iuſtiniani bellum aduerſus Oſtrogotthos.

Æſtimare te conuenit (inquit illa) Auguſtarum prudẽtiſſima: quantis cupiam niſibus gratiam veſtram quærere: quam & Dominus iugalis meus, magno ſtudio deſiderat obtinere. Quid gratius, quàm, ſi gloriæ veſtræ videar charitatis participatione ſociari? Vt, quia vos abundè fulgetis: nobis libenter de proprio ſplendore impertiamini: cùm damnum non eſt lumini, alteri de ſua claritate largiri. Hæc, illa. Sed bellum, per Duces ab Auguſto miſſos proceſſit. Mundus, in Dalmatia rem bene geſſit: hoſtibus fuſis, Salonâ capta. Beliſarius, Siciliam petens: Catanâ, Syracuſis, Panormo, captis facilè totius inſulæ potitus eſt. Theodabatus, his incommodis territus, & futurorum metu exanimatus, primò vniuersâ Italia Iuſtiniano ſe ceſſurum oſtendit: mox, Mundi Mauricij filij eius, in Dalmatia interitu (ibi enim à Gotthicis Ducibus, Grippa & Aſinario prælio vtrinque exitioſo, cæſi erant) audito: promiſſa, imprudenter fefellit. Tum Conſtantianus ab Auguſto miſſus, omnem Dalmatiam & Liburniam, Grippa cedente, in poteſtatem redegit.

Gũdelinæ exempla.

Mundus, Dux contra Theodabatum.

Eodem anno, cùm Theodebertus, Theodorici Franci F. Rex Metenſium eſſet: ac Dominus Orientalis Franciæ, Turingiæ, Sueuiæ, Lacus Podamici, Alpium, & Heluetiæ Alemannicæ: emiſit Burgundiones in Liguriam & Æmyliam, Alemannos in Venetiam: qui non, niſi præda pleni (vt Æmylius inquit) à Theodabato reiecti domum ſunt: quod vnum is virtutis opus edidit:

Alemanni in Venetiam.

cæterà

cæterà literis eruditiſſimus,ſed vita inerti ignauaq;. Iam,cui nihil videtur relictum(inquit Caſſiodorus 12. Var.7.)eum à tributis conſtat eſſe liberatum. Ideo illi vel illi, Sueuorum incurſione vaſtatis,fiſcum XV.indictionis,ſerenitas Regalis indulſit. Ad Canonicarium Venetiarum:id eſt, Exactorem, vel Receptorem.

Anno 536.cùm Beliſarius è Sicilia Regium traieciſſet: multi Gotthorum odio, ad eum defecerunt. Etiam Theodabati gener Ebrimus: qui Conſtantinopolin à Beliſario miſſus,cum aliis præmiis Patriciatus quoque dignitatem accepit. Deinde, Neapolis à Beliſario capta eſt,quamuis firma vrbs: Theodabatus autem, quòd periculis & calamitatibus non occurreret, occiſus à Gotthis:& in locum eius,VITIGES(aliis,Vuigis,& Vitigiſus)quintus ITALIAE Rex, ſubſtitutus eſt:qui Regno in annum V. præfuit. Beliſarij res contrà Theodabatum geſtæ. Vitiges,Rex Italiæ.

Iuſtinianus,concilio acto,Theopaſchitarum ſeu Acephalorum anteſignanos eiecit: Anthimum,Seuerum,Petrum,& Zoaram. Amalaſunthæ filia Mataſuenta,vel Mathaſuntha, eximia pulchritudinis virgo,Regi Vuigi nupſit:quanquam inuita, quòd eum non pari ſecum nobilitate exiſtimaret. Eum etiam poſtea oderat. Qui ad ſocietatem belli contra Beliſarium,ſibi adiunxit Francos Reges:Childebertum, Theodebertum,& Clotharium. Sed hi clàm tantùm,ex alienigenis (Burgundionibus, Sueuis,& aliis Germanis)ei ſubſidia ſe miſſuros ſpoponderunt,non apertè:propterea,quòd aliquantò antè, Imperatori auxilia promiſiſſent. Mataſuenta,Vitigis Regis vxor.

Romani,fortunam Neapolis veriti, Beliſario ſe vrbem tradituros, ſi veniret,dixerunt. Ille,viam latinam ſecutus (Appiâ,ad ſiniſtram relictâ) Romam 4.idus Decemb.portâ Aſinaria exercitum introduxit:præſidio Gotthico, Flaminiâ Rauennam exeunte: quòd propter ſui paucitatem tueri vrbem non potuiſſet. Statim Beliſarius claueis portarum,ad Auguſtum miſit:mœnia, pluribus in locis collapſa,ſarcire cœpit:foſſam circa muros altiorem fecit:frumenti copiam ex Sicilia(ſi vrbem Gotthi obſeſſuri eſſent)aduexit: Romanos omnes res ex agris in vrbem transferre iuſſit. In poteſtatem eius venêre,Samnium,Apulia,Calabria, Tuſcia, & alia. Vitigis item Dux quidam,prælio victus. Romam Beliſarius capit.

Anno 537. Vitiges Rex,menſe Februario cum CL. millibus peditum & equitum,iter Romam verſus intendit,tantâ vrbis potiundæ fiducia: vt obuios interrogaret, num Beliſarius ipſum Romæ expectaturus eſſet. Velitationes inter ipſum & Græcos,acerrimæ:in quarum prima Beliſarius ex equo,quo vehebatur (qui totus erat ſubrutilus: ſed capite vſque ad nares candidus) agnitus,& vndique telis petitus,obuium quenque obtruncauit,cruore oblitus. Inde,menſe Martio vrbs à Gotthis obſeſſa,ſeptenis caſtris: cuſtodiæ muris & portis, à Beliſario diligenter impoſitæ. Habebat ſecum vxorem Antoninam. Vitiges, Oratoribus in vrbem miſſis, deditionem eius,vt ſuæ,fieri poſtulauit. Aliter fore,vt breui Beliſarium temeritatis ſuæ pœniteret. Se veniam proditionis daturum Romanis. Reſpondit Beliſarius:Romam,quæ Romani Imp.ſit,à Gotthis,prædonum more captam eſſe. Se daturum operam: vt illi vix inter ſenticeta locum,occultandi capitis causâ,inueniant. Vitiges oppugnationem(interciſis aquæ ductibus,ſubtractione annonæ interclusa)ſæpe pluribus in locis nequicquam tentauit:turribus ſuis ligneis,& arietibus,combuſtis:triginta ſuorum millibus amiſſis. Beliſarius,per literas ſubſidium militum ab Auguſto,propter Romæ amplitudinem tuendam,petiit:imbellem multitudinem, Neapolin emiſit. Eandem R. Vitiges nequicquam obſidet. Antonina, Beliſarij vxor.

Sic & ſequenti tempore,coniugem Antoninam. Venit ei ſubſidium, Ducibus Martino & Valeriano,à Conſtantinopoli,maxima ex parte Hunnicum & Sclauicum. Deinde, tria millia Iſaurorum, Paulo & Conone Ducibus: ac Thraces equites octingenti, Ioanne Duce: Varii per omne tempus obſidionis fuêre conflictus: Gotthis plerunque ſuccumbentibus, licet omnia fortiter aggreſſi eſſent.

Quodam die inter fugiendum,quidam Romanus miles in foueam profundam incidit. Non audebat clamare propter vicinitatem Gotthorum; manſit vnam ibi noctem anxius. Poſtridie quidam Gotthus inter fugiendum, in eandem foueam decidit. Ibi ambo, vt in communi periculo, amici facti, mutuæ conſeruationis fidem inter ſe dederunt. Inde validiſſimè vociferari. Gotthi accurrentes,causâ calamitatis cognita,vtrunque extraxerunt:& Romanum,interceſſione Gotthi,ſe fidem ei dediſſe dicentis, incolumem dimiſerunt. Milites duo, in foueam delapſi.

Peſtilentiâ & fame,tum in caſtris,laboratum. Ideo vtrinque,trimeſtres induciæ factæ: donec(cùm vtrique iure ſibi deberi Italiam contenderent)legatione Conſtantinopolin miſſa,ſententia Imperatoris cognoſceretur.

Dedicatum eſt hoc anno Conſtantinopoli,inclytum Templum S. Sophiæ: quod olim à Con- S. Sophiæ Templi dedicatio.

V ſtantino

ſtantino M. ædificatum: poſteà in ſeditione ciuili combuſtũ, magnificentiſſimè ab Iuſtin. reſtitutum fuerat. Qua de re Procopius legatur (qui hoc tempore Beliſario gratas operas militares præſtitit) in libro: quem de ædificationibus Iuſtiniani ſcripſit. ἡ μὲν ἐκκλησία, *inquit,* ἐξανθρακωμένη τότε, ξύμπασα ἔκειτο. ἰυςινιανὸς δέ τι αὐτὴν ἀποτετόρνευται πολλῷ ὕστερον: ὥστε εἰ πρότερόν τις ἐπύθετο, δείξας τινὰ τῶν νῦν ῥαπτομένων ἐκτύπωμα: ηὔξατο ἄν, διολωλέναι ταύτην: ὅπως ἐς τὸ παρὸν μεταβεβλημένον σχῆμα θεάσαιτο.

Hildiger.

Conflagrauerat ſanè prius illud fanum. Sed ſi quis præuidiſſet, quale nouum hoc futurum eſſet: optaſſet profectò, vt illud periret, quò ſurgere hoc poſſet.

Mediolani defectio.

Narſes.

Anno 538. cùm nec fraude, nec vi, Romam capere Vitiges potuiſſet: & Antoninæ gener Hildigerus, magnum etiam equitatum ex Libya introduxiſſet: obſidione relicta (quamuis legati nondum Cõſtantinopoli reueniſſent) rationem Rauennæ tuendæ habendam duxit. Durauerat Romæ obſidio integrum annum, & nouem dies: à menſe Martio, in Martium. Mediolanum dein cum tota ferè ditione ad Beliſarium defecit.

Mediolanum, exciſum.

Venit cum nouis copijs Narſes Eunuchus: qui ſe, ambitione ductus, Beliſario exæquatum volebat. Æmyliam totam Gotthis ademit. Eis mille Burgundiones, à Theodeberto Franco clàm miſſi, ſubſidio venerant. Mediolanenſes, præ fame canibus & muribus veſcentes, ſe certis conditionibus in poteſtatem Gotthorum permiſerunt. Verùm contra fidem datam, trecenta ibi virilis ſexus millia (quid, ſi triginta) ſunt occiſa: fœminæ in ſeruitutem Burgundionibus donatæ: & vrbs, ſolo æquata.

Choſroës, Rex Perſarum.

Fames Italia.

Choſroëm deinde, Perſarum Regem, per Legatos Vitiges ad rebellandum Iuſtiniano impulit. Itaque hic, ad belli compoſitionem cum Vitige, Legatis remiſſis, inclinabat.

Tanta tunc in Italia fames fuit: vt matres, in liberos ſæuierint: & duæ fœminæ XVII. viros, ad ipſos diuertentes, occiſos deuorauerint. Quas alius quidam poſteà, idem ab eis paſſurus ſomno experrectus interfecit.

Theodebertus Francus.

Anno 539. Beliſario (cùm Mediolanenſem cladem Imperatori, magno cum dolore ſignificaſſet) ſoli cura belli commiſſa eſt, Narſete reuocato. Venit poſtea Theodebertus Francus, cum centum millibus militum: qui & Gotthis & Romanis, auxilio venire putatus, vtroſque fefellit captis vtrorumq; caſtris vtriſque populis fugatis, præda omni cibariorum abſumpta. Sed, dyſenteriâ exercitum inuadente: Beliſario perfidiã eius per literas accuſante: cum exercitu ſe in Galliam recepit.

Vitigis deditio cum Rauenna.

Bello poſtea inter Vitigem & Beliſarium durante: Vitiges tandem ſuccumbens, ſeque & Rauennam Beliſario dedidit. Qui ab Auguſto (ſiue propter bellum Perſicum: ſiue affectatæ tyrannidis, ab inuidis inſimulatus: cùm tamen Regnum Italiæ, à Gotthis ad ſe delatum, nunquam vellet viuente Iuſtiniano accipere) ab Auguſto, inquam, reuocatus eſt: & Italiæ cura Beſſæ, atque Ioanni, Conſtantianoque, commiſſa. Vxores Gotthorum, viros ſuos conuicijs inceſſiuerunt, ac conſpuerunt: quòd puſillis hominibus Romanis (quos ipſis antè magnis corporibus eſſe putarant) ceſſiſſent.

Mulieres Gotthicæ.

Omen ex puerili bello.

Ita Res Gotthica, à Vitige ſuſtentari non potuit: quod ſic fore, homines ferè initiò exiſtimarunt, hoc omine. Nam cùm Roma obſideretur à Gotthis: in Samnitibus quidam pueri paſtoritij, luſus gratiâ duos ex ſe legerunt, cæteris magnitudine & ſpecie corporis præſtantes: quorum alterum, Beliſarium: alterum, Vitigem, nominarunt: eoſque inter ſe colluctari iuſſerunt. Ibi alter, qui Vitigis nomen ſuſtinebat, proſtratus eſt: & à pueris, cum illuſione, in proxima arbore ſuſpenſus: non quidem, vt periret: ſed vt riſui aliquandiu eſſet. Verùm lupo interueniente (erat nimirum Dæmon) metu perterriti omnes diffugerunt: puer interim in ſuſpendio perijt. Cæteris parſum: ſed omen, ex ea re captum.

Vitiges, Conſtãtinopolin deductus.

Anno 540. redijt Conſtantinopolin Beliſarius: adducto ſecum Rege Vitige, Mataſuenta vxore, Regiaque præda: quos Imperator honorificè excepit: Gotthorum proceritatem ac ſpeciem admiratus eſt. Neque tamen Beliſario, qui duos Reges hactenus debellarat, triumphare iterum permiſſum. Attamen eius quotidianus in forum progreſſus, Conſtantinopolitanis erat ſpectaculum iucundiſſimus. Nã corpore procero, & facie pulcherrima, ac comitate erga quoſuis mira præditus: catervam prægredientium & ſequentium Vandalorũ, Gotthorum, & Maurorũ, habebat illuſtrẽ.

Beliſarij dignitas.

Ildoualdus, Rex Gotthorum.

In Italia Gotthi, ſtudio capeſſendæ Reipub. non abiecto, ſextum ſibi Regem præfecerũt ILDOVALDVM, vel ILDIBALDVM (multorum aut gratioſum, præfectum: vieler oder holdſeligen Verwalter) *ſiue HILTEBRANDVM. Quod nomen videtur ſignificare, Galeatorum vel equitatus Ducem: à Breno vel Bringalea: & Hilt, Helt, heros. Succedebant res nouo Regi ſatis benè: ſed ipſe ſe euertit. Vriãen, celebrẽ Gotthorum Ducẽ, occidit: quòd ſua*

coniux

ro iiux, non, vt Regina, ab illius ſuperbiente vxore culta eſſet. Quam cùm quoque, Vraiæ viduatam, Gottho cuidam collocaſſet: Beſſas, vnus ex primatibus, qui mulierem deperierat, iratus ac dolens, Ildobaldum inter epulandum occidit. Beliſarius autem in Perſiam profectus, Choſrois impetum repreſſit.

OSTROGOTTHORVM IN ITALIA REX VII. ARARICVS EORVNdem Rex VIII. TOTILAS. Bellum inter Totilam & Romanos continuum, & acerrimum: ac multarum ciuitatum vltro citroque occupatio. Totilæ iuſtiati, clementia, caſtitas, prudentia. Romam capit Totilas, & euacuat: recipit reuerſus Beliſarius: recuperat Totilas, Boëthij vxor Ruſticana. Siciliæ depopulatio per Gotthos. Narſelis, Legati Iuſtiniani, in Italiam aduentus. Totilæ in prælio interitus.

CAPVT IIII.

ANNO 541. ARARICVS (Heinrich, Ehrnreich) RVGVS, à Rugis Gotthos ſe*cutis, præter horum voluntatem, factus eſt ſeptimus Gotthorum Rex. Huius animus ad pacem inclinabat. Ideo ad Iuſtinianum Legatos miſit: per quos Italiæ reſtitutionem ei offerebat, ſi patricium ſe faceret. Interim à Gotthis, quarto Regni ſui menſe interfectus eſt: qui in locum eius, Regem octauum Italiæ crearunt, virum manu conſilioq; promptum, TOTILAM BADVILLAM: qui plus minus XI. annos regnauit. Totilas, à Francico Dod vel Deud (teſte M. Luthero) id eſt, Gott: quaſi Dodlin, paruus Deus. Aliter etiam Taſſilo dicitur.*

Araricus R. — Patricij dignitas. — Totilas R. Italiæ Gotthicus.

Romani aliquot Veronam noctu, corrupto portæ cuſtode, occupant: Gotthis inde profugientib. Verùm tardius procedente Romano exercitu ad vrbem ineundam: quòd contentio in eo de præda diſpertienda orta eſſet: Gotthi Veronam reuerſi, eam conſeruarunt: Romanorum ijs, qui foris erant, non amplius accedere audentibus: prioribus verò, qui in eam inuaſerant, aut cæſis, aut ſaltu de muro, partim pereuntibus, partim elapſis.

Veronæ occupatio.

Totilas apud Fauentiam, tranſito flumine Pado, Romanos cadit. Florentiam dehinc fruſtrà obſidet. In captiuos humaniſſimus fuit.

Res à Totila geſta.

Anno 542. multa occupat: Cæſenam, Petram, Beneuentum, Cumas (vbi nobiles mulieres captas, inuiolatas dimittit: inſigni cum bonitatis laude) Brutios, Lucanos, ipſam deniq; Neapolin: Romanis re non proſperè ſuccedente, διὰ πολυκοιρανίαν, *propter Ducum multitudinem. Rauenna enim Conſtantinum habebat, Ioannem Roma, Beſſam Spoletum, Florentia Iuſtinum, Peruſia Cyprianum, alia alios. Ideo Iuſtinianus Ducem, qui omnibus præeſſet, miſit: Maximinum, Prætorio Italiæ præfectum. Sed is imperitè, negligenter, timidè ſe geſſit.*

Anno 543. Totilæ paterna & mira cura erga captos ex Romanis fuit. Cù enim mediâ diuturna emaciati eſſent: cibum eis parcius, quàm pro appetentia, præbuit: ne ſacietate repentina, continuò emorerentur. Cùm Græcus quidam, ſtupratorem filiæ ſuæ virginis, ad Totilam detuliſſet: & Gotthi pro illo, vt viro ſtrenuo, intercederent: reſpondit Rex, niſi flagitium hoc puniretur, Gotthorum Rempub. interituram. Nam cùm Theodabatus iuſtitiam calcaſſet: afflictam eſſe rem Gotthicam. Deſtiterunt deprecari pro homine Gotthi. Eum igitur Totilas necauit: & bona eius, puellæ vim paſſæ condonauit. Neque enim exiſtimabat, qui virginem violaſſet: bonum & felicem militem eſſe poſſe. O virum præclarum. Cuius quotusquiſque Ducum ſimilis inuenitur? Romani è contrario, in ſubiectos iniuſti & contumelioſi erant: temulentiæ dediti, ſcorta ſecum alebant. Sic & milites. Campaniæ ciuitates Totilas vaſtauit: peſtilentiâ Italiam grauiſſima afflixit.

Clementia Totilæ. — Stupri ſupplicium.

Anno 544. Beliſarium Iuſtinianus, quanquam Perſico bello vrgebatur, rurſus in Italiam miſit, cum Vitale Illyricorum Præfecto. Totilas, adulterinis literis (tanquam à Genuæ præfecto Bono ſcriptis: vt Beliſarius mox vrbi, à Gotthis ſcilicet preſſæ, ſuccurreret) ad Beliſarium, qui Polæ appulerat, miſſis: hoc modo copias eius, quantæ eſſent, per exploratorem cognouit: ac non magnas eſſe didicit.

Beliſarius in Italiam remiſſus. — Pola C.

Anno 545. à Totila capta ſunt plura loca (Beliſario non benè à militibus parato: ideoque literas ad Iuſtinianum mittente) Firmum, Aſculum, Spoletum, Aſiſium. Romam obſedit, Agricolas interim terram colere ſinẽs per totam Italiam: ea conditione, vt ſibi tributum, Dominis fructus, darent. Romæ, ingens fames: omni facultate frumenti ſupportandi eis adempta: &, quod è Sicilia veniebat, intercepto.

Anno 546. Placentiam, famè coactam, Totilas capit. Sic & vrbem Romam, famelicam:

Romam Totilas nocturna capit.

nocturna aliquot Iſaurorum proditione (malè à Ducibus Beſſa & conone cuſtoditam) ferreis clauſtris refractis, & toto Gotthorum exercitu intromiſſo, XVI. Calend. Februarias. Tunc, quia nox, copias omnes vno in loco continuit: ne aliquæ fortè inſidiæ ab hoſte fierent: &, vt Romanis in Templa confugiendi facultas eſſet: quorum ſanguinem ipſe non ſitiebat. Poſtridie Templum S. Petri, orandi causâ ingreſſus eſt: & Diaconi Pelagij oratu, à cæde deſiſti imperauit. Magna præda, in ædibus nobilium reperta: præſertim quã elapſus reliquerat Beſſas: qui frumentum antea vendendo, viſcera ciuium ſibi quæſtui habuerat: & nefarium pecuniæ aceruum, hoſti Totilæ collegerat.

S. Petri fanum.

Ruſticiana, Boëthij vidua.

Boëthij quondam vxor Ruſticiana, Symmachi filia, omnibus opibus ſpoliata (vt & alij multi vtriuſque ſexus) panem mendicare coacta eſt, pannis miſerabilibus induta: quæ antea in pauperes liberalis fuerat. Conſeruauit & huius, & aliarum fœminarum, vitam ac pudicitiam, TOTILAS: qui etiam omnes GOTTHOS, poſtridie ad iuſtitiam & continentiam adhortatus pro concione eſt. His enim virtutibus neglectis: antehac centum millia ipſorum, à ſeptem millibus debellata eſſe. Nunc, pœnitentiâ acta: à paucis, & vix ſemiermibus, triginta hoſtium millia deleta. Exprobrauit deinde Romanis Senatoribus: quàm ingrati pro beneficijs, quæ à Rege Theodorico accepiſſent, Græcis ad ſe accerſendis, fuiſſent. Amicitiam exinde per literas ab Imp. Iuſtiniano petijt: quam niſi impetraret, cogeretur vrbem diruere. Ille ſe totius rei agendæ Beliſario dediſſe poteſtatem, reſpondit. Interim, clade à Romanis illata, Totilas trã percitus: tertiam partem vrbis æternæ diſturbauit (ῥώμη, ῥύμη: Roma, vicus) magnificentiſſima etiam quæque ædificia, igne abſumpturus: niſi Beliſarij literis locum reliquiſſet. Hic enim inter alia ſic ſcripſerat. Aut victor eris hoc bello, aut victus. Si victor: non alterius, ſed tuam vrbem, deleueris. Sin victus: tantò magis veniam, vt laudem clementiæ in alios adeptus, conſequêris: nec, te deleta vrbis pœnas dediſſe, ab hominibus dicetur. Tunc reſpondens, ſe hortatus eius obtemperaturum: Romam, ciuibus hinc inde per Italiam diſpertitis, vacuam reliquit. Vacua omni incola plus XL. dies manſit Regina vrbium: mirabili & miſerabili inſtabilitatis rerum humanarum exemplo. Poſtea, tota ferè vlteriore Italia in poteſtatem Gotthorum concedente, prædationes factæ. Recepit Beliſarius Romam: &, ciuibus reuocatis, vtcunque maceriâ foſſaque clauſit. Totilas autem, aliquot oppugnationibus irritis illatis, receſſit: à ſuis increpitus, quòd antea illam non deleuiſſet.

Caſtitatis amor, in Totila.

Romæ pars tertia diruitur.

Romam Beliſarius recipit.

Anno 547. Peruſia & Roſcianum, à Gotthis obſeſſa: aliquot hinc inde per Italiam pugnæ, & clades. Subſidia, ab Iuſtiniano ad Beliſarium miſſa.

Theodora Auguſta moritur.

Anno 548. Peruſiam & Roſcianum Gotthi capiunt. Theodora Auguſta, Conſtantinopoli fato functa. Antonina eò profecta, Iuſtinianum orauit de reuocando ex Italia contra Perſas Beliſario. Barbari alij, eodem tempore Imperiũ diuerſis in partibus lacerarunt: Franci, in Venetia: Gepidæ, in Dalmatia: Heruli, ibidem. Longobardi autem Imperatori auxilia contra Gotthos promiſerunt: ſic eius amicitiam adepti. Videbat ille prudenter: Germanos, non poſſe niſi per Germanos, debellari. Ideo & Longobardos, & alios Germanici generis, ſibi adiunxit.

Romam Totilas recipit.

Anno 549. Romæ obſidionem Totilas repetit. Quam etſi Diogenes, à Beliſario relictus cum tribus millibus propugnantium, ſtrenuè defendebat: tamen Gotthi iterum, nocturnâ aliorũ Iſaurorum proditione intromiſſi, ceperunt. Petijt Totilas à Rege Francorum, filiam in matrimoniũ: & ab Imp. Iuſtiniano ſocietatem fœderis: ſed vtrobiq; repulſam tulit. In Siciliam profectus, hanc depopulatus eſt. Capitur etiam à Gotthis Tarentum, Ariminum, Rhegium. Iuſtinianus, ſororis ſuæ filium Germanum, ſummæ belli gerendi præfecit: qui filiam Amalaſunthæ Mataſuentam, Vitige mortuo, duxerat: hanc, magnis copijs conſcriptis, ſecum ducens: ſed breui mortuus eſt.

Mataſuẽta, Germano nupta.

Theodeberto, Francorum Regi ſucceſſit F. Theodobald. in Regno Auſtraſiæ. Dietwaldt/ præfectus diuitiarum, aut dominij.

Anno 550. Totilas cum exercitu ſuo, ingentiq; equorum, pecorum, & frumenti numero, è Sicilia in Italiam redijt.

Narſes, in Italiam venit.

Anno 551. Narſes (Adonide, Narciſſus) eunuchus & cubicularius, ad Patriciatum euectus, prudens & belli peritus vir, ab Imperatore magnis cum copijs (in quibus & Heruli erant, Gepidæ, Hunni, Longobardi) in Italiam verſus eſt miſſus. Totilas longis nauibus corcyram, & circumſitas inſulas, Epirique oram, deuaſtauit: & belli ſubſidia Narſeti intercepit. Ancona obſidio Gotthica, claſſe quadam Gotthorum ibi profligata, ſoluta eſt. Corſicam deinde Totilas & Sardiniam, claſſe emiſſa, occupauit.

Anno

Anno 552. poſt alias actiones, ſummo tandem prælio inter Narſetem & Totilam decertatum eſt. Gotthi, ſex millibus amiſsis, ſuperati. Totilas, cùm iam nox eſſet, fugit cum quinque militibus: & ab Asbado Gepida inſequente lethaliter vulneratus eſt. Asbadum viciſsim Sipuardus, Totilæ comes, in pede vulnerauit: atque viciſsim ab altero Asbadi comite percuſſus eſt. Totilas, ſtadijs 84. confectis, menſe Auguſto mortuus eſt apud Capras: à ſuisq́ comitibus terrâ reconditus. Quo loco Romanis à Gotthica fœmina indicato: effoſſus eſt, agnitus, & iterum conditus. De loco pugnæ & Capris, Leander, vbi de Piceno ſcribit: Si Flaminiâ porrò ire pergas, inquit, dextrâ Cantiani amnis, amœna in planitie (quæ à torrente, Cantiani incolâ incipit: ſpatioq́ ferè P. M. X. vſq, Calium extenditur) vicus occurrit Aqualania, ab exiguo caſtello Aqualania, quod in colle eſt, denominatus. Prope vicum, amnis, collem alluens, poſtea emenſa planitie. Cantianum ſubit. In his campis (inter Calium & Aqualaniam) illud prælium factum eſt. Inde, amiſsis copijs, Totilas ſaucius ad Capras (Capreſium) vltra montem, iuxta Tiberis initium, 84. ſtadijs à Calio effugiens, ibi interijt, & humatus eſt. — Totilæ interitus.

S. Benedicti, à Rege Totila viſitati, antehac prædictio de ipſo. Gregor. M. 2. Dialog. 15. Multa mala facis: multa mala feciſti. Iam aliquando ab iniquitate conquieſce. Equidem Romam ingreſſurus es, mare tranſiturus: nouem annos regnans, decimo morieris. Ex quo tempore, minus crudelis fuit: Romam & Siciliam inijt. — Vaticinium de Totila.

Oſtentatio Regis Totilæ, quantâ peritia rei equeſtris & armorum eſſet, ante poſtremum conflictum. Procop. lib. 3.

Præter cætera ornamenta armis indutus proceſſerat auro egregiè celatis: ex equoque miræ magnitudinis, ornatiſsimè Phalorato, noſcebatur: itemq́ ex purpurea veſte, ac pilo. Tunc equũ variè calcaribus concitans, in orbem freno agiliter rotabat: obequitando, telum aptè ſurſum verſus diuerberabat: rurſus ad terram delatum, impigrè excipiebat: momento temporis exceptum vibrabat: eodem per manus alternatim tranſlato, artem gloriæ ſibi ducebat: ſuper equum ſe ſupinabat: inclinabatq́ vtrinque ad terram, & viciſsim in latera: vt qui à puero (Germanicæ ſcilicet nobilitatis antiquæ ritu) hanc dexteritatem edoctus eſſet. Sic differendo aſtutè prælium, dum bis mille equitum ſibi adueniret auxilium, hoſtes morabatur. Sed omnem quamuis prudentem præparationem, omnem humanam induſtriam, fauor diuinus tunc deſtituit. Ipſe autem iſta decurſione equeſtri, funebres quodammodo ludos ſibi ante obitum faciebat: mortis iamiam imminentis ignarus. — Eques inſignis, Totilas.

——————ἀλλά τοι ἤδη
ἄγχι παρέστηκεν θάνατος, καὶ μοῖρα κραταιή.

Veſtimenta eius cruenta, cum corona precioſis lapidibus exornata, in Regiam vrbem miſſa eſſe: & in Senatu ad pedes Imperatoris iacta: à P. Diacono ſcribitur. Narſes etiam tantâ victoria parta, Deo gratias egit: ſed Longobardos improbans, qui ſociorum ædificia incenderant: & fœminis in Templa fugientibus vim attulerant: pecuniâ data miſſos fecit. Miſerat eos, numero duodecies mille, auxilio, Rex Alboinus: cui vxor erat Franci Chlotharij filia, Chlotoſinda (Klugſinnig/Leutſänderin.) — Longobardorum mores. Alboinus R.

Si victor fuiſſet Totilas, & Regnum retinuiſſet: adulatio eum præſtantiſsimo cuique Regi antepoſuiſſet. Nunc ſuperatum & extinctum, inclytæ virtutis virum, odium hoſtile ad generum Cereris abiecit, hoc Epigrammate.

IMPERANTE D. N. PIISSIMO AC TRIVMPHALI SEMPER, IVSTINIANO PP. AVG. AN. XXXIX. NARSES VIR GLORIOSISSIMVS, EXPRÆPOSITO SACRI PALATII, EXCONS. ATQVE PATRICIVS, POST VICTORIAM GOTTICAM, IPSIS ET EORVM REGIBVS CELERITATE MIRABILI, CONFLICTV PVBLICO, SVPERATIS ATQVE PROSTRATIS, LIBERTATE VRBIS ROMÆ AC TOTIVS ITALIÆ RESTITVTA, PONTEM VIÆ SALARIÆ VSQVE AD AQVAM, A NEFANDISSIMO TOTILA TYRANNO DESTRVCTVM, PVRGATO FLVMINIS ALVEO, IN MELIOREM STATVM, QVAM QVONDAM FVERAT, RENOVAVIT. Factum anno 565. — Totilæ elogium.

Ponatur ei à nobis Epitaphium. 17. April. 1590. humanius.

Τώτιλα, γ' οὐδὲ θανὼν ὄνομ' ὤλεσας: ἀλλά τοι αἰεὶ
πάντας ἐπ' ἀνθρώπους φῆμις ἔσετ' ἀγαθή.

Non periit, ne morte quidem, tua, Totila, honeſta
Fama: ſed hanc candor poſteritatis alet.

TEIAS, IX. ET VLTIMVS REX GOTTHORVM. IN PRÆLIO CAdit. Gotthi ſe Romanis dedunt. Sic Oſtrogotthicum Italiæ Regnum, finitum: & Italia, Orientalis Imperij Prouincia facta. Quinta Synodus vniuerſalis. Francicum & Alemannicum in Italia bellum, Ducibus Leuthare & Bultino. Cumarum obſidio contra Gotthos, & deditio. Sic & Lucenſium, contra Francos. Militum exercitatio Narſetiana. Leutharis & Bultini cum exercitibus ſuis deletio. Italiæ vindicatio per Narſetem in libertatem. Terræmotus in oriente.

CAPVT V.

Teias, R. Gotthorum.
Roma, à Narſete recepta.

EOdem 552. anno, Gotthi, qui euaſerant, & qui in Piceno erant, Regem nouum ſibi præfecerũt TEIAM: qui Theodobaldi Franci ſocietatem appetebat, ſed fruſtrà. Narſes Romam nequicquam Gotthico præſidio reſiſtente, recepit. Prælium deinde comiſſum per biduum fuit. Priore die Teias, ante aciem ſuam ſtans, & ad tertiam vſque diei partem pugnans, Romanorum ſe impetentium permultos obtruncauit. Scuto eius confixo telis: alterum à proximo armigero arripuit. In quo duodecim pilis hærentibus: cùm id mouere amplius non poſſet; ibi dextrâ obuios feriens, ſiniſtrâ venientes repellens: cùm aliud ſcutum acciperet: in parte pedis inferiore, fortè nudata, vulnus accepit: eoq; moribundus procubuit. Caput eius præciſum, & in haſta Gotthis oſtenſum: qui nihilominus ad noctem vſque pugnarunt. Poſtridiè, vbi illuxit, in pugnam reditum eſt: quæ totum diem durauit: Gotthis pro ſanguine & vita, Romanis pro Italia & gloria, certantibus: neutris, quamuis magno damno accepto cedentibus. Tandem Gotthi pacem his conditionibus à Narſete petierunt: vt liberi poſthac in ſuis terris viuerent: & cum cæteris Gotthis, tributa Auguſto penderent. Acceptum hoc Narſete fuit, & iureiurando ab eis confirmatum: ne periculosè cum deſperato genere hominum iterum certaretur. Sic, illis abſcedentibus, Italia Gotthico 58. annorum Regno, per 18. annorum bellum, liberata eſt: & Iuſtiniano reſtituta: qui eam Narſeti tanquam Orientalis Imperij prouinciam (quæ olim libenter Germaniam redegiſſet in prouinciam, ſi potuiſſet) regendam commiſit, annos XVI.

Teiæ interitus.
Gotthorum deditio.
Gotthici Regni finis. Italia, Iuſtiniano Imp. reſtituta.

In hoc tanti temporis bello, Gotthis Sueuos duntaxat aliquos, etſi non nominantur: tamen pro affectione erga Theodoricum Regem, qui pro eis epiſtolâ ad Chlodoueum interceſſerat, amicâ, affuiſſe fortè à veriſimilitudine alienum non ſit.

Synodus quinta.

Anno Domini 553. actum eſt quintum Oecumenicum (ſecundum Conſtantinopolitanum appellatum) concilium: Vigilio Romæ Pontifice: patribus CLXV. collectis. Præfuerunt ei Epiſcopi: Eutychius Conſtantinopolis, Apolinarius Alexandreæ, Dominus Antiochea, & Eutychius Vicarius (τοποτηρητὴς) Hieroſolymitani. Damnati ſunt ibi errores Origenis, Didymi cæci, & Euagrij: qui olim capitula hæc ediderant (teſtibus Cedreno & Zonara) animas, corporibus tempore eſſe priores (occaſione ſumpta ἐκ τῆς μετεμψυχώσεως τῶν ἑλλήνων: ex Græcanica tranſmigratione animæ in alia atque alia corpora) nõ ijſdem nos reſurrecturos corporibus: finem ſuppliciorum inferorum fore: Dæmonas, in integrum reſtitutum iri. Damnata ſunt & tria hæc capita. 1. Theodori Mopſueſtiani, dicentis: alium eſſe Verbum Deum, & alium Chriſtum. 2. Duodecim capitula Theodoreti, totidem capitibus B. Cyrilli ab eo oppoſita. 3. Epiſtola Ibæ, negantis: Deum Verbum, ex S. Maria incarnatum, & hominem factum, eſſe. Ita ſemper, & corporalia, & ſpiritualia bella, Satanas (Dei permiſſu, propter peccata hominum) ferro & hæreſibus excitat.

Narſetis Francicum bellum.

*Eodem anno natum eſt Narſeti Francicum bellum: quod prolixè ab Agathia Smyrnæo, & compendiò à Sigonio deſcribitur. Res, hæc eſt. Totila à Romanis interfecto: Franci omnia Gotthorum in Venetia occupauerant præſidia: ac Veronæ traditionem, quam Romanis facturi erant Gotthi, turbauerant. Erat igitur Narſes Francis ea loca erepturus: & reliquis ibi relictis Gotthis formidabatur. Vtrique ergo ſocietatem inter ſe fecerunt. Etſi enim Oratores Gotthicos, qui auxilium petitum venerant, Auſtraſius Rex Theobaldus (homo adoleſcens, & Valetudinarius) neglexerat: tamen duo Alemannici Duces, Leutharis ac Bultinus (aliter dicti, Lentheris & Bucellinus) fratres potentes: qui cum Alemannica gente Theobaldo ſubiecti erant: fœdus cum illis Gotthis inierunt, Rege non vetante. Sperabant nanque, ſe Gotthica ope Italiam & Siciliam occupaturos. Alemannos autem Agathias (teſtem citans Aſinium Quadratum, Italum: qui res Germanorum diligenter perſcripſerat) aduentitios eſſe perhibet, ex varia hominum colluuione: quod eorum cognomento (*Allerley Mann / all ſeine

Leutharis & Bultinus, Alemanniæ ſub Francis Duces.

eines

einen mann) *ſignificetur. Leutharis itaque & Bultinus, ſorte ſua non contenti, Narſetem ne primam quidem incurſionem laturum exiſtimabant. Mirari ſe dicebant Gotthos: qui homuncionem cubiculo aſſuetum, & vmbratilibus delicijs deditum, ac planè effœminatum, reformidarent. Proinde vires iactando ſuas, exercitum ex Alemannis Germaniſq́, ad ſeptuaginta duo millia fortium virorum coëgerunt. Gotthi quoque oppida & caſtella, quæ in Tuſcia habebant, ſummo ſtudio communiebant.*

Ipſorum inſolentia contra Narſetem.

Narſes, Francici motus adhuc ignarus, Cumas obſedit: vbi Aligernus erat, germanus Teiæ frater, cum theſauro permagno: per Totilam Teiamq́ Reges, ibi repoſito, vt in loco munitiſſimo. Eſt enim id oppidum in colle ſitum, aditu prærupto ac difficili: in Tyrrheni maris proſpectum prominens. Infrà, fluctus ingenti ſtrepitu alliduntur: ſuprà, validis cinctum erat muris, turribus, propugnaculis. Oppugnabat oppidum Narſes omni conatu: vt & munitionem Gotthis eriperet, & ingenti pecunia potiretur. Verùm magnanimi viri virtute, Aligerni, propter fratris caſum Romanis infeſti, nihil proficiebat. Palladium ille, vnum ex non ſegnibus Narſetis Ducem, ingenti animo inuadentem, ſagittâ per ſcutum & thoracem traiecta interjecit. Narſes autem, vt caſtellum oppidi deturbaret: ſpelunca, ad orientem Solem infra caſtellum vergenti, quondam à Sibylla Cumæa habitatæ, fabros ſummiſit: eius faſtigium, quo caſtelli fundamenta nitebantur, excindi præcepit: ita tamen, ne Gotthi ſentirent: qui alioqui non difficulter impedire potuiſſent. Operi perfecto, ac tignis ſuffulto, hominibus indę egreſſis, ignis ſubiectus, ruinam eius cum caſtello effecit: ipſo interim validiſſima oppugnatione in oppidum irrumperę, tanquam ſubito fragore Gotthis perterrendis, contendentę. Sed hoc quoque fruſtrà fuit. Audito igitur, Leutharin & Bultinum, cum Francorum Alemannorumq́ue exercitu infra Padum eſſę: parte exercitus ipſe ad obſidionem relictą: cum reliquis copijs, obuiàm venientibus hoſtibus iturus erat: præmiſſo Herulorum Duce Fulcarę, qui eos carpendo impediret. Dedunt ſe Narſeti Florentini, Centumcellenſes, Volaterrani, Piſani. Lucenſes, obſidibus datis, promiſêre ſui deditionem: ſi intra trigeſimum diem ſibi non eſſet à Francis ſubuentum: quod tamen, licet ab eis deſerti, non fecerunt. Narſes iratus, ſe minatus eſt in obſides ſæuiturum. Non curantibus illis: ipſe, qui à ſæuiendo alienus erat, obſides in conſpectum oppidanorum produxit, manibus poſt tergą reuinctis, mortem minans. Lucenſibus ne tunc quidem commotis: iuſſit eos, gladio altè leuato, decollari. Sed nihil mali accidit vinctis. Tantum lignum, collo ſub veſte additum percuſſum fuit. Ipſi tamen, vt edocti erant, cadentes, pedibus in terra calcitrabant. Lucenſes, longiore loci ſpatio decepti, ſuos, vt nobili loco natos, pro mortuis complorabant, crudelitatem Narſeti opprobrantes. Ipſę culpam eis impingens: ſe, ſi adhuc promiſſą facerent, mortuos reuocaturum inuitam dixit. Promittentibus (etſi fieri poſſe non credebant) ſurgere omnes iuſſit: eosq́ue ſuis incolumes oſtendit. Neque tamen à Lucenſibus fides præſtitą. Ergo pertinacibus in perfidia, obſides remiſit: ſe absque ijs ad officium illos coacturum. Obſides in vrbem reuerſi, mirificè magnanimitatem & humanitatem Narſetis prędicarę: nec tamen adhuc ciuibus deditio perſuaſą.

Aligernum Narſes obſidet.

Cumæ.

Sagitta Palladius transfixus.

Fulcar, Narſetis Dux.

Lucenſes, à Narſete obſeſſi.

Simulatio decollationis.

Illi intereą, qui contra exteros præmiſſi fuerant, egregiè ſe initiò gerentes, poſtea laudem partam corruperunt: Fulcare, qui temerè Parmam acceſſerat, quam Franci tenebant, Bultini inſidijs occiſo, & Herulis fugatis: qui cum reliquis Ducibus ſe Fauentiam recepêre. Ingenti hinc dolore Narſes affectus, ſuos tamen conſolatus eſt: perturbari quidem eos non iniuriâ, qui hactenus vincere conſueſſent: ſe tamen de victorią adhuc non deſperandum eſſe. Ipſos enim prudentia antecellere: qua multitudo tanta hoſtium vinci poſſet. Inde Lucam vrgere vehementius perrexit: illosq́ue, qui Fauentiam petiuerant, Parmam ſe referre, & Francis Alemanniſq́ue officere, coëgit: Stephano Dyrrhachio cum ducentis equibus adiuncto. Lucenſes acerrimè oppugnati, mox deditionem feciſſent: niſi Legatorum Francorum, qui aderant, ſuaſu, ſemel atque iterum in obſidentes erupiſſent. Magna autem clade repulſi: tum demum, veniâ impetrata, in poteſtatem Narſetis, tertio menſe obſidionis venerunt. Aligernus quoque, Gotthos paſſim in partes Francorum tranſire videns, ipſe contrà, ſe, & Cumas cum theſauro, Narſeti tradidit: comiter ab eo exceptus, compenſationem magnam pollicente pro hoc beneficio. Satius ille iudicabat: cum Romanis (quibus etiam Italia magis deberetur) ſecundum patrias leges, quam cum alienigenis ſecundum alienas, viuere. Ideo conuicijs eum Franci proſcinderunt, &

Fulcaris interitus.

Lucenſium pertinacia, & tamen deditio.

Aligerni & Cumarum deditio.

proditorem ſuæ gentis appellarunt. Herulis Sindualdus, à Narſete in locum Fulcaris Dux datus. Idem Narſes poſtea, Francis peditatu duorum millium, equitibus intermiſto, agrum Ariminenſem deprædantibus in eos impetum fecit: qui, ſagittariorum nimbo fortiter excepto, tamen in ſyluam compulſi ſunt. Inde cùm ille eos, Hunnorum ſimulatâ fuga, elicuiſſet in campos: ex peditibus, quos equitatus in ſyluam refugiens deſtituerat, paßim ſupra nongentos ſtrauit, reliquis elapſis. Tum Rauennam rediję.

Narſes, in Francos.

Anno 554. Romam profectus Narſes, milites, vndiq; Romam acciuit: diligenterq́ in armis exercuit: decurrere cogens, equos inſilire, armatos ſaltare, tubæ clangori aſſueſcere: ne fortè hybernorum otio, exercitationis omißione, poſtea in prælijs elangueſcerent.

Militum exercitia.

Interea Franci, liberius vagantes: ab vrbis tamen Romæ, finitimorumq́ locorum, acceſſu abſtinebant.

Poſteaquam autem in Samnitem agrum venêre: prædandi munera inter ſe Principes ita partiti ſunt: vt Bultinus cum maiori copiarum parte, Tyrrhenum littus & Campaniam peragrans, ad Lucanos & Bruttios, adfretumq́ Siculum, venerit: Leutharis verò, cum reliqua parte exercitus, Apuliam & Calabriam petens, aduſq; vrbem Adriaci maris Hydruntem proceſſerit. Franci ijs in locis religionis Chriſtianæ reuerentiâ ducti, Templis parcebant. Alemannorum verò exercitus, vt ab illa pietate diuerſus, fana diripiebat nullo reſpectu, & deformabat: aurea diuino vſui dicata vaſa, reliquamq́ ſupellectilem precioſam diripiebat: pauimenta lucri quærendi causâ euertebat: mortuorum cadauera è ſepulcris trahebat: ſanguine loca ſacra fœdabat. Sed non durabilis erat Sacrilegorum felicitas: breui adfuit vindex Dei oculus. Tempore enim maturæ ferè meßis, Leutharis conſilium redeundi domum cepit: ſeq; in opes male partas ingurgitandi. Proinde, per nuncios fratrem, ad idem celerius faciendum, nec ſe incertitudini fortunæ committendum, hortatus eſt. Is verò, quia iureiurando ſe pro Gotthis bellaturum promiſerat: hiq́ adulando, eum ipſis fore Imperatorem dicebant: remanſit, neceſſaria ad bellum comparans.

Alemannorum ἱεροσυλία.

Leutharis igitur profectus eſt: cui eâdem via, qua venerat, reuertenti, ad Picenum vſq; agrum, nihil hoſtile occurrit. Quò cùm perueniſſet: poſuit circa Fanum oppidum caſtra: & tria hominum millia, ſpeculandi causâ, nunquis hoſtis appareret, præmiſit. Ibi Artabanes & Vldacus Hunnus, Narſetiani, qui ad Piſaurum coniunctis exercitibus ſaltum inſederant: ex oppido erumpentes, hoſtium multos obtruncant. Quorum nonnulli, rupe præcipiti ſuperata, & in decliue delati, in mare inſilentes, inibi abſorpti perierunt. Reliqui, nullo ordine aufugientes, in caſtra ſuorum trepidi incurrerunt: omnia tumultu complentes, tanquam Romanis iamiam aduentantibus. Tum Leutharis vniuerſum exercitum, acie denſißima ac oblonga, in Romanos promouet. Interim captiui, quorum magnus numerus erat, hoſtium occupationibus oportunè vſi, cum præda præcipua è caſtris, in proxima oppida diffugêre. Artabane autem & Vldaco, propter ſuorum paucitatem non egredientibus: Franci in caſtra redierunt: vbi, quanta rerum iactura facta eſſet, magno cum dolore cognouère. Inde, continuato in Æmyliam itinere: traiecto Pado, in Venetiam, vrbemq́ ſuæ ditionis Cenetam, peruenerunt. Ibi peſtilentia incidens, alijq́ graues morbi, multitudinem abſumebant. Princeps ipſe Leutharis, in apertam rabiem eſt verſus. vertigine rotabatur: eiulatus edebat horribiles: in ſolo ſe prouoluebat: ſpuma os abundanti proluebat: oculis viſu horrendis, & inuerſis. Dentes deniq; brachijs imprimens, lacerata carne ſua, beſtiæ ritu veſcebatur. Ita tandem ex humanis miſerrimè exceßit. Cæteri quoq; paßim moriebantur: peſte, dolore capitis, apoplexia, mentis exceſſu: donec vniuerſi conſumpti ſunt.

Leutharis domum redire conatur.

Captiuorum fuga.

Leutharis cum ſuis perit.

Bultinus verò, oppidis & caſtellis ad Siculum vſq; mare deuaſtatis, confeſtim Campaniam Romamq́ verſus redibat: eo conſilio, vt cum Narſete & Imperatoris exercitu, quos ibi conueniſſe intellexerat ſummo prælio decertaret. Namq; non exigua pars de exercitu eius peribat: quòd, autumno veniente, milites vuis direptis, muſtoq́ ingurgitato, tumefacto ventre, diſrumpebantur. Caſtra ergo non longè à Capua fecit, ad ripam Caſilini fluminis: quod ex Apennino defluens monte, circumflexu camporum in mare Tyrrhenum defertur. Ibi locato exercitu, foſſam & vallum firmißimum fecit: à leua manu, pro munitione ipſum flumen habens: curruum rotis inter ſe coniunctè, in terram ad axem vſq; ita defixit: vt ſuperior tantùm ſemicirculus extaret: magna ſtipitum vi exercitu communito: exitu tantùm anguſto, ad excurrendum & recurrendum, relicto: militibus deniq; in turri lignea, quam in fluminis ponte ædificauerat, fortißimis armatißimisq́, ad prohibendum hoſtes tranſitu, impoſitis. Nihil dum autem de fratris in Venetia interitu inaudiuerat: mirabatur verò, cur exercitum, ſicut inter ipſos conuenerat, non reſtitueret: ac metuebat, ne

Bultini conſilium præliandi.

quid

quid fortè ei ſecus accidiſſet. Benè tamen de victoria ſperabat: quòd triginta ipſe virorum millia, Romanus vix duodeviginti, haberet. Suos igitur ad fortitudinem cohortans, Aut Italiam poſſeſſuri ſumus, inquit: cuius rei gratiâ huc venimus: aut omnes hîc mortem occumbemus. Milites ſe ad pugnandum præparabant, vt bonæ ſpei pleni.

Arma eorum erant, enſis à femore læuo, ex latere ſcutum dependens, ſecures ancipites: item ancona (bacona, Wurffbeihel*) cuius teli pars maior, ferro obducta eſt, in extremo hamata: vt in corpus coniecta, euelli non poſſit: ſed lethale vulnus afferat. Thoraces & ocreas non habebant: paucis, caſſides in capitibus: pectora & terga, amiculo tantùm lineo, aut corio, tecta.* *Militum illius arma. Ancona.*

Nulli eis arcus, nulla funda, aut ſimilia ſaxorum proijcientia tela. Pauci inter eos equites. Sic ergo Franci & Alemanni, ſe ad prœliandum comparabant.

Narſes, cognito illorum aduentu, extemplò copias ſuas ex vrbe eduxit: & caſtrametatus ita propè eſt: vt hoſtium & ſtrepitum audiret, & vallum cerneret. Vtrinq., magna diligentia: locandis præſidijs, excubijs faciendis, aciebus circumeundis: ſpes & metus, vtrinq. Italiæ oppida cuncta, expectatione euentus ſuſpenſa: &, ad vtros ſe conferrent, dubia. Franci interea proximos vicos depopulantibus: Narſeti hoc ferendum non videbatur. *Narſetis occurſus.*

Charangi proinde Armenio, viro prudenti & ſtrenuo, negotium eius licentiæ comprimendæ dat. Ille, equo inſcenſo, cum paucis ſuæ turmæ, prorumpens: vehicula hoſtibus eripit, prædatores obtruncat. Vehiculorum vno, quod ſylueſtri fæno onuſtum erat, ad ligneam in ponte turrim applicito: igne immiſſo, hanc comburit: præſidiarijs ex ea refugientibus ad ſuorum caſtra. Ita, ponte Charanges potitus. *Charanges.*

Tum Franci ira incenſi, rabidi ad arma concurrêre: nec amplius quieſcendum ſibi putare: ſed eodem die prælio decernendum ducere, licet Alemannicæ mulieres fatidicæ, hunc diem ad internecionem eis funeſtum fore occinerent. *Alemanna fatidica.*

Narſes, Francorum impotenti impetu cognito, viciſſim ſuum exercitum armat, educit, ordinat. Nunciatur ei, ſeruum à nobili viro Herulo, delinquentem, occiſum eſſe. Continuò adduci illum iubet: de facto percontatur. Non negauit nobilis: licere Dominis occidere ſeruos: vt cæteri ſerui diſcant colere Dominos ſuos. *Seruus, à ſuo nobili occiſus.*

Narſes eum mox lictoribus tradit: à quibus ilia enſe transfoſſus, occubuit. Sic cædem cum cæde expiaſſet (quanquam Heruli hoc ægrè ferrent) in aciem ſtatim progreſſus, Quicunq. vult victoriæ particeps fieri, clamat: me ſequatur. Tunc Sindualdus, Herulorum Dux, qui longius retrò aberat: ne defectionis, aut formidinis, argueretur: Narſeti ſignificandum curauit: ſe maximè tamen opem ei laturum: modò ſe, dum adueniret, expectaret. Ille, expectandi tempus non eſſe, reſpondit: curaturum ſe tamen, etiamſi ſerius veniret, vt nihilominus locum haberet. Ita Heruli ſe inſtruentes optimè, progrediebantur.

Acies à Narſite ſic ſtructa eſt. *Acies Narſetis.*

Phalanx.
Equites vtrinque.
Poſtremo loco, haſtati peltatiq.: & qui gladios præacutos, ſariſſaſque, gerebant.
Narſes in dextro cornu.
Poſt eum, Zandalas, familiæ Domeſticorumq. præfectus.
E duobus lateribus, Valeriani & Artabanis milites, in denſiore ſylua occultati: poſtea, prælij tempore, ex improuiſo erupturi.
Pedites, in loco intermedio.
In fronte, Principes, Romanorum ſocij: oblongis cum thoracibus, & Caſſidibus ſolidiſſimis.
Poſt eos, alij condenſati.
A tergo horum, leuis armatura, & ſagittarij.

Herulis,

Herulis, in Phalangis medio, locus vacuus relictus.

Phalanx.

Phalanx, *Macedonicum vocabulum, aciem quadratam condenſatam ſignificabat, octo millium armatorum: vbi vir viro, arma armis, conſerta erant. Hodie tam arctè conſtipatus exercitus, immenſam cladem à tormentorum fulminibus acciperet. Itaq; rectius, magnis inter milites & ordines ſpacijs (quæ Homerus* γεφύρας *vocat: pontes, ad faciles tranſcurſus, vbi opus ſit) relictis, acies ſirui ſolent.*

γέφυραι.

Interea duo ex Herulis ad Francos transfugerant: qui narrantes de offenſione Herulorum aduerſus Romanos, & de horum perturbatione, Bultinum magnopere ad confligendum incitabant. Placuit hoc Duci: viſa eſt ei præclara occaſio rei benè gerendæ: non mediocris erat animorum promptitudo in exercitu eius. Sed incondito impetu, ſine ordine ferebantur, magno clamore: perinde, ac ſi hoc modo, quicquid obuiam fieret, proturbaturi eſſent. Erat eorum acies, triangularis, ſimilitudine literæ Græcæ Δ*: cuius frons, erat anterior: denſa, & ſcutis vndiq; obſtructa. Dixiſſes, capiti porci hanc aciem ſimilem eſſe. Alæ, vtrinq; per turmas & agmina condenſatæ, & quam maximè introrſum protenſæ, clementer inter ſe dirimebantur: paulatimque in vaſtam terminabantur latitudinem: vacuo in media parte loco intermiſſo: tergis laterum inter ſe obuerſis. Inde, ad pugnam ventum. Germani, clamore ingenti, curſu citato, agmine Principum perfracto, loco Herulis deſtinato percurſo: haud magna cæde facta, vſque ad poſtremam aciem peruaſerunt: quam nonnulli etiam pertranſiuerunt. Tunc Narſes, inflexo ſenſim cornu, equitibus ſagittarijs iuſſit: vt vtrinque ſagittas in terga hoſtium conijcerent. Vnde breui, magna ipſorum ſtrages conſecuta, ſe tueri non valentium. Antè enim in Romanos conuerſi erant pugnando: poſt, in terga ſagittas recipiebant. Cùm iam ex acie excederent: Sinduałdus & Heruli ſe obijcientes, partim eos ſtrauerunt, partim in flumen egerunt: poſtea in locum, qui eis antea deſtinatus fuerat, venerunt. Hinc Franci, quaſi retibus impliciti* (σαγηνευθέντες) *vndiq; cædebantur: ordine ipſorum diſſoluto: ipſis neſcientibus, vt in tanta trepidatione, quid faciendum eſſet. Tandem internecio omnium (iaculatoribus præſertim, & equitibus, inſtantibus) atq; ipſius adeo Bultini, ſecuta eſt: ita quidem, vt Francorum & Alemannorum nemo, ad domeſticum larem reuerſus ſit (occiſis etiam duobus illis transfugis Herulis) præter quinq; homines ſolos, difficulter elapſos. Romanorum verò, tantùm octoginta, in prima hoſtium impreſſione ceciderunt.*

Acies Bultini.

Prælium.

Bultini interitus.

Sic memorabilis illa Francorum & Alemannorum Italica expeditio, pernicioſo ipſis exitu terminata eſt: Narſete ſummam prudentiæ & fortitudinis laudem denuò conſecuto: nec paruum virtutis decus Aligerno Gottho, & Sinduałdo Herulo, adepto. Narſes deinde, audito quoq; triſti Leutharis interitu, Romam lætus rediit: ac milites, ne omni Francorum metu ſe liberatos putarent, ad modeſtiam, ac armorum exercitationem non omittendam, hortatus eſt. Gotthi, cùm aliquandiu ſe in oppido præcipitis loci Caſſino, Duce Ragnare Britone (Britones, Hunnica natio erat) defendiſſent: ſequenti anno, illo Duce amiſſo (Sagittis enim confixus à Romanis fuit: quòd in collocutione de pace, ſagitta Narſetem petierat) deditionem fecerunt: atq; Conſtantinopolin, materiæ belli poſthac præcidendæ causâ, miſſi à Narſete ſunt.

Narſetis gloria.

Britones.

Gotthorum deditio.

Anno 555. mortuo in Gallia Theodeberto: nec non aliquantò pòſt, patruo eius Childeberto: totum Francorum Regnum ad Clotharium peruenit.

Clotharius, Francorum R.

Idibus Auguſti, ſæuiſſimus terræmotus in Oriente fuit: Conſtantinopoli multis ædificijs, ſacris & profanis, cum parte mœnium collapſis: quæ Iuſtinianus quadriennio pòſt refecit. Litaniæ, tunc actæ, frequenti & deuoto populo. Afflicta quoq; Nicomedia, Antiochia, & Berytus. Præcipuè, ruinis Beryti ſunt eliſi iuuenes: qui legum diſcendarum causâ eò profecti fuerant. Iuris autem Doctores, Anteceſſores dicti, Sidonem migrare coacti fuerunt.

Terræmotus.

Litaniæ.

Berytus.

Anno 556. Narſes Vidinum, Gotthorum Comitem, qui ab eo defecerat, deuicit: ac Conſtantinopolin miſit. Poſt hac itaq; Gotthicum nomen in Italia fuit abolitum: omnes promiſcuè, Itali nominati. Hæc, ob iniuſtè interfectos Symmachum & Boëthium, atq; Amalaſuntham, vindicta diuina meritò iudicetur.

Gotthorum nominis in Italia abolitio.

Anno 557. Herulos (olim à Rege Theodorico in Subalpinis, victo Odoacre, locatos) Narſes debellauit: ſuſpenſo Sinduałdo, qui ad eos defecerat. Tum omne ſtudium, ad Italiæ inſtaurationem (vix tandem ſeruitute liberatæ) contulit.

Heruli ſubalpini.

Italiæ libertas.

INGVINA-

INGVINARIA PESTILENTIA. CONIVRATIO IN IVSTINIANVM, vindicata. Rex Hiſpanienſium Sueuorum Theodomirus. Mors Iuſtiniani Beliſani & Clotharij Franci. Scutati nummi aurei in Gallia. Telæ Sericæ in Europam importatio. Titulus Iuſtiniani, declaratus & impugnatus. Theodeberti, Francorum Regis, interitus in venatione.

CAPVT VI.

ANNO 560. in Oriente, & inde in Italia, erat ſæuiſſima peſtilentia, Inguinaria ſiue Bubonis vocata: ac ſæpe, ſternutans aliquis aut oſcitans, moriebatur. Vnde adhuc ſternutantibus dicimus: Deus te adiuuet aut, Salus. Et oſcitantes, ſignum crucis ori imprimere cœperunt. Durauit illud malum diu.

Peſtilentia. Sternutatio. Crucis ſignum.

Anno 562. nonis nouemb. Ablauius, Marcellus, & Sergius, homines ex præcipuis Conſtantinopoli, coniurati in caput Iuſtiniani Imp. deprehenſi ſunt, pœnasq́ meritas dederunt. Sergij indicio, Beliſarius, vt ſocius coniurationis, cum familia comprehenſus, vir triumphalis, vir ſummus, cuſtodiæ mandatus eſt: ſed 14. Calend. April. ſequentis anni, innocentiâ eius patefacta, reſtitutus in priſtinam dignitatem.

Anno 564. Rex erat Sueuorum in Gallacia Theodomirus. Per quem (annitente S. Martino, Dumienſi Epiſcopo: poſtea Bracarenſi Archiepiſcopo) Sueui Hiſpanienſes deſciuerunt ab Ariana perfidia. Cuius ſtudio & induſtria, pax Eccleſiæ amplificata eſt: & multa in Eccleſiaſticis diſciplinis, in Gallaciæ prouincia ſunt inſtituta; teſte S. Iſidoro. Eam autem hæreſin, tempore Remiſmundi Regis (qui vixit circa annum 466.) Aiax quidam, natione Gallus, Apoſtata Arianus, Regis auxilio, qui hoſtis erat catholicæ fidei, in Sueuos ſparſerat. Quo contagio ea natio infecta manſit annos 90. vſq; ad prædictum R. Theodomirum. Sueuicorum proinde Arianorum memoria, ſimul cum eorum rebus geſtis, à Scriptoribus ſilentio eſt obliterata. Sub hoc Theodomiro, concilium & Bracarenſe, præſide prædicto Martino. & Lucenſe, celebratum eſt: ob confirmandam fidem catholicam & conſtituendum Eccleſiæ ſtatum. In Lucenſi concilio, Eccleſiæ Bracarenſi metropolitanæ, & alijs Gallaciæ Cathedralibus Eccleſijs, ſui cuique fines aſſignati ſunt (Ioanne Vaſæo teſte) quos non excederent.

Theodomirus. Rex Hiſpanienſium Sueuorum. Aiax Arianus. Concilium Bracarenſe. Lucenſe concilium.

Anno 565. idibus Auguſtis (al. Nouemb.) Imp. Iuſtinianus mortuus eſt, anno Imperij 39. ætatis LXXXII. mente inſanus. Quo anno & Beliſarius diẽ ſuum obijt: & Chlotharius, Francorũ Rex.

Iuſtiniani Imp. mors.

Huic ſucceſſerunt filij:

In Pariſijs, Cherebertus Ehrewårt. *Apud Metenſes, Sigebertus,* Sigwårt: *habens etiam Franciam orientalem oram Rhenanam, Sueuiam, Alemanniam, lacum Podamicum, Heluetiam. In Sueſſionibus, Chilpericus,* Hilfreich. *Apud Aurelianenſes, Guntrannus, Guntrum.*

Clothario mortuo, filij eius diuidunt inter ſe Regnum Franciæ.

Francis autem Regibus Iuſtinianus, pluribus annis ante mortem ſuam (circ. 549. Chriſti) potentiâ creſcentibus, conceſſerat poſſeſſionem Galliæ perpetuam. Tunc illi coronatos nummos (monetas aureas) cudere cœperunt: cum ſua imagine (non amplius Imperatoris) & cum lilijs. Procop. de bello Goth. lib. 3.

Francorum priuilegium.

Iuſtiniani etiam temporibus (teſte Zonara ex Procopio (tela ſerica texi à Romanis cœpit (τὰ τῶν σηρῶν νήματα, ἃ μέταξα καλοῦσι) quæ antea tantùm à Perſicis Mercatoribus erat afferri ſolita: ſed ignorabatur Conſtantinopoli, quomodo fieret: nec ſciebatur, fila eſſe vermium. Duo autem ex India Conſtantinopolin profecti Monachi muneribus ab Imperatore illecti, Serum oua attulerunt: eaq; in fimo poſita, in vermes transformarunt: mori arboris folijs nutrierunt: & ſericum inde confecerunt. Hinc artem ſerici faciendi acceperunt Romani.

Serica tela textura. Bombyces.

Titulus IVSTINIANI erat hic.

IMP. CÆSAR FLAVIVS IVSTINIANVS, ALEMANICVS (al. ALAMANICVS) GOTTHICVS, FRANCICVS, GERMANICVS, ANTICVS, ALANICVS, VANDALICVS, AFRICANVS, PIVS, FELIX, INCLYTVS. VICTOR AC TRIVMPHATOR, SEMPER AVGVSTVS.

De titulo Iuſtiniani.

Imperator: *quia C. Iulius Cæſar, Imperatoris prænomen (quod alijs ante eum fuerat cognomen: vt, M. Tullius Imperator) & cognomen patris patriæ, perpetuum à Senatu acceperat, auctore Suetonio. Quæ nomina & ad inſequentes Romanos Principes tranſierunt.*

Imperatoris nomen.

Flauij *nomen Veſpaſianus habuit, ab ignobili gente Flauia: quod poſtea Conſtantius quoq;, & Conſtantius M. & ſequentes Imperatores, vſurparunt. Iuſtinianus: quoniam ab Iuſtino, vt ſororis filius, adoptatus, & imperio adſcitus.*

Flauius.

Alemani-

Alemanicus.

Alemanicus, Gotthicus, Francicus, Germanicus. *Sic dici potuit, propter hos populos, in Italia liberanda, à Beliſario & Narſete (vt ſuprà auditum eſt) caſos: & quia Germanis contra Germanos vſus eſt. Sed his titulis, etiam longè antè gloriatus fuit: quod indignum viſum eſt Francorum Regi, vt paulo pòſt dicemus. His autem populis omnibus, Alemannorum nomen anteponitur. Tanta gloria erat, Alemannis ſuperiorem eſſe.*

Anticus.

Anticus. *Hunnorum, Sclauinorum, & Antarum, trans Iſtrum habitantium, operâ, contra Gotthos per Beliſarium in Italia eſt vſus. Sic & Alanis, vt veriſimile eſt.*

Vandalicus.

Vandalicus & Africanus: *Gilimere, Vandalorum Rege, in Africa deuicto.*

Pius.

Pius: *ab Antonino pio, qui diligenti cuſtodia Hadrianum, ne ſe ipſe interficeret, ſeruauit.*

Felix.

Felix. *Sic appellatus L. Sylla fuit: à quo Commodus Imper. id ſibi attribuit. Sic ad inſequentes demanauit.*

Auguſtus.

Semper Auguſtus. *Sic Octauianum, ex Munatij Planci ſententia Senatus appellauerat: quaſi venerabilem, quia auguſtiore & diuiniore conditione præ alijs præditum.*

Theodeberti R. Francorum arrogantia.

De Theodeberto nunc ex Agathia referam: qui offenſus his titulis, non minus Orientis imperio inhiabat: quàm Iuſtinianus de Occidente & Gallijs cogitabat. Audaciſſimus enim, hic Francus erat, & turbulentiſſimus, omniùq; periculi contemptor. Vnde in ipſo ardore belli aduerſus Totilam Romani, id animo agitabat: quomodo ipſe, Narſete in Italia occupato, fortiſſimis copijs Thraciam, Imperatricemq; vrbem, adoriretur. Itaq; potentem apparatum faciebat: ſollicitans Gepidas etiam, Longobardos, & alias finitimas nationes, per legatos, ad ſocietatem belli. Non enim ferendum exiſtimabat: vt Iuſtinianus in ſuis titulis, Latinè, Alemannicè, Gepidicè, & Longobardicè, ſe has gentes omnes habere ſubactas prædicaret: cùm Alemanni, ſub Francis, alij pro ſe, eſſent. Querebatur itaq;, ſibi alijsq; populis contumeliam fieri: ſed irritum fecit propoſitum eius, infauſtus caſus. Exijt ipſe venatum: occurrit ei taurus miræ magnitudinis, altùm cornutus, obuia quæq; ſternens. Cui cùm Rex venabulum intentaret: vrus ille arborem proximam concuſſit: cuius cadentis ramus, Theodeberti caput ita afflixit: vt is ſupinus caderet: ac vix domum relatus, eodem die animam efflaret. Ad filium ergo eius Theodobaldum, anno eo, qui 549. Chriſti erat, Auſtraſiæ Regnum Alemanniam quoq; continens, peruènit: vt ſuprà dictum eſt.

Contra Iuſtiniani titulos.

Venatio perniicioſa.

ORIENTIS IMP. IVSTINVS IVNIOR. NARSETIS, AB HOC ALIEnati, impulſu, Longobardorum, Rege Alboino, in Italiam inuaſio. Italiæ Exarchus I. Longinus: ſub quo, noua regionum & ciuitatum politia, Rauenna, Longobardorum Ducatus Foroiulienſis, & Spoletanus. Sueuorum pars, in Saxoniam reducta. Sophiæ Aug. beneficentia.

ALBOINVS I. Rex Longobardicus in Italia. Longobardorum deſcriptio. Inſubria, Lonbardia dicta, Lamparten. Alboini votum.

CAPVT VII.

Iuſtinus iunior, Orient. Imp. 8.

ANNO 566. *Iuſtiniano ſucceſſit ſuus ex ſorore nepos.* VIII. IMP. CÆS. FL. ANICIVS IVSTINVS IVNIOR, *P. F. Aug. diademate iuſſu aui exornatus: fortunæ fauentis ſimulacro, in cubiculum eius (antiqua conſuetudine ethnica) translato: qui ad A. XI imperauit. Is hoc anno, Narſeti poteſtatem Italiæ abrogauit. Narſes enim à Romanis, apud eum per literas fuerat accuſatus: quaſi ipſos ſeruitute opprimeret: inſtigante Imperatorem Auguſtâ quoque Sophia, quæ Narſetem oderat. Reuocetur (inquit hæc) Narſes iſte: vt eius operâ (mollis ſcil. Eunuchi, vel ſemimaris) in penſis lanæ, puellis Gynacei mei diſtribuendis, vtar. Hæc σοφὶα tunc ἄσοφος. Non latuit Narſetem (inquit Æmylius) quam probroſum dictum mulieri excidiſſet. Itaq; pari amaritudine remordens, Ordiar, inquit, telam: quam ſemel textam, quicquid eſt muliebrium ſophiarum, non retexas. Non redijt Conſtantinopolin ipſe: ſed Neapolin ſe contulit. Erat tunc gens Longobardorum: quæ cùm initiò peninſulam aquilonaris Oceani Scandinauiam (Schonland) incoluiſſet: poſtea in continentem Germaniam, cum vxoribus liberisq; migrauerat: ſed longè pòſt in Pannonia, quæ Hunnorum ſeu Abarum erat, conſederat: eorumq; auxilio, vicinos Gepidas prælio deleuerat. Longobardorum Rex, præſenti anno, erat Alboinus, Andoini F. Cui vxor erat Chlothoſinda, Franciæ Regis Chlotharij filia: qua mortua, Roſimundam (Gundamundi Regis Gepidarum, quem in prælio occiderat, filiam) duxit. Fuerunt Reges Longobardorum, hoc ordine, poſt præcedentes lib. 8. cap. 10.*

Sophia Auguſta imprudens in Narſetem dictum.

Narſetis mina.

Scandinauia.

Abæ.

Gepidarum deletio.

Alboinus & Roſimunda.

Longobardorum Reges.

9. *VValtharius, anno Domini 518.*

10. *Andoinus, 525.*

11. *Alboinus Præſens* (Allgewin) *543. Regnans hinc in Pannonia ferè A. 28. in Italia 3. & M. 6.*

Huius

Huius Alboini auxilio fideli Narſes antea contra Gotthos vſus fuerat: victoriaque potitus, muneribus ac laude ornatum dimiſerat domum. Hoc autem 566. anno, ipſum & ſuos, per literas nuntiosq́, ad inuadendam & occupandam Italiam incitauit, muneris loco, magis inflammandi cupiditate regionis cauſâ, precioſioribus quibuſdam inde fructibus miſsis. Poſtea monitus à Rom. Pontifice, alijsq́ Epiſcopis: ne gloriam liberatæ à ſe Italiæ, inſigni macula accerſitorum Barbarorum deformaret: videbatur quidem ad moderationem animi rediturus: ſed vincente tamen dolore & ira, breui poſt interijt.

Alboinum Narſes aduerſus Italiam incitat.

Narſetis mors.

Succeſſor in locum eius ab Imp. Iuſtino venit LONGINVS patricius, cum exercitu: ſedemque ſuam, Rauennæ poſuit. Hic, conſularibus, correctoribus, & Præſidibus prouinciarum, ſublatis: præfecit ſingulis ciuitatibus Duces ſingulos: varijs ad iura reddenda Iudicibus aſsignatis. Se, non Ducem, ſed EXARCHVM ITALIÆ (quemadmodum & Africæ erat Exarchus) appellauit. Sic nouus ab eo Magiſtratus, in Italiam introductus, EXARCHATVS: & ipſe, primus Italiæ Exarchus fuit: id eſt, Imp. Græci Vicarius.

Exarchatus Italiæ.

Longinus, primus Exarchus.

Rauenna autem, metropolis eſt Flaminiæ: priſca ciuitas, Sabinorum opus, vel colonia Theſſalorum: Rhene dicta, quòd eam ab omni parte circumfluant (περιῤῥέουσιν) aquæ. Sita eſt in littore Adriatici maris, paluſtri quidem in loco, ſed aere tamen innoxio: abluentibus ſordes, crebris tum maris, tum fluuiorum, inundationibus. Ab Auguſto mœnibus cinctam, Imp. Valentinianus amplificauit: eiusq́ Archiepiſcopo, complures Epiſcopos ſubiecit: Arimini, Caſenæ, Fori Liuij, Fori Cornelij, Fauentiæ, Brincij, Bononiæ, Mutinæ, Rhegij, Parmæ, Placentiæ: quæ ciuitates, & quædam aliæ, poſtea ſub Exarchatu fuerunt.

Rauennæ deſcriptio.

Anno 567. Alboinus animo prorſus ad occupandam Italiam incumbebat: quòd partim non difficilem ex Pannonia eò aditum haberet (qua via ſuperioribus temporibus Attila quoque irrupiſſet) partim proximis bellis, & grauiſsimâ peſtilentia, viros & vires Italia amiſiſſet: partim literis Narſetis excitatus, magna, ſibiq́ vtilia, ſperaret. Pannoniæ enim paupertatem, ſe felicitate Italiæ certò permutaturum. Quibus rationibus etiam facile ſuis perſuaſit: vt pridie calend. Aprilis, anno ſequente, domo exirent. Interim autem Italia, hoc rumore mirè territa fuit: propter tum Longobardicæ gentis barbariem, mores feros, & religionem ethnicam: tum acierum ignearum, & haſtarum, à Septentrionis partibus oſtenta.

Oſtenta in cœlo.

Proinde 568. anno, calendis April. Alboinus, relinquens Hunnis Pannoniam: in qua Longobardi 42. annos fuerant: poſtridie Paſchatis, cum omni ſubſegente, vxoribus & liberis, itemq́ cum magno plurium Germanorum (Saxonum & Sueuorum) numero, iter ingreditur: proximam Italiæ regionem Venetiam, nemine reſiſtente, occupat: Aquileiam, & Forum Iulium, capit. Ibi hyemans, hanc regionem in formam Ducatus redigit: Duce conſtituto, nepote Giſulfo. Hæc origo Foroiulienſis Ducatus fuit.

Alboini cum Longobardis expeditio in Italiam.

Foroiulienſis Ducatus.

Profectis ita Saxonibus, vt dictum eſt, cum Longobardis in Italiam: Clotharius & Sigebertus, Reges Francorum, Sueuorum aliquot millia, ad Rhenum habitantia: quòd, aggrauante domi multitudine anguſtioribus finibus vterentur: in eum agrum, vnde Saxones emigrauerant, Saxoniæ & VVeſtphaliæ, velut vacantem, tranſtulerunt: quòd nec ipſos, vt nihil mali de ſe meritos delere vellent: neq́ in vicinis Gallorum partibus ſibi coaleſcere, æquo animo ferrent. Ita Sueui, quorum ſede antiquitus in Saxonia circa Albim fuerant, partem Saxoniæ velut poſtliminio receperunt.

Sueuorum aliquot in Saxoniam retruſio.

Hoc tempore Auguſta Sophia (quam Diaconus pijſsimam vocat) omnium eorum, qui ære alieno obſtricti erant, creditoribus ſatisfecit, tabulis combuſtis. Quod magnum beneficium, his verbis à Manaſſe celebratur.

Sophiæ liberalitas.

> Σοφία μεγαλόψυχος, μεγαλοδωροτάτη.
> Ἥτις μαθοῦσα τὸ κοινὸν κόπτεσθαι καὶ στενάζειν:
> ὡς χρέεσι βαρούμενον, οἷα δεσμοῖς ἀφύκτοις:
> Συναγαγοῦσα τῶν χρεῶν τὰ γραμματεῖα πάντα:
> αὐτὰ μὲν ἐπυρπόλησε: τοῖς δὲ χρεωφειλέταις
> ἀπέδωκε τὰ δάνεια, χρημάτων ἐξ οἰκείων.

Anno 569. Alboinus, inchoatam perſequens victoriam, plura Italiæ oppida capit: præteritis illis quorum obſidio curſum ſecundum impediret. Taruiſij Epiſcopo Felici, ſuppliciter oranti, haud grauatè libertatem, omnesq́ Eccleſiæ facultates, indulſit. Oppidis Duces impoſuit, & valida Longobardorum præſidia. Neq́ verò Exarchus Longinus commouere ſe auſus eſt: neq́ ab Aug. Iuſtino ſubſidium veniebat.

Alboini progreſſus in Italia.

Anno 570. Italis in paludes & lacus, metu tam potentis hoſtis, confugientibus: Alboinus Brixiam, Bergomum, Laudem Comum, & alia Liguriæ oppida, ſui iuris fecit. Ipſum deniq; Mediolanum (Archiepiſcopo Honorato, & Optimatibus pleriſq; Genuam perfugientibus) ad deditionem terrore compulit. Tunc lætis acclamationibus, haſta (Regio inſigni) porrecta, Rex Italiæ à ſuo exercitu ſalutatus eſt. Sic ALBOINVS eſt Longobardorum primus in Italia Rex factus hoc anno, Indictione tertia: quod Regnum Longobardis circiter 204. annos manſit.

Mediolanum capit.

Alboinus, 1. Rex Longobardicus in Italia.

Longobardorum deſcriptio.

Longobardi autem, Sueuiæ populus antiquus fuêre (ſic ſuprà lib. 1. diximus) nomen hoc, à longis vel barbis, vel bipennibus, adepti. Veſtitum eorum ponit Lazius lib. 12. Migrat. Gent: ex P. Diaconi lib. 4. cap. 23 rerum Longobard. hunc. Ceruicem vſque ad occipitium radentes nudabant: capillos à facie vſque ad os demiſſos habebant: quos in vtranque partem, in frontis diſcrimine diuidebant. Veſtimenta eis erant laxa, & maximè linea, more Anglosaxonum: ornata inſtitis latioribus vario colore contextis. Calcei, vſque ad ſummum pollicem penè aperti: & alternatim laqueis corrigiarum retenti. Poſtea cœperunt hoſis vti: ſupra quas, equitantes, tubingos birreos mittebant.

Inſubriam poſtquam hi ſubegerunt (cuius caput, Mediolanum) nomen illius, in Lombardiæ appellationem mutatum eſt.

Abantes.

Longobardorum hanc tonſuram fuiſſe ait. Abantes (Euboicus populus) quondam, contrà, Nam, vt 2. Iliad. ſcribitur, erant ὄπιθεν κομόωντες, *in occipitio comati. Nam cùm olim in anteriore parte comam habuerunt: ab hoſtibus eâ apprehenſi, raptati fuerunt.*

Spoletanus Ducatus.

Spoleto, poſt alias multas ciuitates capto: Alboinus Vmbriam in formulam Ducatus redegit, Duce Faroaldo impoſito. Hæc. Spoletani Ducatus origo fuit.

Ticinum captũ.

Ticinum obſeſſum, tertio demum obſidionis anno, nempe 573. Chriſti, in poteſtatem Longobardorum venit. Cumq; vouiſſet Alboinus, ſe ciues trucidaturum: equus eius, ferociter ingrediens, in limine portæ procubuit: nec vllo modo excitatus eſt: priuſquam cuiuſdam Longobardi monitu, Chriſtianorum in vrbe populum eſſe, votum Rex reuocauit. Ita ſalus, ciuibus parta.

DE VRBE CONSTANTIA, ET CONSTANTIENSI EPISCOpatu, circa hæc tempora exorto.

CAPVT VIII.

Conſtantia vrbs.

SITA eſt Conſtantia (vrbs Sueuica pulchra & amœna, etſi non magna) in eo loco: vbi Rhenus ex lacu Podamico rurſum emergens, in alueum redit: id eſt, inter lacum ſuperiorem & inferiorem. Superior, olim Acronius, poſtea Conſtantienſis, & à Caſtro Podma Podamicus, dictus eſt: inferior autem, quondam Venetus poſtea ab oppido Cella Rodolfi, Cellenſis, appellatus. Epiſcopus eſt Conſtantiæ, Moguntinenſi Archiepiſcopo ſubiectus: qui initio in Ergouia, regnante in Gallia Clodoueo, Vindoniſſæ erat: vbi confluentes ſunt Arola, Ruſa vel Vrſa, & Limagi. Res Epiſcoporum eius (teſtante Bruſchio, & alijs) ita ſe habet.

Podamicus lacus.

Conſtantia Epatus.

VINDONISSAE.

1. *S. Paternus.*
2. *S. Lando.*
3. *Maxentius.*
4. *Bubulcus, vel Bubulco. Concilio Epaonenſi 468. interfuit ſcribens: Bubulcus, Epiſcopus Vindoniſſenſis.*
5. *Grammatius. Interfuit Aurelianenſi Galliæ concilio. 546.*

CONSTANTIAE.

6. *Anno circiter 570 vixit Maximus, vel Maximinus, qui vltimus Vindoniſſenſis, & primus Conſtantienſis, Epiſcopus fuit. Nam aliquantò antè, Franciæ Rex Clotharius, tranſtulit Epiſcopatum è veteri Vindoniſſa Conſtantiam, quæ Regia villa dicebatur: & plus commoditatis habebat. Multis quoq; priuilegijs & pagis, ab eodem Rege Epiſcopatus eſt donatus. Alij tamen, à filio Clotarij Dagoberto hanc Epiſcopatus tranſlationem aiunt factam: & Conſtantiam, Dagoberti Regiam villam fuiſſe appellatam.*

Vindoniſſenſis Epiſcopatus, Conſtantiam tranſlatus.

7. *Rudolphus, vel Rudilo.*
8. *Vrſinus.*
9. *Gaudentius, qui obijt 618.*
10. *Martinus, aliter Martianus, & Maurianus.*

11. *Ioannes, Beatus agnomento, 650.*
12. *Obbardus, Boſo dictus, 658.*
13. *Pictauius.*
14. *Seuerus.*
15. *Aſtropius.*
16. *Ioannes ſecundus, Haunus appellatus.*
17. *Ruffo, alijs Buſo.*
18. *Audonius: cuius meminit Herman. Contractus, anno 736. mortui.*
19. *Ernfridus, al. Anefridus, Electus 736. à Carolo Martello: antè Abbas diuitis Augiæ: quam dignitatem cum Epiſcopatu, conſenſu Caroli retinuit. Obijt 746.*
20. *Sidonius, vel Synodius, anno 746. vſq. ad 760. ſimul diuitis Augiæ Abbas.*
21. *Ioannes 3. Monachus eiusdem cœnobij. Obijt 781. Etſi ei ſubiuncti à quibusdam ſunt, ante Eginonem ſucceſſorem, tres alij Epiſcopi; Gangolfus, Fidelis, & Theobaldus.*
22. *Egino, vſq. ad 813.*
23. *VVolfoleon, qui obijt 831.*
24. *Salomon primus. Obijt 873.*
25. *Bathego. Obijt 877.*
26. *Gebbardus. Occiſus 885. Martyr.*
27. *Salomon 2. Obijt circiter 891.*
28. *Salomon 3. Samſchvvagenſis Dominus. Obijt 919.*
29. *Notingus. Obijt 935.*
30. *S. Conradus. Obijt 976.*
31. *Gaminolphus. Obijt 980.*
32. *S. Gebhardus 2. vel Eberhardus. Obijt 996.*
33. *Lampertus. Obijt 1009.*
34. *Rothardus, al. Richardus. Obijt 1013.*
35. *Haimo. Obijt 1026.*
36. *VVarmannus. Obijt 1034.*
37. *Eberhardus. Obijt 1047.*
38. *Theodoricus. Obijt 1051.*
39. *Rumoldus, al. Grimoldus. Obijt 1069.*
40. *Carolus. Obijt 1071.*
41. *Otho.*
42. *Gerhardus 3. electus 1082. Obijt 111.*
43. *Arnolfus, intruſus 1092. epiſcopans A. 13.*
44. *Vlricus, Dillingenſis & Kyburgenſis Comes. Obijt 1127.*
45. *Vlricus 2. Baro Gaſtellanus. Reſignauit Epiſcopatum 1138.*
46. *Hermannus Baro de Arbona. Obijt 1165.*
47. *Otho 2. Obijt 1169.*
48. *Bertholdus. Obijt 1179.*
49. *Hermannus 2. Obijt 1191.*
50. *Diethelmus. Obijt 1205.*
51. *VVernherus, Baro Stauffenſis. Obijt 1210.*
52. *Conradus 2. Obijt 1234.*
53. *Henricus. Obijt 1248.*
54. *Eberhardus 2. Obijt 1274.*
55. *Rudolphus, Comes Habſpurgius. Obijt 1294.*
56. *Fridericus, Zollerenſis comes. Obijt 1304.*
57. *Henricus 2. Obijt 1306.*
58. *Eberhardus 3. al. Gerhardus.*
59. *Rudolfus 3. electus 1318. Obijt 1332.*
60. *Nicolaus. Obijt 1344.*
61. *Vdalricus 3. Obijt 1351.*
62. *Ioannes 4. Trucidatus 1356.*

63. *Vdalricus 4. ceſſit 1356.*
64. *Heinricus 3. Obijt 1383.*
65. *Mangoldus, electus 1384. quo & obijt.*
66. *Nicolaus 2. Reſignauit 1388.*
67. *Burcardus, Baro Heuvvenſis. Obijt 1398.*
68. *Fridericus 2. Comes Nellenburgenſis.*
69. *Marquardus electus 1398. Obijt 1408.*
70. *Albertus Blaurerus Reſignauit 1411.*
71. *Otho 3. Marchio Hochbergenſis & Roetelanus. Obijt 1433.*
72. *Fridericus 3. Obijt 1436.*
73. *Henricus 4. Obijt 1471.*
74. *Burcardus 2. Obijt 1475.*
75. *Hermannus 3. Obijt 1477.*
76. *Ludouicus, nobilis Freibergius Stellatus. Obijt 1484.*
77. *Otho, Comes Sunnebergius. Obijt 1491.*
78. *Thomas Perlouerus. Obijt 1496.*
79. *Hugo Landenbergius heros. Reſignauit 1528.*
80. *Baltaſar Merckelius. Obijt 1531.*
81. *Ioannes 5. Comes Lupffenſis. Reſignauit 1537.*
82. *Ioannes 6. nobilis VVetzenſis, Obijt 1548.*
83. *Chriſtophorus Metzlerus.*
84. *Marcus Sitticbius de Embs, cardinalis. Hic 1567. Synodo ſua Diœceſis acta Conſtantiæ; Clericis decreta Concilij Tridentini iniunxit.*

Trident. Concilium.

85. *Andreas Auſtrius, Archiducis Ferdinandi F. Cardinalis. 1590.*

Hi ſunt Epiſcopi Conſtantienſes: quorum res geſtæ, ſi quæ notabiles erunt, ſuis annis ſubijcientur. Eſt autem Conſtantienſis Epiſcopatus, ampliſſimus: quippe ſupra 1800. Parochias habens, & 400. Monaſteria. Munſterus 3. Coſmograph 87.

MAHOMETES TVRCICVS VATES. ÆRA TVRCARVM. ALBOINI interitus. CLEPHO, 2. Rex Longobardorum. DVCES eorum decem. Mirus Gallæcienſium Sueuorum Rex. IMP. Orientis, TIBERIVS CONSTANTINVS. Longobardi & Saxones, contra Francos. Roma, nequicquam à Longobardis obſeſſa. Columbanus, Galliarum & Sueuiæ Doctor Chriſtianus. Perſicum bellum.

Pelagius 2 Papa.

CAPVT IX.

Machometus, Turcarum Vates. Alcoranum Turcicum. Turcarum æra numeralis. Alboinum ſtultitia ſua perdit.

ANNO 571. Septemb. 21. natus perhibetur Arabs Mahometus, Saracenorum Princeps: qui poſtea ex Iudaica & Chriſtiana religione, Turcicam Alcoranum compilauit. Ab huius χεϛοπροφήτου *anno ætatis 22. (qui eſt Chriſti 593.) ſumitur æra (principium numerationis annorum) Turcarum. Nam 1577. Domini, Turcæ numerabant annum 984. ſui prophetæ Mahometi.*

Anno 574. Poſt maximas res geſtas, felicitatem ſuam Rex Alboinus imprudenti facto vertit omnem. Quodam enim die, Veronæ in conuiuio hilarior ſolito vxori Roſimundæ propinans ex poculo, quod ex cranio patris eius occiſi more gentis fecerat, Bibe, inquit, hilarè cum patre tuo. Deſcendit altius id Dictum in pectus mulieris, bibere coactæ: atq; de vindicando cogitauit. Erat Helmechildus Longobardus, forma & armis præclarus iuuenis. Cui cùm Gynacei puella, ab eo adamata, gratificari nollet: ipſa ſe Regina, habitu eius virginis, amatori ſubiecit eiq; ſcelere patrato, ſe detexit: ad Regisq; cædem, & ſeſe cum Regno accipiendam adhortata eſt: niſi Regi delatus, fœda morte perire mallet. Sappi, c'hai ſtuprato (vt loquitur Bernad. Corius) la moglie del Rè. Onde ſarai vociſo: ouero quello vcciderai. Tunc ille, quamuis inuitus Alboinum, qui ſomnum capiebat, calendis Octobr. aggreſſus, vulnerauit: ac reſiſtere conantem occidit. Muliere adulterum Longobardis Regem imponere conata: illi, fortiſſimi Domini ſui mortem indigniſſimè ferentes, arma potius minati ſunt. Tunc ipſa cum Helmechildo, & Regis filia Albiſuinda, Aulicoque Peredeo (poſtquam re ad Exarchum Longinum delato, nauigium ab eo accepiſſent) omni cum Longobardico bellis parto, theſauro: ab Atheſi per mare Adriaticum vecti, Rauennam appulerunt. Ibi à Longino benigniſſimè habiti ſunt: multa per aliquot menſes machinati: quomodo Longobardi ex Italia pelli poſſent. Roſimunda, omni genere blandi-

Roſimundæ ſcelus.

tiarum

tiarum ab Exarcho delinita: ſpe coniugi eius, ſi Helmechildus de medio remotus eſſet, accepta: huic è balneo exeunti, amoris ſpecie venenatam potionem porrexit. Cuius cùm ipſe bonam partem bibiſſet: moxq́; veneno ſe infectum ſentiret: illam, gladio in pectus eius intentato, reliquum ebibere coëgit. Ita breui temporis ſpacio, malus vterq́; malè perijt. Qua re gauiſus Longinus, Albiſvindam, Peredeum, & theſaurum, Conſtantinopolin ad Imperatorem miſit.

Perit ipſa cum adultero ſuo.

Suffectus eſt à Longobardis CLEPHO, ſecundus Rex: vir nobiliſſimus, ſed in Italos crudelior. Eum miniſter quidam ſuus, ſequenti anno interfecit.

Clepho, Rex 2.

Anno 575. Longobardi, comitijs habitis, triginta DVCES loco Regis crearunt: cuiq́; ſuâ vrbe ad gubernandum conceſſa: vt Mediolano, Alboino: Ticino, Zabano: Tridento, Eoino. Durauit hæc ἀριστοκρατία, *ſiue optimatum gubernatio, decem annos.*

Longobard. Duces XXX.

Hoc tempore in Hiſpania Rex Gallaciæ Sueuicus erat Mirus, vel Miro: qui ſecundo Regni ſui anno Rucconibus bellum fecit: & attritis ſpoliauit opibus. Huic Gotthorum Rex Leouigildus, moleſtus fuit: orantique per Legatos exigui temporis pacem indulſit.

Mirus Sueuus, Rex in Hiſpania.

Anno 576. Duces Longobardi, diuiſo inter ſe Italiæ Regno, valdè importunè ſe geſſerunt (ὀλιγαρχικῶς, οὐκ ἀριστοκρατικῶς) *nobilibus & plebe vexandis: Templis & Monaſterijs expilandis: qua immanitate Saxones offenſi fuerunt.*

Obijt hoc anno Conſtantinopoli, 6. nonas Octob. Imp. Iuſtinus. Succeſſit, antè ab eo deſtinatus, IX. IMP. CÆS. TIBERIVS ANICIVS CONSTANTINVS, P. F. Aug. qui ferè 7. annos imperauit, vir pius & ſapiens.

Tiberius, Conſtantinus, Orient. Imp. 9.

Anno 577. Longobardi Duces, ſucceſſu rerum elati, captis ſubalpinis oppidis, Alpes tranſgreſſi, in Franciam irruerunt: proxima quæque diripuerunt: Prouinciæ præfectum, Amatum nomine, acie congreſſum interfecerunt: ſed viciſſim à Guntranni Duce Mummolo victi ſunt.

His temporibus adhuc viuebat Metenſium Rex Sigebertus: qui partim Sueuos intra ſuos fines habitare coëgerat: partim eis loca Saxoniæ & VVeſtphaliæ attribuerat. Res, inquieta. Quia enim Longobardi in Franciam irruperant, vt dictum eſt: Saxones etiam, ipſorum commilitones, belli prædæque ſtudio Alpes tranſierunt. Sed turpiter à Mummolo, illò, vnde venerant, reiecti: cùm Sigeberto pacem iunxêre: cùm à Guntranno irato, conditiones æquas impetrare non poſſent: & Longobardis, quicquid Italiæ caperent, ſui iuris facientibus: ipſi, qui periculorum participes fuerant, in partem æquam non admitterentur. Iam ergo veterem in patriam redire cogitabant, Sueuis antea conceſſam. Qua de re poſterius.

Sigebertus, Metenſis R.

Anno 578. Claſſem, oppidum non longè à Rauenna diſtans, Longobardus Dux Furoaldus capit, ſpoliat, contra Exarchum Longinum præſidio firmat. In Gallia, Sigebertus ſcelere Fredegundis, vxoris Chilperici, hoc tempore, aut non longè poſt, occiſus eſt: cui ſucceſſit Hildebertus F. in Burgundia, Alemannia, Oſtrofrancia, & reliqua Auſtraſia.

Claſſis oppidum.

Anno 579. & ſequenti, Longobardi, communi conſilio bellantes, multa oppida Romanis eripiunt: ipſam denique Romam, famelicam obſident. Mortuo ibi Pontifici Benedicto, ſubrogatus eſt Pelagius 2. ciuis Romanus: qui, cùm per arctiſſimam vrbis obſidionem, mitti Conſtantinopolin de more nuncius non poſſet: extemplo ſine Imperatoris auctoritate (teſte Sigonio) eſt conſecratus. Sic ergo penes Imperatorem tunc erat, Papas conſtituere. Tandem, vrbs fame, frumento ab Auguſto, ſummiſſo, releuata: obſidionem hoſtes ſoluerunt.

Roma fruſtrà à Longobardis obſeſſa.

Circa hæc tempora, Chriſti religio in Alemanniam, Sueuiam, Rhætiam, liberius fuit introducta: prædicantibus S. Columbano Scoto (alijs, Hyberno) & ſocijs. Cùm enim Monaſtica vita dudum apud Hybernos, Anglos, Scotos: & per S. Benedicti Diſcipulum Maurum apud Gallos, initium ſumpſiſſet: Columbanus, traiecto Britannico mari, in Gallias vênit: ibi per multos annos Chriſtum docuiſſe fertur. Comites eius erant, S. Gallus, Euſtaſius, Agilus, & alij. In Zurichgouiam autem & Turgouiam, adiunctaq́; loca, ad Alemannos profectus: cùm eos Numini ſuo Nudano (quod alij Mercurium appellant) vas capaciſſimum, ceruiſiæ plenum, oblaturos vidiſſet: magna indignatione commotus, illud vi ſpiritus ſui inflatum confregit, ceruiſiamq́; profudit. Petrus de Natal. in vita eius, vinum, & cupam 50. cadorum, fuiſſe ſcribit. Tunc plurimi ab ethnicis erroribus, ad fidem Chriſti conuerſi fuêre. Idem & Boijs; atque Venedis ſeu Sclauis, pietatis Doctor extitit. Habitauit autem (Theodoberti, Franci in Auſtraſia Regis, conceſſu) Brigantini lacus oram: vbi poſtea, oppidum S. Galli. Brigantij docuiſſe triennium dicitur, ipſe &

Sueuia Chriſtianiſmus. S. Columbanus. S. Gallus. Nudanus. Mercurius.

Genzo, Sueuiæ Dux.

Gallus: ſed expulſus eſſe à Sueuiæ Duce: ſiue is ſit Genzo, ſiue alius. Ergo in Galliam redijt. Regi deinde Theodorico & Brunichildi (vt ſequenti libro dicetur) iratus cedens: in Italiam, ad Reginam Theodelindam abijt: relicto in Sueuia Gallo febri tunc laborante: à quo morbo poſtea conualuit, & in officio perrexit. Reperiuntur hæc ferè in Speculo Vincentij, lib. 22. cap. 7. & Auentini lib. 3. ac 5. Stumpfij 4.

Anno 580. cùm Perſæ antea, imperante Iuſtiniano & Iuſtino, vrbes aliquot Impe io eripuiſſent: Mauricius, victoria iterum potitus, eas recepit. Ideo Imp. Tiberius ei filiam ſuam Conſtantiam in matrimonium dedit.

Mortuorum memoria, in miſſa.

Anno 581. erat Epiſcopus Rom. Pelagius 2. qui ſanxit, vt memoria defunctorum fieret in omni Liturgia, ſiue Miſſa poſt eleuationem hoſtiæ.

SVEVORVM ET SAXONVM, DE PARTE SAXONIÆ BELLVM.

Orientis, Imp. MAVRICIVS. Auares. Exarchus Italiæ 2. SMARAGDVS.
Drotula Sueuus, contra Longobardos.

CAPVT X.

Saxones ex Italia à Longobardis diſcedunt in patriam.

Ibi erant Sueui.

ANNO 582. Saxones, qui cum Longobardis in Italia militabant, pertæſi alienum imperium: vt qui ſe ad libertatem natos arbitrarentur: de redeundo in patriam conſilium ceperunt: accedente Francorum Regum non obſcura ſuggeſtione: cur Longobardis ſubeſſe vellent, cùm alijs imperare poſſent: Vrebat videlicet Francos gloria Longobardorum: qui dominam gentium Italiam, ita facili ſubiecissent: terrori que eſſent vicinis gentibus. Ideo, vt eorum potentiam imminuerent: Saxones ab illis auulſos cupiebant. Hi itaque, deſertis Longobardis, cum coniugibus & liberis patrium ſolum repetituri, rurſus Alpes tranſeunt: tranſitu pecunijs redempto à Mummolo. Per Mediomatricum deinde Regis ditionem itinere facto, Rhenoque tranſito: antiquas ſedes repetunt, quartumdecimum iam annum à Sueuis, Francorum Regum voluntate, poſſeſſas. Charitate proinde aſſuetudineque ſoli cœlique deuincti erant Sueui: numeroque eorum, noua ſobole auctus. Belli tamen artibus hi, & virtute, ſe tot tamque longinquis bellis exercitatæ Saxonum genti, pares non exiſtimabant. Galliæ Reges, partim fauebant Saxonibus: partim, cùm Sueuos e Saxonicis partibus rurſum expellere, iuſtè ibi habitantes: parum videretur pium, diſſimulabant. Verùm, Saxones vincerentur à Sueuis, an vincerent perparui eorum intererat (vt & Græci Imperatoris) quòd tamen ſic ad Longobardos reuerſuri non eſſent.

Cum igitur Saxones terram ſuam repeterent: Sueui, ne ab eis expellerentur, ſed vnà habitarent, tertiam partem regionis illis obtulerunt. Recuſantibus, dimidiam concedebant. Quam cùm etiam recuſarent: duas partes reddere voluerunt, tantùm tertiam ſibi retinendo. Nondum contentis, pecora quoque offerebant. Saxonibus omnia recuſantibus: ventum eſt ad prælium. In quo cæſa feruntur (Gobelino auctore in Coſmodromij ætate 6 cap. 29.) Saxonum XX. millia: Sueuorum verò ſexies mille, quadringenti, & octaginta. Etſi alibi tantùm 480. cæſi reperiuntur.

Bellum inter vtroſque.

Reſtabant ſex millia Saxonum: qui vouerunt, ſe nec capillos, nec barbam, inciſuros: priuſquam de Sueuis vindictam ſumpſiſſent. Verùm altero prælio adeo attriti fuerunt: vt poſtea quieſcentes, ſimul habitauerint. His ſimilia lib. 1. Franc. hiſtor. ſcribens P. Æmylius: Legatos Sueuorum, inquit, primùm dimidiam agri, deinde duas partes, ad poſtremum & omnem, reddentium: dum remigrandi cum his, quæ agere ferreque poſſent, poteſtas fieret: Saxones aſpernati, tantum ex deſperatione rabiei furoriſque, potiùs, quam virtutis, genti iniecêre: vt, cùm in aciem deſcenſum eſſet: ab eis ad internecionem cæſi ſint: impotentiâ, & improuidâ rerum ſuarum fiduciâ, talem exitum nacti: ac ne vltorem quidem mortis, hæredemue cauſæ ſuæ, adepti. Cum Saxonibus cæteris, qui domi manſerant, pax Sueuis fuit. Hæc iſti quibus inſecutam attexit Krantzius.

Sueui, victores.

Ventum eſt (inquit Saxoniæ lib. 1. cap. 30.) ad prælium (cùm nullis ad compoſitionem, & pacem, rationibus adduci à Franco Rege Saxones potuiſſent) in quo prælio ſuperatis & magna internecione cæſis, Saxonibus. manſit regio Sueuis. Poſtea tamen Saxones (cùm Franciæ Reges alijs bellis impliciti eſſent) arma vndecunque potuêre, contraxerunt: & cum Sueuis de integro congreſſi, exturbarunt eos regione: atque in patriam, armis recuperatam, vxores & liberos inuexerunt. Eiectos autem Sueuos, inſuper hac contumelia affecêre: quòd ſanxerunt lege: vt quotquot Saxonici generis mulieres Sueuis denupſiſſent: alienæ eſſent (ipſæ & liberi) à ſucceſſione paternâ. Ac rurſus in ſuis conſuetudinibus (quas poſtea ſpeculo Saxonum indiderunt)

Ad extremum, Sueui Saxonia expulſi.

cùm

Cùm Carolus Francorum Rex & Roman. Imperator, autoritate (vt ferunt) interpoſita confirmaret: mulierum conditionem in multis, eam ob rem fecêre deteriorem.

Eodem 582 anno Prætextatus, Rhotemagenſis in Gallia Archiepiſcopus, ab Hilperio R. in Inſulam Oceani Conſtantienſis diœceſis relegatus eſt: quòd eo adiuuante, Hilperici filius Meroueus Brunichildem, patrui ſui Sigeberti, qui Hilperici frater fuerat, vxorem duxiſſet. Hæc eſt alia Conſtantienſis diœceſis: in Sueſſionibus ſcilicet Belgarum, vbi & Rhotomagus: non autem noſtra Alemannicæ Podamici lacus Conſtantina.

Conſtantinienſis Diœceſis in Belgio.

Anno 583. die Aug. 14. Tiberius Imp. cùm mori fructum comediſſet, in tabem incidens, diem ſuum obijt: ſed antè conuocato Senatu & exercitu, imperium genero ſuo Mauricio tradidit. Factus ergo eſt X. oriens IMP. CÆS. TI. FL. MAVRICIVS, P. F. Aug. Coronatus ab Ioanne 4. Patriarcha Conſtantinopolis, cognomine Ieiunatore. Gubernauit imperium ad annos XX. Fuit natione Cappadox, ætate media, robuſtus, albo corpore, facie rotunda, ſubruffus, recaluaſter, naſo & barba ſatis magna: more Romano barbo tondere ſolitus.

Mauri... [margin note partly cut off]

Auaribus (Hunnis, quorum Rex tunc erat Chaganus. Vel Cacanus, quod Hunnis Regem ſignificat) quibus Imperatores quotannis pacis causâ dabant LXXX. Aureorum millia: Mauricius inſtantibus, XX. millia addidit: ac deinde iterum, tantundem.

Auares. Cacanus.

De Longobardis Italiâ pellendis, varia conſilia inijt: præſertim Pelagio Papa eum de illorum aſſiduis iniurijs, per literas edocente. Longinum igitur, vt parum rebus tantis idoneum, reuocauit. Habuiſſe is fertur ad raptus virginum & matronarum, ſceleratos emiſſarios: qui appellati ſunt γυναικοθῆραι, fœminarū vulturij. Quos ex Plauto feles virginarias nominare poſſis. Qualis etiam C. Verris Rubrius, in 3. Verrina fuiſſe à Cicerone ſcribitur. Præfecit in locum eius, Imperator, Smaragdum Patricium: qui cum firmo copiarum ſupplemento Rauennam aduênit. Fuit hic SMARAGDVS, ſecundus ibi Exarchus: vir rei militaris peritus, & impiger. Hic bellum Claſſenſe, à Longino cœptum, fortiter, continuauit: & hoſtes ſæpe cecîdit. Droctulfum autem (alijs, Drotulam) vnum ex XXX. Longobardorum Ducibus, virum bello egregium, ad Romanorum partes traxit: natione Sueuum, puerum olim à Longobardis captum. Qui intelligens, Longobardos ægrè ferre Sueuorum de Saxonibus victoriam ſuprà dictam: quaſi ea Francorum augeret vires: ſibi timebat. Simul etiam occaſionem veteris ſuæ fortunæ vlciſcendæ quærebat. Itaque haud difficulter, vt ad Romanos tranſiret, adductus eſt. Hunc Droctulfum Smaragdus aduerſus Feroaldum Longobardum Ducem, Claſſenſe oppidum tenētem, armauit. Qui Brixillum, ad Padum oppidum Longobardus non cauentibus, cepit.

Longini Exarchi libidines ea. Γυναικοθῆραι. Smaragdus, Exarchus 2. Drotula Sueuus. Droctulfus. Brixillum.

LONGOBARDORVM PACIFICA CVM AVG. MAVRICIO ET Francis actio. Leouigildi in Hiſpania contra filium bellum, adiuuante Mirone Sueuorum Rege. AVTHARIS, Longobardorum Rex 3. Drotulæ Sueui geſta. Finis Sueuici in Hiſpania Regni, Hilperici Franci R. cædes.

CAPVT XI.

ANNO 584. cùm Longobardi ſibi à Francis metuerent: quos Imp. Mauricius contra eos excitare moliebatur: per duodenos Legatos pacem ab vtriſque ſibi redimendam duxêre: Francis ſe tributo 12 millium ſolidorum quotannis deuincientes.

Hoc tempore Leouigildus, Viſigothorum Hiſpanienſium Rex exercitum contra tyrannidem filij ſui Hermenegildi collegit. Deſponderat ille huic quadriennio circiter antè, filiam Francorum Regis Sigeberti Iugundin (al. Ingundin) & prouinciæ partem ad regnandum tribuerat. Filius rebellionem culpâ Reginæ Goſuinthæ faciens ſe in ciuitatem Hiſpalin contulerat: alijs ciuitatibus, in ſocietatem belli pellectis. Pater igitur Leouigildus, Hiſpalin & filium graui obſidione preſſit. Ei miro, Sueuorum Rex, ad expugnandum eam vrbem ſubſidio venit: in eaq; obſidione diem extremum clauſit: cui Eburicus filius, ſiue Eboricus, in Regno GALLÆCIÆ ſucceſſit.

Leouigildus Rex in Hiſpan. contra filium Hermenegildum. Goſuintha. Eboricus, Sueuus Rex.

Sequenti anno Leouigildus Hiſpalin expugnauit: ciuitates & caſtella, à filio vſurpata, recepit: nec multò pòſt cepit ipſummet Cordubæ: quem Regno priuatum, Valentiam in exilium miſit. Altero pòſt anno, Hermenegildus in vrbe Tarraconenſi a Sisberto interficitur, nocte Dominicæ reſurrectionis, ſecuri capiti impacta. Eum, vt martyrem, pro fide Catholica à patre AREANO occiſum, Hiſpani colunt: vt mirum ſit, iniqua de ipſo literis mandata eſſe. Patrem poſtea facti pœnituit: & in ſententiam Catholicorum tranſijt. Hæc, ex Vaſæo &

Hermenegildus, Hiſpanorum martyr.

X 4 *Iſidoro.*

Iſidoro. Sed libet quoq; recenſere illa: quæ plura, & alicubi diuerſa, de his rebus, lib. 5. & 6. à Greg. Turonenſi ſcribuntur.

Ariana perſecutio in Hiſpania.

Goiſuintha.

Magna (580. circ. anno) inquit, in Hiſpanijs perſecutio fuit. Multi, exilio mulctati, facultatibus priuati, fame macerati, carceri mancipati, verberibus affecti, diuerſis ſupplicijs trucidati. Caput huius ſceleris, Goiſuintha fuit: quam poſt Athanachildi Regis connubium, Rex Leuuichildus acceperat. Sed quæ Dei ſeruis notam humilitatis inflixerat: perſequente vltione diuina, ipſa quoque eſt omnibus populis facta notabilis. Nam vnum oculum nubes alba contegens, lumen, quod mens non habebat, pepulit à palpebris. Erant autem Leuuichildo, ex alia vxore duo filij: quorum ſenior, Sigiberti: iunior, Chilperici Regis filiam ſibi deſponſauerat. Sed Ingundis, Sigiberti Regis filia, cum magno apparatu in Hiſpanias directa (miſſa) ab auia Goiſuinta cum magno gaudio eſt ſuſcepta. Illam hæc non diu paſſa eſt, in religione catholica commorari: ſed, vt rebaptizaretur in Arriana hæreſi, blandis cœpit ſermonibus inlicere. Illa viriliter reluctans, Sufficit, inquit: me ſemel ab originali peccato ablutam ſalutari Baptiſmo fuiſſe: & ſanctam Trinitatem in vna æqualitate, eſſe confeſſam. Hæc me credere ex toto corde, confiteor: nec vnquam ab hac fide ibo retrorſum. Auia, his auditis, iracundiæ furore ſuccenſa, apprehenſam capitis comâ puellam, in terram illiſit: & diu calcibus pulſatam, ac ſanguine cruentatam ſpoliari (veſte exui) iuſſit, & piſcinæ immergi. Nunquam tamen ea (vt aſſerunt multi) animum ſuum à fide ſua reflexit. Leuuichildus autem dedit eis vnam de ciuitatibus: in qua reſidentes, regnarēt. Quò cùm abijſſent: cœpit Ingundis prædicare viro ſuo: vt, relicta fallaci hæreſi, catholicæ legis veritatem agnoſceret. Quod ille diu recuſans: tandem tamen prædicatione eius conuerſus eſt: &, dum chriſmaretur, Ioannes nominatus. Quo audito, Leuuichildus conſilia eius perdendi quæſiuit. Ille, re intellecta, ligauit amicitiam cum Imp. Tiberij Præfecto: qui tunc Hiſpaniam impugnabat. Iuſſit per nuntios Leuuigildus, filium ad ſe certas ob cauſas venire. Recuſauit ille, quòd pater ſibi infenſus eſſet. Hic ergo præfectum Imperatorium, datis XXX. millibus ſolidorum, à ſocietate filij auocauit. Hic à Græcis derelictus, in Eccleſiam vicinam ingreſſus: aduentum patris aduerſum ſe deprecatus eſt. Nefas enim eſſe, alterutrum ab altero interfici. Pater, miſſo fratre eius, ipſum ad ſe vocauit: atque proſternentem ſe ad pedes ſuos ſubleuauit: & oſculatus eſt: blandiſque ſermonibus, ad caſtra duxit. Mox verò indumentis ſpoliatum & vili veſte indutum, in exilium vno cum puero miſit.

Ingundis.

Ingundis.

Confeſſio fidei, contra Arianiſmum.

Chriſmari.

Mirus, Sueuus Galliciæ R.

Eo anno Mirus quoque, Rex Gallicienſis Legatos ad Regem Francicum Gunthерamnum (al. Guntrannum) miſit. Cumq; per Pictauum agrum iter facerent: quem tunc Chilpericus Rex tenebat: nunciatum hoc eſt ei. Ipſe interceptos, Pariſijs cuſtodiri præcepit. Qui poſt annum dimiſſi, domum redierunt. Hæc libro 5. Gregorij.

Sequenti tempore, rurſus bellum fuiſſe inter Leuuigildum & Hermenichildum: ac patrem filio, cum Ducibus Imp. Tiberij coniuncto, ciuitatem Emeritam eripuiſſe: libro 6. ab eodem Turonenſi ſcribitur.

Idem poſtea ait: Legatos, qui in Hiſpanias miſſi ex Gallia fuerint, nihil certi renuntiaſſe: eò quòd Leuuichildus, contra filium in exercitu reſideret.

Et inſequentibus de nono Chilperici R. anno: Legatos eius renuntiaſſe ex Hiſpanijs: inimicitias illas inter patrem & filium, vehementer augeri. Ibi & alibi, non arborem, non vineam, non ſyluam, non fructum, non viride quicquam, remanſiſſe: quod non à locuſtis fuerit depaſtum.

Patri cum filio bellum.

Offer caſtrum.

Rurſus, cùm Herminichildus patri infenſus eſſet: & in ciuitate quadam Hiſpaniæ cũ coniuge reſideret: ſolatio (ope) fretus Imperatoris, atque Mironis Gallicienſis Regis: patrem ad ſe cũ exercitu venire cognouit conſiliumq; inijt: qualiter venientem aut repelleret, aut necaret: neſciens miſer, iudicium ſibi imminere diuinum: qui contra genitorem, quamlibet hæreticum, talia cogitaret. Habito ergo tractatu de multis virorum millibus: trecentos viros elegit armatos: & intra caſtrum Oſſer (in cuius Eccleſia fontes diuinitus complentur) includit: vt ſcilicet primo impetu, ab his pater territus, ac laſſatus: facilius ab inferiori manu, quæ erat plurima, vinceretur. Quibus dolis Leuuichildus cognitis: cogitatione maxima fatigatur. Si, inquit, illuc cum omni exercitu abiero: conglobatus in vnum exercitus, aduerſariorum iaculis crudeliſſimè ſauciatur. Si verò cum paucis vadam: virorum fortium manum nequeo ſuperare. Tamen cum omnibus ibo. Itaque accedens ad locum, viros protriuit, caſtrumq; combuſſit. Partâ victoria: cognouit: Mironem Regem contra ſe cum exercitu reſidere. Quo circundato: ſacramentum (iuſiurandum) exigit, ſibi in poſterum fore fidelem. Sic datis, inuicem muneribus: domos ſuas ſunt egreſſi. Miro, poſtquam in patriam redijt: non multos poſt dies conuerſus ad lectulum, obijt. Infirmatus enim fuerat ab aquis

Hiſpaniæ

Hiſpania malis, aëreque incommodo. Quo defuncto, filius eius Euricus, Leuuichildi R. amicitiam expetiit: datoq́ vt pater fecerat ſacramento: Regnum Gallicienſe ſuſcepit. Leuuichildus filium ſuum cepit: & Toletum adducens, exilio condemnauit: ſed vxorem eius à Græcis recipere non potuit. Hæc hactenus commemorata ſic breuius Æmylius eſt complexus, lib. I.

Euricus, Galliciæ Rex.

Childeberti ſoror Ingundis, Hermengildo Lemugildi, Viſigotthorum Regis, maiori filio nupſerat. Regia ea ſectam Arrianam æmulabatur. Sanctitate vxoris Francæ, & Leandri Epiſcopi Hiſpalenſis voce, Hermengildus adductus religionem noſtram profeſſus: metu patris, ob id iraſuccenſi: cum Mirone Gallæco Rege & ducibus, quibus à Mauricio Hiſpani limitis cuſtodia credita erat, fœdere icto: vxorem è recenti partu languentem filiumque infantem, apud eos depoſuit: ipſe Emeritam conceſſit, cum quingentis delectiſſimis viris. Pater, ea paucitate contempta: priuſquam ad fauorem maieſtatis filij plures confluerent, iuſtusq́ exercitus fieret, adueniens eum comprehenſum ſecuri percuſſit. Nurus, ab Auguſti Ducibus in Africam cùm filio tranſuecta eſt. Spes recuperandæ ſororis, Childebertum (qui antea in partes Longobardorum inclinauerat) amicitiæ Auguſti reſtituit. Ipſe de iniuria viri ſororis vlciſcẽda conſiliũ cepit. Hæc, ex illo Fuit valde celebris illo tempore Epiſcopus Leander: qui Sueuos etiam ſalutari aqua perfudit. Silbertus, ille interfector Hermenegildi, inſecuto tempore turpiſſima morte interijt. Ermigildum Gregorius M. 3 Dialog. 31. martyrem beatum oſtendit.

Arianiſmus, in Hiſpania.

Leander Epiſ.

Ermigildus martyr.

Audeca.

Anno 585, cognatus Eurici, Sueuorum in Hiſpania Regis, Auduca (vt Gregorius Turon. ſcribit) qui ſororem illius deſponſatam habebat, cum exercitu venit: apprehenſumq́, Clericum fecit: ac Diaconatus ſiue Presbyterij, ei imponi honorem iuſſit. Ipſe verò accepta ſoceri ſui vxore, Gallicienſi Regnum obtinuit. Eandem non Vaſæus, ex Ioan. Abbate his verbis commemorat. Andeca in Gallæcia, Sueuorum Regnum cum tyrannide inuadit, & Siſeguntiâ relicta Mironis Regis, in coniugem accepta, Eboricum Regno priuat: & in Monaſterium retrudit: ac Monachum facit.

Andeca.

Eodem anno, quia Græcus Imperator Childebertum Francum Regem, in Longobardos incitabat ipſi exacto Ducum decennio, Regium ſibi dominatum reſtituendum exiſtimarunt: præſertim Feroaldo, contra quem Sueuus Droctulfus miſſus erat, cum ſuis copijs occiſo: multiſq́ ciuitatibus ad Smaragdum deficientibus.

Sic factus eſt tertius Longobardus R. FLAVIVS AVTARIS, Clephonis F. qui A. quinq́. & M. ſex, regnauit. Æmylius Autharin vocat & Gregorius M. Autharith: quem, ne fandiſſimum appellat: quòd in Paſchali ſolennitate (Indict. 8. Chriſti 590.) Longobardorum filios, in fide catholica baptizari prohibuerit: pro qua culpa eum diuina maieſtas extinxerit; vt ſolennitatem Paſchalem vlterius non videret Lib. I. Epiſt. 17. Indict. 9 menſe Decembri. Hic Rex, Droctulfi defectionẽ, Et Brixilli amiſſionẽ ægrè ferens, mox, Regno nondum Conſtituto, Brixillũ obſedit. Cuius obſidio cùm Droctulfi virtute in longum extenderetur: ea interim adminiſtrauit, quæ ad formandum Regnum pertinebant. Inſtituit inter alia, vt antiquo Imperatorum exemplo, Reges Flauij nomine appellarentur. A criminibus flauis vocantur Flauij. [illegible] Brixillum interea, terreſtri naualiq́ molimine acerrimè oppugnabatur: ſed à Droctulfo & ſubſidiarijs fortiter defendebatur. Ad extremum tamen, nimia vi ingruente territus, deditionem oppidi, ea conditione fecit: vt & ipſe & præſidium, cum ſalute diſcederent. Autharis muros oppidi deiecit: ne poſtmodum receptaculo hoſtibus eſſet. Droctulfus Rauennam ſe ad Exarchum recepit: qui claſſis oppidum obſidens aſſiduè oppugnando fatigabat: idq́, veniente Droctulfo, manu & conſilio promptiſſimo viro multo magis. Cùm autem terreſtri impetu capere non poſſet: claſſe de conſilio eiuſdem adortus, vacuum à mari propugnatoribus per Scalas admotas cepit.

Autharis, vel Autharit, Longobard. Rex 3.

Flauiorum prænomen.

Brixilli recuperatio.

Claſſis op. capitur.

Anno 586. Leouigildus Galliciam vaſtans, Audecam Regem capit, ac Regno exuit: Sueuorum gentem atque theſauros, Gotthicæ ditionis facit. Audeca, tonſus eſt: & pro Regno honore Presbyterij ornatus. Ita, quod Eborico Regi ſuo fecerat: ipſe viciſſim paſſus eſt: & in vrbem Pacenſem, tanquam exul, relegatus.

Andeca Rex, tonſus.

Hic fuit finis Regni Sueuorum Hiſpanienſis: poſtquam 176. annos duraſſet. Ipſi autem ibi Sueui, [illegible]: Hiſpanis coaluerunt, in Hiſpanorum naturam abſorpti ſunt: ita quidem, vt nomen eorum ibi euanuerit.

Sueuici Regni in Hiſpan. finis.

Eodem anno, in Gallia Chilpericus vel Hilpericus vel Rex, libidinum & crudelitatis nomine famoſus: quarto menſe poſtquam filiolo Chothario auctus fuiſſet: ab vxore adultera Fredegunde

Hilpericus R. ab vxore occiditur per adulterum.

Fredegundis adultera. degunde occidendus curatur. Dum enim hac forma intenta capillum in ſole ſiccat pectitq́; à marito furtim accedente, virgâ leuiter à tergo percutitur. Tunc ridens, mi Landriche, inquit, à fronte
Landrichus. vir fortis eſto. Mox diſcriminatis capillis, conuerſa, maritum cernit, & attonita ſilet. Ille caput
Conneſtabilius. quaſſans, venatum exit. Landrichus, Procerum Pulcherrimus, Magiſter equitum (cōneſtabilius, comes ſtabuli) edoctus continuò à Regina: eam ſuo indicio, vt foricem, periiſſe: duos percuſſores, periculi à ſe & Domino auertendi cauſâ, exemplò parat: qui ſera nocte redeuntem, feſſum & mæſtum confoderunt: bellâ ſimulatione, quaſi cædes ab externis inſidijs eſſet facta. Proinde ſe, inſequen-
Cala vicus. tium & quærentium latrones turbæ immiſcuerunt. Factum hoc, apud Calam vicum, ferè centum à Pariſiorum vrbe ſtadijs.

CHILDEBERTVS PRO IMP. MAVRICIO CONTRA LONGOBARdos. Duces Sueuiæ. Theodelinda Bauara, Regi Authari nupta. Exarchus Italiæ III. ROMANVS. Childeberti Franci exercitus, magno prælio à Longobardo Authare victus. Contentio Pontificum de titulo Oecumenici, & primatu. Beneuentanus Ducatus. Authcris ſponſa Theodelinda. Aquarum inundatio in Italia, & Iguinaria. Denuò Italica Childeberti expeditio. Septiformis Litania. Longobard. Rex 4. AGILVLFVS, cui Theodelinda nupſit. Longobardi, catholici facti. Roma nequicquam obſeſſa.

CAPVT XII.

Childebertus, Franciæ R. ANNO 587. *Childebertus (Hildebertus, Huldwdrt) Sigeberti F. (qui patri ſucceſſerat in Oſtrofrancia, Alemannia, Burgundia, Mediomatricibus) ſicut præcedente, ſic etiam hoc anno, inſtinctu Imp. Mauricij, in Italiam contra Longobardos miſit exercitum firmum, Alemannis & Francis conſtantem. Sed ſicut antea ipſum Rex Autharis muneribus placauerat: ita tunc quoque ſeditione inter Francos & Alemannos orta, nihil effectum eſt. Quo tempore Dux Bauariæ fuit Theſſalonus. Alemanniam autem, & Sueuiam, Dux Luitfridus (Leutfried) nomine Hildeberti R. adminiſtrabat. Hic Dux poſtea (circ. 590.) cum alijs quibusdam Primoribus Hildeberti, contra ipſum conſpirauit Qui plerique ab eo Rege comprehenſi, ſupplicio affecti fuerunt: excepto Luitfrido, qui euaſit, vbique ſe abſcondens. Subſtitutus pro eo Dux Vncelenus Alemannis*
Theſſalo, Bauaria Dux. *eſt. Annonius lib. 3 cap. 77. De quibus rebus, Auentinus lib. 3. ſic ſcribit. Dum Theſſalo, Dux Boiorum, domo abfuerit in Gallia (Sigebertum iuuans contra fratrem Hilpericum) tunc Bauari Theodoperti Reguli F. Gariualdam (al. Garibaldum) Ducatum Bauariæ intercepiſſe: tanquā cum Sigeberto ſimul Theſſalo perijſſet: &, contemptâ Hildeperti pueritia, pro Duce ſe Regem appellaſſe. Deinde, vt opes firmaret ſuas: filiarum vnam, in matrimonium dediſſe Longobardorum*
Theodelinda. *Duci Tridentino Euino: alteram, Theodolindam (Theudelindam, Dietlin) Vthario Longobardico Regi deſpondiſſe. Theſſalonem domo apud R. Hildepertū exulaſſe. Quem Hildebertum, vbi adoleuiſſet, Argentorati copias coëgiſſe: & cum ijs in Sueuiam veniſſe: vbi Landofredum (Landfried/all Leutfried) rebus deturbauerit: Vncilenumq́; Sueuis impoſuerit. Profectum in Boiariam, Garioualda ſuperato, Theſſaloni Ducatum reſtituiſſe: qui ſe non Regem ſed Ducem, appellaret. Theodelindam ſponſam, cum fratre Gunthlodo, in Italiam fugiſſe: in agro Veronenſi honorificè, non vulgaricū gaudio, exceptos ab Vthario fuiſſe: qui ſtatim ſibi vxorem fecerit Theodelindam. De qua re, poſterius plura.*

Duces & Comites, olim non hæreditarij. *Quoniam de mutatione Ducum modò dictum eſt: teneator hoc, Duces & Comites, non hæreditarios antiquitus fuiſſe: ſed Regum arbitrio ſolitos præfici gentibus ac ciuitatibus: & rurſus, cùm videretur, dimitti.*

Romanus, Exarchus 3. *Anno 588. Smaragdo à præfectura Italiæ amoto: ab Imp. Mauricio ſucceſſor ſubmiſſus eſt, ROMANVS patricius, tertius Italiæ Exarchus.*

Childebertus Francus, vrgente Mauricio, vt tandem promiſſa ſibi contra Longobardos præſtaret: pudore victus: tertia expeditione Italiam petit: ſed graui prælio ab Authare ſuperatus
Oecumenici titulus. *eſt: amplam hinc auctoritatem conſecuto.*

Primatus contentio. *Hoc & ſequenti tempore, titulum Oecumenici, vel Vniuerſalis, Epiſcopi, Conſtantinopolitanus Epiſcopus Ioannes affectabat. Cui, qui biennio pòſt Papa Romæ factus eſt, Gregorius magnus, poſtea contradixit. Vt lib. 4. Epiſt. 32. vel cap. 76. ad Mauricium Aug.*

Patriarcha Oecumenicus à S. Gregorio oppugnatur. *Vir ſanctiſſimus, conſacerdos meus, Ioannes, vocari vniuerſalis Epiſcopus conatur. Exclamare compellor, & dicere:* O tempora, ô mores. *Ecce cuncta in Europæ partibus, Barbarorum iuri ſunt tradita, deſtructæ vrbes, euerſa caſtra, depopulatæ prouinciæ: nullus terram cultor inhabitat:*

habitat: ſæuiunt & dominantur quotidie in necem fidelium, cultores idolorum. Et tamen Sacerdotes, qui in pauimento & cinere iacere debuerũt, vanitatis ſibi nomina expetunt: & nouis, & prophanis, vocabulis gloriantur. Item lib. 6 Epiſt. 30. vel cap. 194. Ego fidenter dico: quia, quiſquis ſe vniuerſalem Sacerdotem vocat, vel vocari deſiderat: in elatione ſua Antichriſtum præcurrit: quia ſuperbiendo ſe cæteris præponit.

Sic tunc contentio de primatu Epiſcopalium ſedium mota eſt. Gregorius autem hic, è contrario ſe nuncupauit SERVVM ſeruorum Dei: quod ab eo ortum, inſequentes Papæ adhuc retinent.

Seruus ſeruorum Dei.

Chlotharius 2 ſiue Lotharius, Chilperici F. infans huic in Sueßionibus ſucceßit (Guntranno patruo, & poſt eum Fredegunde matre, tutelam eius gerente) annosq́ 44. regnauit.

Anno 589. Autharis, Beneuento, & alijs Samnij locis captis: Samnium in formulam Ducatus redegit. Ita Beneuentanus, poſt Foroiulienſem & Spoletanum, tertius factus eſt Ducatus.

Beneuentanus Ducatus.

Cùm ſuperiore tempore ſororem Childeberti ambijſſet in matrimonium Autharis: id fruſtrà fuit: Nam data eſt Ricaredo, Gotthico in Hiſpania Regi: quòd is nuper ad Catholicam fidem acceßiſſet. Hinc illud Gregorij M. Explere loquendo nullatenus valeo gaudium meum: quòd communem filium Recharedum, glorioſiſſimum Regem ad Catholicam fidem integerrima agnoui deuotione conuerſum. Lib. 1. Epiſt. 41. ad Leandrum. Autharis verò, Arianæ ſectæ deditus erat. Ergo Baioarij Garibaldi filiam Theodelindam (vt ſuprà dictum eſt) impetrauit.

Ricardus. Hiſp. Rex.

Autharis, Areianus.

Interim eum iuuenilis ardor (Sigon. lib. 1. de Regno Ital.) ſponſæ viſendæ inceßit. Itaque ſene homine comitatus, ſecretò Veronâ in Baioariam, ſpecie Regij nuntij incognitus properauit. Poſt alia verba, quæ apud Regem fecerunt addidit ſponſus: ſe iuſſum eſſe à Rege ſuo ſponſam viſere: vt illi de forma huius, aliquid certi poſſet renuntiare. Producta eſt: vehementer eam laudauit: vt ſibi ipſa propinaret patrio more, ſe cupere dixit. Fecit ea, patris iuſſu. Autharis, vbi bibiſſet: poculum reddens manum eius digito attigit: faciem dextrâ, nemine aduertente, permulſit. Quęribundæ puellæ iußit bono animo eſſe nutrix: quod ille non auſus fuiſſet hoc facere: niſi Rex & ſponſus eius eßet.

Sponſam ſuam Theodelindam incognitus viſit.

Diſcedens à Rege, cùm fines Italiæ attigiſſet: ſe ſuper equum erexit: ſecuriculam, quam gerebat, totis viribus in arborem aduerſam adegit, inquiens: Sic ferire Autharis didicit: Quo dicto, quis eſſet, ab ignorantibus cognitus, ſtatim viam ſuam auolauit. Das war ein freyes Teutſches Reutterſtück. *Hoc tempore, ex continuis imbribus, menſe Octobri, immenſa aquarum inundatio facta eſt: præſertim Veronæ, vbi Autharis erat. Hinc & campi, paßim in ſtagna conuerſi ſunt: & tecta ſubruta: & hominum pecorumq́ multorum interitus, ortus. Magna ſerpentum vis, cum ingenti dracone, ſecundo flumine Atheſi in mare delapſa: ac poſtea in littus à fluctibus eiecta. Hinc, aëre quoque ex tanta humiditate corrũpto: fœdißima peſtilentia, Iguinaria denuò ſecuta circa idus Nouembris eſt: ac tunc quoque ſternutantibus, ſalus optata & oſcitantibus, crucis ſigno ora munita.*

Inundatio circa Veronam.

Serpentũ copia.

Peſtilentia.

Anno 590. cùm Hildebertus ſuperioris cladis vlciſcendæ cupiditate motus, quartam expeditionem Italicam (XX. Ducibus in diuerſa loca, vt Longobardi diſtraherentur, commiſſam: inter quos, & Sueuica gens) ſuſcepiſſet: prius autem Baioariam per eos peteret. Gundoaldus ſororem Theodelindam in Italiam duxit: quam Autharis, honeſtißimo cum comitatu obuiam progreſſus, in campo Sardis (Sigonio teſte) ſupra Veronam excepit. Ibi idibus Maij, magnificè ſponſalia celebrata.

Sponſa Authari adducitur.

Gundoaldo, in Italia remanenti, poſtea Ducatus Haſtenſis contigit. Haſta vel Aſta, ciuitas Longobardiæ eſt, hodie Sabrido ſubdita. Eſte verò, vel Ariſte (vnde, Duces Eſtenſes) non longè Patauio abeſt. Franci, rebus aliquibus per tres fermè menſes geſtis: cùm nulla Auguſti ex Rauenna venirent auxilia: ipſorumq́ exercitus dyſenteria laborante cæpiſſet: domum ſe retulerunt: Tunc Autharis Francos Reges, Hildebertum & Guntrannum, ad pacem ſecum faciendam adducere cæpit: quòd vterque populus, è Germania ortum duceret: quòd hac concordia, vtrique opibus florentes inimicis terrori eſſent futuri.

Haſta.

Eſte.

Cùm interim peſtilentiæ ſæuitia graſſari non ceſſaret: Romæ poſtea Pontifex Gregorius populum, 4. Calend. Septemb. in BASILICAM S. Sabinæ conuocatum, ad pænitentiam à peccatis, & adlamenta, cohortatus eſt: quòd DEVS nolit mortem peccatoris: ſed vt conuer-

Peſtilentia ſæuiente, Papæ Greg. concio, & proceßio pænitentiaria.

Conuertatur, & viuat. Ipſum dicere: Inuoca me in die tribulationis; & eripiam te: ac magnificabis me. Proinde nemini propter flagitia ſua deſperandum eſſe. Niniuitas, & latronem crucifixum, eſſe pœnitendo veniam conſecutos. Iuſſit quoq;, ſeptiformi letania progredi feriâ quarta (die Mercurij) omnes: contrito corde, & emendatis operibus. Itaque è Templis tunc proceſſerunt hoc ordine.

Litania ſeptiformis.

1. Clerus, cum Presbyteris Regionis ſextæ:
2. Abbates omnes cum Monachis ſuis, & Regionis 4 Presbyteris:
3. Abbatiſſæ omnes, cum congregationibus ſuis, & Presbyteris Regionis 1.
4. Omnes pueri & puellæ, cum Presbyt. Reg. 2.
5. Omnes Laici, cum Presbyt. Reg. 7.
6. Viduæ omnes, cum Presbyt. Reg. 5.
7. Maritæ omnes, cum Presbyt. Reg. 3.

ab ade

S S. Martyrum Coſmæ & Damiani.
SS. Mart. Geruaſi & Protaſij.
S S. Mart. Marcellini & Petri.
SS. Mart. Ioan & Pauli.
S. Protomartyris Stephani.
S. Euphemiæ.
S. Martyris Clementis.

Hæc ſic, apud Greg. Turon. lib. 9. & apud Sigonium. Sed lib. 11. Epiſt. 2. P. Gregorij, Indict. 6. Chriſti 603. hoc ordine iubebantur ire.

Letania
Clericorum,
Virorum,
Monachorum,
Ancillarum Dei,
Fæm. Coniugatarum,
Viduarum,
Pauperum & infantium,

exeat ab Eccleſia B.

Ioannis Baptiſtæ.
Mart. Marcelli.
Mart. Ioannis & Pauli.
Mart. Coſmæ & Damiani.
Mart. Stephani.
Mart. Vitalis.
Sabinæ.

Tunc, origo τῦ κύρι ἐλέισον.

Hoc tempore R. Autharis, Veronâ Ticinum (tunc Papiam dici cœptum: à Papio, vno ſupradictorum XX. Francorum Ducum) profectus, veneno repentè nonis Septemb. perijt. Quis ei id dederat?

Agilulfus, Rex 4.

Succeſſit quartus Rex FL. AGILVLFVS, regnans anno 25. Regnum autem hoc modo adeptus eſt. Longobardi Duces, comitijs Papiæ habitis: poſt variam diſceptationem eò deſcenderunt: vt Theodelinda ſancta & prudens fœmina, cum imperio maneret: ac quem ipſa ſibi è Longobardis Ducibus legeret maritum, is Rex eſſet. Ipſa, communicato cum ſenioribus conſilio, Agilulfum elegit, Taurinatium Ducem, Autharis propinquum: virum corporis animiq; dotibus, ad Regni habenas aptiſſimum. Vocatu igitur Reginæ, in oppidũ Laumellum venit, rei prorſus ignarus. Ibi ipſa in conuiuio magnificè inſtructo, parte poculi hauſta: reliquam, patrio more propinatam, Agilulfo porrexit. Qui, poculo accepto, cùm Reginæ manum venerabundus oſculari vellet: ipſa non ſine iucundo rubore, Atqui Agilulfe, inquit, te non manui, ſed ori ſuauium dare oportet. Nam te ſocium thori elegi. Agilulfo li baciò la mano (apud Bernard. Coricum) la Reina arroſita al quantò cominciò à ridere, & dire: Che'l bacio douea farſi in bocca. Ita Agilulfus, cum maxima omnium gratulatione matrimonio contracto, Rex ineunte Nouembri ſalutatus eſt: ac nuptiæ, Mediolani celebratæ. Agilulfus. Eylhülff/ vel Eytelhülff/ Eum Gregorius M. Agonem vocat. Cui pia & bella Theodelinda perſuaſit: vt, relicta gentilium & Areanorum impietate, cum tota gente ad Chriſtianam religionem accederet. Sic Eccleſiæ quoque, & cœnobia, quæ bello afflicta fuerunt inſtaurata ſunt, & commodis aucta. Longobardorum etiam infantes, qui nuper Areano baptiſmo initiati fuerat, catholicæ Eccleſiæ conciliati. Gratias Epiſcopus Gregorius egit Reginæ: ad quam poſtea etiam literas dedit, Captiui deinde, Legatis in Franciam ſeu Galliam miſſis, redempti: & pax inter Longobardos Franciſque facta: quæ iterum & ſæpius renouata, vſque ad tempora Pipini Caroliq; M. durauit.

A Theodelinda maritus electus.

Agon Rex.

Arianiſmum è viro Theodelinda expulit.

Gregorij M. litera ad ipſam.

Theodelinda, quaſi Teudline/ Göttline/ parua Dea.

Romam Ariulfus fruſtrà obſidet.

Anno 591. Roma, à Longobardo Spoleti Duce Ariulfo fruſtrà obſeſſa: ſed in homines ibi valde

valde ſæuitum eſt. inde Gregorius M. lib. 1. Epiſt. 57. Indict. 9. menſe Iunio, ad Athemium Subdiaconum: Si in proximorum neceſsitatibus, inquit, habita compaſsione, benigna mente concurrimus: noſtris proculdubio petitionibus clementem Dominum reperimus. Palatina ſiquidem, fœmina illuſtris, continua hoſtilitate inſinuauit (nobis ſignificauit) ſe plurimis neceſsitatibus ſubiacere. Propterea experientiæ tuæ, præſenti authoritate præcipimus: vt pro ſuſtentatione eius, annuos triginta ſolidos dare non differas: qui tuis poſtmodum poſsint rationibus imputari. Ita ergo fac: vt tu & bene miſerando mercedis commodum percipias: & noſtra ad effectum præcepta perducas. " " " " " " " "

EXARCHI ROMANI FRAVDVLENTA CONTRA LONGOBARdos expeditio. Irrita Romæ per Agilulfum obſidio. Pœna eius de infidis Ducibus. Mauricius Imp Gregorio Papæ offenſus. Angliæ conuerſio ad Chriſtum. Exarchus 4. CALLINICVS. Inter Romanos & Longobardos pacificatio. Gregorij P. literæ ad Reges Angliæ & Longobardiæ. Childeberti & Fredegundis in Francia mors. Reges, Theodebertus & Theodoricus. De S. Goare, & eius Cappa. VLMA. VBERLINGA.

CAPVT XIII.

ANNO 592. *Rex Longob. Agilulfus, aliquot ſuæ gentis Duces rebelles domuit: vt, Gandulfum (Gangolfum, Ganghülff/ procedens auxilium) & Valſarin (Vlſarin, Hülffer/ Hälffer) quos captos, aut deditos, ſedauit.*

Anno 593. Exarchus Romanus, cum exercitu ornatiſsimo tanquam nihil contra Longobardos cogitans, ad vrbem Romam acceſsit: cui ciuitas honorificè cum vexillis, & exercitus cum ſignis, obuiam iuit. Ingreſſus poſtea ad Papam, ex compoſito in Baſilica Lateranenſi conſidentem, eum adorauit. Quo ſolenni honore poſthac, quicunq; Exarchus Romam veniret, affici ſolitus eſt. Rediens deinde per Hetruriam & Vmbriam: multa oppida, quaſi aliud agendo, cepit: atq; ipſam etiam Peruſiam, à Duce huius Mauricione proditam.

Romam intrat Exarchus Romanus.

Anno 594. Agilulfus ira incenſus, propter Peruſiam & Romanos: illam validè oppugnatam, iterum ſuam facit: Mauricionemque vitâ orbat. Romam verò obſidet: intus verſante Gregorio Pontifice. Sed expugnare nequiens, diſcedit inducijs captis. Captiuos Romanos, funibus collo circumiectis, inſtar canum trahens, in Galliam vendendos miſit. Cætera oppida neglexit.

Romam nequicquam obſidet Agilulfus.

Gregorius Dialogos 4. de vitis Italicorum Sanctorum, Reginæ Theodelindæ conſcripſit.

Sanctorum legendæ.

Anno 595. Mauricius dolens, quòd neque ſuis, neque alienis facultatibus, eijcere Longobardos ex Italia potuiſſet: valde pontifici Gregorio, quaſi in ipſo culpa eſſet, ſuccenſebat. Itaque & Exarchus ad mala, quæ Longobardi Romanis inferebant, conniuebat. Patriarcha quoque Ioannes, fauore Imperatoris fretus, iam audacius Oecumenici titulum ſibi arrogabat. Cui Gregorius (vt et iam anteà Pelagius) reſt. tit: literis ad Augg. Mauricium & Conſtantinam ſcriptis. Qua de re, ſuprà quædam dicta ſunt. Iis addatur hoc eiuſdem Gregorij, ex lib. 4. cap 82. ad ipſum Ioannem. Si Paulus, inquit, membra Dominici corporis (1. Corinth. 1. Ego ſum Pauli, & Apollô) certis extra Chriſtum capitibus, & ipſis quidem Apoſtolis, ſubici particulariter euitauit: tu quid Chriſto, vniuerſalis Eccleſiæ capiti in extremi iudicij dicturus es examine: qui cuncta eius membra tibimet conaris, vniuerſalis appellatione ſupponere?

Mauricius Imp. Pontifici Gregorio iratus.

Oecumenici titulus, rurſus oppugnatus.

Anno 596 quia Italia miſerè à Longobardis lacerabatur: Gregorius P. paci cum Agilulfo ineundæ operam dabat ſed fruſtrà. Quo anno idem prædicatores Euangelij miſit in Britanniam, ſiue Angliam: cum alijs Auguſtinum (Romanum Monachum. Baleus de Britannicis Scriptoribus) & Melitum. Quæ prouincia 600. anno ſalutis, ad Chriſtum conuerſa fuit. Itaque ſequenti anno per literas, Reginæ eius Aldibergæ, & Regi Aldiberto, Gregorius gratulatur. Libro 9. Epiſt. 59 & 60.

Angliis concionatores miſſi. Aldiberga Regina. Aldibertus Rex.

AD REGINAM.

Remeantes, dilectiſsimus filius noſter Laurentius Presbiter, & Petrus Monachus: qualis erga reuerendiſsimum fratrem & Coëpiſcopum noſtrum Auguſtinum, gloria veſtra extiterit: quantaq; illis ſolatia, veſtra charitas impenderit, retulerunt. Et omnipotentem Deum benediximus: qui conuerſionem gentis Anglorum, mercedi veſtræ dignatus eſt propitius reſeruare. Hæc non ſolùm iam apud Romanos, qui pro vita veſtra fortius orauerit: ſed etiam per diuerſa loca, & vſq; Conſtantinopolin, ad ſereniſsimum Principem peruenerunt. " " " " " " "

AD REGEM.

" *Glorioſe fili, eam, quam diuinitus accepiſti gratiam, ſollicita mente cuſtodi. Chriſtianam fi-*
" *dem in populis tibi ſubiectis extendere feſtina.*

Croton C.

Anno 597. Gregorius pecunijs redimebat nobiles viros & fæminas aliosq́; qui, captâ tranſacto anno à Longobardis Crotone, vrbe Calabriæ, miſerum in modum abrepti, & hinc inde diſtracti, fuerant.

Callinicus, Exarchus 4.

Anno 598. mortuo Romano Exarcho, ſucceſſor miſſus à Mauricio eſt quartus Exarchus, CALLINICVS.

Fredegundis adultera.

Hildebertus, volens mortem patris Sigeberti vlciſci in Fredegunda: ab ea cum Auſtraſianis & Alemannis ſuis, in Sueßionibus, Duce Landricho, victus eſt: cùm illa, Lotharium Regis Hilperici F. puerum Regium tenens, & in prima acie ſtans, ſuo exercitui animos feciſſet. Biennio pòſt, vnus dies & Hildebertum, & vxorem eius Falibam ſuſtulit veneno, fortaßis à Fredegunde procurato Faliba, viel leicht.

Pax inter Rom. & Longobardos.

Anno 599. Indict. 2. pax tandem inter Romanos & Longobardos confecta eſt. Ideo per literas Regibus Agilulfo & Theodelindæ, lib. 7. Epiſt. 41. & 42. gratias egit P. Gregorius: & ad eam ipſos per Duces ſuos ſeruandam, hortatus eſt. Exarchis titulum dabat idem, Excellentißimus.

AD REGEM.

Si pax (quod abſit) facta non fuiſſet: quid aliud agi habuit: niſi, vt cum peccato & periculo partium miſerorum Ruſticorum ſanguis, quorum labor vtriſque proficit, funderetur?

Agi habuit, pro, ſecuturum fuiſſet: πράττεσθαι ἂν ἔμελλεν.

AD REGINAM.

" *Dei noſtri miſericordiam deprecamur: vt bonorum vobis vicem, in corpore & anima, hic*
" *& in futuro compenſet.*

Auſtraſia.

Fredegundis mors.

Anno 600 Hildeberto (qui cum vxore biennio antè perierat: cui antè Guntramus patruus moriens, teſtamento reliquerat Aurelianenſe Regnum) duo filij ſucceſſerunt: Theodebertus, in Auſtraſia (Rheno, Oſtrofrancia, Alemannia, Podamico lacu, parte Heluetiæ) Theodoricus verò, in Heluetia Burgundica, Burgundia & VVeſtrofranciæ partibus. Quibus bellum hoc anno inferens Fredegundis, ætate iam prouecta, ſiccè mortua eſt. Sie hatte mehr Glücks/ weder Nächte.

S. Goar.

Agilulfus, quieſcente à bellis Italia fœdus cum Theodeberto nouo Auſtraſiorum Rege, renouauit. Deinde Duces quoſdam ſuorum, qui rebellauerant, bello victos, exempli causâ occidit: Zangrulfum, Gandulfum, & Varnecauſum.

Solis radius, pro pertica.

Eo tempore (anno 17. Mauricij Imp.) S. Goar ex Aquitania oriundus, claruit in Gallia. Qui iter faciens cum Alborio & quodam Alamanno: cùm ſupra modum feßi eſſent: venientes tres ceruas magnas mulſit: eoq́; lacte crura illorum vnxit. Sic eorum defatigatio ceſſauit. Idem Goar, in domo Epiſcopi ſui, Ruſtici Treuerici non habens, vbi ſuſpenderet cappam ſuam: eam in radio Solis, tanquam in pertica, illucente, ſuſpendit. Vincent. parte 3. Speculi Hiſtorici. O ſanctam cappam, & inauditæ gloriæ meritoriam. Facit ne Deus, ob res tam friuolas miracula? Neſciuerunt ſeruare decorum in fingendo Monachi. Fictiones, aptas eſſe oportet: & quaſi τοὺς γόμφους ἄνευ ψόγου *quadrangulas abſque reprehenſione: vt nihil eminens habeant, nihil lacunoſum. Sed profectò ipſi pleraque miracula (nolo dicere, omnia) quæ de Sanctis poſt Chriſtum leguntur, ſuſpecta ſuis ineptijs faciunt.*

Miracula num neceſſaria hodie.

At videte tamen, quid S. Chryſoſtomus (qui 411. obijt) Serm. 4 cap. 1. de Sacerdotio περὶ ἱερωσύνης *dicat. Quid dicit? Hæc. Aliis corporibus multa medicamina opus eſſe: ſed corpori Eccleſiæ vnum eſſe inſtrumentum, nempe doctrinam Verbi Dei. Ideo in concionatore facultatem dicendi requiri, non miraculorum effectionem. Hoc enim donum ita ceſſaſſe: vt eius ne veſtigium quidem ſit reliquum.* τῆς δυνάμεως ἐκείνης, οὐδὲ ἴχνος ὑπολέλειπται.

Miracula tempore S. Chryſoſtomi nulla.

Et eiuſdem ſerm. cap. 4. Etiamſi nunc, inquit, omnes ſimul conuenirent, innumeris cum precibus & lacrymis: non poſſent vnquam facere illa: quæ potuerunt ſemicinctia Pauli. Οὐδὲ γὰρ εἰ πάντες ὁμοῦ συνελθόντες, μετὰ μυρίων εὐχῶν καὶ δακρύων· ἃ ποτὲ ἐδύναντο, ὅσα ἴσχυσε τὰ σιμικίνθια Παύλου, ποιεῖν. *Cur igitur finguntur Georgij, Chriſtophori, Catharinæ, tanquam verè tales vixerint: Cur eis miracula incredibilia affinguntur? Cur à lectione S. Bibliorum, miſeri auditores ad fabulas abrepti fuerunt? Cur à viuo fonte, ad lacunas humana ratione effoſſas ſeducti?*

Superio-

Superioribus ſeculis cùm barbaries, id eſt, ignorãtia doctrinarum & hiſtoriarum, orbem terrarum obſcuraſſet: talia rudi populo facilè perſuadebantur. Sed & multis proceribus: S. Biblijs, & lucernâ Verbi Dei, de medio remotis. Nunc verò, longè ſecus eſt, in luce tanta.

Anno 600. & circà, in VLMÆ oppido Sueuico (quod tunc paruum erat, vt caſtrum) habitabant tantùm diuites & nobiles ciues: ſed extrà in ſuburbanis caſis fabri, & alij opifices. Extrà quoque erant fana, abſque campanis, & cœmiterium. Ita, intra oppidum ſumma erat tranquillitas: foràs verò reiectus, omnis ſtrepitus, & quod illiberale erat. In vicis quoq; ſeu pagis, non tantùm erant Ruſtici: ſed & primariorum Vlmenſium pecora. Pons Danubij paulùm erat ſub eo loco: vbi hodie Noſodochêum eſt: eoq; ponte ibatur in vicum Schvveighofam. Sebaſt. Francus ex Felice Fabro. Vlmenſes ciues veteres.

Circa hæc tempora, hodiernum quoque Sueuicum oppidum Vberlinga erat: ſed tunc Iburinga vocabatur: quod quorundam Ducum Sueuiæ ſedes fuit: vt, Cunzonis, ſiue Gonzonis: de quo & inſequenti libro. Situm eſt ad lacus Podamici locum inferiorem: ac longo tempore pòſt, Imperio Rom. incorporatum fuit. Abundat hodie vineis, & alijs victui humano neceſſarijs. Eſt ibi inſigne forum frumentarium (3. Munſter. 247.) vnde frumentum auehitur per lacum in multa loca auſtralia: vt, Conſtantiam, Lindoiam, Turgoiam, vallem Rhenanam, Feldkircham, Curvvaliã. Terram ſub ſe amœnam habet, & prædiues Noſodochêum. [illegible] Sueui rex.

Sic terminemus cum ſexcenteſimo ſaluatoris anno, librum hunc: & breuem quietem capiamus.

Finis libri noni, partis primæ Sueuicorum Annalium

SVEVICORVM ANNALIVM LIBER DECIMVS PARTIS PRIMAE, MARTINO CRVSIO AVCTORE.

PERSEQVAMVR iam deinceps, quæ ab anno Domini IↃ C. ſecuta ſunt, in hiſtoria Sueuica: à qua ne nunc quidem Longobardos, vt antiquam gentem Sueuicam: nec res Orientis & Occidentis, vt à quibus Sueui non planè alieni fuerint, excludi conuenit. Nam Orientis Imperator, vt hactenus, ita & poſthac, ad Italiam Galliamque reſpiciet: & in his, Sueuica quoq; natio res geret.

AGILVLFI R. AB EXARCHO RAVENNÆ PROVOCATI, VRBIVM expugnationes. Modoëtia. Imagines Sanctorum. Exarchus 5. SMARAGDVS. Imp. Mauricij, & familiæ extinctio: pro quo, Imp. PHOCAS. Fauſta nouo Imperatori precatio, & eius imago. Pax, inter Romanos & Longobardos renouata. Filio Adalualdo Agilulfus auctus. P. Gregorij ad Theodelindam gratulatio, & obitus. Liberum amuletum. Infelicitas Imperij Rom. ſub Tyranno Phoca.

CAPVT I.

Callinici Exarchi in Agilulfum iniuria.

ANNO 601. Exarchus Callinicus pacem inter partes factam, non ſatis fidam conſpicatus: aliquot Longobardicos Duces ad ſe traduxit: Parmam & Brixillum Regi Agilulfo eripuit: eius generum, Ducem Godiſcalcum cum vxore, Parmæ captos, ſecum Rauennam abduxit. Viciſſim Rex iuſta ira concitus, Patauium expugnauit, & combuſſit. Tunc Duces, qui defecerant: Gundoaldus Tarenti, Giſulphus fori Iulij: ad fidem Agilulfi redierunt. Interim Theodelinda in oppido Modoëtia (quod olim Moguntiacum dictum fuit) millia XII. paſſuum diſtante, à Mediolano, condidit & magnificam Regiam, & D. Ioannis Baptiſtæ Baſilicam: quem Sanctum ex eo tempore Longobardi coluerunt. Poſteriori tempore, corona ferrea, qua Reges ibi inaugurarentur in eo loco aſſeruata eſt.

Theodelindæ ædificationes.

Sanctorum adoratio. Pictorum Sanctorum vſus.

Eodem anno, Gregorius P. libro 9 cap. 9 Epiſtolarum, ſcripſit imagines Sanctorum, nec eſſe adorandas, nec etiam frangendas. Aliud eſt, inquit, picturam adorare: aliud, per picturæ hiſtoriam, quid ſit adorandum addiſcere. Nam, quod legentibus ſcriptura, hoc idiotis præſtat pictura, cernentibus: quia in ipſa etiam ignorantes vident, quod ſequi debeant: in ipſa legunt, qui literas neſciunt. Vnde & præcipuè gentibus, pro lectione pictura eſt. Frangi non debuit (à Sereno, Epiſcopo Maſſilienſi) quod non ad orandum in Eccleſiis, ſed ad inſtruendas ſolummodo mentes fuit neſcientium collocatum.

Oſtentum.

Anno 602 ſanguineæ haſtæ, in cælo viſæ: & per noctem, clariſſimæ lucis fulgor.

Smaragdus, Exarchus 5.

Imp. Mauricius, Callinico propter Longobardum irritatum iratus, SMARAGDVM (quintum Exarchum) denuò ſubſtituit.

Cremonæ euerſio.

Agilulfus, menſe Iulio egreſſus Mediolano, Cremonam & Mantuam vehementiſſimè oppugnatas cepit: quarum illam ad ſolum euertit, hanc fœdiſſimè diripuit: Spoletano Duce Ariulfo (Ehrnhülff) Exarchum interim, vt ſuperiore, ita & hoc anno, incurſionibus à ſuccurrendo arcente. Brixilli populus, id incendit, ac præcipiti fuga abijt.

Mauricij Imp. cædes.

Hoc etiam anno, 8. Calend. Decemb. (die natali Chriſti) Imp. Mauricius, miſerandum in modum occiſus cum familia ſua eſt: id quod Monachus quidam, nudo cum gladio in foro diſcurrens, fore, prædixerat. Erat enim odium multorum commotum contra illum: quòd, aduerſo prælio cum Auarum vel Hunnorum Rege, Chagano facto, cùm captiuos ſingulis nummis redimere potuiſſet: ſed nimia tenacitate noluiſſet: barbarus eos omnes occiderat.

Accedebat, quòd querimoniam illorum, qui Ducem Commentiolum de proditione exercitus deſule-

detulerant, non admiſerat. Inter quos etiam quidam miles, nomine Phocas, atrocius Imperatori oblocutus, ab aſtante Patricio alapam, & barbæ vulſionem, paſſus erat. Timuit ſibi exinde Auguſtus, redemptionis captiuorum ſpretæ pœnitens: ad omnesq́ Patriarchicas ſedes, & quoquo verſum, preces & munera miſit: orarent pro ſe, vt hîc, non autem in altero ſeculo, pœnas lueret. Viſus eſt deinde nocte quadam in ſomnis ſibi audire vocem: Vbi vis reddam tibi? Hîc ne, an in futuro? Reſpondit: Mitiſsime Domine, Iudex iuſte: Hîc, non in futuro. Quod apud Cedrenum eſt: Ποῦ θέλεις ἀποδώσω σοι; ὧδε, ἢ ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι; ὁ δὲ ἔφη· φιλάνθρωπε δέσποτα, δικαιοκρίτα· ὧδε μᾶλλον, καὶ μὴ ἐν τῷ μέλλοντι. *Traditus eſt ergo ipſe & ſui, militi Phocæ. Ab hac viſione ortam reperi iocularíam capillorum vellicationem qua pueri aliquem, qui aliquid perperam fecit, circumſtantes, leniter vexant: ceu prouerbio vtentes voce:* Hárfür Hárr Fock: ſind jer berait / Hárr Fock? *in Chron. M. Scr. Herman. Æditui. Experrectus autem Mauric. protinus accerſit generū ſuum Philippicum: num quem in exercitu Phocam norit? Ait is, ſibi notum eſſe illum, qui ſuperiori tempore Maieſtati eius oblocutus ſit. Qualis eſt ille? Quærit Mauricius. Eſt iuuenis temerarius (inquit Philippicus) ſed timidus. Tunc Mauricius, Si timidus, inquit: profectò & homicida.* καὶ δειλός· καὶ φονεύς. *Ac retulit genero ſomnium. Apparuit eâdem nocte ſtella crinata: quæ gladij figuram habens, Xiphias appellatur. Venit poſtridie reſponſum à patribus: probari Deo pœnitentiam ipſius: repoſitum iri ipſum cum tota domo, ſaluâ anima, inter ſanctos: quamuis excidat Imperio cum ignominia. Magnas Imperator gratias Deo egit. Datis deinde literis ad Ducem Petrū, iuſſit eum copias traijcere Iſtrum, & in hoſtico hyemare. Milites hoc auerſantes, Phocam ſcuto eleuatum, Exarchum ſiue Ducem creant. Prouidebat quidem, quomodo ſe tueretur, Mauricius, ſed fruſtrà. Profugit celoce cum vxore & liberis ex vrbe: ac tempeſtate orta vix ad S. Autonomum (locum ſic dictum) peruênit. Qua nocte & articulorum dolores ac podagra ipſum inuaſêre. Mittebat commendans Theodoſium F. ad Regem Perſarum Chſroën: de quo aliquando benè meritus fuerat: victo aduerſario Bara in Regnum reducens. Receptus autem in vrbem Phocas: in ſeptimo palatio (teſte Gregorio M. lib. 11. cap. 1.) quòd dicebatur Secundianas, Coronatus eſt: vel à Patriarcha Cyriaco, in Tēplo Ioannis Baptiſtæ, Paulo Diacono teſte) ipſe, & Leontia* (ἡ λεοντώ) *Auguſta. Factum 23. Nouemb. Indict. 6. Etſi quinto die poſt Phocam, Diaconus coronatam ſcribit. Promiſit ille tunc Patriarchæ ſe orthodoxæ fidei nihil incommodaturum. Cùm autem Praſinarum factio, Phocæ faueret: factio verò venetorum, quandam iniuriam ab eo accipiens ob ſtationem locorum, clamaſſet: Diſce ordinem: Mauricius non eſt mortuus: commotus hac voce Tyrannus: miſsis militibus, duxit Mauricium Chalcedonem ad portum Eutropium. Ibi interfectus eſt anno ætatis 63. Mauricius, cum filijs: Theodoſio (iam ante decem annos Auguſto coronato) & Tiberio, Petro, Paulo, ac Iuſtiniano. Nec non occiſus eſt Petrus Mauricij frater: itemq́ fautores, Conſtantinus Patricius, & Curator Placidianus (De Placidias, Gregorio M) ac Georgius, Notarius Principis. Filiorum autem alio poſt alium, in patris conſpectu, mactato: ipſe ibidem ait: Iuſtus es, Domine: & rectum, iudicium tuum:* δίκαιος εἶ, κύριε· καὶ δικαία ἡ κρίσις σου. *Nec paſſus eſt: vt nutrix, vno Imperatoris filiorum ſubtracto, ſuum pro eo filium ſubderet. Rumor quidem fuit, Theodoſium fuiſſe elapſum. Sed quis, eius rei teſtis? Gener verò Philippus, Chryſopoli (op. iuxta Chalcedonem) Sacerdos tonſus, cum pace vitam peregit. Sed Auguſta Conſtantia, ſequenti tempore interfecta eſt. Tyrannus capita trucidatorum, in campo propoſuit, donec fœterent: egreſſusq́ vrbe, illa ſpectauit.*

Phocas.

Mauricij ſomniū.

Capillorum vellicatio, ludus puerorum.

Cometa Xiphia.

Fuga Mauricij.

Et exitium nouini.

Conſtantia, Mauricij côiux.

A pijs deinde in Templo S. Mamantis, humata cum truncis ſunt: inſcripto Epitaphio longiuſculo: ex quo hæc ſunt.

ἡ δ' ἐγὼ ἡ τριτάλαινα καὶ ἀμφοτέρων βασιλήων,
Τιβερίου θυγάτηρ, Μαυρικίου τε δάμαρ:
Κεῖμαι σὺν τεκέεσσι, καὶ ἡμετέρῳ παρακοίτῃ:
Δήμου ἀτασθαλίῃ, καὶ μανίῃ στρατιῆς.

——— *A Guil. Xylandro ſic conuerſa.*

Induperatorum nimis heu miſeranda duorum,
Vxor Mauricij, filia Tiberij:
Hîc nunc cum natis ſitaq́; ſum, miſeroq́; marito:
Stultitia populi, militis & rabie.

Ita ſummum locum arripuit XI. Orientis IMP. CÆS. FL. PHOCAS, P. F. AVG. qui annos 8. & aliquot menſes, imperauit. Et Gregorius M afflictam iam per 35. annos *Phocas, Imp. Orientis. 11.*

Leontia Auguſta. *Italiam, literis commendauit, opem ab ipſo orans. Sed & Auguſtæ Leontiæ gratulatus eſt ſubli-*
mitatem illam. Venit autem ſequentis anni 7. Calend. Maij, de more Romam, icona (ſic loquitur
Gregorius P. pro eo, quod eſt icon vel imago) Phocæ & Leontiæ Augg. quibus acclamatum eſt
„ *in Lateranis, in Baſilica Iulij, ab omni Clero & Senatu congregatis: Exaudi Chriſte. Phocæ Au-*
„ *guſto, & Leontiæ Auguſtæ, vita. Græci ſic fauſtè precari, vocant* πολυχρονίζειν. πολυχρόνιον αὐτοῖς:
πολυχρονίζειν. φωνεῖ αὔγουστε, καὶ λεοντία αὐγοῦστα, πολλὰ τὰ ἔτη *. Tunc Papa Gregorius iuſſit iconam reponi in O-*
ratorio S. Cæſarij Martyris, intra Palatium. At, malus gallus, mala gallina. ἀλλήλοις ὁμόγονοι.
Anno 603. Agilulfus filium ex Theodelinda ſua ſuſtulit: qui die Paſchatis baptizatus eſt:
Adalualdus, Agi- *& Adalualdus, vel Adoaldus, nominatus. Cùm autem, Smaragdo Exarcho pacem ab Agilulfo, de*
lulfi & Theode- *Gregorij P. etiam Conſilio, petente: ac Parmam ei, cum genero & filia, reddente: ea pax 9. Calend.*
lindæ F. *Iulias facta. & 3. Calend. iureiurando vtrinque confirmata, eſſet: ibi Gregorius. Indict. 7. ineunte,*
quanquam exitiali morbo implicitus: Reginæ Theodelindæ de filiolo nato gratulatur: ac de pace
conceſſa, iiſdem in literis Regi Agilulfo gratias agit. Epiſtola perſonæ grauis, non eſt inſuauis:
cuius cùm quædam Sigonius poſuerit: ego pluſculum ex eadem interponam. Scripta, inquit, quæ ad
nos dudum à Ianuenſibus partibus tranſmiſſis, gaudij veſtri nos fecêre participes: propterea quòd
Gratulatio P. *omnipotentis Dei gratiâ & filium vobis donatum: &, quod valde Excellentiæ veſtræ eſt laudabi-*
Gregorij de illo *le, catholicæ eum fidei nouimus ſociatum.*
nati. *Nec enim de Chriſtianitate veſtra aliud credendum, niſi id ſtudere vos: vt, quem diuino mu-*
„ *nere ſuſcepiſtis: catholicæ rectitudinis auxilio muniretis: vt & redemptor noſter, familiarem te*
„ *ſuam famulam cognoſceret: & Longobardorum genti, nouum Regem in timore ſuo feliciter nu-*
„ *triret. Vnde oramus omnipotentem Deum, vt & vos in mandatorum ſuorum via cuſtodiat: &*
„ *eundem excellentiſſimum filium Adulouualdum, in ſuo munere faciat proficere: quatenus (pro,*
„ *vt) ſicut hîc inter homines iam magnus eſt: ſic quoque & bonis actibus, ante Dei noſtri oculos ſit*
„ *glorioſus. Deinde poſt alia. Excellentiſſimo autem filio noſtro Adulouualdo Regi, tranſmittere*
„ *filateria (*φυλακτήρια*, amuleta) curauimus: id eſt, crucem cum ligno ſanctæ crucis Domini: &*
„ *lectionem ſancti Euangelij. thecâ perſica incluſam. Filiæ quoque meæ ſorori eius, tres annulos*
„ *tranſmiſi: duos cum hyacinthis, & vnum cum albula. Quæ eis per vos peto dari: vt apud eos noſtra*
„ *charitas ex veſtra excellentia condiatur. Paterna præterea charitate perſoluentes ſalutationis*
„ *officium, petimus: vt excellentiſſimo filio noſtro, coniugi veſtro, pro nobis de facta pace gratias*
„ *referatis (nuntietis) atque eius animum, ſicut conſueuiſtis, ad pacem de futuro, per omnia pro-*
„ *uocetis.*
Phylacterium *Phylacterium verum infantium puerorumué ſunt ipſorum S. Angeli: qui in cœlis ſemper*
puerorum. *vident faciem cœleſtis patris. Matth. 18. Sunt piæ parentum pro ipſis precationes: ſunt recta in*
Religione Chriſtiana inſtitutio ab ineunte ætate. Geneſ. 18. Exod. 12. Deut. 6. ἐκθρέπτετε τὰ τέκνα
ἐν παιδείᾳ καὶ νουθεσίᾳ κυρίου. *Epheſ. 6.*
Adlaualdus, edler Verwalter. *Vel Adoaldus, paternus curator, ab Atta, Ætta,*
pater.
Gundeberga. *Adulouualdi ſoror, ex Theodelinda nata, in Appendice Gregorij Turon. vocatur Gun-*
deberga.
Sed Agilulfi filia, Godeſcalci vxor, Parmæ ex difficultate partus interijt. Dux etiam Ari-
ulfus, Spoleti deceſſit.
Anno 604. Gregorius P. 3. idus Martias defunctus eſt. Poſtea, in numerum ſanctorum
Confeſſorum & Doctorum relatus: & Magni cognomento decoratus.
Perſa Choſroës *Rex Perſarum Choſroës, pace rupta, & Auares, in Oriente & Thracia, miſerrimè ab hoc*
Romaniam affli- *tempore, & deinceps, quandiu impius Phocas imperauit, Romanos ceciderunt, & populati eorum*
git. *regiones ſunt: Perſæ præſertim, Meſopotamiam, Syriam, Palæſtinam, Armeniam,*
Imperij Orien- *minorem Aſiam, ad Chalcedonem vſque.*
talis regiones.

FEODVS

FOEDVS LONGOBARDORVM CVM FRANCIS PERPETVVM. SAbianus, inuidus Pontifex. Fundatio cœnobij Offonis Cellæ, Principatus Romanæ Eccleſiæ Mahometus, falſus Vates. Ferraria Conſtantinæ Auguſtæ mors. Pantheon, Templum omnium Sanctorum. Bellum inter Francos RR. Theodebertum & Theodoricum. Sueuiæ Dux, Vncilenus. Sueui, contra Aueuticenſes & Tranſiuranos. Phocæ Tyranni exitium. IMP. HERACLIVS. Exarchus 6. LEMIGIVS.

CAPVT II.

ANNO 605. *Adalualdus, puer infans, à patre Agilulfo, Mediolan: in circo, menſe Iulio, Rex creatur: Legatis Franci R. Theodeberti præſentibus. Tunc & ſocietas cum Francis renouata eſt: & fœdus cum eis percuſſum in perpetuum.*

Sabinianus, in Pontificatu ſucceſſor Gregorij, recuſauit frumentum in fame gratis famelicæ plebi dare. Se non poſſe omnes ſaturare: ſicut ille laudis quærendæ cauſa feciſſet. Scripta quoque eius comburſturus fuiſſet: niſi familiaris quondam intimus Gregorij, Petrus Diaconus: ſe columbam ipſius auribus aſſidentem lucubrantis vt Spiritum ſanctum ſæpius vidiſſe, iureiurando affirmaſſet. Sigon. lib. de Regno Ital. 2,

Sabinianus, Papa iniquus.

Circa hunc 605 annum, nempe 2. annum Imp. Phocæ: Anglicus quidã Rex, Offo nomine cùm in Mortenaugiam veniſſet ad ripam fluuij Schuttaræ, cænobiũ conſtruere cœpit: quod Offonis cella dictum eſt. Nam ex Britannia, Scotia, Hybernia, Monachorum examina integra tranſibant in Galliæ & Germaniæ fines: ſicut hodieq; ſunt Monaſteria, Ad Scotos nominata. Mortenaugia autem, regio eſt: longitudine ſua, inter Briſgouiam à Pleicha fluuio, & Marchiam Badenſem ab Oſa fluuio: latitudine verò, à Rheno flumine ad Hercyniæ iuga pergens. Dicta Mortenaugia, quòd tunc ibi à latronibus occidi ſolerent ſerui Dei: ſicut adhuc locus eſt latrocinijs famoſus: propter commoditatem ſui inter Rhenum & montes ſitus. Anno quippe (in non procul ab Argentorato ad Rhenum ſita villa parua, Hundsfelda) 1540. nouẽ latrones capti ſunt, & crurifragio ſublati: 7. Argentorati, 1 Ortenbergæ, & 1. (qui Scultetus erat) Laræ. Locus autem huic cellæ proximus, ab eodem Offone nomen ſortitus eſt: & Offonis villa, Offoniſue VVillara, vulgò nominatur. Ab eodẽ Offone, in ripa Kynzigæ fluuij, altera quoq; ſedes condita eſt, Offonis pyrgum, vulgo Offenburg. *Quod oppidum, 1. tantùm lapide ab Offonis cella diſtat. Ab hoc Offone veteres nummi reſtant: Veteres Offenburgenſes & Anglici appellati. Quorũ ingens numerus fuit repertus Argentorati: cùm deſtrueretur 1526. Monaſterium S. Claræ in VIRIDI* auff dem Werd: *& in ærarium illatus eſt. Fortè defoſſa fuit ea pecunia ibi, antequã eſſet id cœnobium: quod cœptũ eſt 1299. Veſtalibus ex Haganoa excitis. (In M. Scr. Argent. Chronic. 1329. ex Haganoa in hoc collegium veniſſe dicuntur.) Fuit autem hic Offo ante illum Offonem: quem Sigebertus ad 770. annum ponit. Hæc, à clariſſimo viro, D. Ioanne VVolfio. V. I. Licentiato, Mundelshaimi Marchionio Præfecto, benignè data accepi: quæ Bruſchius in M. Scr. quibusdam ſuis, ex Paulo Volcio, Abbate in Hugoniana cella, collegerat.*

Offonis cella.

Scotici Monachi.

Mortenaugia.

Offenburg.

S. Claræ Monaſterium.

Anno 606. Papa Bonifacius 3. inſolentem de primatu Pontificiæ ſedis contentionem, quam Ioannes Conſtantinop. Epiſcopus introduxerat, callidè compeſcuit: dum ab Imp. Phoca, quanquam difficulter obtinuit: vt Romana Eccleſia poſthac, & eſſet, & diceretur, omnium aliarum Eccleſiarum caput, ſeu princeps: à qua proximum locum Conſtantinopolitana haberet. Idem, cùm ſtella crinita fulſiſſet, hoc anno mortuus eſt. Inſigne autem hoc tempus eſt tribus rebus: 1. tyrannide Phocæ, cauſam labendi Imperio Orientis dante: 2. principatu Romanæ ſedis: 3. defectione Mahometi, Agarenorum falſi & pernicioſi Doctoris, ab Imperio & fide Chriſtiana.

Primatus Romanæ Eccleſiæ.

Eo tempore Agilulfus quoq;, datis XXX. millibus ſolidorum Regi Franco Clothario, tributi (12. millium ſolidorum) quotannis penſitari ſoliti, remiſſionem perpetuam impetrauit, Smaragdus, ex vico Ferraria caſtrum fecit: ex quo hodie præclara vrbs extat.

Ferraria.

Anno 608. Conſtantina, Mauricij Aug. vidua cum tribus filiabus (quæ cum ipſa fuerant antè, metu Phocæ, in Monaſterium à Patriarcha Cyriaco intruſæ) hoc mortuo, iuſſu Tyranni in portu Eutropij (vbi antea charus coniux) & ipſa gladio obtruncata eſt. Sed & alij multi inſignes viri, interfecti.

Anno 609. fœdus inter Phocam & Agilulfum, ictum.

An. 610. Papa Bonifacius 4. p literas à Phoca adeptus eſt Templũ, Romæ olim à M. Agrippa ſub imperio Octauiani Auguſti cõditũ. q̃ à cultu omniũ Deorũ Pantheon vocabatur. Id ipſe virgini matri Dei, & omnib. Martyribus, dedicauit. Hinc, Feſtũ omniũ Sanct. Fuit illud Templũ primò

Pantheon.

Sanctorũ omniũ Feſtum.

S. Maria rotunda.

dictum (teſte Georgij Fabricij Roma) Virgo ad Martyres: poſtea verò, circulari forma, S. Maria rotunda. Altum 144. pedes, & totidem latum. Nullam feneſtram habet: ſed in medio foramen rotundum, aneis inauratisq́ trabibus fultum, quod lumen prabet: eique in pauimento ſubiectum, ad imbres excipiendos, impluuium.

Brunichildis.

Hoc tempore, & ſequenti, cùm Brunichildis (Sigeberti quondam vxor, Childeberti mater) à nepote Theodoberto. ex Auſtraſia ditione, propter ſcelera & ſtupra, expulſa, ad fratrem eius Theodoricum confugiſſet: hunc à quo reuerentiſſimè excepta erat, contra illum inſtigauit. Ita bellum inter ipſos exortum eſt: iactante Theodorico ex auiæ ore, Theodobertum adulterio conceptum eſſe. Haud dubiè conabatur eum è Regno eijcere: Auſtraſianumq́ Regnum Burgundionibus adiungere. Cùm itaq́ pugnaturi fratres, haud longè inter ſe diſtarent: vtriusq́ exercitus militibus, præſertim Ducibus, huiuſmodi parricidiale bellum abominantibus: de concordia. nuntijs vltrò citroq́ miſſis actum eſt. Erat tunc quidam potens apud Regem Theodoricum vir, Theodoricus Protadius: ope Brunichildis, cum qua ſtupri conſuetudinem habebat, Prætorio præfectus, ſiue

Sueuia Dux Vncilenus.

Magiſter domus: Oberſter Pfaltzmaier/ Haußmaier/ oder Marſchalck. *Aderat Vncilenus, Sueuiæ Dux: cuius, ſuperioris libri capite 12. mentio facta eſt. Cùm ergo nemini pugnare placeret: ſolus Protadius pugnam vrgebat. Quapropter, facto à militibus impetu (auctore Sueuico Duce Vncileno) ille ſub papilione Theodorici Regis trucidatus eſt. Deinde, nemine refragante, gratiæ reconciliatio inter fratres eſt facta, & ab armis domum diſceſſum. Recrudeſcente verò*

Vncileni calamitas.

poſtea, Brunichildis inſtinctu, malo: Vncilenus, ob cædem Protadij à Theodorico captus eſt: & Ducatu, amputato pede, motus. Theodobertus occupauit Sequanos, Turones, Campaniam, Alſatiam. Hæc ad hunc ferè modum, partim ab Æmylio, partim ab Auentino, narrantur.

His diebus (vt ad præcedentia ſequitur obſcurè in Append. Greg. Turon.) Alemanni in

Auenticenſis pagus Wiſliſburg. Alemannorum victoria.

Theodorici R. pagum Auenticenſem (Wiſliſburg/ *ſitum in Burgundica Heluetia) vltra Iuram montem (* vber den Läberberg*) hoſtiliter inuaſerunt (iuſſu ſcil. Theodoberti) ipſumq́ pagum depredati ſunt. Inde Abelinus (al. Cambolinus) & Herpinus comites, cum cæteris Ducibus, exeunt inſtructi in hoſtem. Commiſſo prælio. Alemanni Tranſiuranos ſuperant: magnum eorum numerum concîdunt: pleraque Auenticenſis territorij igne vaſtant: plurimis deniq́ cum captiuis, & magna præda, domum redeunt. Theodoricus dehinc cogitare non deſtitit: qua ratione de Theodoberto ſumere vindictam poſſet. Alibi inuenio, hæc ab Alemannis, Sueuis, & Rhenanis, facta eſ-*

Alemanniæ partes.

ſe. Alemannia autem continebat Rhætiam primam, Turgouiam, Zurichgouiam, Sueuiam. Sæpe pro Germania ſuperiore ſæpe pro Sueuia, accipitur. Aliquando eidem Alſatia quoq́ adiuncta fuit.

Phocæ exitium.

Anno 611. cùm Phocas multa crudeliter, libidinosè, petulanter (abiectis etiam in mare theſauris: vt Neptuno ſcil. quemadmodum iocabatur, munera daret) in defenſioneque Imperij negligenter, feciſſet: tum ab Heraclio, præfecti Africæ Heraclij filio, trucidatus eſt. Res ſic ſe habet. Quæſiuerat quidam religioſus Monachus ex Deo: cur tam impium impoſuiſſet Imperatorem Chriſtianis? Ei vox quædam reſpondiſſe, à Cedreno perhibetur: quia nemo deterior inueniri potuerit: qui Conſtantinopolitanorum flagitia puniret. Veniente deinde Heraclio, magna cum claſſe Conſtantinopolin: prælium in portu Sophiæ commiſſum nauale eſt. Victus ibi Phocas, in Regiam confûgit. Verùm inde Photinus quidam, cuius ille vxorem antea vitiauerat, vinctum ignominiosè ad Heraclium rapuit. Hârfûr/ Hârr Fock. Sind ier berait/ Hârr Fock? *Heraclij iuſſu amputata ſunt ei 6. Calend. April. manus, pedes, humeri, verenda, denique caput. Reliquum trunci, à militibus in Foro bouis, ſiue apud Taurum, combuſtum. Ita dignum factis ſuis exitium inuênit.*

Heraclius, Imp. orientis. 12. Nominis mutatio in Coronatione. Imperatorum tonſio.

Hinc igitur factus eſt XII. IMP. CÆS. FL. HERACLIVS, P. F. Aug. Coronatus is fuit Palatij Oratorio (ἐν τῷ ... *) S. Stephani, à Patriarcha Sergio. Vnà etiam coronata, quæ ei deſponſata erat, Fabia: mutato eius in Eudociam nomine. Accepit etiam vterque tunc à Sergio nuptiales coronas: eodem die, ſimul & Imperator, & ſponſus. Imperio XXX. annos præfuit. Ætatis mediæ fuit, robuſtus, pulchris oculis, aliquantùm cæſijs, albus, crine fuluo, prolixâ & lata barba. Sed Imperator factus, continuò comam & mentum totondit: qui eſt habitus Imperatorum.*

Ioan. Lemigius, Exarchus 6.

Hic, cùm prouincias ordinaret: IOANNEM LEMIGIVM patricium (ſextum Italiæ Exarchum) Smaragdo ſucceſſorem miſit. Qui Italiam cum Eccleſia quietam nactus: pacem, inducijs in ſingulos annos cum Longobardo renouandis, diligenter ſeruauit.

MILITVM

MILITVM PHOCAE RECENSIO. EVDOCIAE AVGVSTAE MORS, & Martinæ ſucceſsio. S. Columbani, à R R. Theodorico & Brunichilde expulſi, ad R. Agilulfum aduentus. Hieroſolyma à R. Perſarum Choſroë, & alia, capta. Vngarorum in Italiam contra Longobardos irruptio. Romilda, & filiæ eius fœtidæ. Exarchus 7. ELEVTHERIVS. Rex 5. Longobard. ADALVALDVS.

CAPVT III.

ANNO 612. *Heraclio accuratam agente recenſionem militum: duo tantùm reperti ſunt reliqui ex omnibus: qui cum Phoca contra Mauricium coniurauerant. Cæteri omnes, ſub Phoca Imperio interierant. Hoc ſalarium receperant, qui Tyrannum euexerant.*

Militum Phocæ exitium.

Heraclio peperit Eudocia Heraclium minorem: qui & Conſtantinus iunior appellatus, & ſequenti anno coronatus eſt. Ipſa eodem partus anno obijt, Indict. 15.

Anno 613. S. Columbanus (de quo ſup[illegible]ore libro diximus) in Italia benignè à Rege Agilulfo acceptus: contra Arianos, qui multi adhuc ibi hinc inde erant, & verbis & ſcriptis acriter pugnauit. Expulſus autem è Gallia fuerat à R. Theodorico, inſtigante Brunichilde: idq; propter cauſas, quas ex Append. Greg. Turon. collegi, has. Increpabat Theodoricum, quòd concubinis vteretur: nec potius legitimi connubij voluptate frueretur: vt Regalis proles, ex honorabili Regina procederent: non ex lupanaribus emergeret. Cùm ſpurios eius, Brunichildis in conſpectum Columbani adduxiſſet: vtq; eos, tanquam Regis filios, fauſta precatione roboraret, petijſſet: Iſti verò, inquit, nequaquam Regalia ſceptra capient. Nam de lupanaribus emerſerunt. Illa furens, paruulos remoueri iuſsit. Eius deniq; inſtinctu, Aulici in hanc vocem proruperunt, vt dicerent: ſe nolle in his locis habere eum, qui omnium voluntati repugnaret. Ita locus huic Aulico concionatori amplius ibi non fuit. Poſtea 614. in Italici Apennini ſaltibus, conceſſu Agilulfi, Bobienſe cœnobium (Bubencloſter) *ædificauit. Quem locum ideo præ alijs elegerat: quòd eſſet ſoli vbertate (teſte Sigonio) fæcundus, aquis irriguus, piſcibus abundans: quippe Bobio riuo ibi fluente: non multis paſſuum à Papia millibus. Ibi Abbatiam gerens, poſt annum obijt. Alij 622. obijſſe dicunt,* XI. *Calend. Decemb.*

S. Columbanus.

Concionatoris Aulici fortuna.

Anno 614. Heraclius inceſtas nuptias, cum nepte ſua Martina celebrat: quam à Sergio coronatam Auguſtam ſalutauit: quæ ſequenti anno ei alterum Conſtantinum peperit.

Inceſtæ nuptiæ.

Anno 615. Choſroës Perſarum Rex, Palæſtinam & Hieroſolymam cepit: Zachariamque Patriarcham, & S. crucis ligna, magna cum præda in Perſiam abduxit. Iudæi Chriſtianorum, quos de Perſis emerant, circiter XC. millia interfecerunt. Sequenti anno, Perſæ Alexandriam, totam Ægyptum, Libyam vſq; ad Æthiopiam Græcis eripuerunt. Eodem circiter tempore (etſi Funccius ad 610. ponit) Cacanus (poſtquam Abares, Hunni, Venedi, inter ſe vicinæ gentes: Longobardos, Francos, Boios, incurſare cœpiſſent) Cacanus, inquam, vel Caganus (Abarum vel Auarum Dux, adoleſcens gloriæ & prædæ cupidus) expedito cùm exercitu, ex Pannonia in Foroiulienſem Ducatum irrupit: occurrentem cum Longobardis fortiter Sigulfum (Siahilff) *ſiue Gilulfum, Ducem, cum plerisq; ſuorum deleuit: Forumiulium (quo ſe occiſi Ducis vxor Romilda, & filij alijq; multi receperant) coronâ circundedit. Eum, dum explorandi cauſa oppidum obequitat, Romilda de muro conſpicata: amore ipſius exarſit. Per nuntios igitur, ſi matrimonio eius potiri liceret ſe oppidum ei tradituram pollicetur. Placuit Cacano. ſed intromiſſus, oppidum diripuit & incendit: captiuos multos cum Romilda abduxit. Eam deinde vna nocte loco vxoris habitam, poſtridie duodecim militum libidini exatiandæ dedit: & ad extremum palo ſuffixit. Ecce merces perfidæ & libidinoſæ mulieris. Filij verò Sigulphi (Tato, Caco, Rodoaldus, & Grimoaldus) fugâ ſe de manibus hoſtium eripuerunt. Sed cùm Grimoaldus, ætate puer, equo effusè currenti malè hæreret: erat ipſum vnus fratrum occiſurus, ne impedimento fugientibus eſſet; & ne in hoſtium manus veniret. Cùm tamen is calamaret, ſe aptius inſeſſurum: & curſu eos æquaturum diceret: ei parcitum eſt. Illis autem elapſis: ipſe ab inſequente Hunno captus eſt. A quo cùm equus eius traheretur: hoſtis ipſe capite vi gladij vulnerato, ad fratres antegreſſos euaſit. Tato poſtea, & Caco, vt natu maiores, in paternæ ditionis adminiſtrationem ſucceſſerunt: ſed altero anno, Tatone Opitergium pellecto, fraude cuiusdam Gregorij perierunt.*

Hieroſolymam Perſæ capit.

Iudæorum crudelitas in Chriſtianos.

Perſarum incrementa.

Cacanus, Abarum Dux, in Italiam irruit.

Romildæ libido, exatiata.

Grimoaldus puer.

Captiuæ quoq; abductæ fuerant duæ virgines illuſtres: illius quidē Romildæ filiæ, ſed matris longè diſsimillimæ: quarum nomina, Appa & Gala. Pudicitiæ ab his conſultū eſt cruda carnis fœtore:

Appa & Gala.

quæ

Virginitatis conſeruatio. *quæ pectorali faſcia mamillis alligata, calore computruerat. Barbari naturâ ſic Longobardas fœtere arbitrati, ab eis abſtinuêre. Venditæ poſtea Boijs & Sueuis fuêre. Appam Sueuorum, Galam Boiorum, proceres, matrimonio ſibi copularunt.*

Vienna & Paris. *Ex hac fœdentis carnis hiſtoria, natum eſt illud cuiusdam nobilis virginis, Viennæ nomine, commentum: quod in amatorio barbaræ linguæ libello eſt. Hæc cùm cuidam lectiſſimo iuueni, cui nomen Paris, coniugium pollicita eſſet: ideoque, quòd alteri nubere recuſaret, in carcerem à Parentibus eſſet coniecta: fœtore gallinaceæ carnis, ſub axillis poſita (quaſi is odor, ex teterrimo quodam morbo ſuo proueniret) à ſe depulit eos, quos volebat.* Perſe gallina, e la diuiſe in due parti, mettendola ſotto li ſcagli, vn pezzo per ſcaglio: laſciandola fina al terzo giorno: Fœtoris vtilitas. non li toghendo mai via. Donde venne vna terribile buzza: in tal modo, che non ſi poleua ſtargli appreſſo.

Eodem 615. anno, Ioannes Exarchus à Rauennatibus occiſus eſt: quòd inſolenter ſe gerens, Eleutherius, Exarchus 7. *onera ipſis grauiora ſolito imponeret. In cuius locum ſequenti anno, magna cum poteſtate ELEVTHERIVS patricius, Aug. Heraclij cubicularius, ſeptimus Exarchus venit: qui ſeueriſſima quæſtione de cæde Ioannis habita, auctores & participes eius, capitali ſupplicio affecit.*

Eodem anno mortuus eſt Gundoaldus, Theodelindæ frater, Dux Haſtenſis. De quo in Appendice barbara Greg. Turon. ſic legitur. Dum Gundoaldus, inquit, à Longobardis nimium diligeretur: factione Agonis Regis, & Theudelindæ: cùm ipſum iam Zelo tenerent: vbi Faldeon. *ad ventrem purgandum in faldeone (ϑρονίῳ) ſedebat: ſagitta ſaucius moritur. Fides penes auctorem ſit.*

Agilulfi mors. *Obijt & Rex Agilulfus: vir tum bellicæ virtutis, tum Chriſtianæ fidei, laude clarus. Cui* Adaluadus, Rex Longobard. 5. *cum matre quintus ſucceſſit Rex FL. ADALVALDVS: Auentino, Atholdus. Tunc Templa, inſtaurari cœpta: Epiſcopi & Abbates, eximijs priuilegijs honeſtati.*

CÆDES EXARCHI ELEVTHERII. BELLVM FRANCORVM CIVILE, Theodorici & Theodoberti: clades Tolbiacenſis: vtriuſque Regis interitus. Rege Lothario, Gallia & Germania, vnum corpus. Brunichildis interitus. Rectores Regni Francici. Nobilitas & dignitates, in Francia & Sueuia. Hapſpurgica ſtirps. EXARCHVS 8. ISAACIVS. Apparatus Imp. Heraclij contra R. Perſarum Choſroëm. Gonzo, Sueuiæ Dux.

CAPVT IIII.

Eleutherij cædes. ANNO 616. *Eleutherius, quia Italiæ dominatum occupare cogitabat: Regiſq; titulum aſſumpſerat: à militibus ſuis vt qui ab Auguſto defeciſſet, 9. Calend. Ianuar. occiſus eſt: caputq; ad Auguſtum, crimine palàm facto, miſſum.*

Ciuile bellum in Francia. *Circa hæc tempora, rurſum in Francia Theodoricus, auiâ claſſicum canente, Theodobertum aggreditur. Qui cum Alemannorum, aliorumq; Auſtraſiorum, copijs, obuiàm Theodorico iens, ingenti clade profligatus eſt in agro Tullenſi. Eum, cùm Coloniam fugeret, victor cum exercitu inſecutus eſt. Quem Leoniſius ſiue Leuniſius, Mogacenſis vel Moguntinus Epiſcopus, acce-* Fabula de lupo. *dens, ad perficiendum incœptum hortatus eſt: inter alia fabulam hanc recitans. Lupum, conſcenſo monte, catulos ſuos accerſiuiſſe, ac dixiſſe: Quouſq; circumquaq; proſpicere poteſtis: ſcitote, vobis* Tolbiacenſe prælium. *non eſſe amicos, niſi paucos, qui veſtri generis ſunt. Venienti poſtea Theodorico ad Tolbiacum (locum iam olim clade Alemannorum ſub Rege Clodoueo, nobilem: ſuprà lib. 8. cap. 9.) Theodobertus cum Auſtraſianis, Sueuis, Saxonibus, Turingis, alijſque ciſrhenanis populis, occurrit. Commiſſo denuò prælio, tanta ſtrages vtriuſq; exercitus eſt facta: vt plurima cadauera occiſorum vndiq;, non haberent iacendi locum, ſed ſtarent milites interfecti inter cadauera proſtrata rigidi,* Theodoricus R. bis victor. *tanquam viuentes. Stetit iterum victoria à partibus Theodorici: exercitu Theodoberti, à Tolbiaco Coloniam vſq; trucidato. Vrbs ea, occupata: theſauri omnes Theodoberti, ablati: filius eius paruulus, nomine Merouens, pede arreptus, & ſaxo illiſus, cerebro diſperſo. Ipſe Theodobertus, à cubiculario Berthario captus, & ad Theodoricum adductus. Inde Cabillonum (Burgundiæ vrbem) nec longè pòſt interfectus. Hæc in hunc modum, in Append. Greg. Turon. & apud Auentinum. In quibus incredibile videatur, ſtetiſſe occiſorum militum cadauera. Sed probabile redditur,* Milites occiſi, ſtantes. *quod in denſa multitudine interfectorum, non habuerint locum ſtandi. Inuenitur apud Græcos de pugna Marathonia: Callimachum Athenienſem Ducem multis transfixum haſtilibus, etiam exanimem ſtetiſſe. In oratione Polemonis de ipſo:* ἀπέθανε μὲν, οὐκ ἔπεσε δέ: ἀλλ' ἐξίωσεν ἡ ψυχή, βεβαίως τῷ σώματι μένειν καὶ καρτερεῖν ἐνετείλατο: καὶ μάχεσθαι τὴν δυνατὴν τοῖς ἀψύχοις μάχην, τὸ δεῖ στῆναι: καὶ βεβαίως ἵστατο

ἵππειον, ὥσπερ ἐρριμμένον. ἄλλοις δὲ ᾤετο τεθνάναι τὸν ἐγνηκότα, *Alij, Coloniæ à ciuibus obſeſſis, vt pace potirentur, occiſum volunt Theodobertum capite eius, in pertica trans murum oſtenſo: aut etiam inde proiecto, vt Tritenhemius habet. Qui tres quoq; filios ait à Theodoberto relictos: Sigebertum Guntrannum, & Lotharium: & vnam ſpecioſiſsimam filiam. Filiorum primum, profugiſſe in Franciam Orientalem: alteros duos, à Brunichilde necatos eſſe. Ita Theodoricus iam Dominus erat duorum potentiſsimorum Regnorum, Auſtraſiani & Burgundici. Verùm ſequenti 617. anno, Clotharium oppugnaturus, Meti interijt, dyſenteria morbo, aut Brunichildis veneno, quam offenderat. Tunc penes ſolum Clotharium, vel Lotharium (Lutherum* Leuthärren*) manſit vtraq; Francia. Occidentalis & Orientalis: vtraq; Heluetia, Burgundica & Alemannica, ac reliqua Sueuia. Sic rurſus Germania & Gallia coniunctæ: ſicut antiquiſsimis ſeculis vno Galatiæ verbo comprehenſæ fuerant. Veteres ille Boiorum (teſte Auent.) leges emendarit, nouas Sueuis tulit.*

Theodorici mors.
Lutherus, Lotharius.
Germania & Gallia coniunctio.
Γαλατία.

Anno ɔ18. cùm proauiâ Brunichilde Sigebertum, nothum Theodorici F. ad Regnum euehere conante, nouum bellum natum eſſet: ille (quamuis Burgundico & Auſtraſiano exercitu tum inſtructus) prælio à Rege Clothario (qui nec ipſe paucos Auſtraſianos ſecum habebat) ſuperatus eſt. Captus itaque, & ipſe, & fratres Corbus ac Meroueus: ſed Childebertus euaſit. Sigebertum & Corbum Clotharius interfecit (etſi Sigebertum equo pernici auolantem, poſtea non amplius comparuiſſe, Gaguinus ait) Merouæo verò pepercit, quòd eum è ſacro fonte excepiſſet. Capta dein & Brunichildis VVormaciæ eſt: quam per triduum diuerſis tormentis afflictam, aiunt camelo aut equo inſedentem, per omnem exercitum circunductam eſſe. Deinde, altero pedum & brachiorum mutilatam, atque caudæ ferociſsimi equi alligatam, membratim eſſe diſruptam. Nam eius culpâ decem Regiæ ſtirpis Francos perijſſe. Æmylius tamen, multa nimis tragica Brunichildi aſſicta putat.

Ciuile rurſus in Gallia bellum.
Brunichildis exitium.

Hoſtibus hoc modo profligatis, aut deletis: Clotharius iam ad Regnorum ſuorum ordinationem ſe conferebat. Itaq; palatij ſui Præfectum, ſiue Maiorem domus comitemue palatinum, conſtituit Garnerium: virum ex antiqua Francorum proſapia nobiliſsimũ. Sic & alibi hinc inde Præfectos nobiles præpoſuit: quorũ tamen officia non tranſibant hæreditariò ad filios, aut nepotes. Vt:

Maior domus, Garnerius.

Burgundiam commiſit Harponi Inferiorem Franciam, vel aquilonarem Galliam (in qua ciuitas Morinenſis, Tornacenſis, Atrebatenſis, Cameracenſis, & aliæ ſunt) Clodomiro, orientalium circa VVirceburgum Francorum Duci, tradidit.

Præfecti Gallicani.

Auſtraſiæ ciuitates, Metim, Coloniam, Leodium, Treuerim, & interiacentia loca, Rhadoni commendauit. Alſatiam & Alemanniam ciſrhenanam (Baſileam, Argentoratum, Conſtantiam, & alia) Sigeberto mandauit, Theodoberti quondam filio: qui, quandiu Theodoricus patruus & Brunichildis vixerant: in Orientali Francia latuerat. Procerum autem interuentu ad Ducatum Alemanniæ promotus fuit, cui præfuit A. 35. Etſi ab alijs non hic, ſed alius Sigebertus fuiſſe dicitur. At ſequamur ſanè nos hac in parte Tritenhemium: qui tres dat huic Sigeberto filios, ex Ducis Franciæ Orientalis Heriberti filia Engeltrude: Odobertum, Guntrannum, & Theodòbertum. Odobertus (inquit) accepit, mortuo patre, quatuor Sueuicos comitatus: inter quos Habsburgenſem & Kyburgenſem. Comitum hoc Habſpurgenſium initium fuerit.

Ducatus Alemanniæ.
Habſpurgenſis Comitatus.

Guntrannus, comes fuit in Homburg *(*Hohenburg *Alſatiæ, vel Altitona) qui filium Adalricum genuit, patrem S. Otiliæ virginis. Alibi verò Ettico, pater Otiliæ perhibetur.*

Theodobertus, Rauracorum comes fuit.

Ex his poſtea multi comites prognati ſunt. Inter eos fortaſſe VVirtẽbergenſes quoq; comites.

Comites multi, exorti.
Hohenburg Alſatia.
VVirtemberg. proceres.

His temporibus, quibus Lodoueani Franciam regebant, non reperitur tanta Nobilium multitudo (inquit lib. 4. cap. 29. Stumpſius) quanta inſecutis longè temporibus. Non enim multa fit mentio Nobilium, in Chronicis, Inſtrumentis, literis.

Nobiles, olim pauciores.

Hertzog/Fürſten/Grafen/ *Duces, Principes, Comites) fuêre ſolùm nomina officiorum: non autem tituli ex propagatione generis.*

Duces & Comites, olim tantùm nomina officiorum.

Supremus apud Latinos gradus erat Regum Rex. Germanicè Künig/ *à ſcientia & prudentia regendi:* alſi wolkündig vnd weis vor anderen: *ſicut caput eſt ſummum membrorum, cætera regens. Priſci Teutonum Reges, non genere, ſed virtute ſpectati, legebantur. Tempore verò Othonis 3. (qui circa annum (CI) Chriſti vixit) principum & Comitum dignitates, ad ipſorum quoq; progeniem deſcenderunt. Ideo autem ſic eos honores illis tradere, & confirmatos reddere, voluit; vt tantò fidelius certiusq; ſibi paratum in eis auxilium, ad vſus neceſſarios haberet.*

Rex, Künig.

Die

Barones, Freiſhärren. Die Freiſhärren/ hieſſen allein frei (*Barones tantùm, liberi appellabantur*) *quòd propter longi temporis fidelia erga Imperatorem ſtudia, bona quædam accipiebant, ad natos etiam tranſitura: quotidianisq́ miniſterijs & profectionibus liberabantur, præ nobilibus inferioribus: qui ſolùm nobiles ſerui nominabantur,* Edelknecht.

Eques, Ritter. Ritter (*Eques, vel Eques auratus*) *communis honos erat fortitudinis bellicæ: quem ne Principes quidem & Reges, quondam erubeſcebant accipere. Licet etiam obſcuri generis viro, qui præclaram operam Reipub. nauauerit, tribui poſſit.*

Sub Ducibus autem Sueuiæ, qui præſertim anno Domini CIƆ CXXXIII. *gubernacula Imperij Romani exceperunt. Nobilitas magis creuit Sueuica: quòd eorum officijs, & fidelibus meritis, debitus honor tribuendus eſſet.* Nobilitatis incrementum. *Quanta autem fuerit veterum Nobilium frugalitas & parſimonia: ex humilitate domiciliorum & habitationum iudicari poteſt.*

De Ducibus & comitibus, Iacobus Spiegelius Scholijs in librum 1. *Ligurini ſic ſcribit: originem Ducum putari à Ducibus exercitus Romani eſſe: quos à Principibus donatos eſſe poſtea territorijs, veriſimile ſit: quæ tamen ab illis recognoſcerent. Vnde ſecundum Feudalia placita, eos propriè dici Capitaneos Regni. Cæterùm Archiducis appellationem. id eſt, Ducis Ducum, primùm à fratre Othonis I. Cæſaris Brunone, inſolenter aſſumptam eſſe: teſte Æmylio lib.* 3. *Comitum originem non facilè inueniri: ſed ex Corn. Tacito conſtare: eam dignitatem, pro moribus Germanorum, vetuſtiſſimam fuiſſe: apud quos cuiq́ Duci exercitus,* 12. *Comites aſſignati fuerint. Nominari & Graues* (Grafen) *à maturitate morum, præſtantiaq́ virtutum.*

Ducum origo. Archidux. Comitum origo.

Iſaacius, Exarchus 8. *Anno 619.* ISAACIVS *patricius ab Imp. Heraclio Exarchus octauus Italiæ gubernandæ deſtinatus eſt.*

Heraclio legationem ad Perſam Choſroëm de pace mittente: ille hanc ſe daturum negauit: antequam Chriſtianos ad Solem, Crucifixo abnegato, adorandum compuliſſet. Sol, Perſarum Deus.

Anno 620. pace cum Cacano facta: Heraclius bellum in Perſiam tranſtulit. Nimis enim in pios crudelis erat Choſroës.

Cunzo. Gonzo. Iburlinga. Vberlinga. *Circa hoc tempus* (*ſed & longius antè, ac pòſt*) *Cunzo aut Gonzo, potens Princeps Sueuiæ* (*inquit libro* 3. *cap.* 247. *Munſterus*) *infidelis tamen* (*à fide Chriſti alienus*) *Iburingæ, ſiue Vberlingæ, commemoratur habuiſſe curiam ſuam. Fertur hic, expuliſſe antehac è Brigantio, SS. Columbanum & Gallum: Hi enim idola deſtruxerant Alemannorum. Apud vicum quidem Tuconium* (Tucken) *qui eſt ad fluuium Limagum* (*vbi ex Gallia profecti docuerant*) *ſimulacra in lacum abiecerant. Stumpfius lib.* 6. *cap.* 7. *Dæmonio tamen poſtea à Gallo liberatam eſſe filiam Gonzonis* (*ſequenti tempore Auſtraſiano R. Sigeberto, Dagoberti filio, deſponſam, nomine Friedbergam*) *inuenitur in Legenda S. Galli, Petri de Natal. lib.* 9. *cap.* 72.

CHOSROIS, DIVTVRNO BELLO AB HERACLIO DEVICTI, INteritus. Hieroſolyma, recuperata. Feſtum exaltationis crucis. Longobardorum 6. Rex ARIOALDVS. Initium Regni Saracenorum. Obitus Theodelindæ poſt filium. Dagobertus Francus, Auſtæri ſiue Auſtraſiæ Rex. Bobienſe Monaſterium. Monotheletæ. S. Gallus, Alemannorum Apoſtolus. Cantuar. Angliæ Schola. Reginæ Gundebergæ tentatio, calamitas, & liberatio. Dagobertus, Franciæ Rex, Pipinus Breuis, Maior Domus. Luxus Regum Francorum. Sueuici Duces Sigebertus & Gonzo.

CAPVT V.

ANNO 622. *Heraclius, cùm penuria pecuniæ laborans, ex Eccleſijs aurum & argentum ſumpſiſſet mutuum, monetamq́ inde cudiſſet: hoc & ſequentibus annis, multas & inſignes de Perſis retulit victorias: donec miſerè fugiens Choſroës, anno* 927. *à ſuo filio Siroë ſagittis occiſus eſt. Tunc ceſſauit hoc dirum bellum: pace altero anno Perſis data; Hieroſolymaq́, & omnibus, quæ amiſſa fuerant, receptis. Viſus eſt in hoc bello, inter aliarum nationum milites, etiam Turcis mercede conductis, Imperator. Cùm reſtituta eſſet ab eo ſancta crux Hieroſolymam: inſtitutum eſt Feſtum exaltatæ crucis, die* 14. *Septemb. celebrari ſolitum.*

Perſæ, ab Heraclio victi. Hieroſolyma, recuperata. Turcæ. Crucis exaltatæ Feſtum.

Anno 623. *Adalualdus ab Euſebio, quem Heraclius ad eum legauerat, potione dementatus pernicioſa: eiuſdem hortatu, Procerum ſuorum cædem facere aggreſſus eſt: quaſi vitæ eius inſidiarentur: ac duodecim interfecit. Cæteri, ne malum ad ſe quoq́ perueniret: Regem cum matre Theodelinda ſequenti anno expulerunt: ac poſtea Taurinatium* (*Pedemontanorum*) *Ducem,* ARIOALDVM (*ſextum Longobardorum in Italia Regem*) *ſuffecère: qui Adalualdi R. ſororem Gundebergam, coniugem habebat. Arioldus, Arnoldus,* Ehrnhold. *Gundeberga,* günſtige

Theodelindæ cũ filio expulſio. Arioaldus, Rex 6. Gundeberga.

günſtige Schirmerin. Bergen/ *defendere, tueri. Vnde* Halßberg/ *armatura, in priſca Germanorum lingua. Apud Italiæ Poëtas, Vibergo.*

Halßberg. Bergen.

Conabatur quidem Honorius Papa, & vnà Exarchus Iſaacius, reſtituere Adalualdum: quòd Arioaldus, Ariana labe infectus eſſet: ſed nihil effectum eſt: & Adalualdum veneno interire accidit. Regnauit autem Arialdus A. 12. Vocatur alibi Charoaldus: & ab Auentino, Heroldus: ſicut Gundeberga, Gundopyrga.

Theodelindæ obitus.

Saracenorum potentiæ initium, à Machometo impoſtore introductum.

Anno 627. excellentiſſimæ matronæ Reginæ Theodelindæ, mors ſecuta eſt eorum, quæ ipſi & filio acciderant, mœrore tabefactæ. Huius amore quomodo aliquando callidiſſimus, & audaciſſimus quidam ſtabularius (ſimulans noctu ſe maritum eius, nempe R. Agilulfum) potitus ſit: & tamen nec Regi, neque Reginæ, vnquam cognitus ſit, nec antè, nec pòſt: à Boccatio, 3. Decamer. 7. ſcribitur.

Vn palafreniere giace con la moglie d'Agilulf Re: di che Agilulf tacita mente ſ'accorge. Troualo & tonde lo. Il tonduto, tutti gli altri tonde: & coſi ſcampa dalla mala ventura.

Anno 628. Dagobertus, Chlotharii ex Bergetruda (vertraute) *filius, ab ipſo deſignatus eſt Auſtraſiæ, & ſub ea Alemanniæ, Rex quorum alteruter, vel vterq; Vindoniſſanum Epiſcopatum tranſtulit Conſtantiam: vt præcedente libro dictum eſt. Ac dicitur plerunq; Aulam ſuam habuiſſe Dagobertus Kircheimi, non procul Argentorato: atq; Regij palatij rudera, etiamnum ibi viſi, ex parte Ruſticis inhabitantibus. Idem perhibetur, & VVeiſſenburgenſe Monaſterium in Spirenſi diœceſi fundaſſe: & iam antè fundatum Spirenſem Epiſcopatum (vbi ante id tempus Areaniſmus inualuerit) inſtauraſſe.*

Dagobertus, Auſtraſiæ R. Kircheim.

Anno 629. cùm Epiſcopus Derthonenſis Procus, Bobienſe Monaſterium ſibi ſubijcere conaretur: Arioaldus, quanquam Areanus, fieri non permiſit: ſed rem cognitioni ſynodi commiſit. Tunc Pontifex Honorius, ijs Monachis priſtinam libertatem reliquit: Areanamq; perfidiam acriter inſectandam mandauit.

Hoc tempore Monotheletarum quoq; ſecta emerſit: vnam in Chriſto Deo & homine, voluntatem actionemq; ſtatuentium: quo errore poſtea Auguſtus quoq; Heraclius, ab Athanaſio, Iacobitarum (ſectæ iam tum ortæ) Patriarcha, nec non Conſtantinopolitano patriarcha Sergio, imbutus fuit. Væ falſis Doctoribus.

Monotheletæ.

Anno 630. S. Gallus ex Hybernia oriundus (alijs, Scotus) S. Columbani Diſcipulus (de quibus antehac quoq; diximus) Cellam in Alemannica eremo habitabat: vbi deinde inſigne clauſtrum ſiue Monaſterium, conditum eſt, de nomine S. Galli nominatum. Ita circa Sangallum, Arborem felicem (Arbonam) & alia loca Conſtantienſis lacus, Alemanniæq;, Eccleſiæ illis temporibus multæ fuerunt conditæ. Interim tamen etiam multi Alemannorum, Deaſtros ſuos retinuerunt: idq; vſq; ad tempora Caroli quoq; M. & Ludouici Impp. id quod Notgerus Monachus Sangalenſis, de hac regione conqueſtus hoc Verſu eſt:

S. Gallus. Arbona. Alemanni, nondum ſine idolis.

Dura viris, & dura fide, duriſſima glebâ.

Ioan. Stumpf. lib. 5. cap. 4.

Poſteriore autem tempore, quàm cella Galli illo in loco, à Gallo facta eſſet: Monachis pluribus congregatis, Abbatia ibi ſumptibus Auſtraſiæ Regis Dagoberti de Sigeberti, & coniugis Fridbergæ Gonzonidis, erigi cœpta eſt: principium ſcil. illius celebris pòſt ſecuti Sangallenſis Cœnobij.

Sangallenſis Abbatia.

In Anglia, Cantuarienſis Schola, ab Orientalis Angliæ R. Sigeberto fundata. Vt videamus, Angliã, Scotiam, Hyberniam, inſulas Septentrionales: ante Sueuiam & Germaniam, quæ Romanis & Gallis propiores erant, nomine religionis Chriſtianæ & Scholarum, celebres fuiſſe. Erant videlicet illæ tunc, quàm hæ humaniores, & magis dociles. Martios ſcilicet mores, manſuetæ Muſæ horrebãt.

Cantuarienſis Schola. Anglia, Scotia, Hybernia.

Anno 631. (vt Sigonius numerat) domeſticum malum, in Aula R. Arioaldi exortum eſt: Theodelindæ filiam Gundebergam habentis. Hæc enim Regina, cùm eſſet non modò venuſta ſpectu, & moribus benigna: ſed etiam inprimis erga Deum pia, & in egenos benefica: diligebatur (teſte Turonen. Appendice) à cunctis. Quidam autem nobilis homo, Adalulfus aſſiduus in Regia miniſter, cùm quodam die veniens, ante Reginam ſtaret: ipſa, vt erat hilaris & comis erga omnes, dixit: En honeſta ſtatura Adalulfi. Ille, hoc audito: admoto propius capite ſecretò ad illam, Quia ſtatus mea forma, inquit, à te laudatur: inſeruiat mihi tuus ſtatus. Ipſa, quæ & Deum vereretur, & coniugi ſuo fidem ſeruandam ſciret: obſtupuit inexpectatâ hominis

Adalulfi calumnia in Gundebergam, Theodelindæ filiam.

Z improbi

improbi impudentiâ: & continuò in faciem eius expuit. Adalulfus, cernens vitæ ſuæ periculum paratum, antevertendum arbitratus eſt. Itaq; ad Regem protinus currens, ſecretum eius colloquium petijt. Quo impetrato: Si ſcias, inquit, mi Rex, quod malum tibi immineat: animi ſecurus haud fueris. Fidi autem ſerui officium eſt: dominum ſuum ruere non ſinere, ſed præmonere. Domina mea, coniux tua, conſilijs triduum cum Hetruriæ Duce Tatone tractatis, te de medio tollere, illum in tecto lectoq; tuo collocare, cogitat. Auditis his verbis: Regi ſubitò ira incenſo, accidit illud Catonianum:

Impedit ira animum, ne poſſit cernere verum.

Carceri illa innocens mandatur.

Vxorem igitur, abſque omni conſideratione rei, mox in arcem Amelli abripi iuſſit. Ibi illa triennium, in arcta turris cuſtodia, miſere vixit. Quo tempore exacto, Franciæ Rex, indignitate rei motus, per legatos cum Arioaldo Rege expoſtulauit. Cur nam Gundebergam, Regibus Francorum propinquitate coniunctam, tantâ contumelia afficeret? Reſtitueret innocentẽ in integrum. Rege ſe iuſtè in illam facere aſſeuerante: quidam ex Legatis, cui nomen Anſoaldus, reſpondit (tanquam ex ſe loquens, non ex mandato Regis ſui) poſſe negotium, hactenus ignorantia tectum, non difficulter in lucem produci. Iube Rex, inquit, illum Reginæ delatorem, arma capere: cui armatus obuiàm eat alter aliquis, nomine captiuæ. Confligant inter ſe ſingulari certamine, antiquâ Longobardorum conſuetudine. Cognoſcetur, Deo benè iuuante veritas. Placuit Arioaldo conſilium. Comparatus cum Adalulfo quidam eſt à Regina conſobrino Ariberto: ſiue Carellus, ſiue Pitto, nomine. Cúmque confligerent: ſuperior extitit mulieris inſontis defenſor: victus Adalulfus, calumniam confeſſus eſt, ac perijt: Regina è carcere educta, in priſtinum gratiæ honoriſque locum reſtituta eſt.

Duello patefit innocentia Reginæ: eaq; honori ſuo reſtituitur.

ὡς ἀπόλοιτο καὶ ἄλλος, ὅτις τοιαῦτά γε ῥέζοι.

Exitio ſimili pereat, qui talia patrat.

Huius hiſtoriæ initium, ponitur in Turon: Appendice ad 40. annum Clotharij: id eſt, ad ſexcenteſimum vigeſimum ſeptimum annum Chriſti in Funccio. Tunc potuit ſupradicta cum Aroaldo expoſtulatio, fieri à Franco R. Clothario. Si verò Clotharius 631. (quem annum Sigonius initium huius hiſtoriæ facit) mortuus eſt, vt Funccius habet: non potuit, niſi à filio eius Dagoberto expoſtulari. Et tamen doctiſſimus Sigonius, à Clothario, poſt tertium captæ Reginæ annum factam ſcribit, nempe 633. Chriſti. Talia diſquirat, quærere cui placeat.

Dagobertus, Franciæ R.

Anno 632. in Franciæ Regno, Dagobertus (Degenwurt) patri Clothario ſucceſſit, regnans A. 14. Qui Ariberto fratri Aquitaniam regendam dedit: quem ex altera vxore Sichilde genuerat Clotharius. Moriens autem is, vtrumq; filium Pipino (al. Bibbino) qui Maior domus erat, commendauit. Hic erat Pipinus breuis, vel paruus.

Maiores domus.

Maiores domus vocabantur: qui ex nobilioribus Regni proceribus, Palatij Præfectis aut Cubicularijs, electi, omnem Regni adminiſtrationem habebant: Regibus ipſis, tantùm titulo tenus honoratis: nullâ, niſi fortè modica: imperandi poteſtate relicta. Conſulebant deinde ſic otio ſuo Reges. Quotannis hi conuentus menſe Maio agebant per regiones: ſplendida cum pompa comparebant: populum clementer appellabant: donis honorabantur. Magnificus eis veſtitus: longa & pulchra barba: capillus flauus & criſpus, per humeros demiſſus. In hanc ſententiam Cedrenus, [illegible] *inquit:* [illegible] *(ſucceſſione generis)* [illegible] *(muneribus affici)* [illegible]. *Addit, eos Reges appellatos eſſe* κριστάτας, *criſtatos: id eſt,* τριχοράχάτας: *à* θριξ, *crinis &* ῥάχις, *ſpina dorſi: quòd per eam promiſſos haberent capillos: tanquam* χοῖροι, *porci. Alias res non multùm curabant. Ideo ignominia erat, alicui Principi detondere crines. Pœnæ causâ tonſi, in Cœnobia trudebantur. Ita erat maxima dignitas, Maioratus: quæ tantùm illis committebatur: qui vſu rerum periti, & fide explorata, eſſent. Sed attulit res tandem exitium proli Clodouei M. quando 751. ſalutis, ille Pipinus, qui tunc erat Maior domus, Regem Hildericum in Monaſterium trudens, ipſe Regnum arripuit: quòd ſic ad Carolum M. & Carolinos peruenit. Non ergo debent ſe Reges & Principes ignauia & luxui dedere: nec alieno ſemper, ſed ſuo etiam conſilio, viuere: atq; adeò, Veſpaſianum imitando, quaſi ſtantes mori. Sed legatur de Maiore domus, Vincentius Lupanus de Magiſtrat. Francorum lib. 1. & Ioan Stumpf. li. 3. cap. 77. & 79.*

Regum Francorum veſtitus & ornatus.

Criſtati Reges.

Tonſio capillorũ.

[illegible] tiam caue[illegible] Reges.

[illegible] duo Ale[illegible], Sige[illegible] et Gonza.

Ad hæc tempora, rurſus inuenio duos Duces Sueuiæ, vel Alemanniæ: tanquam iiſdem temporib. locis diuerſis, fuerint. 1. Sigebertũ, Lotharij ſecũdi cognatũ: quẽ puto fuiſſe illũ, de quo proximo capite dictũ eſt, Theodoberti filiũ. Et ſi nepos Lotharij, ex fratre aut ſorore, alibi dici à me repertus

ſiet

ſit: qui etiam Rhatiam & Curuualiam rexerit. 2. Gonzonem (de quo item, antea) cuius filiam S Gallus à Dæmone liberam fecerit; tunc in Alemannica Heluetia habitans. Quam duxerit Dagoberti F. Sigebertus, Alemanniæ & Oſtrofranciæ Rex: ex qua procreauerit Dagobertum 2. Etſi eam Petrus de Natalibus, virginem ex voto liberationis manſiſſe, & in Cænobio multis virginibus præfuiſſe, ait. Gonzonis filia.

Hoc aut priore anno, Mahometus, circ. 8. Iunij, magno cruciatu in lecto ſuo moritur, Turcarum hodieq; pernitioſus impoſtor. Mahometi ἀπό-χρησις τῆς ψυχῆς.

PERSIA ET HIEROSOLYMA, A SARACENIS CAPTA. CONSTANtienſis Epiſcopus, Martinus. Mores praui Dagoberti Regis. Direptio Lateranenſis theſauri Romæ. LongobardicusR. 7. RHOTARIS. Ab eo Cottiæ Alpes & Opitergium, Græco Imperatori adempta. Sigebertus, Auſtraſiæ Rex. Obitus S.Galli. Conſtantiæ Epiſcopus, Ioannes. Vberlingæ verſans, Dux Gonzo. S. Amandus, Argentorati Epiſcopus. Imp. Orientis, HERACLIVS CONSTANTINVS. imp. HERACLONAS.

CAPVT VI.

ANNO 633. ἀοκίτης, ſignum in cælo ξιφοειδὲς (gladij ſpecie) à meridie ad ſeptentrionem, dies 30. viſum eſt. Sigebert. Eo potentia Arabum & Saracenorum ſignificata exiſtimatur. Sequenti anno, Perſarum regnum in Saracenorum poteſtatem venit: Heraclius, fratre ſuo Theodoro à Barbaris victo, lignum crucis Conſtantinopolin, metu Arabum tranſtulit. Hieroſolymam, poſt biennij obſidionem, Sophronio Patriarcha tradente (qui inde mærore mortuus eſt) in poteſtatem Saraceni 636. redigerunt. Cometa Aokites. Hieroſolymam Perſarum Regnum Saraceni capiunt.

Eodem 633. anno, Martinus, vel Martianus, Epiſcopus Conſtantiæ Alemannicæ erat. Cuius temporibus (inquit Bruſchius) Dagobertus Epiſcopatum hunc certis limitibus circumſcripſit: vt habetur adhuc in Bulla Friderici Barbaroſſæ. Eidem Epiſcopo data ſunt ab eodem Dagoberto multa inſignia priuilegia: quibus adhuc ea Eccleſia vtitur. Conſtantienſis Epiſcopatus.

Anno 634. (al. alio anno) Dagobertus, quia de leuitate vitæ, & rapinis Eccleſiarum, ſecundum quietem, aut in ecſtaſi mentis, à D. virgine Maria, & Apoſtolis Petro ac Paulo (vt in literis fundationis eſt. 3. Munſt. 151.) caſtigatus fuerat: VVeiſſenburgenſe in Nemetenſi diæceſi Monaſterium, ad honorem S. Trinitatis, & iam dictorum Sanctorum, ob ſpem remiſſionis peccatorum ſic conſequendæ conſtruxit. Atqui conſcientiâ peccatorũ preſſos, Chriſtus ad ſe vocat, Matt. 11. VVeiſſenburgenſe monaſterium.

Fuit ita mulieroſus hic Rex: vt paſſim collegia formoſarum mulierum inſtitueret: & concubinas multas ſecum circunduceret, Reginarum habitu incedentes. Quod cùm S. Amandus (poſtea, Traiectenſis Epiſcopus) liberè inſectaretur: in exilium exactus eſt. Reginas, ex multis tres nominat Appendix Turonen. Nanthildem, Vulfigundem, & Berthildem. Habebat & Ragintrudam: quam, cùm Auſtriam, ſiue Auſtraſiam, Regio cultu circumiuiſſet, thoro ſuo adſciuerat: & ex ea filium Sigebertum ſuſtulerat. Pacem perpetuam cum Imp. Heraclio coluit. Mulieroſus, Dagobertus. S. Amandus.

Anno 637. Romæ, theſauro Lateranenſis Eccleſiæ, omnium opulentiſſimo, inhiabat Auguſti Chartularius (chartarum & libellorum cuſtos) Mauricius: incitans milites ad illum diripiendum: vt quibus ne ſtipendia quidem debita perſoluerentur, nedum aliquid extraordinarij honoris haberetur: Id quod tamen non culpâ Imperatoris accideret: ſed Clericorum, qui ea ſupprimerent, auaritiâ: Sic magnus militibus ſtimulus adhibitus. Eos tamen clerici armata iuuenum manu pepulêre. Exarchus verò Iſaacius à Mauricio de negotio edoctus, aduolans, totum Veſtigarium (ἀργυροφυλάκιον, ærarium ſacrum) exhauſit: in quod plurimum donorum, à ſuperiorum temporum Imperatoribus, Conſulibus, Patricijs, ad ſalutem animarum ſuarum (dum egeni inde ſubleuarentur, aut captiui redimerentur) collatum fuerat. Quadriennio autem poſt, idem Mauricius, cum ſe Iſaacio oppoſuiſſet: capitali ab eo pœna affectus eſt. Theſauri Lateranenſis cupidus, Mauricius. Chartularius. Veſtigarium.

Arioaldo Rege Longobardo, ſine virili prole defuncto: ſucceſſit (electus à Gundeberga: cui optionem tunc, ſicut ante Theodelindæ, Senatus procerum dederat) FL. RHOTARIS HARODVS, ſeptimus Rex: vir cæterà egregius, ſed valde acer Areanus. Quo regnante (ad annos videlicet 15.) ſingulæ vrbes habuère duos Epiſcopos, Catholicum & Areanum: ſicut hodie vrbs aliqua Germanica, concionatores Papiſticos & Lutheranos. Rhotaris, Rex Longobard. 7. Eccleſiarum bini diuerſæ religionis Epiſcopi.

Anno 638. Rotharis (Retter. Vel Rothar, ῥυσίπολις) Imperatori duas Italiæ prouincias eripuit: Alpes Cottias (à monte S. Bernhardi, vſq; ad Liguſticum mare: Ciniſum montem) & Opitergium (Oderſum) cum oppidis ad Taruiſiũ vſq; Exarcho, quantũ poterat, reſiſtente: tamen ad Mutinenſem amnem Scultemnã (Panarum) Romanorũ octo millia cæſa ſunt: reliqui in fugã coniecti. Alpes Cottiæ. Opitergium.

Z 2 *Anno*

Dionyſij Lutet. templum. *Monachorum Poëſis.*

Anno 639. Dagobertus (inquit quidam Anonymus) ædem D. Dionyſij à fundamentis erexit; ex alijs vndequaque corradens, easq́ ſpolians: quò hanc vnam ditaret. Nec quiſquam ante eum inuenitur: qui patrimonij reditus annuos, Templis tam magnificè profuſeq́ donarit. Monachorum otium & inertia, multas texuit de eo fabulas: vt aſſentatione & laudibus, Principum facultates ad hamum pellicerent. Credo, Dagobertum bonum fuiſſe virum: verùm non vſq; adeo ſanctum: qui in immenſis, cùm donationibus, tum ædificijs, SALVTEM, quemadmodum iſti perſuadebant, poneret. Horum iſtiuſmodi commenta apud exteros noſtrarum (Francicarum) eleuant hiſtoriarum fidem. In hoc Monachorum collegio, viros fuiſſe quàm plurimos, religione & ſanctitate celebres, non dubito: qui maiora loco illi ornamenta, quàm tales ſcriptores, attulêre. Totum, ad uerbum ex Chronico, cum P. Æmylio Pariſijs apud Michaëlem Vaſcoſanum 1539. excuſo.

Eodem anno, Ariberto, & filio eius infante Hilperico, mortuis: ſumma rerum ceſſit Dagoberto: qui Sigebertum F. Auſtraſiæ Regem fecit.

S. Galli mort. *Anno 640. obijſſe dicitur S. Gallus. 16. die Octob. cùm eſſet 95. annorum: Sangalli, vt fertur, ſepultus. Alij, & 650. anno adhuc vixiſſe indicant: & alibi ſepultum eſſe aiunt.*

Ioan. Epiſcopus Conſtantienſis. *Gonzo Dux.*

Ioannes (inquit Bruſchius faciens eum XI. Conſtantiæ Epiſcopum) propter ſummam vitæ innocentiam Beatus appellatus, gente patriaq́ fuit Rhætus Curienſis: Diſcipulus S. Galli Eremitæ: concionatoris accolarũ lacus Acroniani. Qui Gallus cùm ipſe ad gubernationem Eccleſiæ Conſtantienſis vocaretur: honorem oblatum humilimè deprecatus: hunc ſibi chariſſimum Ioannem, ipſe in vrbem ducens, Eccleſiæ commendauit: præſentibus, Athanaſio Nemetum, Theodoro Auſtodunenſi, & Alberino Lugdunenſi, Epiſcopis. Item Gunzone, ſiue Conzone Sueuorum Duce: tunc Vberlingæ ad Acronianum lacum reſidente. Ita Ioannes anno 650. Epiſcopus illic factus eſt. Sic & Petrus de Natal. Gallus, inquit, à Gunzono Duce (qui eum antea, vt paganus, expulerat: ſed propter filiæ morbum reuocauerat: à qua Dæmonem Sanctus eiecit) ad vrbem Conſtantiam aduocatus: vt conſecrationi Ioannis Epiſcopi præſens eſſet; verbum Domini in populo mirificè prædicauit: multos àb errore gentilitatis ad Chriſtum conuertit: Epiſcopo quoq; formam commiſſæ ſibi Eccleſiæ gubernandæ præſcripſit. Poſtea in eremum ad cellam ſuam redijt; vbi plures Diſcipulos (tanquam in Schola docens) congregauit. Corpus eius, febre mortui, in caſtro Bruningio ſepultum. Dicitur Gonzo hic nummos cudiſſe: qui longo tempore poſtea nominati ſint, Gonzonij nummi,

Vberlingenſes. Guntzenpfänning. *In quibus cùm imago leonis eſſet: Vberlingenſes habuiſſe pro inſignibus leonem: ſicut nunc aquilam habeant.*

S. Amandus, Argentinenſis Epiſcopus. *Eodem 640. S. Amandus erat primus Argentinæ Epiſcopus: ex Vltraiectino Epiſcopatu eò vocatus à R. Dagoberto: cuius ille filiũ Sigebertũ antea baptizauerat, in caſtro Rubeaquenſi Eiſenburgo. Vbi, cùm Amen dicendũ eſſet: circunſtantib. cogitabundè tacentibus, puer ipſe dixit, Amen.*

Anno 641. menſe Maio Heraclius Imp. obijt.

Secuti ſunt Imperatores.

Heraclius Conſtantin. Imp. 13. *XIII. IMP. CÆS. FL. HERACLIVS CONSTANTINVS, P. F. Aug. per M. 4. & aliquot D. Nam veneno ſublatus à nouerca Martiana: vt ea filium Heraclonam promoueret.*

Heraclonas Imp. 14. *XIIII. IMP. CÆS. FL. HERACLONAS, P. F. Aug. M. 2. & aliquot D. Nam ambo eiecti ſunt in exilium: præciſâ matri lingua, ne populos verboſitate ſua concitaret: puero verò abſciſſo naſo: ne decore ſuo commiſerationem faceret.* ὁ μὲν ἐγλωσσοκοπήθη, ὁ δὲ ἐῤῥινοκοπήθη.

Georgij Sincelli Chronicon. *Cedren. Huc vſq; ab initio rerum, ſcriptum manu, Chronicon Georgij Sincelli productum, extat hoc noſtro tempore in Bibliotheca Auguſtana: ex quo videbam Cedrenum hactenus pleraq; ad verbum in ſuos annales transſcripſiſſe.*

Heraclius pater, fuit poſtremus Imperatorum, ab exercitu Romano electorum: & primus à Patriarcha confirmatorum. Poſtea filium Imperatorum, quaſi hæreditario iure ſucceſſerunt.

IMP. HERACLIVS CONSTANS. EXARCHVS 9. THEODORVS. ISAacij Epitaphium. Edictum Rhotaris. Gundebergæ deiectio, & reſtitutio. Clodoueus Franc. R. Argentoratenſis Epiſcopus, Arbogaſtus. Rhodolfus, Turingiæ Dux. Thalto, Turgouienſis Alemanniæ præſes. Martini Pontificis Rom. Concilium contra Acephalos. S. Gertrudis. Exarchi, 10. OLYMPIVS, II. iterum THEODORVS.
In Africa, Sicilia, & Rhodo, Saraceni.

CAPVT VII.

Heraclius Conſtans Imp. 15. A*NNO 642. Conſtantinopoli ad faſtigium elatus Imperij eſt XV. IMP. CÆS. FL. HERACLIVS CONSTANS, P. F. Aug. qui imperauit in annum 27. Hæreticus Monotheleticus.*

Hic

Hic THEODORVM CALLIOPAM Patricium, nonum Exarchum miſit Rauennã. Præcedente nanq; anno Iſaacius ſumpto ſupplicio de Mauricio Chartulario ſeditioſo, non multò pòſt obierat repentinò: & , qui Mauricianæ factionis fuerant, effracto carcere, diffugerant. Theodorus Calliopas Exarchus 9.

RAVENNÆ, AD FORES TEMPLI D. VITALIS, IN ARCA marmorea inciſum Iſaacio Epithapium. Iſaacij Exarchi Epitaphium.

† Ενταῦθα κεῖται ὁ στρατηγήσας καλῶς.	ῥώμην, τε φυλάξας ἀβλαβῆ καὶ τὴν δύσιν
τρὶς ἓξ ἐνιαυτοῖς τοῖς γαληνοῖς δεσπόταις	ἰσαάκιος, τῶν βασιλέων ὁ σύμμαχος.
ὁ τῆς ἁπάσης ἀρμενίας κόσμος μέγας.	ἀρμένιος ἦν γὰρ οὗτος ἐκ λαμπροῦ γένους.
τούτου θανόντος ἐνδόξως ἡ σύμβιος.	σωσάννα σώφρων τρυγόνος σεμνῆς τρόπῳ
πικρῶς στενάζει ἀνδρὸς ἐστερημένη	ἀνδρὸς λαχόντος ἐκ καμάτων εὐδοξίαν.
ἐν ταῖς ἀνατολαῖς ἡλίου καὶ τῇ δύσει.	στρατοῦ γὰρ ἦρξε τῆς δύσεως καὶ τῆς ἕω.

Accepi ex vrbe Neapoli 4. Maij (veteris Calendarij) 1588. Tybingæ: miſſum ad me Cruſium, à M. Philippo Engelbarto, Iuris ſtudioſo: N. Leonhardi Engelbarti, Stutgardianæ Scholæ Rectoris, filio: quem anno 1563. Maij 6. è S. Baptiſmate ſuſtuleram.

Sententia Epitaphij eſt.

Hic iacet, qui bene præturam geſſit: Romamq; indemnem ſeruauit, & Occidentem, ter ſex annis, ſerenis Dominis, Iſaacius: Regum in bellando adiutor. Ille, qui vniuerſæ Armeniæ fuit ornamentum magnũ. Armenius enim erat ipſe, è ſplendido genere. Hoc mortuo glorioſè: coniux Suſanna pudica, turturis caſti ritu crebrò gemit, viro viduata: viro, per labores adepto honeſtum nomen: tum in Oriente, tum in Occidente. Exercitus quippe Dux erat in ortu & Occaſu.

Anno 644. Cùm Longobardi iam 76. annũ (teſte Sigonio) in Italia ſine legibus ſcriptis, tantũ ſecundũ vetera Scita, vſu quotidiano repetita, vixiſſent: Rhotaris omnia Scita colligens, multiſq; nouis vtilibus Decretis augens, in tabulas retulit, quas EDICTVM appellauit, hoc proœmio. Ius ciuile: gobard

" *Incipit Edictum, quod renouaui cum primatibus meis Iudicibus, ego in Dei nomine Rhotaris* Edictu
" *Rex, vir excellentiſſimus: ſeptimusdecimus Rex gentis Longobardorum: anno Regni mei, Deo* tariũ.
" *propitio, octauo: ætatiſque meæ tricesimo octauo, Indictione ſecunda: ex quo Alboinus, tũ temporis*
" *Rex, procedente diuina clemẽtia aduẽnit, anno ſeptuageſimo ſexto feliciter: datũ Ticini in palatio.*

Primos octo Reges Longobardorũ, ante huius gentis in Italiã inuaſionẽ, habes ſuprà li. 8. c. 10.

Anno 645 aut circà, Regina Gundeberga adhuc vixit: meliore iam, quàm antehac, fortuna. Præteritis enim temporibus, cùm à Rhotare, quem ad Regnum extulerat, parum grato, ad priuatam vitam & habitum deiecta, per quinquennium Deo ieiunij & precibus aſſiduè inſeruijſſet: Rege interim per concubinas debacchante: Domina illa pia, Legato Francici Regis Aubedone Rhotarem modeſtè reprehendente: in ſuam dignitatem reſtituta eſt: per totam ciuitatem Regali cultu ad loca ſacra exiuit: Aubedonem liberaliter remunerauit: in ea felicitate deinceps permanſit. Ex Append. Turon. vbi pro Rhotare, Crotharius eſt. Gundeberga, iam felicior.

Obijt circa hoc tempus Franciæ R. Dagobertus: relictis duobus filijs, Sigeberto & Clodoueo. Succeſſit ergo 2. hic Clodoueus patri, A. 17. & Ludouicus 1. vocatur. Clodoueus 2. Franc. R.

Anno 646. viuebat 2. Argentinenſis Epiſcopus, S. Arbogaſtus: gente vel Aquitanus, vel Hybernus. Fertur hic reſuſcitaſſe à morte precibus ſuis Sigebertũ, Dagoberti F. ex Mechtilde Saxonica Duce natũ: qui in venatione prope Ebershaimunſteram, ab apro percuſſus, poſtridie animam exhalauerit. Ideo Regem Argentinenſi Eccleſiæ, oppidum Rubeaquũ donaſſe: cum tota illa ditione: quæ ideo Manudatũ nominata ſit: & hodie adhuc vocetur corruptè, Mundot. Obijt Arbogaſtus 658. cùm 12. annos Epiſcopatui præfuiſſet. Sepultus eſt iuxta patibulũ in D. Michaëlis colle, ſicut voluerat: quòd etiam Chriſtus extra Hieroſolymitanam vrbem, in ſceleratorum loco paſſus eſſet. Bruſch. & Munſterus. 8. Arbogaſtus.

Anno 647. Grinvvaldus, Pipini filius, Magiſter equit. erat Auſtraſiorum, vir ſtrenuus.

Anno 648. Rhadulfus Doringorum Dux, recuſans dare tributum: ab Auſtraſiano Rege Sigeberto, & ad Rhenum victus eſt, & ad lacum Podamicum, & in ſuperiori Heluetia: atq; ita ad tributum perſoluendum reductus. Turingorum Dux Rhodulfus.

Hic Sigebertus, S. Gallo fauens, Cellæ & fratrib. eius donauerat terrã: quæſita eſt inter hãc Cellã & Albſteinũ, cũ omni proprietate: per quendã Thaltonẽ, Regiũ Turgouiæ Comitẽ, vel Rectorẽ. Thalto.

Poſteri huius Thaltonis: filius Thiotoltus, nepos Pollo, pronepos VValthpertus, abnepos VValthranus: qui S. Othmarum fecit Abbatem Sangalli primum.

Africa, Saracenis tributaria facta.

Olympius, Exarchus 10.

Anno 649. miſſus eſt OLYMPIVS patricius, Cubicularius, decimus Italiæ Exarchus, ab Imper. Conſtante, ad tollendum Papam Martinum: à quo videbat contra Monothele-tas, quibus ipſe deditus erat, concilium haberi. At ſanè in eo concilio condemnati ſunt hæreſeos Antiſtites: Cyrus, Sergius, Pyrrhus, Paulus. Cùm autem ſequenti anno inſidiæ, quas Olympius per ſuum Spatharium P. Martino fecerat, irritæ cecidiſſent: veniam ille ab hoc petens, conſecutus eſt: ea conditione, vt Saracenos, qui Siciliam occupauerant, inde eijceret.

Gertrudis virgo. Muribus infeſta.

*Anno 650. vixit illuſtris & pia virgo Gertrudis (*Gar vertrauwend*) Pipini Maioris domus (ex Itha matre) filia: Niuigellæ Parthenonis in Brabantia Abbatiſſa, in pauperes benefica: quæ anno 33. ætatis obijt. Poſtea, contra mures & glires idololatricè ab aniculis inuocata.*

Theod. Calliopa. Exarch. 11.

Anno 651. Olympius, cùm vix magno labore Saracenos è Sicilia eieciſſet: morbo, ex defatigatione concepto, perijt. Itaq; denuò ei ſucceſſit THEODORVS Calliopa, vndecimi Exarchi loco, aduerſus Martinum P. incitatus.

Coloſſus Rhodi.

Rhodo à Saracenis capta: coloſſus ille Solis celeberrimus, deiectus & deletus eſt: cùm fortè ſtetiſſet 1460. annos, vt inquit Funccius: qui ad 654. annum refert.

LONGOBARD. R. 8. RHODOALDVS. MARTINI P. CAPTIVITAS, & obitus. Ildebertus, Grimoaldi F. Deinde, vtriusq; exitium. Irena, Hiſpanica virgo. Conſtantis Aug. clades. ARIBERTVS 9. R. Longobardorum. Vitaliani Papæ à Cæſaribus approbatio. Audomarus quidam cæcus. Rex 10. Longobard. PERTHARITVS & GVNDEBERTVS. Gundeberto, fraude Garibaldi interfecto: Rex Longobard. 11. GRIMOALDVS, Beneuentanus Dux.

CAPVT VIII.

Rhodoaldus, Rex. 8.

ANNO 652. *Rhotari R. mortuo, filius ſuus FL. RHODOALDVS. (*Rhatwalt/*conſilij poteſtas) octauus Longobardorum Rex ſucceſſit, per annos 4. Arianus & ipſe.*

Pontifex Martinus, Romæ fraudulenter à Theodoro Exarcho captus, & Conſtantinopolin miſſus, eſt: atq; ibi ab Aug. Conſtante, in Ponticam Cherſonis inſulam relegatus: vbi ille altero anno diem ſuum obijt: & in catalogum Sanctorum à Romanis eſt relatus.

Cùm Auſtraſianus, Alemannicus, Oſtrofrancus Rex, Sigebertus, liberis careret: Ildebertum vel Hildebertum, Grimoaldi F. Pipini N. adoptauit: ſed breui natus eſt ei ex vxore, Ducis Sueuici Gonzonis filia, Dagobertus 2.

Irene, virgo S.

Anno 653. erat in Hiſpania S. virgo, Deo dicata, nomine Irene. Hæc ad Nabanim Luſitaniæ fluuium, pro pudicitia & amore Chriſti, mortem expetijt (teſte Ioan Vaſæo) ne dedecus acciperet ab impijs. Tunc in Nabanim proiecta, et p Tagũ Scalabim delata, ibi ſepulta, nomen vrbi dedit.

Anno 654. Conſtantinus Pogonatus factus eſt Imperator à patre ſuo Conſtante Imp.

Somnium, θεσσαλονίκη.

Anno 655. Imp. Conſtans in Oriente apud Phœnicem Lyciæ, à Saracenorum Duce Mabia, claſſe ſuperatus eſt: quod ei præcedentis noctis inſomnio præſignificatum fuit. Viſum enim ſibi eſt, Theſſalonicæ eſſe. Quod ſomnium coniector audiens: Vtinam, inquit, ô Imperator, hac nocte aut non dormiſſes, aut iſtud ſomnium non vidiſſes. Significat enim, θὲς ἄλλῳ τὴν νίκην, Thes allo nicen, *concede alij victoriam. Tunc Imperator victus, mutata veſte, vix effugit: altero pro eius ſalute fortiſſimè pugnando, animam profundente.*

Aribertus, Longobard. R. 9.

*Anno 656. Rhodoaldus Rex, interfectus eſt à quodam Longobardo, propter vitium vxori eius oblatum. In cuius locum, comitijs à Senatu Longobardico habitis, ſuffectus eſt nonus Rex FL. ARIBERTVS (*Ehrnwart/*honore dignus) nonus Longobardorum Rex: qui regnauit A. 5. Fuit Gundoaldi, qui erat frater Theodelindæ filius: & putatur catholicus fuiſſe.*

Ildebertus, R. Auſtraſia.

Sigeberto Auſtraſiano defuncto: Ildebertus fuit à Maiore domus, patre ſuo Grimoaldo, Rex factus: abducto in Scotiã, & in Monaſterium truſo, legitimo hærede Dagoberto puero. Ideo Sigeberti frater Clodoueus, duce Maiore domus Erchembaldo, illos bello petijt, in Francia Orientali & Alemannia.

Cella S. Galli. Presbyteri. Monachi. Canis Aeſopicus.

Eo bello etiam Cella S. Galli primùm capta & ſpoliata fuit, an. 658 ſed breui à Conſtantienſi Epiſcopo Boſone reſtituta. Iis temporibus populum docebant ordinarij Presbyteri: Monachi verò, in Cœnobijs, velut in Scholis, viuebant. Exitus porrò belli huius fuit: quòd Ildebertus in prælio cæſus eſt. Grimoaldus verò captus, Pariſiorum in vrbem miſſus, ibi in carcere mortuus. Accidit videlicet ei, quod cani Æſopico qui vmbram maioris fruſti carnis in fluuio captans: ſimul & eam, quam ore ferebat, amiſit carnem. Clodoueus dehinc Auſtraſijs filium ſuum Childericum, Regem dedit. Grimoaldus, Grimwalt/ *quaſi iracunda & violenta poteſtas:* der mit grimm waltet/ oder regieret. *Modò ne in innocentes, ſed in facinoroſos.*

Anno 657. Vitalianus (inquit Sigonius) ad Pontificatũ Romæ euectus, & cõſecratus: Legatos

de more

de more cum Epiſtola Synodica ad Imperatores miſit: Pontificem ſe deſignatum ſignificans. Principes, Legatis benignè acceptis: & priuilegia Romanæ Eccleſiæ renouarunt: & codices Euangeliorum: auro gemmiſque diſtinctos, B. Petro inſignus loco muneris remiſerunt. Nondum ſcilicet tunc Pontifices Romani tantam, quantam poſterioribus temporibus, in Cæſares poteſtatem habebant.

Papa ſub Cæſare.

Scripſiſſe Vitalianus Eccleſiaſticam regulam, cantum in Templis ordinauiſſe, & organa muſica voci humanæ adhibuiſſe, perhibetur.

Anno 658. Audamarus (inquit Sigebertus) ſenex cæcus, precibus Epiſcoporum, & meritis S. Vedaſti (ecce vis meritorum alterius) illuminatus ægrè tulit, ſe illuminatum eſſe (ecce gratitudo pro munere diuino) cùm cæcitatem ſibi ad ſalutem (ecce varij & miri modi conſequendæ ſalutis) datam eſſe crederet. Itaq́ rurſus cæcus factus eſt. Meritò Inuitum qui ſeruat: idem facit occidenti. Audomaro huic, fidem non habenti, imò inuito, meritis alienis, cernendi rurſum facultas cõtigiſſe dicitur. Chriſtus verò Luc. 18. cæco efflictim petenti, non recalcitranti, reſtituit viſum.

Audomarus, ſenex cæcus. Merita aliena.

In fundamento priſcæ in Sueuia arcis Vrbachenſis, lapis fertur repertus: in quo numerus annorum fuerit D. C. LVIII.

Vrbachum arx.

Anno 661. Ariberto R. mortuo: Reges Longobardis filij eius ſucceſſerunt, FL. PERTHARITVS, & FL. GVNDEBERTVS, decimo loco.

Pertharitus & Gundebertus, RR. Longob. 10.

Pertharitus, werder Reuter: *Auentino, Berthariems*, wärth vnd Reich. *Gundebertus*, Gunſtes wärth. *Eorum ille Mediolani hic Papiæ, conſedit. Gundebertus, vt fratrem parte Regni ſpoliaret: à Grimoaldo Beneuentano Duce auxilium petendi cauſa, miſit Ducem Taurinatium Garibaldum: ſororem ſuam illi, ſi ſe ſtrenuè iuuaret, nuptui pollicens. Garibaldus verò* παρα-πρεσβεύων, *legationem mentientibus, Grimoaldum contra hortatus eſt clam: vt occaſionem ex illorum fratrum diſcordia nactus, ipſe ſibi Regnum vindicaret. Placentiam vbi Grimoaldus vênit: Gundoberto ſuum aduentum per Garibaldum nunciat. Gundebertus, Garibaldi conſilio vſus, quonam modo honorificè futurum ſororium exciperet: iubetur eum in Regiam ſuam Papiæ recipere. Quòd ſi de animo eius fortaſſe dubitaret: loricam ſub veſte induere. Reuerſus deinde perfidus homo ad Grimoaldum: monet eum, ſibi à Gundeberto caueat: vt occidendi eius causâ loricato. Credens Grimoaldus, vt in complexum Gundeberti vênit: loricatum ſenſit, ac ſtatim confodit: ditionemque eius inuaſit. Pertharitus, cæde fratris cognita, Mediolano ad Hunnorum Principem Cacanum profugit. Garibaldum poſtea Taurini, amicus quidam Gundeberti, vt ille meritus erat, interemit. Hinc FL. GRIMOALDVS, vndecimus factus eſt Longobardorum (de conſenſu ipſorum) Rex. Hic Perthariti vxorem Rhodelindam, & filium Cunipertum, Mediolani ab eo relictos, Beneuentum exilij causâ miſit: nuptias cum ſorore Gundeberti, ingenti omnium lætitia celebrauit: bellum Cacano, niſi Pertharitum eijceret, minatus eſt. Pertharius à Cacano, ſibi metuente, dimiſſus: Laudem Italiæ regreſſus, veniam & ſecuritatem precibus à Grimoaldo impetrauit. Verùm animo huius mox, ad tollendum eum de medio, immutato: Pertharitus fidelis amici Vnulſi operâ ſubductus, ad Francorum Regem Clodoueum (cuius F. Hildebertus Auſtraſijs præerat) perfugit.*

Garibaldi ſcelus. Ribaldo. Gundeberti cædes. Grimoaldus, R. 11. Perthariti fuga in Franciam.

FRANCORVM A GRIMOALDO OCCIDIO. CONSTANTIS IRRITA contra Longobardos expeditio, & Romæ ſpoliatio. Cacanus Hunnus, contra Lupum Ducem, & Grimoaldum R. Opitergij euerſio. Franciæ Reges. Lotharius, Theodoricus, Hildericus. Conſtante Imp. interfecto. Imp. CONSTANTINVS V. POGONATVS. Virgo Maxelendis. Longobardorum Rex XII. GARIBALDVS. Eorumdem XIII. R. PERTHARITVS denuò. Saracenorum incurſiones. Rauennas. Eccleſia. Franciæ R. Theodericus iterum. Peſtilentia Romæ. Excuſatio de paucitate interdum Sueuicarum rerum.

CAPVT IX.

ANNO 662. *Francorum Regis copiæ, Gallicæ ſcilicet & Alemannicæ (Sigonio referente) propter Pertharitum in Italiam miſſæ, à Grimoaldo deletæ ſunt: cùm is fugam ſimulaſſet: & in caſtris, quæ vino & alijs rebus bonis referta reliquerat, hoſtes cibo potuq́ obſaturati, ſecuritati & ſomno infeliciter ſeſe tradidiſſent. Factum non procul ab Haſta: vbi locus cladis, Francorum riuulus appellatur.*

Grimoaldi de Francis victoria. Strategema.

Anno 663. Clotarius, vel Lotharius 3. Clodouei F. Rex occiduæ Franciæ & Burgundiæ.

IMP. Conſtans, maximam & ornatiſſimam claſſem Tarentum appulit: vt Longobardos Italiâ expelleret. Quanquam autem ex Eremita quodam, quem conſuluerat, audiuerat: ſe non expulſurum illos eſſe (narrante Sigonio) quòd hæc gens Diuo IOANNI

Conſtantis Imp. expeditio in Longobardos.

S. Ioan. Baptiſta Longobardrum patronus.

Baptiſtæ præcipua religione deſeruiret: tamen rem aggreſſus eſt. Luceria, alijs in itinere oppidis, captis, Beneuentum obſedit: vbi Dux præerat Grimoaldi Regis filius Romualdus: qui crebris eruptionibus hoſtem diſtinẽs, patrem (nutricio ſuo Ieſualdo miſſo) ad ſuccurrendum ſibi hortatus eſt. Cuius aduentantis metu, Imperator, obſide Romualdi ſorore Giſa capta, pacem cum hoc compoſuit, & abſceſſit: prius tamen Ieſualdo, quem interceperat, obtruncato: & capite eius baliſtâ in vrbem proiecto: quòd is, ad mœnia ductus, & negare aduentum Grimoaldi iuſſus, contrà clara voce eum propediem adfore dixiſſet. Saburrum deinde quendam, qui cum 20 millium peditatu venerat ab Imperatore, Romualdus, cùm primò anceps eſſet prælium, tandem virtute vnius viri ſuperauit. Erat is Amelongus, haſtam Regiam ferens: qui eâ, ambabus manibus connixus, ex equi ſella Græcum quẽdam decuſſit: haſtaq́ infixum, in ſublime extulit: inuſitatoq́ ſpectaculo hoſtes attonitos, in fugam coniecit.

Romualdi victoria.
Amelongus.
Vnius viri virtute, victoria.

Romam poſtea Imperator 3. nonas Iul. iniuit (Indict. 6. quæ in hunc 663. annum incurrit) à P. Vitaliano (qui ad VI lapidem, ei honoris causâ obuiam progreſſus fuerat, cum omni clero, populoq́ Rom.) ampliſſimo pompæ genere exceptus. Cumq́ aliquot ſacras ædes religioſa ſimulatione acceſſiſſet, easq́ muneraſſet: 12. dies in vrbe moratus, cum exercitu exceſſit: omnibus ex ære ornamentis æternæ vrbis antiquis (tegulis etiam Panthei) ablatis. Quo fœtore poſt ſe relicto, Neapolin terreſtri itinere redijt: deinde in Siciliam tranſijt.

Lupus, Foroiulienſis Dux.

Anno 664. Grimoaldus, quòd Foroiulienſis Dux Lupus, ſe bello contra Auguſtum impedito, multa improbè contra ſe tentauiſſet: Hunnum Cacanum in eum excitauit: qui primi tridui prælio valdè à Lupo preſſus, quarto demum die victum occidit: ac poſtea Foroiulienſi agro, vt multi ſanguinis profuſione parto, amplius cedere noluit. Itaq; Grimoaldus, quantum potuit, exercitum contra eum conſcripſit. Præſentibus verò Cacani legatis: cùm eæ copiæ multò minores hoſtilibus eſſent: eas occultauit, & ſic oſtentauit maximas: cùm eoſdem milites, diuerſo habitu & armatu, quaſi identidem noui exercitus accederent, in oculis illorum decurrere iuſſit. His ego, inquit, copijs eijciam Foroiulio Cacanum: ſi remorantem inibi deprehendero. Qua re ex Legatis cognita: continuò in Regnum ſuum Cacanus diſceſſit. Vide, quàm ſit ἀκατάληπτος ἡ φαντασία, [illegible] *nacta: id eſt, quantam vim ad decipiendum habeat inanis ſpecies: ſi obiectum ignorans ei oblatum ſit. Sed rarius contingit.*

StrategemaGrimoaldi cõtra Cacanum Hunnum.
φαντασία ἰσχυρή.

Opitergij deletio

Anno 665. Grimoaldus, Opitergina fraudis recordatus: qua fratres ſuos, Tatonem & Caconem, ſcelere Euſebij Patricij, anno 616. amiſerat: Opitergium adortus, deleuit: finibus eius, in Foroiulienſes, Taruiſinos, & Ceneteuſes, diuiſis.

Galliarum turbatio.

Anno 666. Lotharius, Franc. Rex moritur. Quo mortuo, & Regum gloria (inquit Æmylius) intermortua eſt: Magiſtris equitum (Mareſcallis, Conneſtabilibus, Grammaiſteris, Maioribus Domus) ſimulatione Regiæ maieſtatis protegendæ, de adminiſtratione rerũ, pro opibus quoq́ ſuis, maiore audacia decertantibus.

Theodoricus. Auſtraſiæ R.
Eueruinus, Magiſter domus.

Anno 667. Theodoricus, Lotharij frater, minor fratre Hilderico, Rex Auſtraſiæ fit (Rhenanæ oræ Alemanniæ, Oſtrofranciæ) autoritate Eberuini ſeu Ebroini: qui fuit Erchembaldi filius, malus & ſuperbus homo, dignitate Magiſtri domus auctus. Sed vterque, breui detonſus, & in Monaſterium relegatus.

Childericus. Franciæ totius R.

Anno 668. Childericus 2. vel Hildericus, Theodorico fratre ſummoto, conſenſu omnium fit Rex totius Franciæ. Hîc rurſum Gallia, & bona Germaniæ pars, coniuncta. Ille ſpem, quam omnes de ipſo optimamh abuerant, ſuperbè ſaneq́ imperitando feſellit. Rex Grimoaldus, Rhotaris Edictum alicubi correxit, & auxit.

Conſtantis, Imp. interitus.
Fratricida fuerat.

Anno 669. Conſtans Imperator idibus Iul. Indict. 12. in balneo Daphne Syracuſis interemptus eſt: dum in caput tergentis ſe, Andreas quidam vaſculum grauiter impegit. Interfecerat is aliquot annis antè, fratrem ſuum Theodoſium: etſi eum antè, operâ Pauli Patriarchæ fecerat Diaconum. [illegible] τῷ βασιλεῖ, τῶν ἀχράντων μυστηρίων, ἐν ἁγίῳ ποτηρίῳ: *qui & Imperatori ſacroſanctum myſterium, ſancto poculo præbuerat. Idem Theodoſius poſtea, ſæpe illi in ſomnis apparens, porrecto poculo ſanguinis pleno, dixerat:* πίε ἀδελφέ, *bibe mi frater. Territus itaque hoc viſo, celocem conſcenderat: & inſpuens vrbi Conſtantinopoli, in Siciliam nauigauerat. Sed nec ibi eum illud inſomnium reliquerat. Voluerat Imperij ſedem transferre Romam: ſed Conſtantinopolitani non dimittebant à ſe vxorem, & tres filios eius. Poſtea tamen Romam ſpoliauit, vt dictum eſt.*

Somnium.

Cicero

Cicero pro ſex. Roſcio.

Sua quenque fraus & terror maximè vexat: ſuum quenque ſcelus agitat, amentiaq́ afficit: ſuæ malæ cogitationes, conſcientiaq́ animi terrent. Hæ ſunt impijs aſſiduæ domeſticæq́ furiæ: non illæ Poëtarum, in fabulis. Hinc etiam, terrifica in ſceleratis ſomnia, Deo multifariàm eos excruciante, & ad ſupplicia tandem rapiente. Conſcientia ſcelerata furor.

Continuauit Imperium, vt cœperat, filius eius. XVI. IMP. CÆS. FL. HERACLIVS CONSTANTINVS POGONATVS, P.F. Aug qui poſt patrem imperauit A.16. & aliquot menſes: ſtudioſus Eccleſiæ Romanæ: & diſſidij inter vtranq́ Eccleſiam, de duabus Chriſti voluntatibus orti, impatiens. Itaq́ mox de concilio indicendæ cogitare cœpit. Heraclius Pogonatus, Imp. 16.

πωγωνάτος, barbatus. *Nam cùm in Siciliam, vlciſcendæ mortis patris causâ nauigaret: parum barbæ habebat. Poſtea benè barbatus rediit. Eius ſunt* τὰ γεωπονικά, *libri de re ruſtica. πωγωνᾶτος, latina terminatione, ſicut Barbatus, pro* πωγωνίας. *Sic Reges Galliæ, quia illis erant temporibus comati, promiſſâ in tergum cæſarie, vocabantur à Græcis* τριχοραχᾶτοι ἃ θρὶξ & ῥάχις. *Ergo tunc etiam Græca lingua, qua vulgus vtebatur, corrupta erat; non tantùm noſtro tempore, ſub Turcis.* Geoponica. Pogonatus. Græca lingua corruptio.

Anno 670. in territorio Cameracenſi, virgo Dei Maxelendis, ob votum virginitatis, Harduinum amatorem ſuum fugiens, ab eo martyrizatur (Sic loquitur Sigebertus) idque mox excæcatus, poſt triduum ab ea illuminatur. Maxelendis virgo.

Anno 672. Grimoaldus Rex mortuus eſt: dum nono die poſt, quàm ſanguinem miſiſſet, brachium, arcus in columbam dirigendi causâ: maiore niſu extendit. Arcano ipſum errore liberauerat Bergomas Epiſcopus Ioannes, Fu di corpo gagliardo (inquit Bernard. Corius) coraggioſo ſopra gli altri, caluo, & con gran barba: & non meno prudente di conſiglio, & valoroſo di corpo. Robuſtus, magnanimus præ alijs, caluus, magnâ barba, animo & corpore validus. Grimoaldi mors.

Anno 673. filius Grimoaldi, FL. GARIBALDVS, duodecimus erat, Rex Longobardorum, ætate puer, menſes 3. Garibaldus, Rex 12.

Interim Perthariтus exul, Grimoaldi potentiam veritus, in Angliam cogitabat. Sed voce, neſcio qua diuinâ, reuocatus, in Italiam reuerſus, Papiam iniuit: atque, puero depulſo, Regnum ſummâ procerum & populi voluntate recepit: vxoremq́ & filium Beneuento reuocauit. Sic FL. PERTHARITVS cum Cuniperto F. fuit tertius decimus Longobard. Rex. Etſi à Funccio ad 680. Chriſti ponitur. Regnauit deinceps multos annos, laudabiliter & tranquillè. Perthanitus, Rex 13.

Saraceni, hoc & ſequentibus ſex annis plurimum damni Romano Imperio intulerunt: quas clades Chaſma (ignis cæleſtis per decem noctes terrificus) hoc 673. anno conſpectum, præſignificarat. Senſit malum Lycia, Cilicia, Cyzicus, Creta, Syracuſa, & alia loca: donec pax eſt 679. in annos 30 facta: vt penſitarent Saraceni Græcis quotannis tria millia auri (χρυσίου χιλιάδας τρεῖς) octo ſeruos, & totidem equos: vt Zonaras habet: Cedrenus verò, centum ſeruos. & quinquaginta generoſos equos. Sic, aliquid facere, neceſſitate coacti. Nam multas calamitates in obſidione Conſtantinopoleos paſſi erant (inuento Græco igni, qui ὑγρὸν πῦρ *appellatur, à Syro quodam Callinico, contra eos) & procellis ac tempeſtate maris iactati. Tunc etiàm occidentales hoſtes muneribus miſſis, pacem ab Imp. Conſtantino impetrarunt.* Saracenorum motus. Chaſma. Ignis Græcus, ὑγρὸν πῦρ.

Anno 679. cùm Childericus Francus odium popularium in ſe accendiſſet: ſeditione, clariſſimis viris Vigoberto & Amalberto auctoribus, mota: Bodillus (quem ille è Francica nobilitate, propter leuem cauſam palo alligatum, virgis ceciderat) eum inter venãdum adortus, occidit, duodecimo Regni anno. Inſuper, ne vindex exoriri poſſet vxorem eius Blithildem, quæ vterum ferebat, itidem interfecit.

Rauennas Eccleſia, quæ antehac Romanæ par fuerat, ſe per Archiepiſcopum ſuum Theodorum, Romanæ ſubiecit.

Anno 680. Theodoricus è Monaſterio reuocatus, in Regium ſolium repoſitus eſt: ac 14. annis regnauit. Theodorici repetitum regnũ.

Cùm menſe Iunio eclipſis lunæ maxima fuiſſet: tanta Romæ peſtilentia, ſequentibus tribus menſibus accidit: vt cadauera ſepelientium penuria eſſet: ciuibusq́ ad iuga montium emigrantibus, herba fruticesq́ in vijs & plateis vrbis enaſcerentur. Cui malo finem fuiſſe credita eſt ara: quæ D. Sebaſtiano in æde D. Petri ad vincula, erecta fuerit: tanquam non Dominus dediſſet, Dominus abſtuliſſet. Peſtilẽtia Romæ.

Hæc

Suenorum mentio renouata.

Hæc quidem, in Oriente, Italia, Gallia. Sed vbi manent noſtri Sueui, ſiue Alemanni, huius operis propoſitum? Erant iam dudum ſub ditionem Francici Regni, à Clodoueo M. circa 500. annum ſalutis, ſubiecti: vt ſuprà libri 8. cap. 9. literis mandatum eſt. Sub eo Regno (potentiſſimo iam ſed ſæpe quoque fluctibus iactatato) adhuc erant: diu poſthac etiam permanſuri, inter Auſtraſios comprehenſi. Vbicunque igitur Auſtraſiorum mentio fit: aut ab his, vel in his, aliquid geſtum eſſe commemoratur, etiam Sueuos ibi intelligi, par eſt.

Hiſtoricorum penuria.

Fuit eis Ducatus adminiſtratio impoſita. D V C E S autem omnes, qui & quot fuerint, non inueniuntur literis proditi: vt nec alia Sueuorum, per annos paſſim multos, res. Culpa eſt hæc ruditatis & inſcitiæ illorum temporum: quando ſtudia literarum, extra Monaſteria non erant. Ipſi autem Monachi, etſi quid ſcribebant: parcè, ruditer, imperfectè ſcribebant: vt, non modò rebus, ſed etiam ſæpenumerò cauſis rerum, omiſſis: Non enim cogitabant, de gentis Sueuicæ geſtis, ex profeſſo ſcribere: ab initio, per ſuos progreſſus ordine, ad ſua vſque tempora. Indoctiores erant, quàm vt potuiſſent: pigriores, quàm vt voluiſſent: elatiores, quàm vt è ſua Angelica vita (ſic enim ſentiebant) in Mundum, cui ſcilicet valedixerant, redeundum ſtatuiſſent. Sic factum eſt: vt plurimarum, & quas maximè nos ſcire optaremus, cognitione rerum careamus. Interim tamen cùm de Longobardis breuiter ſcribimus: teneamus illud ſemper, nos de Sueuis ſcribere: quippe, ex quorum multiplici genere, propago & Longobardi præclara fuerim. Cùm item Francica bella, vt alia geſta, legimus: ſimul Sueuorum nobis in mentem veniat, ipſos in non abfuiſſe ab ijs. Et hodie bella hinc inde geruntur: quibus tum Sueui, tum alij Germani, interſunt: etſi poſtea non ſpecificè in narrationibus rerum nominantur: ſed ſæpe tantùm dicitur, Germanos militaſſe Gallo, aut Hiſpano. Ita generali nomine Germanorum Sueuicum nomen quaſi abſorptum cogitetur. Sine dubio, identidem nobiles aliqui, illis & ſequentibus temporibus, in Aulis Francorum Regum vixerunt: eisq́; fidelem operam domi militiæq́; nauarunt: etſi à nullo Scriptore, talia prodita ſunt. Fuit hæc, infelicitas illorum ſeculorum. Interea, qui domi viuebant, intelligantur, ſatis bene præfuiſſe ſuis muneribus: in rebus communibus, & priuatis. Fœmineum quoq; ſexum feciſſe officium.

Longobardi Sueui.

Sueui ſub Germanorum nomine latentes.

Sueuæ fœminæ. Iambici Octonarij.

Sueuas fuiſſe amabiles, viris & applicabiles:
Prolem educaſſe ſedulas, curaſſe penſa ſtrenuas.

Sueuicæ & aliæ, aues.

Cum Sueuicis autem rebus, illas quoque gentes modicè non immeritò deſcribimus, quæ imperium habuerunt: vt collatione, omnia fiant illuſtriora: aut vt videatur, quæ fortuna fuerit harum auium, in illa Regnorum cauea, vel cum cæteris auibus: aut, his auibus quieſcentibus, quid aliæ aues interim perſtrepuerint.

SEXTA VNIVERSALIS SYNODVS. EVERVVINVS, FRANCIÆ MAior domus. Ioannes, Epiſcopus Bergomas. Priuilegium à Pogonato Imp. Romanis datum. S. Chilianus, Franciæ Orientalis Apoſtolus. IMP. IVTSINIANVS IVNIOR Alagiſus, Tridenti Dux, Longobardo Regi rebellis, Exarchus 12. IOANNES. Galliarum, ſeu Franciæ, perturbatio. Pipini Craſſi, & Auſtraſiorum, clades. Periuri Ebervvini interitus. Dux Sueuorum, Martianus, & Cottefridus. Francia, virtute Pipini reſtituta, Maioris apud Auſtraſianas gentes domus. Longobard. Rex 14. CVNIPERTVS. Altitona, vel Hohemburgenſe Monaſterium. Dux Alemannus Etthico, S. Otilia. Cœnobia, Ebershaimenſe, Murbachum, & Maſmyſtearum. Linguæ Græcæ ignoratio.

CAPVT X.

Synodus ſexta. Trullum.

ANNO 681. conſilium ſextum Oecumenicum, vel generale, 289. patrum, auctore Imp. Conſtantino actum eſt in Palatij penetrali, quod Trullum dicebatur. τροῦλλον *(inquit Guil. Tyrius 22.) pars palatij Byzantini, vbi Sexta Synodus habita eſt. Aliter in vulgari lingua Græcorum* τροῦλλα *vocatur* τὸ ὕψος καὶ κορυφή, *altitudo & vertex.* ἑπτάτρουλλος τάφος, ὁ ἑπτακόρυφος, *ſeptem verticum ſepulcrum: apud Nicetam Choniatam. Actum eſt contra Monotheletas: & demonſtratum, duas eſſe* τοῦ θεανθρώπου, *Chriſti Dei & hominis, voluntates & actiones. Vt, Manducare, actio humanitatis, non pertinet ad immutabilem Deitatem: mortuos ſuſcitare, actio Deitatis, non ad humanitatis operationem, per ſe. Monotheletæ verò negabant duas voluntates in Chriſto, diuinam & humanam: quod putarent, eas inter ſe contrarias eſſe. Præfuerunt huic conſilio (teſtibus Cedreno & Zonora) nomine P. Rom. Agathonis, Theodorus & Georgius Presbyteri, ac Ioannes Diaconus. Deinde Archiepiſcopi, Conſtantinopolis Georgius, Antiocheæ Theophanes. Item, ex diœceſi Alexandreæ, Petrus Monachus. Hieroſolymâ nullus aderat Epiſcopus: Saracenis eam poſſidentibus: in quorum poteſtate, Alexandream quoque tunc fuiſſe, Zonaras ait.*

τροῦλλα.

Monotheletæ.

Anathe-

Anathemate autem icti ſunt: Theodorus, Pharanis Epiſcopus: Cyrus, Alexandreæ: Sergius, Pyrrhus, Paulus & Petrus, Conſtantinopoleos: Macarius, Antiocheæ, cum Diſcipulo ſuo Stephano: quidã deniq; Geron: quo vocabulo ſenex ſignificatur isq́ à Zonara nominatur γέρων πολυχρόνιος τὴν κακίαν, καὶ παιδόφρων: *inueteratæ malitiæ ſenex, & puerilis dementiæ. Interfuit ipſe etiã Auguſt.*

Eueruinus in Francia, renato ſibi rurſus capillo, è Monaſterio erupit: collectisq́ viribus, hoſtes ſuos profligauit: & à R. Theodorico, priori dignitati reſtitutus, perfidè in colloquio Leudeſium, Magiſtrum equitum, ſeu Maiorem domus, occidit. Eueruini in Gallia motus.

Anno 683. Bergomi Epiſcopus Ioannes, vir doctiſſimus & innocens, ab Arianis occiſus eſt. Huic aliquando Cunipertus Rex, libertate eius offenſus, effrenem atque indomitum equum dederat: qui ipſum excutiens, perderet. Verùm ab eo equo placidè domum reuectus eſt. Itaque ab Rege poſtea in honore eſt habitus: & mitiequo, quo ille ipſe vehi ſolebat, donatus. Ioan. Epiſcopus.

Anno 684. Imp. Conſtantinus, per quã ſtudioſus Romanæ Eccleſiæ: cùm Leoni Papæ mortuo, Benedictus 2. eſſet ſubſtituendus: Diuali (Imperatorio diplomate) ad Clerum: populum, exercitumq́, miſſa, indulſit: vt, quem ipſi Pontificem iuſtis comitijs, concordibus animis, deſignaſſent: eum èxtemplò conſecrare ſine Imperatoris auctoritate, ius eſſet. Sigon. Antè non erat illis ea poteſtas, ſed penes Auguſtum. Iam hic Benedictus, primus habebatur Chriſti in terra vicarius. Papæ datum priuilegium.

Vixit ante & poſt hoc tempus, S. Chilia. natione Scotus. Hic cum popularibus ſuis, Colonato & Theodnano (al. Coloman. & Dietmanno) in Angliã. Galliã, & Germaniã, prædicandi Chriſti gratiâ profectus eſt. Præſertim verò Benedictus Papa, eum repurgare Germaniam ab Areana hæreſi, & à gentilitate, iuſſit. Venerunt hi viri, VVirceburgum: quod à Petro de Natal. Viridorum caſtellum vocari dicitur: cùm potius virorum caſtellum ſit. Vir, Wirt. Dux tunc erat Franconiæ, Gosbertus vel Gotzbertus, nomine Galliarum Regis Theodorici. Qui, etſi Chriſti ignarus erat: Chilianum tamen amicè complexus eſt: & de Chriſtiana fide docentem, non illibenter audiuit. Ita & ipſe, & tota ferè regio, ad Chriſtum conuerſa fuit. Sed cùm Gosbertus ſecum vxoris loco haberet Gailanam (al. Gaſilam) quæ fratris eius vxor fuerat: reprehendit eum Chilianus: & remouere, validis ex Dei verbo rationibus, ipſam à ſe iuſſit. Dux oratione eius motus: vbi à profectione, quæ neceſſaria eſſet, rediſſet: ſe id facturum promiſit. Gailana interim, re cognita: furore concitata, Iulij 8. Sanctum illum cum ſocijs, clàm à ſicarijs duobus occidendum curauit, & humandum. Viro reuerſo, & de eis percontanti, eos de finibus abijſſe reſpondit. Percuſſores verò, mortem ſibi ipſi, furijs agitati, conſciuerunt. Mulier, ſimiliter à malo ſpiritu correpta omne ſcelus enunciauit: καὶ κακὴ κακῶς ἀπώλετο. *De Ducis morte ambigitur: alio ſcribente, fraude mulieris, quòd in conuerſione conſtans maneret, periſſe: alio, à ſubditis interfectum eſſe. Filius eius poſtea, Hettanus nomine, Franconiæ Dux, Templum extruxit in monte iuxta vrbem, D. virgini Mariæ: vbi nunc arx Epiſcopi eſt. Ideo etiam nunc vulgò appellatur, Mons & arx noſtræ Dominæ.* S. Chilianus. VVirceburgum. Gotzbertus. Gailana. Chiliani cædes.

Anno 687. Pogonato mortuo ſucceſſit XVII. IMP. CÆS. FL. HERACLIVS IVSTINIANVS IVNIOR. *P. F. Aug. per A. 10 & aliquot menſes. Vltimus Heracliæ ſtirpis, adoleſcens 16. annorum.* Heracl. Iuſtinianus iunior. Imp. 17.

Dux Tridentinus Alagiſus (Sigonio, Alahis) victo Bauarico Comite, Regem ſuum Peritharitum deſpiciebat. Qui eum Tridenti ſumma ope obſedit: ſed ab eo fugatus, & caſtris exutus eſt. Cunipertus patri Ducem reconciliare ſemper ſtuduit: ſperans, Regno fidelẽ fore: Ducatuq́ Brixiæ ornandum curàuit: licet pater diceret, eum non fore amicum: ſed præſidijs haud modicis ali hoſtem. Tridentinus Dux Alagiſus.

Tunc duodecimus Rauennæ Exarchus erat IOANNES.

In Gallia, hoc tempore propter diſſolutionem & ſocordiam Regum malus erat ſtatus. Odia flagrabant inter nobilitatem & plebem: leges iuſtitiæ iacebant. Cædes rapinæ, & incendia vigebant: Plebs à proceribus opprimebatur: pœnæ ſcelerum non erant. Galliarum malus ſtatus.

Nam Reges indulgebant tantùm voluptatibus, ebrietati & crapulæ, libidinibus & venationibus: adminiſtrationem Reipublic. abijciebant. Tunc ab Auſtraſijs & Sueuis. Maior domus factus eſt Pipinus, cognomento Craſſus) Pipini Breuis, ex filia Beggæ nepos) apud ipſos illos: qui patruelem habebat Martinum, Sueuiæ Ducem. Cùm autem Eueruinus, VVeſtofranciæ, & Burgundiæ Maior domus, Regem Theodoricum in ſua poteſtate haberet: ſæuiret que in eos, quos ſibi in calamitate inſultaſſe ſciret: nullius nec dignitati, nec ſanctitati, parcens (vt, S. LEODEGARIO, *Heduorum Epiſcopo, qui ipſum tyrannidis arguerat, crudeliſſimè interfecto) cùm ideo multi quoque quotidie, in Auſtraſiam vltrò exulatum abirent: tunc prædicti duo patrueles, à nobilitate & populo, vt Duces, iuſſi: contra Eueruinum in Laudunen-* Pipinus, Maior domus. Sueuiæ Dux Martinus.

ſium

Eueruini victoria.

ſium fines, magnis cum copijs profecti ſunt. Commiſſum eſt prælium (in loco, cui nomen Locofico) ſummâ vtrinque vi: ſed victi, patrueles, cum ſuis Auſtraſijs. Pipinus nihil confidendum perfido victori ſciens: longinquâ ſe fuga texit.

Martinus verò (grauiter deſcribente rem Æmylio) in propinquum ſe oppidum recepit: nec Leudeſij caſu ſatis edoctus: in colloquium ab Eueruino euocatus, nullum pignus poſtulauit: niſi ſanctiſsimi iuriſiurandi ſuper Sanctorum corpora concepti. Ille conditione accepta, ad conditoria Sanctorum (prius exemptis clàm corporibus) in quæ adegerunt Martini oratores verba, adiurat, ſe minimè illi offuturum. Sin fidem falleret: in caput ſuum deteſtatus terrores, perniciem, exitium, Inferorum pœnas. Sic Diuos eludens, hoſtem improuidum excepit, interemitq́; cæde hoſtium, ſitim domeſtici cruoris accendens: donec ab Ermenfrido, Franciæ nobilitatis claro viro (quem Pipinus ob Martini cædem vindicandam ſubornauerat) anno 688 per inſidias interemptus eſt. Amiſſo ſic Martino: rerum arbitrium, ad Pipinum ab Auſtraſijs delatum eſt: meliusq; res ab vno adminiſtrata, quam à duobus fuerat.

Periurium Eueruini.

Pipini incrementum.

Nam cùm Auſtraſiam (cuius totius curam ſuſceperat) ab exulibus (qui multi eò confugerant) expurgare vellet: auctor eis fuit, vt communi legatione ad Regem miſſa, veniam delictorum, & redeundi ad ſua facultatem, peterent. Fecerunt ſic: & ſanè obtinuiſſent à clementia Regis: niſi Magiſter equitum Bertarius eis effetiſſet. Hinc bello exorto: & Regem & Bertarium, exules, Duce Pipino, anno 690. apud Textricium vincunt: quamuis Sueuiæ Dux Gottefridus, cum Rege ſenſiſſet. Fauetur exulibus poſtea: & Bertario coniuratione ſuorum ſublato, in patriã reſtituuntur. Ita Francia ſatis antè turbata, in vnum deinceps coit: victor Pipinus vniuerſam moderabatur: Drogonem, filiorum maximum natu, Campanis Ducem dedit: Ipſe Tranſi benanis bellis ſuſceptis) quòd per ciuilia Francorum bella, eæ gentes animos ſuſtuliſſent) Saxones Sueuosque, licet viribus inuicti viderentur: cùm in fidem reuocati redire nollent (auctore Æmylio) varijs prælijs fatigauit: ac perſeuerantiâ longaq́; tandem die coëgit dicto parêre. Eius perpetuo labore, & domi pacis diuturnæ bonis perfruens Francia floruit: & foris priſtinam dignitatem recuperauit.

Sueuiæ Dux Gottfridus.

Sueui Saxonesq́; à Pipino victi.

Cunipertus, Rex Longobard. 14.

Anno 690. in Italia, Pertharito mortuo, FL. CVNIPERTVS manſit quartus decimus R. Longobard. quem tamen Funccius ad 698. refert. Vxorem is ex Angloſaxonibus Hermelindam duxit. Cunipertus, vel Kunibertus, Kühn vnnd wärth / fortis & dignus, ἀνδρεῖος καὶ τίμιος.

S. Otiliæ mons.

In monte altiſsimo & celeberrimo Alſatiæ (qui 4. milliaribus ab vrbe Argentina diſtat: & S. Otiliæ vel Odiliæ iugum Vogaſiq́; montis caput, nuncupatur) arx Regum Franciæ erat. Ea circa hæc tempora, in cœnobium Altitonam, vel Hohenburgenſe S. virginũ S. Otiliæ Monaſterium ampliſsimum, commutata eſt (Bruſchio teſte) ab Adelrico vel Etticone, ſiue Ethicone, S. Otiliæ patre: Regis Francorum Childerici affine: & Regio in Alſatia (quæ ad Alemanniam referebatur (Argentoratiq́; Præfecto: tunc in ſuperiore Ebenhaimio, oppido Alſatiæ (ſicut antè in ipſo etiam Hohenburgo) curiam ſuam Ducalem habente: qui ampliſsimis etiam id prouentibus annuis donauit.

Altitona.

Hohenburg cœnobium.

Ehenheim.

S. Otiliæ vita.

Nata fuerat Otilia, cæca: ſed videndi facultatem accepit: poſtquam à S. Erhardo Ratiſbonenſi, & Hildolfo Treuirenſi, Epiſcopis, Baptiſmate initiata fuit: vt eſt in Fragmento incerti auctoris. Præfuit poſtea, prima Abbatiſſa, Nonnis ſiue Monialibus circ. CXXX. in Altitonenſi Parthenone. Præfuit & alteri cœnobio nobilium puellarum, infra montem ſito, ac Nidermunſter appellato: in quo erant illæ, quæ montem aſcendere non poſſent. Inuocari inſecutis temporibus ipſa eſt ſolita ab illis, qui ex oculis laborarent.

FAMILIA ETTICONIS vel S. Otiliæ.

Etticonis familia.

1. *Erconoaldus.*

2. *Leudeſius, vel Luthericus, vel Lenthericus, Maior domus: à perfidioſo Eberuino interemptus.*

3. *Leudoſij F. Ettico: qui & Ethico ſcribitur. & Adelricus, atque adeo Atticus. Qui, patre adhuc viuente, & Hilderico regnante ſororem Einbildæ Reginæ Franciccæ Berſuuindam duxit. Ideo Rex ipſum fecerat Ducem Alſatiæ & Sueuiæ.*

4. *Hinc nati, S. Otilia & Adelprechtus, Dux eiuſdem ditionis: qui ſagittæ ictu interijt. Vxores eius, Gerlinda & Bathilda.*

5. *Adelprechto nati, Lindfridus (al. Lutfridus) & Eberhardus: qui & ipſi præfuerunt Alſatiæ ac Sueuiæ. Frater eorum fuit Maſo, Maſmunſteræ conditor. Sorores; Eugenia ſecunda Abbatiſſa*

batiſſa Hohenburgi: & S Attala, prima Abbatiſſa S. Stephani, Argentinæ: & S. Gundelinda, Abbatiſſa ſecunda Nidermunſteræ. Poſtea familiam hanc expulit Carolus Martellus: curiæ Magiſter, & Palatinus Franciæ: qui Magiſtratus, ſedem tunc Treuiris habebat.

Scribit Munſterus lib 3. Coſmograph. cap. 126. nec non Bruſchius: Etticonem ſua bona ſic diſpoſuiſſe. Vnam partem, ad fundationem S. Stephani, Monialium Argentinæ: alteram, ad fundandum Monaſterium Ebershaimenſe, iuxta Seleſtadium: tertiam tradidiſſe cœnobio S. Otiliæ: quartam, conſanguineis ſuis, Eberhardo & Maſoni. Ab Eberhardo (qui manſerit in arce Egisheima cælebs, & factus ſit cæcus) conditum eſſe Monaſterium, ad honorem S. Mauricij poſtea conſecratum à S. Pirminio, in honorem S. Leodegarij: dictum Viuarium peregrinorum Monachorum, & Murbachum. A Maſone verò, Duce Alemanniæ, ædificatum eſſe circiter 730. Chriſti, Parthenonem (cap. 114.) nominatum, Maſonis Monaſterium, Maſmunſter, ad honorem S. Leodegarij: de cuius proſapia fuerit Maſo. Cauſa huius fundationis fuit: quòd cùm Maſoni eſſet vnicus filius: is, puer 8. annorum, in amne Alruna (vulgò Tolder) lauans, perierat.

Etticonis teſtamentum. S. Stephani παρθενών. Maſonis monaſterium. Alruna. Tolder.

EPITAPHIVM HVIVS pueri.

HIC IACET SEPVLTVS FILIVS REGIS MASONIS, FVNDATORIS HVIVS MONASTERII.

Vocatur Rex, cùm Dux fuerit: ſicut in Suevico Thomæ Lyreri libro, Kaiſer Curius: qui tamen non fuit Cæſar, ſed fortaſſe nobilis aliquis Romanus: ſi modò is Curius vnquam fuit. Monaſterium autem Altitonarum (à me, & condiſcipulis Argentinenſis Gymnaſij meis multis, anno 1545. menſe Septembri ſpectatum: vnà cum petra caua: per quam perforatam, Otiliæ lacrymis victus Dæmon patrem eius è purgatorio igne ſurſum proiecerit, vt fabula erat) Monaſterium, inquam, Otilianum, anno altero poſt, quam ſpectaſſemus, incendio in balneo Abbatiſſæ exorto, perquam miſerè conflagrauit: & ab Argentinenſi Epiſcopo occupatum, aliquot Monachos accepit incolas.

Rex, pro Dux. Thomas Lyrer. Altitonæ monaſterium.

Illo circiter 690 anno, iam ſiluerat inſtitutio linguæ Græcæ apud Italos: ſi verum eſt, quod dicitur: plus 700. annos eam ibi ſiluiſſe: antequam à Manuele Chryſolora, anno 1398. in Italia rurſus doceri cœperit. Si autem ignoratio eius ibi fuit: licet in propinquo Exarchus Græcus, & multi Græci, fuerint: quantò magis, in Suevia & Germania? Nondum enim publicæ hîc Scholæ erant. Hodie, quanta huius rei felicitas? Modò rectus adeſſet vſus.

Græca lingua ſilentium.

ALAGISI, ET CVNIPERTI BELLVM. BEDA VENERABILIS. Reges in Francia. Pipinus & Plectrudis. S. VVilibrodus, Heptinacrianum Monaſterium. Iuſtiniani Imp. mala & infelix gubernatio. Imp. LEONTINVS. Alemanniæ Dux Gottefridus. PFVNGA. CANSTADIVM. S. PIRMINII aduentus TIBERIVS APSIMARVS.

CAPVT XI.

ANNO 691. *Imp. Iuſtinianus ſe à Papa Sergio remouit: quòd is concilium ab illo habitum, vt quædam contra priora continens, approbare noluiſſet.*

Anno 692. Alagiſus Papiam, Cuniperto Rege abſente, occupat: Regnum, profugo in Comacinam inſulam (in Lario lacu, Cumerſee) legitimo Rege, perfidè occupat: Areanus, in Epiſcopos iniurius eſt. Aldo familiaris ipſius, hæc improbans, perſuadet ei: vt animi ſecurus, venatum exeat, ſe interim caput Cuniperti, certò ad ipſum relaturum. Alagiſo egreſſo, ipſe Cunipertum reſtituit Papiam: ac Tyranno in ſyluam nuntiandum curat: ſe cumulatè ei ſatis feciſſe. Adeſſe Cuniperti non ſolùm caput, ſed & totum corpus.

Alagiſus Regnum Longobard. occupat.

Tyrannus attonitus, atrocia comminatus Aldoni eſt. Vtriuſque Regis copijs in vicino verſantibus: Cunipertus Alagiſum ad ſingulare certamen prouocat. Recuſauit is. Tum Zeno quidam Diaconus, armis ornatuque Regio indutus, pro Cuniperto prælium commiſit: & vnus ab Alagiſo omni niſu petitus, occiſus eſt: caputque eius, pilo ad terrorem hoſtium præfixum. Verùm cùm id ex caluitie, Sacerdotem fuiſſe oſtenderet: malum, inquit ille, Clericis omnibus: vbi ſolidâ victoria potitus fuero. Fibulam ſalacibus Sacerdotibus imponam: puteum genitalibus eorum opplebo. Paucis diebus poſt, Cuniperto iterum nequicquam duellum hoſti offerente, acerrimo prælio dimicatum eſt: donec & Alagiſus interiit: & totus eius exercitus profligatus eſt. Rex Zenonem poſtea honorificè ſepeliuit: in campoque Coronatæ, vbi victor euaſerat, D. Georgio Monaſterium ædificauit.

Alagiſi minæ cõtra Clericos. Sed ipſe perit.

A 4 Anno

Bedavenerabilis.

Anno 693: Beda, natione Anglus, claruit, Græcè & latinè doctus. Huic cognomen Venerabilis contigit. Vnde? propter duas cauſas: quas credat, cui libeat. Primùm, quòd, cùm lapidibus concionaretur (perſuaſus à Diſcipulo, caligans oculos ſenex, eſſe homines) lapides ad finem ſermonis clamarunt: Amen, venerabilis Presbyter. Deinde, quòd, alio Diſcipulo Epitaphium mortuo Bedæ faciente, HÆC SVNT IN FOSSA: nec complere, vt Leoninus Verſus eſſet, valente: poſtridie in ſepulcro inuentum fuit, Angelica manu ſcriptum: HAC SVNT IN FOSSÆ BEDÆ VENERABILIS OSSÆ. Fuit hæc, eruditio Monachorum pangere tales Verſus:

Verſus Monaſtici, Leonini.

Contra vim mortis non creſcit gramen in hortis.
Hos morum flores ſi carpſeris: vt roſa, flores.
Ottho comes, tibi ſit requies, per ſecula perpes.

Sederant (inquit Tritenh. de Eccleſ. Scriptoribus) qui Bedam cæcum dicunt fuiſſe, & ſepulchro eius tale Epitaphium inſcriptum: quia neutrum nouimus. Et quidem, niſi breuitati conſulerem: deliramenta hæc facilimè confutarem.

Anno 694. Clodoueus 3. Theodorici F. Francorum Rex erat: Pipino vtens potente Auſtraſiæ & Sueuiæ Principe.

Solis eclipſis.

Anno 695. à Romualdo, Beneuentano Duce, in Calabriam Imperatoris irruente, capta ſunt Tarentum, Brunduſium, omniſq; circumiacens regio. Defectus fuit tantus Solis, vt quædam ſtellæ in die apparerent: ἔκλειψις ἡλίου, ὡς ἀστέρας φαίνεσθαι.

Anno 696. cùm Iuſtinianus Imp. tyrannicè multa egiſſet: ac cum Saracenis & Bulgaris infeliciter bellum geßiſſet: à Leontio patricio, Callinicum patriarcham habente fautorem, menſe Iulio truncatus naſo (ῥινοκοπηθείς) *Cherſonemq; in pontum relegatus eſt.*

Iuſtinianus Imp. naſo priuatus.

Eiuſdem canes, Theodotus Monachus & Stephanus Sacellarius, qui in multos nobiles ſæuierant, à populo ſunt combuſti. Subſtitutus eſt XVIII. Imp. Caſ. Fl. Leontius. P. F. Auguſt. annos 3.

Leontius Imp. 18.

Phryſia conuerſio ad Chriſtum. Heptinacia.

In Phriſia, victo Rabodo Duce, Chriſti fides plantata eſt à Pipino: conſtructo ab eo & vxore eius Plitrude, filioq; Carolo Martello, Monaſterio opulentiſſimo Heptinacriano, vel Epternacenſi, Benedictinæ profeßionis: dicto ſic à ciuitate Heptinacria: quæ ſita eſt intra 7. altißimorum montium iuga (ἐντὸς ἑπτὰ ἄκρων, ἢ ἀκρῶν) *& 4. milliaribus à Treuirorum vrbe, Lucelburgum verſus, diſtat. Principum Diplomatis à Bruſchio ponitur: Pipinus, illuſter vir, Dux, filius Anegiſili quondam: & illuſtris matrona mea Blitrudis, filia Hugoberti. Fuit ibi primus Abbas S. VVillibrodus (al. VVilibrordus) natus in Hybernia 658. quo ſupplicante, id Cœnobium à Pipino fundatum, eſt. Obijt anno 739. Nouemb 7. ætatis 81.*

S. VVilibrodus.

Plutrudis.

EPITAPHIVM PLVTRVDIS (QVAE TAMEN ADHVC 725. VIxit) in marmore, Coloniæ in capitolio: ad honorem S. Mariæ virginis ab illa condito.

Plectrudis.

LEGALI THALAMO PLECTRVDIS IVNCTA PIPINO,
BOSONEM GENVIT, MAGNVMQVE DVCEM GRIMOALDVM.

Boſo. Droge.

Hic Boſo, ab alijs nominatur Drogo, & Drotus: fuitq; Campaniæ Franciæ Dux: Grimoaldus, Galliæ Regulus Plectrudis, Pataniæ condidit S. Stephani Baſilicam (teſte Bruſchio) & Pipinus, ex Alphe:da pellice Carolum Martellum genuiſſe ſcribitur. Id culpare auſum Lambertum, Traiectenſem Epiſcopum à Didone, pellicis fratre, fertur interemptum eſſe: ſed parricidam toto à vermiculis corpore eroſo, ſe in flumen Moſam rabie præcipitaſſe: Lamberto iam miraculis coruſcante.

Sueuiæ Dux, Gottefridus. Sangallenſe monaſt. Conſtadium ad Nicrum.

Anno 697 circiter, Sueuiæ Dux adhuc erat Gottefridus: qui illo tempore, quo Pipinus vicit Theodoricum R. huic adhæſerat. Ideo ipſum, cæſis Otonino & Arionoldo Ducibus copiarum, in obſequium Pipinus redegerat. Is Gottefridus circa 709. ſenex obijt. Antea tamen tradiderat ad Sangallenſe cœnobium pagum Nicrogoiæ Biburbachum.

Factum CANSTADII ad Nicrum, non decem annis ante S. Othmari aduentum.
„ *Verba Scripti: Godofridus Dux, vir inluſter. Magulfus Presbyter, & paſtor S. Galluni ad præ-*
„ *ſentiam noſtram veniens, ſuggeßit atque petiuit conſolationem noſtram: vt aliquid ad lu-*
„ *minaria S. Galuni Eccleſiæ concedere debuerimus. Francis aduerſabatur: quod poſtea nocuit filio eius LVITFRIDO. Habitauit in Alemannia Heluetica, ſub Vitoduro*

(Winter=

(Winterthür) *in Turgoia, Funga vel Pfunge. Stumpf. lib. 4. cap. 30. ex Reichenoienſi Chronico. Item lib. 5. cap. 4.*

Tempore Gottefridi huius, S. Pirminius ex Gallia venit, Abbas & Epiſcopus, cum quatuor Monachis, in Heluetiam. Suſtentabat ſe Pfungæ, aut Vitoduri, apud hunc Ducem, habitantem in caſtello Pfungæ; quæ hodieq; arx & vicus eſt. Habitabant in ſolitudine ad montem ſupra pagum Pfungam: vbi fons eſt, qui etiamnum Pirminij fons nominatur. Gottefrido mortuo, profectus eſt cum ſuis Pirminius in Augiam diuitem, ſiue Reichenoiam. S. Stumpf. 34. S. Pirminius.

Anno 698. Hildebertus fratri Clodoueo, in Frantico Regno ſuccedit.

Anno 699. Grimoaldus, Pipini F. erat Aulæ Hildeberti præfectus. Quem cùm poſtea gregarius miles Phriſius ante altare Leodij occidiſſet: ſubſtitutus ei fuit Theobaldus (Dietwald) *Drogonis F. Pipini N.*

Conſtantinopoli, Leontio quoque naſus eſt præciſus: & in Dalmatæ Monaſterio (ἐν τῷ τῶ Δαλμάτου μονῇ) *aſſeruari iuſſus. Sic factus eſt XIX. Imp. Cæſ. Fl. Tiberius Apſimarus, P. F. Aug. circiter A. 7.* Apſimarus, Imp. 19.

ETHONIS MONASTERIVM. EXARCHVS 13. THOPHYLACTVS. Longobard. Rex 15. LVITPERTVS. 16. RAGVMBERTVS 17. ARIBERT. iunior. Patrimonium Alpium Cottiarum. Imperium Iuſtiniano, qui naſo mutilatus fuerat, recuperatum. Rauennatis Archiepiſcopi Felicis infelicitas. IOANNES TIZOCOPVS, 14. Exarchus. Papæ Conſtantini congreſſus Nicomediæ cum Imp. Iuſtiniano. Imp. Orientis, PHILIPPICVS. ἀνεψιομαχίας initium Rex Longobard. 18. ASPRANDVS 19. LVITPRANDVS. Anepos, in Sueuos.

CAPVT XII.

ANNO *700, circiter (teſte Bruſcio) fundatum eſt à Monacho VVigero, vel VVigerno, Ethonis Monaſterium, vel Cella Monachorum, Benedictini inſtituti, ad Nigram ſyluam, prope amnem Kenizingum vel Kintzgum, non longè à Rheno. Renouatum eſt 734. à comite Habſpurgio Ethone: qui & oppidum Ettenheimium (de nomine ipſius dictum) fundauit. Fuit is, primus illius Monaſterioli Abbas, vnde translatus fuit ad Epiſcopatum Argentoratenſem: cui præfuit 8. annos, ſcribens ſe Ethonem peccatorem, indignè vocatum ad Epiſcopatum Argentinenſem. Obijt. 773.* Ethonis Monaſterium.

Anno 701. Romani orientales Syriam inuadunt: ad Samoſata vſque omnia diripiunt: ad XX. millia Arabum cædunt.

Anno 702. THEOPHYLACTVS Patricius, tertiusdecimus erat Italiæ Exarchus: qui contra conſuetudinem prius Romam, quàm Rauennam, acceſſerat. Quod licet ob inſidiandum Papæ fieri videretur: tamen nihil fuit. Theophylactus, Exarch. 13.

Anno 703. Cuniperto Regi mortuo, filius ſuus LVITPERTVS puer ſucceſſit: tutorem habens ab ipſo Aſprandum: ſummæ nobilitatis & ſapientiæ virum. Ille ergo fuit quintusdecimus Longobard. Rex: ac tantùm regnauit M. 8. Luitpertus, R. 15.

Anno 704. Luitperto & Aſprando (quamuis prudente & fideli tutore) prælio victis: Taurinatium Dux Ragumbertus, Gundeberti Regis, F. Ariberti Regis N. omni vi Regnum arri[illegible]puit. Ita ſe fecit FL. RAGVMBERTVS, ſextum decimum Longobardorum Regem: ſed M. tantùm 3. præfuit, eodem anno mortuus. Ragumbertus, Rex 16.

Anno 705. filius pro ipſo erat ſeptimus decimus Longobard. Rex, FL. ARIBERTVS iunior: A. Sigonio circ. 8. regnans: alijs verò, 12. Prælio ſuperauit Luitpertum & Aſprandum: Laudem, Bergomum, Comacinam, cepit: Luitperto puero innoxio vitam ademit: Sigibrando, Aſprandi elapſi filio, oculos eruit (heu crudelitatem) Theoderatæ vxori, Auruna q; ſorori, naſum & aures detruncauit. Tantùm Luitprando puero pepercit: & ad patrē exulatum ire permiſit. Deinceps benè in Regno ſe geſſit; quia ſcilicet erga Romanam Eccleſiā munificus fuit patrimonium præſertim Alpium Cottiarum (vbi Genua) Pontifici (aureis literis exarato diplomate) ſequenti anno confirmans. Aribertus iunior Rex 17. Alpes Cottiæ.

Anno 706. Iuſtinianus ὁ ῥινότμητος *(ille præciſo naſo) Imperium recuperauit, Terbellis Bulgarorum Regis auxilio: cui filiæ coniugium pollicitus fuerat: Ad quem priuſquam veniſſet: cùm, ingenti tempeſtate coorta, de ſalute vectores nauis deſperaſſent: monitus à familiari quodam: faceret votum ſe inimico non nociturum, ſi ex hoc periculo euaſiſſet: reſpondit iratus: Hîc verò ſummergar à Deo, ſi vlli inimicorum pepercero. Reſtitutus cùm eſſet: & Leontium Apſimarum-* Iuſtinianus, denuò Imp. Votum. Vindicta cupidias.

que cepiſſet: vinctos in pompa per vrbem duxit: in ludisq́ Circenſibus calcauit pedibus populo acclamante: Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis. Poſtea, capite in Cynegio mulctauit. Patriarcham autem Callinicum luminibus orbauit. Quoties denique nares emungeret: vnum de ſtudioſis Leontij, ad ſupplicium rapi iubebat. Imperauit adhuc A. 6.

Epiſcoporum ordinatio. Cautiones in ſcrinio facere. Felix, Rauennæ Archiepiſcopus.

Anno 709. quia moris erat (inquit Sigonius) vt Epiſcopi, antequã conſecrarentur, rationẽ ſuæ fidei & obedientiæ Pontifici Rom. redderent: eamque in Pontificium tabularium referrent (quod erat, Cautiones in ſcrinio facere) Felix autem, Rauennas Archiepiſcopus factus, id noluit: quamuis à P. Conſtantino, & ab Imp. Iuſtiniano monitus: ideo Imperator, Exarcho Theophylacto mortuo, per Theodorum Patricium, & Primicerium exercitus Siciliæ, Rauennates (fruſtrà Felice armis vim propulſare conato) venire in ditionem coëgit: de Optimatibus, culpæ affinibus, ſupplicium ſumſit: Archiepiſcopum, catenis vinctum, & Conſtantinopolin aductum luce oculorum, laminâ candente obiecta, priuauit. Is tamen poſtea 615. reſtitutus in dignitatem priſtinam eſt, quamuis cæcus: cùm ſe voluntati Papæ ſubiecisſet.

Ioan. Tizocopus, Exarchus 14.

Anno 710. IOANNES *Tizocopus patricius, quartusdecimus factus eſt Rauennæ Exarchus.*

Anno 711. Papa Conſtantinus, inuitatu Imp. Iuſtiniani: Conſtantinopolin profectus ſummo honore ab omnibus ordinibus, qui ad VII. millia paſſuum obuiam exiuerant, exceptus eſt. Inde Nicomediam (Imperator enim in Aſia erat) vectus: etiam ibi ingenti honore affectus eſt.

Papa Conſtantinus, ab Imp. Iuſtiniano adoratus.

Eam vrbem Imperator ingreſſus, maxima ſtipante hominum multitudine, coronatus ad pedes Papæ procubuit (teſte Sigonio) atque oſculum tulit: & ſolennibus datis vtrique amplexibus, benigniſſimè appellauit: omnibus hominibus ingentes plauſus, ob inſignem Principum & Eccleſiarum concordiam, edentibus. Sequentibus diebus varios de Eccleſia Imperioq́ conſtituendo, ſermones contulère. Die Dominico, cùm Pontifex rem ſacram feciſſet: atque Imperatorem peccatis ſuis expiaſſet: ab illo hic corpus Domini ſumpſit: omniaq́ue vetera Romanæ Eccleſiæ priuilegia confirmauit. Rediit Papa 8. Calend. Nouemb. ſequentis anni, Indict. 10. Romam.

Cherſonenſes.

Anno 712. exercitus, ab Imp. Iuſtiniano ſæuiente in Pontum contra Cherſonenſes (vt qui eum exulantem, iniuriâ affeciſſent) eſt miſſus. Qui cùm nihil effeciſſet: ab illo defecit: atque Philippicum Bardanem creauit Imperatorem. Tunc Iuſtinianus, ab omnibus deſertus, interfectus eſt: nec non filius eius Tiberius: quamuis in Blachernarum fano ſacram menſam, & veneranda crucis ligna, amplexus teneret: auiaq́ materna pro ipſo ſupplicaret. Quo nuncio, Romam tertio menſe poſt Pontificis reditum ex oriente, allato: mæror non paruus accidit.

Iuſtiniani cum filio interitus.

Philippicus Bardanes, Imp. 20.

Succeſſit XX. IMP. CÆS. FL. PHILIPPICVS BARDANES, P. F. AVG. *per A. 2. M. 9 D. 7. Hic cultum Sanctarum imaginum aboleuit: ſed Papa in Templo eas poſuit.*

Mortuo Ioanne Tizocopo: Rauenna Exarcho caruit A. 3. Erat propter ſuperbiam & auaritiam à ciuibus occiſus.

Aſprandus, poſt aliquot annorum in Baioaria exilium, exercitu à Bauaro Duce adiutus, Italiam Ariperti Regis vlciſcendi causâ repetit. Prælio ad Papiam commiſſo: etſi victus non erat Aripertus: tamen in vrbem ſe recepit. Inde, cum magno auri pondere in Franciam tranſiturus: cum eo oppreſſus in flumine fuit. Cadauer poſtridie, repertum, in Baſilica D. Saluatoris eſt ſepultum.

Aſprandus, Rex Gotthorum. Luitprandus, Rex 19.

Succeſſit ei præclarus vir, FL. ASPRANDVS, *octauus decimus Rex. Sed poſt tres menſes, idibus Iunijs, vitâ ceſſit: relicto ad Regni ſucceſſionem filio* FL. LVITPRANDO *(cui ab Ariperto, 705. fuerat parſum) decimo nono Longobardorum Rege, per annos 31. benè ſe gerente.*

Sueui, ab Epiſcopo bello petiti.

Eodem 712. anno, Anepos Epiſcopus (auctore Vienneuſi Archiep. Adone) ſecularis conuerſationis vir, duxit exercitum Francorum contra VViliarium in Sueuos: vbi grauiſſima cædes facta eſt.

RES GESTÆ REGIS LVITPRANDI. MINISTER PHILPPICI AVG. ab vrbe Roma excluſus: poſtea tamen admiſſus. Plectrudis, & Caroli Martelli, diſſidium. IMP. Orientalis, ARTEMIVS. Exarchus Rauennæ 15. SCHOLASTICVS. Gregorius Dialogus P. IMP. THEODOSIVS ADRAMYTTEMVS. IMP. LEO ISAVRVS. Gotthorum Regno in Hiſpanijs deleto, Saracenorum per eas dominatus. Regnum Aſturum & Legionis. Sintleſavv. Augia diues, in Alemannia. Rabodus, Phriſiæ Dux. Conſtantinopolis, à Saracenis fruſtrà obſeſſa. S. Bonifacius, in Germania concionator.

CAPVT XIII.

ANNO 713. nouæ leges à Rege Luitprando ſunt veteri Edicto Rhotaris adiectæ. Sententia ex proœmio, quod Sigonius ponit: Ego in Dei omnipotentis nomine Luitprand excellentiſsimus, Christianus & catholicus, Deo dilectæ gentis Longobardorum Rex: anno, Deo propitio, Regni mei primo: pridie Calend. Martias, Indict. vndecima: vnà cum omnibus Iudicibus de Auſtriæ (orientis) & Neuſtriæ (occidentis. Veſtriæ) partibus: & de Tuſciæ finibus: cum reliquis fidelibus meis Longobardis, & cuncto populo aſſiſtente: hæc nobis iuxta Dei timorem atq; amorem, ſancta comparuerunt & placuerunt. ... Ego, &, Hæc nobis. Id eſt, Ego hæc edo, quæ nobis placuerunt. Idem Rex, vt vectigalibus quoque conſuleret: patrimonium Alpium Cottiarum à Pontifice repetijt: ſed & Sabinenſe aduenit. Leges nouæ Luitprandi. “ “ “ “ Alpes Cottia.

Petrus, ab Imp. Philippico veniens: vt vrbem Romam nomine Ducis adminiſtraret: admiſſus non eſt, vt ab hæretico Imperatore miſſus. Cruentam inde pugnam exortam, Papa Sacerdotibus cum cruce Domini, & ſacris Euangelijs, immiſsis, diremit. Petrus tamen pro victo diſceſſit.

Anno 714. moritur Pipinus Craſſus, 27. Magiſterij vel Maioratus ſui anno: ſucceſſore Principatus Auſtraſiani relicto Carolo Tutide, vel Martello: quem ſequenti anno Plectrudis (quæ eſt ſuprà dicta Blitrudis, vel Plitrudis) in carcerem Coloniæ incluſit: non ferens, vt tanta dignitate eſſet priuignus, ex concubina Alpaide natus. Ipſa autem, & nepos ex filio Boſone (Droco, vel Brogone) Dietvvaldus (Theodobaldus, Theobaldus) Maioratum domus geſſerunt: habentes ſibi adiutores qui antea bello afflicti à Pipino, fuerant Alemannos & Suenos. Sed irritum cecidit, quicquid vel ipſi, vel alij facerent: Martello ope Auini libero euadente: & poſt aliquot victorias, 726. Maioratum ſibi firmante. Clementer ipſe erga Plectrudem ſe geſſerat. Nihilominus ea, quòd ſibi adminiſtratio adempta eſſet: in Sueuiam & Bulgariam profugerat: quaſi à Bulgaro Rege reducenda. Sed fruſtrà. Carolus Martel.

Martello Italis eſt malleus: Martellare, malleare Gallis, Martelier, cudere. Martellus hoſtes ſuos concudit.

Anno 715 Imp. Philippico comprehenſo, & cæcato, erat XXI. IMP. CÆS. FL. ARTEMIVS ANASTASIVS P. F. Aug. imperans A. 1. M. 3. vir doctiſſimus: qui Pontifici ſtudens, curauit & ipſe ſimulacra Sanctorum in Templis facienda. Artemius, Imp. 13.

FL. SCHOLASTICVS patricius, factus eſt quintusdecimus Exarchus, in A. 10. Superior Petrus, dato iureiurando in Romanorum commoda, vrbi Præfectus receptus eſt. Anno 716. Papa erat Gregorius 2. ex egregijs lucubrationibus ſuis, Dialogi cognomen nactus. Διάλογος, famoſus ὁ διὰ λόγου καὶ ἄξιος ὤν. Statuit is, imaginũ venerationẽ eſſe retinẽdam: excitandi cauſa langueſcentem imperitæ multitudinis memoriam. Hodie verò ſic docetur: Vnus Dei & hominum Mediator eſt, 1. Timoth. 2. Solus cum patre & Spiritu S. omnipotens, vbiq; verſans, omnia ſciens ad ſe humaniter omnes peccatis oneratos vocans, Matth. 11. quæ omnia in defunctis Sanctis nõ ſunt. Cur conſeruis noſtris ad Deum vteremur interceſſoribus? Quod de iis mandatum Dei? Quod exemplum, in veteri & nouo teſtamento? Ex concionibus verbi Dei puris, omni populo facienda eſt memoria Dei, & omnis pietatis. Sanctorum autem fides & virtutes, imitandæ: pro ijs, vt benè de Eccleſia meritis, Deo gratiæ agendæ. Hoc modo ferri imagines poſſunt. Scholaſticus, Exarchus 15. Gregorius Dialogus, Papa. Διάλογος. Imaginum veneratio.

Patrimonium Alpium Cottiarum, Rex Luitprandus Pontifici reſtituit. Alpes Cottia.

Artemio in monaſterium dejecto: Orienti præpoſitus eſt XXII. IMP. CAES. FL. THEODOSIVS ADRAMITTENVS: imperans M. 7. D. 6. Theodoſius Adramyttenus, Imp. 22

Anno 717. Theodoſio & filio, in clericos tonſis: imperio ſe ingeſſit XXIII. Imp. Cæſ. FL. LEO 3 Iſaurus. P. F. Aug per A. 24 M. ferè 3 nominatus & κόνων, Cono (pro εἰκόνων) & εἰκονομάχος, imaginum oppugnator. Eo nanq; ſeculo id certamen flagrauit acerrimè. Cui poſtea 719. filius ex Maria natus eſt Conſtantinus, cognomento Copronymus, & Caballinus: quòd oleto Baptiſterium fœdaſſet. κόπρος, fimus, vulgari L. Græcâ, quæ iam tunc erat. Leo Iſaurus, Imp. 23. Κόνων. Caballinus.

Græca vulgaris lingua. Hiſpania, à Saracenis occupata. Caba virgo. Stupri pœna. Iulianus Comes. Gotthorum profligatio.

Hoc tempore Saraceni, ex Mauritania (nam Africam iam Imperatori Græco eripuerant) in Hiſpaniam tranſuecti, Gotthos expulerunt: occupatamq́; in multa Regna diſtribuerunt. Res, ſic geſta eſt: vt ab Ioan. Vaſæo latius ſcribitur. Rhodericus, qui vltimus Hiſpanias rexit, crudelis fuit, & libidinoſus. Iuliani certè Comitis filiæ Cabæ (quæ in Gynæceo Regio, inter alias illuſtriũ matronarum filias de more educabatur) dum pater nomine Regio legationem in Africa obibat, vitium obtulit. Alij, vxori oblatum dicunt. Hinc Gotthorum & Hiſpanorum ruina. Iuliano enim præfectum Africæ Muzam, Muzâ Vlitum Arabum Imperatorem (Miramolinum ipſi vocant) incitantibus: ſemel atque iterum copijs, hoc ipſo Iuliano Duce, per Fretum Herculeum traiectis: Bætica & Luſitania miſerè vaſtantur, Hiſpali etiam direpta: Gotthis: qui à Roderico contra emiſſi erant, facilè profligatis: vt belli, propter longam pacem, inſolentibus. Rodericus, viſa magnitudine periculi: collecta nobilitate ſua, & copijs: die Dominico, pridie nonas Septemb. prope vrbem Aſidonam (alijs, Xeritium) hoſtes nactus, dies octo in eos pugnat, dubiâ ferè fortuna.

Rex, prælij ſpectator.

Erat ipſe, conflictuum ſpectator (conſuetudine Gotthis ſolenni) & virtutis in bellatoribus teſtis: coronâ aureâ, Regali trabea, calceis auro gemmiſque diſtinctis, eburneo curru, inſignis. Sed die octauo & Dominico, Rex Rodericus, vt extremam aleam experiretur: prorumpit ipſe, equo ſuo

Equus Orelia.

Orelia vectus: ſuoſque ad tuendam veterem gloriam cohortatus: magnam Saracenorum ſtragem edit.

Roderici, R. interitus. Vitiza.

Verùm, partim multitudine hoſtium (dum ſemper integri feſſis ſuccederent) grauatus: partim à Vitizæ filijs, quibus cornua exercitus commiſerat, proditus, deuictus perijt ſuis, cùm terga vertiſſent, occidione occiſis. Fuerat ille Vitiza, Rex Gotthorum ante Rodericum, ab eo cæcatus: eò, quòd Theodofredum, Roderici patrem, antè cæcaſſet innocentem. Filijs ergo non fuiſſet confidendum: qui, ſpe Regni ſibi facta, victoriam hoſti prodiderunt. Iulianus tamen ſcelus in totam gentem patratum, non impunè tulit: vxore eius à Barbaris lapidata: filio è turri Septenſi præcipitato: ipſo in vinculis, quadam in arce Aragonica Oſcenſis territorij extincto.

Viſigotthorum Regni in Hiſpania finis. Aſturiæ Regnũ. Saracenis, Hiſpania ſubiecta.

Hic eſt finis Regni Viſigotthorum in Hiſpania: qui in eam tranſcenderant 419. Chriſti. Regnarunt igitur ibi 298. annos. Quanquam alij aliter numerant. Chriſtianorum verò reliquiæ, in Aſturia (regione & ciuitate Hiſpaniæ, iuxta Luſitaniam & Galliciam) Regem ſibi fecerunt Pelagium, virum fortem: qui omiſſo Gotthorum titulo, ſe Aſturum & Legionis Regem appellauit. Omnes Hiſpanias, exceptis ſolùm Cantabris & Aſturibus, à Sarecenis occupatas Blondus ait.

Turgonia. Sintleſius. Sintleſavv. Augia diues. Reichenavv.

Hoc quoque tempore, in Turgonia, vel Alemannica Heluetia, Præfectus quidam viuebat, nomine Sintleſius. A quo nomen accepit inſula Podamici lacus Sintleſavv: quæ poſtea dicta eſt, Augia diues, Reichenavv, Reichavv. Habitabat ipſe ad inferiorem lacum ſub oppido Conſtantia, in arce Sandecca. Stumpf. libro quarto, capite trigeſimo primo, ex Chronico Reichenavvenſi.

Rabodi baptiſmus.

Anno 718. Rabodus (alij Rhathaldum vocant) Dux Phriſius (qui Hilpericum & Regenfridum, contra Martellum fruſtrà iuuerat) cùm baptizandus eſſet: alterũque pedem in lauacrum (εἰς τὴν ἁγίαν κολυμβήθραν) poſuiſſet: quæſiuit ſubitò, quo maior pars hominum, ſuorumq́; Maiorum veniſſet? Auditoq́; quòd ad inferos: retraxit pedem, dicens: ſe malle cum maiore numero eſſe & nobiliore: quàm cum minore, & afflicto. Ex Sigeberto & alijs. Sit ergo ibi: quia ſic voluit. Tertio equidem die pòſt, ſubitò perijt.

Saraceni Conſtantinopolin obſident. Grando.

Saraceni, Ducibus Maſalma & Solyma, Conſtantinopolin obſederunt. Sed frigore, fame, peſtilentiâ, afflicti (nauibus item eorum, igni marino ſuccenſis) obſidionem 18. Calend. Aug. ſoluerunt. Exinde, reliqua claſſis grandine prodigioſa ſic peſſum iuit: vt tãtùm decem naues euaſerint, quarum tamen quinque à Græcis captæ ſunt. Hæc aſcribit Cedrenus τῇ εὐσπλαγχνίᾳ τοῦ θεοῦ, καὶ ταῖς πρεσβείαις τῆς θεοτόκου: miſericordiæ Dei (quæ, vnica cauſa eſt) & Deiparæ (imò Chriſti) interceſſioni: poſtquam biennium obſidio & oppugnatio duraſſet.

S. Bonifacius Germanorum Apoſtolus. Germanorum ad Chriſtum conuerſio.

Anno 719. & circiter. S. Bonifacius Germanis Euangelium (etſi eis iam antea etiam, hinc inde annunciatum) prædicauit. Gregorij 2. (inquit Platina) hæc peculiaris laus eſt: quòd eius opera, Germani, ad noſtram fidem conuerſi ſunt: miſſo eò Bonifacio Monacho: qui eos è tenebris educeret, propoſitæ veritatis luce. Ipſorum autem Germanorum magnam partem, Romam venientem, ſuis manibus vir ſanctus baptizauit.

S. Bonifac. vita.

Fuit Bonifac. natione Anglus, Bedæ Diſcip. pius, Vinofrius ſeu VVinefridus, dictus. Is prædicatione ſua multos Turingos, Francos orĩetales, Heſſos, cõuertit: cæteros in fide plenius erudiuit: & ab

& ab Arij impia opinione abſtraxit. Falſos Sacerdotes, impudicos, arrogantes, fabularum præcones, exauguraauit. Iuſſu Papæ Gregorij 3. Germanos, qui ſylueſtri & domeſtico caballo veſci ſoliti erant, in poſterum id facere vetuit. Monaſteria vtriuſq; ſexus in Germania primus inſtituit. Poſtea quoq; circa 745. Epiſcopatum Herbipolenſem, Aiſtetenſem & Friſingenſem, plantauit. Ipſe Moguntinæ ſedi (primus ibi 744. Archiepiſcopus: cùm Moguntia, poſtquam à S. Pauli Diſcipulo Creſcente conuerſa fuiſſet, multos Epiſcopos habuiſſet) huic ſedi, inquam, dignitate Archiepiſcopus, cum laude præfuit. Tandem à Friſijs (cum propagare ibi Chriſtianiſmum vellet) interfectus eſt: anno 755. ætatis 60. Epiſcopatus 36. Gobelin. & Bruſch. alijq;, præſertim Auentinus lib. 3. vbi vitia Sacerdotum (quibus nihil ſalacius, ſuperbius, profuſius, auarius, illa tempeſtate fuerit) Bonifacius correxiſſe ſcribitur. Fuit idem in Synodo, Auguſtæ ob fidem Chriſtianam confirmandam celebrata.

Monaſteriorum in Germania origo.
Epiſcopatuum apud Germanos plantatio.
Moguntinus Archiepiſcopatus natus.
Auguſtana Synodus.

S. OTHMARVS, ET CÆTERI SANGALLENSES ABBATES. FABARienſe Monaſterium. Ritus confirmandi Prælatos. Indulgentiales in Monaſterijs literæ. Obligatio ad Pontificem Rom. Abbatica, in confirmatione. Sacrilegi deprehenſio, & pœna. Ortuuinus, Dux Sueuiæ. Reliquiæ S. Auguſtini.

CAPVT XIIII.

ANNO 720. & poſt, vixit S. Othmarus, primus Sangallenſis Abbas. Cella enim S. Galli, circ. 70. annis poſt obitum eius, ex celebri Schola, in præclarum Monaſterium & Abbatiam fuit erecta, ſub Conſtantienſi Epiſcopatu. Oppidum autem S. Galli initium ſumpſit ex humilibus caſis: ac longo tempore (ſicut & alia Alemannicæ ciuitates) ſine muro fuit. Tum demum eſt munitum, cum alijs multis oppidis: quando Vngari ſuperiorem Germaniam populati ſunt. Paruit Monaſterio vſque ad tempora Friderici Barbaroſſæ, & nepotis eius Friderici 2. quando propriam iuriſdictionem eſt nactum, priuilegijs cohoneſtatum. Intra cuius mœnia, ſitum eſt ipſum Monaſterium: quod initiò (vt dictum) erat Schola (ſed & poſtea) nec modò plebeiorum hominum ſed etiam nobilium, Schola: ex qua multi docti viri, & ad Conſtantienſem diœceſin Epiſcopi, exierunt. Vide 3. Munſt. 79.

S. Othmarus.
Sangallenſe oppidum.
Schola Monaſterialis.

Othmarus autem, natione Sueuus fuit: Curiæ Rhaticæ, tum bonis literis eruditus, tum ſacris inſtitutus: ac, Sangallenſibus Monachis & Presbyteris, Abbatem à VValtramo (ijs locis, nomine Francici Regiminis, præpoſito) melioris diſciplinæ cauſâ petentibus: per VValtramum à Curiæ comite Victore impetratus eſt: vt Abbas ad S. Gallum fieret. Ei tradita fuit diſciplina, ſeu Regula, S. Benedicti: ſecundum quam fratres regeret: mandatumq;, vt Regi ſubiectus eſſet, tanquam patrono.

S. Othmari vita.

CATALOGVS SANGALLENSIVM ABBATVM, CVM PRAECIpuis ipſorum rebus geſtis: ex Ioan. Stumpfij lib. 5 cap. 4. & inde.

1. *S. Othmarus, anno Chriſti 720. Qui iniuſtè à ſequenti Sidonio expulſus eſt.*

2. *Sidonius, ſimul Epiſcopus Conſtantienſis, 757. Qui non tantùm Sangallenſem Cellam ad ſe recepit: ſed etiam Reichenoiam rexit.*

Sangall. Cella. Reichenoia.

2. *Ioannes, Epiſcopus Conſtantienſis, & Abbas Reichenoiæ, 760. Sangallenſibus autem Monachis graue erat, Epiſcopis ſubeſſe.*

4. *Rupertus, 778.*

5. *VValdo, bonus ſcriba, 779. Qui poſtea ad Diuitis Augiæ gubernationem, à Carolo M. vocatus, ſub Conſtantienſi Epiſcopo Eginone: noluit amplius tyrannidi eius ſubeſſe, dicens Carolo in faciem: quandiu poſſet tribus digitis ſcribere: ſe nolle ſubiectum eſſe huic Epiſcopo. Malle ſcribam agere, quàm Abbatem nullius auctoritatis.*

VValdo ſcriba.
Epiſcopo aduerſarij, Monachi.

6. *VVerdo, plebanus Sacerdos: ab Epiſcopo Eginone Abbas factus, 781.*

7. *VVolfleon, vel VVolfleos, Epiſcopus & Abbas 811.*

8. *Gotsbertus. 816. viuente adhuc VVolfleone. Primus amator librorum, & ſacrarum literarum: qui & libros comparauit.*

9. *Berevvicus, 237. Conſentiente Cæſare Ludouico Franciæ.*

10. *Engelbertus, 840. per Ludouicum, qui Oſtrofranciæ Rex factus eſt.*

11. *Grimoaldus, Grimvvaldus, huius Ludouici capellanus, 841. Talis Abbas, qui non Monachus erat, ſed Presbyter, appellabatur Canonicus Abbas. Obijt 872. Iun. 12.*

12. *Hartmutus, à fratribus anno 872. lectus (iam hanc poteſtatem, ne per omnia Epiſcopo ſubiacerent, conſecutis) & à prædicto Ludouico, Tiguri verſante, (eo enim loco, &*

Bibliotheca Sagallenſis. Artium cultura.

Ratisbonenſi ciuitate, delectabatur) confirmatus. Hic, & anteceſſor eius, Sangalli Bibliothecam inſtruxerunt. Ipſe vetus quoq; S. Galli Monaſterium picturis exornauit. Tunc diligenter ibi colebantur bonæ artes: Muſica, Poëtica, Mathematica.

Abbatiarum & Eccleſiarum collatores, Principes. Reliquiæ S. Pelagij.

13. Bernhardus, 883. Inoleuerat iam conſuetudo: vt Principes conferrent Abbatias & Eccleſias, conſiliarijs & Miniſtris benè meritis. Hinc ſecuta, incorporatio Parochiarum, & Abſentiæ, & Reſeruatæ. Ita, granis ſubtractis, relinquebantur paleæ Miniſtris Eccleſiarum.

14. Salomon, 890. nobilis Ramſchvvagius. Hic S. Pelagij corpus, Româ Conſtantiam: & Conſtantij Martyris reliquias, Peruſio Sangallum attulit.

15. Hartmannus, 921. probus, quieti deditus ſtudia colens, muſicæ amantiſſimus.

Burckardus, Sueuiæ Dux.

16. Engelbertus 2. anno 924. ab Henrico 1. confirmatus. Cui quia adhærebat: offendit Ducem Sueuiæ Burckardum. Sub eo, hoc Monaſterium 925. ab Vngaris direptum fuit. Sed tamen res precioſiores, & librorum meliores, antè exportata in celſos montes erant.

17. Thieto, 933. qui abdicauit ſe munere, ſenex: cùm 9. annos præfuiſſet. Incendium Monaſterio ſub eo accidit, anno 937.

Luitholfus, Dux Sueuiæ.

18. Cralochus, 942. à Cæſare Othone I. confirmatus. Erat Thietonis frater. Fugit ille Ducem Sueuiæ Luitholfum, ad Cæſ. Othonem.

Sangall. ciuitas τετειχισμένη.

19. Anno, 953. (alijs, 956.) à Duce Luitholfo præpoſitus. Fuit Cralochi frater, vir bonus. Cuius hortatu, primùm Sangallenſis ciuitas, muro & foſſa circundari cœpta eſt, contra Vngarorum irruptiones; cùm antea pagus fuiſſet. Sangallenſi autem Abbatiæ, à Salomonis tempore adiuncta hactenus fuerat Abbatia Fabarienſis, vel Pfeuerenſis. Ea Præpoſito Entzlino data eſt à Cæſ. Othone: atque Entzlinus, primus eius, ſic reſtitutæ, Abbas factus eſt. Monaſterium autem Fabarienſe, ordinis S. Benedicti, ſitum in Curienſi diœceſi, duobus à Curia milliaribus Germanicis, fundatum olim fuit, petenti S. Pirminio, à Theodorico, Francorum Rege: Alemanniæ, Rhætiæ, & Heluetiæ, domino: teſte Munſtero libr. 3. cap. 75.

Fabarienſis Abbatia. Entzlinus Præpoſitus.

Annone porrò prædicto, mortuo: Cralochus Abbatiam recepit: impetrante S. Vlrico, Epiſcopo Auguſtano, ab Othone.

Lincegoiæ Comes Burckardus. Burckardus Comes, cæſar. Claudicatio.

20. Burckardus, comes Lincegoiæ & Buchornius (poſteriore tempore, Montfortenſis) 959. Nominatus is fuit Ingenitus, id eſt, Cæſar: quòd ex vtero matris VVendelgardis excectus eſſet. Cuius hiſtoria, ſecundæ partis Annalium lib. 3. cap. 8. exponitur. Læſus ille lumbum quodam tempore, à feroci equo cui inſidebat, ſub porta, claudicabat. Sed & Decanus eius Eccardus, claudus erat. Quos videns Kebo Lorſchenſis (quando iuſſu Cæſaris inuiſebat hos Monachos) Satius eſt, inquit, claudicare Reges, quàm Regna. Burchardus hic, cùm ætate iunior eſſet: difficulter à Cæſare confirmatus Moguntiæ fuerat. Attamen ille, auditâ commendatione virtutum eius, baculum ei porrexit: & iureiurando ſuper S. Euangelia ſe aſtringentem, confirmauit.

RITVS PRAELATORVM CONFIRMANDORVM.

Abbatum confirmatio. Confirmatio præſulum.

Abbatem confirmaturus nouum Rex aut Imperator, baculum ſibi adferri iuſſit: quem deſignato dedit in manum, iubens Abbatem eſſe: literasque eius rei dedit. Vocabatur hæc, confirmatio per baculum, & ferulam. Epiſcopus confirmabatur per annulum & baculum. Illum digito eius, Princeps indebat; hunc, in manum dabat.

Iuuenilis ætas Abbatis. S. Benedicti Regula.

Notgerus, 27. Mart. 973. quem & ipſum difficulter Cæſar Otho confirmauit. Hic ne, inquit, veſter Abbas ſit, qui ætate filius veſter eſſet? An inter tot cana capita, nullum Abbatem habere potuiſtis? Iuſſit, vt Regulam S. Benedicti diligenter obſeruaret: nec quicquam rei maioris, inconſultis Burckardo (qui munus reſignauerat) & Eccardo, ſuſciperet. Promiſit iurans Notgerus, & fideliter præſtitit. Nam Cæſar, grauis obſeruator Monachorum erat, [illegible].

Sub Notgero, oppidi Sangalli mœnia, turres, foſſæ, abſoluta ſunt. Obijt 981. Nouemb. 12. paulò ante Burckardum Exabbatem.

22 Hymmo, 982. ſub Othone 2. Parietes ille Templi ornauit imaginibus pictis: precioſas in id veſtes fecit.

Scholarum claudicatio.

23. Vlricus, vel VVolrichus 991. ab Othone 3. confirmatus. Claudicare tunc Scholæ: creſcentibus Abbatum opibus & gloria. At etiam in Eccleſia & Repub. diligentia & grauitas morum, ſub alacri iuuene, Imperatore Othone 3. langueſcere.

24. Gerhardus (al. Eckerhardus) 996. Abbas ſuperbus, temerarius, prodigus, inutilis.

25. Burckardus 2. anno 1001. (al. 1007.) vir frugi.

Giſela Auguſta.

26. Thiervvaldus, 1028. (al. 1024.) ſub Conrado 2. Cuius vxor Giſela, quodam tempore

Sangal-

Sangallum veniens cum Henrico filio, muneranśq; fratres: ac reuerenter ab Abbate habita: inſcripta fuit in communionem precum, meritorumq́; illorum. Obijt hic Abbas 12. Ianuar 1040. Communicatio meritorum.

27. *Notpertus à Stoffelen 1040. Bellum cum Conſtantienſi Epiſcopo geſſit cruentum.* Stoffelen.

28. *Vlricus 2. anno 1071. tempore Germaniæ perturbatæ diſſidio Cæſaris Henrici 4. & Papæ Gregorij 7.*

29. *Vlricus 3. Ducis Carinthiæ Marquardi F. 1077. Hic bonis Monaſterij in bellum Henrici, contra Sueuiæ Ducem Rhodolfum, inſumptis: factus poſtea fuit ab Henrico, Patriarcha Aquileiæ.*

30. *Manigoldus, vel Manigholdus, 1117. contra quem electus fuit frater Henricus de Tuela vel Duello* (Twiel) *ſed electio Manigoldi manſit rata. Hoc tempore diſſidia fratrum cœperunt fieri in legendis Abbatibus: & Ruſtici, militare, militiæq́; honores ſumere tanquã re benè geſta.* Duellum caſtrũ.

31. *VVernherus 2. à Lothario Cæſ. 1128. confirmatus (ut imperium Duces Sueuiæ eripere contendebant: in quorum ditione adhuc Sangallum erat. Abbas autem, iureiurando addictus Cæſari, neceſſe habebat prudenter agere: vt inter ambos parietes ſine offenſa tranſiret:* Das er zwiſchen Roſz vnd Wande wol hindurch käme. Duces Sueuiæ.

32. *Vlricus 4.* (*etiam Curiæ Epiſcopus*) *1166. à Friderico I. ratus habitus, & obſtrictus.*

33. *Vlricus 5. Comes Veringenſis, 1199.* πολυτελὴς, δαπανηρὸς: *ſed breui* ... βραχύβιος: *profuſus, breuis vitæ.* Veringenſis Comes [illegible]

34. *Henricus, Baro Klingenſis, 1200. à Rege Philippo confirmatus: cui Abbas etiam ſe adiunxit, inuito Papa. Proinde, Erdfordia fuit circiter vnum menſem ab Hermanno: Turingiæ Landgrauio, obſeſſus: ſed à Rege illo egregiè defenſus. Non erat is doctus: ſed bonus Oeconomus.* Clingenſis Baro Henricus. Philippus Cæſar.

35. *Vlricus 6. Baro Saxenſis: in Cœnobio educatus, eruditus, Portarij dignitate praditus: anno 1204. à fratribus electus: & breui poſt Baſileæ à R. Philippo confirmatus. Idem honorificè ab eo in eadem vrbe exceptus, in Principum numerum eſt cooptatus. Idem aliquando Romam veniens, à Papa Innocentio infula ornatus eſt. Idem à Friderico 2. monitus, vt ſecum Romam proficiſceretur: infirmitate valetudinis retentus eſt. Obijt 1219. Septemb. 22.* Saxenſis Baro Vlricus.

Epitaphium eius.

INVIDA PETRA NIMIS, CVR TANTVM CLAVDIS HONOREM?
ÆQVIPAREM MINIMIS, NEC SVMMIS INFERIOREM.

36. *Rhodolfus Guttingius creatus 1219. Vocatus is à Cæſare ad expeditionem Italicam: excuſationem attulit, ſe mollem Italiæ aërem ferre non poſſe: ac Cæſari 350. marcas argenti dedit. Epiſcopatum Curiæ, poſt fratris ſui Alberti mortem, ipſe Romæ 300. marcis argenti ſic impetrauit: vt ſimul Sangalli Abbas maneret. Fanum S. Leonhardi apud Sangallenſes, permiſſu Conſtantienſis Epiſcopi Conradi, conſecrauit: & Indulgentias dedit, quas literis confirmauit. Tunc initium Indulgentialium literarum, in Cœnobijs factum eſt. Obijt Romæ 17. Septemb. 1226 & ad S. Ioannem Later. humatus eſt: relicto, quod Monaſterio contraxerat, plus 1400. marcarum ære alieno.*

37. *Conradus Buſnangius, 1226. Vberlingæ per Regem Henricum, Friderici 2. filium, confirmatus: quando Inueſtitura Pontificibus nondum erat conceſſa. Fuit & à conſilijs R. Henrico: non quidem doctrina praditus: ſed pulcher vir, callidus, diſertus. Aliàs, tyrannico ingenio, & iniuriarum perſequentiſſimus. Cùm Romæ circiter 700. marcæ argenti, à deceſſore debitæ poſcerentur: dixit ipſe ad fratres: Caueto à ſede Romana: vbi homines ad oſſa vſque excoriantur: nec quiſquam contra Papæ ſtimulum calcitrare audet.* Inueſtitura Abbatum. Papalis potentia.

38. *VValtherus Trutburgius, 1239. contra quem lectus fuit Ruber, præpoſitus Aichenſis. Cauſa primò Romæ diſceptata eſt: & tandem Conſtantiæ finita: Epiſcopo dicente, ſe à VValthero mille marcis ditiorem factum eſſe. Confirmata fuit eius electio Rauenſpurgi à Rege Conrado, Friderici 2. filio. Hunc ipſe ſecutus eſt cum quatuor cataphractis equitibus contra Regem Henricum Turingum, Francofordiam. Cumq; Moguntinus Epiſcopus Sigefridus, eum à Conradi ſocietate dehortaretur: Cur ego, inquit, ipſum deſeram? Eccleſia mea, beneficio Regum & Imperatorum, præſertim Sueuicorum, opibus & honore aucta eſt. Grato dixit animo certè: verùm cum Conrado profligatus eſt, magno cum damno. Poſtea ſe in nouum ordinem contulit, Prædicatorum Monachorum.* Ruber. Frid. 2. Imp.

39. *Berchtoldus Falckenſteinius, ex nigra ſylua, 1246. homo elato animo & ſeuerus. Confirmatus eſt à Rege Henrico prædicto. Bellum cum Conſtantienſi Epiſcopo Eberhardo geſſit:* Falckenſtein.

cadibus

cædibus & incendijs vtrinque factis. Decanus deinde Monachus, qui alebat ſcortum, cùm ab Epiſcopo citaretur Conſtantiam: Abbas ei bellum indixit. Ita deſtitit Epiſcopus.

40\. *Vlricus 7. Guttingenſis, 1271. Huic ab altera parte fratrum oppoſitus fuit Henricus VVartenbergius: &, eo mortuo, Rumoldus Ramſteinius. Obtinuit tamen Vlricus: qui obijt 14. Februar. 1275.*

41\. *Rumoldus iam dictus: qui omnibus inuiſus, Abbatiâ ſe abdicauit anno quinto.*

Montefortius VVilhelmus.

42\. *VVilhelmus, Comes Montefortius, 1279. Fauit Comitibus Montefortijs, VVitembergicis, Tockenburgicis, ſe Rodolfo Cæſari opponentibus. Obijt poſt varias turbas 11. Octobr. 1299.*

43\. *Henricus 2. Ramſteinius. Obijt 1317.*

Werdenſtein.

44\. *Hiltpoldus VVerdenſteinius, 1318.*

45\. *Rhodilfus 2. Montefortius, 1329. Oppoſitis ei Vlrico Endio, & Bechtoldo Falkenſteinio.*

46\. *Hermannus, Baro Bonſtettenſis ex Zurichgouia, 1333.*

Wildenſtein.

47\. *Georgius VVildenſteinius, 1360. fautor Auſtriacorum contra Heluetios.*

48\. *Cono à Stauffen, 1379. Turbulentus in Sangallenſes ciues, & alios. Obijt 1411.*

49\. *Henricus 3. Gundelfingius, 1412. Doctus, non in mundi mores callidus.*

50\. *Henricus 4. Mansdorffius, vel Mangudorffius, ex Miſnia, 1418. à Pontifice ex concilio Conſtantienſi miſſus: & à conuentu receptus.*

51\. *Egenolfus Blarerus, 1426.*

Braitenlandenberg.

52\. *Caſpar Braitenlandebergius, 1442. Vir non indoctus, pacificus: licet controuerſiam cum Sangallenſibus habuerit: quæ tamen tranſacta tandem eſt.*

Piſtoris F. Abbas.

53\. *Vlricus Roſcius VVangenſis, Piſtore natus, 1467. Qui Romam equitans, à Papa Pio confirmationem accepit: & à Cardinale Cuſano. 25. Mart. in ſacello Palatij conſecratus eſt.*

Conſecratio Abbatis.

Inter alias cæremonias, de more interrogatus: Viſne Regulam tui ordinis ſeruare? Reſpondit, Ita. Viſne ſeruare caſtitatem, humilitatem, patientiam: eaſque tuos ſubditos docere? Ita. Viſne bona Eccleſiæ comparcere? Ea in eius vſum, & pauperum, & aduenarum conferre? Ita. Tunc latino ſe iuramento Pontifici obligauit: ſe prorſus nihil contra Papam, & ſuos, ac ſedem Romanam, vnquam moliturum, nec molituros adiuturum. Seruaturum ſtatuta & mandata patrum, ac Pontificum. Nullam arcem, nulla bona, Monaſterij ſui, abſque Sanctiſſimi conſenſu alienaturum. Denique ex præſcripto S. Benedicti vitam acturum. Ita me Deus adiuuet, & hæc S. Euangelia.

Tockerburg. Comitatus.

Comitatum hic Tockenburgenſem, 1468. emit: ac multas res induſtriè geſſit. Vitam S. Galli, & S. Othmari, extra chorum Templi in parietibus artificioſè pingendas curauit.

54\. *Gotthardus Giel Glatburgius, 1491. Mart. 18. Sarcophagum hic, ſeu monumentum, precioſum fecit: in quo oſſa S. Galli, quæ deceſſor eius leuauerat, repoſuit: decorè inſculptis ſuis, & Cœnobij, inſignibus.*

S. Galli oſſa.

55\. *Franciſcus Geisbergius Conſtantienſis, 1504. April. 19. Romæ deinde confirmatus, ſicut duo anteceſſores. Aliquot annis poſt, Regalia ſua accepit à Cæſare Maximiliano.*

Sacrilegus.

Surripuit ſub ipſo, 1526. nocte Paſchatis, aliquis multas veſtes ſacras, ex adyto fani S. Galli precij fortè ſexcentorum florenorum. Habebantur à Monaſticis ſuſpecti ciues, diſsidio Religionis nato. Dicente quodam Curienſi Mago, furtum latêre apud quoſdam ciues: Senatui viſum eſt, fidem ei non eſſe habendam: ſed aliter diligenter inquiſiuit: ac varijs ſuſpicionibus turbabantur homines. Tandam res Friburgi, cum fure comprehenſa eſt: qui fuerat vnus ex miniſtris Monaſterij, multos per annos: de quo capitis ſupplicium 21. Nouemb ſumptum eſt. Secuto tempore, nempe 1529. anno, Sangallenſis ciuitas, Religione mutata, ſimulacra Sanctorum combuſſit, plauſtrorum circiter 46.

56\. *Chilianus, cognomine Germanus (al. Koffius) 1529. Qui Miſſam ſuam infularem ſequenti anno Vberlingæ cecinit: vbi ſplendidè viuens, alebat ſemper menſas circa ſeptuaginta. Reuerſus autem ex Auguſtanis Imp. Caroli V. comitijs: in aquis Brigantijs, equo lapſo, interijt: ac magno luctu, eodem 1530. anno, in Brigantino Cœnobio, terræ mandatus eſt.*

Blaurerus Diethelmus.

57\. *Diethelmus Blaurerus VVartenſeenſis, 1539. Vir procerus, pulcher, magnanimus, mitis. Confirmatus & à Pontifice, & à Cæſare. Tranſactione inter ipſum & Sangallenſes facta, hi in templis SS. Laurentij & Magni, ſuam Religionem: ille in ſua ditione, Romana*

exercitia,

exercitia; retinuerunt. Præſedit adhuc milleſimo quingenteſimo quinquageſimo. Hactenus, Stumpfius.

58. Blaurero 1564. Decemb. 18. mortuo · ſecutus eſt Abbas Othmarus Contz: qui 1576. deceßit.

56. Ioachimus Opſer.

Hæc, de Sangalli Abbatibus. Aliquantò autem ante adminiſtrationem primi Abbatis, S. Othmari, impius Dux fuiſſe Sueuiæ dicitur à Bruſcio, Ortuuinus: eiusq; Præfectus, Erchonaldus: qui Diſcipulos S. Galli, nullum adhuc ordinem profitentes (inter quos præcipui fuerint beatus Magnoaldus, & Theodorus quidem) grauiter perſecuti fuerint: Oratoriumque & ſepulcrum S. Galli fregerint: ac ſanctos patres, ibi ſtudijs pietatis operam dantes, miſerè tractauerint. Ortuuinus, Sueuiæ Dux.

Anno ſupradicto 720. cùm Saraceni cepiſſent inſulam Sardiniam: Rex Longobard. Luitprandus, legatis ad eos mißis, oſſa D. Auguſtini, Hipponenſis Epiſcopi, ex Africa illuc aliquando translata, magno precio ab ipſis redemit: Papiamque ad ſe tranſportanda curauit: & poſtea 722. ibi in Templo S. Petri ad cælum aureum, à ſe condito, repoſuit. Sardinia, Saracenorum. S. Auguſtini oſſa. Papia C.

Finis libri decimi, partis primæ Sueuicorum Annalium.

SVEVICO-

SVEVICORVM ANNALIVM LIBER VNDECIMVS PARTIS PRIMAE,

MARTINO CRVSIO AVCTORE.

DEINCEPS Pontifex Romanus, contemptarum & abolitarum à Græco Imp. Leone ſacrarum imaginum occaſione, Rauennæ Exarchatus tollendi, & Italiæ ab obedientia Orientalis Imperatoris alienandæ, cauſas habebit. Gradus etiam fient ad Pipinicæ, vel Carolinæ familiæ, maiorem exaltationem: donec tandem per Carolum Magnum, Longobardico Regno ſublato, reſtituatur Occidentis Imperium. Interim & Sueuorum res, quotquot ex bonis Scriptoribus haberi poterunt, ſuis locis memorabuntur.

IMP. LEONIS ICONOMACHI IN GREGORIVM P. ODIVM. EXARchus 16. PAVLVS Patricius. Rauennam is amittit, ſed recipit. Monaſteria, S. Mauri, & Murbachenſe. Duces Alemanniæ, Luitfridus & Eberhardus. A Carolo Martello domiti, Saxones & Bauari. Sic & Alemanni, ac Sueui: qui libenter ſe in libertatem priſtinam vindicaſſent. Achalma, Sueuica arx.

CAPVT I.

Imaginum S. Certamen.

ANNO Domini 723. Imp. Græcus inſidias ſtruxit vitæ Pontificis Gregorij: quòd hic ſacras imagines contra illum defenderet. Sed Marinus Spatharius, ab eo Dux Romæ declaratus: antequam inſidias perficere poſſet, repentina apóplexi (Sigonio teſte) interceptus periit.

Paulus, Exarchus 16.

Anno 724. EXARCHVS ſextusdecimus Rauennæ factus eſt PAVLVS Patricius, A. 2. Qui cùm & ipſe Gregorium, iuſſu Imp. Leonis tollere conaretur: coniuratio detecta eſt, & de inſidiatoribus ſupplicium ſumptum. Cum alter Spatharius ab Imperatore in Italiam miſſus eſſet contra Papam: hic per Longobardos, quorum auxilium ſibi conciliare coactus fuit, illum, & Rauennatem exercitum ab Exarcho datum, victum iuxta pontem Miluium, Rauennam repulit.

Claſſem & Rauennam R. Luitprandus capit.

Anno 725. Luitprandus Longobardus Rex, occaſionem ſe prolatandi Regni, ex Romanorum diſcordia nactum ratus. Exarchatum bello aggreditur: oppidum Claſſem, ac deinde ipſam Rauennam (profugo Exarcho Paulo) expugnat: militibus deripiendam (opibus affluentem) concedit: ibique Ducatum conſtituit: cui Hildebrandum nepotem (qui poſtea Rex fuit) præfecit. Exarchus tamen Paulus, Venetorum ope (quorum Ducem Vrſum Papa Leo literis hortatus ad id fuerat, Paulo communis vtilitatis causâ ignoſcens) Rauennam & potentatum recepit.

Rauenna receptio. Mauri monaſterium.

Circiter 724. annum, cùm iam dudum eſſet Monaſterium Maurſmynſter *(in oppido eiusdem nominis, 4. milliaribus ab Argentina, dimidiato verò milliario à Tabernis Alſaticis) Maurus Abbas præerat huic Cœnobio (S. Piminij, Meldenſis Epiſcopi in Senonenſi prouincia, diſcipulus) quod de ipſo, Mauri Monaſterium dictum eſt. Hic Abbas confirmationem omnium bonorum eius, & patrocinium, accepit à Franco Rege Theodorico: quando Luthfridus Alemannorum Dux viuebat. Teſtatur eam rem Priuilegium Regium, quod à Bruſchio ponitur, ſic incipiens.*

Priuilegium Theodorici, R. Francorum. Alemannorũ Dux Luitfridus. Maurus Abbas.

In nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Theodoricus, diuinâ fauente clementia, Rex Francorum: viro illuſtri Luithfrido, Alemannorum Duci. Si petitionibus Deo ſeruientium, quæ ad eorum quietem & tranquillitatem pertinent, libenter præſtamus, atque ad effectum perducimus: Regiam conſuetudinem exercemus: & ad mercedem, vel ſtabilitatem Regni noſtri, pertinere confidimus. Ideo notum eſſe volumus, tam futuris, quam præſentibus: qualiter venerabilis Maurus, Abbas de Monaſterio Domini LEOBARDI, quondam Abbatis (in honore ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & ſancti Martini, peculiaris patroni noſtri, constructo) clementiæ Regni noſtri ſuggeſſit: & quæ ſequuntur.

Fuit hic Rex, Theodoricus Cala: qui 727. Chriſti cæpit regnare in Francia, ad annos 15. Iam ſi Regni eius anno 8. hoc priuilegium datum eſt, vt ibi dicitur: fuit tunc annus Chriſti 731. & indict. 14. non autem annus 724. & Indict. 3. ſicut in Bruſchio legitur. Sin omnino eſt. 724. annus:

tunc

tunc eſt annus 5. Regni non Theodorici: ſed Clotharij, qui anteceſſit Theodoricum. Tunc verò eſt Indict. 7. Corrigat errorem, ſi cui datur apta facultas.

CAVSA HVIVS PRIVILEGII.

Decernimus (inquit in eo Rex) ne quis velit Abbatem, neq; Monachum, neq; certe homines eius, iniuriari: ſed liceat ei, ſuiſque omnibus, ſub immunitatis titulo, & noſtro mundiburdio vel defenſione (aduocatia, Kaſtvogtei) cum omnibus rebus ſuis, & Monaſterij ſui: ſecundum normam patrum, Domini Benedicti, & Domini Columbani: quietos reſidere, atq; ſecuros: quò potius ipſam congretationem ſanctam melius delectet, PRO STABILITATE Regni noſtri, miſericordiam Domini die noctuq; crebrius exorare. "

Circa eundem 724. annum, etiam Murbachenſe Monaſterium (cuius, ſuper. libro, capite 10. mentio facta eſt) conditum eſſe ait idem Bruſchius, à quodam Sueuiæ & Alemanniæ Regulo Eberhardo (habitante in arce Alſatiæ Egisheima) cui Pirminius hoc Epiſcopus perſuaſerit, Cœnobium id, Benedictinæ profeſſionis: in ſuperiori Alſatia, ad montana Voſagi eſt ſitum: ſiue Vogaſi, ex quo flumen Moſa profluit. Priuilegium ponitur à Bruſchio.

Murbachenſe Monaſterium.

Vogaſi montana.

Theodoricus, Rex Francorum: viris Apoſtolicis, patribus Epiſcopis: nec non & illuſtribus viris, Ducibus, patricijs, comitibus, vel omnibus agentibus: tam præſentibus, quam futuris, &c. Igitur, dum venerabilis vir Pirminius, gratiâ Dei Epiſcopus: noſtris temporibus cum Monachis ſuis, Deo inſpirante, pro Euangelio Chriſti peregrinatione ſuſcepta: Monaſterium virorum in heremo vaſta, quæ Voſagus appellatur, in pago Alſacenſi: in loco, qui vocatur Viuarius peregrinorum: qui antè appellatus eſt Mourbach: allodio fidelis noſtri Ebrohardi comitis: cum ipſius adiutorio, Deo cooperante, conatus eſt conſtruere Monaſterium: vel cœnobium ſanctum ibidem inſtituere: in honorem Dei, & genetricis Domini noſtri Ieſu Chriſti, &c.

Duces. Comites. Patricij. Agentes. Pagus Alſacenſis.

Allodium, *proprium bonum, non feudum:* Ein aigen Guot/ nit ein Lehen.

Allodium.

Eberhardi nomen, familiare poſteriobus ſeculis fuit comitibus VVirtembergicis. Eberhardus, fortis inſtar apri: Hart/ wie ein Eberſchwein.

Eberhardi nomen.

Carolus Martellus circa hos annos bella contra Germanos geſſit, quibus eos afflixit. Nam anno 723. Saxones (qui Sueuos quoq; & Bauaros, concitabant) tributum Francis negantes (quòd antea eis 500. boum impoſitum fuerat) ad id dandum redegit: ita, vt inſuper CCC. equos quotannis darent. Sequenti anno Bauaros & Alemannos tributi penſionem (præcedentium exemplo) negantes, victos, ad officium coëgit. Anno etiam 725. Alemannos denuò petijt. Erat ſub his Alſatia, Sueuia, Germania ſuperior. Ad hos cùm nouerca Caroli Plectrudis confugiſſet: ipſe eos vi armorũ terruit, ac Plectrudẽ recepit: quam tamen ex Bulgaria reductã, alicubi inuenio. Alemanni autẽ fuerunt ad ſyluam Fellenförſtiam victi: quando Carolus ſubegit Ducem Sueuiæ & Zurichgoiæ Luitfridũ (al. Landfridum) qui libenter priſtinũ dominatum recuperauiſſet: quemadmodũ antehac, priuſquã à Clodoueo magno ſubiugati eſſent, Alemãni & Sueui, ſtante adhuc Romano Imperio, liberi fuerant: cuius libertatis recuperandæ ſpẽ, ex crebrioribus Galliarũ perturbationib. & bellis, Luitfridus ceperat. Sed ſua eũ opinio fefellit: ac Sueui nequicquam ad libertatẽ aſpirantes: ſub Francis retenti ſunt. Occiſi autem ex parte Luitfridi, illo in prælio fuêre (ſicut lib. 3. Stumpf. cap. 83. ad marginem manu ſua annotauit vir eruditus, olim in Academia Tybing. docens, M. Paulus Calberus, cognitionis hiſtoriarũ amantiſſimus) Leupoldus, illuſtris comes Achalmenſis: nec non illuſtres & nobiles viri alij, Hirſpergæ, Andechſæ, Bregantiæ, Dillingæ, Hailigembergæ, VValtpurgi, & Kyniſeccæ. Ergo præter alia, Achalma quoq;, arx vetuſtiſſima, in alto ſupra Imperiale oppidũ Reutlingam monte ſita, tunc fuit. Multa, quæ hodie ſunt, illis quoq; temporibus fuêre: ſed literarum monumentis prodita non ſunt. Quidam Luitfridi debellationem, ad annum 727. referunt.

Saxones, à Carolo Martello domiti.

Alemanni item.

Luitfridus. Lantfridus.

Sueui, necquicquam libertatis recuperandæ cupidi.

Achalmenſis Comes & alij.

Ita Martellus, qui διὰ τὸ νόθον τῆς γεννήσεως. *(quòd minus legitimo ortu eſſet) contemptui fuerat: magnam autoritatem ſibi peperit: terribilis aduerſarijs euaſit: Regni Francorum firmitati conſuluit. Interin etiam ſemper ſe clementem præbuit.*

Caroli Spurij Martelli res, magnæ.

Ponam loca quædam Auctorum, de his rebus ſcribentium.

ADO.

Carolus, inquit, Maior domus, & Auſtraſiorum Princeps, cum Saxonibus (Ratbodo, Friſonũ Duce mortuo (bellũ inijt. Ibi grauiſſima cædes hominũ, altrinſecus (ἑκατέρωθεν) *morientiũ. Poſt aliquot annos in Baiouariam iter arripuit: Baiouarioſq; cum labore maximo ad deditionem coëgit. Pòſt reluctantibus iterum occurrit: & ſecunda vice, fortitudine exercitus ſui ſuperdomuit. Iterum abijt in Saxoniam: deinde, ad Sueuos contra Lantfridum: quos ab infeſtatione nimia repreſſit.*

APPEND. Gregorij Turon.

Rebellantibus Saxonibus: Carolus Princeps veniens, eos praeoccupauit, ac debellauit, victorque reuertitur. Secutis diebus, euoluto anni circulo: coacta agminum multitudine, Rhenum fluuium tranſijt: Alemannosq́ & Suauos (ſic Suenos vocat) luſtrat: atq́ Danubium praaceſsit: illoq́ transmeatu fines Baiorenſes occupauit. Subacta regione illa, theſauris multis: cum matrona quadam Bilitrude (Plichtrudem antea vocauit) & nepte ſua (pro eius) Sonichilde, egreditur.

IOAN. TRITENHEM. de orig. Francorum.

Luitfridi interitus.

Sueuis à fide ſubiectionis Francorum, inquit, deficientibus, Carolus bellum indixit: contractiſq́ copijs militum, cum eis dimicauit. Pugnatum eſt acriter: & multi ab vtraq́ parte ceciderunt: plures tamen ex Sueuis, quam Francis. Vnde nouiſsimè Carolo ceſsit victoria: & occiſo Duce Sueuorum Leufredo: gentem illam cum regione Francis ſubiugauit. Leutfridum ibi occiſum ait: quod alibi non inuenio: ſed Otho Friſing. Alemanniam, quam Sueuiam dicant, cum Lantfrido Duce eorum ſubiugatam, lib. 5. cap. 16. ſcribit.

P. AEMYLIVS VERON.

Plectrudis. Sonichildis.

Plectrudis, cum Sonichilde nepte, ad Danubij accolas ſe contulerat. Etenim, cùm initio ſpes ei fuiſſet: Martellum ancipiti fortunæ, nouiſq́ ſemper caſibus, caput vltro obijcientem, breui periturum: vbi felicitatem cum virtute certantem vidit: tunc, vt indomitarum gentium arma longinqua in eum concitaret: illas circumibat: deplorabatq́, ſe iuſtam Pipini vxorem, Sonichildemq́ iuſtam neptem, notho Pipini prædæ eſſe. Terrebat etiam, cauerent ſibi, communiq́ libertati, à iuuene, ſibi armis omnia vendicante. Eam cum exercitu expedito inſecutus: pacemq́ perpetuam, amicitiamq́ genti pollicitus: vt concitatrix faxq́ belli, ſibi florentiſsimo Duci dederetur, effecit: cùm cauſam belli nullam ſuam haberent.

AVENTIN. LIB. 3.

Landofridus & Theodoualda (Theobaldus) Duces Sueuorum, Regis Hilperici partium, Carolo aduerſi fuerunt. Ideo videlicet poſtea Carolus cum exercitu in Sueuiam profectus: Theodoualdam, Sueuiæ Ducatu depulit: Landofridum, armis ſibi parêre coëgit.

LACVS PODAMICVS, ET EIVS OPPIDA. DIVITIS AVGIÆ DEſcriptio & enumeratio Abbatum eius. Hercules Alemannicus. Duces aliquot Sueuiæ. Egregia Schola Augienſis. Opes, felicitas, luxus, & abſorptio, Diuitis Augiæ.

CAPVT II.

S. Pirminius.

CIRCA annum Domini 724 fuit primus Augiæ maioris, in lacu Podamico ſitæ inſulæ, Abbas, S. Pirminius, ex Gallia Epiſcopus Meldenſis. De quo lacu, priusquam ad ipſam Augiam me conuertam, aliquid dicam (præter illa, quæ ſuprà lib. 4. cap. 7 & lib. 9. cap. 8. commemorata ſunt) Auctores habens clariſsimos: Sebaſt. Munſterum libro Coſmograph. 3 cap. 236. & Ioan. Stumpfium lib. 5. cap. 9.

Podamici lacus magnitudo.

Lacus Podamicus (qui & Brigantinus dicitur, & Acronius) immenſam habet aquarum molem: poſſetq́ propterea merito nominari, Germanicum mare. Eius enim longitudo eſt milliarium circiter 7. latitudo verò, 2. & alicubi ferè 3. Eſt omnium amœniſsimus: multis ibi oppidis, caſtellis, & vicis circumquaq́ in ripa ſitis. Aquam habet nitidam, fundo perſpicuo: piſcibus varij generis abundat. Terra circumiacens, ferax vini & frumenti eſt: arboribusq́ fructiferis egregie conſita: Altiſsimus exiſtimatur prope Merſpurgum eſſe, nempe orgyiarum vel vlnarum CCC. Inſulas habet duas: in ſuperiore parte, Augiam minorem, Meinow: in inferiore (infra Conſtantiam) Augiam maiorem, vel diuitem, Reichenow.

LACVS HVIVS OPPIDA AD LATVS ALEMANnicum (Algow) ſiue ad Orientem.

Brigantium.

1. BRIGANTIVM, op. & arx, in Rhætico ſolo. Fuit quondam ibi comitatus: qui, pars inferioris erat Rhætiæ, pergens ad Lintzgoienſes. Hodie Archiducum Auſtriæ eſt.

Lindoia.

2. LINDOIA, vel Lindauium, *milliari. 1. deſcendens. Dicta à tilijs, Linden: ſitis in Owa/ inſula. Putatur ea eſſe, in qua priuignus Auguſti Tiberius, caſtra & nauale contra Vindelicos habuerit. Iſchudus tamen hæc, in altera inſula quæ in lacum magis porrigitur, fuiſſe autumat. Expulſis deinde Romanis: Regibusq́ Francis per hæc loca dominantibus: ea Sueuicis & Alemannicis Principibus attributa ſunt. Eſt hoc, valde munitum oppidum, & nobile emporium.*

3. LANGE-

3. LANGENARGA, oppidum ab amne Arga dictum: ſæpe hominibus & rebus incom- Langenarga.
modante. Agnoſcit Monteſortenſes Comites.

4. BVCHORNVM, oppidum Imperiale paruum, ſed ſatis opulentum: vbi quondam ge- Buchornum.
neroſi comites vixerũt, Buchornenſes appellati. Quibus extinctis: peruenit ad Altorffenſes & Ra-
uenſpurgenſes comites: quibus item extinctis: à Cæſaribus libertate honoratum, corpori Imperij in-
ſertum eſt. Habet antiquum Parthenonem, ſiue Virginum cænobium.

5. MERSPVRGVM (ſic à profunditate aquarum, quæ ibi ſunt, dictum) op. eſt: olim à Merſpurgum.
Francico Rege Dagoberto, ad appulſionem nauium Conſtantiam verſus ordinatum, milliar. 2. in-
fra Burchornum. Subiectum poſtea Sueuicis & Alemannicis Ducibus. Sequentibus temporibus,
Comitum Rhordorffenſium ſedes. Tandem, Conſtantienſium Epiſcoporum habitatio, & ærarium,
ſeu θησαυροφυλάκιον.

6. VBERLINGA op. Imperiale, bene munitium, 1. milliari infra Merſpurgum: traiectus Vberlinga.
antiquiſſimus, ſtatioq; nauium. Ibi olim Duces Sueuiæ reſidebant.

BODMA, Botmeno, vel Potama (vnde nomen eſt Bodamico ſeu Podamico lacui) infi- Bodma.
mo loco: caſtellũ antiquum Regũ Franciæ: dictum anno 881. Palatium Imperiale. Quod deſtructũ
eſt circa annũ 917. obtruncatis Ducibus Sueuiæ, Erchingero & Berchtoldo. Poſterius arx ibi eſt
inſtaurata egregiorum à Bodmen nobilium. Conflagrauit ea 1307. tota: ſed reſtituta eſt.

OPPIDA AD LATVS HELVETICVM, VEL ad occaſum.

1. RHINECCVM. op. & arx, in Rhætico ſolo, ſuperius, ſicuti Brigantium. Rhineccum.

2. RHORSCHACHVM, arx, cum nouo Monaſterio: quod Abbas Vlricus Rhotne- Rhorſchachum.
lius ædificauit.

3. ARBOR FELIX, Arbona, op. & arx: vbi quondam caſtra Romanorum, contra Ale- Arbor Felix.
mannos ac Sueuos. Sita in loco fertiliſſimo: vnde & nomen habet. Etſi etiam propter Alemannos
ibi profligatos, ſic nominata, & à Conſtantio Imp. ædificata, putatur.

4. ROMISHORNVM, vel Romaneshorna: quaſi Romanorum cornu, & munitio, Romishornum.
quondam contra Alemannos. Pagus eſt cum arce, 1. milliario infra Arbonam: ſitus quaſi in pen-
inſula, vel promontorio acuto, in lacum prominente.

5. GVTTINGA, inſignis pagus & arx: vbi olim Barones habitabant. Ex quibus fuit Guttinga.
Rhodolfus: primo, Abbas Einſidelenſis: deinde, Curæ Epiſcopus: qui obijt 1230. Inde & Hen-
ricus 1413. fuit.

6. CREVTZLINGA, Monaſterium & Abbatia: fundatum à Conſtantienſi Epiſcopo Creutzlinga.
Vlrico, Comite Kyburgenſi, circiter 1120.

7. CONSTANTIA, ab Imp. Conſtantio: qui præſidia contra irruptiones Alemannorum Conſtantia.
ibi habuit. Etſi tamen ante eius tempora, circ. 196. Chriſti munitio ibidem fuiſſe fertur: Caſtellum
aquarum dicta, Nidertwaſſerburg. Deſtructa fuit cum alijs Romanorum munitionibus, ab A-
lemannis, ante 500. Domini Heluetiam inuadentibus. Præcipuè autem Attila deſtruxit. Fran-
cis deinde Alemanniam occupantibus: redacta fuit Conſtantia in vicum: & appellata, Villa Re-
gia Dagoberti: qui eò transtuliſſe dicitur Epiſcopatum è Vindoniſſa. Inde poſtea rurſus facta eſt
oppidum: quod Salomon tertius, qui longè pòſt, Epiſcopatum Conſtantiæ geſſit, amplificauit: ille,
cui lucta cum Sueuiæ Ducibus Erchingero & Berchtoldo fuit.

INFRA CONSTANTIAM, deſcendit Septentrionem verſus, ad duo millia-
ria, inferior lacus: qui Venetus fuit dictus, ab aquæ cæruleæ colore. Piſcoſior is eſt ſuperiore Venetus lacus.
lacu: vt ſæpe vno iactu retis, capiantur XX. aut XXX. aut XXXX. millia piſcium, qui
Gangfiſch appellantur. Album genus eſt, halece paulò minus: ſalſum & infumatum, eſu gratum. Gangfiſch.

Hic inferior lacus (qui & Cellenſis dicitur) quadam peninſula in duas partes diſtinguitur: Cellenſis lacus.
in cuius altera parte (fortè dimidiato milliari infra Conſtantiam) eſt inſula REICHENOIA: Reichenoia.
olim Sindleſaugia, dicta: poſtea, Diues Augia: propter donatarum ei copiam diuitiarum:
teſte Stumpf. libro ſeptimo, capit. 12. Patet in longitudinem, dimidium milliarij: in latitudi-
nem verò, quadrantem: habetque tres parochiales Eccleſias. In hac Inſula, conſtruen-
dum curauit Epiſcopus Pirminius Monaſterium ordinis Benedictini; ope Caroli Martel-
li, qui Caroli M. auus fuit: Brabantius & Namurcus Dux, Maior domus Fran- Diuitis Augiæ
cia. Nemo primis temporibus recipiebatur in id Cænobium: niſi eſſet Princeps, Comes Monachi.

aut Baro. Vbi benè literis & moribus educati, poterant rurſum exire, militiã vel aulam ſequi, aut vxores ducere. Fuit illud aliquando ita diues potensq́; vt Abbas, Romam proficiſcens, potuerit eò vſq;, per totum iter hoſpitari in ſuo. Sub cuius ditione, olim Vlmenſis quoq; ciuitas fuit. Anno verò 1540. ſublatis Monachis, incorporatum eſt Conſtantienſi Epiſcopatui. Vinea ibi egregia, & copia fructuum omnis generis magna. Fuit ibi in inferioris Cellæ Templo (teſte Althamero & Bruſcio) veteris Alemanni, vel Herculis Alemannici, à Teutonibus antiquitus culti, idolum, vulgò Alman dictum: quod D. Maximiliani iuſſu, anno 1511. Oenipontem translatum eſt. Narratur, ibi etiam ſitum eſſe S. Marci Euangeliſtæ corpus: licet ſe Veneti id habere dicant. πότερον, πάτερ, ἀληθινόν; Non enim dicam cum Callimacho, ἐψεύσατο.

Vlma, ſub Reichenoia.

Herculis Alemãnici ſimulacrũ.

CATALOGVS ABBATVM DIVITIS Augiæ, ex Bruſchio.

1. S Pirminius: conſtitutus à Carolo Martello & commendatus Luitfrido, Sueuiæ Duci, anno 724. ſed poſtea eiectus 727. à Theobaldo (Dietvvaldo, vel Diepoldo) eius filio, Duce itidem Sueuo: qui ſe oppoſuerat Martello, quem Pirminius colebat.

Sueuiæ Dux, Theobaldus.

Inuenio, ante & circa hæc tempora fuiſſe Duces vel Principes Sueuiæ, Bertholdum & Vebum: deinde, Gotfridum & Luitfridum. Poſtea verò, Luitfridi filios Theobaldum & VVattilonem (fort. Odilonem) hos duos, Martello non fauentes ſed obedire coactos: eosq́; Pfungam incoluiſſe: à quibus Pirminius cedere coactus fuerit: & in Alſatiam ſecedens, Chriſtum docuerit: atq; cœnobijs aliquot promouendis operam dederit. Fertur beneficio Pirminij nullos eſſe ſerpentes & bufones in Augia diuite: qui ante eum multi ibi fuerint. Hinc factum eſſe, vt homines contra venena, ſic benè precarentur cibo & potioni ſuæ.

Sueuici Duces, plures.

S. Pirminij res geſta.

Sanctificet noſtram ſanctus Pirminius eſcam: Pirminij dextra benedicat pocula noſtra.
Verùm Domino Deo, hæc gratia adſcribenda eſt: dextra huius, benedicit alimoniæ noſtræ.

Briſgoiæ comes Etho.

2. Etho, vel Otho: comes vel Briſgoiæ, vel Habſpurgius, vel ex Ethiconis Alſatiæ Ducis genere. Habuit inſignem in ſuo cœnobio Scholam: cœnobitas, & libros. Ideo factum eſt, vt Ducibus ſuperioris Rhætiæ, Bauariæ, & Alſatiæ, petentibus: inde plura cœnobia (Fabarianum in Rhætia, Altahaimum in Bauaria, Murbachum in Alſatia) plantata fuerint. Reſignauit 734. ac poſtea factus eſt Argentinenſis Epiſcopus.

3. Kebo. anno 734. qui biennium tyrannicè præfuit.

4. Ernfridus: vel Erembrechtus, 736. qui ſimul & Epiſcopus Conſtantiæ, iuſſu Caroli M. fuit. Obijt 746.

5. Sidonius, vel Sinodius: & ipſe vtrãq; dignitatem gerens: S Othmari perſecutor. Obijt 760.

6. Ioannes: à Pipino conſtitutus, & Epiſcopus Conſtantienſis, & Abbas Sangallenſis Augienſisq;. Obijt 781.

7. Petrus, 782. ſenex valde.

8. VValdo, 787. Caroli M. fauore, ex Sangallenſi factus etiam Augienſis Abbas: poſtea Ticinenſis quoq; Eccleſiæ in Italia Epiſcopus. Reſignauit 806.

Hetto. Hatto.

9 Hetto vel Hatto: auctoritate Caroli M. & Baſilienſis Epiſcopus. & Abbas diuitis Augiæ: vir doctus, ſapiens, bonus, Imperatori charus. Abdicauit ſe 823. ac priuatus obijt 836.

10. Erleboldus, 823. conſanguineus S. Mainrado, comiti de Sulga, Presbytero & Eremitæ. Obijt 838.

11. Rhutelinus: qui ſe 842. abdicauit functione, propter tumultus filiorum Ludouici Imp.

Strabo VValafridus.

12: VValafridus, agnomine Strabo, propter vitium oculorum: vir doctus, & Hiſtoriographus: qui vitam SS. Galli & Othmari: Abbatum Sangallenſium, libris 2. rogatu Sangallenſis Abbatis Gosberti, deſcripſit: charus Ludouico Pio Imp. Obijt 849.

13. Chalcionius (al. Volcuinus) qui obijt 858.

14. VValtharius, qui obijt 864.

15. Hatto 2. Obijt 871.

16. Rhuto, vel Rudilo.

17. Hatto 3. ex ſtemmate Regum Franciæ ortus: Abbas 888. factus: qui poſtea Bambergenſis comitis Alberti proditor Henrico Aucupi extitit. Obijt 913.

18. Hugo: qui tantum vnum annum præfuit.

19. Thietingus, 915. per triennium. Sub quo ſanguis Dominicus, Hieroſolymis in Augiam diuitem perueniſſe putatur, miſſis in Occidentem à Rege Aza.

20. Heribrechtus, 918. per annos decem.

21. Lud-

21. *Lindhardus, vel Luithardus, 628. religioſus Princeps, antea ibi Præpoſitus.*

22. *Alavvicus, 933. per A.25. cui Imp. Otho 1. plurima contulit: quod Thalenhaimij actũ eſt.*

23. *Eckenhardus, 658. vtilium cœnobio malus prouiſor: & ideo, accuſatione collegij ſeu conuentualium, ab eodem Imp. Othone exauthoratus.*

24. *Rhodomannus, ex Præpoſito Abbas ab Othone 1. factus 972. qui egregiè præfuit: deperdita ab anteceſſoribus, recuperans.*

25. *VVitegouius, 985. qui ſacellum S. Pirminij, & alia multa, in Augienſi Monaſterio condidit: & duas aureas gemmataſq́; cruces fecit. Quæ ædificia Burckardus Monachus celebrans, ad Augiam inter alia dicit.* Burckardus Monachus.

Cur non exultas opibus, quæ plena redundas?
Quod ſuper aſtra volat, quicquid maris vnda miniſtrat,
Quicquid gignit humus: tibi ſuppeditatur in vſus.
Dico lætanter: gaude nunc Augia mater.
Da ſtudium Chriſto: ne nos fortuna ſiniſtro
Cum pede proſternat: nobis & gaudia demat.

Rariſſima hic Abbas domi fuit: ſed aut Romæ, aut in Aula Othonis 3. contrà quam in Græcia, ab Epiſcopis & Abbatibus factum eſt: qui nec ipſi, nec inprimis Patriarcha, Aulas conſectabantur, nec opes & ditiones corrogabant.

26. *Alavvicus 2. eximiè doctus & prudens Monachus: anno 997 diuitis Augiæ Abbas, & paucis annis pòſt Epiſcopus Argentinenſis, ab Othone 3. factus & confirmatus, 1000.*

27. *VVernhardus, per A 6.*

28. *Immo, Monachus Gortzienſis: & Abbas Cœnobij in Veſtriæ ſeu Veſterrichæ Regnò Prumienſis: ab Henrico Claudo, 1006. contra legitimè ex conuentu Augienſi lectum Henricum quendam intruſus: ſed tamen rurſus ab eodem, vt vaſtator Monaſterij, & fratrum expulſor, poſt biennium exbaliſtatus.*

29. *Berno, vel Bernhardus, vir doctus & laudatus, per A. 40. Cœnobij inſtaurator: & ea humilitate animi, vt ſe Bernonem paſtorem ſcriberet. Multa ſcripſit: inter quæ & vitam S. Vlrici, Epiſcopi Auguſtam conſtruxit ſummam Baſilicam Augienſem. Obijt 7. Iunij 1048.*

30. *Vlricus, conſtitutus ab Imp. Henrico 3. Qui præfuit A.21. Obijt 1069.*

31. *Menradus, vel Meginhardus, Saxo antea Hildeſianus Abbas. Adeptus eſt 1070. Augienſem Abbatiam, promotore quarto Henrico: partim Monachis ambitioſis in electione Abbatis diſcordantibus, partim ipſo Menrado, apud Imperatorem viam ſibi largitionibus parante. Sed Monachis inuiſus, & crebris exactionibus ab Auguſto preſſus: abdicatâ poſt annum, & aliquot menſes, Abbatia, Hildeſiam ſe retulit, homo minimè religioſus.*

32. *Rupertus, alijs Rudolfus, 1071. largitione ſe intrudens. Dictus eſt, Nummorum collector (* Pfänningſamler *) propter ſummam auaritiam.*

33. *Echardus 2. anno 1072. Comes Nellenburgius: ab Eberhardo ex Domina Ida procreatus: qui Eberhardus Monaſterium Schafhuſenſe, anno 1056. fundauit. Præfuit A. 17.* Nellenburg. Comes Eckardus.

34. *Vlricus 2. Baro Lupfenſis: ex Præpoſito Abbas, VVelphonis iuſſu, contra Henricum 4. Imp. 1089. per A. 34. Obijt 1123.* Lupfenſis Baro Vlricus.

35. *Rodolfus, liber Baro de Bottenſtain, frater Mangoldi Sangallenſis Abbatis, A 9. Obijt 1132.* Botenſtainenſis Baro Rodolfus.

36. *Ludouicus, Comes Pfullendorffius Sueuus, A. 4.* Pfullendorfius Comes Ludouicus.

37. *Vlricus 3. Comes Zolleranus, A. 1. genere, non moribus, nobilis.*

38. *Otho, Baro de Bottenſtain, contra Fridoleum A.3. quem Rex Conradus dignitate eiecit.*

39. *Fridoleus, ſeu Fridello, liber Baro de Heideck, 1141. qui præfuit A.21. conſecutus priuilegia ab Innocentio & Eugenio PP.* Zoller. Comes Vlricus.

40. *Vlricus 4. frater Fridolei germanus, Heideccius Baro, 1162. per A. 10. qui morbo incurabili correptus, Abbatiam poſuit.* Bottenſtain. Baro Otho.

41. *Diethelmus, Baro à Krenchingen per A.37. qui demiſſo animo ſcribebat ſe, Humilẽ miniſtrum Eccleſiæ Augienſis. At multò modeſtior, Papa Rom. qui ſe ſcribit, Seruum ſeruorum Dei.* Heideccius Baro Fridelius. Krenching Baro Diethelmus.

42. *Hermannus, Baro à Speichingen (celebri familia: ad Anaſſum, Ens, Carnorum fluuium, habitante) 1209. qui propter aduerſam valetudinem, octauo pòſt menſe gratijs pro honore ſibi mandato actis, reſignauit.* Speiching. Baro Hermannus.

43. *Henricus Comes à Calben, 1210. qui præfuit A. 27.* Calben. Comes Henricus.

Cimbren. Baro Conradus.

44. *Conradus, liber Baro Cimbrenſis, per A.18. & M.2. Obijt 1255. Iun. 22.*

Heben. Baro Burckardus.

45. *Burckardus, Baro Hevvenſis, A.6. qui reſignauit 1261.*

Ramſtein. Baro Albertus.

46. *Albertus, Baro à Ramſtein: quæ familia tunc circa Baſileā habitabat, in arce Zvvinga: quæ, eo genere extincto, Epiſcopi Baſilienſis facta eſt. Præfuit adhuc 1286.*

Klingenbergius Henricus.

47. *Henricus, nobilis Klingenbergius, Imperatoris Protonotarius, Doctor Iuris, & ſimul Conſtantienſis Epiſcopus. Obijt 1306.*

Caſtelenſis Baro Diethelmus.

48. *Diethelmus 2. Baro de Caſtelenſi familia illuſtri, ſupra Conſtantiam habitante. Non fuerat Conuentualis Augienſis: ſed Abbas domus S. Petri: extra mœnia Conſtantiæ, trans pontem ſitæ. Reformauit Monachos ſuos, quod eis parum fuit gratum. Obijt 1342.*

Brandiſius Baro Eberhardus.

49. *Eberhardus, Baro de Brandis: breuis ſtaturæ, ſed animi magni. Obijt 1384. die S. Michaëlis.*

50. *Mangoldus, Baro itidem de Brandis: factus ex Præpoſito Abbas, & eodem anno Epiſcopus Conſtantienſis. Obijt repentinò, fortè veneno, 1384.*

Roſeneccius Baro VVernherus.

51. *VVernherus Baro de Roſeneck, per A. 18. pauper. Obijt 1402.*

Zoller. C. Fridericus.

52. *Fridericus, Comes Zollerenſis: ex Monacho factus Abbas 1402. præſidens A. 25. non admodum doctus, ſed religioſus. Obijt 1427.*

Hornberg. B. Henricus.

53. *Henricus, liber Baro de Hornberg: à Papa contra Zollerenſem, & contra Monachos, intruſus. Præfuit ſeptimanas 14. dies 2. Obijt non ſine veneni ſuſpicione.*

VVartenberg. B. Fridericus.

54. *Fridericus, liber Baro de VVartenberg: dictus, Dominus de VVildenſtain. Reformauit Augiam, tanquam Pirminius ſecundus.*

55. *Ioannes ab Hunvvil nobilis.*

Pfauſer Ioan. à Norſteten.

56. *Ioannes Pfauſerus à Norſteten, nobilis conuentualis, Baccaulaureus Viennenſis Academiæ. Dictus eſt vulgo Sauſerus, quòd omnia obligurire*t. ἰυφχυνόμενος, καὶ λυλάμενος, ἀνωπτενόμενος.

VVeiſſenburg. C. Martinus.

57. *Martinus, Comes de VVeiſſenburg, eorum Comitum vltimus.* (mè A. 4.

58. *Georgius Piſcatoris, ex Zvvifaltenſi ad VVirtembergiā Monaſterio. Præfuit vtiliſſi-*

Knoring. Marcus.

59. *Marcus à Knoringen vltimus Augiæ diuitis Abbas. Hic anno 1540. Epiſcopo Conſtantienſi, Ioanni VVetzenſi, & Archiepiſcopo Lundenſi, Abbatiam conceſſit: qui eam conſenſu Pontificis Rom. Epiſcopatui Conſtantienſi incorporauit.*

Sic de diuitijs ceſſit tandem Augia diues.

PERTVRBATIO CONSTANTINOPOLIS, IMP. LEONE IMAGINES abolente, Defectio Papæ Gregorij ab ipſo, cum Italiæ partibus. Exarchus 17. EYTYCHIVS. Obſidio Romæ irrita. Caroli Martelli amicitia cum R. Luitprando. Saracenorum Hiſpanienſium ſtrages Iohannes Damaſcenus. S. Hiltegradis, & Duces aliquot veteres Sueuiæ. Irena, Conſtantini Copronymi vxor. Sindleſouia. Cella Monachorum. Monaſterium D. Virginis apud Fauarias. Mors Bedæ. Hunnorum irruptio. Laureacum & Patauia.

CAPVT III.

Imaginum cauſâ tumultus Conſtātinopoli. Schola Conſtantinopoleos. Doctor Scholæ, combuſtus. Oecumenicus Profeſſor.

ANNO 726. Imp. Leo (fruſtà ipſum Gregorio P. dehortante, hæreſeosq; accuſante) ſimulacra Chriſti, & B. matris eius, ac Sanctorū, Conſtantinopoli deijcit, & abolet. Vnde, populo in Regiā irrumpente, Miniſtrorū eius multi ſunt occiſi. Ipſe viciſſim ſpoliatione bonorū, verberibus, cæde, exilio, in aduerſarios animaduertit. Clariſſimū etiā Scholæ Doctorē, Diſcipulosq; eius duodecim (qui Eccleſiæ & conſilio publico educari ſolebant) quòd ei aſſentiri nollent, cū ipſa Schola, Palatio vicina librisq; combuſſit. Doctorē Cedrenus οἰκουμενικὸν *vocat, vniuerſalē: Diſcipulos verò,* λόγῳ καὶ βίῳ σεμνούς, *eruditione vitaq; graues. Hæc tunc illius vrbis Academia erat: nempe, vt Manaſſes ait.*

ἄλσος εὐγλαφύτευτον παντοδαπῆς σοφίας:

Pulcherrimum quauis nemus ſapientia refertum.

Excommunicatio Imp. Leonis.

His Papa rebus cognitis, Leonem Aug. communione Sanctorum excludit: Romamque & Italiam religione ſacramenti, quo ei obſtrictæ erant, liberat. Hinc, manus Magiſtratibus allatæ: Rauennæ, Paulus Exarchus occiſus: Romæ, Dux Petrus luminibus orbatus.

Anno 727 Longobardus Luitprandus, nouâ ex tumultu hoc occaſione oblata, cùm alia oppida, tum Bononiam, cepit.

Eutichius, Exarchus 17.

Roma, & aliorū locorum, ab Imp. Græco ad Papam defectio, & ad Francos conuerſio.

Leo, rabie concitatus, in Exarchatum miſit Eutychium patricium: qui Gregorium de medio tolleret. Non ſucceſſit ei hoc: ſed & ipſe anathemate percuſſus eſt. Recepit tamen Rauennam exercitu: & eam ad Imperium reduxit. Hic EYTYCHIVS fuit ſeptimusdecimus Exarchus, A. 24. Roma verò, Ducatusque Romanus, à Græcis, per occaſionem ſimulacrorum, ad Pontificem Rom. peruēnit. Sedes Romana, excuſſo Imperatore Græco, ad Francos ſe deinde conuertit: & cum hiſce conſpirauit. Numerantur à Sigonio hæc oppida & loca: quæ tunc iugum Græcorum abiecerunt:

abiecerunt: Roma, cum caſtellis, oppidis & viculis, in Tuſciæ partib. id eſt, Portus, Centum cellæ, Care, Bleda, Maturanum, Sutrium, Nepe, Galleſij caſtellum, Orta, Polimartium, Ameria, Tuder, Peruſia, Naruia, & Ocriculi. In partibus Latij, Signia, Anagnia, Ferentinum, Alatrium, Patricum, Fruſino, ac Tibur. In regione Campaniæ, Sora, Arces, Aquinum, & Capua.

Anno 729 Luitprandus & Eutychius, fœdere inter ſe inito, Romam grauiſſimè obſederunt: ſed Gregorij P. Oratione perſuaſi, reuerenter obſidionem ſoluerunt.

Roma irrita obſidio.

Carolus Martellus, Longobardorum amicitiam ſibi profuturum exiſtimans: impetrauit, vt Pipinum ſuum filium, attonsâ Longobardorum more cæſarie, ſibi Luitprandus filiũ adoptauerit.

Martelli & Luitprandi amicitia.

Anno 730 cùm Vaſconiæ Dux Eudo, Martello hoſtis, à Legatis eius victus: Saracenorum plurima millia ex Hiſpania, tanquam in vberiorem terram ad ſe euocaſſet: ſed ijs ipſemet iam grauaretur: ab eis ad Martellum (à quo & rogatus erat) defecit: cui Martello Longobardus etiam Rex ſtrenuè opem tulit. Ita ſtrages Barbarorum, permagna eſt facta: ac ſequenti tempore, dirè ingeminata. Adiuuit in his prælijs Alemannica gens Duce Lanfredo nobiliſſimo, vt à P. Æmylio vocatur) Francos animosè. Sic & Bauarica natio, Duce Odilone. Martellus certè, & Longobardum, & Alemannum, & Bauarum, ampliſſimis cum laudibus muneribusq́ domum dimiſit. Legatur Æmylius lib. 2.

Eudo, Vaſconum Dux. Saracenorum cædes per Martellum, ope Alemannorum & Bauarorum.

Anno 732. Leonis Imp. claſſis ingens, aduerſus Italiam & Papam miſſa: in ſinu Adriatico, ſæuâ tempeſtate coorta, naufragio lacerata fœdè perijt. Eo quoque tempore vixit Damaſci Syriæ, Ioannes Damaſcenus, Monachus & Presbyter; cognomento Chryſorrhoas (quaſi dicas, Auri fluus) cuius Græca Scripta extant: ſacrarum imaginum contra Leonem propugnator.

Ioan. Damaſcenus Theologus.

Eodem anno nata eſt. S. Hiltegardis, in arce Bauariæ Andexia (poſtea nominata, Hailigberg (die S. Sabinæ, id eſt, Mart. 31. Maiores illius, in M. Scr. charta, & in M. Scr. libro Campidonenſis Monaſterij (quem & Bruſchius legit) commemorantur, Duces aliquot Sueuiæ: Hiltebrandus, Gottfridus, Hochingundus (al Hobingus, Nebus) Imanus, & Hiltebrandus ſecundus: cui ex Bauarica Domina Rhegarde, nati ſint in Andexio caſtello hi tres liberi: Hiltegardis præſens, & gemellus huius frater (eodem cum ea die natus: poſtea, Lauſanenſis Epiſcopus) Vlricus: atque Adelindis, anno 735. nata. Apud Nauclerum 2. volum. Gener 28. ſic ſcribitur. Gottfridus Dux genuit Hochingum. Hochingus, Nebum. Nebus, Immam: Imma peperit Hiltegardem Reginam. Quis ſe ex hac diuerſitate Auctorum expediat? Nupta poſtea fuit Hiltegardis, Carolo M. antequam Imperator eſſet: Adelindis verò, Othoni, Comiti Tragentino & Caldarienſi: de quibus, ſuo loco. Hiltegardis porrò proauia fuit Rhothildis, auia Talantina, mater Rhegardis. Campidoni autem vel Campidonæ, in arce Hillemontana, ſiue Ilermontana) ab Ilaro, vel Hilaro fluuio) habitare ſoliti ſunt prædicti Duces, Hiltegardis Maiores: quæ arx, hodie nulla eſt: ſed ambitum adhuc tantum muri videmus, Burckhaldam nomine. Interdum etiam Rauenſpurgi, Hiltegardæ pater habitauit. De qua inclyta Sueua, plura in deſcriptione Campidonenſis Monaſterii cognoſcemus. Adoleſcat interim, dum matura viro, dum plenis nubilis annis. Hiltegardis, Hiltegarda, Hyltgart: ein Gart der Holdtſchafft vnd Liebe: κῆπος ἔρωτος.

S. Hiltegardis natiuitas. Andexia. Sueuici Duces. Adelindis. Campidonum, arx Ilermontana.

Eodem anno Imp. Leo filio ſuo Conſtãtino, Cazarorum Regis (Cedrenus, Scytharum Principis Chagani) filiam deſpondit: quæ, Chriſtiana facta, Irene nominata fuit. Chazara, hæc erat. Miror igitur, quomodo Blondus ſcribat, Conſtantinum Leonis 3 filium, Hirenen Cacanni Bauarorum Ducis filiam, vxorem accepiſſe: vt in Æneæ etiam Syluij Epitome ſcribitur: & ab H. Mutio lib 7. Leonis è Conſtantio nati Irenen, fuiſſe Germanam, Principis Bauariæ filiam. Habuit poſt hanc Irenam Conſtantinus alias duas vxores, Mariam & Eudociam.

Irene Scytha, Conſtantino Leonis F. nupta.

Anno 734. Sindleſavv, vel Sindleſouia, quaſi Sindelij (neſcio, cuius) Augia, inſulæ Podamici lacus, dehinc Diues Augia nuncupata eſt: ab immenſis, quibus iam accreuerat, diuitijs, & quotidianis accreſſionibus. Bruſch.

Sindleſavv. Augia diues.

Eodem anno Cella Monachorum (hodie, Ethonis Monaſterium) Benedictinum Cœnobium, ad Nygram ſyluam, prope Kintzingum, non procul à Rheno, renouatum eſt ab Ethone, vel Othone, Comite Habſpurgio: qui & oppidum, quod ab eo adhuc Ettenheimum dicitur, conſtruere cœpit. Idem, huius Monaſterij, ſic renouati, primus Abbas fuit: poſtea Epiſcopatui Argentoratenſi præfectus. Conditum autem aliquantò ante, circiter videlicet 700. Chriſti, & Cella Monachorum appellatum, à VViggero Monacho fuerat: quem poſt Ethonem prædictum, etiam ipſum Argentinenſem Epiſcopum, & 761 obijſſe, apud Bruſchium reperio.

Cella Monachorum. Ethonis Monaſterium. Habſpurg. C. Etho. Ettenheim op.

Fabarienſe Cœnobium, vel Pfauerenſe, conditum ſuaſu Pirminij eſt, ſum-

Pfauerenſe Monaſt.

ptibus Caroli Martelli: regnante in Gallijs, Alemannia, Rhætia, Theodorico 2. Situm in Rhætia Curienſis pago Curvvabala, duobus milliar. Germanicis infra Curiam, ordinis S. Benedicti. Bruſch. & 3. Munſt. 75.

Bedæ obitus.

Bedæ venerabilis, ætatis fortè 72. annorum, circa hoc tempus mors: cùm ante Altare ſtans, cantionem à ſe compoſitam caneret: Rex gloriæ, Domine virtutum.

Hunnorum & Auarum irruptio in Brauariam. Laureacum. Patauia Archiepiſcopatus. Anaſianum. Ens. Laureacum, Lorcha.

Anno 735. cùm Hunni & Auares (mortuo Boiorum Regulo Hugoberto) omnem regionẽ, quæ ſupra & infra Anaſſum (Ens) ſita eſt ferro & igne deuaſtaſſent: Laureaco etiã funditus exciſo: iuſſus eſt ab Hugoberti filio Vtilone Laureaci Archiepiſcopus Vinilo ſeu Viuiſus, commigrare cum Sacerdotibus, Monachis, velatisq; virginibus, quotquot euaſerant, Pataniam, ciuitatem iam florentem. Sic Patauia, deinceps Laureacenſium Archiepiſcoporum facta eſt domicilium: qui appellati ſunt Pontifices Patauienſes, & Archimyſtæ Laureacenſes. Laureacum autem, magna vrbs fuit in Bauaria, ſupra Danubij & Anaſi confluentes: vbi hodie op. Anaſianum eſt: vulgò Ens, à Fluuio dictum, tribus infra Lincium milliaribus. Fuit ante natũ Chriſtũ: atque ad hunc anno circ. 47 conuerſum, à B. Petri Diſcipulis Bruſch. de Patauia lib. 1. & Auent. lib. 3. Diuerſum eſt ab eo VVirtembergiæ Laureacum, Lorch: quod tunc nondum erat Monaſterium: ſed caſtellum, vel arx: quæ aliquot ſeculis pòſt, in Monaſterium ab Hohenſtauffenſi Friderico mutata fuit: vt aliquando ξὺν θεῷ dicetur.

LONGOBARDORVM BELLVM INTESTINVM. VTRIVSQVE Romæ mala. R. Luithbrandi nepos Hiltebrandus. Comites Dillingenſes. Faingen, Witeslingen/ Lietzheim/ Hochſtatt/ Danubiana VVerda. Gengenbachenſe Cœnobium, IMP. CONSTANTINVS VI. CABALINVS. Porphyra, Porphyrogennetus. Caroli Martelli mors, & eulogium. Baſilienſis Epiſcopatus.

CAPVT IIII.

Roma obſidio.

ANNO 738. cùm Dux Spoletanus Tranſimundus à Rege Luitprando, ſocietate cum Papa Gregorio 3. inita, defeciſſet: atque bello preſſus, in fidem Pontificis confugiſſet: nec, quamuis poſtulanti, à Papa Regi dederetur: Rex obſidione graui Romam, infeſtam ſequenti anno habuit: nec deprecationi Pontificiæ locum reliquit. Igitur Papa, legatis miſsis, opem à Carolo Martello petijt: clauibus S. Sepulchri, alijsq;, quæ auguſtiſsima habebantur, muneribus, miſsis. Carolus, rem honori ducens Regi ſibiq;: quòd è Francis primus à Pontifice Max. ad amicitiam appeteretur: Pontificem remunerauit, & Luitprando ſolutionem obſidionis perſuaſit. Ducatum verò ſuum Tranſimundus armis, nec ſine auxilio Papæ, recuperauit.

Terræmotus.

Conſtantinopoli, terræmotus fuit 7. Calend. Nouemb. tantus: vt Templa, & priuata publicaq; ædificia, corruerent.

Omen cuculi.

Anno 740. Luitprando periculoſiſsimè ægrotante: nepos eius Hiltebrandus, Rex declaratus eſt. Cui cùm haſta de more porrigeretur: cuculus in vertice eius haſtæ conſedit: quod ei pro infauſto Regni omine habitum eſt.

Dillingenſes Comites.

Circa hoc tempus, erant comites Dillingenſes (vbi hodie Dillinga Danubij eſt: Auguſtani Epiſcopi oppidum & caſtellum) qui res adminiſtrabant in his locis: Faingen/ Witcelingẽ/ Lietzheim/ Hochſtatt/ & Werd. De quibus hoc eſt Ioannis Heroldi (fortaſſe tamen nimium ſibi in talibus indulgentis) iudicium: vt breuiter ex commentar. eius, de Stat. leg. III. in Rhætia littorali, commemorem.

Tilingen.

TILINGEN *habet nomen ab auxilijs externis: quæ Romani ſuis legionib. olim adiunxerant: quæ, gentiles cateruæ dicebantur. Nam ſi à voce Gentiles, primam & vltimam ſyllabam abijcias: remanet TIL: ad quam accedit τὸ INGEN, aut Lingen: tanquam à primis tribus vocabuli Legio literis, LEG: quod mutatum ſit in LING. Tilingen itaque: quòd ibi ad ripam Danubij verſatæ ſint Gentilium cateruæ: & earum campicurſiones, natationes, aliaq; exercitia, ceu ſcholæ. Sic ergo emerſiſſe videtur vocabulum Dillingen.*

Faingen. Vmingen.

HAINGEN / aut FAINGEN / *oppidum: quòd Stableſianorum, Italicianorum equitum, qui iuniores Baiennij ſed corruptè Phœbiani, dicebantur, ſtatio collocata fuerit in ſpecula, nomine Faienna. Seniores enim, Auguſtani appellabantur. Faingen ergo, à Faienna, vel Baienna, ſpeculâ, ſic à Baiennijs equitibus dicta.*

Witcelingen.

WITESLINGEN/ *vicus, à veteranis quibuſdam, VITALIIS appellatis, dictus, Legionis III. Romanæ: qui eo in loco verſati ſunt. Ex qua familia fuit Baſsinius vitalis,*

Q

ius, Q. Vitalis, Vitalius Vigor, Vitalius Virilis. Additâ itaq; terminatione Ingen: factum eſt, & Witeslingen.

LITZHEIM/ *erat Legionis III. ſtatio quinta. Nomen eſt, à legione Italica, vel Italiciana: quaſi Litalicianaim: quoniam in effoſo latere coctili repertum fuit, L. ITALICIANÆ I. M. Solebant enim Legionarij milites ſuæ legionis titulum lateribus inſcribere: deinde, in terram defodere: vt in rerum humanarum inſtabilitate, aliqua tamen memoria ſuarū ſtationum permaneret: eoq; diuturnior, quid minus fictilia conſumi ſolent.* Litzheim.

HOCHSTATD/ *Litorale ſtationis quintæ præſidium: quod ad Danubij culta loca commoratum fuerat: poſtea periculis ingruentibus, ſe in tumulum vicinum recepit, eumq; muniuit. Inde nomen* Hochſtadt/ *ex Germanico & Latino verbo: quaſi alta Statiua, vel alta ſtatio. Quæ fuit patria docti huius viri, Ioannis Heroldi.* Hochſtadt.

WERD/ *confluentia Brenitia inſula: in qua Barbaricarij reſidebant (qui publicam pecuniam tractabant, velut argentarij) quam inſulam Bernicus amnis fecerat (hodie,* Wernitz) *qui paulò infra inſulam ſe in Danubium effundit. Inde vicus* Bergen/ *in tumulo VVerniciæ imminente, vix CC. paſſus diſtat. Ibi, portorium: quod, illorum Barbaricariorum ſignum eſſe poteſt.* Werd.

Vide ſuprà lib. 8. cap. 4. ferè in fine: vbi de Rhætia prima & ſecunda: à quibus aliquid hoc loco diſcrepet, in ratione militari.

Hos 740. anno, Monaſterium S. Mariæ in Gengenbach, ad eiuſdem nominis riuulum, & ad amnem Kintzigum (teſte Bruſchio in collectaneis M. Scr.) in Hercyniæ amœniſſimo loco ſitū (Cœnobium Benedictinæ profeſſionis ampliſſimum) fundatum eſt à Ruthardo, potenti Alſatiæ, Duce, & Comite Zæringenſi: atque ab eiuſdem coniuge Domina Irmenſuinde. Qui in hoc ipſo ſuo cœnobio humati ſunt: etſi veſtigium hodie non extat. Confirmatum eſt Diplomate Caroli Magni. In nomine S. & indiuiduæ Trinitatis. Carolus, diuina fruente clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Gengenbachenſe Monaſt.

Dum loca diuino cultui attitulata conamur augere: imo augendo pro poſſe & nōſſe ſtudemus promouere: id ad temporalem, vitæ noſtræ proſperitatem, animæq; noſtræ ſolamen, non dubitamus eſſe maximè ſalutare. Notum igitur eſſe volumus Chriſti noſtriſq; fidelibus: tam futuris, quam præſentibus: qualiter reſpectu diuinæ dilectionis, animæque noſtræ ſolaminis, & interuentu petitionis noſtri fidelis Luitvvardi Archicancellarij, & Vercellenſis Epiſcopi: quoddam cœnobium, nomine Gengenbach, in pago Mortenaugienſi, iuxta fluuium Kintzicha ſitum: à quodam Ruthardo Duce, bonæ memoriæ, viro liberali manu, & liberalibus inveſtituris cōſtructum: Deo, & eius genitrici Mariæ, attitulatum: denuò iterata libertate donauimus: donando conceſſimus: cōcedendo noſtra Imperiali authoritate firmauimus, &c. Non vult, vt quiſquam his Monachis iniuriam inferat. Permittit eis poteſtatem, in demortui Abbatis locum, alium idoneum ſubſtituendi.

Diſtat hoc Monaſterium 3. milliaribus ab Argentina, in eiuſdem nominis Imperiali oppido. Tantùm nobiles in id recipiuntur. De eius fundatore, in Schutterano Mortuario: ſub Quinto Kalend. Febr. ſic legitur.

RVTHARDVS ILLVSTRIS DVX, & fundator multarum Eccleſiarum.

Anno 741. diem ſuum obijt Leo Imp. 13. Calend. Iul. inteſtinorum morbo: σὺν τῷ σώματι καὶ *(inquit Cedrenus)* καὶ τὸν ψυχικὸν θάνατον θνήσκων: *anima eius moriente cum corpore.*

Succeſſit XXIIII. IMP: CÆS. FL. CONSTANTINVS Porphyrogennetus, P. F. Aug. qui 35. A. 2. M. 27. D. imperauit. Eulogium ei ponitur à ſupradicto Cedreno: ἐκ δεινοτάτου λέοντος πάρδαλις ποικιλότροπος ... καὶ ἐκ σπέρματος ὄφεως, ἀσπὶς, καὶ ὄφις πετάμενος: *ex horribili leone, verſutiſſima pardalis: & è ſeminæ ſerpentis, aſpis, ſerpenſq; volans. Nam vetuiſſe, ne quiſque ſeruorum Dei ſanctus nominaretur: dixiſſe, dum Chriſtum in vtero habuerit: magnifaciendam fuiſſe Mariam: poſtea, nihilo cæteris mulieribus præſtantiorem, nec Deiperam appellandam, eſſe. Deditum fuiſſe Dæmonum inuocationibus, & viſcerum exectionibus.* Conſtantinus Copronymus, Imp. 24. S. Maria θεομήτωρ. Porphyrogennetus.

Porphyregennetus eſt nuncupatus, maieſtatis gratiâ: natus in Porphyra vel Purpura: id eſt, peculiari Imperatricibus ædificata domo Coſtantinopoli: in qua, cùm vicinæ partui eſſent, degebant, ibiq; pariebant: teſte Anna Commena: quæ & ipſa 1085. die Sabbati illa in domo ſe natā, lib. 6. Porphyra domus Auguſtarum parturientium.

ἡ βασιλεύουσα.

lib. 6. Alexiad. ſcribit. ὁ βασιλεὺς, inquit, τροπαιοφόρος νικητὴς εἰς τὴν βασιλεύουσαν ἐπανέζευξε· τὴν βασιλίδα, κατὰ τὸ ἀφωρισμένον πάλαι ταῖς τικτούσαις τῶν βασιλίδων οἴκημα, ἐπὶ ταῖς ὠδῖσιν εὑρηκώς, πορφύραν τοῦτο ἀνέκαθεν ὀνομάζεσθαι. ἐξ οὗ καὶ τὸ τῶν πορφυρογεννήτων ὄνομα, εἰς τὴν οἰκουμένην διέδραμε. τὴν βασιλεύουσαν Imperioſam, vrbem Conſtantinopolin vocat: τὴν βασιλίδα verò, Imperatricem Irenam, Alexij Imp. coniugem, matrem ſuam. Aliter fuit quondam Imp. Commodus, lib. 1. Herodiani, πορφυρογέννητος: non ſcilicet in illa Porphyra domo editus: ſed, cùm naſceretur, purpurea veſte exceptus. Μόνος ἐγώ, inquit, ἐν τοῖς βασιλείοις ἀπεκυήθην· καὶ μὴ παραθέντα ἰδιωτικῶν σπαργάνων, ἅμα τῷ τῆς γαστρὸς προελθεῖν, ἡ βασίλειος ὑπεδέξατο πορφύρα. ὁμοῦ δέ με εἶδεν ἥλιος ἄνθρωπον καὶ βασιλέα.

Commodus Imp.

Caroli Martelli obitus.

Eodem anno in Francia Carolus Martellus 11. Calend. Nouemb. vitâ ceſſit: cùm 27. annos Imperium Franciæ, id eſt, Gallias & Germanias gubernaſſet. Reliquit liberos plures: filios, Carolomannum, Pipinum Breuem, & Gryphonem: filias, Hiltrudam & Landradam: id eſt, Lieb vnd Trew / vnd Landerhat. Etiam Ægydium, Rotomagenſem Archiepiſcopum.

Calumnia in eũ.

Cæterùm Martello iniqui erant Eccleſiaſtici viri: malè de eo loquebantur. Ipſum militibus ſuis omnia contra illos indulſiſſe: qui magis ſacra profanaq; diripuiſſent: quàm Viſigotthi (anteà Gotthicani, nunc Ocitani, dicti) qui Eudonis filios, in vindicando eis mortui patris Ducatu iuuerint. Cùm ad belli Saracenici neceſſitates, aurum è templis diripuiſſet: ſpopondiſſe, ſe, rebus tranquillitatis, multiplex reſtituturum: ſed, ditiſſimis & glorioſiſſimis victorijs partis, adeo fidē non ſeruaſſe: vt etiam viros ſanctos afflixerit: veterum, neſcio quarum, offenſarum memor. Hæc, illi. Eucherius, quoque, Aurelianenſium Epiſcopus ab illo eiectus, ſed poſtea à Pipino reſtitutus, quondam iuſſit ire ad ſepulcrum Martelli, vt corpus eius quæreret. Animam quidem æternis ſupplicijs deſtinatam. Inuentus fertur ſerpens intus, nullum corpus. Id iudicatum eſſe diuinæ iræ ſignum: cùm aliàs ex hominis ſpina, id genus animantis enaſci credatur.

Serpens in ſepulcro.

Non conducit alicui, habere Eccleſiaſticos ſibi inimicos. Poſſunt eum conficere telis, quibus volunt.

Bauarorum & Palat. Principum origo.

Ab hoc tamen Carolo, omnium Principum Bauarorum, & Palatinorum Rheni, ortum teſtatur Auentinus lib. 3. Bauaricæ hiſtoriæ, populari lingua editæ.

Baſilienſis Epiſcopatus initiũ.

Circa eundem 741. annum, Baſilienſis Epiſcopatus initium reperitur, Epiſcopo VValano: etſi aliter 228. Ibi primus Epiſcopus ſtatuitur Pantalus.

REX FRANCIÆ, HILDERICVS, MEROVEORVM VLTIMVS. PRINcipes γαλατίας, priſcæ Galatiæ (id eſt, Germaniæ & Galliæ) Carolomannus, & Pipinus Breuis. Bello domantur, qui ab eis defecerant, Sueui, Bauari, & Saxones. Caroli Magni natiuitas. Epiſcopatus à S. Bonifacio inſtituti. Bacchationes Alemannorum, imitatione Romanorum. Sacerdos indoctus. Antipodum abolitio. Rex Longobard. 20. HILTEBRANDVS. Rex 21. RACHIS. Tranſyluania. Terræmotus, peſtis, cruciculæ. Grypho, frater Pipini. Sueuiæ Proceres. VVirceburgenſis Epiſcopatus. Rachis R. & Zacharias P.

CAPVT V.

Childericus, Franc. R.

Maiores domus.

Reges Franciæ, ſerui ſeruorum.

ANNO 742. Franciæ Rex erat in A. 9. CHILDERICVS, vel Hildericus, Stupidus: quia ſolo nomine regnans: ſedens pro ſimulacro Regis: cùm poteſtas omnis, penes duos Maiores domus, ſeu Præfectos palatio eſſet: nempe Carolomannum, & Pipinum Breuem, Martelli filios. Longo enim iam tempore (vt antehac etiam memoratum) Reges Franci precariò regnare (teſte Eginharto & Auentino) inſueuerant: in angulis deliteſcere: ætatem delicijs venationibus ignauo otio, tranſigere Semel tantùm quotannis ille vmbratilis Rex, menſe Maio bobus, carpentum trahentibus, bubulco agente tanquam Philoſophus aut Archiſynagogus, ad conuentum Regni ſolennem vehebatur. Vbi, datâ acceptaq; ſalute, ad ſuas latebras (vocarem hodierno Græcorum Monachorum vocabulo, κελλίον, cellam) redibat, ibiq; ſe abdebat.

Κελλίον.

Galliarum, vel γαλατίας, inter Carolomannum & Pipinum diuiſio.

Cæterùm fratres ſic inter ſe imperium diuiſerunt: vt Carolomanno ceſſerit Auſtraſia, Turingia, Saxonia, Bauaria, Sueuia, Alemannia: id eſt, alles Oſtrofrånckiſch Land: Pipino verò, Burgundia, Prouincia, Aquitania, Neuſtria: id eſt, gantz Weſtfranckreich. Sed vbi manſit minimus frater Grypho?

Gryphonis interitus.

Hæreditate exclusus, ciuitatem Laudunum occupat: verùm mox fratribus dedere ſe cogitur. Sequentibus annis, alia atque alia tentans (in Saxonia & Bauaria) infeliciter: tandem 748. in tranſitu Alpium, à Theodino, tranſiuranorum nobiliſſimo, interficitur. Matrem habuit Suanihildam: Odilonis, Baioariorum Ducis, neptem. Potuiſſet honeſtè & feliciter viuere: vtpote 12.

Comi-

Tranſimundi μοναχισμός.

Comitatibus à Pipino donatus: ſi impetus animi ſui comprimere potuiſſet. Eodem 742. anno, in Italia Spoletanum Ducem Tranſimundum Luitprandus, bello illato, ad deditionem coëgit, & Clericum fecit. In cuius locum, nepotem ſuum Aſprandum ſubſtituit.

Sueuos coërcet Carolomannus.

Anno 742. & 743. & aliquantò pòſt, Carolomannus: cùm ſibi Alemannos haberet ſubiectos: ipſiq́; ſeruitutis impatientes, res nouas molirentur, ad arma rediit: victorq́; (etſi ex vtraq; parte, multis nobilibus occiſis) agros eorum longè lateq́; vaſtauit: & quaſdam munitiones ſolo aequauit. Quæ facta ſunt anno 746. auctore Mariano Scoto: ſed 744. auctore Nauclero, 2. Generat. 25.

Vtilonemq́; Bauarum.

Vtilo quoque, Boiariæ Dux (qui Hiltrudam, Caroli Martelli filiam, amore inductus antehac ex Gynaceo rapuerat: ſed legitimè tamen ſibi copulauerat) Regis ſibi aſſumpſerat nomen: pertæſus videlicet Franciæ Regum ignauiam: ipſe, iuuenis maganimus & ſtrenuus. Sed à Carolomanno & Pipino victus pro Regio nomine reſumere Ducis nomen coactus eſt. Sigebert. & Rhegino. De quibus rebus alij quoq; ſcribunt.

Tritenhem.

Alemãni, domiti

Mox, vt Alemanni mortem Caroli Martelli audiuerunt: à ſubiectione Francorum recedentes, in rebellionem vnanimiter conſpirarunt.

Quæ Sueuorum rebellio, mox vt Carolomanno innotuit: copias mouit in Alemanniam: quam ferro deuaſtauit, & igne. Ibi cernentes Alemanni, ſe Francorum viribus eſſe impares: denuò ſe illis ſubiecerunt: annuum tributum, vt prius conſueuerant, ſoluentes.

Odilo ſubactus.

Anno poſtea Dominicæ natiuitatis D. CC. LIIII. Carolomannus & Pipinus, iunctis copijs: contra Odilonem, Ducem Bauariæ, qui & ipſe defecerat à ſubiectione Francorum, proceſſerunt ad bellum. Impoſuerat enim ipſe ſibi Regium diadema: quod Francorum decreto fuerat illicitum Nam omnia Regna, ſuæ ditioni ſubiecta, in prouincias redegerant: vnam ex omnibus Monarchiam conſtituentes: cui Rex Francorum, ſolus praeeſſet. Odilo autem venientes ad ſe Francos bello excepit: ſed ab eis fuſus eſt: & Bauaria, denuò in deditionem Francorum ſubacta.

Saxones, ſuppreſſi. Oſnabrug.

Deinde Carolomannus in Saxoniæ partem, quæ ſimiliter defecerat, mouit: captoque caſtello Oſnabrug *(vbi hodie, ciuitas Epiſcopalis) Theodoricum, loci comitem, in deditionem acceptum, fide obſtrinxit. Qui cùm eam non ſeruaret: ſequenti 745. anno, Carolomannus & Pipinus coniunctis viribus ingreſſi, captum morte affecerunt: Saxonesque rurſum pendere tributum coëgerunt.*

Auentin.

Theodoualda. Eliſatium.

Saxones, audita morte Caroli, tributa, quæ hactenus pendere ſolebant, pernegant, in libertatem ſe vindicantes. Theodoualda quoque, Dux Sueuorum, pulſus à Carolo, rediit, rebellat, Eliſatium (Alſatiam) occupat. Hunnoldus etiam, Aquitaniæ Dux, Eudonis F. parêre detrectat. Sic & Boiorum Regulus Vtilo. Sed omnes hi à fratribus illis duobus domiti ſunt.

Idem iterum.

Sueuorũ Duces.

Vtilo, ingentis animi Princeps: quòd opibus antecelleret, Regiamq́; vxorem haberet: ſe Regem appellat, Plurima ipſi bella fuerunt cum Landofr. & Gotofrido Sueuorũ Rectorib. Circa Lycum, in limitibus vtriuſque Regni, omnia ferro, flamma, præda, attrita ſunt. Carolomannus & Pipinus, collectis copijs, Theodoualdam filium Gottofridi, Sueuiæ Regulum, perdomitant. Per Sueuiam in Boiariam ad Lycum vſque, intento exercitu procedunt: ante mœnia Auguſtæ Rhætorum (Augſpurg) *in campo latiſſimo* (auff dem Lechfeld) *caſtra locant. Vtilo quoque haud imparatus, ibi hoſtium aduentum expectarat. Verũ in prælio victus, terga vertit. Carolomannus Saxones, noua molientes, petit. Pipinus Lycum ſuperat: ſuperiorem Boiariam inuadit. Fruxinum (Freiſingam, quæ tunc caput in ea regione, & Regia Principum, erat) occupat: potiturque tota Boiaria ſuperiore. Vtilo ſe Reginoburgij continet: Pipinus ad ſe deficientes, benignè ſuſcipit: Bertham vxorem accerſit: Fruxini, & in conterminis arcibus, cum ea quieſcit: venationibus operam dat.*

Reginoburgium.

Natiuitas CAROLI MAGNI, 742.

Carolus M. natus. Carolobergium. Verres lacus. Wirmſee.

Peperit tum Bertha (vt idem Auentinus ait: ex fama confirmans conſtantiſſima: ſicut & antiquis, more patrio, celebratum ſit carminibus (Carolum magnum, in arce: quæ inde Carolobergomum, hoc eſt, Caroli mons, vocatur. Nam iſthoc anno Carolum natum eſſe, conuenit inter auctores. Oſtenditur illa arx, etſi ſemidiruta, in ſuperiore Boiaria, XV. Millia paſſuum ſupra Monachium: propter Verrem (Wirm See) *lacum Vindelicorum, maximum: vbi*

eiuſ-

eiuſdem nomin's fluuius effunditur. Hæc, ille: alij Ingelhaimæ apud Moguntiam natum aiunt. Bertha, quaſi Wert/digna: aliter VVertrada, werder Rhat. Ea contulit de ſuo multa ad Eccleſiam Conſtantienſem, Soloturenſem, & Colmarienſem. Iam Carolomannus (inquit idem Auentinus) ex Saxonia in Boiariam ad fratrem Pipinum redierat. Ibi, adnitente Hiltruda, vxore Vtilonis, ipſorum ſorore, pax inter Duces conuênit. Vtilo, abdicato nomine Regio, in ordinem Ducũ redigitur. Additur, poſtea Saxones, & Sueuos, & Aquitanum Hunoldum, ab ambobus fratribus & Vtilone, armis eſſe compoſitos.

Bertha mater Caroli M. Hiltruda.

VViteberga caſtrum.

Iis temporibus erat iam in Saxonia (teſte Adone) caſtrum Witthbergh id eſt, Witteberga.

S. Bonifacij Epiſt. Würtzburg. Buraburg. Erfordia. Bacchanalia Germanorum. Supeſtitiões mulierum in Germania.

Anno 743. Indict. II. miſit S. Bonifacius epiſtolam ad Zachariam P. quæ apud Nauclerũ extat: in qua ſcribit, ſe Epiſcopatus condidiſſe tres. 1. in caſtello Wirtzaburg (Herbipolenſem) 2. in oppido Buraburg (fort. Aureatenſem, ſiue Aichſtetenſem) 3. in loco qui dicatur Erphesfurt (Erfordienſem) quæ fuerit iam olim vrbs paganorum Ruſticorum. In eâdem epiſtola indicatur, idiotas Sueuos, Bauaros, Francos, Carnales homines, imitari bacchationes: quas ſe Romæ ad Calend. Ianuar. fieri vidiſſe dicant: choros ducendo per plateas: commeſſando dies ac noctes: carmina profana cantando: augurijs & incantationibus vtendo: mulieribus etiam, phylacteria & ligaturas in Brachio & cruce geſtantibus: quæ omnia ſint impedimento prædicationi & doctrinæ. Ad quam querelam Papa reſpondet: hæc omnia, à ſe & prædeceſſore ſuo Gregorio P. fideliter amputata eſſe. Ideo Germanis non eſſe illo prætextu vtendum.

Aichſtad. Epiſcopatus. Richard. et Bõna. S. VValpurga. VVunibaldus. VVilibaldus.

Primus Aichſtadianus Epiſcopus, fuit S. VVilibaldus, filius Richardi: quem Bruſchius Regem Anglorum, H. verò Pantaleon & Munſterus Ducem Sueuorum, & Diſcipulum S. Bonifacij, faciunt. Dicitur ille Richardus, vxorem habuiſſe S. Bonnam, Bonifacij ſororem: ex qua procreauerit S. VValpurgam, VVunibaldum & VVilibaldum. Aichſtadium verò ab excïſis quercubus nomen habet: quæ ibi, antequam Cœnobium & oppidum à VVilibaldo conderetur, fuerunt.

Fuldæ monaſt.

Idem Bonifacius, etiam Fuldenſis in Buchonia Sylua Monaſterij fundator eſt.

Baptizator indoctus. Virgilius Epiſ. Iuuauia. Antipodes negati. Mathematum ignoratio. Barbaries, ruditas artium.

Tempore Papæ Zachariæ, in Bauaria erat indoctus ſacerdos, qui ſic baptizabat infantes: Baptizo te in nomine patria, & filia, & ſpiritus ſancti. Cenſebat Bonifacius, tales rebaptizandos: negauit Patauienſis Epiſcopus Sidonius & vir diuinarum humanarumque literarum perdoctus Virgilius: poſtea, Iuuauienſis vel Salzburgenſis Epiſcopus. Prouocantibus ad Pontificem Zachariam: hic ſecundum alteros duos pronunciauit: non debere ruditatem ſacerdotis, doli mali expertem, baptizatis obeſſe. Docuerat poſtea idem Virgilius, circum terræ globum vndique homines eſſe, nempe antipodes. Hoc à Bonifacio, alijsq; Chriſtianis, mathematicarum diſciplinarum tunc ignaris, damnatum eſt: tanquam à Virgilio alius à noſtro Mundus ſtatueretur, contra S. literas. Re ad eundem Zachariam delata: tuendi hic Bonifacij gratiâ, crimine peruerſæ doctrinæ ipſe quoque Virgilium damnauit. Hæc etiam apud Sueuos ruditas erat.

Hiltebrandus, Longob. R. 20.

Eodem 743. anno, Luitprandus iterum in Exarchatũ cum exercitu inuadit: ſed, Eutychio Exarcho, & Ioanne Archiepiſcopo, Papã inuocantibus, huius interceſſione ad pacem inflexus eſt: nec multò pòſt, repentina morte interijt. Ei filius ſucceſſit FL. HILTEBRANDVS, vigeſimus Longobardorum Rex, per M. 7.

Rachis, R. 21.

Anno 744. Hiltebrando à Longobardis, Regnum eius pertaſis, deiecto: factus eſt vigeſimus primus Rex, FL. RACHIS, A. circiter 6. qui altero anno pòſt, leges veteres emendauit & nouis legibus auxit.

Hunnorum remigratio in Vngariam. Tranſyluania.

Hunni è Scythia egreſſi 7. exercitibus, Vngariam repetunt: ac ſeptem caſtra muniunt, Herdeliam vel Tranſyluaniam.

Terræmotus.

Anno 746. Ianuar. 18. terræmotus in Syria tantus fuit: vt eo templa & Monaſteria pleraque corruerent: ac multa hominum millia eliderentur. Poſtea, peſtilentia grauis in Sicilia, Calabria, Græcia.

VVeichſtephanum. Marſilius, Sueuorum Princeps.

In monte Bauariæ excelſo (in quo Benedictinum Monaſterium eſt, VVeichſtephanum, conſecratus Stephanus, fundatum 830.) qui mons, Thettonis mons vocatur: in eo caſtrum fuit, ſedes Pipini & Carolomanni quondam: habens contiguum templum etiam S. Stephani. Id caſtrum anno 746 à Marſilio Sueuorum Principe, euerſum eſt: Pipino in Franciam Orientalem ad Carolomannum profecto. Hodie adhuc, magnæ ibi foſſæ. Bruſch.

Carolomannus, Monach.

Anno 747. Carolomannus, Auſtraſiæ & Alemanniæ Principatu, atq; adeo toto Maioratu ſuo fratri Pipino tradito, in Italia Monaſticam vitam ſecutus eſt: Cæſariem à Zacharia P. detõſus.

Cruci-

Cruciculæ in veſtes lineas improuisò inciderunt, ſpecie Liuida olei maculæ. σταυρία ἐλαιώδη ἐλ...ιτα, ὄρνεις, χερμάτων.

Cruciculæ veſtium.

Pipini frater Grypho (de quo ſuprà diximus) quòd gubernaculis excluſus, minoris ſe exiſtimaret auctoritatis: ad Saxones (perpetuos Francorū hoſtes, adhuc idololatras) confugiens, bellicoſiſsimam gentem aduerſus fratrem (teſte Auentino) concitat. Contra eum itaque, ingentibus inſtructi copijs, in Saxoniam tendunt Pipinus & Vtilo. Grypho, dum Saxonicum bellum feruet, clàm in Boiariam deflectit. Ibi Hiltrudam ſororem (à qua humaniter acceptus fuerat) cum infante eius Theſſalono capit: regionem auxilio Landofridi, Ducis Sueuorum, occupat: Boios iurare in ſua verba cogit. Pipinus & Vtilo, rebus in Saxonia compoſitis, properè in Boiariam reuertuntur. Capiuntur Gryphus & Landofridus: atq; in Franciam mittuntur: ab Vtilone Ducatus, vxor, & filius, recipiuntur. Grypho paulo pòſt e cuſtodia elapſus, interceptus, perijt (vt antea dictum eſt) cùm diu viuere potuiſſet, ſi non fuiſſet inquietus.

Gryphonis motus in Saxonia.

Pipinus poſtea Comites aliquot, Legatos ſeu vicarios, præfecit Alemanniæ: vt VVARINVM à quo Guelphones, Altdorffij iuxta Raueſpurgum Comites, orti ſunt: & Rhuthardum, à quo Comites Kyburgenſes originem ducunt. Perhibentur habitaſſe in vetere arce Bodmena iuxta lacum Podamicum, vbi & Vberlinga. Illi decennio pòſt, Abbatem Sangallenſem Othmarum ceperunt: & in inſulam Rheni, vel VVerdam, ſupra Steinum ſitam, relegarunt. Tunc temporis, regio, quæ circa Augiam maiorem eſt, nominabatur ſuperior Sueuia. Tunc Conſtantienſes et iam Epiſcopi, & Reichenoiæ Abbates: Primò Ernfridus, deinde Sidonius, in Alemannica Heluetia dominati ſunt: non ſolùm Magiſtratus, qui à Francis Regibus in eam prouinciam miſsi erant. Stupf. & Bruſchius.

Alemannia à Pipino Comites præfecti.
Guelphones.
Kyburgenſes.
Bodmena arx.
Superior Sueuia.

Anno 749. procedebat VVicebургenſis Epiſcopatus (vbi antehac Euangelium à S. Chiliano prædicatum fuerat) cui primus Epiſcopus datus eſt à S. Bonifacio, cognatus ipſius S. Burcardus, gente Britannus: conſentiente Principe Pipino, & filio eius Carolo: conſecrante ac confirmante Pontifice Zacharia. Incorporarunt eidem Epiſcopatui (Bruſchio teſtante) ijdem Principes, Ducatum quoque Orientalis Franciæ. Ita hi Epiſcopi, huius regionis etiam duces ſunt. Hinc, quoties Epiſcopus Herbipolenſis ad aram ſtans, ſub infula, & alijs pontificalibus ſacra facit: ſemper nudum gladium, ad eandem aram iuxta ſe poſitum habet: quo Oſtrofranciæ Ducatus, ac plenum ius vitæ necisq; innuitur. Inde ſigillo ſeculari Epiſcopi inciſum eſt.

Herbipolis ſola iudicat enſe ſtola.

VVirceburg. Epiſcopatus.
Franciæ Orient. Ducatus.
Herbipolenſis Epiſc. gladius nudus.

Leuatus eſt è tumulo S. Chilianus, cum ſocijs (impetrante id Epiſcopo Burcardo à Papa) & in numerum ſanctorum relatus. Ipſe Epiſcopatus, S. Chiliani patrimonium vocatur.

S. Chiliani leuatio.
Canonizatio.

Eodem 749. anno, Longobardus R. Rachis bellum intulit Italicæ Pentapoli (id eſt, Marcæ Anconitanæ) eiuſq; oppidis plerisq; captis, Ducatum etiam Romanum aggreſſus eſt, ac Peruſiam obſedit. Verùm Zachariæ Pontificis, eum in caſtris ibi conuenientis, oratione motus, diſceſſit, & ablata reddidit; tanquam, qui cauſam belli non habuiſſet: præſertim autem bona S. Petri, quæ ad ipſum non pertinerent, violare cœpiſſet. Idem ſequenti anno cum vxore Theſia, & Ratruda filia, Romam religionis ergò venit: vbi omnes tres, vitæ ſe Monaſticæ deuouerunt.

Pentapolis Italiæ.
Marca Anconitana.
Rom. Ducatus
S. Petri patrimonium.

LONGOBARD. XXII. REX AISTVLPHVS. CHILDERICO DEPOSITO, Regnum Franciæ & Germaniæ, ad Pipinum & Carolinos transfertur. Regum Merouingæ familiæ enumeratio. Monaſteria condita, Thierhauptum, & duplex Haidenhaimenſe S. VValburgis. Exarchatus Italici deletio. Ibi ciuitates ſitæ.

CAPVT VI.

ANNO 750. à Longobardis, comitijs habitis ſubſtitutus eſt vigeſimus ſecundus Rex FL. AISTVLPHVS, Rachiſij frater, per A. 6. qui initio Regni fratrem imitatus, pacis ſtudium præ ſe tulit: fœdus cum pontifice renouauit: priuilegia & poſſeſsiones confirmauit Eccleſiæ.

Aiſtulphus, Rex Long. 22.

Apud ingenioſiſsimum Italicum poëtam Arioſtum, lib. 6: Aſtolfus quidam inducitur amore captus doloſæ fœminæ Alcinæ (corporalis voluptatis, aut appetitionis bonorum: cuius ἀλκὴ, ſeu vis maxima) ac proinde, in myrtum conuerſus (factus ἀπερίβλεπτος τῶν βελτιόνων: ſtudio illarum dementatus, vt meliora ne prouideret) ſeram pœnitentiam, comitem habens. Myrtus facilè ſteriles cit, nec fructificat. Sic & qui luxuriæ atque amoribus vacant. Illud Aſtolfus, pro Aiſtulpho eſt.

Arioſti Aſtolfus.
Myrtus.

Eodem anno incœpta ſunt hæc in Francia, & biennio ſequenti completa. Childericus Rex: quòd ignauo otio inſueuiſſet: ac Prorex, vel maior domus, Pipinus, ſumma induſtriæ & prudentiæ

Pipinus pro Childerico Rex Franciæ.

vir, omnia Regni negotia curaret: Principum Franciæ conſenſu, Regno exuitur: pro eoq; Pipinus ſubſtituitur. Factum autoritate quoque Zachariæ P. qui Pipino interroganti: ſomnolentus ne homo, an vir acer in communibus commodis procurandis, Regno præeſſe deberet? ſtrenuum virum ignauo anteponendum reſponderat.

Epiſtola Papæ, Auent. lib. 3.

Rex ignauus reijcitur.

In diuinarum literarum ſacra hiſtoria, populum à Rege ignauo & ſocordi: laſciuiaq; ſpreto prudentium conſilio, intento: indulgente ſumma ac æterna illa maieſtate, defeciſſe: virumque prudentem è ſuo corpore, Regem creaſſe, inuenio.

„ *Regnum omne poteſtasq; Dei Opt. Max. eſt: Principes, miniſtri duntaxat Regnorũ ſunt.*
„ *Duces, populo ideo deliguntur: vt Supremi Imperatoris, in omnibus ſectentur voluntatem: non*
„ *pro libidine ſua agant. Is demum, verus Rex: qui populum ſibi à Deo creditum, iuxta diuinæ legis*
„ *præcepta placitaq; moderatur: quo ſimul felices conſiant: & vitam adipiſcantur beatam. Prin-*
„ *ceps populo, cuius beneficia poſſidet, obnoxius eſt. Quæcunq; enim habet: potentiam, gloriam, di-*
„ *uitias, honorem, dignitatem: à populo accipit: plebi accepta referat, neceſſe eſt. Regem plebes con-*
„ *ſtituit: eundem & deſtituere poteſt. Proinde fas eſt, & licet ipſis Francis Germanisq;, repudiato*
„ *degenere monſtro, eligere eum: qui belli (fortitudine) domi Sapientia coniuges, liberos, Parentes,*
„ *omnium deniq; vitam & fortunas, tutari & defendere queat & valeat.*

Græcum Imp. Conſtantinum Zacharias P. agnoſcit.

Hæc vbi Zacharias dixit: D. Bonifacio literis aperit: idem partes ſuas in hac re committit. Huius Epiſtolæ finis: Data pridie Nonas Nouemb. imperante Domino pijſſimo Auguſto Conſtantino Imperatore: Imperij eius anno XXXIII. Indict. quinta. Fuit is annus Chriſti D. CC. LII.

Gallia & Germania, coniuncta.

Hic Pontifex Græcum Imperatorem adhuc agnoſcebat: ponens annum Imperij eius 33. qui erat ætatis eius annus. Sed fortè ideo: quòd primo ætatis anno à patre Leone coronatus fuerit Imperator. Erat quoque tunc Gallia & Germania ſub Regno Francorum coniunctio.

Moguntini Electoris dignitas.
Rex Romanorũ.
S. Hamerani Monaſt. Ratiſbonæ.

Ita igitur in conuentu ordinum Francorum & Germanorum, acto Auguſtæ Sueſſonum (Belgicæ ſecundæ vrbe, in confinio Germaniæ & Galliarum) Hilderico Imperium abrogatur: Pipinus, Rex ſalutatur: deductus in Templum, à Moguntino Pontifice Bonifacio, ritu Chriſtiano ſolenni inungitur. Hinc Moguntinus Archymiſtes, hactenus primas tenet deligendi Germani Imperatoris: quem, Regem Romanorum vocant. Hildericus tondetur: & in Monachorum ordinem, cum Giſala Regina redigitur: ambos Vtilone, & filio eius Theſſalono, in Bauariam deducentibus. Ipſe, Ratisbonæ in Cœnobio D. Hemerani: vxor, in Parthenone Cochiliæ (Cochelſi Monaſterio) ſub radicibus Alpium, ad cognominem lacum, incluſi ſunt.

Merouingorum Regum Franciæ catalogus.

Hactenus ergo MEROVINGI Franciam rexerunt per annos CCXCVIII. nempe hi.

Meroueus (Sigonio teſte) Rex Francorum, Clodionis filius & ſucceſſor, à quo Francorum Reges, poſteà in Gallia dominantes, MEROVINGI, vel MEROVEI nuncupati ſunt, Anno 453.

Hildericus, 459.

Clodoueus, vel Chlodoueus, vel Ludouicus Magnus, Sueuorum domitor. Hilderico patri ſuccedit: vir bello & pace clariſſimus, vt ſuis locis dictum. A. 485.

Childebertus, Theodoricus, Clodomirus, Lotharius, 515.

Lotharius idem ſolus, 560. A quo linea Francicorum Regum, vſque ad Hildericum vltimum extenditur.

Heribertus Hilpericus, vel Chilpericus, libidinum & crudelitatis nomine famoſus, quarto menſe, poſtquam filio Clothario auctus fuiſſet, ab vxore adultera, Fredegunde, occidendus curatur. A. 565.

Lotharius Secundus, Hilperici filius, 588.

Dagobertus M. patri Clothario ſucceſſit, regnans per An. 14. Hic Ariberto fratri Aquitaniam regendam dedit: quem ex altera vxore, Sichilde, genuerat Clotharius. Moriens autem vtrumque filium, Pipino (al. Bibbino) qui Maior domus erat, commendauit. Hic erat Pipinus breuis, vel paruus.

Clodoueus Secundus, qui Ludouicus Primus numeratur, ſucceſſit patri ſuo, & regnauit per annos 17. A. 646.

Lotharius Tertius, 663.

Theodoricus, frater Lotharij, 667.
Hildericus 2. frater Theodorici, 668.
Theodoricus denuò, 680.
Clodoueus tertius, 694.
Hildebertus, Clodouei frater, 698.
Clodoueus 4. qui & Dagobertus 2. 716.
Lotharius 4. Dagoberti frater, 720.
Cui dicitur à quibuſdam Chilpericus. Daniel dictus ſucceſsiſſe, 722.
Theodoricus Cala, Dagoberti filius, 727.
Hildericus 3. Merouęorum vltimus, 742. per annos 9.

Hos iam ſequitur Pipinica, vel Carolina, familia. De hoc Pipino, noſtro etiam tempore Prouerbiũ, D. Pi-
Germanicum eſt in Alſatia Prouerbium: Du brechteſts nit zuwegen: Wann du ſchon ſo pini prudentia.
Klug wereſt/als *Pipis*, oder *Bibbis. Non efficeres hoc: etiamſi Pipini prudentiam haberes.* Für-
war er hat dem armen *Hilderico* die Schuch liſtig außtretten. ἐπιβάτης τῆς φραγκικῆς βασιλείας
ἐγένετο, *inuaſor Francici Regni.*

Eodem 750. anno (teſtibus Matthæo Mareſcalco de Pappenhaim, & Bruſchio) fundatum Thierhauptum
eſt Monaſterium THIERHAVPTVM ſuperioris Bauariæ, ad Achium piſculentum Monaſt.
*riuum, iuxta Biberbachum arcem, non procul ab amne Lyco: ternis ab Auguſta Rhætiæ, & à Du-
naverda (Danubiana inſula) milliaribus: in colle, ex quo ambæ vrbes cerni poſſunt: vbi eiuſdem
nominis eſt pagus amplus, in loco fæcundo. Fundauit autem id Theſſalonus, vel Thaſsilo, Ba-
uariæ Ducis Vtilonis F. ad honorem D. D. Petri ac Pauli. Nomen habet* ἀπὸ θηρὸς, *à fera beſtia,
nempe apro: à qua Theſſaloni filius in venatione peremptus eſt. Ergo, quaſi* θηροκεφάλιον. *Ordinis
Benedictini, Auguſtanæ diœceſeos. Cùm autem ſequentibus temporibus conflagraſſet: renouatum
eſt, & quaſi ſecundariò fundatum, à Lothario, Ludouici Pij F. Germanico Imp. anno 846. Dein-
de, cùm deuaſtatum fuiſſet ab Hunnis, vel Hungarijs, tertium reparatum & auctum eſt à Ra-* Palatinus VVit-
tisbonenſi Epiſcopo Gebhardo, VVitelsbachenſi Comite Palatino: eiuſque fratre Rabathone, vel telsbachenſis.
Rapathone: & huius vxore Hemma (al. Benedicta) generoſa VVerdeana Comite, anno 1022. VVerda Comi-
Quarta inſtauratio facta eſt ab Abbate Petro Hamaxurgo: poſtquam bello Bauarico 1504. tiſſa Hemma.
*& Clauſtrum, & pagi eius, fuiſſent exuſta. Idem Cœnobium 1546. (Ioanne Rumpfardo Abbate:
qui antea fuerat Conuentualis apud S. Vlricum Auguſtæ) direptum eſt bello Smalcaldico, ab v-
trarumq; partium militibus.*

*Anno item 750. venit è Turingia (inquit in Aiſtet. Epiſcopatu Bruſchius) in eam Norici,
aut Rhiæſæ, partem, quam Schvvanfeldum vocant, VVilibaldi Aureatenſis ſiue Aichſtadiani* Schvvanfeldum.
Epiſcopi frater VVunibaldus, ſanctus Abbas. Is vtriuſque ſexus ibi Monaſterium Haidenhai S. VVunibaldus.
menſe conſtruxit: in quorum altero, reliquum vitæ ſuæ (Monachorum eius loci Abbas) religioſè Haidenheim
exegit. Alteri verò ſoror eius, S. VValburgis (Valdopyrgam Auentinus nominat) quæ antea in Monaſterium
Turingia ſanctimoniale egerat (Abbatiſſa ab illo præfecta) virgines ſacras benè rexit. Obierunt, duplex.
*ille 760. ſexagenarius hæc 776. anno, grandæua: ambò in Haidenhaimenſi templo ſepulti: Gero-
chus poſtea Epiſcopus 2. Aureatenſis (qui anno 782. vſque ad 802. præſedit) ex hoc Cœnobio fecit
Præpoſituram: quòd iam non admodum honeſtè ibi viueretur. Odgerus verò 6. Epiſcopus (qui
ab 858. vſque ad 881. præfuit) Hadriani 2. P. conſenſu, S. VValpurgim, de tumulo leuatam, ac* S. VValpurgis.
*Diuarum numero inſcriptam, ex Haidenhaimenſi Monaſterio Aichſtadium (vbi ipſe Cœnobium
eius condidit) tranſtulit.*

Sebaſt. Munſterus, 3. Coſmogr. 294. aliquot Pagos, ſeu Geas (Gew) *Sueuiæ ponit: vt, Al-* Svveuia pagi,
benſem, die Alb: *Forcipenſem* die Schär: *Albucenſem,* Albuch: *Gallicriſtenſem,* Hanenkam: Gew.
Duricampenſem, Herdfeld. *In Gallicriſtano autem recenſet Haidenhaimum: vbi, prædicta duo
Monaſteria, VVunibaldi & VValpurgis. Hodie (teſte Nauclero) ditionis Brandeburgicæ.*

Anno 752. Longobardus Rex, gloriæ cupiditate impulſus, Rauennam obſedit: ſummis viri- Rauennam Lon-
bus oppugnauit: tandem ad deditionem coëgit: Eutychio Exarcho in Græciam, ſine vlla ſpe cona- gobardus expu-
tuſq; recuperationis, diſcedente. Hic finis fuit Græcorum Imperatorum Exarchatus in Italia: qui gnat. Exarchatus
à 566. Domini vſq; ad 752. annos 168. durauerat. expiratio.

Vrbes Exarchatus fuerant hæ, teſte Sigonio.

Rauenna, Bononia, Imola, Fauentia, Forum Popilij, Forum Liuij, Cæſena, Bobium, Fer- Exarchatus
raria, vrbes.

raria, Comaclum, Adria, Ficola, Gabellum. Pentapoleos, Exarchatui adiunctæ, vrbes. Ariminum, Piſaurum, Concha, Fanum, Senogallia, Ancona, Auximum, Humana, Æſium, Forum Sempronij, Mons Feretri, Vrbinum, Territorium Balnenſe. Calles, Luceoli, & Eugubium: cum caſtris & finibus, ad hæc pertinentibus. Naucler. 2. Volum. Generat. 26. ſic partitur.

- *Exarchatus regiones.*
  - *Pentapolis:*
    - *Rauenna.*
    - *Caſena.*
    - *Claſſis.*
    - *Forum Pompilij.*
    - *Forum Liuij.*
  - *Aemelia.*
    - *Bononia.*
    - *Rhegium.*
    - *Parma.*
    - *Placentia.*
    - *Tractatus à Placentia & Ticino ad Adriam, & inde ad Ariminum.*

Apud F. LEANDRVM hæ ciuitates Exarchatui tribuuntur.

Rauennates, Caſenates, Ceruiani, Forolivienſes, Forum Pompilij, Forum Truntinorum Forocornelienſes, Bononienſes, Fauentini, Mutina, Rhegium Lepidi, Parma, Placentia, Ceſarea Ariminum, Brinte, Comaclum, Claſſis.

Initium Satrapiæ, vel Exarchatus, Arimini fuit Inde longitudo eius, ad fines Placentinorum & Ticinenſium. Latitudo, inter Apenninum, Veronenſes Vicentinasque paludes, & Adriaticum mare.

AISTVLFI CONTRA PAPAM BELLVM, ET PACIFICATIO. ORGANA muſica. Faucenſe Monaſterium, & Elvvangenſe. S. Bonifacij mors. Aiſtulfo, qui Pontifici aduerſabatur, in ordinem coacto: Exarchatus, & Pentapolis Italica, S. Petro donata. Marſilius, Sueuiæ Princeps. DESIDERIVS, Longobard. XXIII. & vltimus in Italia Rex.

CAPVT VII.

ANNO 753. cùm Rex Aiſtulfus: quanquam ab eo Papa Stephanus 2. præcedēte anno fœdus in 40. annos impetrauiſſet: tamē Romanæ vrbi & ditioni malum minatus eſſet: niſi quotannis ſibi aureus ſolidus, pro ſingulis capitibus penderetur: & cùm ideo Papa, Conſtantini Imp. auxilium imploraſſet: venit legatus cum literis ab eo, tum ad Pontificem, tum ad Regem. Sed nihil obtineri apud hunc potuit: quinimò ineunte vere Romanam terram depopulari, & vrbem obſidere, cœpit. Qua tamen obſidione laxata: Papa 9. Cal. Nouemb. ad Aiſtulfum Papiam profectus cum Conſtant legatione, petijt ab illo: vt Rauennam (Imperij iā inde ab Honorij Aug. temporib. ſedē) cæteraq; ablata, reſtitueret. Quo negato, 17. Cal. Decemb. ad Alpeis progreſſus, inde porrexit tantiſper: dū in Regiam Pontigonis (honorificè à Pipino Caroloq; exceptus) peruēnit. Pipinus equidem, ad tertium à Cariſiaco oppido (Belgiæ Creſſu) lapidem, obuiam progreſſus (Æmylio teſte) pedes exoſculatus, coërceri non potuit: quin in equo ſedentem, ipſe pedibus ad frænum proſecutus, in Regiam deduceret: Tantus tunc, & poſtmodum, honos contigit Papæ. Deinde idem ſequentis anni 7. id. Januar. dieq; Epiphaniæ, in Oratorio expoſuit Pipino, Aiſtulfi perfidam dominandi libidinem: illiq; cauſam B. Petri & Reipub. commendauit.

Roma, ab R. Aiſtulfo obſeſſa.

Papæ pedum deoſculatio.

Exinde Pariſijs, indicto 5. id. Aug. concilio, Pontifex in æde S. Dionyſij, ſolenni pompa Pipinum cum vxore ornatiſſima Bertrada, & Carolo ac Carolomanno filijs, Reges Franciæ inūxit: atq; diris Francorum proceres obſtrinxit: ſi alium poſthac, quàm ex ſuperſtite Pipini familia, ſibi Regem præponerent. Inde, Cariſiaci de bello Longobardis inferendo actum: & à Papa (ſui non oblito) ne Græco Imperatori hæretico Exarchatus & Pentapolis redderetur, ſed B. Petro daretur, ſuaſum. Annuit Pipinus, ſi victoria ſibi contingeret, pro remiſſione peccatorum ſuorum: ac tabulas ea de re, cum ſuo ſuorumq; ſacramento, confecit.

Pipinus, à Papa Rex inunctus, cum vxore Bertrada.

Aliquoties deinde Aiſtulfus per literas rogatus, & muneribus inuitatus, vrbes reddere noluit: ſed poſtea, Pipino & Francis Alpeis, tranſgreſſis, victus: ſe omnia reſtitutu-

rum

rum,Pontifici Exarchatum traditurum(quamuis reclamante Oratore Græco)& 40.obſides daturum ſanctiſſimo ſacramento iurauit. Ita pax facta eſt: Pipinus in Fräciam, Pontifex Romam, ſæuâ iam hyeme,redierunt.

Exarchatus, Pontifici traditus.

Allatum ſequenti tempore,miſſu Imp.Conſtantini,Regi Pipino eſt magnum Organon muſicum,antehac in occidente non viſum. Inde Noriberga cæptus eſt organorum vſus, inflatilium & calcatilium.

Organon muſicum ex Græcia, ad Pipinum. Noriberga.

Hoc tempore,iam Fuſſenſe Monaſterium erat. Nam S.Magnus, S. Galli Diſcipulus:impetratâ poteſtate & auxilio Auguſtani Epiſcopi Victerbi(teſte Bruſchio)& Regis Pipini, Cænobij pro ſe ac Diſcipulis ſuis ædificandi:id ad Lycum fluuium, in Sueuicarum alpium faucibus ædificauit,quod Faucenſe,& vulgò Fuſſenſe,appellatur. Ordinis Benedicti eſt (3.Munſt:349.) & cum oppido atque arce, Epiſcopo Auguſtano paret. Sed Munſterus 720. ædificatum ait.

FieſſenſeMonaſt. S. Magnus. Faucēſe Monaſt.

Eodem 735. anno, S. Thoſſo,Parochus VValdhofenſis,fit Auguſtanus Epiſcopus(Bruſcio teſte) à Franco Rege Pipino:commendatione S.Magni moto. Igitur Auguſta (vt & reliqua Alemannia)fuit adhuc ſubiecta Regno Francorum: iam inde ſcilicet à Clodouei M. temporibus, ac diu pòſt.

S.Thoſſo. Auguſta,Francis ſubiecta.

Anno 754. fundatum eſt Benedictinum Monaſterium Elephanticum (Elephancenſe, Elwangen) ab Epiſcopo quodam Lingonēſi(ciuitatis Gallicæ Langres) Hariolpho nomine: qui Pipino,& Carolo M. chariſſimus fuit: ab eis pater ſalutari ſolitus. Accepit is priuilegia poſtea, & corpora SS. Martyrum Sulpicij & Seruiliani, à Papa. Situm eſt ad Iagiſtam, vel Iaxtum, Franconiæ amnem: in nemore, & pago, ſeu tractu,Virgunenſi (in dem Viragrund (patente in longitudinem, 7. milliaria (ab arce Balderna, vſque ad arcem Tannenbergam) in latitudinem verò,à ciuitate Dinckelsbuhela, vſq, ad Hoſtenſem ſyluam. Bruſch. & Munſt.

Elephanticum Monaſt. vel Elvvangenſe. Virgunenſis pagus. Viragrund.

In manuſcr. populari linguâ libro (quem ſibi magnâ diligentia collegerat olim doctus & pius vir, Georgius VVidemannus: paſtor in Gelbinga, Sueuicæ Hala pago, Euangelicus) reperi: hoc cænobium ab Arnolfo, Epiſcopo(vt modò dictum) Lingonenſi, confeſſore Caroli Magni, in magno pineto(Thanwalt) Firengrund (hodie, Feichtengrund) nominato, 754. conditum eſſe. Exciſione item arborum,& ſtirpium runcatione facta: κωμόπολιν eſſe ortam, ſeu vicum: qui multis annis pòſt ſit muro circundatus, & oppidum factum. Elvvangæ autem nomen habere,quaſi Elfang: à capta inuſitata ibi quondam fera alce. In cuius rei memoriam, in ſacra Baſilica, ſolennibus in Feſtis, Euangelia cani,in pulpito iacentia,pelle alces hirſuta tecto.

Georg. VVidemannus. Gelbinga. Feichtengrund. Elvvanga op. Elvvangenſes Abbates.

CATALOGVS HORVM ABBATVM.

1. *Hariolphus, fundator.*
2. *Victerbus, poſtea Epiſcopus Auguſtanus, 760.*
3. *Grimoaldus, per A. 8.*
4. *Othaldus.*
5. *Adelgerus.*
6. *Sonderadus.*
7. *Ermenricus. Compoſuit librum de vita & miraculis Hariolphi fundatoris.*
8. *Berno.*
9. *Aſtericus.*
10. *Lindebertus, vel Luitpertus, A. 15. qui factus eſt Archiepiſcopus Moguntinenſis 865.*
11. *Hatto,ex Regio Francorum genere, per A. 17. poſtea verò 888. Diuitis Augiæ Abbas, A. 4. denique, Moguntinus Archiepiſcopus: Alberti, Bambergenſis Comitis, proditor. Qui mortuus ſcribitur in Siciliæ flammiuomum montem à Dæmonibus eſſe abreptus, clamando:*

   Sic peccata lues, atque ruendo rues.

   Hatto proditor. Bamberg. Comes Albertus.
12. *Adalbero, comes à Dillingen(Epiſcopus ſimul Auguſtinus) A. 17. Fuerat Ludouici 3. Imp. pædagogus. Obijt 922.*

   Dilling. Comes Adelbero.
13. *Girbertus, A. 22. Obijt 944.*
14. *Hermannus, A. 12. Obijt 956.*
15. *Hardobertus, A. 18. Obijt 974.*
16. *VVinitarius, A. 16. Obijt 990.*

17. *Gebhardus, A. 6. Poſtea verò, Epiſcopus Auguſtanus. Obijt 1002. Iul. 7. Fuit S. Vlrici, Epiſcopi Auguſtani, Sacellanus: cuius & vitam deſcripſit.*

18. *Hartmannus. A. 13 Obijt* 1011.

19. *Berengarius, A. 15. Obijt* 1026.

20. *Odenbertus, A. 9 Obijt* 1035.

21. *Richardus, A. 5. Obijt* 1040.

22. *Aaron, A. 20 Obijt* 1060.

23. *Regnigerus, A. 16 Obijt* 1076.

24. *Vdo, A. 14. Obijt* 1090.

25. *Iſembertus, A. 4. Obijt* 1094.

26. *Adelgerus, A 8. Obijt* 1102.

27. *Ebo, A. 11, Obijt* 1113.

28. *Richardus, vſq. ad A.* 1118.

29. *Helmericus, Comes Oetingenſis, A. 18. Obijt.* 1136.

39. *Albertus de Ramſperg, A. 37. Obijt* 1173.

31 *Albertus de Kynigſperg, A. 15. Obijt* 1188.

32. *Cuno A. 30. (interim aliquot annis etiam Fuldenſem Abbatem agens) qui Obijt* 1218.

33. *Geodebaldus, electus* 11 9. *præfuit A. 9. Obijt* 1228.

43 *Albertus, A. 12. Reſignauit* 1240.

35. *Sigefridus, A. 2. Reſignauit* 1242.

36 *Ruggerus, A. 4. Obijt* 1246.

37. *Godeboldus, vel Gotbaldus. A* 3.

38. *Rudolphus, creatus* 1250. *præfuit A. 6.*

39. *Otto nobilis de Schvvabſperg, A. 14.*

40. *Conradus, A. 9. Reſignauit.*

41. *Richardus (al. Eccardus) de Schvvabſperg, A. 31. Obijt* 1309.

42. *Ernfridus de Felberg, A. ferè 2.*

43. *Rudolphus de Pfalbaim, A. 22.*

44. *Cuno, Baro de Gundelſingen, electus* 1333. *præfuit A. 34.*

45. *Albertus Haack electus* 1367. *præfuit A. 33. Reſignauit. Erant Haackij, nobiles ſeu ingenui: qui poßidebant arces, Lauterburg, VVelſtain, & alias: cognom. de Hoheneck. Circa autem ea tempora, Nobiles ſiue Ingenui erant, quos nunc Barones vocamus. Oſuald. Gabelcouer.*

46. *Sigefridus, à* 1401. *per A. 26. Interfuit Conſtantienſi Concilio.*

47. *Ioannes de Holtzingen, à* 1427. *per A. 25:*

48 *Ioannes de Hirnbaim, à* 1452. *per A. 9. Reſignauit.*

Sub hoc Abbate, anno 1460. *mutatum eſt Elefancenſe Cœnobium ex Abbatia in Præpoſituram: & Monachi, in Canonicos ſeculares,* in ein Weltlich Stifft. *Tunc prædictus Hirnbaimus, fuit primus huius loci Præpoſitus.*

49 *Albertus de Rechberg 2. Præpoſitus, electus* 1461. *præfuit A. 41. Obijt* 1502.

50. *Bernhardus de VVeſterſtetten 3. Præpoſitus, menſes tantùm* 10. *Reſignauit.*

51. *Albertus Thum de Nevvenburg,* 1503. *quartus Præpoſitus, per A. 18. Tum reſignauit Præpoſituram Henrico Palatino Rheni, Duci Bauariæ: ſed citra conſenſum Decani Capitulíq́; vt qui Ioannem à Gyltlingen, poſt Alberti reſignationem ſibi elegiſſent Præpoſitum. Vnde magna fuit controuerſia apud ſedem Apoſtolicam nata, ſed tamen ſedata eſt virtute Gulielmi, Epiſcopi à Rechberg de Hohenrechberg, VVormac. Præpoſiti, & Auguſtani Decani.*

52 *Henricus iam dictus, aſſumptus 5. Præpoſitus* 1521. *Idem, Epiſcopus VVormac. & Friſingenſis, Obijt* 1552.

53. *Otho, Baro VValdpurgius, Epiſcopus Auguſtanus & Cardinalis, Obijt* 1573.

54 *Chriſtophorus à Frotberg. Decanus Auguſt. Eccleſiæ,* Obijt 1584.

55. *VVolfgangus ab Huſen, Canonicus Conſtantienſis.*

De Elvvangenſi Monaſterio hactenus.

S. Bonifacij interitus. *Hoc tempore S. Bonifacius à Friſijs occiditur (cùm Chriſtum ferè* 36. *annos in Germania prædi-*

prædicaſſet & multa cœnobia erexiſſet) in vico Dockenhaimo, die 5. Iunij. Bruſch. 755. Sigebert. 754. Rhegino 752. anno.

Anno 755. Aiſtulfus, nihil promiſſorum ſeruans, Romanum agrum euaſtat: vrbemq́; ipſam obſidet. Pipinus à Papa, huius rei certior factus: nouo bello decreto, delectus militum per Franciam agit: Alpeis, deiectis Aiſtulfi præſidijs, ſuperat: hunc, qui Romanam obſidionem poſt tertium menſem reliquerat, Papiæ obſidet. Legatis Imperatoris Græci, qui Exarchatum & Pentapolin Imperio reſtitui petebant, ſe Eccleſiæ Rom. daturum (anima ſua ſalutis causâ) reſpondit. Aiſtulfus, pacem petere coactus, eâ impetrata, & Exarchatum & Pentapolin tradidit: quæ Pipinus S. Petro & ſucceſſoribus eius, in perpetuum poſſidenda, tabulis denuò confirmauit. Hinc Rauennas Archiepiſcopus, munere Pontificis ſe deinceps Exarchum inſcripſit. Papa autem, tam luculenta donatione auctus, Pipinum, & omnes eius poſteros, titulo CHRISTIaniſſimorum ornauit.

Aiſtulfus, ad pacem petendam coactus per Pipinum.
Papæ Exarchatus & Pentapolis tradita.
Rauen. Archiepiſcopatus.
Chriſtianiſsimorum titulus.
Opera mutua.

CRANTZIUS Saxoniæ lib. I. in extremo.

Iuuat intueri, quibus ſe inuicem obſequijs extulerunt Domus Franciæ, & ſummus Pontifex. Nam Franci detulerunt Pontifici arbitrium declarandi Regis: quaſi is ſit, per quem Reges regnant: qui pridem in vrbe conſiſtere vix potuit: quò minus arbitrio Conſtantinopolitanorum Imperatorum, aut captus, aut relegatus, abiret. Viciſſim Romana ſedes hoc præſtitit domui Pipini: vt Regium nomen haberet: & deinde Karolum, ad Imperale culmen prouexit. Sic

Χεὶρ χεῖρα νίπτει.

Coquus ad Cellarium: Leſcheſt du mir den Durſt? So gib ich dir ein Wurſt.

Secutus autem Pipinum, in hac Italica expeditione, fuerat potens quidam Sueuiæ Regulus, ſtrenuè ſe gerens, Marſilius nomine (de quo poſtea rurſus) qui in caſtello VVirtembergiæ Lorcha ſepultus perhibetur.

Marſilius Sueuicus.
Lorcha.

Anno 756. Aiſtulfo (qui de bello renouando conſilia tractabat) inter venandum (vel equo effundente, vel apro percutiente) extincto: Regnum arripuit (vltimus Longobard. Rex in Italia) FL. DESIDERIVS, cum Adalgiſo F. Pontifici Stephano, & fratri eius Paulo ſucceſſori, amicus, ac religioſus.

Deſiderius, Rex Longob. vltimus.

BVCHAVGIENSE (NON LONGE A BIBERACO) GYNÆCEVM.

Keſſelburgum. Planctiuallis. Conſtantinopolitani Coloni. Franciæ religio & Politia. Turcarum fama. S. Othmari exilium, & obitus. S. Gangolfus.

CAPVT VIII.

ANNO circiter 756. Domini, ad inducendam Buchaugienſis in Sueuia Monaſterij originem ſemen extitit: quæ res & progreſſus totus, ſic ſe habet: vt ex Bruſchio, & aliunde, didici: quæ breuius commemorabo, hoc modò & ordine. Etſi, quod ad Genealogiam interpoſitam attinet, breuitas temporis reclamat: vt aliud non dicam.

Buchaug. Monaſterij ſemen.

Erat tunc in Sueuia Princeps Marſilius: qui Pipinum, Francorum Regem in Italico contra Regem Aiſtulfum bello fortiter adiuuit. Quo Rege ad æquas conditiones perducto: Stephano Papa cum vrbe Roma ſeruato: Pipinus & Marſilius, inter obſides & alios, ſecum abduxêre cuiuſdam Græci comitis (è Tragento. Neſcio, num è Tarento, an Agrigento, an aliunde) qui in hoc bello occubuerat, Ruſionis vel Ruſſonis nomine, filios pueros, Bonoſium ac Sophronium. Hunc, decennem ætate Pipinus retinuit: illum, vno anno maiorem, Marſilius. Baptiſmate initiatus Laureaci, ſiue Lorchæ (quod nondũ tunc erat Monaſteriũ) Bonoſius: nullo alio nomine Sueuis notus erat: quàm quòd appellabatur, Nuper baptizatus comes, νεοφώτιστος κόμης. *Adoleuit hic feliciter, cũ virtute educatus: corpore procerus & robuſtus: ac rei militaris peritiã non condemnendã ſibi comparauit: ita vt & Marſilio, & ſubditis omnibus charus eſſet. Erant tunc in Germania comites Monteforteſes: qui recens eo tempore ex vrbe Roma veniſſe dicuntur. Horum vnius filiam Marſilius in matrimonium conciliauit huic Bonoſio: dotis verò nomine, regionem illam dedit: quæ Lacui plumario (*dem Fäderſee*) & Biberacenſi vico, vicina erat. Progreſſus ille aliquando cum noua nupta ſua Monfortia in nemus denſum: quàm vellem, inquit, dulcis vxor mea, nobis ille theſaurus eſſet: quem aliquando pater meus, bellico periculo motus, in patria mea defòdit: Pulchram nobis, poſteriſque noſtris, arcem & domicilium hoc in loco ædificarem. Templum etiam Deo dignum, qui meam mihi vitam conſeruauit, gratitudinis ergò conſtruerem. Ipſa, vt pia erat, ei autor vtriuſque ædificij inchoandi fuit: vt cui auxilium diuinum ſine dubio adfuturum eſſet. Placuit: fodi futuræ ædificationis causâ cœptum eſt. Ibi repertum, ahenum ſiue caldarium amplum, argento & auro plenum. Arx & Templum ſtudiosè exædificata, cum magna ad Deum*

Marſilius.
Bonoſius.
Sophronius.
Bonoſij educatio & indoles.
Montefort. Comites.
Bonoſij vxor.
Fäderſee.
Theſauri inuentio, in caldario.

17. Gebhardus, A. 6. Poſtea verò, Epiſcopus Auguſtanus. Obijt 1002. Iul. 7. Fuit S. Vlrici, Epiſcopi Auguſtani, Sacellanus: cuius & vitam deſcripſit.

18. Hartmannus. A. 13 Obijt 1011.

19. Berengarius, A. 15. Obijt 1026.

20. Odenbertus, A. 9. Obijt 1035.

21. Richardus, A. 5. Obijt 1040.

22. Aaron, A. 20 Obijt 1060.

23. Regnigerus, A. 16 Obijt 1076.

24. Vdo, A. 14. Obijt 1090.

25. Iſembertus, A. 4. Obijt 1094.

26. Adelgerus, A. 8. Obijt 1102.

27. Ebo, A. 11, Obijt 1113.

28. Richardus, vſq; ad A. 1118.

29. Helmericus, Comes Oetingenſis, A. 18. Obijt. 1136.

39. Albertus de Ramſberg, A. 37. Obijt 1173.

31 Albertus de Kynigſperg, A. 15. Obijt 1188.

32. Cuno A. 30. (interim aliquot annis etiam Fuldenſem Abbatem agens) qui Obijt 1218.

33. Geodebaldus. electus 1119. præfuit A. 9. Obijt 1228.

43. Albertus, A. 12. Reſignauit 1240.

35. Sigefridus, A. 2. Reſignauit 1242.

36 Ruggerus, A. 4. Obijt 1246.

37. Godeboldus, vel Gotbaldus. A. 3.

38. Rudolphus, creatus 1250. præfuit A. 6.

39. Otto nobilis de Schvvabsperg, A. 14.

40. Conradus, A. 9. Reſignauit.

41. Richardus (al. Eccardus) de Schvvabsperg, A. 31. Obijt 1309.

42. Ernfridus de Felberg, A. ferè 2.

43. Rudolphus de Pfalhaim, A. 22.

44. Cuno, Baro de Gundelfingen, electus 1333. præfuit A. 34.

45. Albertus Haack electus 1367. præfuit A. 33. Reſignauit. Erant Haackij nobiles ſeu ingenui: qui poſſidebant arces, Lauterburg, VVelſtain, & alias: cognom. de Hoheneck. Circa autem ea tempora, Nobiles ſiue Ingenui erant, quos nunc Barones vocamus. Oſuald. Gabelcouer.

46. Sigefridus, à 1401. per A. 26. Interfuit Conſtantienſi Concilio.

47. Ioannes de Holtzingen, à 1427. per A. 25:

48 Ioannes de Hirnhaim, à 1452. per A. 9. Reſignauit.

Sub hoc Abbate, anno 1460. mutatum eſt Elefancenſe Cœnobium ex Abbatia in Præpoſiturum: & Monachi, in Canonicos ſeculares, in ein Weltlich Stifft. Tunc prædictus Hirnhaimus, fuit primus huius loci Præpoſitus.

49 Albertus de Rechberg 2 Præpoſitus, electus 1461. præfuit A. 41. Obijt 1502.

50. Bernhardus de VVeſterſtetten 3. Præpoſitus, menſes tantùm 10. Reſignauit.

51. Albertus Thum de Nevvenburg, 1503. quartus Præpoſitus, per A. 18. Tum reſignauit Præpoſituram Henrico Palatino Rheni, Duci Bauariæ: ſed citra conſenſum Decani Capituliq; : vt qui Ioannem à Gyltlingen, poſt Alberti reſignationem ſibi elegiſſent Præpoſitum. Vnde magna fuit controuerſia apud ſedem Apoſtolicam nata. ſed tamen ſedata eſt virtute Gulielmi, Epiſcopi à Rechberg de Hohenrechberg, VVormac. Præpoſiti, & Auguſtani Decani.

52 Henricus iam dictus, aſſumptus 5. Præpoſitus 1521. Idem, Epiſcopus VVormac. & Friſingenſis, Obijt 1552.

53. Otho, Baro VValdpurgius, Epiſcopus Auguſtanus & Cardinalis. Obijt 1573.

54 Chriſtophorus à Froiberg. Decanus Auguſt. Eccleſiæ, Obijt 1584.

55. VVolfgangus ab Huſen, Canonicus Conſtantienſis.

De Elvvangenſi Monaſterio hactenus.

S. Bonifacij interitus.

Hoc tempore S. Bonifacius à Friſijs occiditur (cùm Chriſtum ferè 36. annos in Germania prædi-

prædicaſſet & multa cœnobia erexiſſet) in vico Dockenhaimo, die 5. Iunij. Bruſch. 755. Sigebert. 754. Rhegino 752. anno.

Anno 755. Aiſtulfus, nihil promiſſorum ſeruans, Romanum agrum euaſtat: vrbemq́ ipſam obſidet. Pipinus à Papa, huius rei certior factus: nouo bello decreto, delectus militum per Franciam agit: Alpeis, deiectis Aiſtulfi præſidijs, ſuperat: hunc, qui Romanam obſidionem poſt tertium menſem reliquerat, Papiæ obſidet. Legatis Imperatoris Græci, qui Exarchatum & Pentapolin Imperio reſtitui petebant, ſe Eccleſiæ Rom. daturum (animæ ſuæ ſalutis causâ) reſpondit. Aiſtulfus, pacem petere coactus, eâ impetrata, & Exarchatum & Pentapolin tradidit: quæ Pipinus S. Petro & ſucceſſoribus eius, in perpetuum poſſidenda, tabulis denuò confirmauit. Hinc Rauennas Archiepiſcopus, munere Pontificis ſe deinceps Exarchum inſcripſit. Papa autem, tam luculenta donatione auctus, Pipinum, & omnes eius poſteros, titulo CHRISTIaniſſimorum ornauit.

Aiſtulfus, ad pacem petendam coactus per Pipinum.
Papæ Exarchatus & Pentapolis tradita.
Rauen. Archiepiſcopatus.
Chriſtianiſſimorum titulus.
Opera mutua.

CRANTZIVS Saxoniæ lib. I. in extremo.

Iuuat intueri, quibus ſe inuicem obſequijs extulerunt Domus Franciæ, & ſummus Pontifex. Nam Franci detulerunt Pontifici arbitrium declarandi Regis: quaſi is ſit, per quem Reges regnant: qui pridem in vrbe conſiſtere vix potuit: quò minus arbitrio Conſtantinopolitanorum Imperatorum, aut captus, aut relegatus, abiret. Viciſſim Romana ſedes hoc præſtitit domui Pipini: vt Regium nomen haberet: & deinde Karolum, ad Imperale culmen prouexit. Sic

Χεὶρ χεῖρα νίπτει.

Coquus ad Cellarium: Leſcheſt du mir den Durſt? So gib ich dir ein Wurſt.

Secutus autem Pipinum, in hac Italica expeditione, fuerat potens quidam Sueuiæ Regulus, ſtrenuè ſe gerens, Marſilius nomine (de quo poſtea rurſus) qui in caſtello VVirtembergiæ Lorcha ſepultus perhibetur.

Marſilius Sueuicus.
Lorcha.

Anno 756. Aiſtulfo (qui de bello renouando conſilia tractabat) inter venandum (vel equo effundente, vel apro percutiente) extincto: Regnum arripuit (vltimus Longobard. Rex in Italia) FL. DESIDERIVS, cum Adalgiſo F. Pontifici Stephano, & fratri eius Paulo ſucceſſori, amicus, ac religioſus.

Deſiderius, Rex Longob. vltimus.

BVCHAVGIENSE (NON LONGE A BIBERACO) GYNÆCEVM.

Keſſelburgum. Planctiuallis. Conſtantinopolitani Coloni. Franciæ religio & Politia. Turcarum fama. S. Othmari exilium, & obitus. S. Gangolfus.

CAPVT VIII.

ANNO circiter 756. Domini, ad inducendam Buchaugienſis in Sueuia Monaſterij originem ſemen extitit: quæ res & progreſſus totus, ſic ſe habet: vt ex Bruſchio, & aliunde, didici: quæ breuius commemorabo, hoc modò & ordine. Etſi, quod ad Genealogiam interpoſitam attinet, breuitas temporis reclamat: vt aliud non dicam.

Buchaug. Monaſterij ſemen.

Erat tunc in Sueuia Princeps Marſilius: qui Pipinum, Francorum Regem in Italico contra Regem Aiſtulfum bello fortiter adiuuit. Quo Rege ad æquas conditiones perducto: Stephano Papa cum vrbe Roma ſeruato: Pipinus & Marſilius, inter obſides & alios, ſecum abduxêre cuiusdam Græci comitis (è Tragento. Neſcio, num è Tarento, an Agrigento, an aliunde) qui in hoc bello occubuerat, Ruſionis vel Ruſſonis nomine, filios pueros, Bonoſium ac Sophronium. Hunc, decennem ætate Pipinus retinuit: illum, vno anno maiorem, Marſilius. Baptiſmate initiatus Laureaci, ſiue Lorchæ (quod nondũ tunc erat Monaſteriũ) Bonoſius: nullo alio nomine Sueuis notus erat: quàm quòd appellabatur, Nuper baptizatus comes, νεοβάπτιστος κόμης. Adoleuit hic feliciter, cũ virtute educatus: corpore procerus & robuſtus: ac rei militaris peritiã non condemnendã ſibi comparauit: ita vt & Marſilio, & ſubditis omnibus charus eſſet. Erant tunc in Germania comites Montefortenſes: qui recens eo tempore ex vrbe Roma veniſſe dicuntur. Horum vnius filiam Marſilius in matrimonium conciliauit huic Bonoſio: dotis verò nomine, regionem illam dedit: quæ Lacui plumario (dem Fäderſee*) & Biberacenſi vico, vicina erat. Progreſſus ille aliquando cum noua nupta ſua Monfortia in nemus denſum: quàm vellem, inquit, dulcis vxor mea, nobis ille theſaurus eſſet: quem aliquando pater meus, bellico periculo motus, in patria mea defôdit: Pulchram nobis, poſteriſque noſtris, arcem & domicilium hoc in loco ædificarem. Templum etiam Deo dignum, qui meam mihi vitam conſeruauit, gratitudinis ergò conſtruerem. Ipſa, vt pia erat, ei autor vtriuſque ædificij inchoandi fuit: vt cui auxilium diuinum ſine dubio adfuturum eſſet. Placuit: fodi futuræ ædificationis causâ cœptum eſt. Ibi repertum, ahenum ſiue caldarium amplum, argento & auro plenum. Arx & Templum ſtudioſè exædificata, cum magna ad Deum*

Marſilius.
Bonoſius.
Sophronius.
Bonoſij educatio & indoles.
Montefort. Comites.
Bonoſij vxor.
Fäderſee.
Theſauri inuentio, in caldario.

gratiarum actione: eiuſq́; ac toti territorio, nomen Caldarienſis arcis & Comitatus inditum: quod in populari lingua eſt, Keſſelburg. Condidit idem Bonoſius, in eadem vicinia, VVarthuſanum caſtrũ. In Caldarienſi autem arce, Bonoſio nata eſt ex ſua coniuge filius Bero: qui virilem ætatem conſecutus, nobilem puellam de Bodmena duxit. Hinc nati ſunt quatuor filij: Clingoldus Huſſo, Tallatarius. Birridonarius (al. Bucidanus) ac duæ filiæ: Perſina & Berillina, quæ & Berilla. Hi omnes, Comitum Keſſelburgenſium nomen habuerunt. Fratres illi, viri fortes & ſtrenui, Regibus grati. Ex his, Tallatario nupſit comes Campidona Hillermontana: ex qua natus eſt Godefridus, Comes Keſſelburgenſis. Godefrido genitus eſt ex Bauarica Andeccenſi Comite Hatto, vel Otho. Iuuenis hic egregius, vxorem duxit potentis Sueuorum Ducis Hiltebrandi, & Rhegardæ Bauaræ Ducis, illuſtrem filiam Adelindam: Reginæ Hiltegardis, vxoris Caroli M. ſororem. Ex quo coniugio nati ſunt quatuor Keſſelburgici comites: Beringerus, Reginolfus, Gerhardus, & Hatto. Hæc ſic, in vetuſto Scripto. At quomodo potuerunt ab anno 755. Aiſtulfi Longobardi, vſq; ad 803. circiter, ſecutæ Hunnorum irruptionis annum, tot gradus adoleſcere? 1. ex Bonoſi Bero. 2. ex Berone, Tallatarius. 3. ex Tallatario, Godefridus 4. ex Godefrido, Otho. 5. ex Othone, Beringerus & fratres. Anni interſunt tantùm 45. Non ſatis ingenioſi fuerũt Monachi in fingendo. Licet otio abundarint: hiſtoriæ veritatem & circunſtantias rerum, non curarunt. Noſtro ſeculo accurate à viris eruditis & diligentibus ſcribitur. Agamus Deo gratias pro tanta luce. Sed ad narrationem redeo.

Filij Beronis, & filiæ.
Nepotes.
Adelinda & Hiltegardis.
Negligentia in hiſtoria.

Hunnis ſequenti tempore, quando hi fratres iam adoleuerant, in Germaniam irruentibus: commiſſum eſt ingens prælium prope Biberacum cum eis, à Germanis alijsq́; Principibus: quos Carolus Imperator contra illos excitauerat. Ibi inter alios interfectus eſt ille Caldarienſis comes Otho, cum tribus filijs: Beringero, Regindfo, & Gerbardo. Sic Macbalmus quoq;, eques ex Freudenbergia arce ſita non longè ab Oſtracho, Vberlingam verſus pago. Locus prælij, poſtea VALLIS PLANCTVS (vulgò Planckthal) *nominatus eſt: à planctu ſcilicet Adelindis & incolarum, qui ſuos ibi amiſerant. Quartus Adelindæ filius Hatto, homo religioſus & Diaconus, paulò poſt mœrore animi contabuit. Combuſta fuit ab Hunnis arx Keſſelburgum. Tunc nominari cœpit comitatus ille, VVarthuſanus: quòd in propinquo eſſet VVarthuſa.*

Biberacum op. & ibi cum Hunnis prælium.
Freudenberga arx.
Planckenthal.
VVarthuſanus comitatus.

Expulſis autem è Germania Hunnis: Domina Adelindis Buchouienſe Monaſterium, de quo in præſenti agimus, fundauit: in quo ſuorum dilectorum, mariti & filiorum, corpora honorificè ſepeliuit. Ipſa deinde vitam pertæſa: dedicatis Deo omnibus ſuis facultatibus & bonis: Mundo valedixit, ac prima ſui Cœnobij facta eſt Rectrix: in quo & humata eſt, & in Diuarum numerum relata. Cuius Feſtum 28. Auguſti (die S. Auguſtini) celebrari ſolitum eſt: panes Domina Abbatiſſa siligineos D. Adelindis diſtribuente: nec ſuis modò nobilibus virginibus: verumetiam omnibus aduenientibus, indigenis & exteris. Quod à ſe viſum eſſe, 1548. inſigni pompa factũ, quater mille panibus diſtributis. Bruſchius ait. vulgus appellat, S. Ederlins brot.

Buchouienſis Parthenonis fundatio.
S. Adelindæ Feſtum.
S. Ederlins brot.

Fuit autem hoc Gynæceum, inſtitutum Sanctimonialibus Auguſtinianæ profeſſionis: atq; ad honorem SS. Cornelij & Cypriani. Abeſt duobus ab imperiali ciuitate Biberaco milliaribus, ad amœniſſimum lacum plumarium, Occidentem verſus. Viuunt in eo iam inde ab anno Chriſti 821. Canoniſſæ liberæ: ab omni profeſſione & voto immunes: tantùm ex nobilitate, vel ſtemmate comitum ac Baronum: quæ probè ſub diſciplina Abbatiſſæ educantur: eisq́; omnibus, præter hanc Pontifici obſtrictam Magiſtram, excedere ac nubere licet. Itaq; ampliſſimus hic παρθενὼν, collegium magis, quàm Monaſterium, diceretur.

Buchouienſis Cœnobij ſitus.
Nenna eius.
Canoniſſæ.

ABBATISSAE BVCHOVIENSES.

1. *Adelindis, de qua dictum. Poſt quam multa ignorantur, cœnobio combuſto: quod Imp. Ludouicus Pius reſtituit.*

2. *Irmentrudis, quæ obijt 1021.*

3. *Abbarillis, per annos. 6.*

4. *Hiltegardis 1027. quæ negligenter præfuit. Ideo 1032. menſe Iunio, iterum conflagrauit Monaſterium, quod ab Imp. Henrico 3. inſtauratum eſt 1043.*

5. *Iuota, vel Iuta, vel Tuta fœmina nobilis & religioſa: quam Imperator modò dictus præfecit, & Buchouienſi collegio, & Lindauienſi. Præfuit illa vtrique laudabiliter per annos 8. & obijt 1051.*

Bindhaltenſis Baroniſſa.
Hiſtoricæ negligentiæ cauſa.

6. *Gertrudis, Baroniſſa de Bindhalt. Deſunt, quæ eam ſecutæ ſunt: propter dolendam ſuperiorum temporum ignauiam & ruditatem: aut etiam, quòd præſentes res, paruæ videantur, nec literis dignæ: cùm tamen poſteritas eas ſcire optaret, vt magnas: aut quòd homines opinentur, quæ*

ipſi

quæ ipſi coràm videant: etiam ad poſterorum oculos manſura: cùm tamen heſternus dies, & actiones eius, ceu auis auolauerint: nec amplius hodie appareant.

7. Machtildis de Buevvenburg, A. 24 quæ obijt 1247. Floruit tunc familia hæc: & plurimos etiam annos pòſt: multosq́ præſtantes viros tulit. Iterum aliquæ deſiderantur. Beuwenburg.

8. Adelhaidis, Baroniſſa à Martorff. Obijt 1303. Martorffenſis Baroniſſa.

9. Catharina, Baroniſſa Hegouienſis à Stoffeln. Præfuit hæc & Buchouienſi & VValdkirchenſi Canoniſſarum collegijs. A. 26. & obijt 1329. Hegouienſ. Baroniſſa.

10. Anna Comes à VVinberg. A. 24. quæ mortua eſt 1353. in Octobri. VVinberg. comitiſſa.

11. Adelhaidis, Comes à Lupfen. Lupfenſ. comitiſſa.

12. Anna, comes à Ruſſeck. Obijt 1402. De Ruſſtekijs, Stumpfius multa. Ruſſeccia comitiſſa.

13. Anna, Baroniſſa Gundelfingica, A. 8. quæ deceſsit 1410. Grudelfing. comitiſſa.

14. Agnes Baroniſſa Tengenſis, A. 16. & obijt 1426. Tengenſ. Baroniſſa.

15. Clara, Comes Montefortia: magnifica ſui cœnobij illuſtratrix, aliquotq́ ſacellorum fundatrix. Præfuit egregiè A. 23. ac 1449. defuncta eſt. Montefort. comitiſſa.

16. Margareta, Comes VVendenbergia, per A. 47. laudabiliter. Obijt 1496. octogenaria.

17. Anna, comes & ipſa VVertenbergenſis, germana ſoror Margaretæ. Præfuit tantùm 7. M. ac planè decrepita obijt 1497. VVertenberg. comitiſſa.

18. Barbara, Baroniſſa Gundelfingia: quæ præfuit A. 26. cum laude: muniens muro & turribus collegium ſuum, alijsq́ structuris. Obijt 1523. Gundelfing. Baroniſſa.

19. Eliſabeta, Baroniſſa Attigeroldiſeccia, A. 17. quam 1525. ſeditioſi Ruſtici expulerunt: ſed breui Sueuicum eam fœdus reſtituit. Abſoluit ea muros Collegij: alioq́ muro totum ampliſſimum hortum circundedit. Obijt 1530. Altigerolt. Baroniſſa.

Margareta, comes Montefortia: quæ adhuc 1550. præerat. Eam Bruſchius prædicat procerã, magnificã, humaniſſimã Dominã. Feciſſe duos pulcherrimos fontes. Habuiſſe ſub ſe Canoniſſas ſex: Montefort. Margareta. Canoniſſa.

Margaretam, Baroniſſam Geroldiſecciam:

Clarannam Fyrſtembergiam comitem:

Mariam Iacoben, Baroniſſam de Schwartʒenberg/ *& alto* Landisberg:

Sibyllam, comitem Montefortiam, Hugonis comitis illuſtris filiam:

VVandalbaram, comitem ſemper liberam Lympurgenſem.

Felicitatem, Altiſtammicam Comitem. Vna leggiadra & belliſſima donzella.

21. Margareta Schvvartzembergia, 1559.

22. Maria Iacobe Schvvartzenbergia, 1566. Schvvartzenbergia Baroniſſa.

De hoc Parthenone, hactenus.

Anno 756. Conſtantinus Imp. in vrbem Conſtantinopolin, peſtilentiâ hominibus euacuatam ex Hellade, ex inſulis, ex alijs locis, nouos colonos introduxit: vt rurſum domus à ciuibus habitarentur. P. Diac. Peſte vacuatæ vrbi, introducti noui coloni.

Ritus & Cæremoniæ Romanæ, hoc anno (teſte Funccio) in Franciam primùm ſunt translatæ, ac ſuſceptæ, Pipino auctore. Cæremoniæ Romanæ.

Eâdem tempeſtate, Turcarum primùm audita ſunt (à Germanis etiam) arma. Aduent. Turcæ (ſi famæ credimus, inquit Æmylius) noua gens: qui in acceſſis clauſi montibus, intra Caſpias portas domi ſe continuerant: velut effractis loci naturæque repagulis, in apertum erupêre: fœdatamq́ue & Saracenorum armis, & peſtilentia, Aſiam, inſuper euaſtarunt. Alij ad annum 764. referunt. Turcarum mentio Germanis prima.

Anno 757. S. Othmarus, in controuerſiam incidens cum comitibus: VVarino Haidgoienſi, vel Hevvenſi & Ruthardo Turgouienſi (propter tẽporalia Monaſterij bona: accedente calumnia de eius adulterio) Conſtantiæ delatus ad Epiſcopũ Sidonium eſt: atq; in exiliũ eiectus, in Rheni fci. inſulam, quo in loco eſt oppidum Steinum. Verùm iniuria ei facta perhibetur. Epiſcopo muneribus illos Comites & Milonem patronum cœnobij, corrumpente: vt ipſe Sangallenſe collegium in ſuam poteſtatem redigeret. Sanè Conſtantienſis Epiſcopus Salomon, eum 864. inter Sanctos retulit. Sidonius autem 760. male mortuus eſſe fertur. Cui Ioannes Epiſcopus ſucceſſit, qui 778. (Bruſchius 781.) obijt: poſtquam à Rege Carolo impetrauiſſet: vt duorum cœnobium fratribus, liceret ipſis pro ſe legere. Abbates Promiſerant enim Monachi Epiſcopo Ioanni: ſe deſignaturos ad dignitatem, cognatos eius: vnum Sangalli, alterum Augiæ maioris, Abbates. Sed Ioanne mortuo, promiſſa non fecerunt. 5. Stumpf. 4. Hebenſis, vel Haidgoienſis, comes VVarinus. S. Othmari expulſio. Steinũ, op. Rheni. Sidonius, Conſtantiæ Epiſcopus. Monachorum promiſſio.

Hæc

Hæc eligendi libertas, poſtea eis non manſit: ſed tamen tempore pij Ludouici, Germanorum Regis, rogatu Abbatis Grimvvaldi eis reſtituta fuit.

Parlamenti in Francia inſtitutio.

Eodem anno, Parlamentum Franciæ à Rege inſtitutum eſt: id eſt, Senatus aut iudicium, habens ſummi iuris cauſis Regis cum ſubditis (nam huic & ipſi Rex ſe ſubijcit, quamuis eius iudex ſit) tum ſubditorum inter ſe: quæcunque tandem amplitudine & auctoritate ſint. A παραλαλεῖν, *parlare,* Parler.

S. Gangolfus.

Hoc tempore vixit Burgundus quidam pius, S. Gangolfus: quaſi dicas Ganghilff / *procedens feliciter auxilium. Hic à Clerico, qui vxorem eius amabat, feriâ cuiusdam hebdomadis ſexta occiſus eſt. Dixerat enim Gangolfus vxori: ſi inſons es: immitte brachium in hunc frigidum fonticulum. Ipſa immitens, aduſtum retraxit: ac perniciem viro comparauit. Eum ferebatur miraculis poſt mortem coruſcare. Id non credens adultera, reſpondit (vt jocosè fertur) eum ſic miracula facere: vt poſterior ſui corporis pars caneret. Tunc ipſa per omnem vitam, quoties feriâ ſexta loqueretur,* βδέουσα μετὰ βόμβου ἠχεῖτο. *Antonin. Volum. 2. Tit 14. cap. 2. Reijcit is hæc ad poſterius tempus, ſcil. ſequentis Conſtantini & Irenæ: ſi bene memini.*

S. Othmari mors.

Anno 759. diem ſuum obijt S. Othmarus: 39. annis pòſt, quàm primus fuiſſet Abbas Sangallenſis Cœnobij factus. Cuius corpus poſtea, quarto anno regnantis Caroli M. translatum fuit in Monaſterium S. Galli fratribus antehac ſub regimine ipſius œconomico moderatè viuentibus: vini vaſculum nunquam vino caruit: quamuis eo frequenter ſe exhilararent ad neceſſitatem ſcilicet, honeſtamque refectionem: non autem ad eum luxum: qui in Monachos hoc verſu confertur.

O Monachi, veſtri ſtomachi, ſunt amphora Bacchi.
Vos eſtis, Deus eſt teſtis, ſæuiſſima peſtis.

S. Othmari lagena.

Hinc prouerbium fortè natum eſt de ſancti Othmari lagæna: quando vini, aut ſimilis rei, copia non deficiens ſignificatur. H. verò Pantaleon, ab illo Xenodochium, in quo pauperes alerentur perpetuò, inſtitutum ſcribens: inde fabulam putat ortam Othmariæ lagænæ, quæ, tanquam ἀνεκλιπὲς πλοῦτος, καὶ ἀμαλθείας κέρας, *egenos ſuſtentauerit.*

FOEMINEVM COENOBIVM CACZES CVRIÆ EPISCOPATVS. BRIGANTINI comites, ibi Epiſcopi. Epiſcopus, maritus. Conſtantiæ Epiſcopus, Ioannes Monachus. Frigus horrendum. Ottobyrenſe Monaſterium, & eius Abbates. Stellæ de cælo. Siccitas maxima. Imp. Conſtantini ſæuitia in cultores S. imaginum.

CAPVT IX.

Caczenſe cœnobium.
Brigantinus Comes Paſchalis.
Realt.
Tumiliaſca vallis.

ANNO *760. fundauit Curienſis in Rhætia Epiſcopus Victor. & pater eius Paſchalis, cœnobium Virginum Caczenſium. De quibus ſic ſcribitur à Bruſchio. Paſchalem, Comitem Brigantinum, fuiſſe Vigilij, præſidis Rhætiæ, filium, Epiſcopumque Curienſem. Ei fuiſſe vxorem, dominam Eſopeiam, Comitem Rhætiæ altæ: quæ, Rhealt corruptè vocatur. Hæc, inquit, in vetuſtis Diplomatibus nominatim ponitur: ac ſe ſubſcripſit Antiſtitam Curienſem: præſertim in fundatorijs literis Monialium Cœnobij Caczes: in Tumiliaſca (valle* Tumleſch) *ſupra Rhætiam ſiti. Eius Cœnobij fundatores, fuerunt hic Paſchalis, & eius filius Victor: patris in Epiſcopatu ſucceſſor, ex Eſopeia legitimè natus. Terræ mandatus eſt in hoc ſuo Monaſterio: vbi legitur hæc inſcriptio.*

Curienſis Epiſcopus Victor.
Eſopeia, Epiſcopi Paſchalis vxor.

» *Victor, Epiſcopus Curienſis, vna cùm matre ſua, fundator huius Monaſterij: & cum eo*
» *Paſchalis Epiſcopus Curienſis, genitor & anteceſſor eius. Inuenitur autem prima huius Parthenonis Abbatiſſa, Domina Veſpula: Epiſcopi Paſchalis ex Eſopeia filia: cuius ſoror Vrſicina, eiuſdem loci Monialis fuit. Succeſſit Victori in eodem Epiſcopatu Vigilius, Comes Brigantinus: Iactati Comitis, ac Regij præſidis in Rhætia filius.*

Curienſis Epiſcopatus antiquitas.

Quanta autem vetuſtas Epiſcopatus Curienſis ſit: hinc intelligitur, quòd Epiſcopus eius Aſimo interfuit 455. Chalcèdonenſi concilio. Cuius rei teſtimonium, ex primo Conciliorum tomo citatur: Ego Abundantius, Epiſcopus Eccleſiæ Comenſis, in omnia ſuprà ſcripta, pro me, & pro abſente ſancto fratre meo Aſimone, Epiſcopo Eccleſiæ Curienſis, primæ Rhætiæ, conſenſi, & ſubſcripſi: Anathema dicens his, qui de incarnationis Dominicæ ſacramento impia ſenſerint. Sacramentum, τὸ μυστήριον, *myſterium.*

Eodem 760 anno, Ioannes qui Monachum egerat in Diuite Augia, euectus eſt ad Epiſcopatum Conſtantienſem: atque ſimul Abbas fuit Augiæ & Sangalli. Electus, & confirmatus, à Rege Pipino, vt Alemanniæ Domino. Moriens 781. humatus eſt in Sacello D. Chiliani Augienſi.

Anno

Anno 765. ἀστὴρ δοκίτης, Cometa docites (à ſimilitudine trabis) fulgentiſſimus apparuit, per dies multos. Sed & alia triſtia ſigna ſecuta.

Cometa trabalis.

Anno 764. ingens fuit gelu, à Calendis Octob. incipiens: non tantum in regionibus Occidentis, ſed etiam Orientis. Ponti certè pelagus, vſque ad centum milliaria, præ glaciei rigore in lapidis duritiem concreuit (ἀπολιθῶδες) habens cubitos à ſummo ad imum vſque, triginta. Cùm deinde incidiſſet nix: ſuper alios viginti cubitos creuit: ita, vt mare ſimile terræ redderetur: ibiq́; tum animantes, tum plauſtra onuſta, tranſirent, Februario tamen menſe, in multas partes confracta, glacies abijt. Cedren. & Diaconus.

Frigus ingens. Nix altiſſima.

Eodem 764. anno, fundatum eſt in Guntiana valle, ad Guntium amnem, Monaſterium Benedictinum Vtenburra, vel Ottenbura (vulgò Ittabeura*) quod olim fuerat oppidum & arx Comitum Ilergouiæ. Fundauit autem id Sylachus, vir illuſtris, Alemanniæ Præfectus, Illergouiæ Comes, cum vxore: teſtante Diplomate, quod apud Bruſchium eſt, vt ſequitur.*

Ottenburenſe Monaſterium. Sylachus.

Anno incarnationis Dominicæ 764. regnante Carolo Magno glorioſo Romano Imp. ego SYLACHVS ex Alemannia, vir nobilis & præpotens: & vxor mea Erminſuinda, cum filijs noſtris: Gosberto, in ſancta Viennenſi Eccleſia Epiſcopo: Totone Clerico, ſimul & Dagoberto Laico: in domate proprio, quod diuiſum ac ſeparatum liberaliſſimè à cunctis hæredibus contraximus & poſſidemus: in loco, qui vocatur Vttenburra: ſecundum Eccleſiaſticam inſtitutionem, & iudicum leges, in Dei nomine (Monaſterium) conſtruimus atque fundamus. Omnia igitur prædia vel mancipia, totamq́ue familiam noſtram, omnipotenti Deo, & beato Apoſtolorum Principi, nec non inuictiſſimo martyri S. Alexandro, abhinc in legitimam ac perpetuam dotem, pro incolumitate vtriuſque vitæ, & pro remedio animarum (noſtrarum, &) Parentum noſtrorum, præfato Monaſterio delegamus: eo pacto, eaque videlicet conditione: vt nulli homini liceat hanc donationem aliquatenus infringere, aut vnque commutare: ſed ad victum fratribus & veſtitum ſummo & vero Deo Regi inibi militantibus, perpetualiter deſeruiant. Si quis autem inuaſor (quod abſit) aut Tyrannus, hanc noſtræ donationis confirmationem irruperit: anathema ſit à Deo: & mors ſuper eum æterna veniant: viuensq́ue, in Infernum, per omnia ſecula cruciandus, deſcendat. Amen, amen, amen. Hi ſunt teſtes, qui viderunt hæc, & audierunt: Canto, Hilci, Vleno, Landolphus, Fridebertus, Hargoldus, Rubertus: & alij plures, tam nobiles, quàm ignobiles.

Erminſuinda. Monaſteriorum vſus.

ABBATES OTTENBYRENSES.

1. *S. Toto, Comes Ilergouiæ, Sylachi fundatoris F. qui vnà cum patre conſtruxit hoc Monaſterium, in honorem S. Martyris Alexandri: qui filius fuerat S. viduæ Felicitatis, habentis 7. filios: Ianuarium, Felicem, Philippum, Syluanum, Alexandrum; Vitalem, & Martialem: qui omnes olim pro gloria Chriſti, ſanguinem vitamq́ue ſuam profuderant. Obijt hic Abbas, octogenarius, 13. Calend. Decemb. 817. poſtquam 57. annos piè præfuiſſet. Cuius Epitaphium, ſaxo inciſum, repertum eſt 1522. hoc:*

Ilergouiæ Comes S. Toto.

Notum ſit cunctis præſentibus, atque futuris.
Hîc, tumulata patris venerandi membra Totonis.

2. *Milo, vir nobilis genere & virtute, A. 47. obijt 864.*
3. *Neodegarius: qui primo ſtatim anno promotus eſt ad Epiſcopatum Auguſtanum.*
4. *VViggarius, vel VVidogerus, A. 24. poſt quos & ipſe factus eſt Auguſtanus Epiſcopus, A. 858. retentâ etiam Ottenbyrenſi Abbatia.*
5. *Birtylo, nobilis & bonus vir, A. 39. ab anno 902. vſque ad 641.*
6. *Adelbero, Comes Dillingenſis: S. Vlrici, Epiſcopi Auguſtani, è ſorore nepos.*
7. *Vdalricus, Epiſcopus Auguſtanus, Abbas Ottenburæ 971. per 1. ferè annum. Tum reſignauit. Effeciſſe dicitur, ne vlli mures & glires ſint in hoc Cœnobio: nec aliunde importati ibi poſſint viuere, ſed illico moriantur. Idem præſtitiſſe toti etiam Auguſtano Epiſcopatui fertur.*

Dilling. Comes Adelbero. Muribus & glíribus aduerſarius, S. Vlricus.

8. *Rudungus, locupletator Cœnobij, A. 28. à 972. vſque ad 1000.*
9. *Dangolfus, A. 12. obijt 1012.*
10. *Sigebertus, V. 16. obijt 1028.*
11. *Embricus, bonus & prudens, A. 22. obijt 1050.*
12. *Eberhardus, pius & ſapiens vir, anno 19. Abbas etiam Campedoni, & Degernſchæ, S. Quirini Cœnobij. Obijt 1069.*

13. Racelinus,

13. *Racelinus,* [illegible], *anno 13. Qui obijt 1082.*

14. *Adelhalmus, A. 12. non ſolum Vtenburenſis Abbas: ſed & VVingartenſis, Petershuſanus, Nereſhaimenſis, & Faucenſis. Obijt 1094. Qui ex euerſo vetere Monaſterio, egregium feciſſe nouum perhibetur.*

15. *Gebehardus, optimus Monaſterij pater, A. 9. Deceßit 3. Calend. Octob. 1103.*

Abbas ineptus.

16. *Henricus, ætate iuuenis, moribus ſtultus, Dei timore carens, profuſus, cœnobio plurimum nocens. Obijt ſtatim A. ſequenti.*

Nonnæ nobiles.

17. *S. Rupertus, A. 41. præclarè. Obijt 1145. anno ætatis 120. Nobiles etiam fæminas, in partem Cœnobij aſſumpſit.*

Iſingrini virtutes.

18. *Iſingrinus, A. 35. Monaſterio perquam vtilis: & incendij eius, quo tunc conciderat, inſtaurator egregius. Obijt 1180.*

Rumſpurgenſis Marchio.

19. *Bernoldus, A. 13. Quo tempore Henricus, Marchio de Rumſperg, & vxor eius Vdilhildis, hoc Cœnobium donarunt vineis, & alijs reditibus annuis. Reſignauit Abbatiam 1193. laborans ſenſuum imbecillitate.*

20 *Conradus, religioſißimè & beneficentißimè A. 36 Cuius primo anno Monaſterium cum denuò conflagraſſet: probè reſtitutum eſt, vndecim annis. Obijt 1229.*

Abbatis laudes.

21. *Bertholdus, ætate iuuenis, prudentiâ & probitate ſenex: Gislingæ ab Aiſtetenſi Epiſcopo Henrico conſecratus, Auguſtano peregrè abſente. Impetrauit à Gregorio 9. Papa confirmationem omnium priuilegiorum de nouo: ac præterea infulam, & cætera ornamenta Pontificalia, anno 1242. Deceßit 1248. cum 19. annos præfuiſſet.*

22. *VValtherus, bonus, Annos 4. Obijt 1252.*

23. *Henricus, anno 6. obijt 1258.*

24. *Sigefridus, A. 8. obijt 1266.*

Brigantinus Baro Henricus.

25. *Henricus, de Brigantia Baro, A. 30 obijt. 1296.*

26. *Conradus, A. 16. circa quæ tempora, collapſa erat vita regularis. Obijt 1312.*

27. *Henricus, A. 10. obijt 1322.*

28. *Henricus Nordholtzius, A. 31. obijt 1353.*

29. *Ioannes Altmanshoſius, anno 18. obijt 1371.*

Knoringen.

30. *Vdalricus de Knoringen, A. 7. obijt. 1378.*

31. *Ioannes Hocherer, A. 12. obijt 1390.*

32. *Henricus, A. 8. & aliquot M. obijt 1399.*

Afflettenſ. Ioannes.

33 *Ioannes Afflettenſis, religionis obſeruantißimus Reſignauit intra annum.*

34. *Ioannes Ruslinger: antea Cellarius ad S. Vlricum Auguſtæ: quò & poſt quadriennium reuocatus. Abbas ibi fuit. Non tamen eſſe voluit: niſi prius conceßâ ſibi, ſucceſſoribusque, mitrâ & Pontificalibus à Papa: quòd ijs antea Vtenburæ vſus fuiſſet.*

Scvvabeccenſis Comes Eggo.

35. *Eggo, comes de Suabeck: magnanimus vir, & vtilis gubernator Monaſterij. Præfectus 1404. impetrauit confirmationem à Ruperto & Sigiſmundo Impp. ac 12. annos præfuit. Interfectus à ſuis 1416.*

Hactenus, omnes è nobilibus & ſublimibus familijs Abbates. Sequentes verò ex plebe: præter Guilielmum Luſchnauium.

Schedler Ioanes.

36. *Ioannes Schedler Campidonenſis: vir procerus, doctus, religioſus: qui præfuit A. 32. & de vita (ceßit 1448.*

37. *Iodocus Niderhoſius Memmingenſis. Obijt 1453.*

Niderhoſius Iodocus.

38. *Ioannes Graus ex op. Fronſpergiorum Mindelhaimio: confirmatus à Petro Cardinale Auguſtano. Præfuit A. 22. obijt 28. Decemb. 1475.*

Mindelhaimum.

Luſchnauius Vvilhelmus.

Rhota Monaſt.

39. *VVilhelmus de Luſchnavv: vir nobilis, elegans, ingenioſus, facundus, alacer: Prepoſitus antè in Monaſterio Rhota, prope Dinckelsbubelam ſito. Præfuit annos 4. & obijt 1479. cùm antè, mores collapſos cœnobitarum correxiſſet.*

40. *Nicolaus Koslinus, A. 12. obijt 1492.*

41. *Matthæus Ackermannus, Conſtantienſis, A. 18. Qui exauctoratus 1510. obijt 1512.*

42. *Leonhardus VVidemannus, Dillingenſis, doctus, bonus, liberalis in eruditos & egenos. Obijt exul tempore Germanici belli 1546. in pago Acroniani lacus Supplinga. Viderat is 1525. ſuum Cœnobium à ſeditioſis Ruſticis miſerè lacerari. Monialibus poſteà Franciſcanis Memmingâ in Religionis mutatione expulſis, hoſpitio exceptis, cœnobiolum Ellerinium (ſic à multitudine populi arboris appellans) ſupra ſuum Monaſterium, in ſiniſtra riui Guntij ædificauerat.*

43. *Caſpar Kindelmannus, Rappeſvvilenſis, à lacu Tigurino: electus 25. Ianuar. 1547. noui & ſumptuoſi poſtea Templi conditor.*

Hæc, ex Bruſchio.

Anno 765. ſtellæ menſe Martio de cœlo cadere viſæ ſunt: ita, vt omnibus videntibus videretur finis adeſſe præſentis ſeculi. Paul. Diacon. Quod à Cedreno dicitur: τῷ μαρτίῳ μηνὶ, ἀστέρες ἀθρόως ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἔπιπτον· ὡς λέγειν πάντας, συντέλειαν εἶναι. *Inde poſteriori tempore, ſiccitas ſecuta tanta: vt etiam fontes exareſcerent.*

Stellæ cadentes.

Anno 766. Conſtantinus Imp. multos Monachorum, & Procerum, & militum, interfecit varijs ſupplicijs: διαβληθέντας *(inquit Cedrenus)* προσκυνεῖν τὰς εἰκόνας: *delatos, quod venerarentur imagines. Mariam enim virginem non eſſe inuocandam: quia præſtare nihil poßit. Abbates coëgit, in publico incedere* χειραγωγοῦντας γυναῖκας, *manu ducendo mulieres: Monachis neceßitatem ducendi vxores, ſub pœna excæcationis, impoſuit: bonis eos ſuis ſpoliauit, & libros combußit: Sanctorum (vt, S. Euphemiæ) reliquias, in mare abiecit. At ex verbo Dei, quæ haberet vera, docere: non vi & malo cogere homines, debuiſſet.*

Sanctorum imagines & inuocationē vetat Conſtantinus Imp.

DESIDERII R. ADVERSVS ROMAM CONATVS. PIPINO MORtuo, filij in Francico Regno ſuccedunt, CAROLVS M. & Carolomannus. Conſtantini Imp. ac Leonis filij, & Caroli M. vxores. Priuilegium Monaſterij Otenbyrenſis. Irena, Leonis Imp. vxor. S. Symbertus.

CAPVT X.

ANNO 767. *Deſiderij inſtinctu (qui poſt pacis hactenus ſtudium, ambitione vrbi Romæ inhiabat) Paulo P. nondum mortuo, ſed grauißimè ægrotante, Conſtantinus quidam in ſedem Papalem.* παρανόμως *(contra vetera inſtituta) intruditur: qui frater erat Totonis, Ducis in oppido Tuſciæ Nepeſino: quod, Nepetæ nomen à gentis inſigni ſcorpio habebat. Sed anno ſequenti, legitimè creatus Pontifex eſt Stephanus 3. Conſtantino in Monaſterium ire coacto.*

Nepeta.

Anno 768. Rex Pipinus, Aquitaniæ Duce Vaifaro, qui Eccleſiaſticis res detrahebat, victo & ſublato, Sanctones (ciuitatem in prouincia Burdegalenſi Epiſcopalem) redijt, vbi Reginam reliquerat. Vbi cùm ægrotare cœpiſſet: ad S. Martinum, & inde ad S. Dionyſium, venit: vbi 8. Calend. Octob. diem ſuum obijt. Carolus & Carolomannus filij, Regni ſuam vterque partem malè concordes ſuſceperunt: diuerſis in locis ab Archiepiſcopis conſecrati. Carolus in Nouiomacivitate (inquit Adon) Carolomannus, Sueßionis. Sic & in Annalibus anonymis Regum Francorum: Carolus in Nouiomago ciuitate, Carolomannus in Sueßiona, inſignia Regni ſuſceperunt. Carolus natalem Domini celebrauit Aquiſgrani, Paſcha Rhotomagi.

Pipini Regis mors.

Succeſſores, Carolus & Carolomannus.

Feſtorum celebratio.

Anno 769. Conſtantini Vxor (poſt Irenam & Mariam) tertia, Eudocia, ἐστέφθη αὐγοῦστα, *Auguſtali corona decorata eſt, calendis Aprilis.*

Bertrada, Franciæ Regina, filiorum inter ſe diſcordias auerſata, Salutias proficiſcitur earum componendarum causâ, cum Carolomanno colloquens. Inde in Italiam tranſgreſſa, nuptias Regis Deſiderij filiæ cum Carolo filio ſuo pepigit. Inde Romam profecta, limina vel Baſilicas ſanctorum Apoſtolorum viſitauit: poſtea in Franciam redijt.

Bertrada Regina.

Vxores Caroli M. ordine poſitæ.

Caroli M. vxores.

1. *Galiena, Regis Toletani F. quam Bruſchius in Campid. Monaſt. Galaſtriam vocat. Alij hanc omittunt.*

2. *Irmengardis. Regis Deſiderij F. quam Æmylius Theodoram. ſororem eiusdem Regis, appellat. Sed Eginhartus filiam ait. Repudiata, quia infœcunda & clinica.*

3. *Hiltegardis, princeps Sueuicæ nobilitatis virgo, in arce Bauariæ Andechſenſi nata. Obijt 783.* *S. Hiltegardis.*

4. *Faſtrada, ex Franconia Germaniæ, Rhodolfi Comitis filia. Obijt 794.*

5. *Luitgarda, ex nobili Sueuorum genere, Friderici Ducis F. obijt 800. pridie nonas Iunias. Poſt cuius mortem, concubinæ quatuor: Mathalgardis, Gerſuinda, Regina, Adeluida. fort. Adelinda.*

Eodem 769. anno, cùm Deſiderij filiam Carolus repudiaſſet, iam Hiltegardin vxorem habebat: vt ex Priuilegio cognoſcitur: quod à Carolo M. Imp. & eius coniuge Hiltegarde, Monaſterio Vtenburano datum, apud Bruſchium legitur. Cuius initium eſt.

Vteburanum Priuilegium.

In nomine Dei patris omnipotentis, & filij, & Spiritus ſancti. Carolus à Deo ordinatus "

» Auguſtus, magnus, pacificus, Rex Francorum, Imperator Romanorum, gubernans imperium.
» Quoniam Principem ac defenſorem Eccleſiarum nos fecit. Dominus ne eius ingrati eſſe videamur
» munificentiæ: ſeruitium eius augmentare, Eccleſias multiplicare, ſuper inceptis & conſtructis be-
» nè ac opportunò, ne poſthac deſtruantur, poteſtati Regali conuenit tuitionem impartiri. Vnde,
» quicquid ad loca Sanctorum damus, vel concedimus: hoc nobis ad mercedis augmentum, vel ſtabili-
» tatem Regni noſtri, pertinere confidimus. Quapropter notum ſit omnibus Principibus noſtris, &
» fidelibus: qualiter nos ad petitionem dilectiſſimæ coniugis noſtræ Hitegardis, illuſtris Reginæ:
Toto Abbas. » Abbatem nomine Totonem, ex Monaſterio, quod vocatur Vtenbura, cellâ noua: cum hominibus
Mundibur-dium. » vnà, & rebus ipſius Monaſterij, ſub noſtro mundiburdio (patronatu) & defenſione, propter illi-
» citas malorum hominum infeſtationes, accepimus, & retinemus.

Fecit deinde poteſtatem fratribus huius Monaſterij, poſt Totonem eligendi Abbatem: quem aptiſſimum iudicent. ſecundum Regulam Benedicti, cœnobio, & ſeruitio Regis: qui à Rege confirmetur: & ipſe ac Monachi ipſius, à religioſo Epiſcopo intra prouinciam ordinati, conſecrationem habeant. Et alia.

» Concluditur hoc Scriptum ſic: Vt hæc firmius credantur, & diligentius conſeruentur: manu
» propria ſubter firmauimus: & annulo noſtro inſignire iuſſimus: Ego Ludebertus Archicapella-
Moguntia. » nus recognoui, & ſubſcripſi. Data anno incarnationis Domini 769. Actum Moguntiæ in Pen-
» tecoſte, in Dei nomine feliciter. Amen.

Anni notatio dubia. Poſſet dubitari hîc de anno 769. an non eſſet erratum in hoc numero. Sigonius enim 769. pactas eſſe Carolo nuptias filiæ Deſiderij ſcribit. Hanc vxorem magnificentiſſimè ductam, repudiatam eſſe à Carolo anno circumacto: ſummâ & ſoceri, & matris Bertæ (Bertradæ) indignatione, Æmylius ſcribit. Adde, quod maius eſt. Idem, poſt mortem fratris Carolomanni (anno ſcil. 771.) Hiltegrandem (ſic Hiltegardem vocat) Carolo vxorem acceptam ait. Sed fortaſſe numero Priuilegij, fides potior habenda: ita, vt Hiſtorici commemorati numerum annorum exceſſerint.

Irena, Leoni Conſtantini filio nupta. Anno 770. Irena Athenis veniens Conſtantinopolin: in æde S. Stephani coronata eſt: & Leoni, Conſtantini filio, Imperatori, matrimonio iuncta. Hanc Irenam (niſi me fallit memoria) H. Mutius lib. 7. ponit natione Germanam, Principis Bauariæ filiam. Ab Italo Guazzo di nobiliſſima ſtirpe d' Athene, di corpo belliſſima, & fra tutte l' altre prudente ſcribitur.

S. Symbertus. Vixit hoc tempore S. Symbertus, Dux Lotharingæ: patre natus Amberto (teſte Bruſchio) matre verò Symphoriana, Caroli Magni ſorore: coiugibus religioſiſſimis. Educatus eſt in Murbacenſi Alſaciæ (quæ ſub Alemannia erat) Monaſterio Benedictino: cuius etiam factus eſt Abbas: cui & piè, & honoſtè, præfuit. Poſtea 779. à Carolo ad Epiſcopatum Auguſtanum vocatus eſt. Nomen habet à Parentibus: primâ ſyllaba nominis materni, & duabus poſterioribus paterni, coniunctis. De hoc, nunc ſatis.

Finis libri vndecimi, partis primæ Sueuicorum Annalium.

SVEVICORVM ANNALIVM LIBER DVODECIMVS PARTIS PRIMAE,

MARTINO CRVSIO AVCTORE.

HVNC librum extendemus vſque ad octingenteſimum inſtaurationis gentis humanæ annum: ac finito eo, hos XII. Sueuiæ libros, primam horum Annalium partem ſtatuentes, concludemus: donec breui ad alteram etiam, quæ Occidentalis imperij Romani habeat inſtaurationem & progreſſus, resque eorum temporum Sueuicas, auxilio diuino tranſeamus.

CAROLVS M. SOLVS FRANCIÆ ET GERMANIÆ REX. BERTHÆ Carolomannicæ fuga ad R. Deſiderium. Papæ & Deſiderij diſcordia. Caroli bellum Saxonicum. Irminſula. Bellum Caroli Longobardicum. Verona & Papia, deditæ. Deditus R. Deſiderius. Finis regni Longobardici Papæ incrementa, ad quem Carolus profectus Romam fuerat. Pompa, qua is exceptus fuit.

CAPVT I.

ANNO Domini 771. Carolomannus Rex ex hac vita diſceßit, in villa Salmontiaco, pridie nonas Decembris. Galliæ itaque Germaniæque, ad vnius Caroli deuolutæ poteſtatem. Vxor Carolomanni Bertha, Hiltegardi potentiam mariti Caroli inuidens, cum duobus paruis liberis, Comite Audomaro, ſummæ dignationis gratiaque in tota Gallia viro, è Francia diſceſſit: ad Theſſalonumque vel Taßilonem, Bauariæ Ducem, profecta eſt. Sed cum plus in eo animorum, quàm virium, cerneret: ad Regem ſe Deſiderium contulit: Carolo propter filiam aut ſororem repudiatam iratum, & Francorum opes metuentem. Vrgebat hic inſecuto tempore Papam Adrianum: vt ambos alterumúe duorum filiolorum Berthæ, iungeret Regem Franciæ: vt ſcilicet hoc modo ſocietas Pontificis & Caroli primeretur: Galliæ inteſtino bello implerentur: ipſe facilius Romam Italiamq; ſubigeret. At noluit Pontifex ſed Carolum auxilio ſibi contra Deſiderium vocauit, Italiæ vrbes & agros capientem ac populantem.

Carolomanni obitus. Galliæ [illegible] coniunctæ. Berthæ diſceſſus.

Anno 772. Carolus, comitijs VVormaciæ actis, Saxonibus bellum infert: quòd ferociſſimam gentem, aut delere, aut ad Chriſtianam religionem pertrahere, animus erat: licet nemo armis & vi; ad fidem cogendus ſit. Sed illi Turingiam (Francis cum Franconia, Bauaria, Sueuia, Haßia, ſubditam) bello vexare conſueuerant, propter confinia & Chriſtianiſmum. Ferro itaque & igne cuncta depopulatus Carolus: Eresburgum caſtrum cepit: idolumque, quod Irminſula vocabatur (Arminio, Cheruſcorum quondam Duci, honoris causâ ſtatuta columna, vel templum: aut τῷ ἑρμῇ, Mercurio) deſtruxit. Saxonibus imperata facere promittentibus, duodecimque obſides dantibus, pacem conceßit. Verum poſtea ſæpius rebellantibus, ſæpius percußis: triginta duos amplius annos bellatum eſt: donec tandem coacti, ad Romanam ſe religionem contulerunt. His autem bellis, inter Francos aliosque Germanos, etiam Sueuos militaſſe, certum eſt.

Saxonicum Caroli bellum. Irminſula. Saxones Chriſtiani facti.

Anno 773. cùm Deſiderius, quæ Pontifici vel eccleſiæ eripuerat, non redderet, licet à Carolo monitus: exercitum hic, Papæ Adriani accerſitu, Francicum & Alemannicum, in Italiam duxit: Deſiderium, qui ſummo prælio contendere nolebat, Papiæ: Adalgiſum verò filium, Veronæ, obſedit. Hiltegardem quoque, & filios, è Francia cum euocaſſet: obſidionem Papiæ, hyeme aſperrima vſque ad natalem Domini perduxit: quem diem ibi in caſtris celebrauit.

Anno 774. Carolus (relicto legato, Bernhardo auunculo, pro ſe in Papienſi obſidione) cum delecta militum manu Veronam contendit. Quæ cum durius premeretur: Adalgiſus inde ad Imp. Græcum confugit: ibique in Patriciatus honore conſenuit. Tunc Veronenſibus ſe de-

dentibus: Carolus Bertham & filios, ibi repertos in Franciam remiſit: vbi ſummo in honore habiti ſunt. Cæteræ Longobardorum ciuitates, in poteſtatem Caroli venerunt: ſed Papiæ obſidio ſextum adhuc menſem durabat. Ipſe religione motus, vt ſanctorum Apoſtolorum limina ſalutaret, vrbem Romam pridie Paſchatis acceſſit. Ibi à Pontifice, vt optimè de Eccleſia meritus, ſummo honore exceptus eſt (Sigonio teſte) obuiam ei prodeuntibus: primò, vniuerſis iudicibus, ad triceſimum lapidem: deinde, vniuerſis ſcholis, ad vnum lapidem (pueris palmas geſtantibus, & Caroli laudes decantantibus) poſtremò, ſanctis crucibus: ſicut olim Exarchis Patricijsque obuiam venerant. Pontifex autem, ſummo mane ad Vaticanam Baſilicam conceſſerat: Carolumque, in gradibus cum Clero aſſidens, expectabat. Carolus, cruces conſpicatus, venerabundus ex equo deſcendit, pedesque ad Vaticanum contendit. Tum ſingulos gradus oſculatus, ad Pontificem aſcendit. A quo, mutuo complexu exceptus, in Baſilicam eſt deductus: vniuerſo clero, vt auctorem publicæ ſalutis, celebrante. Viſitauit exinde Templa vrbis, Rex: ſacris officijs interfuit: hilariter cum Papa eſt epulatus: priorem Exarchatus & Pentapolis donationem, Pontifici confirmauit: atque etiam Corſicam, Sardiniam, Siciliam, Territorium Sabinenſe, Ducatum Spoletanum & Tuſcum adiecit. Ita Pontificatum mirificè amplificauit: ac viciſſim à Papa, Carolus Magnus appellatus eſt. Quæ circa Romam Pontifici donata ſunt: Patrimonij Petri & Pauli nomen acceperunt. Interim tamen longo tempore, nullius Papæ aut Epiſcopi electio, ſine Cæſaris auctoritate erat rata. His, quæ dicta ſunt, ſic peractis: poſt octauum diem Carolus in caſtra redijt. Fame autem & peſtilentia, in obſeſſa ciuitate Papia, ſeu Ticin[illegible], orta: deditionem tandem Deſiderius facere coactus eſt. Itaque ſeque, & vxorem ac liberos, in Caroli poteſtatem permiſit: quam etiam clementem & honorificam expertus eſt. Leodium miſſus.

Caroli honorifica à Romanis exceptio.

Papa, regionibus à Carolo auctus.

Magnus Carolus.

Patrimonium Petri & Pauli.

Papia, Ticinum.

Deſiderij deditio.

Longobardi Regni finis.

Hic finis fuit Longobardici in Italia Regni: cum 204. annos durauiſſet: & Reges eius, plerique clementer & fortiter ſe geſſiſſent: bonas leges tuliſſent: Eccleſiæ ſtudioſi fuiſſent: Cœnobijs, & alijs ædificijs, Italiam exornaſſent. Tantum ambitio Deſiderium ſua euertit: Francis contra eum venientibus, Alemannis, Sueuis, Turingis, Heſſis. Sic bellicoſa Longobardica (ab antiquo Sueuica) gens, id eſt, Germanica natio, à Germanicis populis, euerſa eſt: quæ ab alijs gentibus inuicta fuit.

MONASTERIVM IN ALGOIA CAMPIDONENSE. HILTEgardis & Talandus, Caroli Magni frater. Almangauia, vel Algoia. Grynefurtum, ſiue Memminga. Inſignia Ducum Sueuiæ.

CAPVT II.

Campidonenſe Monaſterium, ab Hiltegarde fundatum.

ANNO 773. fundatum eſt ab Hiltegarde, tertia Caroli Magni vxore, Campidonenſe, nobilium & illuſtrium virorum, cœnobium: & ſequentibus annis completum: teſtante eius inſcriptione, anno 1484. columna (in ambitu vel periſtylio) inditâ: vt à Bruſchio (ex quo, & M. Scr. vetere libro Germanico, de hoc Monaſterio ſcribemus) annotatum eſt.

HILTEGARDIS 773. fundauit.
CAROLVS 774. confirmauit.
ADRIANVS 777. dedicauit.
ANDEGARIVS 778. inchoauit.

Ilergonia.

Campidoni C. antiquitas.

Kemptenſes Barones.

Situm eſt in Rhætiæ particula Ilergouia, ordin[illegible] S. Benedicti, extra oppidum Imperiale Campidonum: quod longè vetuſtiſſimum eſt (ſ[illegible]ppe CC. ante Chriſtum annis, ibi Ciſæ vel Iſidis Deæ fanum: cum nondum oppidum, ſed pagus, eſſet,) Germanicè Kempten. Cuius nominis etiam in Surichgouia arx & pagus eſt: vbi quondam Barones erant, de Kempten dicti: ex quibus ortus Gerungus, vixit 1295. Ex qua familia, Bertha quoque, Tiguri Abbatiſſa olim. Stumph. libr. 6 capit. 2.

Quod autem Hiltegardis (vt dictum eſt) 773 anno, fundamenta cœnobij prædicti iecit: eius rei hæc fuit occaſio, vel cauſa: quæ ex ſequenti narratione (ſi minus alicubi verâ: non iniucunda tamen, neſcio à quo otioſo monacho, conficta) cognoſceatur.

Eius initus erga Hiltegardem amor.

Fuit Carolo Magno frater ex nouerca Leutburga Saxonide, Talandus nomine: cui ipſe, ad Saxonicum bellum iens, dulciſſimam coniugem Hiltegardin cum Regno commendauit. Huius tantæ Dominæ amore captus Talandus, ipſam ad rem nefariam, ac ſæpius ſollicitauit. Eximia

enim

enim pulchritudine erat: quod in veteri libro, priſcis germanica linguæ verbis dicitur: Sie war ſchön/ vnd månniglich hůpſch. *Sicut in Heroico libro.*

Der Hof wårt ſicherlichen/
Sechs wochen vnd ein Tag:
Daß vor der månniglichen (*formoſiſſima & amabiliſſima virgine.*)
Kein freud nie gelag:
Turnieren/ ſtechen/ rennen:
Alß das jhr Hertz begert.
Wer freuwden kund erkennen:
Ward jer da gewårt.

Sic Talandus, amore ſaucius, inſanam rem petebat. Dabat ei diutius verba caſtiſſima Hiltegardis: ſperans, pudore auerſum iri hominem. Sed cum à malitia non deſiſteret: juſſit vt aliquod ſolitarium conclaue, ad perfruendum ſecretò delicijs, pararet. Quo celeriter parato: inuitata Regina, cum amatore ingreditur hilari vultu. Cumque ad tertiam conclauis ianuam (tres enim ianuas habebat: vt eò longius abeſſet ab interpellatoribus) ventum eſſet: ſiuit ipſum præire. Quo in caſſes ingreſſo: ipſa raptim ianuam claudit: ac, ne exire poſſet, obſerat: amoris in eo ardorem longa fame ac ſiti flacceſacit. Cùm deinde Carolus, confectis in Saxonia rebus, nuntiaretur redire: Hiltegardis, lætitiæ plena, Talandum communis gaudij expertem diutius relinquere non voluit: ſuppliciter peccato ſuo veniam iam ſæpenumero petentem emittit: nihil ab eo mali, vtpote bonæ conſcientiæ fundamento nixa, metuit. At ille malum ſibi à Domina metuens: præuenire, quam præueniri, tutius eſſe exiſtimans: ſimul vt Regni & Reginæ fiduciam, quam acceperat, reſtitueret: venienti Regi primus occurrit. Cui Rex, Quid tu ita macer, inquit, ita pallidus, mi frater? Ha, tuæ optimæ coniugi (inquit Talandus) hanc gratiam refero acceptam. Ipſa enim, vt tutius adulterari poſſet, me in conclaue, ob eam rem recens factum, incluſit: fame ita excoctum tibi redeunti reddit. Carolus tunc alteram partem non audire, ſed irâ excandeſcere: Reginam in conſpectum nullo modo admittere (licet multi Proceres, & ipſam audiri orarent) ſed in profluentem abijci iuſſit. Eò abiecta (vt eſt in M. Sc. libro) tamen inuocatione Beatæ virginis Mariæ, cui ſe cœnobium condituram vouerat, euaſit. Latens poſtea in Gynæceo vicini cuiuſdam Principis: à Rege in eum locum veniente, monitu Talandi, proſpectans conſpecta eſt: ac iuſſa, in vicinam ſyluam rapi: vt ei oculi ibi eruerentur. Cum educeretur à ſatellitibus: caſu venit eques auratus Freudenbergius (cuius in ſuperiore libro, de Buchaugienſi Parthenone, meminimus) à ſorore Adelinde ad Hildegardin miſſus. Liberat is miſeram de manibus diri ſatellitij: quæ S. S. Mariam Otiliamque implorarat. Oculi eruuntur: non Hiltegardis illi viuaces (& amore Albergo) ſed oculi cuiuſdam catuli viles: atque ad Regem, vt iuſſerat, deferuntur. Erepta ex tanto Regina periculo: in exilium diſceſſit gratanter: comite ſibi aſſumpta fideli, virgine quadam Roſina de Bodmena: cum qua Romam ſe contulit. Exercuit ibi medicam artem (cui omnem per vitam ſtuduerat) herbis, radicibus, gemmis. Exercuit ea felicitate (in fœminis præſertim) vt non modò Romæ, ſed è longinquis etiam locis, ad eam concurreretur. Infectus interim fuit leprâ dira autor malorum Talandus: cæcus etiam, vt antea, mente, ita tunc oculis, factus eſt. Cùm autem de illa inſigni medica, quæ Romæ eſſet, audiuiſſet: eam ſcilicet oculis quoque, non modò alijs morbis, mire ſubuenire poſſe: Carolum (cùm is Romam alius rei gratiâ peteret) eò ſecutus eſt. Cùm ibi Medicam, eandemque Ophthalmicam, conſuluiſſet: iuſſus eſt per famulam illius Roſinam: ante omnia ire ad ſacerdotem: eique peccata ſua plenè confiteri. Abit, confitetur: ſed de ſcelere in Hiltegardin, obticet. Nihil ergo profecit ad recuperationem ſanitatis. Iubetur, rectius confiteri: poſtridie in fano D. Petri palam ſe proſternendo. Fecit: munditiam ac viſum recepit. Miratur Rex, miratur Pontifex. Iuſſa ad eos venire Medica, ſe poſtridie in Templum D. Petri venturam reſpondit. Fecit ita. Agnita eſt ſtatim à Rege. O qui complexus, ò gaudia quanta fuerunt. Ipſa fortunam ſuam exponere iuſſa, id prolixè fecit. Bis me tradideras morti, marite: bis, innocentem. Recipitur à Rege flente in gratiam: in priſtinum dignitatis locum reſtituitur: Fit ex diſcordia iam longè charior concordia. Pontifex etiam (qui illam, vt nouam ſponſam, noua cum benedictione, viro reddiderat: Beata, Hiltegardis: beata, mater tua. Qui te odit: extorreatur vſque ad nonam generationem) Pontifex, inquam, eam appellari MAGNAM HILTEGARDIN *in poſterum voluit: ſicut maritum eius,*

Eius initus erga Hiltegardem amor.

Calumnia in Hiltegardem.

Freudenbergius eques, Hiltegardis liberator.

Romam ipſa proficiſcitur.

Talando cæco viſum reſtituit.

Innocens cognita Hiltegradis, in priſtinam dignitatem reſtituitur.

Octonarius.

Magna Hiltegardis.

CAROLVM MAGNVM. *Talandus verò (cui vix vita, ad preces Hiltegardis donata fuit) in inſulam perpetuus exul deportatus eſt. Reuerſa deinde Domina Hiltegardis cum Rege domum: deliberatione cum eo de Monaſterio habita, conſenſum eius impetrat. Igitur gratitudinis ergò, Campidoni cænobium, ex bonis ſuis maternis conſtruere 773. cœpit: ſicut antea matri Dei, in miſerijs ſuis vouerat. Carolus viciſsim, vt erga Deum ſe pro reſtitutione vxoris gratum exhiberet: ad honorem S. virginis, quæ Saluatorem Mundi peperit, ornatiſsimam Aquisgrani Baſilicam (in qua & ſepultus ſcribitur) condidit ampliſsimisque prouentibus annuis donauit.*

Campidonenſe igitur cænobiũ, ex voto extruit.

Aquisgrani templum D. virginis.

Hæc, vtriusque Baſilicæ, Campidonenſis & Aquisgranenſis, initia dicuntur eſſe. Sed cùm Sigonius dicat Carolum 774. Romam veniſſe: at præcedente anno ad ſe Hiltegardin, quando Papiam obſidebat, vocaſſe: videtur ea cum illo, eodem 774. anno veniſſe Romam. Campidonenſis verò narratio, ipſam ait, Carolo ignorante, exulem profectam eſſe Romam, & medicinam feciſſe: atque cænobij fundationem, non 774.) ſicut ex Sigonij narratione ſequi videtur) ſed vno anno antè, cœptam eſſe. At nec fundationis liter[æ] (quas Munſterus 3. Coſmogr. 206. ponit: quibus ſe vetuſtiores nunquam vidiſſe ait) cum 774. anno Sigonij conſentiunt. Sunt autem ad verbum hæ.

Temporum diſcrepantia.

Fundationis Campidonenſis literæ.

» *In nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Carolus, diuinâ fauente clementia, Imperator Auguſtus. Si ſanctam Dei Eccleſiam digno magnitudinis noſtræ munere ſublimare, augmentare, atque ſubuenire, ad æternam noſtram remunerationem & Regni noſtri ſtabilitatem, prodeſſe confidimus: ideoque nouerit omnium ſanctæ Dei eccleſiæ fidelium noſtrorumque, præſentium ſcilicet & futurorum, ſolers induſtria: qualiter nos ob interuentum ſanctiſsimi patris noſtri Adriani Papæ, ac ſupplicem rogatum dilectæ coniugis noſtræ Hiltegardis: nec non propter nobilem & fidelem famulatum Ioannis, Augienſis & ſancti Galli reuerendi Abbatis, eiusdemque Epiſcopi Conſtantienſis, precem: ob meritum Rudangi, Metenſis Epiſcopi, & Sturmi Fuldenſis Abbatis: ſeu cæterorum Principum innumerabilium, nobis aſsiſtentium: Andegarium quendam nobilem, magnæ religionis virum: & primum Campidonenſis cænobij, regularis diſciplinæ, inſtructorem, adſumpſimus: & in eodem loco Campidonenſi, qui ab eodem in honorem ſanctæ Dei genitricis Mariæ conſtitutus eſt, & ſitus in pago Ylergouu, Abbatem eum confirmauimus, & à Papa Adriano in ſancto die Paſchæ conſecratum, precioſiſsimis ſancto ſanctorum martyrum Gordiani & Epimachi corporibus donatum, in ſuam Abbatiam honeſtè tranſmiſimus. Sed quoniam prædicta coniunx noſtra, in eodem cænobio, locum ſepulturæ ſe habituram ordinauit: diuerſis muneribus ditando, quicquid in pago Ylergouue, & Augusgouue, Albegouue, materna hæreditate legitimè obtinuit cum noſtra poteſtatiua manu, & imperiali largitione, illuc tradidit: & in proprium ius eiusdem Monaſterij transfudit: & perpetualiter poſsidendum, ſicut in alio breui continetur, donauit: Nos igitur eundem locum, vtpote de noſtro, & in noſtro, fundatum ac dotatum, in noſtro, noſtrorumque ſucceſſorum mundiburdio, ſiue defenſione, fore conſtituentes: per noſtræ autoritatis munitionem confirmamus: & præcipimus, vt nullus publicus Iudex, neque Dux, neque Comes, aut quilibet ex iudiciaria poteſtate, villas curias, aut loca, vel agros, ſeu reliquas poſſeſsiones, memorato Monaſterio præſenti tempore ſubiacentes, &c. inuadat.*

Andegarius, Abbas.


Gordianus & Epimachus, Martyres.

Ylergouue. Augusgouue. Albegouue.

Et in fine ſic concluditur.

» *Quod vt verius credatur: & omni tempore incorruptum habeatur: manu propria roborantes, ſigilli noſtri impreſsione iuſsimus inſigniri, I. n. ſ. ſ. q. m. n. ſ.*

Signum Domini Caroli



Sereniſſimi Imperatoris Auguſti.

Amelbertus Cancellarius ad vicem Luperti Archicancellarij recognoui.

Data

Data ab incarnatione Domini D.CC.LXXIII. Indictione XI. anno verò Regni piiſſimi Caroli VI. Imperij primo. Actum Romæ in ſancto die Paſchæ, in Eccleſia ſancti Petri, coram Adriano Papa, & multis alijs Principibus, in Dei nomine feliciter. Amen.

Sanè eſt ita: quòd tunc fuit 773. annus Domini, & indictio II. Fuit etiam ſextus annus Regni Caroli. Fuiſſe denique iam tunc Imperatorem ab Hadriano P. dictum, & hunc fuiſſe I. annum Imperij eius: ex hoc extremo Diplomatis intelligitur. Poſtea verò 800. à Leone P. Imp. Auguſtus eſt dictus: & ab eo [illegible]m tempore, quo Imperium Occidentis eſt inſtauratum, & Carolo confirmatum, annorum In[illegible]j eius numeratio fit.

Tempus Imperij Caroli M.

Albegouue, vel Alpegouue, hodie Algoia eſt das Algew. *Oppidorum ibi quædam.*

Algoia oppida.

A Danubio tendendo Meridiem verſus: VVeiſſenhornum, Memminga, Leukircha, Campidonum. Ab Ortu occaſum verſus: Kaufbeura, Mindelhaimum, Biberacum, VVurtzachũ, VVingartum, Raueſpurgum, VVanga, Iſna.

Eſt etiam Algoiæ pars, Marchionatus olim Burgouienſis, iuxta amnem Mindelium: nunc, familiæ Auſtriæ.

Burgouienſis Marchionatus.

Cæterùm, ſic conditum eſt præſens Monaſterium. Primum ibi lapidem 773. poſuit, multis illuſtribus viris præſentibus, Rolandus: Caroli M. ex ſorore Bertha nepos. Francorum longè fortiſſimus & celeberrimus heros: de quo Poëmata Italica extant: Orlandus Matthæi Mariæ Boiardi, amore captus: & Ludouici Arioſti, furioſus: nec non ſtatuæ Rolandi, in quibuſdam Saxonicis vrbibus.

Rolandus Heros.

Dotauit illud Hiltegardis Alpegouiâ, id eſt, Alpibus adiacente terra: & Seegouiâ, lacubus vicino tractu (qui lacus fortaſſe ſunt, quos hodie poſſidet Abbas ampliſſimos ac piſculentos, Sunthaimenſis, Mariſcellentu, & Sultzbergenſis) & Riſgouiâ, id eſt, Rhætiæ vicino agro: & Auguſtigouiâ, id eſt, ad vrbem Auguſtanam excurrente territorio: Hilergouiâ, id eſt, ad Ilerum ſitis vicis & agris: comitatu denique & vico Campidonenſi, atque arce Hillemontana: priora omnia (inter quæ & Grynefurtum, tũc vicus, hodie inſigne Imperij oppidum Memminga) ſub ſe habente. Quæ arx & loca, defuncto patre Hiltegardis Hiltebrando, habitabantur à propinquis eius Rudelbrechto & Berone, Comitibus, de Brunſuiga (al. Brunſuila) dictis. Quibus ipſa, vſu eorum locorum abrogato, alibi prouidit: & omnia contulit omni cum iure, in perpetuum, viris nobilibus & illuſtribus Germaniæ fruenda, religioſis ac literatis: quòd videlicet à viro nobili (vt ſuprà commemoratum eſt) effoſſione oculorum liberata eſſet.

Monaſterij Cãpid. bona.
Grynefurtum. Memminga.
Brunſuiga Comitatus.

Hunc autem locum potiſſimè, tum ad cœnobium conſtruendum, tum ad ſe ibidem ſepeliendum, elegit: quòd ſitus eſſet in confinibus duorum Epiſcopatuum: Conſtantienſis, ex quo paternam: & Auguſtani, ex quo maternam, originem duceret.

Loci electio.

Vſa eſt etiam (ſi credere placet) ad ædificationem hanc, duobus ab vrbe Conſtantinopoli, ſtatura & robore incomparabilibus, gigantibus, Sancimone & Celebrando. Portabant hi ſaxa humeris ſuis ad nouam ædificationem: tantum ambo in die præſtantes, quantum alij ſedecim. Valde autem erant voraces: ita, vt hominibus admirationi & riſui eſſent. Sicut vetuſtis temporibus Hercules, βουθοίνας cognominatus, quòd totos tauros deuoraret. Ipſa quidam conditrix, multam ex eis materiam iocandi cum ipſis habebat. Ex his Celebrandus, poſt mortem Dominæ, in Italiam venit: Sancimon verò Campidoni defunctus, in medio BASILICAE honorificè humatus eſt.

Sancimon & Celebrandus, gigantes.
Hercules, βουθοίνας.

Rurſum deinde fuit Hiltegardis, hortatu fratris ſui Vlrici, cum viro ſuo Carolo Rege, cui chariſſima erat, Romæ, etſi prægnans. Quo tempore ſecum fertur habuiſſe, inter multos illuſtres & nobiles itineris comites, matrem quoque ſuam Rhegardim, & ſororem Adelindam. Quod cogitandum eſt factum eſſe, non 773. anno (ſicut in M.S. libro eſt,) ſed 776. aut 777. quo ſcilicet anno, conſecratio Monaſter[illegible]pa Adriano facta eſt præſente, ſicut iam intelligetur. Erãt Romæ mediâ Quadrigeſima: comite[illegible] hoc Pontifice, & ſenatu eius, excepti. Manſerunt ibi plures hebdomadas: Narrauit Hiltegardis Põtifici de Cœnobio, quod condidiſſet in Ilergoia: petijt, ſibi reliquias aliquot Sanctorum (tanquã Chriſti merito ſic complendo) in id à Papa dari. Verùm cùm hic plus dare nollet: quam quantum ipſa minimo digito ſuſtinere poſſet: inuocauit illa B. Mariam (tanquam S. Scriptura iubente) oraret filiũ ſuum vt, is roboraret digitũ ſuæ Hiltegardis. Papa dante, ſuſtinuit ipſa digito particulã virgæ Aaronis particulã nauigij Nohæ, multũ cœleſtis mannæ (vnde?) multa alia magna: ita quidẽ, vt res admirationi ſpectatorib. eſſet. Factũ die Paſchatis. Etiam Andegarius, Monaſterij Abbas, à Pontifice illo confirmatus eſt, & conſecratus, Epiſco-

Hiltegardis, rurſum Romæ.

porum interceſsione. Hinc, Reginæ nomen auctum, Sancta & Magna Hiltegardis, Pluribus diebus pòſt (ſi credimus: quoniam alibi me legiſſe non memini: niſi quòd à Gotfrido quodam, Ludouici Pij, Archicancellario, idem ſignificatur: de quo, 2. part. libr. 1. cap. 10.) Papa iter ingrediens (Cardinalibus, Epiſcopis, Abbatibus, 350. comitatus) vnà cum Imp. Carolo & Hiltegarde Campidonum, medio ferè Maio peruênit. Erant equi circiter quater mille: ſtabulantes quater milliaribus circa Campidonum: paſsim in pagi[illegible] Iſna & Grynefurti: quæ nondum erant oppida. Cōcurſus hominum ad ſpectaculum dedicat[illegible]s Cœnobij vndique factus. Non multò pòſt, peperit Hiltegardis in Hillemontio filium: quem ipſe baptizauit Adrianus Papa. Pipinus fuiſſe dicitur. Sed prædictus Gotfridus, eam anteà gemellos enixam ait, Ludouicum & Pipinū. Diuerſatus eſt Pontifex cùm Rege & Regina in arce modò dicta: Cardinales verò, Epiſcopi, Abbates, & nobilitas, alijs in arcibus, ac ſubiecto pago Campidonenſi.

Papa Ardrianus, Campidoni.

Prouerbium tunc ortum eſt:

O Hillemont/du edler Berg/
Zu dir gehörn atch;ehen Berg. Id eſt,
multæ arces, quibus eſt donatum à fundatrice.

Sancti, quibus dedicatum Monaſterium.

Monaſterium, D. Mariæ, & S S. Epimacho ac Gordiano, Româ allatis, dicatum: quod à Papa ſupradicto, menſe Maio conſecratum, & priuilegijs confirmatum eſt.

Idem Cœnobium, nobilitati extructum, & dies, quo Pontifex id dedicauit, magna nobilitatis multitudine honeſtatus, inde nomen traxit: vt diceretur, der Herren Tag/ Dominorum dies: der Herren Cloſter / Dominorum clauſtrum.

Andegarius Abbas.

Primus Abbas, Andegarius erat: qui & ſe. & conuentum fratrum ſuorum, ſeruaturos ſtatuta S. Benedicti iurauit: & in arce Hillemontia iuſſus eſt à Regina habitare: quæ Caſtellanum eius Beronem, cuius ſuprà mentio facta eſt, aliò tranſtulit.

Inſignia Ducum Sueuiæ.

DVCVM SVEVIAE tunc inſignia communia.

Dimidium ſcuti, album: & dimidium, rubrum: in longitudinem deorſum.

HILTEBRANDI, PARTIS HILTEGARDIS, INSIGNIA.

Scutum glaucum, quadrifidum.

Suprà ad ſiniſtram, & infra ad dextram, vtrobiq; tres albi cunei, drey weiß Wecken.

Suprà ad dextram, infrà ad ſiniſtram, vtrobiq; in flauo tres nigri cercopitheci.

Super galea, niger æthiops Rex, cum aurea corona: dextrâ nudum gladium attollens.

Cunei, à Bauarica vxore Rhegarde: cercopitheci, à patre Duce Sueuiæ.

Sic, ex ſæpe iam dicto M. Scr. Aliàs, inſignia Sueuicorum Ducum, non cercopitheci ſunt, ſed leones.

Habitauit frequenter Hiltegardis, aliàs Hillemontij aliàs Raueſpurgi.

ABBATES CAMPIDONENSES: VBI MVLTA DE hac ciuitate, & de amne Ilero.

CAPVT III.

1. Cœnobitæ ſub Abbate Andegario.

ANdegarius Grundfeſtus Brunſuigenſis, vel Brunſuienſis: Filius Rolandi perhibetur. Aliter appellatur Audegarius, & Amelgarius. Romæ 773. ſacris initiatus: quò Hildegardis ipſum acceſsiuerat. Præfectus verò 777. anno, XXIII. nobilibus cœnobitis, ſeu conuentualibus: quot videlicet literæ ſunt Alphabeti Latini, quorum nomina ſunt à me reperta in M. Scr.

Ioan. Stainburg à Stainberg, Prior.
Petrus Lupfenberger à Lupfenberg, Anognoſtes menſæ.
Iacobus Thalatshaimer de Agerfeld, Ordinator omnium rerum.
Agapitus Herthorn ex Ragendorff.
Simon Fryndbolder de Groſchatz.
Hiltebrandus Forſtner à Berguno,
Amandus Latner à Buchpurgo.
Giſilfridus Kern à Karoloburgo.
Florarius VValdgryn de VValdberg.
Caſtolus Felber à Radſpern.
Remboldus Rainſtetter ab Hiltgartberg.
Thomas Fryndbalter de Burgſtal Aulico.
Stephanus Hochritter de Schrinno.

Seuerarius Grinruber à Siegk.
Ioan. VVithus de Dalſchloſ.
Veredarius Loubfarb à Baldenſtain.
Bartholomæus Frovvenſchon à Ranfels.
Vitalicus Gütfeſtner à VVinckel.
Dauid Rager à Ragegk.
Hiltebrandus Hanenkam de Campimonte iuxta Buchenberg.
VVigandus Tallinger à Luginsland.
Rognatius Banerſlieger ab Aigels.
Alexander Hovvenſcilt ab Huſen.
Eorum alij erant Presbyteri: alij, lectores Euangeliorum: alijs, Epiſtolarum.

Impetrauit hic primus Abbas inſigne Monaſterio ſuo priuilegium à Papa Adriano: in quo hic Campidonum, alteram Romam appellat: eamq́; ab omni Epiſcopali iugo liberam perpetuò eſſe vult. Abbati verò permittit, ante meridiem ſacris operari: poſt meridiem verò, ius exercere: & gladio ad ſcelera coërcenda vti. Hinc verſus, ei ſimilis, quem Herbipolenſis habet. Abbatis poteſtas.

Campidona ſola iudicat enſe ſtola.

Etſi autem Andegario licuiſſet, in Hillemontano caſtello habitare: tamen cum conuentu ſuo maluit in arce Kalbsauguſta (al. Kalbsanaſt*) eſſe: & præfectum habere, in Hillemontio, vel Burckhalda. Nondum enim Monaſterij ædificatio, ſatis abſoluta erat. Campidonum etiam permiſit amplificari: non tamen muro cingi.*

Primum ipſe pontem trans Ilerum, prope vicum Hainvvangam Campidonum verſus, 779. fecit: qui tamen poſtea mutatus eſt. Andegarij geſta.

Sacellum quoq; in Hillemontio fecit: vt non tantùm ſacra, donec Monaſterium perficeretur, celebrari: ſed etiam reliquiæ Sanctorum, cum ornamentis Eccleſiæ, alijsq́; rebus, bello orto, eò transferri poſſent. Nulla dum illis temporibus Campidoni domus erat tegulis tecta: quæ noſtro tẽpore ciuitas nõ parua eſt: nec ruſticas caſas, ſed domos tegulatas, magnas, & ornatiſſimas, habet.

Eiuſdem Adriani conceſſu, translata fuit ad Campidonenſe Cœnobium, celebris tunc Academia Sangallenſis. Eadem poſtea tumultuante Campidonenſi plebe, Herbipolin: & anno 1398. plebe in Epiſcopum ibi concitata, Erfordiam translata eſt. Schola Campidonenſis. Erfford. Academia.

Imp. Carolus, eidem Andegario, etiam ad Principis dignitatem euecto, monetæ cudendæ poteſtatem fecit. Aduocatos & tutores Monaſterio dedit: Principes, Bauarum & Saxonem: Comites, Montefortenſem & Nellemburgenſem.

Multa hic Abbas in pago ſuo Grynfurtenſi (qui hodie Mẽminga eſt) condidit. Pagi ſeu vici tunc erant, hodie vrbes & oppida ſunt: Vlma, Memminga, Biberacum, Leukirchum, Iſna, & alia. Oppida olim vici.

Præfuit Andegarius annos 19. fideliter: ac 796. vitæ huic valedixit.

2. Agapitus Duricornius. Hertborn, præfuit probè A. 21. Collegerat inſignem Bibliothecam: quæ cum Neophyti ſeu Leuitæ, candelam negligenter ibi deponentis, culpâ, magna cum parte cœnobij conflagraſſet: ipſe dolore animi extinctus eſt 4. Decemb. 817. Bibliotheca.

3. Gothardus Kaltenberger Aquiſgranenſis, A. 23. benè. Obijt 13. Aug. 840.

4. Adelbertus (al. Eccenbertus) Moringer de Hopferbach, ſimul Epiſcopus Friſingenſis. Præfuit A 14. vtiliter. Obijt 854. Ianu. 11.

5. Conradus Dorn ex arce Kalbsauguſta, caſtus & religioſus vir: qui præfuit plus A. 6. conditor multorum Templorum & Sacellorum. Fodit hic puteum in arce Hillemontia, ſeu Burckhalda: vbi reperit arcam, gentilibus numiſmatibus aureis & argenteis, alijsq́; ornamentis, plenam: quibus conſtructa Templa ſtudioſè decorauit. Obijt 7. Mart. 861. Kalbſauguſta.

Eſt etiam hodie Campidonæ familia, Dornia dicta: fortunata, pia, honorata. Ex qua iam diu Senatorem patriæ claræ vtilem agit vir honeſtus, veræ pietatis cultor, prudens & iuſtus, de me benemeritus, Raimundus Dornius. Cuius parens fuit VVolfgangus, ciuis ibidem pietate & virtute ornatiſſimus: decem tunc liberûm vtriuſq; ſexus fœlix pater: qui Memmingæ in Schola noſtra duos filios habens: Campidonum ex[illegible]iantem me, cum Eccleſiaſte Memmingenſi, Bartholomæo Bertelino, alijsq́; bonis & doctis v[illegible] [illegible]no 1555. Iul. 5. & 6. humaniſſimè & ſplendidè tractauit. Tunc eramus in Hillemontio: cuius tantùm muri ambitus ([illegible]) reſtat, abſq́; veteribus ædificijs: planitiem intra ſe amplam & viridem cõtinens. Tunc menſi ſumus altitudinem putei illius, à Conrado Abbate (vt modò diximus) effoſſi: quam inuenimus C. XLV. pedum. Dornia familia. Campidoni. Hillemontium. Puteus profundus.

6. Gerun-

6. *Gerungus Ambergerus Auguſtanus: vir bello aptior, quam religioni: attamen bonus Oeconomus. Præfuit A. 11. ſedens plerunque in arce Haimertingenſi. Gladio percuſſit tres magni nominis Conſiliarios, Diplomatum Monaſterij & Sigillorum falſarios. Obijt Calend. Ianu. 872.*

Falſarij.

Hattenvvil.

Moneta Campidonenſis.

7 *Landefridus Hochtanner ab Hattenvvil: nobilis, doctus, bonus, ſed minus diſertus. Primus ibi cudit monetam: Campidunum (vicum adhuc, ad Monaſterium pertinentem) muro (ex parte tantùm) veſtiuit: ac multa ædificauit in ipſa ciuitate. Quotannis recitanda per totam ditionem ſuam Priuilegia curauit (ſic & indulgentias) vt omni populo ratio ſui officij conſtaret. Deceſſit repentinò menſe Ianuario, Anno 892.*

Ochſenbach.

8. *Fridericus Gremlichius de Ochſenbach: doctrinâ & virtute politus: ſed fœminarum amantior, quam Abbati neceſſe eſſet. Ex nobili equidem muliere, nati ſunt ei liberi tres. Portibulum, quod in edito loco ſtabat, in locum inferiorem (non longè infra Hillemontium) tranſtulit: quòd æſtiuo tempore, magnus inde fœtor in arcem deferretur: in qua, ſi non Abbas, at Præfectus, habitabat. Obijt vltimo Febru. 910.*

Hattenhofen.

9. *Burchardus Rietzner (al. Ritzner) ab Hattenhofen: magis lectioni variorum librorum, quam politicæ gubernationi, deditus. Sub eo, & Campidonum & Hillemontium, prædatione & incenſione ab Hunnis vaſtata ſunt. Obijt M. Ianuar. 972.*

Hunni.

Aichſtetten.

10. *Theobaldus Braitfelder de Aichſteten: nobilis, doctus, hilaris: ſed non admodum religioſus. Sub quo iterum ditio Campidonenſis, Hunnorum ſæuitiam experta eſt: Bauariam & Sueuiam vaſtando tranſcurrentium Baſileam vſque. Sublatus eſt veneno, propter fœminam quandam, à Præfecto: quem habebat in arce Hillemontana habitantem: quem tamen Campidonenſes ciues captum, mox rota ſupplicio affecerunt. Obijt 3. Maij Feſto Pentecoſtæ. A. 928.*

Veneno necatus, Abbas.

Rota ſupplicium.

Sulgovv.

11. *Adelbrechtus Landſ[illegible]erà Sulgovv. Obijt Feb. 3. A. 940.*

Rauns.

Hunnica irruptio.

12. *Ludouicus Fridſam[illegible]r de Rauns: genere celebri, magna virtute. Tunc tertiùm, Cœnobio vaſtatio ab Hunnis illata eſt: eaq; tanta, vt Abbate ſolo in Hillemontia arce remanente: Monachi cæteri in varia loca [illegible]ugerent. Mox Abbate Auguſtam ſecedente: arx quoque (cum priuilegijs & literis multis in [illegible]ula) nec non magna oppidi pars, igne, non benè ſopito, miſerabiliter perijt. Erant illo tempore tres celeberrimi Epiſcopi: Conradus Conſtantienſis, Vlricus Auguſtanus, & VVolfgangus Ratiſbonenſis. Obijt Abbas Ludouicus 25. Maij, Anno 941.*

Epiſcopi tres celebres.

13. *Egilbertus Ablouffer, aliquandiu præſidens (vt in M. S. eſt) non autem Auguſtanus Epiſcopus Vlricus: etſi ei, ruina huius Monaſterij, ab Imp. Othone 1. aliquandiu commendata fuere. Qui anno 963 porticum S. Nicolai (Eccleſiam, in pomœrio Campidonenſis Monaſterij ſitam) inſtauratam dedicauit. Fuit enim C[illegible]m, à Sueuiæ Duce Erneſto (quem ad id graui oratione, Amandus Braitkleens, vnus ex elapſis [illegible] nobilis, excitauerat) 946. cæptum inſtaurari: & ſequentibus annis abſolutum: ac Priuilegia è Stetvva[illegible] vbi exemplar deſcriptum latuerat, reſtituta: rurſumq; ab Imp. Othone confirmata. Interim p[illegible] Monachi, diu Stetvvangæ ſuæ ſine Abbate vixerant. Ita Dux Erneſtus ſecundus huius Monaſterij conditor. Qua de re, ſuo tempore in ſecunda Sueuiæ parte, σὺν θεῷ plura.*

Sueuiæ Dux Erneſtus.

Stetvvanga.

Eckiæ familia.

14. *Forheſer ab Eck, ex optima nobilitate, S. literarum benè peritus, creatus 692. reſtibilis Cœnobij Abbas. Præfuit 30. A. perquam feliciter & vtiliter: non ſolùm dilapſis Cœnobij rebus diligenter reparandis: ſed verbo etiam Dei ſtudioſè prædicando. Renouatum ab eodem eſt Campidonæ Templum S. Magni: muri ciuitatis, permiſſu eius, refecti oppidum etiam, ampliatum. Interfuit Ratiſbonæ Comitiis: in quibus limitum ſuorum (multa enim pauperes Alpogoniæ nobiles abſtraxerant) confirmationem nouam ab Imp. Othone impetrauit. Obijt 992. Aug. 6.*

S. Magni templum.

Erpach.

Nobiles harpyæ.

15. *Stephanus Taradus ab Erpach, doctus & religioſus. Corpore autem ita craſſo: vt nullo equo vehi potuerit, ſed pilento, aut lectica. Vaſtauit quorundam pauperum nobilium arcem: Ruſticis ſemina in agris cum ſaccis eripientium. Obijt 10. Iun. 1011.*

VVieneden.

16 *Eberhardus Hertenſtainer à VVieneden: vir, qui cum nobilitate generis, ſtudium religionis coniunxerat: quanquam admodum ad iraſcendum pronus. Idem, Venator & auceps. Campidonum foſſis muniuit: fontes intus, lacus ac piſcinas extrà, fecit. Eius tempore Conradus 2. Cæſar, Raueſpurgi fuit: vt latrones nobiles, qui paſſim multi erant, comprimeret. Obijt 3. Apr. 1044.*

Mylhuſa.

17. *Giſelfridus Latifolius, vulgo Braitblat, à Mylhuſa: genere, & ingenui nobilis. Idem, valde ante Abbatiam humilis & religioſus: clauibus verò inuentis, elatus, magnificus, voluptarius, mulieroſus. Charus tamen propter prudentiam & eloquentiam, qua controuerſias mirè componebat, omnibus Principibus: à quibus & ad Papam legari ſolitus fuit. Sæpe CCC. nobiles & equites*

quites circa ſe habebat, quos alebat ſolus. Interim tamen Monaſtica diſciplina corruebat. Deceßit vltimo Iunij, 1048.

18. Landolphus Rheinſtetter ab Hoheneck: vir corpulentus, ſed pius, & Cœnobio maximè vtilis: Reſignauit tamē primo ſtatim anno, conſentientib. fratib. quos ab errore in viā reduxerat. Hoheneck.

19. Berchtoldus à Thannenfels, 1049. qui poſt paucos annos obijt, Aug. 24. Thannenfels.

20. Henricus Dornſtichus de veteri Raueſpurgo, nobili familia, bonus & ſapiens, electus 1036. Expugnauit duas arces (latibula prædonum) Kirnatiæ regiunculæ: in quarum vna habitabat Juncker Hecht. Abbati equos ſuppeditabant Campidonenſes, & Grynefurtenſes, ſeu Memmingenſes: quippe ditioni eius ſubiecti. Quinque verò aliæ prædatrices arces (nam tales vermes, etiam tunc erant) à Sueuiæ & Bauariæ Principibus deiectæ ſunt. Obijt ipſe Conſtantiæ 7. Maij (al. Iunij) anno fortaſſe 1073. Raueſpurgia familia. Prædonum arces.

21. Conradus Neubrunner de Oſtracho, vel Oſteracho. Arces hic aliquot nobilium prædonū, circa Vtenbyranum Monaſterium ſitas, deſtruxit. Exauctoratus tandem, rebus non admodum feliciter adminiſtratis. Obijt Iul. 16. Oſterach.

22. Vdalricus Lindegrynius ab Ochſenbach: nobilis & genere, & virtute. Electus 1092. Obijt Mart. 19. Ochſenbach.

23. Otho (al. Hottho) Niderhofius ab Eris haim, pius & placidus. Electus 1125. nō diu præfuit, propter afflictam valetudinem. Reſignauit ergo Maij 17. Sub hoc, aliquot nobilium tanta tumultuatio fuit aduerſus hanc Abbatiam: propter quandam prope Oberdorffum arcem, quæ latibulum latronum fuerat: vt conuentus aliquandiu furori illorum cedere, & in Præpoſitura Stetvvangenſi exulare, coactus fuerit. Erisham.

24. Fridericus Feſtenberger Landsbergenſis: cui reſignata à Lyndegrinio Abbatia fuerat: Hoc & ſequentibus temporib. immune Cœnobium erat à vectigalib. frumenti, vini, ferri, ſalis. Feſtenberger.

25. Fridericus Klingenſtain Auguſtanus, honeſtus & prudens vir, electus 1138. Cæſare Conrado 3. Obijt April. 3.

26. Robertus Conradus Hennenbergius à Schaideck: religioſus, ſed tenaciſsimus. Electus 1152. Obijt ſubitò 5. die pòſt, Nouemb. 5. in itinere Romam verſus, impetrandæ confirmationis causâ ſuſcepto. Scheideik.

27. Friderocus (quaſi Friderich 106.) Vorburger ab Helmshofen. Vendidit Haldevvangam. Contentio fuit ei cum Iſnenſi Abbate Marquardo, de Achacenſis montis ſyluis: qui Campidonenſe Monaſterium occupauit: ſed poſt ſex horas, Friderocо cum maiore exercitu veniente, rurſus exceßit. Obijt. vltimo Maij. Helmshofen. Iſnenſis Abbas.

28. Berchtoldus Hochberger de ſacro ligno, nobili admodum genere: ingenioſus, doctus, nec fœmineo generi inimicus. Electus 1185. In fame pauperibus ſubuênit, domo magna labore eorum ædificanda: in qua Præfectus habitauit: ipſe verò, in Hillemontio. Vendidit, inconſulto conuentū, nobilibus quibuſdam arcem Ileſpurgenſem. Coniunxit fluuium Ilerum ponte, vbi adhuc eſt: in quo ponte, Marcellum fecit. Ædificauit & molendina. Obijt Aug. 5. Ileſpurgum.

29. VVernherus Kalbsauguſtanus. Obijt Mart. 27.

30. Rudolfus VVolfgangus de Kyngseck vir celeberrimæ nobilitatis, prudentiâ ciuili pollens. Electus 1208. Eius tempore arx VVagecka ſub Abbate Campidonenſi erat. Poſtea, per fraudem nobilium aliquot alienata fertur, qui variè interierint. Alij, αὐτόχειρες γενόμενοι: alij, λεπροί: alij, διαβόλῳ ἁρπακτοί. Noſtro tēpore, Nobiliū de Loubēberg eſſe, à Bruſchio 1551 ſcribit. Obijt Aug. 3. Kynseck. VVageck.

31. Henr. Burteobachius, electus, 1220. Is de nouo ædificauit Hillemontiū. Obijt 2. Ia. 1225. Laubenberg.

32. Henricus à Summerovv, genere virtuteq; nobilis. Inſtaurauit Monaſterium. Obijt 2. Ianu. (al. 2. Mart.) 1235. Fratrē habuit Gothardū, in arce quadam non longè ab oppido VVanga. Sumerovv.

33. Gebhardus Orteccius à Maiburg: non admodum familiâ nobili: ſed religioſus, & admodum anguſtæ conſcientiæ. Cibauit tempore famis quotidiè plus 100. peregrinos pulte, in magno aheno cocta. Obijt Aug. 8. Maiburg.

34. Theobaldus, vel Theotimus, Birckerus, à Felsburg. Præfuit 1237. quo & multùm ciuitatem Campidonenſem munijt. Obijt Febru. 14. Felsburg.

35. Auerbergerus Rhandecker à Grundſtain. Habuit numerum Monachorum permagnū. eius tēpore vaſtatū eſt in mōte Lottersbergo caſtrū Hildegardiſpurg. Exauctoratus eſt 7. Ap. 1242. Grundſtain.

36. Hartmannus Muleck: genere ſatis nobili, Iureconſultus, religione deditus. Hunnis tūc in Germaniam excurrentibus, & Sueuiam vaſtantibus: ille cum fratribus, Cœnobio relicto, in vicinas arces diffugerunt, Obijt Iul. 3.

37. Neri-

VVurmberg. Thomas Aquinas.

37 *Nericus (al. Vlricus) Nerlinger à VVurmberg, vir nobilis & pius. Electus eſt 1253. excepit hoſpitio Thomam Aquinatam, & Albertum Magnum. Sub eo, turris S. Hiltegardis: poſt eum, etiam turris S. Ludouici filij eius, ædificata eſt. Magna autem Cœnobij pars, 1261. poſtridie S. Magni, combuſta. Obijt Nouemb. (al. noni menſis) 13. De quo, plura part. 3. lib. 2. cap. 10.*

Burgberg.

38. *Eberhardus Burgberger ex Algouia, vir illuſtris. Electus 1268. Hoſtes habuit, nobiles Haimenhoferos à Burgberg, propter feudum quoddam. Sub eo erant conuentuales tantùm XV. qui ſingulas domos incolebant: equosq; & ſeruos alebant plurimos: vtpote qui Mundo renunciaſſent: ac vitæ ſe Angelicæ dediſſent. Obijt Maij 22.*

VVeiſenſtaig.

39. *Conradus 2 Zoller, à VVaiſenſtaig: ingenioſus, doctus, iuſtus, 1296. Hic diu in Hillemõtano caſtello habitauit, & Haimertingæ plantauit tilias, quæ hodieq; in Cœmiterio reſtant, teſte Bruſchio. Fodiendam curauit per ſuas Campidonenſes, foſſam ab Hillemontio ad Ilarum vſque. Obijt Octob 5. Al. Decemb. 10.*

Rauns.

40. *Hartmannus Schneller à Rauns familiâ nobili, 1302. Factus leproſus, fruſtrà vim pecuniæ in Medicos inſumpſit. Obijt Ianu. 23. Pauit & ipſe, in magna fame, quotidiè amplius 110. pauperes vtriuſq; ſexus.*

Hirsdorff.

41. *Henricus Impurus (Vnrain) ab Hirsdorff: vir doctrinâ & prudentia non impurus, ſed clarus. Electus 1315. Aluit tubicines, qui cantu indicarent venientes equites. Venientib. XXX. plus minus equitibus: campanæ pulſu ſignum dabatur, vt, qui infrà eſſent, arma corriperẽt: vt videretur, quo animo venirent. Iter cùm faceret, ſemper loricam ſub tunica nigra geſtabat. Obijt 12. (al. 26.) Maij, 1331.*

Haſenvviler. Aſinus palmarius.

42. *Burchardus Bureckius Algouius, ex Haſenvvilera: nobilis genere, religionẽ non multùm curans. Electus 1336. Muros circa Campidonam abſoluendos aſinumque palmarium faciendum, curauit. Obijt Iul. 19. cùm quidem propter diſcordias inextricabiles Cœnobitarum profugiſſet.*

43. *Conradus 3. qui propter eaſdem rixas fugit. Conuentualibus ergo (cùm carnalem vitam, non Angelicam, ducerent) datus eſt Commiſſarius à Papa, Epiſcopus Conſtantienſis Nicolaus: qui Præpoſitum illis dedit: qui Monaſterio damno, Campidonenſibus verò ciuibus ad libertatem vtilitati fuit: vt aliàs dicetur.*

Helmshofen.

44. *Gervvicus Hortbander ab Helmshofen: nobilis, ſed iracundus. Electus 1343. Pacem cum ciuibus coluit. Miracula S. Hiltegardis, circiter 30. in Templo pingenda curauit: in ambitu verò, veteres Abbates: qui poſtea rurſus obliterati ſunt. Obijt Febr. 10.*

Oberhofen.

45. *Henricus ab Oberhofen, 1346. qui Octob 20. Obijt. Illuſtrauit turres Eccleſiæ: abrogauit eleẽmoſynas & Xenodochia vicina Cœnobio: eiecit pauperes. Erat infelix & detrimentoſus gubernator. Præfectum habebat in Hillemontio equitem quendam VVerdnouium.*

Monachorum diſſolutio. Campidonenſis Magiſtratus.

46. *Conradus 4. Burgberger Algouius: qui eodem anno, 29. Decemb. peſte obijt. Tũc temporis in hoc Monaſterio, nulla diſciplina erat. Monachi, in nomine Domini (ſua opinione) ſaltabant. Quis ventres, cibo vinoq; repletos, cinxiſſet? Res ipſi Cœnobij negligebãt: otio & libidinib⁹ vacabant. Inde ciuibus Campidonenſibus, animi additi. Ipſi caudam, ritu taurorum aut draconũ, in tales Monachos, quanquam dominos ſuos, arrigere: iugumq; excutere: quod exinde nunquam amplius eis induci potuit: etiamſi quidam nobilis Haberus, VVolckenbergi habitans, quendam Campidonenſem, quem ſibi ciues Conſulem fecerant, interfecit. Perierant ebrioſis Monachis, etiam priuilegiorum literæ multæ.*

VVolckenberg.

Hillemontij venditio.

47. *Henricus à Mittelberg, electus 1356. (al. 1352, ſub Clemente VI. qui plerunque in Hillemontio ſedit. Oppreſſus ibi fuit à ciuibus ſuis: Priuilegia Cœnobij, deleta: Hillemontium, ab eo ciuibus venditum. Tunc, quaſi Hiltegardis amputatum. Cauſa malorum, quòd filiæ ciuium, à Miniſtris eius raptæ fuerant. Obijt 1382.*

48. *Fridericus ab Hirsdorff Quietus Cœnobio non multùm vtilis: ciuibus Campidonenſibus, ἀλλοτρίωσιν non habentibus ſed identidem aliquid abradentibus, non reſiſtens. Colligebat pecunias, ob redimenda bona: quæ anteceſſor oppignorauerat. Sub eo ædificatæ ſunt duæ turres primùm, Maltzmyllerica & Riegerica. Senaculum oppidi, tunc ligneum erat, & limo perlitum. Obductus huic Abbati fuit Pilegrinus Nordholtzius: quæ contentio iacturam attulit quinquies mille florenorum. Verùm enimuerò vt reſiſtere poſſet aduerſario Fridericus: ſe à Conſtantienſi Epiſcopo confirmari voluit, contrà priuilegia: cùm antea immediatè à Pontifice maximo, huius Monaſterij Abbates confirmari ſolerent. Obijt, competitore cedente, 1405. anno.*

Turres duæ.

49. *Fri-*

49 *Fridericus à Louenberg, eximiæ prudentiæ nobilis. Habuit multas cum ciuibus controuerſias: ſed benè de Cœnobio meritus eſt. Effecit, vt priuilegia renouarentur, ac denuò confirmarentur: Hiltegardis ſua indicialibus recuperando ſententijs: quando interfuit Conſtantienſi Concilio. Sub eo factum fuit pomœrium (Zwing Wolff) ab Ilaro vſq; ad Burckhaldam circumducendo. Obijt 1434.*

Loubenberg.

50. *Pilegrinus à VVerdnovv: qui 17. A. præfuit perquam vtiliter, Cœnobij rebus auctis. Obijt. 1451.*

VVerdnovv.

51. *Gervvicus Simmetingus, loco prænobili natus. Vir magnus & pinguis. Sub eo, in Buchēbergenſi pugna, Monaſterio huic 100. viri ab Heluetijs occiſi ſunt: vnà cum Duce ſuo, VValthero de Hobeneck, equite. Sub eodem, Latinæ ſcholæ à Campidonenſi ciuitate iacta fundamenta ſunt: cùm hactenus Latini Scholaſtici, Hiltegardis ſcholam inire debuerint. Nouus etiā palmarius aſinus, ad S. Magni factus: auctoribus eius, miſerè mortuis. Reſignauit Gervvicus, acceptâ ſupradicta clade ab Heluetijs. Ioanni à VVerdnovv. Obijt 1463. humatus in S. Michaëlis ſacello.*

Buchenbergenſis clades.
Hobeneck.
Schola latina Campidoni.
Aſinus palmarius.

52. *Ioannes, nobilis VVerdnoius, φιλοικοδόμος, ædificandi ſtudioſus. Condidit 1479. arcem Liebethannam, prope Gunsbergenſes fines ſitam: & ibi ſacellum, 1480. conſecratum. Horreum item, Cœnobio vicinum Dormitorium, & Periſtylium magnum, Ambitum crucis dictum. Sub eodem incboata eſt prima conficiendæ chartæ moletrina, anno 1447. Obijt 1481. pridie S. Elyſa, vel Eliſabetæ: poſt contentiones cum ciuitate.*

VVerdnovv.
Charta moletrina.

53 *Ioannes à Rhietbaim, nobilis vir, 1481. in A. 26 pacificè cum ciuibus, omni controuerſia ſedata. Emit arcem Hobenthannam, oppido Leukircho vicinam. Multo ære alieno liberauit Cœnobium. Reduxit hoc ſub Papa iuriſdictionem immediatè: cùm antea ſub Conſtantienſis Epiſcopi iure fuiſſet. Ædificauit multa: vt, magnam partem Periſtylij, à Deceſſore incepti: vt, Palatium, Abbatiam, Dormitorium, ligneum organum. Conſecutus fuit ab Imp. Friderico 3. poteſtatem pontis Ilerici ſupra Leubas faciendi. Deceſſit 1507. pridie S. Galli, Vlmæ: domi præſtantis Medici, Ioannis Stockeri. Reuectus proximo die Dominico Campidonum, in Crypta ſub ſacello S. Sebaſtiani honorificè humatus eſt. Perierunt ſub hoc Abbate, anno 1483. omnia miracula, in pariete Templi picta: quæ S. Hiltegardis feciſſe dicta fuerat.*

Rhietbaim.
Hobenthanna arx.
Pons Ilera, vel Ilerici.

54. *Ioannes Rudolphus à Rheitnovv, nobilis & eruditus vir. Electus 1507. die lunæ poſt S. Galli, præfuit 16. A. Obijt peſte correptus, per totam Algoiam graſſante, 1523. Dominica Exaudi. Emerat à Memmingenſi ciue arcem Schvvabelbergenſem in amœno lacu ſitam.*

Schvvabelberg.

55. *Sebaſtianus à Braitenſtain, nobilis heros, A. 12. Electus 1525. à ſeditioſis agricolis (hoc, circumiacentia Monaſteria deripientibus & vaſtantibus) atque in arce Liebethanna ſe dedere eis coactus eſt. Reparauit poſtea arces vaſtatas: Liebethannam, Hobenthannam, & VVolckenburgum. Sultzbergenſem verò arcem ſupra Campidonenſem (ſic nominatū) lacum ſitam, à nobilibus Schellenbergijs emit. Ciuibus Campidonenſibus omnia iura vendere coactus eſt 32. millibus Aureorum.*

56. *VVolfgangus Viridilapius, vulgò Gryneſtainius: qui nobilitatem generis, & corporis proceritatem, doctrinâ & prudentia exornârat. Adiutor deceſſoris Sebaſtiani 1534. & mortui ſucceſſor 1536. Fecerat ſibi (adhuc 1550. viuens) in ſepulcro marmoreo Epitaphium quod apud Bruſchium extat.*

Grunſtain.

SALVE VIATOR, ET NOLI TERRERI. COMMVNIS HÆC EST, QVAM ASPICIS, MORTALITATIS NOSTRÆ FACIES. SED QVI SIM, REQVIRIS? FVI, NON SVM: ES, NON ERIS. NEC EGO TE IN TENEBRIS NOSCERE POSSVM: SED, VT TEIPSVM NOSCAS, ROGO. VALE NOVISSIMORVM TVORVM NVNQVAM IMMEMOR: VT NON PECCES, ET MORIARIS PERPETIM.

Sanè quiſq; viuens adhuc hîc ſepulcrū ſibi faciat, memor mortis futuræ. προπαρασκευαζέσθω δηλαδὴ εἰς εὐθανασίαν σπουδαίως: ἀνυποκρίτως δῆτα ἐπιστρέφων πρὸς θεὸν, διὰ μετανοίας: ὀρθῇ τε καὶ βεβαίᾳ ἐπὶ χριστῷ πεποιθήσει μόνῃ. *Hoc eſt, ſerio ſtudio ſe ad benè moriendū præparet: nempe conuerſione ex toto animo ad Deum, per veram pœnitentiam à peccatis: & conſtante fiducia in Chriſti merito ſolo.* ὁ γὰρ πιστεύων εἰς τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, ἔχει ζωὴν αἰώνιον. ἰωάν. γ. *Nam qui credit in filium Dei, habet vitam æternam.* τὸ δὲ πιστεύειν, οὐκ ἔστι διστάζειν: *Credere, non eſt dubitare de gratia Dei.*

Morti præparandū ſepulcrum.

Secuti ſunt Præſulem VVolfgangum Abbates hi.

57. *Georgius de Graueneck, Baro qui Obijt 1571. Iun. 16.*

58. *Eberhardus de Stain. Obijt 1584. Iun. 26.*

59. *Albertus de Hohenec̨k. Obijt 1587. Nouemb. 22.*

60. *Ioannes Erhardus Blaurer VVartenſehenſis, adhuc hoc 1590. anno.*

Recenſentur à Bruſchio, & M. Scr. prædicto, plures, diuerſis temporibus interiecti Abbates. qui non ſunt in Catalogo Abbatum: quòd vel non diu, vel malè, præfuerint, & èxauctorati ſint.

Magum Diabolus lacerat.

Inter eos eſt VVernherus quidā: qui, mortuus repertus fuit in arce Kalsbauguſta: dilaceratus in duas partes: inſidentibus multis nigris coruis, cum pedibus & roſtris ignitis: fodicantibus, & partes aſportantibus: maximis inde in arce tumultibus auditis.

Lutzelburgum.

Diu Abbates in Hillemontio habitarunt: & Præfecti in arce Lutzelburgo poſt Hillemontium inferiore loco ſita: ad quam arcem èx Hillemontio per inſignem portam deſcendebatur. Poſtea Lutzelburgum vaſtatum fuit. Sub Abbatibus autem talibus, qui malè Cœnobij res curabant, magna imminutio earum accidit. Sic ab eis amiſſum eſt etiam Gryneſurtum (Memmingæ) & VVanga, & inferior Sundhouia, inſigna loca.

Iler fl.

Adijciam adhuc Campidonenſis, Ileri deſcriptionem. Oritur hic rapidiſſimus fluuius è montibus Algouiæ: ac poſt ignobiliora quædam loca, Campidonam præterlabitur. Poſt 4. inde milliaria, deſcendit per Memmingenſium agrum: præterfluens Buchshaimienſem Carthuſiam magnificam. Poſtea, exactis aliquot milliaribus, Kirchbergam (quondam eiuſdem nominis Comitum arcem) & Benedictinum Biblingæ Monaſterium: donec tandem infra id Danubio miſcetur, paululùm ſupra Vlmam: ibiq; demum nauigabilem fecit Danubium. Tractus, per quem defluit, Ilergæa vel Illergouia nuncupatur. Cæſa ſunt in extractu 1525. ad Ilerum à Sueuico fœdere, quatuor millia ſeditioſorum Ruſticorum: multiq; inter fugiendum, in amne perierunt: pileis Ruſticorum & Vlmam denatantibus.

CAROLI MAGNI BELLA IN SAXONIA. EIVSDEM CORONATIO

Modoëtiæ Honores Pontificis erga Carolum ordinatio. Conſtantinus Imp. deceptus. Imp. Leo 4. Caroli M. bell: Saxonicum, Ital. Hiſp. Saxones à Franconib. & Alemannis cæſi.

CAPVT IIII.

Saxonicum Caroli bellum.

Modoëtia.

Monza.

Coronandi ritus ferreâ corona.

ANNO 774. Carolo M. In Italia bellum gerente, Saxones occaſionem nocendi Francis nacti, contiguos ſibi Haſſorum limites ferro & igne populati ſunt. Rex verò, à Longobardica victoria reuerſus, tripartito exercitu regiones illorum deuaſtauit: reſiſtentes complures interfecit: ingenti præda potitus eſt. Sigonius libro 4. Regni Italiæ ſcribit: Carolum hoc anno ferrea corona, Modoëtia (Inſubriæ ciuitate Monza) à Mediolanenſi Archiepiſcopo Thoma redimitum eſſe: atq; vt in poſterum ſic obſeruaretur inſtituiſſe. Ceremoniam eius rei, quæ in antiquiſſimo Rituali continεatur, breuiter hanc ponit: quòd perducto per Epiſcopos Rege è cubiculo in Templum, atq; ad maximam aram Archiepiſcopus aliquot ſolennes precationes effundit: & populum deinde interrogat: num ſe velit tali Regi ſubijcere eiuſq; mandatis fideliter obtemperare? vbi populus ſe velle reſpondit: Regis caput, pectus, ſcapulas, brachiorumq; compages, oleo ſancto vngebat: Deum ei, & ad bella gerenda, & ad ſobolem generandam, propitium precans. Ornabat exinde illum enſe, armillis, pallio, annulo, & ſceptro: tum coronam ei imponebat: per Chorum ducebat: in ſolio collocabat: oſculoq; pacis oblato, diuinam inde rem faciebat. Romam poſtea profectum Carolum, Patricij Romani titulo (qui à temporibus Conſtantini M. erat maximi honoris) decorauit Adrianus P. Item, vt ab eo Archiepiſcopi & Epiſcopi, in prouincijs inſtituerentur: ita, vt nemo, niſi ab eo laudatus & inſtitutus ſacraretur. Quæ inſtitutio, Inueſtitura appellata eſt: annulo & baculo porrigendo perficienda. Item, vt Pontificem eligeret: Apoſtolicamq; ſedem ordinaret: quod tamen ius Carolus, moderatione animi eximia præditus, remiſit. Italiam is deinde, certa quadam ordinatione temperauit. Apuliam & Calabriam Imperatori reliquit: quæ ſequenti tempore à Normannis occupatæ, poſtea in formulam Neapolitani Regni conceſſêre. Ducatum Beneuentanum permiſit Aragiſo, Deſiderij Regis genero: Spoletanum, Hiltebrando: Forijulienſem, Rodgaudo: antiquo feudi iure, quod erga Longobardos Reges fuerat, erga ſe quoq; conſeruatio. Exarchatum Rauennatem (poſtea Romaniolam dictum) & Pentapolin: Ducatum Peruſinum, Romanum, Tuſcum, & Campanum: iure, Principatu, & ditione ſibi retenta, Pontifici permiſit. Reliqua ſibi nomine Regni retinuit: nempe, quicquid Reges Longobardi, in Liguria, Æmylia, Venetiaq; poſſederant: Tuſcia quoq; citeriore, & Cottijs Alpibus attributis. Quæ pars, poſtea vocata fuit Longobardia, Lombardia. Limites (Marchæ dicti) & oppida, à comitibus adminiſtrabantur. Introducta etiam tunc à Carolo in Italiam fuit lex Salica, ſiue ius Francicum. Ita triplici tunc genere legum Italia viuebat: Romano, Longobardo, Salico. Profitendum cuiq; fuit, qua lege vellet viuere: atq; ex eo ius ei dicebatur. Manſit ea ratio vſq; ad tempora Lotharij 2.

Patricij Rom. titulus.

Epiſcoporum inſtitutio.

Inueſtitura.

Italiam Carolus ordinat.

Ducatus Italiæ.

Romaniola.

Lombardia.

Salica lex.

Eodem

Eodem 774. anno, cum Imp. Cōſtantinus fraude 12. millia Bulgarorum interfeciſſet (quod, nullo ſuorum amiſſo, nobile bellum appellabat) cùm etiam apud Elerichum (fortaſsis Adelrichum, vel Henrich.) illorum Regem, quoſdam haberet: ex quibus arcana huius reſciſceret: Elerichus, ſe prodi intelligens à ſuis Græco: ad hūc ſcribit ſe cupere ad ipſum profugere. Mitteret ergo ad ſe Imperator literas ſecuritatis, vel publicæ fidei: & ſignificaret, quos haberet in Bulgaria amicos: vt horum fideli operâ ad ipſum Conſtantinopolin venire poſſet. Hic ſtultè deceptus, nomina amicorum per literas ei aperuit. Bulgarus arreptos, medios diſſecuit. Imperator, re cognita, canam ſuam barbam euulſit. Cedren. & Diaconus. Nobile bellum Imp. Conſtantini. Proditores deprehenſi & puniti.

Anno 775. Conſtantino Copronymo 18. Calend. Octob defuncto: filius ſucceſsit XXV. Imp. *CÆS. FL. LEO PORPHYROGENNETVS, P.F. Aug. A. 5. Qui ſequenti anno 18. Calend. Maij, filium ſuum Conſtantinum, Imperatorem dixit.* Leo Porphyrogennetus imp. 25.

Anno 776. Carolus in Italiam copias duxit: quòd ſuperiore proximo anno Rodgaudus, Foroiulienſium Dux (ægrè ferens, Longobardos Francis ſubiectos eſſe) ab eo defeciſſet, ac magnas turbas daret. Eum prælio ſuperatum & captum, Vltimo ſupplicio Carolus affecit: Ducatum eius, Regno attribuit: ſingulas ciuitates ſingulis comitibus adminiſtrandas dedit. Rodgaudus.

Anno 777. quia Saxones præcedente anno (quando Carolus bello Italico erat occupatus) rurſum tumultuati fuerant: nec quamuis tunc pacati, quieſcebant: eos rurſus ingenti exercitu petiuit Rex Francorum. Tunc (VVidekindo VVeſtfalorum Principe, in Daniam ad Sigefridū R. profugo) baptizandum ſe præbuit ex illis maxima multitudo: falsò ſe Chriſti fidem amplecti dicens. Saxones, rurſus inquieti.

Anno 778. Carolus, expeditione graui cum Francis & Alemannis, in Hiſpaniam contra Saracenos ſuſcepta: Cæſarauguſtam (Saragoſam) & Pompeiopolim (Bampiloniam) aliasq; vrbes, cepit. In Pyrenæis poſtea iugis, dum reuertitur, Vaſconum inſidijs extrema pars Francici exercitus circumuenta eſt: qua pleriq; Aulicæ nobilitatis, amiſsi. Perijt tunc etiam Britannici littoris Præfectus, fortiſsimus heros Rolandus, vel Rhotlandus: de quo legatur fabuloſus Epiſcopus Rhemenſis Turpinus. Gladius Caroli M. vocabatur, ſpatha Gaudioſa (ſicut ſcilicet pugna, quia viro forti eſt gaudio, ab Homero vocatur χάρμη) Rolandi verò, Durenda, id eſt, durus ictus.Arioſtus Durindanam vocat: Petrus de Natalibus, in Legenda Rhotlandi, Duridandam: quaſi dicas (ſi fabulari libeat) Durchhindan / Διαμπερὲς ὕπαγε, διὰ, diuiſionis: ἀνὰ, progreſſionis: πέρας, pertranſitionis. Saracenos Hiſpanienſes bello Carolus petit. Saragoſa. Pampilonia. Rolandi interitus. Gladiorum nomina.

Interea Saxones occaſionem nacti: cum armis ad Rhenum vſque profecti erant. Quem cùm traijcere non poſſent: quicquid à Duicia ciuitate (Tuitione, hodie pago, è regione Coloniæ) vſque ad Moſellam, vicorum villarumq; fuit: ferro & igne depopulati ſunt: ſacra & profana poſſunderunt: nulli neq; ætati, neque ſexui, pepercerunt. Cuius rei nuntio, apud ciuitatem Antiſiodorum (Auxerram in Burgundia, olim Vellaūnodunum) Carolus à Saracenico bello reuertens, accepto: extemplò Francos orientales atque Alemannos ad propulſandum hoſtem feſtinare iuſsit. Ipſe, cæteris copijs dimiſsis, in villam Hariſtallium, ibi hyemandi causâ venit. Franci & Alemanni, magnis itineribus contendētes: ſi fortè Saxonum copias adhuc in finibus ſuis nanciſci poſſent: cùm nō amplius ibi reperirent: illorum veſtigia ſecuti in pago Haſſorum, iuxta amnem Adernam (Adranam Cattorum) deprehenderunt. Quos ſtatim in ipſo fluuij vado adorti: tantam eorum ſtragem fecerunt: vt ex ingenti multitudine, vix pauci domum fugâ elapſi dicantur. Ex Annal. Francorum. Saxones irrequietos Franci & Alemanni concidunt.

Anno 779. Carolus, Rheno traiecto, rurſus in Saxones mouet: eos apud Bucholtinum in fugam conijcit: VVeſtfaliam omnem in deditionem accipit. Inde ad Viſurgim, ſeu VVeſeram, tranſijt: vbi & Angarij Oſtfaliq;, deditione facta, obſides dedêre. Quibus peractis: Rex trans Rhenum in ciuitatem VVormatiam ſe hyematum recepit Vbi olim Angriuarij: ibi nunc VVeſtfali & Oſtfali ſunt: in quæ duo genera Saxones diuiſi erant. Rurſum Carolus Saxones fundit.

CAROLI RES GESTÆ IN SAXONIA. IMP. CONSTANTINVS VII. Ioannes, Augiæ diuitis Abbas. VVarinus, Altorffij Comes. Carolus & Hiltegardis, Romipetæ. Pipinus, eorum filius, Rex Italiæ. Rhuthrudis Caroli M. filia, VVitteberga & Magdeburgum. Venus Magdeburgica. Conſtantienſis Epiſcopus Egino. Ciſtæ inſcriptio de Chriſto, Pſalterium græcum.

CAPVT V.

ANNO 780. *Carolus denuò Saxoniam magnis cum copijs ingreſſus, ad fontem Lippiæ vel Lupiæ venit; & inde Orientem verſus, ad fluuium Obacrum. Tunc plurimi Saxones, in* Saxonici belli reſumptio.

loco Horheim dicto, ſolita ſimulatione baptizati ſunt. Deinde, ad Horæ & Albiæ confluentes caſtrametatus: Saxonum, qui exteriorem & Sclauorum, qui vlteriorem fluminis ripam incolebant, rebus compoſitis: in Franciam rediјt. Poſt hæc, cum vxore Hiltegarde ac liberis (Pipino & Ludouico) Romam orandi, & voti ſoluendi cauſâ, proficiſci ſtatuens: natalem Domini, Ticini vel Papiæ celebrauit.

Carolus Romam cum Hiltegarde repetit.

Irene, imaginum cultrix.

Conſtantinopoli Imp. Leo, repertis duabus imaginibus in puluinari vxoris Irenes: Aulicos, à quibus illatæ fuerant, cruciatib. grauiſſimis addixit: & vxorem duriter obiurgauit. Ipſe 7. Idus Septemb. mortuus eſt, ex ardenti febre: quæ ipſum corripuerat, cum Heraclij coronam ex magna Eccleſia (Sophiæ) ſublatam, capiti ſuo impoſuiſſet. Erat enim λιθομανής, gemmarum amator ad inſaniam. In cuius locum ſucceſſit XXV. IMP. CÆS. FL. CONSTANTINVS PVRPVRIGENA, P. F. Aug ſub tutela matris IRENES A. 10. & poſtea per ſe aliquot annos.

Gemmarum amator.

Conſtantinus Prophyrogen. Imp. 26.

In Cœnobio Augia diuitis ſextus Abbas Ioannes, primus tum Augienſe, tum Sangellenſe, Monaſterium, liberum & immune ab omni Epiſcopali iugo reddidit: quod impetrauit ab Adriano P. ſub Carolo M. & Regina Hiltegarde, ac Comite Heroldo, 780. Bruſch.

VVarinus Comes Altorffen.

Guelforum proſapia.

VVarinus Altorffenſis Comes, hoc tempore obijt: relicto filio Iſenberto. Hinc, Guelforum proſapia. Stumpf. Quam Genealogiã in 14. tabula Germanici de Bauaria operis Auent. exponit. Erckenvvaldus. Othbertus, & Albertus, omnes tres erant, alius poſt alium, Comites Palatini Caroli M. Sed fratris eius Carolomanni. Regis Alemanniæ, Comes Palatinus, (vt mihi ſcripſit vir nobilis, Gottfridus à Rammingen) fuit VVarinus prædictus: quem poſtea Carolus Præſidẽ Sueuiæ (ein Landthauptmann) conſtituerat. Palatina autem dignitas, è Maioratu domus Franciæ emerſit: & Maior domus erat proxima poſt Reges eminentia. Ita dehinc Comites Palatini ad Rhenum, vixerunt: vt 933. Chriſti, Conradus ſub Cæſare Henrico Aucupe: cum quo contra Obotritos profectus eſt. Et 940. Franconiæ Dux Eberhardus. Hohenvviela Comes. Interfuit Coronationi Aquiſgranenſi Cæſaris Othonis I. Deinde & alij poſt alios. VVitebergæ, à VVitekindo ciuitas facta eſt.

Palatinorum origo.

Anno 781. Romam profectus Rex Carolus: honorificè cum vxore & filijs exceptus à Pontifice Adriano eſt. Vbi cùm ſanctum Paſcha celebraret: baptizauit Adrianus filiũ eius Pipinum, ſiue Bibinum, (ἀνάδοχος αὐτὸς αὐτοῦ, ipſe ſuſceptor eius) quem etiam, fratremq́ eius Ludouicum, Reges inuxit, eisq́ coronas impoſuit: Pipinum, Longobardiæ præficiens: Ludouicum verò, Aquitaniæ. Quanto hæc gaudio Sueuicæ matri eorum Hiltegardi, Reginæ nobiliſſimæ, fuiſſe exiſtimandum eſt? Cùm deinde Carolus & familia Româ degreſſi, Mediolanum veniſſent: Thomas, Epiſcopus eius vrbis, filiam Caroli Giſlam ſacro fonte abluit, & ipſe ſuſcepit. Inde, in Franciam reuerſi ſunt: Italia tamen Pipino Regi commendata: quæ ipſum ſumma gratulatione excepit. Sed & Pipinus Regnum legibus, & publicis operibus, laudabiliter temperauit, plerũq; Rauennam habitãs.

Pipinus, Caroli F. Romæ baptizatur.

Giſla, Caroli F. Mediolani baptiſmo initiata.

Inter Carolum, & Bauariæ Ducem Taſſilonem, pax firmata.

Conſtantino Imp. Græco (per legatos matre eius Irena, ſiue Hirena, petente) filia Caroli & Hiltegardis nomine Rhutbrudis, deſponſata eſt. Qua de re ſic apud Cedrenum eſt.

Rutbrudis, Caroli F.

Anno 2. Conſtantini, Irena, miſſis Legatis ad Carolum R. Francorum, filiam eius, nomine Erythrô (ἐρυθρὼ λεγομένῳ) filio ſuo deſpondit. Pactisque conuentis, ac iureiurando firmatis (γενομένων συμβάσεων καὶ ὅρκων) Eliſæus, Eunuchus & Notarius, apud Carolum remanſit: vt virginem Græcis literis atq; linguâ, moribusq́ Romani Imperij inſtitueret.

Magdeburgum, à Carolo amplificatum.

Veneris ſimulacrum.

Charites.

Hoc quoque tempore Magdeburgum, nobilis vrbs Saxoniæ à Carolo M. amplificatum eſt: deſtructo ſimulacro Veneris: quæ nuda, cum tribus à tergo Charitibus nudis, inſiſtebat inaurato vehiculo: quod à duobus albis cygnis, & duabus albis ante hos columbis, trahebatur. In capite Veneris, myrteum ſertum: in ore ridentis, rubra roſa clauſa: ex pectore eminens, incenſa fax: in cordis loco defixa, ſagitta hamata: in dextra, tria Chryſomela: in ſiniſtra, globus Mundi. Hæc, Homeri χρυσῆ καὶ φιλομμειδὴς Ἀφροδίτη: omnibus blandiens, omnes vrens, omnes auro emungens. Charites, inter ſe auerſæ: ſed brachijs tamen inuicem implicitis, aureum pomum inter ſe dantes. Deæ ſcilicet gratiæ & beneficentiæ. Talium loco idolorum, à Carolo Templum, D. Stephano ſacrum, conditum eſt. Vide Crantz. 2. Saxon. 12. & Ioan. Pomarium in Magdeburgi Germ. deſcriptione.

Crux aurea.

Electus fuit hoc 788. anno, Egino, Conſtantiæ Epiſcopus: qui poſtea mortuus eſt 813. Habendi cupidine hic flagrans: ſtatim VValdoni, Sangallenſi Abbati grauiter inſidiatus eſt. Reliquit poſt ſe crucem, marcas puri auri habentem 50. argenti verò 35. & precioſiſſimas gemmas: inſcriptis his verſibus.

Hoc

Hoc trophæum Chriſti Egino pro luce perenni.
Virgo Maria tuo ſacro dicauit honori:
Cui prece, quæſo, tua, tribuantur Regna polorum.

Pſal. 50. dicit Deus: Inuoca me in die tribulationis tuæ. Chriſtus Matth. 11. dicit: venite ad me omnes.

Epiſcopus Egino, ad S. Mariam venit.

Hanc crucem poſtea 1476. Epiſcopatus Hermannus Landenbergius, renouans, totam fecit auream, hac inſcriptione notans:

Hæc Crux, argento tribuit quam Præſul Egino auro commutata datur, nunc ſic renouata.

Anno 782. VVitekindus, Saxonum parte ad defectionem impulſa, Francicum exercitum cædit, cum nobilibus viris circiter XX. ſed Rege Carolo in Saxoniam ingrediente, fugit. Rex eos, qui ei dediti fuerunt, grauiter ab defectionem vlſciſcitur: decollatis vno die ad fluuium Alaram (qui in Viſurgim influit) in loco Ferdi vocato, ad quater mille & quingentos. Ita rurſum Saxonia, pacata.

Saxonia, rurſus Carolo compeſcenda. Alara fl.

In longis Thraciæ muris (aduerſus Barbarorum incurſiones extructis) inuenta eſt inter fodiendum ciſta (λάρναξ) & in ea, longum viri cadauer: cui ciſtæ inſculptum erat hoc: ΧΡΙΣΤΟΣ ΜΕΛΛΕΙ ΓΕΝΝΑΣΘΑΙ ΕΚ ΠΑΡΘΕΝΟΥ ΚΑΙ ΠΙΣΤΕΥΩ ΕΙΣ ΑΥΤΟΝ. ΕΠΙ ΔΕ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ ΚΑΙ ΕΙΡΗΝΗΣ, ΠΑΛΙΝ, Ω ΗΛΙΗ ΟΨΕΙ ΜΕ. *Chriſtus naſcetur è virgine: & in eum credo. IMPP. autem Conſtantino & Irene me rurſum Sol videbis. Theodoſ. Meliten & Geor. Cedr.*

Arca cum Græca inſcriptione.

Hoc tempore, Petrus quidam, Diuitis Augiæ Abbas erat: homo decrepitæ ætatis. Hic tamen Romam petiuit: & Pſalterium ſeptuaginta Interpretum conſecutus, in Augiam detulit. Intelligo Græcum Pſalterium. Hoc tunc, miraculum fuiſſe in Germania videtur. At hodie, quanta optimorum librorum copia apud Germanos? Imperatoria quondam Bibliotheca, quam uis numeroſa libris, non habuit Græcos hos: quos nunc tantùm tenuis fortunæ Cruſij Tybingicæ capſæ habent.

Pſalterium Græcum. Græca Bibliotheca.

S. HILTEGARDIS OBITVS, VIRTVTES, SEPVLTVRA, & alia. Reginæ Berthæ mors.

CAPVT VI.

ANNO 783. cùm Carolus ſe contra Saxones, rurſum inquietos, pararet: antequàm è Theodonis villa (Diuoduro, Meti aut Dietenhofa) vbi hyemauerat, diſcederet: dilecta vxor eius HILTEGARDIS deceſſit, pridie Calend. Maij, in vigilia aſcenſionis Domini, LI. ætatis anno: quæ peperat illi filios: Carolum, Pipinum, & Ludouicum: filias, Rhothrudin, Bertham, Giſalam, & Immam. Cuius funeri perſolutis more ſolẽni iuſtis: ille in Saxoniam duxit exercitum. Ibi hoſtes bis ingenti ſtrage contudit ſemel, in loco Diethmelle dicto, non ita Paderbornâ procul: iterum autem, in finibus VVeſtfaliæ, ad fluuium Aſam. Perrexit inde Orientem verſus: ad Viſurgim & Albim cuncta vaſtando. Reuerſus in Franciam, Comitis Orientalis Franciæ Rhatholfi filiam Faſtradam, VVormaciæ duxit. Quo anno Regis quoque mater Berthrada ſeu Bertha, 4. id IVL. ex hac vita diſceſſit: quæ apud ipſum in magno honore conſenuerat: quam idem in Baſilica S. Dionyſij (vbi & pater humatus erat) ſepeliuit. Rhegino lib. 2. & annales Francorum atque alij. De qua Bertha Ioach. Camerarius in Niceph. Chronolog. De moribus Berthæ, inquit, accepimus: fœminam fuiſſe iracundam, & penè ſanam. Quod adhuc fabulæ apud nos confirmant, de vagante circum domus noctu Bildaberta (VVildaberta) id eſt, fera Bertha: eiulantes & contumaces pueros corripiente, atq; lacerante: quo terrore hi à matribus compeſcuntur.

Hiltegardis obitus. Saxones à Carolo denuò cõtuſi. Faſtrada, Caroli vxor. Berthrada mors. Bertha. Bildaberta.

De S. Hilſegarde, plura ex Campidonenſi hiſtoria cognoſcamus, qualiacunq; ſint.

Obijt ita pie vt creditum ſit: animam eius ab Angelis ſuauiter canentibus, in cœtum deportatam eſſe. Sepulta eſt (vt moriens petierat) in Baſilica ſua Campidonenſi. Etſi Cœnobitæ S. Arnulphi (inquit Bruſcius) extra Mediomatricum potentiſſimæ vrbis mœnia (in per ueteri magnificentiſsimoq; Monaſterio habitantes) ſeſe eandem Hildegardim, & liberos eius (Ludouicum Piũ, Hildegardim, & Adelhaidin) in Templi ſuo choro conditos habere dictitent. Sed fieri potuit, vt Meti mortua, initiò illic humata ſit: poſtea verò, Campidonum tranſlata: ſicut Reges & Principes, ac Dominæ, interdum alicubi conduntur: poſtea verò aliò transferuntur. Veriſimile autem omnino eſt fundatri[illegible] ſuo cœnobio ſepultam eſſe, potius, quàm in alieno. Perhibentur in vetere libro, ſepulturæ inter[illegible] V. Epiſcopi, & VII Pr[illegible]ipes: magnus item numerus Abbatum, nobilium & ignobilium hominum: præſertim Sueuicus [illegible] Amprechtus. Omnes vici, hominũ pleni fuiſſe:

Hiltegardis ſepulturæ locus.

Campidonenſi vico ipſos non capiente. Eo quoq; tempore fuiſſe magna vini & frumenti vilitas fertur. Appellatur Hiltegardis (vt ibidem, & à Bruſcio, ſcribitur) Sancta: etiamſi non eſt vſitato Canone, inter Sanctos à Rom. Pontifice relata. Attamen pietatem, vt potuit, coluit: ſtudioſè ægrotos inuiſit, & conſolata eſt: fœminis ex partu laborantibus adſuit: in pauperes liberaliſſima fuit. Cuius pietatis inſigne, adhuc in Campidonenſi Cœnobio indicium eſſe, commemoratur:

Eleëmoſyna eius. *quòd ſingulis ſeptimanis in memoriam eius die Lunæ & Veneris (feria 2. & 6.) ducenti homines, panibus diſtributis, paſcuntur. Ait vetus M.S. liber, pridie Calend. Maij (quo die ipſa obijt) ferias ei celebrari ſolitas eſſe à Sangallenſibus: quòd miracula ibi feciſſe, & contra peſtilentiam protectrix*

Sancti quinam. *eſſe, credita ſit. Ideo in eodem libro, ad verbum perſcripta ſunt hæc:* Ob die ſeelig Hiltgart nit „Canoniſiert iſt: ſoll doch niemand an jhrer Heyligkeit zweifflen. Wañ es ſpricht S. Au„guſtinus: daß die Chriſtenlich Kirch vil hab: die ſie für Heylig halt mit ſingen / vnnd mit „leſen: vnnd doch jhrer Seelen in der Helle ſind. Auch vil ſind / die ſie nit ehret mit ſingen „vnd leſen: deren Seelen im Himmel ſind. *Id eſt: etiamſi non eſt canonizata, S. Hiltegardis: nemini tamen de ſanctitate eius, in dubium venire debet. Inquit enim S. Auguſtinus, Eccleſiam multos ſanctos inuocare, ac celebrare cantu & lectionibus: quorum tamen animæ, in inferno ſint. Multos contrà eſſe, quos non curet: quorum tamen animæ ſint in cœlo. Dicti ſunt apud Hiltegardis ſepulcrum eſſe gradus octo deorſum: quos qui deſcendat & aſcendat religioſis cum precibus, habere D. CCC. dierum indulgentias. Ait verò Dauid Pſal. 31. Dixi, Confitebor aduerſum me in iuſtitiam meam Domino. Et tu remiſiſti impietatem cordis mei.*

Ex Epitaphio Hiltegardæ, apud ſupradictos S. Arnulphi Cœnobitas.

Tu ſola inuenta es: fieres quæ digna tenere
multiplicis Regni aurea ſceptra manu;
Alter ab vndecimo rurſum ſe ſuſtulit annus:
heu genetrix Regum, heu decus atq; dolor.
Te Francus, Sueuus, Germanus, teq; Britannus,
cumq; Getis duris plangit Ibera cohors.
Accola te Ligeris, te deflet & Itala tellus:
ipſaq; morte tua anxia Roma gemit.
Solatur cunctas ſpes hæc ſed certa dolentes:
pro dignis factis quod ſacra Regna tenes.

Origo Scholaſticæ conſuetudinis, Regis & Reginæ quotannis Campidoni, Memmingæ, alijsque illius regionis locis, creandorum: ex eodem M.Scr.

Puerorum ludus, βασιλίνδα. *Venit quodam tempore Carolus M. Seleſtadio* (von Schlegſtadt) *Campidonum, in arcem Hillemontiam ſeu Burckhaldam, ad coniugem Hiltegardam: vt videret, quomodo Monaſterij ædificatio procederet. Ibi die quodam ſedentibus ipſis ad menſam: & filijs aſtantibus, Pipino, Carolo, Ludouico: cùm Parentes multa de imperijs Deceſſorum ſuorum colloquerentur: Pipinus, vt puer, interrogat: Mea mater, ero ne ego Rex, patre in Cœlum recepto? Reſiſtit Carolus (ſermone ad patrem directo) non illum, ſed ſe, in Regnum ſuccedere debere. Tum Ludouicus, vt ipſe fieret Rex,*

Regnandi causâ puerilis contẽtio. *vtrumq; parentem orare. Pueris ita de Regnando inter ſe concertantibus: Facilè ego dirimam, inquit Regina, controuerſiam: quis veſtrum ſit patri ſucceſſurus. Deſcẽdite in vicum (nondum oppidum erat Campidona) & quiſq; veſtrum ſumat commodatò gallum gallinaceum à Ruſticis. Deſcenderunt, comitati pædagogo ſuo, & Scholaſticis, vicinam arci Scholam viſitantibus. Reuerſis,*

Gallorum gallinaceorum concertatio. *Nunc inter ſe gallos committite, inquit mater. Nam Rex erit, cuius gallus pugnando vicerit. Cõmiſſi ſunt, pugnarunt, vicit Ludouici gallus. Sanè iocus, euaſit res ſeria: Ludouico, cognomẽto Pio,*

Schola Hiltegardis. *Imperium poſtea adepto. Hinc Regij pueri, cæteriq; Scholaſtici ſequentibus annis circa arcẽ hunc ludum exercuêre: donec Monaſterium quantum ſufficeret, ſurrexiſſet. Tunc Hildegardis, & Abbas Andegarius, Scholam eò tranſtulerunt. In omnibus etiam ciuitatibus & Monaſterijs, Rex Carolus aliquas eſſe voluit Scholas. Hinc conſuetudo, Regis & Reginæ in Campidonenſi, Grynefurtenſi (hodie, Memmingenſi) & aliarum ciuitatum, Scholis, quotannis creandi, quadam cum pompa incedendi, & lautius viuendi.*

Commemorantur quædam etiam miracula S. Hiltegardis, ei pro Deo tributa.

Fuit longo tẽpore poſt conditũ hoc Cœnobium, quidam eques auratus, Manigoldus Fridraner: in arce Freudenbergia (tunc ad Cœnobium Salomonis villam pertinente) habitans. Is filiolam habebat,

hebat, cui nomen Felicitati: quæ aquam ex puteo, inſcijs omnibus, allatura, eò incidit: nec ante quinque horas reperiri potuit. Cum tandem reperta eſſet (pedibus ſurſum, capite deorſum, conuerſis) nec vllum ſignum vitæ in illa appareret: pater dolore exanimatus, vouit: ſe centum libras Ceræ, & alia, ad tumulum S. Hiltegardis oblaturum. Puella in altari poſita erat: donec ſepulcrum fieret: in quo humaretur. Quo facto: cum ab altari leuaretur, riſit. Gaudio ingenti orto; manu patris deducta domum eſt. Poſtridie ipſe, Solomo villanus Abbas, ac puella, Campidonam venêre: gratiæ, Deo actæ: Votum, S. Hiltegardi perſolutum. *Puella ſubmerſa, rediuiua. Votum, Sanctæ Hiltegardi factum.*

Ethnici quoque Dijs ſuis vota faciebant, & perſoluebant: In Apiani Inſcriptionibus.

VOTVM SILVANO SOLVIT LIBENS MERITO T. F. DIADVMENVS LVRVESIANVS, PRÆGVSTATOR AVGVSTI.

ALIVD MIRACVLVM.

Quondam Scholaſticus quiſpiam, in flumen Ilarum incidens, vndecim ibi horas iacuit. Hic extractus, & pro mortuo habitus à matre ad ſepulcrũ Hiltegardæ poſitus eſt. Pater Hiltebrandus Kamer præcipuus Campiduni caupo, corrogauit cunctos ex Eccleſia S. Magni Presbyteros, & Ludi magiſtrũ cum Scholaſticis: vt ad tumulũ Hiltegardis, pro vita mortui orarent. Præcantibus his, & vnà populo: puer, dextrã pectori ſuo imponens, reuixit. Tunc gaudiũ omnibus campanis publicũ ſignificatũ fuit, Deoq́; & Hiltegardi, gratiæ actæ. (Soli Deo laus debetur: qui alteri gloriam ſuam non dat.) Hinc orta fertur conſuetudo, pulſandi ſemper omnes campanas in funere Scholaſtici, & honorificè proſequendi. Tunc etiam peculiaris locus, ſepulturæ Scholaſticorum attributus. Parentes illius pueri, vt diuites conſtituerunt: vt in perpetuum deinceps, die S. Michaëlis, Scholaſticis ſinguli panes albi darentur. Factus poſtea is puer (cui idem cum patre nomen) perhibetur Presbyter. *Scholaſticus rediuiuus.*

Fratrem etiam S. Hiltegardis habuit Geroldum: Comitem ſancti montis, Ducem Sueuici exercitus in bellis, charum affinem Carolo Magno. *Geroldus, Comes.*

BELLA CAROLI M. IN SAXONIA, ITALIA, BAVARIA. EPISCOPATUS in Saxonia. VVidekindi Saxonis conuerſio ad Chriſtum. SEPTIMA SYNODVS vniuerſalis, ſecunda Nicæna. Taſſilonis, Bauariæ Ducis, Carolo rebellis, in Monachum metamorphoſis. Geroldus Sueuus, Bauariæ Præpoſitus. Græci, in Italia à Francis victi. VVilſi, Francis ſubiecti. Hunnicum Caroli bellum. Inundatio Romæ. Pariſienſis vniuerſitas. Felix Arianus. Coniuratio in R. Carolum. Epiſcopus Auguſtæ Sympertus, & Baſilica S. Afræ. Flandrenſis comitatus initium.

CAPVT VII.

ANNO 784. ſpes concordiæ; quæ bello imaginum turbata fuerat, inter Conſtantinopolitanam & Romanam Eccleſias reſarciendæ, affulſit: & Taraſius, factus eſt Patriarcha.

Carolus hoc anno rurſum in Saxones, idq́; bis profectus, VVeſtfalorũ & aliorũ agros vaſtauit. Filius eius Carolus, equeſtri victoria potitus eſt. Aquarũ inundatione redire in Frãciã coacti ſunt. *Bellum Saxonicum, renouatũ.*

Anno 785. Saxonia miſerè à Carolo vaſtata eſt: VVidekindus, prælio ingenti ſuperatus, Francis ſe dedidit: Chriſti religionem amplexus, VVeſtfaliam, Magdeburgum, VVitebergam, & alia multa, Ducis titulò regenda, Caroli beneficio accepit: albo cum equo in inſignibus (tanquam iam illuminatus) cum ante Baptiſma, nigrum equum habuiſſet. *VVitekindus, Chriſtianus fit. VViteberga.*

His annis quibus arma Saxonibus Carolus intulit, Epiſcopatus ibi decem inſtituit: vt ſic magiſtelli continerentur in officio: VVerdenſem, Bremenſem, Mindenſem, Halberſtadenſem, Hildeſheimenſem, Paderbornenſem, Oſnaburgenſem, Monaſterienſem, Magdeburgẽſem, Hãburgenſem. *Epiſcopatus decem Saxoniæ.*

Anno 786. Aragiſus, Deſiderij Ex regis gener; Beneuenti in Italia Dux, ſuperbiâ elatus (nam pro Duce, Principem ſe appellabat) à Carolo defecit. Venientis verò ſequenti anno potentiam videns, ſe ſubmiſit, dato Grimoaldo F. obſide: & ſic pacem impetrauit. *Arageſus.*

Anno 787 ſeptimum Oecumenicũ vel generale Concilium, ab Irene Auguſta, Nicææ Bithyniæ vrbe, menſe Maio indictum eſt: & menſe Octobri pòſt, peractum: cui CCCL. Epiſcopi interfuerunt: Legatis Papæ, primam ſeſſionem habentibus. Sancitum eſt tunc, Spiritum S. & à patre, & à filio, procedere: ac ſanctas imagines crucemq́; eſſe venerandas: τὰς εἰκόνας σὺν τῷ σταυρῷ ἀδιακρίτως προσκυνεῖσθαι. Cedrenus. Sic, Eccleſiarum vnio facta. Matth. 4. Ὕπαγε, σατανᾶ, γέγραπται γάρ, κύριον τὸν θεόν σου προσκυνήσεις καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις. Dominum Deum tuum adorabis: & ei ſoli ſeruies. *Synodus ſeptima. Imaginum adoratio, ſancita. Eccleſiarum vnio.*

Funcius 789. actum ait: Græci autem tunc ſcripſerunt annum Mundi ,ϛ σϞϛ'. 6296. Hodiè vero, anno Chriſti 1590. numerant ,ζ ϟθ'. Mundi, id eſt, 7099. & Indict. 3. Græcis incipit nouus Annus & indictio, Calendis Septembris. *Annus Mundi Græcorum.*

Eodem 787. anno, cùm Carolus eſſet Romæ: venerunt ad Adrianum Papam legati Taſſilonis Bauari, ſeu Theſſaloni: rogantes, vt pacis inter Regem Carolum, & Bauariæ Ducem, mediator eſſe dignaretur. Cupiebat Papa, cupiebat Rex, eam fieri ſtabilem, ſed fruſtrà: eò quòd Legati fraudulenter agere viderentur. Itaq; dimiſſi ſunt. Rex etiam, adoratis Sanctorum liminibus, votis ſolutis, Apoſtolica benedictione accepta: in Franciam rediјt. Repertis autem VVormaciæ, coniunge Faſtrada & liberis, ac comitatu eis relicto: comitia ibi egit resq; in Italia geſtas à ſe, & de Taſſilonis legatis, expoſuit. Ibi decretum eſt communi Procerum conſenſu, vt Taſſilio citaretur. Is verò non modò non vênit: ſed ne reſponſo quidem dignatus eſt Regem. Carolus igitur, congregato ingenti exercitu, trifariamq; diuiſo: Baioariam atq; Thaſſilonem petere conſtituit. Cumq; Pipinum filium, in Tridentinam vallem cum Italicis copijs venire iuſſiſſet: & Orientales Franci ac Saxones, vt iuſſi fuerant, ad Danubium in loco, qui Pferinga vocatur, acceſſiſſent: ipſe cum Francico & Alemannico exercitu, quem ſecum duxerat ad Lechum (Lycum) fluuium (qui Alemannos & Baioarios diuidit) in ciuitatis Auguſtæ ſuburbano conſedit: inde Baioariam valida manu petiturus: niſi Taſſilo, ſibi ac populo ſuo melius conſilium iniјſſet. Incitauerat eum peſſimè vxor Luitburga (Auentino, Lytopyrga) Deſiderij Regis filia: ambitioſa mulier, impotensq; ſui: quæ falsò ſibi perſuaſerat: ſe poſſe vlciſſi ea, quæ accidiſſent Parentibus & fratribus ſuis, opibus mariti. Tunc verò ſe vndiq; videns circumſeſſum Taſſilo: ac Baioarios magis Carolo, quam ſibi fauentes: ad hunc Auguſtam in caſtra vltrò, ac ſupplex vênit. Se peccaſſe confitetur: ignoſci ſibi petit: clementiæ Regis, ſe, coniugem, & liberos, permittit: Baioariam cum ſceptro, cui homo inſculptus erat, tradit. Carolus pœnitentem videns, ſanguine ſibi coniunctum agnoſcens, gratiam ei delicti facit: Ducatum reddit: obſides, filium eius Theodonem, aliosque duodecim, capit: regionem ſacramento ſibi obſtringit. His ita feliciter geſtis: copias dimittit, & in Franciam reuertitur. Ingelhaimi tandem (X. millibus paſſuum infra Moguntiam) natalem Chriſti, deinde Paſcha celebrauit.

Taſſiloni bellum infert Carolus. — *Luitpurga, Taſſilonis vxor.* — *Deditio Taſſilonis.*

Eclipſis facta fuit Solis, 15. Calend. Octobris. Ex quodam M.S. codice. Cedrenus verò dicit, 9. die Septemb. (die ſeptimanæ primo) hora 5. maximum Solis defectum fuiſſe.

Eclipſis Solis.

Anno 788. cum ſecundum Paſcha, conuentum Ingelhaimi ageret Carolus: vênit eòdem vocatus Taſſilo. Ibi crimine læſæ Maieſtatis à Baioarijs ſuis accuſatus eſt: quòd ſuaſu vxores Luitburgæ, Hunnos aduerſus Francos concitaret: quòd diceret & faceret ea, quæ ab irato & inimico proficiſci poſſent. Quorum cum nihil negare poſſet Taſſilo: capitali ſententia damnatus eſt. Sed permiſſu Regiæ bonitatis, Monachum induit. Eandem ad vitam, Theodo quoque filius, & vxor Luitburga, relegati ſunt. Baioarij cæteri, qui eidem culpæ affines erant, in diuerſa loca exulatum miſſi. Nihilominus Hunni, vt Taſſiloni promiſerant, duarum exercituum vnum Forumiulium, altero his Baioarium, inuaſerunt. Sed vtrobiq; cæſi, magno cum damno in patriam reuerſi ſunt. Carolus, vbi hæc accepit, in Baioariam profectus eſt: populum Reginoburgij iurare in ſua verba iuſſit: ac Ducatum in prouinciæ formulam redactum, Franciæ Regno ſubiecit. Nemo imperata detrectauit. Ipſe regionem contra Hunnos & Auares firmis præſidijs muniuit: præſidem Boijſdans virum bellicoſum & prudentem, Geroldum nomine: Hildegardæ, ſuæ antehac charæ vxoris, fratrem: Hiltebrandi ſcilicet Ducis Sueuorum, & Rhegardæ vel Rugardæ Bauaræ, filium. Annal. Franc. & Auent. nec non Sigebert. & Rhegino.

Taſſilonis in Monaſterium contruſio. — *Hunnorum in Bauariam irruptio, & profligatio.* — *Geroldus, Bauariæ princeps.*

Hoc tempore Carolus, qui antehac filiam promiſerat Conſtantino Græco, iam dare recuſauit. Ideo Græcus, Adalgiſo (quondam Italiæ Rege, apud ſe tunc exulante) & Ioanne Sacellario, Præfectoq; Siciliæ Theodoro patricio, miſſis, Beneuentanum agrum vaſtauit. Sed Grimoaldus (qui eodem anno, poſt mortem patris Dux Beneuentanis à Rege datus erat) & Hiltebrandus, Dux Spoletanorum: eis in Calabria occurrerunt, habentes ſecum Legatum Regis VVinigiſum: qui poſtea Hiltebrando in Ducatu Spoletano ſucceſſit. Commiſſoque prælio grauiſſima cæde illos profligarunt, ſine magno ſuæ partis damno: & multos captiuos ac ſpolia, in caſtra retulerunt. Adalgiſus, qui Regnum paternum repetere ſtuduerat, & ipſe captus, in tormentis habitus expirauit. Annal. Franc. & Sigon. Conſtantino deinde mater ſua Irene, vxorem ex Armenia Marinam obtruſit: qui maiore affectu erga filiam Caroli flagrabat. Cedren.

Adalgiſi infelix in Italiam expeditio, nomine Græci Imp. — *Irenes facta.*

Anno 789. Irene, Conſtantino F. Imperium eripere conata, ipſa eo excidit: fauore populi in Conſtantinum inclinante.

VVilſi.

Carolus VVilſos vel VVilzos (gentem Sclauorum) Regno Franciæ ſubiecit. Inde, qua via venerat, ad Albim & Rhenum regreſſus: rebus Saxoniæ pro re nata diſpoſitis, in Franciam rediјt:

atq; VVormaciæ, Domini natalem & Paſcha celebrauit. In his expeditionibus, Sueuorum etiam opera & virtute, quos ſibi fideles ſubditos habebat, vſum eſſe, obliuiſcendum non eſt.

Anno 790. Carolus Legatos Hunnorum audiuit VVormaciæ: & ſuos viciſſim ad eorum Principes miſit. Petebant Hunni, terminos (Landweeren) inter Pannoniam & Bauariam (paulò antè Regno Francorum adiunctam) poni. Quo non impetrato: ipſi ſibi limites pegerunt. Vnde bellum Hunnicum, octo ferè annorum, exarſit: impetum Hunnis in Baioariæ fines facientibus: VVormaciæ cum Rex in palatio hybernaret: caſu id noctu conflagrauit. Nihilominus tamen in ea ciuitate permanens: ibi Natalem & Paſcha Domini celebrauit.

Hunnicum bellum.

Idem eleemoſynas mittebat pauperibus in Syriam etiam, Hjeroſolymam, Ægptum, & Africam, Sigeb.

Eleemoſynæ Caroli in Syriam.

Anno 791. Carolus, VVormaciâ circa æſtatis initium egreſſus: comparatis ex omni Regno ſuo validiſſimis copijs & commeatu: bipertito exercitu in Hunnos tetendit. Vnam partem Theodoricus Comes, & Meginfridus Cubicularius, ſecundum aquilonarem Danubij ripam ducebat: ipſe alteram auſtrali ripa deducens, Pannoniam petebat: commeatu ſecundâ Danubij aqua deuecto. Prima caſtra, ad Aneſum facta ſunt. Nam is fluuius (inquit Annalium Franc. Scriptor) inter Baioariarum atq; Hunnorum terminos, medius currens: certus duorum Regnorum limes habebatur. Hinc apparet (atteſtante Funccio) Hunnos eam quoq; partem poſſediſſe: quæ nunc Archiducatus Auſtriæ eſt. Ibi, ſupplicio litanijs per triduum facta: vt id bellum felicem haberet euentum. Tunc demum caſtra mota: & bellum genti Hunnorum indictum eſt: & ipſorum terra, vſq; ad Arrabonis (Raba) fluenta, depopulata. Reditum poſtea eſt domum. Sed Rex, in Regino ciuitate, ſeu Reganesburgo, hyemans, ibi natalem Domini, & Paſcha, egit: nullam cladem paſſus, niſi equorum: in quibus lue nata, vix decima pars ex tot millibus remanſit.

Caroli expeditio Hunnica.

Aneſus fl.

Hunnorum olim pars Auſtria erat.

Litania.

Equorum peſtis.

Maximâ Romam inundatione Tiberis afflixit, Decembri menſe, per triduum, propter aſſiduos imbres, multis ædificijs deiectis. Ac multi inediâ perituri fuiſſent, niſi Pontificis Adriani curâ, cibaria lintribus aduecta eis fuiſſent.

Inundatio Tiberis.

Fundatum eſt circa hoc tempus, fanum S. Bonifacij Fuldenſe: à Carolo Pariſienſis & Papienſis Academia: procurante rem Albino S. Bedæ Diſcipulo, Caroli Præceptore.

Fulda templum S. Bonifacij.

Academiarum fundationes.

Anno 792. Orgellis, ciuitate Pyrenæi montis, Epiſcopus erat, nomine Felix, natione Hiſpanus. Hic ab Eliprando, Toleti Epiſcopo. de homine Chriſto interrogatus: proprius ne, an adoptiuus Dei filius, eſſet: impiè reſpondit, adoptiuũ eſſe. Sed Ratiſbonæ in concilio Epiſcoporum (Rege in ea ciuitate, adhuc commorante) de errore conuictus, hunc Romæ quoq; coram Adriano P. in Baſilica B. Petri abdicauit. Annal.

Felicis Epiſcopi hæreſis.

In æſtate, coniuratio facta eſt contra Regem (adhuc Reginoburgi propter Hunnicum bellum verſantem) à filio Pipino gibboſo (quem ei concubina Himeltrudis peperat) & à quibuſdam Francis: qui ſe crudelitatem Reginæ Faſtradæ ferre non poſſe dictitabant. Qua coniuratione per Ardulfum Langobardum ſacrificulum pauperem, detecta: ipſe ob meritum fidei ſeruatæ, Monaſterio S. Dionyſij donatus eſt, vt ei præeſſet: autores verò coniurationis, vt rei maieſtatis læſæ, partim gladio, partim patibulis vindicati: Pipinus nothus, in ordinem Monachorum apud Sueuos in Monaſterio S. Galli redactus. Auent. Annal Boiorum lib. 4. copioſè.

Coniuratio contra Carolum.

Spurius Pipinus.

His temporibus Epiſcopatum Auguſtæ gerebat (ab anno 779. vſq; ad 809.) S. Sympertus: de quo in extremo præcedentis libri diximus. Antequam is factus eſſet Epiſcopus: ciuili bello inter Vtilonem Bauarum, & Godefridum Sueuum, Duces potentes: Cœnobium Auguſtanum S. Afræ, tunc extra vrbem ſitum, ab Vtilone incenſum & vaſtatum fuerat. Eam Baſilicam poſtea hic Sympertus, auſpicijs Caroli M. (qui & ad vrbis amplificationem plurimum contulit) pulchrè inſtaurauit: in eoque deinde, cum 13. Octobr. 809. diem ſuum, plenus dierum obijſſet, honorificè ſepultus eſt. Bruſchius & in libro, quo vita Symperti deſcribitur, Auguſtæ 1516. ſcitè excuſo. Ibi de MORIBVS EPISCOPORVM antiquorum hic locus ad verbum ſic extat.

Sympertus, Epiſcopus Auguſtanus.

Erat tunc temporis (inquit eius auctor) Auguſtenſis Epiſcopatus Eccleſia, non adeo temporalibus pollens rebus, vt noſtro conſpicitur æuo: nec Prælatorum tanta, vt nunc obſeruatur, gloria & pompa ſed erant Paſtores & Rectores cum ſuis Clericis in communi viuentes iuxta Apoſtolorum Præceptum: nec quiſquã Eccleſiaſticarum rerum, quicquam ſuum vel propriũ æſtimabat, ſeu poſſidebat: ſed omnia, vt in primitiua fuiſſe Eccleſia conſtat, erant illis communia. Diligentes enim Chriſtum, imitando & Apoſtolos per ſanctam paupertatẽ, ſe à proprietatis labe cuſtodiebant.

Auguſtanus Epiſcopatus.

Epiſcoporum veterum moderatio.

Nec

6. *Gerungus Ambergerus Auguſtanus; vir bello aptior, quam religioni: attamen bonus Oeconomus. Præfuit A. 11. ſedens plerunque in arce Haimertingenſi. Gladio percuſſit tres magni nominis Conſiliarios, Diplomatum Monaſterij & Sigillorum falſarios. Obijt Calend. Ianu. 872.*

Falſarij.

Hattenvvil.

Moneta Campidonenſis.

7. *Landefridus Hochtanner ab Hattenvvil: nobilis, doctus, bonus, ſed minus diſertus. Primus ibi cudit monetam: Campidunum (vicum adhuc, ad Monaſterium pertinentem) muro (ex parte tantùm) veſtiuit: ac multa ædificauit in ipſa ciuitate. Quotannis recitanda per totam ditionem ſuam Priuilegia curauit (ſic & indulgentias) vt omni populo ratio ſui officij conſtaret. Deceſſit repentinò menſe Ianuario, Anno 892.*

Ochſenbach.

8. *Fridericus Gremlichius de Ochſenbach: doctrinâ & virtute politus, ſed fœminarum amantior, quam Abbati neceſſe eſſet. Ex nobili equidem muliere, nati ſunt ei liberi tres. Portibulum, quod in edito loco ſtabat, in locum inferiorem (non longè infra Hillemontium) tranſtulit: quòd æſtiuo tempore, magnus inde fœtor in arcem deferretur: in qua, ſi non Abbas, at Præfectus, habitabat. Obijt vltimo Febru. 910.*

Hattenhofen.

9. *Burchardus Rictzner (al. Ritzner) ab Hattenhofen: magis lectioni variorum librorum, quam politicæ gubernationi, deditus. Sub eo, & Campidonum & Hillemontium, prædatione & incenſione ab Hunnis vaſtata ſunt. Obijt M. Ianuar. 972.*

Hunni.

Aichſtetten.

10. *Theobaldus Braitfelder de Aichſteten: nobilis, doctus, hilaris: ſed non admodum religioſus. Sub quo iterum ditio Campidonenſis, Hunnorum ſæuitiam experta eſt: Bauariam & Sueuiam vaſtando tranſcurrentium Baſileam vſque. Sublatus eſt veneno, propter fœminam quandam, à Præfecto: quem habebat in arce Hillemontana habitantem; quem tamen Campidonenſes ciues captum, mox rotæ ſupplicio affecerunt. Obijt 3. Maij Feſto Pentecoſtæ. A. 928.*

Veneno necatus Abbas.

Rotæ ſupplicium.

Sulgovv.

11. *Adelbrechtus Land[illegible]erà Sulgovv. Obijt Feb. 3. A. 940.*

Rauns.

Hunnica irruptio.

12. *Ludouicus Fridſam[illegible]r de Rauns: genere celebri, magna virtute. Tunc tertiùm, Cœnobio vaſtatio ab Hunnis illata eſt: eaq; tanta, vt Abbate ſolo in Hillemontia arce remanente: Monachi cæteri in varia loca [illegible]ugerent. Mox Abbate Auguſtam ſecedente: arx quoque (cum priuilegijs & literis multis in [illegible]ula) nec non magna oppidi pars, igne non benè ſopito, miſerabiliter perijt. Erant illo tempore tres celeberrimi Epiſcopi: Conradus Conſtantienſis, Vlricus Auguſtanus, & VVolfgangus Ratisbonenſis. Obijt Abbas Ludouicus 25. Maij, Anno 941.*

Epiſcopi tres celebres.

13. *Egilbertus Ablouffer, aliquandiu præſidens (vt in M. S. eſt) non autem Auguſtanus Epiſcopus Vlricus: etſi ei, ruina huius Monaſterij, ab Imp. Othone 1. aliquandiu commendata fuere. Qui anno 963 porticum S. Nicolai (Eccleſiam, in pomœrio Campidonenſis Monaſterij ſitam) inſtauratam dedicauit. Fuit enim Co[illegible]m, à Sueuiæ Duce Erneſto (quem ad id graui oratione, Amandus Braitkleens, vnus ex elapſis [illegible] nobilis, excitauerat) 946. cœptum inſtaurari: & ſequentibus annis abſolutum: ac Priuilegia è Stetvva[illegible] vbi exemplar deſcriptum latuerat, reſtituta: rurſumq; ab Imp. Othone confirmata. Interim p[illegible] Monachi, diu Stetvvangæ ſue ſine Abbate vixerant. Ita Dux Erneſtus ſecundus huius Monaſterij conditor. Qua de re, ſuo tempore in ſecunda Sueuiæ parte, σὺν θεῷ plura.*

Sueuiæ Dux Erneſtus.

Stetvvanga.

Eckia familia.

14. *Forbeſer ab Eck, ex optima nobilitate, S. literarum benè peritus, creatus 692. reſtibilis Cœnobij Abbas. Præfuit 30. A. perquam feliciter & vtiliter: non ſolùm dilapſis Cœnobij rebus diligenter reparandis: ſed verbo etiam Dei ſtudioſè prædicando. Renouatum ab eodem eſt Campidonæ Templum S. Magni: muri ciuitatis, permiſſu eius, refecti: oppidum etiam, ampliatum. Interfuit Ratisbonæ Comitijs: in quibus limitum ſuorum (multa enim pauperes Alpogoniæ nobiles abſtraxerant) confirmationem nouam ab Imp. Othone impetrauit. Obijt 992. Aug. 6.*

S. Magni templum.

Erpach.

Nobiles harpyæ.

15. *Stephanus Taradus ab Erpach, doctus & religioſus. Corpore autem ita craſſo: vt nullo equo vehi potuerit, ſed pilento, aut lectica. Vaſtauit quorundam pauperum nobilium arcem: Ruſticis [illegible]mina in agris cum ſaccis eripientium. Obijt 10. Iun 1011.*

VViueden.

16. *Eberhardus Hertenſtainer à VVieneden: vir, qui cum nobilitate generis, ſtudium religionis coniunxerat: quanquam admodum ad iraſcendum pronus. Idem, Venator & auceps. Campidonum foſſis muniuit: fontes intus, lacus ac piſcinas extrà, fecit. Eius tempore Conradus 2. Cæſar, Raueſpurgi fuit: vt latrones nobiles, qui paſſim multi erant, comprimeret. Obijt 3. Apr. 1044.*

Mylhuſa.

17. *Giſelfridus Latifolius, vulgo Braitblat, à Mylhuſa: genere, & ingenui nobilis. Idem, valde ante Abbatiam humilis & religioſus: clauibus verò inuentis, elatus, magnificus, voluptarius, mulieroſus. Charus tamen propter prudentiam & eloquentiam, qua controuerſias mirè componebat, omnibus Principibus: à quibus & ad Papam legari ſolitus fuit. Sæpe CCC. nobiles & equites*

quites circa ſe habebat, quos alebat ſolus. Interim tamen Monaſtica diſciplina corruebat. Deceßit vltimo Iunij, 1048.

18. *Landolphus Rheinſtetter ab Hoheneck: vir corpulentus, ſed pius, & Cœnobio maximè* Hoheneck.
vtilis: Reſignauit tamẽ primo ſtatim anno, conſentiensib. fratib. quos ab errore in viã reduxerat.

19. *Berchtoldus à Thannenfels, 1049. qui poſt paucos annos obijt, Aug. 24.* Thannenfels.

20. *Henricus Dornſtichus de veteri Raueſpurgo, nobili familia, bonus & ſapiens, electus* Raueſpurgia familia.
1036. Expugnauit duas arces (latibula prædonum) Kirnatiæ regiunculæ: in quarum vna habitabat Juncker Hecht. *Abbati equos ſuppeditabant Campidonenſes, & Grynefurtenſes, ſeu Memmingenſes: quippe ditioni eius ſubiecti. Quinque verò aliæ prædatrices arces (nam tales vermes, etiam tunc erant) à Sueuiæ & Bauariæ Principibus deiectæ ſunt. Obijt ipſe Conſtantiæ 7. Maij (al. Iunij) anno fortaſſe 1073.* Prædonum arces.

21. *Conradus Neubrunner de Oſtracho, vel Oſteracho. Arces hic aliquot nobilium prædonũ,* Oſterach.
circa Vtenbyranum Monaſterium ſitas, deſtruxit. Exauctoratus tandem, rebus non admodum feliciter adminiſtratis. Obijt Iul. 16.

22. *Vdalricus Lindegrynius ab Ochſenbach: nobilis & genere, & virtute. Electus 1092.* Ochſenbach.
Obijt Mart. 19.

23. *Otho (al. Hottho) Niderhoſius ab Eris haim, pius & placidus. Electus 1125. nõ diu præ-* Erisham.
fuit, propter afflictam valetudinem. Reſignauit ergo Maij 17. Sub hoc, aliquot nobilium tanta tumultuatio fuit aduerſus hanc Abbatiam: propter quandam prope Oberdorffum arcem, quæ latibulum latronum fuerat: vt conuentus aliquandiu furori illorum cedere, & in Præpoſitura Stetvvangenſi exulare, coactus fuerit.

24. *Fridericus Feſtenberger Landsbergenſis: cui reſignata à Lyndegrinio Abbatia fue-* Feſtenberger.
rat: Hoc & ſequentibus temporib. immune Cœnobium erat à vectigalib. frumenti, vini ferri, ſalis.

25. *Fridericus Klingenſtain Auguſtanus, honeſtus & prudens vir, electus 1138. Cæſare Conrado 3. Obijt April. 3.*

26. *Robertus Conradus Hennenbergius à Schaideck: religioſus, ſed tenaciſſimus. Electus* Scheideik.
1152. Obijt ſubitò 5. die pòſt, Nouemb. 5. in itinere Romam verſus, impetrandæ confirmationis causâ ſuſcepto.

27. *Friderocus (quaſi Friderich 106.) Vorburger ab Helmshofen. Vendidit Haldevvan-* Helmshofen.
gam. Contentio fuit ei cum Iſnenſi Abbate Marquardo, de Achacenſis montis ſyluis: qui Campido- Iſnenſis Abbas.
nenſe Monaſterium occupauit: ſed poſt ſex horas, Frideroco cum maiore exercitu veniente, rurſus exceßit. Obijt. vltimo Maij.

28. *Berchtoldus Hochberger de ſacro ligno, nobili admodum genere: ingenioſus, doctus, nec fœmineo generi inimicus. Electus 1185. In fame pauperibus ſubuênit, domo magna labore eorum ædificanda: in qua Præfectus habitauit: ipſe verò, in Hillemontio. Vendidit, inconſulto conuentû, nobilibus quibuſdam arcem Ileſpurgenſem. Coniunxit fluuium Ilerum ponte, vbi adhuc eſt; in quo* Ileſpurgum.
ponte, Marcellum fecit. Ædificauit & molendina. Obijt Aug. 5.

29. *VVernherus Kalbsauguſtanus. Obijt Mart. 27.*

30. *Rudolfus VVolfgangus de Kyngseck vir celeberrimæ nobilitatis, prudentiâ ciuili pol-* Kynseck.
lens. Electus 1208. Eius tempore arx VVagecka ſub Abbate Campidonenſi erat. Poſtea, per frau- VVageck.
dem nobilium aliquot alienata fertur, qui varie interierint. Alij, αὐτόχειρες γενόμενοι: alij, λεπροί: alij, διαβόλῳ ἁρπαχθέντες. Noſtro tẽpore, Nobiliũ de Loubẽberg eſſe, à Bruſchio 1551 ſcribis. Obijt Aug. 3.

31. *Henr. Burteobachius, electus, 1220. Is de nouo ædificauit Hillemontiũ. Obijt 2. Ia. 1225.* Laubenberg.

32. *Henricus à Summerovv, genere virtuteq; nobilis. Inſtaurauit Monaſterium. Obijt 2.* Sumerovv.
Ianu. (al. 2. Mart.) 1235. Fratrẽ habuit Gothardũ, in arce quadam non longè ab oppido VVanga.

33. *Gebhardus Orteccius à Maiburg; non admodum familiâ nobili: ſed religioſus, & admo-* Maiburg.
dum anguſtæ conſcientiæ. Cibauit tempore famis quotidiè plus 100. peregrinos pulte, in magno aheno cocta. Obijt Aug. 8.

34. *Theobaldus, vel Theotimus, Birckerus, à Felsburg. Præfuit 1237. quo & multùm ciui-* Felsburg.
tatem Campidonenſem muniit. Obijt Febru. 14.

35. *Auerbergerus Rhandecker à Grundſtain. Habuit numerum Monachorum permagnũ.* Grundſtain.
eius tẽpore vaſtatũ eſt in mõte Lottersbergo caſtrũ Hildegardiſpurg. Exauctorat9 eſt 7. Ap. 1242.

36. *Hartmannus Muleck: genere ſatis nobili, Iureconſultus, religione deditus. Hunnis tũc in Germaniam excurrentibus, & Sueuiam vaſtantibus: ille cum fratribus, Cœnobio relicto, in vicinas arces diffugerunt, Obijt Iul. 3.*

37. Neri-

VVurmberg. Thomas Aquinas.

37 Nericus (al. Vlricus) Nerlinger à VVurmberg, vir nobilis & pius. Electus eſt 1253. excepit hoſpitio Thomam Aquinatam, & Albertum Magnum. Sub eo, turris S. Hiltegardis: poſt eum, etiam turris S. Ludouici filij eius, ædificata eſt. Magna autem Cœnobij pars, 1261. poſtridie S. Magni, combuſta Obijt Nouemb. (al. noni menſis) 13. De quo, plura part. 3. lib. 2. cap. 10.

Burgberg.

38. Eberhardus Burgberger ex Algouia, vir illuſtris. Electus 1268. Hoſtes habuit, nobiles Haimenhoferos à Burgberg, propter feudum quoddam. Sub eo erant conuentuales tantùm XV. qui ſingulas domos incolebant: equosq; & ſeruos alebant plurimos: vt[illegible]e qui Mundo renunciaſſent: ac vitæ ſe Angelicæ dediſſent. Obijt Maij 22.

VVeiſenſtaig.

39. Conradus 2 Zoller, à VVaiſenſtaig: ingenioſus, doctus, iuſtus, 1296. Hic diu in Hillemõtano caſtello habitauit, & Haimertingæ plantauit tilias, quæ hodieq; in Cœmiterio reſtant, teſte Bruſchio. Fodiendam curauit per ſuas Campidonenſes, foſſam ab Hillemontio ad Ilarum vſque. Obijt Octob 5. Al. Decemb. 10.

Rauns.

40. Hartmannus Schneller à Rauns familiâ nobili, 1302. Factus leproſus. fruſtrà vim pecuniæ in Medicos inſumpſit. Obijt Ianu. 23. Pauit & ipſe, in magna fame, quotidiè amplius 110. pauperes vtriuſq; ſexus.

Hirsdorff.

41. Henricus Impurus (Vnrain) ab Hirsdorff: vir doctrinâ & prudentia non impurus ſed clarus. Electus 1315. Aluit tubicines, qui cantu indicarent venientes equites. Venientib. XXX. plus minus equitibus: campanæ pulſu ſignum dabatur, vt, qui infrà eſſent, arma corriperẽt: vt videretur, quo animo venirent. Iter cùm faceret, ſemper loricam ſub tunica nigra geſtabat. Obijt 12. (al. 26.) Maij, 1331.

Haſenvviler. Aſinus palmarius.

42. Burchardus Bureckius Algouius, ex Haſenvvilera: nobilis genere, religionẽ non multùm curans. Electus 1336. Muros circa Campidonam abſoluendos aſinumque palmarium faciendum, curauit. Obijt Iul. 19. cùm quidem propter diſcordias inextricabiles Cœnobitarum profugiſſet.

43. Conradus 3. qui propter eaſdem rixas fugit. Conuentualibus ergo (cùm carnalem vitam, non Angelicam, ducerent) datus eſt Commiſſarius à Papa, Epiſcopus Conſtantienſis Nicolaus: qui Præpoſitum illis dedit: qui Monaſterio damno, Campidonenſibus verò ciuibus ad libertatem vtilitati fuit: vt aliàs dicetur.

Helmshofen.

44. Gervvicus Hortbander ab Helmshofen: nobilis. ſed iracundus. Electus 1343. Pacem cum ciuibus coluit. Miracula S. Hiltegardis, circiter 30. in Templo pingenda curauit: in ambitu verò, veteres Abbates: qui poſtea rurſus obliterati ſunt. Obijt Febr. 10.

Oberhofen.

45. Henricus ab Oberhofen, 1346. qui Octob 20. Obijt. Illuſtrauit turres Eccleſiæ: abrogauit eleëmoſynas & Xenodochia vicina Cœnobio: eiecit pauperes. Erat infelix & detrimentoſus gubernator. Præfectum habebat in Hillemontio equitem quendam VVerdnouium.

Monachorum diſſolutio. Campidonenſis Magiſtratus.

46. Conradus 4. Burgberger. Algouius: qui eodem anno, 29. Decemb. peſte obijt. Tũc temporis in hoc Monaſterio, nulla diſciplina erat. Monachi, in nomine Domini (ſua opinione) ſaltabant. Quis ventres, cibo vinoq; repletos, cinxiſſet? Res ipſi Cœnobij negligebãt: otio & libidinib9 vacabant, Inde ciuibus Campidonenſibus, animi additi, Ipſi caudam, ritu taurorum aut draconũ, in tales Monachos, quanquam dominos ſuos, arrigere: iugumq; excutere: quod exinde nunquam amplius eis induci potuit: etiamſi quidam nobilis Haberus, VVolckenbergi habitans, quendam Campidonenſem, quem ſibi ciues Conſulem fecerant, interfecit. Perierant ebrioſis Monachis, etiam priuilegiorum literæ multæ.

VVolckenberg.

Hillemontij venditio.

47. Henricus à Mittelberg, electus 1356. (al. 1352. ſub Clemente VI. qui plerunque in Hillemontio ſedit. Oppreſſus ibi fuit à ciuibus ſuis: Priuilegia Cœnobij deleta: Hillemontium, ab eo ciuibus venditum. Tunc, quaſi Hiltegardis amputatum. Cauſa malorum, quòd filiæ ciuium, à Miniſtris eius raptæ fuerant. Obijt 1382.

Turres duæ.

48. Fridericus ab Hirsdorff Quietus Cœnobio non multùm vtilis: ciuibus Campidonenſibus, ἰσονομίαν non habentibus ſed identidem aliquid abradentibus, non reſiſtens. Colligebat pecunias, ob redimenda bona: quæ anteceſſor oppignorauerat. Sub eo ædificatæ ſunt duæ turres primùm, Maltzmyllerica & Riegerica. Senaculum oppidi, tunc ligneum erat, & limo perlitum. Obductus huic Abbati fuit Pilegrinus Nordholtzius: quæ contentio iacturam attulit quinquies mille florenorum. Verùm enimuerò vt reſiſtere poſſet aduerſario Fridericus: ſe à Conſtantienſi Epiſcopo confirmari voluit, contrà priuilegia: cùm antea immediatè à Pontifice maximo, huius Monaſterij Abbates confirmari ſolerent. Obijt, competitore cedente, 1405. anno.

49. Fri

49 *Fridericus à Louenberg, eximiæ prudentiæ nobilis. Habuit multas cum ciuibus controuerſias: ſed benè de Cœnobio meritus eſt. Effecit, vt priuilegia renouarentur, ac denuò confirmarentur: Hiltegardi ſua iudicialibus recuperando ſententijs: quando interfuit Conſtantienſi Concilio. Sub eo factum fuit pomærium (Zwing Wolff) ab Ilara vſq; ad Burckhaldam circumducendo. Obijt* 1434. — *Loubenberg.*

50. *Pilegrinus à VVerdnovv: qui* 17. *A. præfuit perquam vtiliter, Cœnobij rebus auctis. Obijt.* 1451. — *VVerdnovv.*

51. *Gervvicus Simmetingus, loco prænobili natus. Vir magnus & pinguis. Sub eo, in Buchēbergenſi pugna, Monaſterio huic* 100 *viri ab Heluetijs occiſi ſunt: vnà cum Duce ſuo, VValthero de Hoheneck, equite. Sub eodem, Latinæ ſcholæ à Campidonenſi ciuitate iacta fundamenta ſunt: cùm hactenus Latini Scholaſtici, Hiltegardis ſcholam inire debuerint. Nouus etiā palmarius aſinus, ad S. Magni factus: auctoribus eius, miſerè mortuis. Reſignauit Gervvicus, acceptâ ſupradicta clade ab Heluetijs. Ioanni à VVerdnovv. Obijt* 1463. *humatus in S. Michaëlis ſacello.* — *Buchenbergenſis clades. Hoheneck. Schola latina Campidons. Aſinus palmarius.*

52. *Ioannes, nobilis VVerdnovus,* φιλοικοδόμος, *ædificandi ſtudioſus. Condidit* 1479. *arcem Liebethannam, prope Gunsbergenſes fines ſitam: & ibi ſacellum,* 1480. *conſecratum. Horreum item, Cœnobio vicinum Dormitorium, & Periſtylium magnum, Ambitum crucis dictum. Sub eodem inchoata eſt prima conficiendæ chartæ moletrina, anno* 1447. *Obijt* 1481. *pridie S. Eliſæ, vel Eliſabetæ: poſt contentiones cum ciuitate.* — *VVerdnovv. Charta moletrina.*

53 *Ioannes à Rhiethaim, nobilis vir.* 1481. *in A.* 26 *pacificè cum ciuibus, omni controuerſia ſedata. Emit arcem Hohenthannam, oppido Leukircho vicinam. Multo ære alieno liberauit Cœnobium. Reduxit hoc ſub Papæ iuriſdictionem immediatè: cùm antea ſub Conſtantienſis Epiſcopiture fuiſſet. Ædificauit multa: vt, magnam partem Periſtylij, à Deceſſore incepti: vt, Palatium, Abbatiam, Dormitorium, ligneum organum. Conſecutus fuit ab Imp. Friderico* 3. *poteſtatem pontis Ilerici ſupra Leubas faciendi. Deceſſit* 1507. *pridie S. Galli, Vlmæ: domi præſtantis Medici, Ioannis Stockeri. Reuectus proximo die Dominico Campidonum, in Crypta ſub ſacello S. Sebaſtiani honorificè humatus eſt. Perierunt ſub hoc Abbate, anno* 1483. *omnia miracula, in pariete Templi picta: quæ S. Hiltegardis feciſſe dicta fuerat.* — *Rhiethaim. Hohenthanna arx. Pons Ilera, vel Ilerici.*

54. *Ioannes Rudolphus à Rheitnovv, nobilis & eruditus vir. Electus* 1507. *die lunæ poſt S. Galli, præfuit* 16. *A. Obijt peſte correptus, per totam Algoiam graſſante,* 1523. *Dominica Exaudi. Emerat à Memmingenſi ciue arcem Schvvabelbergenſem in amæno lacu ſitam.* — *Schvvabelberg.*

55. *Sebaſtianus à Braitenſtain, nobilis heros, A.* 12. *Eiectus* 1525. *à ſeditioſis agricolis (hoc, circumiacentia Monaſteria deripientibus & vaſtantibus) atque in arce Liebethanna ſe dedere eis coactus eſt. Reparauit poſtea arces vaſtatas: Liebethannam, Hohenthannam, & VVolckenburgum. Sulzbergenſem verò arcem ſupra Campidonenſem (ſic nominatū) lacum ſitam, à nobilibus Schellenbergijs emit. Ciuibus Campidonenſibus omnia iura vendere coactus eſt* 32. *millibus Aureorum.*

56. *VVolfgangus Viridilapius, vulgò Gryneſtainius: qui nobilitatem generis, & corporis proceritatem, doctrinâ & prudentia exornârat. Adiutor deceſſoris Sebaſtiani* 1534. *& mortui ſucceſſor* 1536. *Fecerat ſibi (adhuc* 1550. *viuens) in ſepulcro marmoreo Epitaphium quod apud Bruſchium extat.* — *Grunſtain.*

SALVE VIATOR, ET NOLI TERRERI. COMMVNIS HÆC EST, QVAM ASPICIS, MORTALITATIS NOSTRÆ FACIES. SED QVI SIM, REQVIRIS? FVI, NON SVM: ES, NON ERIS. NEC EGO TE IN TENEBRIS NOSCERE POSSVM: SED, VT TEIPSVM NOSCAS. ROGO. VALE NOVISSIMORVM TVORVM NVNQVAM IMMEMOR: VT NON PECCES, ET MORIARIS PERPETIM.

Sanè quiſq; viuens adhuc hîc ſepulcrū ſibi faciat, memor mortis futuræ. προπαρασκευαζέσθω δηλαδὴ εἰς εὐθανασίαν σπουδαίως· τοῦτ' ἐστι ἵνα ἐπιστρέφῃ πρὸς θεὸν, διὰ μετανοίας· ὀρθῆς καὶ βεβαίας ἐπὶ χριστῷ πεποιθήσει μόνῃ. *Hoc eſt, ſerio ſtudio ſe ad benè moriendū præparet: nempe conuerſione ex toto animo ad Deum, per veram pœnitentiam à peccatis: & conſtante fiducia in Chriſti merito ſolo.* ὁ γὰρ πιστεύων εἰς τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, ἔχει ζωὴν αἰώνιον. ἰωάν. γ. *Nam qui credit in filium Dei, habet vitam æternam.* τὸ δὲ πιστεύειν, οὐκ ἔστι διστάζειν: *Credere, non eſt dubitare de gratia Dei.* — *Morti præparandū ſepulcrum.*

Secuti ſunt Præſulem VVolfgangum Abbates hi.

57. *Georgius de Graueneck, Baro qui Obijt* 1571. *Iun.* 16.

58. *Eberhardus de Stain. Obijt* 1584. *Iun.* 26.

59. *Albertus de Hobeneck. Obijt 1587. Nouemb. 22.*

60. *Ioannes Erhardus Blaurer VVartenſebenſis, adhuc hoc 1590. anno.*

Recenſentur à Bruſchio, & M. Scr. prædicto, plures, diuerſis temporibus interiecti Abbates. qui non ſunt in Catalogo Abbatum: quòd vel non diu, vel malè, præfuerint, & exauctorati ſint.

Magum Diabolus lacerat.

Inter eos eſt VVernherus quidã: qui, mortuus repertus fuit in arce Kalsbauguſta: dilaceratus in duas partes: inſidentibus multis nigris coruis, cum pedibus & roſtris ignitis: fodicantibus, & partes aſportantibus: maximis inde in arce tumultibus auditis.

Lutzelburgum.

Diu Abbates in Hillemontio habitarunt: & Præfecti in arce Lutzelburgo poſt Hillemontium inferiore loco ſita: ad quam arcem ex Hillemontio per inſignem portam deſcendebatur. Poſtea Lutzelburgum vaſtatum fuit. Sub Abbatibus autem talibus, qui malè Cænobij res curabant, magna imminutio earum accidit. Sic ab eis amiſſum eſt etiam Gryneſurtum (Memmingæ) & VVanga, & inferior Sundhouia, inſigna loca.

Iler fl.

Adijciam adhuc Campidonenſis, Ileri deſcriptionem. Oritur hic rapidiſſimus fluuius è montibus Algouiæ: ac poſt ignobiliora quædam loca, Campidonam præterlabitur. Poſt 4. inde milliaria, deſcendit per Memmingenſium agrum: præterfluens Buchshaimienſem Carthuſiam magnificam. Poſtea, exactis aliquot milliaribus, Kirchbergam (quondam eiusdem nominis Comitum arcem) & Benedictinum Biblingæ Monaſterium: donec tandem infra id Danubio miſcetur, paululùm ſupra Vlmam ibiq; demum nauigabilem fecit Danubium. Tractus, per quem defluit, Ilergæa vel Ilergouia nuncupatur. Cæſa ſunt in extractu 1525. ad Ilerum à Sueuico fœdere, quatuor millia ſeditioſorum Ruſticorum: multiq; inter fugiendum, in amne perierunt: pileis Ruſticorum & Vlmam denatantibus.

CAROLI MAGNI BELLA IN SAXONIA. EIVSDEM CORONATIO Modoëtiæ. Honores Pontificis erga Carolum ordinatio. Conſtantinus Imp. deceptus. Imp. Leo 4. Caroli M. bell. Saxonicum, Ital. Hiſp. Saxones à Franconib. & Alemannis cæſi.

CAPVT IIII.

Saxonicum Caroli bellum.

ANNO 774. Carolo M. In Italia bellum gerente, Saxones occaſionem nocendi Francis nacti, contiguos ſibi Haſſorum limites ferro & igne populati ſunt. Rex verò, à Longobardica victoria reuerſus, tripartito exercitu regiones illorum deuaſtauit: reſiſtentes complures interfecit: ingenti præda potitus eſt.

Modoëtia. Monza. Coronandi ritus ferreá corona.

Sigonius libro 4. Regni Italiæ ſcribit: Carolum hoc anno ferrea corona, Modoëtia (Inſubriæ ciuitate Monza) à Mediolanenſi Archiepiſcopo Thoma redimitum eſſe: atq; vt in poſterum ſic obſeruaretur inſtituiſſe. Ceremoniam eius rei, quæ in antiquiſſimo Rituali contineatur, breuiter hanc ponit: quòd perducto per Epiſcopos Rege è cubiculo in Templum, atq; ad maximam aram Archiepiſcopus aliquot ſolennes precationes effundit: & populum deinde interrogat: num ſe velit tali Regi ſubijcere eiuſq; mandatis fideliter obtemperare? vbi populus ſe velle reſpondit: Regis caput, pectus, ſcapulas, brachiorumq; compages, oleo ſancto vngebat: Deum ei, & ad bella gerenda, & ad ſobolem generandam, propitium precans. Ornabat exinde illum enſe, armillis, pallio, annulo, & ſceptro: tum coronam ei imponebat: per Chorum ducebat: in ſolio collocabat: oſculoq; pacis oblato, diuinam inde rem faciebat.

Patricij Rom. titulus. Epiſcoporum inſtitutio. Inueſtitura.

Romam poſtea profectum Carolum, Patricij Romani titulo (qui à temporibus Conſtantini M. erat maximi honoris) decorauit Adrianus P. Item, vt ab eo Archiepiſcopi & Epiſcopi, in prouincijs inſtituerentur: ita, vt nemo, niſi ab eo laudatus & inſtitutus ſacraretur. Quæ inſtitutio, Inueſtitura appellata eſt: annulo & baculo porrigendo perficienda. Item, vt Pontificem eligeret: Apoſtolicamq; ſedem ordinaret: quod tamen ius Carolus, moderatione animi eximia præditus, remiſit.

Italiam Carolus ordinat. Ducatus Italiæ. Romaniola.

Italiam is deinde, certa quadam ordinatione temperauit. Apuliam & Calabriam Imperatori reliquit: quæ ſequenti tempore à Normannis occupatæ, poſtea in formulam Neapolitani Regni conceſſêre. Ducatum Beneuentanum permiſit Aragiſo, Deſiderij Regis genero: Spoletanum, Hiltebrando: Forijulienſem, Rodgaudo: antiquo feudi iure, quod erga Longobardos Reges fuerat, erga ſe quoq; conſeruatio. Exarchatum Rauennatem (poſtea Romaniolam dictum) & Pentapolin: Ducatum Peruſinum. Romanum, Tuſcum, & Campanum: iure, Principatu, & ditione ſibi retenta, Pontifici permiſit. Reliqua ſibi nomine Regni retinuit: nempe, quicquid Reges Longobardi, in Liguria, Æmylia, Venetiaq; poſſederant: Tuſcia quoq; citeriore, & Cottijs Alpibus attributis. Quæ pars, poſtea vocata fuit Longobardia,

Lombardia.

Lombardia. Limites (Marchæ dicti) & oppida, à comitibus adminiſtrabantur.

Salica lex.

Introducta etiam tunc à Carolo in Italiam fuit lex Salica, ſiue ius Francicum. Ita triplici tunc genere legum Italia viuebat: Romano, Longobardo, Salico. Profitendum cuiq; fuit, qua lege vellet viuere: atq; ex ea ius ei dicebatur. Manſit ea ratio vſq; ad tempora Lotharij 2.

Eodem

Eodem 774. anno, cum Imp. Conſtantinus fraude 12. millia Bulgarorum interfeciſſet (quod, nullo ſuorum amiſſo, nobile bellum appellabat) cùm etiam apud Elerichum (fortaßis Adelrichum, vel Henrich.) illorum Regem, quoſdam haberet: ex quibus arcana huius reſciſceret: Elerichus, ſe prodi intelligens à ſuis Græco: ad hũc ſcribit ſe cupere ad ipſum profugere. Mitteret ergo ad ſe Imperator literas ſecuritatis, vel publicæ fidei: & ſignificaret, quos haberet in Bulgaria amicos: vt horum fideli operâ ad ipſum Conſtantinopolin venire poſſet. Hic ſtultè deceptus, nomina amicorum per literas ei aperuit. Bulgarus arreptos, medios diſſecuit. Imperator, re cognita, canam ſuam barbam euulſit. Cedren. & Diaconus.

Nobile bellum Imp. Conſtantini.
Proditores deprehenſi & puniti.

Anno 775. Conſtantino Copronymo 18. Calend. Octob. defuncto: filius ſucceßit XXV. Imp. CÆS. FL. LEO PORPHYROGENNETVS, P.F. Aug. A. 5. Qui ſequenti anno 18. Calend. Maij, filium ſuum Conſtantinum, Imperatorem dixit.

Leo Porphyrogennetus imp. A. 5.

Anno 776. Carolus in Italiam copias duxit: quòd ſuperiore proximo anno Rodgaudus, Foroiulienſium Dux (ægrè ferens, Longobardos Francis ſubiectos eſſe) ab eo defeciſſet, ac magnas turbas daret. Eum prælio ſuperatum & captum, Vltimo ſupplicio Carolus affecit: Ducatum eius, Regno attribuit: ſingulas ciuitates ſingulis comitibus adminiſtrandas dedit.

Rodgaudus.

Anno 777. quia Saxones præcedente anno (quando Carolus bello Italico erat occupatus) rurſum tumultuati fuerant: nec, quamuis tunc pacati, quieſcebant: eos rurſus ingenti exercitu petiuit Rex Francorum. Tunc (VVidekindo VVeſtfalorum Principe, in Daniam ad Sigefridũ R. profugo) baptizandum ſe præbuit ex illis maxima multitudo: falsò ſe Chriſti fidem amplecti dicens.

Saxones, rurſus inquieti.

Anno 778. Carolus, expeditione graui cum Francis & Alemannis, in Hiſpaniam contra Saracenos ſuſcepta: Cæſarauguſtam (Saragoſam) & Pompeiopolim (Bampiloniam) aliasq; vrbes, cepit. In Pyrenæis poſtea iugis, dum reuertitur, Vaſconum inſidijs extrema pars Francici exercitus circumuenta eſt: qua pleriq; Aulicæ nobilitatis, amißi. Perijt tunc etiam Britannici littoris Præfectus, fortißimus heros Rolandus, vel Rhotlandus: de quo legatur fabuloſus Epiſcopus Rhemenſis Turpinus. Gladius Caroli M. vocabatur, ſpatha Gaudioſa (ſicut ſcilicet pugna, quia viro forti eſt gaudio, ab Homero vocatur χάρμη) Rolandi verò, Durenda, id eſt, durus ictus. Arioſtus Durindanam vocat: Petrus de Natalibus, in Legenda Rhotlandi, Duridandam: quaſi dicas (ſi fabulari libeat) Durch hin dan / διαναπέρας ἄπειρον, διὰ, diuiſionis: ἀνὰ, progreßionis: πέρας, pertranſitionis.

Saracenos Hiſpanienſes bello Carolus petit.
Saragoſa.
Pampilonia.
Rolandi interitus.
Gladiorum nomina.

Interea Saxones occaſionem nacti: cum armis ad Rhenum vſque profecti erant. Quem cùm traijcere non poſſent: quicquid à Duicia ciuitate (Tuitione, hodie pago, è regione Coloniæ) vſque ad Moſellam, vicorum villarumq; fuit: ferro & igne depopulati ſunt: ſacra & profana poſſunderunt: nulli neq; ætati, neque ſexui, pepercerunt. Cuius rei nuntio, apud ciuitatem Antiſiodorum (Auxerram in Burgundia, olim Vellaunodunum) Carolus à Saracenico bello reuertens, accepto: extemplò Francos orientales atque Alemannos ad propulſandum hoſtem feſtinare iußit. Ipſe, cæteris copijs dimißis, in villam Hariſtallium, ibi hyemandi causâ venit. Franci & Alemanni, magnis itineribus contendẽtes: ſi fortè Saxonum copias adhuc in finibus ſuis nanciſci poſſent: cùm nõ amplius ibi reperirent: illorum veſtigia ſecuti in pago Haſſorum, iuxta amnem Adernam (Adranam Cattorum) deprehenderunt. Quos ſtatim in ipſo fluuij vado adorti: tantam eorum ſtragem fecerunt: vt ex ingenti multitudine, vix pauci domum fugâ elapſi dicantur. Ex Annal. Francorum.

Saxones irrequietos Franci & Alemanni concidunt.

Anno 779. Carolus, Rheno traiecto, rurſus in Saxones mouet: eos apud Bucholtium in fugam conijcit: VVeſtfaliam omnem in deditionem accipit. Inde ad Viſurgim, ſeu VVeſeram, tranſijt: vbi & Angarij Oſtfaliq;, deditione facta, obſides dedêre. Quibus peractis: Rex trans Rhenum in ciuitatem VVormaciam ſe hyematum recepit. Vbi olim Angriuarij: ibi nunc VVeſtfali & Oſtfali ſunt: in quæ duo genera Saxones diuiſi erant.

Rurſum Carolus Saxones tundit.

CAROLI RES GESTÆ IN SAXONIA. IMP. CONSTANTINVS VII. Ioannes, Augiæ diuitis Abbas. VVarinus, Altorffij Comes. Carolus & Hiltegardis, Romipetæ. Pipinus, eorum filius, Rex Italiæ. Rhuthrudis Caroli M. filia, VVitteberga & Magdeburgum. Venus Magdeburgica. Conſtantienſis Epiſcopus Egino. Ciſtæ inſcriptio de Chriſto, Pſalterium græcum.

CAPVT V.

ANNO 780. *Carolus denuò Saxoniam magnis cum copijs ingreſſus, ad fontem Lippiæ vel Lupiæ venit: & inde Orientem verſus, ad fluuium Obacrum. Tunc plurimi Saxones, in*

Saxonici belli reſumptio.

loco Horbeim dicto, ſolita ſimulatione baptizati ſunt. Deinde, ad Hora & Albiæ confluentes caſtrametatus: Saxonum, qui exteriorem & Sclauorum, qui vlteriorem fluminis ripam incolebant, rebus compoſitis: in Franciam rediit. Poſt hæc, cum vxore Hilsegarde ac liberis (Pipino & Ludouico) Romam orandi, & voti ſoluendi cauſâ, proficiſci ſtatuens: natalem Domini, Ticini vel Papiæ celebrauit.

Carolus Romam cum Hilsegarde repetit.

Conſtantinopoli Imp. Leo, repertis duabus imaginibus in puluinari vxoris Irenes: Aulicos, à quibus illatæ fuerant, cruciatib. grauiſſimis addixit: & vxorem duriter obiurgauit. Ipſe 7. Idus Septemb. mortuus eſt, ex ardenti febre: quæ ipſum corripuerat, cum Heraclij coronam ex magna Eccleſia (Sophiæ) ſublatam, capiti ſuo impoſuiſſet. Erat enim λιθομανὴς gemmarum amator ad inſaniam. In cuius locum ſucceſſit XXV. IMP. CÆS. FL. CONSTANTINVS PVRPVRIGENA, P. F. Aug ſub tutela matris IRENES A. 10. & poſtea per ſe aliquot annos.

Irene, imaginum cultrix.

Gemmarum amator.

Conſtantinus Prophyrogen. Im. p. 26.

In Cœnobio Augia diuitis ſextus Abbas Ioannes, primus tum Augienſe, tum Sangellenſe, Monaſterium, liberum & immune ab omni Epiſcopali iugo reddidit: quod impetrauit ab Adriano P. ſub Carolo M. & Regina Hiltegarde, ac Comite Heroldo, 780. Bruſch.

VVarinus Altorffenſis Comes, hoc tempore obijt relicto filio Iſenberto. Hinc, Guelforum proſapia. Stumpſ. Quam Genealogiã in 14. tabula Germanici de Bauaria operis Auent. exponit. Erckenvvaldus. Othbertus, & Albertus, omnes tres erant, alius poſt alium, Comites Palatini Caroli M. Sed fratris eius Carolomanni. Regis Alemanniæ, Comes Palatinus, (vt mihi ſcripſit vir nobilis, Gottfridus à Rammingen) fuit VVarinus prædictus: quem poſtea Carolus Præſidẽ Sueuiæ (ein Landthauptmann) conſtituerat. Palatina autem dignitas, è Maioratu domus Franciæ emerſit: & Maior domus erat proxima poſt Reges eminentia. Ita debiles Comites Palatini ad Rhenum, vixerunt: vt 933. Chriſti, Conradus ſub Cæſare Henrico Aucupe: cum quo contra Obotritos profectus eſt. Et 940. Franconiæ Dux Eberhardus, Hohenvviela Comes. Interfuit Coronationi Aquiſgranenſi Cæſaris Othonis I. Deinde & alij poſt alios. VVitebergæ, à VVitekindo ciuitas facta eſt.

VVarinus Comes Altorffen.

Guelforum proſapia.

Palatinorum origo.

Anno 781 Romam profectus Rex Carolus: honorificè cum vxore & filijs exceptus à Pontifice Adriano eſt. Vbi cùm ſanctum Paſcha celebraret: baptizauit Adrianus filiũ eius Pipinum, ſiue Bibinum, (ἀνάδοχος αὐτος αὐτοῦ, ipſe ſuſceptor eius) quem etiam, fratremq́ eius Ludouicum, Reges inuxit, eiſq́ coronas impoſuit: Pipinum, Longobardiæ præficiens: Ludouicum verò, Aquitaniæ. Quanto hæc gaudio Sueuicæ matri eorum Hiltegardi, Reginæ nobiliſſimæ, fuiſſe exiſtimandum eſt? Cùm deinde Carolus & familia Romã degreſſi, Mediolanum veniſſent: Thomas, Epiſcopus eius vrbis, filiam Caroli Gislam ſacro fonte abluit, & ipſe ſuſcepit. Inde, in Franciam reuerſi ſunt: Italia tamen Pipino Regi commendata: quæ ipſum ſumma gratulatione excepit. Sed & Pipinus Regnum legibus, & publicis operibus, laudabiliter temperauit, plerũq; Rauennam habitãs.

Pipinus, Caroli F. Romæ baptizatus.

Giſla, Caroli F. Mediolani baptiſmo initiata.

Inter Carolum, & Bauariæ Ducem Taſſilonem, pax firmata.

Conſtantino Imp. Græco (per legatos matre eius Irena, ſiue Hirena, petente) filia Caroli & Hiltegardis nomine Rhutbrudis, deſponſata eſt. Qua de re ſic apud Cedrenum eſt.

Ruthrudis, Caroli F.

Anno 2. Conſtantini, Irena, miſſis Legatis ad Carolum R. Francorum, filiam eius, nomine Erythrô (ἐρυθρὼ λεγομένην) filio ſuo deſpondit. Pactiſque, conuentis, ac iureiurando firmatis (γενομένων συμφώνων καὶ ὅρκων) Eliſæus, Eunuchus & Notarius, apud Carolum remanſit: vt virginem Græcis literis atq́ linguâ, moribusq́ Romani Imperij inſtitueret.

Hoc quoque tempore, Magdeburgum, nobilis vrbs Saxoniæ à Carolo M. amplificatum eſt: deſtructo ſimulacro Veneris: quæ nuda, cum tribus à tergo Charitibus nudis, inſiſtebat inaurato vehiculo: quod à duobus albis cygnis, & duabus albis ante hos colun bis, trahebatur. In capite Veneris, myrteum ſertum: in ore ridentis, rubra roſa clauſa: ex pectore eminens, incenſa fax: in cordis loco defixa, ſagitta hamata: in dextra, tria Chryſomela: in ſiniſtra, globus Mundi. Hæc, Homeri χρυσῆ καὶ φιλομμειδὴς ἀφροδίτη: omnibus blandiens, omnes vrens, omnes auro emungens. Charites, inter ſe auerſæ: ſed brachijs tamen inuicem implicitis, aureum pomum inter ſe dantes. Deæ ſcilicet gratiæ & beneficentiæ. Talium loco idolorum, à Carolo Templum, D. Stephano ſacrum, conditum eſt. Vide Crantz. 2. Saxon. 12. & Ioan. Pomarium in Magdeburgi Germ. deſcriptione.

Magdeburgum, à Carolo amplificatum.

Veneris ſimulacrum.

Charites.

Electus fuit hoc 788. anno, Egino, Conſtantiæ Epiſcopus: qui poſtea mortuus eſt 813. Habendi cupidine hic flagrans: ſtatim VValdoni, Sangallenſi Abbati, grauiter inſidiatus eſt. Reliquit poſt ſe crucem, marcas puri auri habentem 50. argenti verò 35. & precioſiſſimas gemmas: inſcriptis his verſibus.

Crux aurea.

Hoc

Hoc trophæum Chriſti Egino pro luce perenni.
Virgo Maria tuo ſacro dicauit honori:
Cui prece, quæſo, tua, tribuantur Regna polorum.

Pſal.50.dicit Deus: Inuoca me in die tribulationis tuæ. Chriſtus Matth.11.dicit: venite ad me omnes.

Epiſcopus Egino, ad S. Mariam venit.

Hanc crucem poſtea 1476. Epiſcopatus Hermannus Landenbergius, renouans, totam fecit auream, hac inſcriptione notans:

Hæc Crux, argento tribuit quam Præſul Egino auro commutata datur, nunc ſic renouata.

Anno 782. VVitekindus, Saxonum parte ad defectionem impulſa, Francicum exercitum cædit, cum nobilibus viris circiter XX. ſed Rege Carolo in Saxoniam ingrediente, fugit. Rex eos, qui ei dediti fuerunt, grauiter ob defectionem vlſciſcitur: decollatis vno die ad fluuium Alaram (qui in Viſurgim influit) in loco Ferdi vocato, ad quater mille & quingentos. Ita rurſum Saxonia, pacata.

Saxonia, rurſus Carolo compeſcenda.
Alara fl.

In longis Thraciæ muris (aduerſus Barbarorum incurſiones extructis) inuenta eſt inter fodiendum ciſta (λάρναξ) & in ea, longum viri cadauer: cui ciſtæ inſculptum erat hoc: ΧΡΙΣΤΟΣ ΜΕΛΛΕΙ ΓΕΝΝΑΣΘΑΙ ΕΚΠΑΡΘΕΝΟΥ ΚΑΙ ΠΙΖΤΕΥΩ ΕΙΣ ΑΥΤΟΝ. ΕΠΙ ΔΕ ΚΩΝΞΣΤΑΝΤΙΝΟΥ ΚΑΙ ΕΙΡΗΝΗΣ, ΠΑΛΙΝ, Ω ΗΛΙΗ ΟΥΕΙ ΜΕ. *Chriſtus naſcetur è virgine: & in eum credo. IMPP. autem Conſtantino & Irene me rurſum Sol videbis. Theodoſ. Meliten & Geor. Cedr.*

Arca cum Græca inſcriptione.

Hoc tempore, Petrus quidam, Diuitis Augiæ Abbas erat: homo decrepitæ ætatis. Hic tamen Romam petiuit: & Pſalterium ſeptuaginta Interpretum conſecutus, in Augiam detulit. Intelligo Græcum Pſalterium. Hoc tunc, miraculum fuiſſe in Germania videtur. At hodie, quanta optimorum librorum copia apud Germanos? Imperatoria quondam Bibliotheca, quamuis numeroſa libris, non habuit Græcos hos: quos nunc tantùm tenuis fortunæ Cruſij Tybingicæ capſæ habent.

Pſalterium Græcum.
Græca Bibliotheca.

S. HILTEGARDIS OBITVS, VIRTVTES, SEPVLTVRA, & alia. Reginæ Berthæ mors.

CAPVT VI.

ANNO 783. cùm Carolus ſe contra Saxones, rurſum inquietos, pararet: antequam è Theodonis villa (Diuoduro, Meti aut Dietenhoſa) vbi hyemauerat, diſcederet: dilecta vxor eius HILTEGARDIS deceſſit, pridie Calend. Maij, in vigilia aſcenſionis Domini, LI. ætatis anno: quæ peperat illi filios: Carolum, Pipinum, & Ludouicum: filias, Rhothrudin, Bertham, Giſalam, & Immam. Cuius funeri perſolutis more ſolẽni iuſtis: ille in Saxoniam duxit exercitum. Ibi hoſtes bis ingenti ſtrage contudit ſemel, in loco Diethmelle dicto, non ita Paderbornâ procul: iterum autem, in finibus VVeſtfaliæ, ad fluuium Aſam. Perrexit inde Orientem verſus: ad Viſurgim & Albim cuncta vaſtando. Reuerſus in Franciam, Comitis Orientalis Franciæ Rhatholfi filiam Faſtradam, VVormaciæ duxit. Quo anno Regis quoque mater Berthrada ſeu Bertha, 4. id IVL. ex hac vita diſceſſit: quæ apud ipſum in magno honore conſenuerat: quam idem in Baſilica S. Dionyſij (vbi & pater humatus erat) ſepeliuit. Rhegino lib.2. & annales Francorum atque alij. De qua Bertha Ioach. Camerarius in Niceph. Chronolog. De moribus Berthæ, inquit, accepimus: fœminam fuiſſe iracundam, & penè ſæuam. Quod adhuc fabulæ apud nos confirmant, de vagante circum domus noctu Bildaberta (VVildaberta) id eſt, fera Bertha: eiulantes & contumaces pueros corripiente, atq; lacerante: quo terrore hi à matribus compeſcuntur.

Hiltegardis obitus.
Saxones à Carolo denuò cõtuſi.
Faſtrada, Caroli vxor.
Berthradæ mors.
Bertha.
Bildaberta.

De S. Hiltegarde, plura ex Campidonenſi hiſtoria cognoſcamus, qualiacunq; ſint.

Obijt ita piè vt creditum ſit: animam eius ab Angelis ſuauiter canentibus, in cœtum deportatam eſſe. Sepulta eſt (vt moriens petierat) in Baſilica ſua Campidonenſi. Etſi Cœnobitæ S. Arnulphi (inquit Bruſcius) extra Mediomatricum potentiſſimæ vrbis mœnia (in peruetери magnificentiſſimoq; Monaſterio habitantes) ſeſe eandem Hildegardim, & liberos eius (Ludouicum Piũ, Hildegardim, & Adelhaidin) in Templi ſuo choro conditos habere dictitent. Sed fieri potuit, vt Meti mortua, initiò illic humata ſit: poſtea verò, Campidonum translata: ſicut Reges & Principes, ac Dominæ, interdum alicubi conduntur: poſtea verò aliò transferuntur. Veriſimile autem omnino eſt fundatri[illegible] ſuo cœnobio ſepultam eſſe, potius, quàm in alieno. Perhibentur in vetere libro, ſepulturæ inter[illegible]e V. Epiſcopi, & VII Pr[illegible]cipes: magnus item numerus Abbatum, nobilium & ignobilium hominum: præſertim Sueuicus [illegible]as Amprechtus. Omnes vici, hominũ pleni fuiſſe.

Hiltegardis ſepulturæ locus.

Campidonenſi vico ipſos non capiente. Eo quoq; tempore fuiſſe magna vini & frumenti vilitas fertur. Appellatur Hiltegardis (vt ibidem, & à Bruſcio, ſcribitur) Sancta: etiamſi non eſt vſitato Canone, inter Sanctos à Rom. Pontifice relata. Attamen pietatem, vt potuit, coluit: ſtudioſè ægrotos inuiſit, & conſolata eſt: fœminis ex partu laborantibus adſuit: in pauperes liberaliſſima fuit. Cuius pietatis inſigne adhuc in Campidonenſi Cœnobio indicium eſſe, commemoratur: quòd ſingulis ſeptimanis in memoriam eius die Lunæ & Veneris (feria 2. & 6.) ducenti homines, panibus diſtributis, paſcuntur. Ait vetus M. S. liber, pridie Calend. Maij (quo die ipſa obijt) ferias ei celebrari ſolitas eſſe à Sangallenſibus: quòd miracula ibi feciſſe, & contra peſtilentiam protectrix eſſe, credita ſit. Ideo in eodem libro, ad verbum perſcripta ſunt hæc: Ob die ſeelig Hiltgart nit „Canoniſiert iſt: ſoll doch niemand an jhrer Heyligkeit zweifflen. Wañ es ſpricht S. Au„guſtinus: daß die Chriſtenlich Kirch vil hab: die ſie für Heylig halt mit ſingen / vnnd mit „leſen: vnnd doch jhrer Seelen in der Helle ſind. Auch vil ſind / die ſie nit ehret mit ſingen „vnd leſen: deren Seelen im Himmel ſind, *Id eſt: etiamſi non eſt canonizata, S. Hiltegardis: nemini tamen de ſanctitate eius, in dubium venire debet. Inquit enim S. Auguſtinus, Eccleſiam multos ſanctos inuocare, ac celebrare cantu & lectionibus: quorum tamen animæ, in inferno ſint. Multos contrà eſſe, quos non curet: quorum tamen animæ ſint in cælo. Dicti ſunt apud Hiltegardis ſepulcrum eſſe gradus octo deorſum: quos qui deſcendat & aſcendat religioſis cum precibus, habere D. CCC. dierum indulgentias. Ait verò Dauid Pſal. 31. Dixi, Confitebor aduerſum me in iuſtitiam meam Domino. Et tu remiſiſti impietatem cordis mei.*

Eleëmoſyna eius.

Sancti quinam.

Ex Epitaphio Hiltegardæ, apud ſupradictos S. Arnulphi Cœnobitas.

Tu ſola inuenta es: fieres quæ digna tenere
  multiplicis Regni aurea ſceptra manu;
Alter ab vndecimo rurſum ſe ſuſtulit annus:
  heu genetrix Regum, heu decus atq; dolor.
Te Francus, Sueuus, Germanus, teq; Britannus,
  cumq; Getis duris plangit Ibera cohors.
Accola te Ligeris, te deflet & Itala tellus:
  ipſaq; morte tua anxia Roma gemit.
Solatur cunctas ſpes hæc ſed certa dolentes:
  pro dignis factis quod ſacra Regna tenes.

Origo Scholaſticæ conſuetudinis, Regis & Reginæ quotannis Campidoni, Memmingæ, alijsque illius regionis locis, creandorum: ex eodem M. Scr.

Puerorum ludus, βασιλίνδα.

Venit quodam tempore Carolus M. Seleſtadio (von Schlegſtadt) *Campidonum, in arcem Hillemontiam ſeu Burckhaldam, ad coniugem Hiltegardam: vt videret, quomodo Monaſterij ædificatio procederet. Ibi die quodam ſedentibus ipſis ad menſam: & filijs aſtantibus, Pipino, Carolo, Ludouico: cùm Parentes multa de imperijs Deceſſorum ſuorum colloquerentur: Pipinus, vt puer, interrogat: Mea mater, ero ne ego Rex, patre in Cælum recepto? Reſtitit Carolus (ſermone ad patrem directo) non illum, ſed ſe, in Regnum ſuccedere debere. Tum Ludouicus, vt ipſe fieret Rex, vtrumq; parentem orare. Pueris ita de Regnando inter ſe concertantibus: Facilè ego dirimam, inquit Regina, controuerſiam: quis veſtrum ſit patri ſucceſſurus. Deſcēdite in vicum (nondum oppidum erat Campidona) & quiſq; veſtrum ſumat commodatò gallum gallinaceum à Ruſticis. Deſcenderunt, comitati pædagogo ſuo, & Scholaſticis, vicinam arci Scholam viſitantibus. Reuerſis, Nunc inter ſe gallos committite, inquit mater. Nam Rex erit, cuius gallus pugnando vicerit. Cōmiſſi ſunt, pugnarunt, vicit Ludouici gallus. Sanè iocus, euaſit res ſeria: Ludouico, cognomēto Pio, Imperium poſtea adepto. Hinc Regij pueri, cæteriq; Scholaſtici ſequentibus annis circa arcē hunc ludum exercuêre: donec Monaſterium quantum ſufficeret, ſurrexiſſet. Tunc Hildegardis, & Abbas Andegarius, Scholam eò tranſtulerunt. In omnibus etiam ciuitatibus & Monaſterijs, Rex Carolus aliquas eſſe voluit Scholas. Hinc conſuetudo, Regis & Reginæ in Campidonenſi, Grynefurtenſi (hodie, Memmingenſi) & aliarum ciuitatum, Scholis, quotannis creandi, quadam cum pompa incedendi, & lautius viuendi.*

Regnandi causâ puerilis contētio.

Gallorum gallinaceorum concertatio.

Schola Hiltegardis.

Commemorantur quædam etiam miracula S. Hiltegardis, ei pro Deo tributa.

Fuit longo tēpore poſt conditū hoc Cœnobium, quidam eques auratus, Manigoldus Fridraner: in arce Freudenbergia (tunc ad Cœnobium Salomonis villam pertinente) habitans. Is filiolam habebat,

bebat, cui nomen Felicitati: quæ aquam ex puteo, inſcijs omnibus, allatura, eò incidit: nec ante quinque horas reperiri potuit. Cum tandem reperta eſſet (pedibus ſurſum, capite deorſum, conuerſis) nec vllum ſignum vitæ in illa appareret: pater dolore exanimatus, vouit: ſe centum libras Ceræ, & alia, ad tumulum S. Hiltegardis oblaturum. Puella in altari poſita erat: donec ſepulcrum fieret: in quo humaretur. Quo facto: cum ab altari leuaretur, riſit. Gaudio ingenti orto; manu patris deducta domum eſt. Poſtridie ipſe, Solomo villanus Abbas, ac puella, Campidonam venêre: gratiæ, Deo actæ: Votum, S. Hiltegardi perſolutum.

Puella ſubmerſa, rediuiua. Votum, Sanctæ Hiltegardi factum.

Ethnici quoque Dijs ſuis vota faciebant, & perſoluebant: In Apiani Inſcriptionibus.

VOTVM SILVANO SOLVIT LIBENS MERITO T. F. DIADVMENVS LVKVESIANVS, PRÆGVSTATOR AVGVSTI.

ALIVD MIRACVLVM.

Quondam Scholaſticus quiſpiam, in flumen Ilarum incidens, vndecim ibi horas iacuit. Hic extractus, & pro mortuo habitus à matre ad ſepulcrū Hiltegardæ poſitus eſt. Pater Hiltebrandus Ramer, præcipuus Campiduni caupo, corrogauit cunctos ex Eccleſia S. Magni Presbyteros, & Ludi magiſtrū cum Scholaſticis: vt ad tumulū Hiltegardis, pro vita mortui orarent. Præcantibus his, & vnà populo: puer, dextrā pectori ſuo imponens, reuixit. Tunc gaudiū omnibus campanis publicū ſignificatū fuit, Deoq; & Hiltegardi, gratiæ acta. (Soli Deo laus debetur: qui alteri gloriam ſuam non dat.) Hinc orta fertur conſuetudo, pulſandi ſemper omnes campanas in funere Scholaſtici, & honorificè proſequendi. Tunc etiam peculiaris locus, ſepulturæ Scholaſticorum attributus. Parentes illius pueri, vt diuites conſtituerunt: vt in perpetuum deinceps, die S. Michaëlis, Scholaſticis ſinguli panes albi darentur. Factus poſtea is puer (cui idem cum patre nomen) perhibetur Presbyter.

Scholaſticus rediuiuus.

Fratrem etiam S. Hiltegardis habuit Geroldum: Comitem ſancti montis, Ducem Sueuici exercitus in bellis, charum affinem Carolo Magno.

Geroldus, Comes.

BELLA CAROLI M. IN SAXONIA, ITALIA, BAVARIA. EPISCOPATUS in Saxonia. VVidekindi Saxonis conuerſio ad Chriſtum. SEPTIMA SYNODVS vniuerſalis, ſecunda Nicæna. Taſſilonis, Bauariæ Ducis, Carolo rebellis, in Monachum metamorphoſis. Geroldus Sueuus, Bauariæ Præpoſitus. Græci, in Italia à Francis victi. VVilſi, Francis ſubiecti. Hunnicum Caroli bellum. Inundatio Romæ. Pariſienſis vniuerſitas. Felix Arianus. Coniuratio in R. Carolum. Epiſcopus Auguſtæ Sympertus, & Baſilica S. Afræ. Flandrenſis comitatus initium.

CAPVT VII.

ANNO 784. ſpes concordiæ, quæ bello imaginum turbata fuerat, inter Conſtantinopolitanam & Romanam Eccleſias reſarcienda, affulſit: & Taraſius, factus eſt Patriarcha.

Carolus hoc anno rurſum in Saxones, idq; bis profectus, VVeſtfalorū & aliorū agros vaſtauit. Filius eius Carolus, equeſtri victoria potitus eſt. Aquarū inundatione redire in Frāciā coacti ſunt.

Bellum Saxonicum, renouatū.

Anno 785. Saxonia miſerè à Carolo vaſtata eſt: VVidekindus, prælio ingenti ſuperatus, Franco ſe dedidit: Chriſti religionem amplexus, VVeſtfaliam, Magdeburgum, VVitebergam, & alia multa, Ducis titulo regenda, Caroli beneficio accepit: albo cum equo in inſignibus (tanquam iam illuminatus) cum ante Baptiſma, nigrum equum habuiſſet.

VVitekindus, Chriſtianus fit. VViteberga.

His annis quibus arma Saxonibus Carolus intulit, Epiſcopatus ibi decem inſtituit: vt ſic magis illi continerentur in officio: VVerdenſem, Bremenſem, Mindenſem, Halberſtadenſem, Hildeſheimenſem, Paderbornenſem, Oſnaburgenſem, Monaſterienſem, Magdeburgēſem, Hāburgenſem.

Epiſcopatus decem Saxoniæ.

Anno 786. Arugiſus, Deſiderij Exregis gener, Beneuenti in Italia Dux, ſuperbiâ elatus (nam pro Duce, Principem ſe appellabat) à Carolo defecit. Venientis verò ſequenti anno potentiam videns, ſe ſubmiſit, dato Grimoaldo F. obſide: & ſic pacem impetrauit.

Arageſus.

Anno 787 ſeptimum Oecumenicū vel generale Concilium, ab Irene Auguſtâ, Nicææ Bithyniæ vrbe, menſe Maio indictum eſt: & menſe Octobri poſt, peractum: cui CCCL. Epiſcopi interfuerunt: Legatis Papæ, primam ſeſſionem habentibus. Sancitum eſt tunc, Spiritum S. & à patre, & à filio, procedere: ac ſanctas imagines crucemq; eſſe venerandas. τὰς εἰκόνας σὺν τῷ σταυρῷ διωρίσθη θεοπροσκυνεῖσθαι. *Cedrenus. Sic, Eccleſiarum vnio facta. Matth. 4.* [illegible] κύριον, τὸν θεόν σε, προσκυνήσεις καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις. *Dominum Deum tuum adorabis: & ei ſoli ſeruies.*

Synodus ſeptima. Imaginum adoratio, ſancita. Eccleſiarum vnio.

Funcius 789. actum ait: Græci autem tunc ſcripſerunt annum Mundi ,ςψϟϛ'. 6296. Hodiè verò, anno Chriſti 1590. numerant ,ζϟθ'. Mundi, id eſt, 7099. & Indict. 3, Græcis incipit nouus Annus & indictio, Calendis Septembris.

Annus Mundi Græcorum.

Eodem 787. anno, cùm Carolus eſſet Romæ: venerunt ad Adrianum Papam legati Taßilonis Bauari, ſeu Theſſaloni: rogantes, vt pacis inter Regem Carolum, & Bauariæ Ducem, mediator eſſe dignaretur. Cupiebat Papa, cupiebat Rex, eam fieri ſtabilem, ſed fruſtrà: eò quòd Legati fraudulenter agere viderentur. Itaq; dimißi ſunt. Rex etiam, adoratis Sanctorum liminibus, votis ſolutis, Apoſtolica benedictione accepta: in Franciam rediit. Repertis autem VVormaciæ, coniunge Faſtrada & liberis, ac comitatu eis relicto: comitia ibi egit resq; in Italia geſtas à ſe, & de Taßilonis legatis, expoſuit. Ibi decretum eſt communi Procerum conſenſu, vt Taßilio citaretur.

Taßiloni bellum infert Carolus.

Is verò non modò non venit: ſed ne reſponſo quidem dignatus eſt Regem. Carolus igitur, congregato ingenti exercitu, trifariamq; diuiſo: Baioariam atq; Thaßilonem petere conſtituit. Cumq; Pipinum filium, in Tridentinam vallem cum Italicis copiis venire iußiſſet: & Orientales Franci ac Saxones, vt iußi fuerant, ad Danubium in loco, qui Pferinga vocatur, acceßiſſent: ipſe cum Francico & Alemannico exercitu, quem ſecum duxerat ad Lechum (Lycum) fluuium (qui Alemannos & Baioarios diuidit) in ciuitatis Auguſtæ ſuburbano conſedit: inde Baioariam valida manu petiturus: niſi Taßilo, ſibi ac populo ſuo melius conſilium iniiſſet. Incitauerat eum peßimè

Luitpurga, Taßilonis vxor.

vxor Luitburga (Auentino, Lytopyrga) Deſiderii Regis filia: ambitioſa mulier, impotensq; ſui: quæ falsò ſibi perſuaſerat: ſe poſſe vlciſci ea, quæ accidiſſent Parentibus & fratribus ſuis, opibus mariti. Tunc verò ſe vndiq; videns circumſeſſum Taßilo: ac Baioarios magis Carolo, quam ſibi fauentes:

Deditio Taßilonis.

ad hunc Auguſtam in caſtra vltrò, ac ſupplex venit. Se peccaſſe confitetur: ignoſci ſibi petit: clementiæ Regis, ſe, coniugem, & liberos, permittit: Baioariam cum ſceptro, cui homo inſculptus erat, tradit. Carolus pœnitentem videns, ſanguine ſibi coniunctum agnoſcens, gratiam ei delicti facit: Ducatum reddit: obſides, filium eius Theodonem, aliosque duodecim, capit: regionem ſacramento ſibi obſtringit. His ita feliciter geſtis: copias dimittit, & in Franciam reuertitur. Ingelhaimi tandem (X. millibus paſſuum infra Moguntiam) natalem Chriſti, deinde Paſcha celebrauit.

Eclipſis Solis.

Eclipſis facta fuit Solis, 15. Calend. Octobris. Ex quodam M.S. codice. Cedrenus verò dicit, 9. die Septemb. (die ſeptimanæ primo) hora 5. maximum Solis defectum fuiſſe.

Anno 788. cum ſecundum Paſcha, conuentum Ingelhaimi ageret Carolus: venit eodem vocatus Taßilo. Ibi crimine læſæ Maieſtatis à Baioariis ſuis accuſatus eſt: quòd ſuaſu vxoris Luitburgæ, Hunnos aduerſus Francos concitaret: quòd diceret & faceret ea, quæ ab irato & inimico proficiſci poſſent. Quorum cum nihil negare poſſet Taßilo: capitali ſententia damnatus eſt. Sed

Taßilonis in Monaſterium contruſio.

Hunnorum in Bauariam irruptio, & profligatio.

permiſſu Regiæ bonitatis, Monachum induit. Eandem ad vitam, Theodo quoque filius, & vxor Luitburga, relegati ſunt. Baioarii cæteri, qui eidem culpæ affines erant, in diuerſa loca exulatum miſſi. Nihilominus Hunni, vt Taßiloni promiſerant, duorum exercituum vnum Forumiulium, altero bis Baioarium, inuaſerunt. Sed vtrobiq; cæſi, magno cum damno in patriam reuerſi ſunt. Carolus, vbi hæc accepit, in Baioariam profectus eſt: populum Reginoburgii iurare in ſua verba iuſſit: ac Ducatum in prouinciæ formulam redactum, Franciæ Regno ſubiecit. Nemo imperata detrectauit. Ipſe regionem contra Hunnos & Auares firmis præſidiis muniuit: præſidem Boiiſ-

Geroldus, Bauariæ princeps.

dans virum bellicoſum & prudentem, Geroldum nomine: Hildegardæ, ſuæ antehac charæ vxoris, fratrem: Hiltebrandi ſcilicet Ducis Sueuorum, & Rhegardæ vel Rugardæ Bauaræ, filium. Annal. Franc. & Auent. nec non Sigebert. & Rhegino.

Hoc tempore Carolus, qui antehac filiam promiſerat Conſtantino Græco, iam dare recuſauit.

Adalgiſi infelix in Italiam expeditio, nomine Græci Imp.

Ideo Græcus, Adalgiſo (quondam Italiæ Rege, apud ſe tunc exulante) & Ioanne Sacellario, Præfectoq; Siciliæ Theodoro patricio, miſſis, Beneuentanum agrum vaſtauit. Sed Grimoaldus (qui eodem anno, poſt mortem patris Dux Beneuentanus à Rege datus erat) & Hiltebrandus, Dux Spoletanorum: eis in Calabria occurrerunt, habentes ſecum Legatum Regis VVinigiſum: qui poſtea Hiltebrando in Ducatu Spoletano ſucceßit. Commiſſoque prælio grauißima cæde illos profligarunt, ſine magno ſuæ partis damno: & multos captiuos ac ſpolia, in caſtra retulerunt. Adalgiſus, qui Regnum paternum repetere ſtuduerat, & ipſe captus, in tormentis habitus expirauit.

Irenes facta.

Annal. Franc. & Sigon. Conſtantino deinde mater ſua Irene, vxorem ex Armenia Marinam obtruſit: qui maiore affectu erga filiam Caroli flagrabat. Cedren.

Anno 789. Irene, Conſtantino F. Imperium eripere conata, ipſa eo excidit: fauore populi in Conſtantinum inclinante.

VVilſi.

Carolus VVilſos vel VVilzos (gentem Sclauorum) Regno Franciæ ſubiecit. Inde, qua via venerat, ad Albim & Rhenum regreſſus: rebus Saxoniæ pro re nata diſpoſitis, in Franciam rediit:

atq;

atq; VVormaciæ, Domini natalem & Paſcha celebrauit. In his expeditionibus, Sueuorum etiam opera & virtute, quos ſibi fideles ſubditos habebat, vſum eſſe, obliuiſcendum non eſt.

Anno 790. Carolus Legatos Hunnorum audiuit VVormaciæ: & ſuos viciſſim ad eorum Principes miſit. Petebant Hunni, terminos (Landweeren) inter Pannoniam & Bauariam (paulò ante Regno Francorum adiunctam) poni. Quo non impetrato: ipſi ſibi limites pegerunt. Vnde bellum Hunnicum, octo ferè annorum, exarſit: impetum Hunnis in Baioariæ fines facientibus: VVormaciæ cum Rex in palatio hybernaret: caſu id noctu conflagrauit. Nihilominus tamen in ea ciuitate permanens: ibi Natalem & Paſcha Domini celebrauit.

Hunnicum bellum.

Idem eleemoſynas mittebat pauperibus in Syriam etiam, Hieroſolymam, Ægptum, & Africam, Sigeb.

Eleemoſyna Caroli in Syriam.

Anno 791. Carolus, VVormaciâ circa æſtatis initium egreſſus: comparatis ex omni Regno ſuo validiſſimis copijs & commeatu: bipertito exercitu in Hunnos tetendit. Vnam partem Theodoricus Comes, & Meginfridus Cubicularius, ſecundum aquilonarem Danubij ripam ducebat; ipſe alteram auſtrali ripa deducens, Pannoniam petebat: commeatu ſecundâ Danubij aqua deuecto. Prima caſtra, ad Aneſum facta ſunt. Nam is fluuius (inquit Annalium Franc. Scriptor) inter Baioariarum atq; Hunnorum terminos, medius currens: certus duorum Regnorum limes habebatur. Hinc apparet (atteſtante Funccio) Hunnos eam quoq; partem poſſediſſe: quæ nunc Archiducatus Auſtriæ eſt. Ibi, ſupplicio litanijs per triduum facta: vt id bellum felicem haberet euentum. Tunc demum caſtra mota: & bellum genti Hunnorum indictum eſt: & ipſorum terra, vſq; ad Arrabonis (Raba) fluenta, depopulata. Reditum poſtea eſt domum. Sed Rex, in Regino ciuitate, ſeu Reganesburgo, hyemans, ibi natalem Domini, & Paſcha, egit: nullam cladem paſſus, niſi equorum: in quibus lue nata, vix decima pars ex tot millibus remanſit.

Caroli expeditio Hunnica.
Aneſus fl.
Hunnorum olim pars Auſtria erat.
Litania.
Equorum peſtis.

Maximâ Romam inundatione Tiberis afflixit, Decembri menſe, per triduum, propter aſſiduos imbres, multis ædificijs deiectis. Ac multi inediâ perituri fuiſſent, niſi Pontificis Adriani curâ, cibaria lintribus aduecta eis fuiſſent.

Inundatio Tiberis.

Fundatum eſt circa hoc tempus, fanum S. Bonifacij Fuldenſe: à Carolo Pariſienſis & Papienſis Academia: procurante rem Albino S. Bedæ Diſcipulo, Caroli Præceptore.

Fulda templum S. Bonifacij.
Academiarum fundationes.

Anno 792. Orgellis, ciuitate Pyrenæi montis, Epiſcopus erat, nomine Felix, natione Hiſpanus. Hic ab Eliprando, Toleti Epiſcopo. de homine Chriſto interrogatus: proprius ne, an adoptiuus Dei filius, eſſet: impiè reſpondit, adoptiuũ eſſe. Sed Ratiſbonæ in concilio Epiſcoporum (Rege in ea ciuitate, adhuc commorante) de errore conuictus, hunc Romæ quoq; coram Adriano P. in Baſilica B. Petri abdicauit. Annal.

Felicis Epiſcopi hæreſis.

In æſtate, coniuratio facta eſt contra Regem (adhuc Reginoburgi propter Hunnicum bellum verſantem) à filio Pipino gibboſo (quem ei concubina Himeltrudis peperat) & à quibuſdam Francis: qui ſe crudelitatem Reginæ Faſtradæ ferre non poſſe dictitabant. Qua coniuratione per Ardulfum Langobardum ſacrificulum pauperem, detecta: ipſe ob meritum fidei ſeruatæ, Monaſterio S. Dionyſij donatus eſt, vt ei præeſſet: autores verò coniurationis, vt rei maieſtatis læſæ, partim gladio, partim patibulis vindicati: Pipinus nothus, in ordinem Monachorum apud Sueuos in Monaſterio S. Galli redactus. Auent. Annal Boiorum lib. 4. copioſè.

Coniuratio contra Carolum.
Spurius Pipinus.

His temporibus Epiſcopatum Auguſtæ gerebat (ab anno 779. vſq; ad 809.) S. Sympertus: de quo in extremo præcedentis libri diximus. Antequam is factus eſſet Epiſcopus: ciuili bello inter Vtilonem Bauarum, & Godefridum Sueuum, Duces potentes: Cœnobium Auguſtanum S. Afræ, tunc extra vrbem ſitum, ab Vtilone incenſum & vaſtatum fuerat. Eam Baſilicam poſtea hic Sympertus, auſpicijs Caroli M. (qui & ad vrbis amplificationem plurimum contulit) pulchrè inſtaurauit: in eoque deinde, cum 13. Octobr. 809. diem ſuum, plenus dierum obijſſet, honorificè ſepultus eſt. Bruſchius & in libro, quo vita Symperti deſcribitur, Auguſtæ 1516. ſcitè excuſo. Ibi de MORIBVS EPISCOPORVM antiquorum hic locus ad verbum ſic extat.

Sympertus, Epiſcopus Auguſtanus.

Erat tunc temporis (inquit eius auctor) Auguſtenſis Epiſcopatus Eccleſiæ, non adeo temporalibus pollens rebus, vt noſtro conſpicitur æuo: nec Prælatorum tanta, vt nunc obſeruatur, gloria & pompa. ſed erant Paſtores & Rectores cum ſuis Clericis in communi viuentes, iuxta Apoſtolorum Præceptum: nec quiſquã Eccleſiaſticarum rerum, quicquam ſuum vel propriũ æſtimabat, ſeu poſſidebat: ſed omnia, vt in primitiua fuiſſe Eccleſia conſtat, erant illis communia. Diligentes enim Chriſtum, imitando & Apoſtolos per ſanctam paupertatẽ, ſe à proprietatis labe cuſtodiebant.

Auguſtanus Epiſcopatus.
Epiſcoporum veterum moderatio.

Nec

„ *Nec peſtiferum tunc animarum morbum, Simoniam, credendum eſt, Sacerdotum Dei corda te-*
„ *nuiſſe: ſed habentes victum & veſtitum, contentos fuiſſe.*

Flandria comitatus.

Lydericus, Flandram vxorem ex Alemannia habens, primus Flandriæ Comes à Carolo M. dictus eſt. Qui, quòd illa regio tunc inculta, paludoſa, & muſcoſa, eſſet: ſe Dominum ſolitudinis per iocum appellauit: idque à ſucceſſoribus, aliquandiu honoris loco vſurpatum. Func. ex Maſſeo, & Iac. Schopper.

CAROLI CONATVS IN RHENO ET DANVBIO CONIVNGENDIS. Saxones rebelles Carolus domat. Concilium Francofordiæ contra ſeptimam Græcorum Synodum. Carolus R. Grammaticus. Paderborna, vel Baderbrunna. Irenæ & Conſtantini Impp. diſſidium. Reginæ Faſtradæ mors. Aquiſgranenſis D. Mariæ Baſilica.

CAPVT VIII.

Rheni & Danubij coniunctio, tentata.

ANNO 793. *cœpit fodere à fluuio Regnitio in Alemannum* (Altmül) *alens exercitum Sueuorum: Francorum, Boiorum: ad fodiendum: vt nauigari poſſet ex Rheno in Mœnum: ex Mœno, in Regnitium: ex Regnitio, in Alemannum: & hinc, in Danubium. Sed imbribus & vligine* (τῷ σομφώδει) *impeditus fuit.*

Hoc in Annalibus Franc. ſic ſcribitur.

Perſuaſum erat Regi: ſi inter Radantiam & Almonum fluuios, foſſa nauium capax duceretur: poſſe commodè è Danubio in Rhenum nauigari: quod alter Danubio alter Rheno, miſcetur. Confeſtim itaq; cum omni comitatu ſuo eò venit: congregataque hominum multitudine: totum autumni tempus in eo opere conſumpſit. Ducta eſt foſſa inter prædictos fluuios, duûm millium paſſuum longitudine, Latitudine trecentorum pedum, ſed incaſſum. Nam propter iuges pluuias, & terram, quæ paluſtris erat, nimio humore ſuapte natura imbutam, cœptum opus conſiſtere non potuit: ſed, quantum interdiu terræ à foſſoribus fuerat egeſtum: tantum noctibus, humo iterum in locum ſuum relabente, ſubſidebat.

Saxones, iterum domiti.

Saxones inter hæc rebellarant (deleto Theodorico, Caroli cognato, iuxta Viſurgim, cum copijs: quas per Friſiam, Pannonici belli cauſâ duxerat) & ad auitum Deorum cultum reuertebantur. Saraceni quoq; irruptione in Galliam facta, ingentem prædam domum auerterant.

Neoromæ (Conſtantinopoli) multis magnis viris pro Irena apud Conſtantinū F. deprecantibus: ipſe eam in priorē dignitatē reſtituit. ἀνῆκε ἀναγορεύσαι αὐτήν: καὶ εὐφημεῖσθαι, ὡς ἐξ ἀρχῆς, ἐκελεύσατο.

Septima Græcorum Synodus, Francofordiæ damnata. Elibertinum concilium.

Anno 794. Synodus acta eſt Francofordiæ: in quam ciuitatem Carolus VVirceburgo, vbi hybernarat, venit. Ibi Felicis Epiſcopi error, de quo ſupra dictum eſt, in quem ipſe relapſus fuerat, denuò damnatus eſt. Sed pſeudoſynodus (verba Adonidis) quam Septimam Græcia appellant, pro adorandis imaginibus, abdicata eſt penitus: tanquā nec ſeptima nec vniuerſalis (ſicut in Annalib. legitur) ſedſuperuacua. Stumpfius lib. 3. cap 86. & 87. ait: Francofurti tunc damnatum eſſe Elibertinum concilium Hiſpaniæ: quo aliquantò antè, imagines è templis damnatæ fuerant. Mortua eſt ibi 4. id. Aug Regina Faſtrada: & Moguntiæ: apud S. Albanum ſepulta.

SIMON EISENVS. I. V. DOCTOR, CONSILIAR. ET ADVOcatus Brand. Onolzbachij, M. Martino Cruſio, Tubing. Acad. Profeſſori, S.

Clariſſime vir, amice honorande: nuper cum eſſem Moguntiæ, in ſummo Templo (im Domſtifft) *monimentum inueni, lapidi inſculptum vxoris Caroli Magni Faſtradæ: quæ fuit filia Comitis Rotenburgenſis, vltimi ſuæ proſapiæ: his verbis & literis.*

Faſtradæ Epitaphium.
ꟿ, pro M.
ᵛ, pro Vi.
Θ, pro Q.

FASTADANA PIA, CAROLI CONIVNX VOCITATA,
CHRISTO DILECTA, IACET HOC SVB ꟿARꟿORE TECTA.
ANNO SEPTINGENTESIꟿO NONAGESIꟿO QVARTO:
QVEꟿ NVMERVꟿ ꟿETRO CLAVDERE ꟿVSA NEGAT.
REX PIE, QVEꟿ GESSIT ᵛRGO, LICET HIC CINERESCIT.
SPIRITVS HERES SIT PATRIÆ, ΘVÆ TRISTIA NESCIT.
A 9 R.

Subiuncti ſunt iſti verſiculi, in alio ibi lapide inciſi.

Quæ Faſtradanæ coram monumenta tueris:
Haud iſto pridem fixa fuere loco:
AEde ſed Albano ſacra, cæſiſque propinqui
Martyribus claro vertice collis, erant.

Nunc

Nunc ea quòd perijt flammis hoſtilibus ædes:
Mota locis Zelo ſunt monimenta pio.

Lapis eſt longus, aliquantum ad hemicycli figuram accedens. Locus, vbi corpus erat conditum, extra vrbem ad vnum alterumúe lapidem eſt, in S. Albani: olim Canonicorum collegio: ſed ignibus à Marchione Alberto, vnà cum proximo Cœnobio, ſuperiore memoria deuaſtato. Effractum è muro id monumentum, & translatum, ferreis cancellis incluſum eſt. Locus, ſub quo corpus humatum fuit, neſcitur. Bene vale. 1590.

Carolus poſtea, cum filio cognomini, in Saxoniam, bipertitis copijs inuadens: hoſtes tanta formidine perculit: vt pro uictis ſe agnoſcentes, ſine prælio deditionem facerent: fide, datis iureiurando & obſidibus, facta. Itaque Rex reuerſus, Aquiſgrani hyemans. Natalem & Paſcha Domini celebrauit.

Saxones, rurſus bello perculſi.

Idem eo tempore nomina Germanica Menſibus & ventis impoſuit: cum ante id tempus partim Latinis, partim barbaris nominibus, apud Francos appellarentur, teſte Eginharto. Ianuariũ vocauit Wintermonat: *Martium,* Lentzmonat: *Aprilem,* Oſtermonat: *Maium,* Wunnemonat: (Wunne Freud) *Auguſtum.* Arnmonat: (Erndmonat) *Nouembrẽ,* Windmonat. *Decembrem,* Heiligmonat. *Cæteros vt nos. Eurum,* Oſtſundern: *Zephyrum,* Weſtren: *Auſtrum:* Sundern: *Aquilonem,* Nordoſtren. *Ergo natione Germanus fuit. Interim, etiam Latinè & Græcè doctus. Hodie venti illud ſic appellãtur Eurus,* Oſtwind, *ab ortu: Zephyrus,* Weſtwind/ *ab occaſu: Auſter,* Sudwind *à meridie: Aquilo* Nortwind/ *à Septentrione.*

Grammaticum agit Carolus M.

Menſium nomina.

Ventorum nomina.

Circa idem tempus, à Carolo fundatus eſt Paderbornenſis Epiſcopatus. Sic ab incomparabili fonte dictus: qui ſub ara maxima Cathedralis Baſilicæ eſt. Paderborna tunc adhuc ἀτείχιστος (?) erat, vicus. Bruſch

Paderborn. Epiſcopatus.

Anno 795. Saxones rurſum à Carolo deficientes, rurſum ab eo ſubacti ſunt: tertia pars virorum obſidum loco accepta.

Saxones, inquieti.

Hoc tempore idem Aquiſgrani conſtruxit S. genitrici Dei, Baſilicam magnifici operis, & ſingularis pulchritudinis: ad quam ornandam, columnæ quoque, & marmora, Româ Rauennaque deuecta ſunt. Sigo.

Aquiſgrani templum S. Mariæ.

In Oriente Imp. Conſtantinus vxorem Marinam, propter quaſdam ſuſpiciones odio habens, in Monaſterium truſit, inſtinctu matris: quæ inuiſum ciuibus volebat facere filium: vt nimirum ipſa Imperium ſuo arbitratu adminiſtraret. Duxit huius cubiculariam, Theodoram: illicitiſque nuptijs copulatam coronauit. Cedr.

Marina Imperatrix.

Irena φιλοδοξία

LEO PAPA. SVEVIÆ NOBILES. HVNNORVM, VEL VNGARORVM, clades. Auguſtæ Irenes in Conſtantinum F. acerbitas. Geroldi, Sueuici herois, interitus. Hieroſolymitana ad R. Carolum munera. Boiemi & Hunni, domiti. Ænotherus, Polyphemus Sueuicus.

CAPVT IX.

ANNO 796. *Adriano P. 7. Calend. Ianuar. mortuo, ſucceßit P. Leo 3. presbyter Cardinalis; à proceribus, Clero, optimatibus populoq; cuncto, expetitus. Poſtridie is conſecratus, R. Carolum de ſui renunciatione certiorem facit: clauibus confeßionis S. Petri, vexillo vrbis, alijsq; honorificis muneribus, miſsis. Hunc Platina Romanum patriâ, patre Azzupio, fuiſſe ſcribit. Secus verò, Hermannus Æditnus. Anno 796. (inquit) Leo tertius creatur: qui fuit Comes de Calu (Caluenſis) Sueuiæ. Herm. Contr. Hic Leo fuit natione Alemannus, frater Comitis de Calw. Cuius ſublimationi inuidentes propinqui & amici Adriani (Paſchalis Primicerius, & Campulus Sacellarius) populum in eum concitarunt. Ita ei oculi (anno 799) eruti ſunt, & lingua abſciſſa (non prorſus: ſed vtraq; valde afflicta) attamen diuinitus reſtituta. Carolus autem M. Romam (anno 800.) veniens, CCC. proceres in Lateranenſi campo decollari iuſsit (negant alij hoc factum, nec ego credo) alios, quòd Papam non iuuiſſent perpetuo exilio mulctauit. De crimine ſibi falsò impoſito, Leo in ſuggeſtum aſcendens, inuocata S. Trinitate, Euangelico libro contacto, vel ad caput ſibi applicato, ſe purgauit.*

Papa Leonis dona ad Carolum.

Caluenſis Comitatus.

Leoni P. lingua abſciſſa, & oculi exęcti.

De eodem, Felix Fabri (ante 100. annos Vlmæ Monachus) alicubi ſic narrat. Anno 793. Chriſti, inquit, viuebat Carolus M. & Leo, poſtea Pont. Max. qui fuit indigne à nobilibus Romæ tractatus: oculis effoßis, & linguâ abſciſſa: ſed vtrumq; ei Deus reſtituit. Carolus itaque Romam profectus, nobiles puniuit: ex quibus alios alio miſit (cum vxoribus & liberis) vt alibi res curarent, ne vnquam Romam redirent. Eorum ergo multi in Germaniæ partes venerunt: vt in Hegoiam, Algoiam,

Româ Proceres pulſi in Germaniam.

Alogam, Turiogam: & eò, vbi eſt VVirtembergia. Teccia, Zollera, Helffeſtainum: quibus nomina indita ſunt à Domicilijs, quæ ædificarunt. Inde & Hegoiæ Lupfenſes comites ſunt. Hæc, ille.

Lupfenſes comites.

Hunni, victi & ſpoliati.

Ericus & Henricus Foroiulienſis Dux, Hunnorum Regiam, quæ Rhingus vocabatur, ampliſſimis opibus ſpoliauit. Pipinus etiam Rex, Hunnis victis, & Rhingo ſiue Campo prædicto exciſo, ditiſſimus redijt.

Irenes crudelitas in F. Conſtantinum.

Eclipſis Solis.

Anno 797. Irene filio Conſtantino (cui nuper Leo F. natus erat) vt ſola imperaret, oculos eruit in Purpura (domo Imperatricum parientium) vbi natus fuerat. Excæcatus eſt δεινῶς καὶ ἀνιάτως ita vt nullus medicinæ locus amplius eſſet. Vnde & mortuus eſt. Sol per XVII. dies tanta fuit obſcuratio: vt etiã naues à curſu ſuo aberrauerint. Ipſa μονοκρατόρισσα, ſola Imperium poſtea tenuit, A. 5. Poſtridie S. Paſchatis, in proceſſione (προελεύσει) Eccleſiaſtica. Templum Apoſtolorum inijt. Sub veſperam, in publicum aureo curru quatuor equorũ prouecta eſt (ἐν ὀχήματι χρυσῷ ἐποχουμένη τεσσάρων ἵππων) tenentibus currum patricijs: magna vi pecuniæ in populum ſparsâ, Cedr.

Hiſpanienſe Caroli bellum.

Carolo res quædam in Hiſpanijs ſatis proſperè ſucceſſerunt: quò & Ludouicum F. cum exercitu miſit. Ipſe in Saxoniam profectus, exercitum per hyberna ibi diſtribuit. Vbi natalem quoq; Domini, & paſcha, egit.

Irenes Legati Aquiſgrani.

Anno 798. Aquas venerunt de pace Legati ab Imperatrice Irena: Michaël patricius, & Theophilus Presbyter: ob Siſimum, vel Siſimtum, Taraſij Patriarchæ fratrem, qui ſuperiore bello in prælio captus fuerat, repetendum: qui & dimiſſus eſt, & vetus pax confirmata. Rhegino lib. 2. Auent. 4. & Annal. Franc.

Vratislauiæ principium.

In Saxonia, Legati Caroli trucidati: ſed à Carolo, quicquid inter Albiam & VViſiram (Albim ac Viſurgim) interiacet, ferro & igne vaſtatum. Annal. Vratislauia, Sileſiæ caput, circa hæc tempora, à Bohemiæ Rege Vratislao condita.

Auares, ſiue Hunni, iterum tumultuoſi.

Geroldi Signiferi interitus.

Sepultura Geroldi.

Anno 799. Auarorum ſiue Hunnorum fortiſſima natio: magis victa, quam domita ab imperio Francorum reſilijt: vt hactenus leges dare, non accipere ſolita. Ventum eſt ad bellum: in quo Geroldus Signifer, Boiariæ Præſes Hiltegardis quondam Reginæ Franciæ frater, Sueuus ſtrenuiſſimus: dum aciem inſtruit, in Vngaros rebelles pugnaturus: & obequitans, fortiſſimum quemq; hortatur in illos: ſagittâ (incertum à quo miſſâ) cum duobus comitibus interfectus eſt. Henricus quoq; vel Ericus (quem Rex Venetiæ & Hiſtriæ præfecerat) apud Tarſaticam, Liburniæ ciuitatem, inſidijs oppidanorum interceptus, perijt. Geroldi cadauer in Richenouiam, Sueuiæ Monaſterium (quod ipſe multum collocupletauerat) delatum, ibi humatum eſt: ipſe, pro Martyre coli cœptus. Annal. & Auent. Sed plura, apud Bruſchium vbi de Diuite Augia ſcribit.

Librorum ſcriptio.

Geroldus à Puſſen.

Sueuia arx.

Sueuus mons.

Buß vel Puß.

Bertholdus à Puſſen.

VValdo Epiſcopus.

VValdo (inquit) conſtituitur VIII. Abbas, fauore Caroli M. anno 787 ex Abbate Sangallenſi, ad regendam etiam Abbatiam Augienſem: vbi præfuit 19. annis: factus poſtea Ticinenſis in Italia Epiſcopus. Hic curauit ſcribendos multos libros cuius tempore venerunt multi, ex omnibus Germaniæ partibus, Monaſticen profeſſuri: qui ſecum afferebant optimos libros: quibus Bibliotheca quotidie creſcebat. Huius tempore in Augia ſepultus eſt (honorifico mauſoleo, & in choro ſummi Templi ad dextram (miſericors, munificus, & Chriſtianus Comes, GEROLDVS à Puſſen: arcis inſignis (quæ in medio Sueuiæ ſita, antiquitus Sueuia dicta eſt: & Principum Sueuiæ auita ſedes fuit: ac mons Sueuus, hodie Der Buß) & Bauariæ, itemq; Sueuiæ, Præfectus: Caroli M. ſignifer, & Conſiliarius: ab Hunnis, contra quos fortiter ac ſtrenuè dimicauerat, trucidatus: ingens Augienſis Abbatiæ benefactor. Cuius filius Bertholdus de Puſſen, patronatu vel aduocatia Cœnobij exutus legitur VValdo, Ticinenſem Epiſcopatum deſerens: ad Baſilienſis dehinc Eccleſiæ gubernationem à Carolo euectus eſt: quia ipſe, Caroli confeſſor. Reſignauit tandem 806. has dignitates omnes: cum Eginonem, Conſtancienſem Epiſcopum, haberet valde iniurium. Itaq; Lutetiam ſe conferens: reliquum vitæ ibi in præpotente S. Dionyſij Cœnobio exegit priuatus. Cuius tempore Carolus etiam, Galliæ & Germaniæ Rex (ſicut antiquis temporibus ambæ fuerant coniunctæ, ſub vna Galatiæ appellatione) fundationem Augienſis Monaſterij (factam prius ab auo Carolo Martello. Pipini patre) confirmauit & auxit. anno ſcil. 803.

Hieroſolymit. Monachus, à Patriacha ad Imp. Carolum.

Eodem 799. anno, Monachus quidam Hieroſolymis veniens (inquit Annalium ſcriptor) benedictionem, & reliquias de loco reſurrectionis Dominicæ, quas Patriarcha Regi miſerat, attulit. Carolus cum eo Zachariam, Presbyterum quendam, cum donarijs ad illa veneranda loca demiſit. Qui ſequenti anno, benedictionis gratiâ, claues Dominici ſepulcri, ac loci caluariæ, cum vexillo detulit: comitatus duobus Monachis, à Patriarcha cum ipſo miſſis. Quos Rex, aliquandiu ſecum retinens, remuneratos dimiſit. Annal. Exigua munera, ex vrbe Hieroſolyma. Sanguis verò

Ieſu

Ieſu Chriſti, filij Dei emundat nos ab omni peccato, 1. Ioan. 1. Fide iſ ſola, tanquam manu, nobis ad ſalutem applicatur, panchreſtum ſaluberrimum vnicum.

Hoc tempore, Sueuorum Boiorumq́; copiæ (Auentino teſte) in finitimos Venetos atq; Sclauos (Boiemos vocamus) mouent: Boiemiamq́;, nullo damno accepto, ad officium Regis cogunt. Hiſce, & ſuperioribus, aduerſus Venedos, Auaros, Hunnoſq́; bellis, cum Sueuis ac Boijs interfuit gigas quidam equo merens ſub Carolo, nomine AEnotherus. Græcum ἀνόθηρος, Δεινόθηρος ſignificaret, horribilem venatorem. Δεινὸς, quaſi δεινός: à δέος, metus. θηρευτὴς, vel θηρευτής, venator. Germanicum Ainheer / *eum ſignificat: qui vnus pro toto exercitu ſit. Ortus ex Turgia vel Turgonia, Sueuiæ pago ſine tractu ſuit. Flumina, quæ pontibus iuncta non eſſent, pedes tranſibat, equum poſt ſe trahens: ac reluctanti dicens iocoſè: Ita me Deus meus adiuuet: me vel ingratis ſequare, oportet. Hic Venedos Auaroſq́;, in modum fœni demetebat gladio: &, tanquam auiculas, haſta perfixos, humeris portabat. Cùm domi à popularibus interrogaretur de rebus nouis (vt fieri ſolet) aut de conditione hoſtium, euentuúe belli: Quid de iſtis ranunculis, indignabundus inquit, dicam? Ego interdum ſeptem, interdum plures, haſta mea, ceu veru, tranſfixos, portaui: neſcio quid, coaxantes. Non erat opera precium, Regem noſtrum tanto impendio contra tales vermiculos bellum mouiſſe. Potuiſſemus rem multò minore labore & ſumptu conficere. Auentinus lib. 4.*

Bohemicum bellum.
Venedi.
Sclaui.
AEnotherus gigas Sueuic.
Alemannus πελώριος.

VINEARVM PROPE RAVESPVRGVM MONASTERIVM. GENEROSÆ Comitis Irmentrudis fœcunditas Guelphonica. Rheni Augia. S. Fundanus. Flumen Durias, & Turgouia.

CAPVT X.

ANNO Domini 800. circiter, quædam Ducalis arx, non procul à Raueſpurgo (Imperiali hodie in Sueuis ciuitate) ſita erat, in peruetere pago Altorfio, ad Schuſſium amnem, loco paulò editiore: quæ poſterius in Monaſterium, Vinearum dictum, conuerſa eſt. Origo verò, Dominæ Irmentrudi (teſte Bruſchio) illuſtri Comiti Altorffenſi, debetur. De qua Heroide, ſic narratum eſt.

Altorffium.
Schuſſus fl.

Cum quodam tempore paupercula mulier, tres liberos vno partu edidiſſet: illam dixiſſe, hoc non potuiſſe ſine adulterio plurium virorum fieri. Sequenti verò anno, Dominam hanc edidiſſe, abſente marito, ſimul infantes XII. paruulos. Timuiſſe igitur, ne multò magis ipſa, pro adultera haberetur: atq; iuſſiſſe, vt, vno retento, cæteri in profluentem Schertzium abijcerentur. Interueniſſe tunc Principem Altorffenſem: ac quæſiuiſſe ex ancilla, ecquid portaret? Eam reſpondiſſe, catulos eſſe, Germanicè Welfen. *Inſtitiſſe Dominum, vt oſtenderet: ſi fortaſſis horum aliquis educandus videretur. Renuiſſe quidem famulam: ſed aperire coactam eſſe, atque etiam totam rei veritatem detexiſſe. Pueros vndecim, à Domino molitori cuidam educandos traditos eſſe, ſilentio ipſi famulæ impoſito. Sexto verò anno poſt, pulchrè veſtitos, iuſſu Principis portatos eſſe in arcem. Eum tunc ex vxore quæſiuiſſe, ecquid agnoſceret hos pueros? Ipſam peccati ſui recordatam, veniam ſuppliciter à marito petijſſe, atque impetraſſe. Tunc Dominum gratitudinis ergò, pro tam numeroſa diuinitus ſeruata prole, in ipſo Altorffenſi vico, feciſſe initiò cœnobium ſacrarum virginum. Inde, huic familiæ nomen Guelphonum, vel Guelphorum. Hæc ait Bruſchius, ex relatu ſenum, non ex aliquo ſcripto (propter ſummam negligentiam ſuperiorum temporum) cognita eſſe. Alij hanc rationem nominis afferunt: quòd, cùm quidam ex progenitoribus iſtius familiæ, apud Imperatorem moraretur: & ab vxore, quæ interim filium pepererat, reuocaretur: Imperator per iocum dixerit: Quare ſic feſtinas? Tantùm VVelfus tibi natus eſt. Placet nomen iſtud (reſpondit hic) & volo Maieſtatem tuam rogatam: vt eum VVelfum nobis è S. Baptiſmate ſuſcipere dignetur. Id etiam ſic factum eſſe. Longo autem tempore poſt (ferè 1030. Chriſti) Guelpho quidam, qui ſecundus numeratur, ex Bauarico Althonis Monaſterio Monachos, Altorffum: Moniales verò Altorffenſes, ad Althonis Monaſterium, tranſtulit. Tertius deinde Guelpho, ex arce ſupradicta, quæ 1053. conflagrauerat, Monaſterium fecit: in quod Altorffenſe (S. Martini) cœnobium tranſtulit: primuſq́; et nomen VINEARVM indidit: ac primum ibi Abbatem conſtituit anno 1094. Numerantur ſeptem Guelphones: de quibus, in ſequenti parte σὺν χειρὶ dicemus, atque de ipſo hoc Monaſterio, plura.*

Irmentrudis Comitiſſa πολυτεκνία.
Altorffenſis Dominus, eius maritus.
Altorffenſe cœnobium puellare.
Guelphorum nomen, vnde.
VVelfus.
VVeingartēſe Monaſteriū.

Nunc ABBATES tantum enumerabimus: atq; primæ Annalium Sueuicorum parti finem ſtatuemus. Sunt autem hi.

Vineatici Abbates.

1. Beringerus, religioſus vir, ac diligens rudium Diſcipulorum informator, anno ſalutis 1094.

2. *Adilhelmus.*

3. *Henricus.*

4. *VValicho.*

VValdburg. 5. *Cuno à VValdburg, nobilis genere & virtute: librorum S. Auguſtini diligens Scriptor, Bibliothecæ augendæ cauſâ. Præfuit anno* 1124. & 1130.

6. *Gebhardus, ad paucos menſes.*

7. *Burchardus, ante annum completum exauctoratus.*

8. *Arnoldus, laudatus vir.*

9. *Diethmarus, nobilis ex tranſalpina regione: ex Hirſaugienſi cœnobio aſſumptus, cui vtiliter A.* 30. *præfuit.*

10. *Marquardus. Diu præfuit: ſed ſenio repueraſcens, amotus eſt.*

11. *VVernherus curauit* 1182. *dedicandum fanum cœnobij ab Hermãno Epiſcopo Conſtantienſi.*

12. *Mengoſus: antea, Reichenbachenſis cœnobij Abbas. Turrim Monaſterij conſtruxit.*

Birchtenvviler. 13. *Hermannus de Birchtenvviler. Sub eo iterum dedicatum eſt Templum, ab Epiſcopo Conſtantienſi Conrado II. ad honorem S. Trinitatis, S. Crucis, S. Mariæ, cæleſtiumq́; omnium: præſertim, Martini & Oſvvaldi. Obijt* 1213.

14. *Bertholdus. Sub eo Cœnobium, de cælo percuſſum, conflagrauit, anno* 1227. *Sed ab ipſo præclarè inſtauratum eſt.*

15. *Hugo.*

16. *Conradus.*

17. *Brandizzo.*

Ibach. 18. *Conradus de Ibach,* 1354. *A.* 9.

19. *Henricus de Ibach,* 1363.

20. *Ludouicus de Ibach &* Haldenberg.

21. *Ioannes Eſſendorpius,* 1418.

22. *Ioannes Blaurerus,* 1420. & 1437.

23. *Erhardus Freidanck,* 1462.

Incendium ex negligentia. 24. *Iodocus Pentbelinus. Extinctus animi dolore: quod* 1477. *rurſum conflagraſſet Monaſterium: in ipſo Feſto aſcenſionis Domini: neglecto lumine in ſtabulo, à puero* Hartmanno: *qui poſtea factus loci huius Abbas eſt.*

25. *Caſpar Schieck, Obijt anginâ* 1491.

Burgovv. 26. Hartmannus *de Burgovv.* Hic, *iam inſtaurator Cœnobij electus eſt: quod eius incuria perierat antè. Præfuit fideliter & vtiliter annos ferè* 30. *Incepit rurſum ædificare ambitum. Obijt apoplexi* 1520.

Mitra Abbatis. 27. *Gervvicus Blaurerus, Conſtantienſis: vir præſtabili prudentia & doctrina, Imp. Caroli Conſiliarius. Simul & Oſchenhuſenſis Cœnobij curator. Abbatiam inſtaurauit, & alia multa: primusq́; mitram intulit Vinearum cœnobio, quæ Vuidos botros portaret: cum deceſſores anteà tantum aridopedo* (καλαύροπι ἀσβέστῳ) *fuiſſent inſigniti. Præerat adhuc* 1550.

28. *Succeſsit Ioannes* Habluzel, *ex Marchdorff.*

29. *Chriſtophorus Raitner.*

Hæc, *de Vineatico S. Benedicti, Conſtantienſis diœceſeos, Monaſterio nunc ſufficiant.*

Augia Rheni. Rhinow. Taurus fl. Durias fl. Vrus fl. Turgouia. *Circa eundem* 800. *annum Chriſti, vixiſſe etiam dicitur quidam S. Monachus, Monaſterij Benedictini in Rheni Augia* (zu Rhinow) *nomine Fundanus, ex Regia Scotiæ ſtirpe: qui & inuocari ibi ſit ſolitus. Infra hanc Augiam, fluuius Taurus ſeu Durias, in Rhenum influit. Dur; quaſi Die Vr, id eſt, Vrus. Etenim, tanquam Sylueſter bos vel taurus, qui Vrus vocatur: quando imbribus augetur, plurimum damni ſuo impetu dat. Inde tractus ille, ſeu pagus, Turgoiæ nomen habet. Stumpf. lib.* 5. *cap.* 19.

Hunnici belli finis. Hunni *à Carolo Caroli F. armis perdomiti ſunt: belloq́; cum eis gerendo, finis impoſitus.*

Finis primæ Partis Annalium Sueuicorum.

INDEX

INDEX
RERVM ET VERBORVM PARTIS PRIMAE ANNALIVM SVEVICORVM locupletiſſimus.

A.

ABa 240
Abanes. 242
Abbatis laudes. 312
Abbas ineptus. ibid.
Abbatum confirmatio 284. conſecratio 286. inueſtitura 285. electio 225
Abraham quando obierit. 4
Academiarum fundationes. 333
Accenſi qui dicti. 54
Achiulphus Sueuorũ in Hiſpan. Rex. 189
Acies Germanorum. 145. acierum ordo apud Sueuos. 14. aciei deſertores puniti 147. Bultini 238. Narſetis, folio 237
Acronius lacus quis. 44. 79
Adam conditus ſeu creatus. 1. eius poſteritas. ibid.
Adalgiſi infelix in Italiam expeditio. 332
Adalualdus Rex Longobard. V. 258. ſuccedit Agilulfo. 262
Adalulfi calumnia in Gundebergã. 265
Adelinda 308
Adologerico 14. R. Tuiſconum. 6
Adomarus ſenex cæcus, 271. eiuſq; ingratitudo. ibid.
Adriani imperium, Expeditio Germanica. Studia. Obitus. 78
Adulterij ſupplicium. 112
Adulteria rara et pauciſſima apud Sueuos, eorumq; pœna. 20
Acephali. 216
AEgeum mare vnde dictum. 6
AEgyptij quales 118
AEneæ ſtirpis extinctio 70
AEnotherus gigas Sueuicus 337
Aetas iuuenilis abbatis 284
AEthicus Coſmographus 165
AEtius 178. ſummus contra Attilam Dux 182. eius aduentus in Catalaunicos campos 184. Clades, ibid. In Italiam irruptio, ibidem. Interitus, folio 186
S. Afra 127
Agaliſus Tridentinus Dux 275. Regnum Longobardicum occupat 277. eius mina contra Clericos, interitus ibid.
Agaunum, hodie S. Moritz 38
Agenarichus 145
Agilulfus 252. à Theodolinda maritus electus, ibid. Romam fruſtra obſidet, ibid. eius mors 262
Agen Rex 252
Agrippinæ malitia 68
Agrorum diuiſio apud veteres Sueuos & Germanos 21
Aiax Arrianus 239 191
Aichſtet. Epiſcopatus 300. Vnde ſit dictum ibid.
Aiſtulphus Romam obſidet 304. ad pacem petendam coactus 307
Ala, quid in militia ſit 54
Alba fluuius 117
Alamundarus Saracenorum Princeps factus 216
Alani è Gallijs eiectio 206
Alara fluuius 329
Alaricus nouo Gotthorum exercitu in Italiam venit 172. Romanis pacem dat 173. Romam occupat, ibid. eius graſſatio in Italia 174. mors 175
S. Albanus 169. eius templum Moguntia ibid.
Albis fluuius 118
Albegovv 318
Alboinus 1. Longobar. Rex in Italia 240. 242. Rex Longobardorum Mediolanum capit. ibid. Alboinum Narſes aduerſus Italiam incitat, 241. eius cum Longobardis expeditio in Italiam, eiuſq; progreſſus, ibidem. Alboinum ſtultitia ſua perdit 244
Alcoranum Turcicum ibid.
Adilberto Regi Gregorius gratulatur, fol. 253
Adilberga Regina ibid.
Alemanna fatidica 237
Alemannus Rex Chrocus 108
Alemannus fluuius vnde dictus 6
Alemannus πελώριος 337
Alemanni vnde dicti 3. 6. 108. 234. olim Germani dicti 118. à German. oriũdi, 120. Sueuis iuncti 192. Romanis oppoſiti 138. cum Saxonib. & Francicis in Galliã irruunt 108. acerrimũ prælium committunt cum Iuliano, 146. Alemanni contra Iulianum, 151. Rhætiam vaſtant 152. cæſi, ibid. Romanos cædunt 156. à Romanis bis cæſi 157. Theodorico ſubiecti 217. à Carolo Martello domiti 289. à Carolomanno domiti 299 captiuos Romanis reddunt 150
Alemannorum ſedes olim quæ 45. 88 origo & nomen, ibid. aduerſus Romanos perfugium 89. Clades 111. 122. 143. 160. 193. in Hiſpaniam inuaſio 120. induſtria 142. Regũ nomina 143. Argentoratum verſus defectio 144. cohortatio militaris 145 fuga & cædes 146. cæſorum numerus 147. inſcitia 161. rebellio 156. victoria 200. incrementa 203. graſſationes 205. Alemannorum Regibus Iulianus pacem dat 149. eorũ principes ad pedes deſiliunt 145. inuenatium 218
Alemannis à Romanis pax data 150. captiuos Romanis reddunt ibid.
in Alemannos grauis expeditio 159
Alemannia Heluetica 212. populi eius qui fuerint 89. partes 260. Ducatus 263. eis comites præfecti à Pipino 301
Alemannicus Ducatus 205. eius origo fol. 212
de Alemãnicis cladib. ſub Valentiniano & Gratiano Auſonij verſus 165
Alemannicus cur dictus fuerit Iuſtinianus 240
Algoia vnde dicatur 88. eius oppida, folio 319
Aligerni deditio 235. cum Narſes obſidet 235
Allodium quid 289
Alman I I. Rex Tuiſconum 6
Almangauia vnde dicatur 88
Alpes Cottiæ 267. 279. 281
Alphabetica 10. literarum inuentor 3
Alomanna 9
Altorffium 337
Altorffenſis Comes ibid.
Altorffenſe cœnobium puellare ibid.
Altorfenſis Comes Ethico 128
Amagetobria hodie Mompelgart 32
Amalaberga 217. 218
Amalafrida ibid.
Amalarici cædes 226
Amalaſuntha 217. eius Eulogium 221. literæ ad Iuſtinianum, ibid. fauor erga Scholæ profeſſores 222. aulici oſores literarum fuerunt, ibid. fortitudo

titudo 223. victoriæ 226. epiſtola ad Romanos 227. relegatio, ibid. interfectio 228. laudes ibid.
S. Amandus Traiectenſis Epiſcopus, fol. 267
Argentinam vocatur 268
Amazonum etymon 7
Ambarualia quid fuerint 113
S. Ambroſius 166
Amburbium quid fuerit 113
Amelongus, ſolus hoſtes in fugam conijcit 272
Amphilochopolis ibid.
Amphitheatrum 70
Anaſtianum 296
Anaſtaſius Imp. dona mittit Cledoueo 216. eius imperium in Oriente 209 interitus 217
Ancona 237
Anconitana Marca 361
Audeca 249. Andeca tonſus ibid.
Andegarius Abbas 318. Cœnobita ſub eo 320. eius geſta 321
Andexia Bauariæ arx 295
Aneſus fl. 333
Angliæ nomen 182
Anglis concionatores miſſi 253
Angliſaxones 8
Animarum immortalitas primùm credita 4
Animarum immortalitatem veteres Sueui ac Germani credidêre, more Pythagorico 23
Anni partes duntaxat tres habebãt veteres Germani ac Sueui 21. Annus Mundi Græcorum 331. Anni notatio duplex 314
Annorum numeratio à nato Christo, fol. 226
Anſeres ἔνϑα ἐνεκάϑιζον καὶ ψοφοδεεῖς ὄντας, Galli Capitolium noctu conſcendere volentes, fallere non potuerunt 28
Anſibarti gens à Sueuis orta 69
Antenacum, Andernach 150
Anthemius Occid. Imp. 191
Anticus 240
Antigonus Germanos vincit 34. mercenarios milites ex Germanis conducit contra Antipatrum ibid.
Antipodes negati 300
Antiquitates circa Nicri loca 118
S. Antonius 105
Antonina Beliſarij vxor 229
Antonini Pij imperium, & mors 79
Ad S. Apollinaris monaſterium Cæſar Germanos viciſſe putatur 40
Apollonius Tyanenſis mortem Domitiani prædixit 77
Appa & Gala 261
Appia via triumphalis 125
Appius Claudius Cenſorinus tyran. 109
Apſimanus Imp. XIX. 279
Aquila Auguſto Cæſari ex improviſo panẽ è manu rapuit & reſtituit 42
Aquileiam Maximinus obſidet 99
Aquiſgranenſe templum S. Mariæ 335
Arageſus 331
Aranearum decem millia pondo collecta 94
Araricus Rex Gotth. in Italia 211
Araris fl. 37
Arbetio & Romani victi ab hoſte, & hoſtis viciſſim ab ipſis victus 140
S. Arbogaſtus Argentinenſ. Epiſcop. 269 Eugenium Imp. creat 168. eius interitus ibid.
Arbona quando condita 262
Arbor Felix, opp. & arx 291
Arca cum Græca inſcriptione 329
Arcadius Imp. 168. eius imperium 170. obitus 172
Archidux 264
Arckis 5
Argentaria caſtrum 165
Argentina à quo condita 3. olim Silbertbala dicta 183
Argentoratum 203. prope Argentoratũ commiſſum eſt prælium inter Germanos & Iulianum 145
Argentoratenſe templum cum turri à quibus & quando conditum 215
Aribertus Longob. R. IX. 270
Aribertus Longob. R. XVI. 279
Arioaldus Longob. R. VI. 264
Arioſti Aloiſius 301
Arioviſtus 8. eius cum Iulio Cæſare colloquium 39. mors 40
de Arioviſto Diuitiaci ad Cæſarem querela, & Arioviſti reſponſum 38
Arma Sueuorum 14. Romanorum militum 54. militum Bultmi qua 237
Arminius Germanus 52. eius magnanimitas: felices ſucceſſus contra Romanos: colloquium cum fratre 51. cũ Romanis prælium 62. bellum cum Marcoduro 63. gloria, ibid. Epita. 64
Arnoldus Rhetor 123
Arrius Aper 120
Arrianus, Aureliæ Epiſ. 183
Arrianiſmus in Hiſpania 248. eius perſequutio 249
Arrogantia Diocletiani 124. Theodoberti Francor. R. 240
Arſenius Arcadij pædagogus 170
Artemius Imp. XIII. 281
Aruſpices Hetruſci 137. horũ vanitas 116
Aſciburgium à quo 6
Aſinus palmarius 324. 225
Aſpar patritius filio imperium quærit, fol. 192
Aſperæ regionis vtilitas. 12
Aſprandus 18. R. Gotthorum 280
Aſtrologi cuiuſdam prædictio de Septimij Seueri felicitate 87. de Nerone, 68. de duratione Conſtantinopoleos, fol. 132
Aſtrologicis iudicijs Septimius Seuerus vxorem ſibi elegit 87
Aquæ calidæ 172
Athalaricus Italiæ R. 218. mala eius educatio 223. 220. eius literæ ad Iuſtinianum 221. mors 227
Athanaſius Epiſc. 133
Athaulſus 173. Gotthorum Rex fit, ire, Romam occupat 175. eius migratio in Hiſpaniam, 176. interitus. ibid.
Athenais filia Leontij 178
Athenarum regnum 6. Bibliotheca, folio 111
Attila Hunnorum Rex 179. qua occaſione bellum occidenti intulerit 182. eius motus 179. περιοπογραφία 182. auxilia, ibidem. copia 183. prælium cum Aetio 184. clades, ibidem. in Italiam irruptio, ibid. mores 185. titulus, ibid. quas vrbes afflixerit, ibidem. interitus ibid.
Auares Hunni 247. 336
Auaritia Veſpaſiani, qui vrinæ vectigal commentus eſt 74
Auenticenſes milites Veſpaſianus in expeditionem Hieroſolymitanam ſecũ duxit ibid.
Augia Rheni 338
Augia diues olim Sintleſavv dicta, folio 282
Auguſgovv 318
Auguſtus menſis vnde dictus 56
Auguſtus Cæſar vnde dictus 55. eius mœror ob cladẽ Romanis ſub Quintiliano Varo illatam à Germanis 53. eius numiſma 50
Auguſtulus vlt. Imp. Occid. 193
Auguſtæ Rhætiæ, folio 213. 138. eius Arrianiſmus 169. religio antiqua 155. vaſtatio 185. Auguſta, quæ hodie extat, quando condita 46. Francis ſubiecta 303
Auguſta Vindelicorum à quo condita, hodie non amplius extat, folio 46
Auguſtani Epiſcopatus origo, & Epiſcopi 127. 333
S. Auguſtinus 166. 176. eius liberi duo de ciuitate DEI, folio 172. obitus, folio 179
Auguſtodunum opp. 141
Auitus Imp. 189
Aula Alexandri Imp. Rom. qualis fuerit 96
A. Pomponius AElianus tyrannus, folio 109

A. Vitellij imperium 71. luxuria, profuſio, crudelitas 72. fœdus exitus, folio 73
Auracum olim venatoria ſtatio Antonini fuit 92
S. Aurelianus 164
Aureliæ Epiſc. Arrianus 183
Aurelius Commodus Imp. 83. cur prius dictus 84. eius prauitas: victoriæ interitus ibid.
Auſonius poëta Sueuicam puellam Biſſulam quando aluerit 162
Auſpiciorum tria genera apud veteres Germanos 22
Auſtraſia 254
Aſtraſij 218
Auſtria 282
Autharis Longob. R. 249. Arrianus 251. Sponſam Theodelindam incognitus viſit, ibid. Authari ſponſa adducitur ibid.
Autũni nomen & bona veteres Germani ignorabant 21
Auxilium vnde dicatur 54

B.

Babyla Epiſc. martyrium 181
Bacchanalia Germanorum 300
Badenſes thermæ 91
Balbi Imp. interitus 106
Baptizator inductus 300
Barbaries, ruditas artium ibid.
Barbatio ab Alemannis fugatus 143. eius exitium 151
Bardi qui, & vnde dicti 4
Baronet 264
Barritus 146
Baſilea, à quo condita 3. prima eius mentio apud Hiſtoricos 163
Baſilienſis Epiſcopatus initium 298
[illegible], puerorum ludus 330
Baſiliſcus Orient. Imp. 193
Baſtarnæ in ſolo Romano locati 118
Bauaris S. Lucius Euangelium prædicauit 83. eorum religio 213. Bauarorum & Palatinorum Principum origo 298
Bauariæ tranſactio cum Clodoueo 213. eius Duces 212
In Bauariam Hunnorum & Auarorum irruptio 296. eam Therdo Romanis eripit 216
Beda venerabilis 278. eius obitus, folio 296
Belga Rhetor 130
Beliſarij contra Gilimerum miſſio 226. triumphus, folio 227. honor, ibidem. dignitas 230. contra Theodatum geſta 229. in Italiam remittitur, folio 231
Bella inteſtina Germanorum grata Romanis 134
Bellandi ratio Sueuorum 14
Bellicus clamor apud Sueuos qui 15
Belloueſus 7. cum ſuis Gallis Alpes tranſierit 24
S. Benedicti Regula 284
Beneuentanus Ducatus 251
Bergius nobilis Marquatus 128
Beronis filij filia, nepotes 308
Beroſus quo tempore vixerit, eiuſq; authoritas 3
Bertha mater Caroli Magni 300. 313 329. eius diſceſſus 315. mors 329
Berytus vrbs 238. iure ciuili clara 224
Biberacum opp. 308
Bibliotheca Athenarum 111. Conſtantinopolitanæ conflagratio 193
Bingio 150
Birchtenweiler 338
Blauus fl. 153
Bodma caſtellum 291
Bodmena arx 301
Boërebiſta 8
Boëtius philoſophus 207. 214. eius duo filij 218. exilium, ibid. interitus, folio 219
Bohemia 6
Bohemicum bellum 337
Boius XII. Rex Tuiſconum 6
Boij & Bauari vnde dicti, ibid. 294
Boiodurum 194
Boiohæmum olim Sueuorum Marcomannorum Dux Marobodus incolebat 51
Bolus 8
Bombyces 239
Bonna 150. Bonnam & Geldubam ſiue Gelre Druſus pontibus iunxit 44
S. Bonifacius Germanorum Apoſtolus, 282. eius vita ibid. Epiſtola ad Zachariam P. 300. interitus 306
Bonifacius Comes Vandalos ex Africa euocatos ſecum ſocietate coniunxit, folio 178
Bonoſus Rhætici limitis Dux, natus non vt viuat, ſed vt bibat 115. cur imperium ſumpſerit 118
Bonoſius comes 307. eius educatio, vxor ibid.
Boſo Campaniæ Franciæ Dux 278
Boſnij populi 33
Brennus in Bauaria 7. Dux Gallorum & Germanorum, ibid. 8. Romam capit 24. Germani eo Duce in Macedoniam irrumpunt 38. ob Delphici templi oppugnationem inter cæteros Germaniæ Heroas carminibus celebratur 32
Breuni, Senones, atq; Vindelici à Romanis vincuntur 45
Brigantium opp. & arx 290. oppid. à Romanis habitatum 79
Brigantinus Baro 312. comes Brico 127. comes Paſchalis 310. lacus 139
Briſgoia 138
Briſgoia Comes Etho 292
Britannia 181. Britannia minor 181
Britanni ad Saxonum opem confugere coguntur 179
Britomarus 8
Britones 238
Brixilla capitur à Longob. 247. recuperatur 249
Britomagus 141
Brucca oppidum 122
Bructeri qui 51. 60
Brunichildis 260. eius exitium 263
Brunſuiga Comitatus 319
Bubon peſtis genus 226
Buchaug. monaſterij ſemen 307. eius ſitus 308
Buchenbergenſes clades 225
Buchorunum opp. 291
Bucinobantes 162
Buda Vngariæ 180
Bulgarorum ortus 315
Bultinus Alemannorum Dux 234. interitus eius 238
Buraburgenſis Epiſcopatus author S. Bonifacius 300
Burgowienſis Marchionatus 319. 358
Burgundia Ducatus & Comitatus à quibus olim habitata 37. nomen 182. de eius regno fratrum concertatio, 207. Franci eam occupant 208
Burgundi 151. 161
Burgundiones à Gotthis extinguuntur 89. Chriſtiani fiunt 207
Burggraff / vnde dicatur 22
Burkhardus Sueuiæ Dux 284
Burckhardus Monachus 293
Buß vel Püß 330
Buſiris 5

C.

Caba virgo 282
Cacanus Abarum Dux 247. in Italiam irruit 201
Caclizenſe cœnobium 310
Caualda contra Marobodum 63
Cæſar vnde dictus 41. à prædonibus captus ibid.
Cæſares unde dicti 42
Cæſones vnde appellati 42
Caninefates qui 42
C. Aquilinus Vindel. limitis Dux 43
C. Annius Trebellianus 109
C. Iulius Cæſar, primus quartæ Monarchiæ Imp. quando occiſus 41
C. Iunius Craſſus Poſthumus tyrannus 109

C. Piueſius Tetricus 110
Cala, vicus 250
Calendarium Roman. à quo ordinatum folio 42
Caligulæ Imperium 65. eius nomen vnde: bellum contra Germanos: ambitio: conſternatio, ibidem. Primus Cæſarum diademate impoſito Dominum ſe appellari iuſſit 66. eius immane & dirum ingeniũ: mores: ſumptuoſum conuiuium: interitus folio 66
Callidarum gentium feritas 45
Callinicus Exarchus 4. 2:4. eius in Agilulfum iniuria 256
Caluenſis Epiſcopatus 335
Camillus Gallos Capitolium obſidentes trucidauit 28
Campidonum arx Ilermontana 295
Campidoni ciuitatis antiquitas 316
Campidonenſe monaſterium ab Hiltegarde fundatum 316. eius fundatoria litera 318. eius bona 319. eius Abbatis poteſtas 320. Schola, ibid. 325. moneta 322. ab Hunnis vaſtatum, 323. magiſtratus Campid. 324
Campus Martius 199
Candidatus, dignitatis nomen 137
Canis Æſopicus 270
Canonizatio 301
Cantilena Germanorum 5
Canſtat oppid. Romanarum legionum ſtatio 83
Cantuarienſis ſchola fundatur 265
Capellati regio 151
Capillorum vellicatio ludus puerorum, folio 257
Capillorum tenſio 266
Captiui beſtijs obiecti 130. eorum fuga, fol. 236
Caracalla fratricida & crudelis tyrannus, ſed poſteà furijs exagitatus 90. cur militibus ſuis charus fuerit 91. Germanici titulum ſumit, ibid. eius imperium: expeditio Germanica, ibid. immanitas & furia 92. interitus ibid.
Carminum inuentor 4. carminibus ſeu rythmis fortium virorum facta Germani olim dictitabant 20
Carolus Marcellus carceri mandatur, 281. eius imp. tempus 319. eius obitus 298. calumnia in eum ibid.
Caroli Spurij Martelli res magna, folio 289
Carolus Magnus natus 299. templum Beatæ Virginis Aquiſgrani erigit 318 eius bellum Saxonicum 315. honorificè à Romanis exceptus 316. appellatur Magnus, ibid. mutus erga Hiltegardin amor, ibidem. eius imperij tempus 319. vxores 313. expeditio Hunnica 333. bellum Hiſpanienſe, 336. Italiam ordinat 326. Saracenos bello Hiſpanico petit 327. Romam cum Hiltegarde repetit 328. Magdeburgum amplificat, ibidem. Taſsiloni bellum infert 332. contra eum coniuratio 333. Grammaticum agit 335. eius ad Leonem dona 335
Carolomannus coërcet Alemannos, Odilonem, Saxones, Sueuos, Theoualdam 299. Monachus 300. obitus, 315
Carolobergium 299
Carpathus, mons Sueuus 5
Carrago Scytharum 107
Carthago Spartaria 177
Carthago Africæ à Genſerico capta 179
Carus Imp. cum filijs Carino & Numeriano 120
Caſtel pagus Moguntiaco oppoſitum in ripa Rheni 148
Caſtitas veterum Sueuorum 20. Sophronia 131. Totila 232
Caſtor & Pollux victoria Cimbrica primi nuncij Romæ fuère 36
Caſtra quomodo Bultinus muniuerit, folio 236
Catalaunia 176
Catalauni 157
Catalaunici campi 184
Catti à Romanis victi 44. 45. 67
Cattorum & Hermundurorum bellũ, ob ſalis fontes 69
Cauchi qui 51
Celebrandus gigas 319
Cellenſis lacus 291
Celtæ pro Germanis dicuntur 31. Germani à Dione vocantur 40. Eos à Gallis Rhenus diuidit ibid.
Cenſorum officium apud Romanos 154
Centenarij apud Francos qui 213
Centuria quid dicatur 54
Cereuiſiæ inuentor Oſiris 4. 5. vnde dicta 17
Cham 2
Chamburgum à quo conditum 9
Charites 328
Charta moletrina 225
Charanges 237
Chaſma 273
Chatti & Chauni contra Romanos 61
Chaucorum irruptio in Germaniam, fol. 67
Cherſoneſes 280
Cheruſci, qui hodie Brunſuicenſes aut Miſnenſes dicuntur, à Romanis victi 44 olim Sueui, nunc Saxones 52 regem petunt Romæ 67
S. Chilianus quando vixerit 273. eius cædes, ibid. eius leuatio 301
Childebertus Franciæ Rex 250
Childericus Franciæ totius R. 272. ſolo nomine regnauit 298
Chonodomarius R. Alemannorum 137 eius ſtrenuitas 144. captiuitas 147 mors 148
Chorearum inuentor 4
Choſroës R. Perſ. Romaniam affligit 258
Chriſmari 248
Chriſtus quando natus 50. eius mors, fol. 64
Chriſtianorum quãdo nomẽ cœperit 65
Chrocus Athenarum R. 108
Chrothildis Clodoueo nupta 207. eius ſtirps ibid.
S. Chryſoſtomus 170. eius corpus Conſtantinopolim relatum 179
Cicero, quo anno natus & interfectus folio 35
Ciconius 7
Cimbri vel Cimmerij vnde 3. vnde dicti 5. olim prædones & homines vagi 35. eorum incurſio in Italiam, ibid. victoria, ibid. in Hiſpaniam per Galliam, ibid. poſtrema clades in Italia 36
Cingulum militare 155. eius dignitas, fol. 215
Cubaradum Theodoricus Regi Francorum miſit 211
Circus maximus quid 114
Clatgouia 37
Claſsis opp. 245. Rauennam & Claſſem Luitprandus capit 288. 249
S. Claræ monaſterium 259
Claudij ciuilis aduerſus Romanos rebellio (quære Flau.) 71
Claudiani verſus de tertio Honorij conſulatu 168
Clementia Totilæ 231
Clepho 245
Clodius crinitus Francorum Rex 178 Doringos & Saxones domuit 179
Clodomerus Francorũ Orient. R. Galliam inuadit 68. à Turingis implorátus 134
Clodoueus Francorum R. 206. eius in rebus deſperatis deprecatio 210. baptiſmus 211. ad Theodoricum reſpõſum 212. inſignia 214. bellum contra Alaricum 215. Conſul & Auguſtus Romanus celebratur 216. eius mors ibid.
Clodoueus II. Francorum R. 269
Clotharius 218. Francorum R. 238. Clothar. mortẽ regni diuiſio ſecuta 239
Cn. Fuluius Quietus tyrannus 109
Codex laris 225
Cælibatus ſacerdotum initium 169
Cœna ſcelerata Neronis 70 ſumptuoſa, qua A. Vitellius à fratre exceptus eſt 72

Cohors

Cohors quid dicatur 54
Collegiati 196
Coloni & Eccleſiaſtici qui 212
Colonia Agrippina à Francis deleta 141
Colonia pons in Rheno conſtructus à Caſare 40
Coloſſus Romæ 199. coloſſus Solis celeberrimus Rhodi deiectus eſt 270
S. Columbanus 245. in Italia benignè à R. Agilulfo accipitur 261
Cometa domi . . 267. Xiphia 257 trabalis 311
Commercia Sueuorum cum exteris 18
Comes ſacrarum rerum; item priuatarum 200
Comites, quales olim fuerint 90 eorum origo 263. & 264. Conſtant. Imperij varij 197. apud Francos qui fuerint 213. olim non hereditarij 250. nomina tantum officiorum obtinebant 263
Comitia Sueuorum 12
Commodus Imp. vide Aurel.
Communicatio meritorum 285
Concilium Bracarenſe, itẽ Lucenſe 239
Concionatoris aulici fortuna 261
Concordia Rom. munitio 204
Confeſſio fidei contra Arianiſmum 248
Confirmatio Abbatum: Item Præſulum 284
Confluentia 154
Congiaria prædicatur 85
Coniugia veterum Sueuorum 20
Conſcientia ſcelerata furor 273
Conſecratio Abbatis 286
Conſtedium ad Nicrum 278
Conſtantia puellæ cuiuſdã contra Arianiſmum 171
Conſtantia, Mauritij coniux 257
Conſtantia opp. nomen vnde habeat 291 *quando acceperit 126. eius Epatus, fol.* 242
Conſtantienſis Diœceſis in Belgio 247 certis limitibus circumſcribitur à Dagoberto 267
Conſtans Imp. 135. à Magnentio interfectus 136
Conſtantis & Conſtantini interitus 175
Conſtantis Imp. ſomnium 270. à Meba claſſe ſuperatus, ibid. eius oppeditio in Longobardos 273. interitus 272. fuit fratricida ibid.
Conſtantinopolis condita 132. eius Horoſcopus de duratione, ibid. huic, euacuata peſte, noui coloni introducti 309. eam Saraceni obſident 282. terræmotus ibid. 296
Conſtantinop. Patriarchatus 132
Conſtantinop. Præfectus 196
Conſtantinus Max. Imper. 129
Conſtantinus Cæſar 131. eius columna, 132. donatio 133. obitus ibid.
Conſtantinus iunior Imp. 135. eius exitium, ibid. Magnentium vincit 136 mors eius ibid.
Conſtantinus Copronymus naſcitur, 281. fit Imp. XXIIII. 297
Conſtantinus Papa ab Imp. Iuſtiniano adoratus 289
Conſtantinum Imp. Græcum Zachariæ Papa agnoſcit 302
Conſtantius Chlorus Cæſar 121. 122. 125. eius familia 126
Conſtantini Imp. nobile bellum 327
Conſtantius Imp. 135. eius bellum cum Alemannis 138. oratio, ibid. pax cum Alemannis 139. contra Sueuos & alios Germanos expeditio 142. aduerſus Iulianum inuidia 151. ab Honorio P. honore Auguſti ornatus 178
Conſtantinus Prophyrogen. XXVI. folio 328
Conſultationibus Alexander Imp. adhibere ſolebat eius rei peritos, de qua agebatur 96
Conuiuium ſumptuoſum AElij Vari, folio 80
Conuiuium Optimatium apud Hercatium 151
Cornelij Taciti hiſtorici honor 116
Cornicularius 197
Coronandi ritus ferrea corona 226
Corninorum nomen vnde 30
Coſmographia AEthici 165
Crauſius 121
Cremona quando condita 72. eius funeſtatio, ibid. euerſio 256
Crimbilda in optatis fuit videre certantes inter ſe heroas 219. præmia victoribus dedit ibid.
Crinium ornatus apud priſcos Sueuos, folio 18
Criſpus Cæſar 131. eius interitus ibid.
Cronburgum vnde dictum 148
Crotholdus Epiſ. 214
Croton 254
Crucis ſignum in fronte 137. eius exaltatæ feſtum 264. crux aurea 328
Crudelitas Commodi erga debiles & ægrotos 84. Sueui crud. 87. Maximini item 98
Crucicula veſtium 301
Cruſij qui 179
Cuculi omen malum 296
Cumæ 235. earum deditio ibid.
Cuneus 145
Cunipertus Longobardor. Rex XIIII. folio 276
Cunezo, princeps Sueuiæ 294
Curatores 166
Curia opp. 139
Curienſis Epiſcopus 179
Churwalen/ *qui vocentur* 25
Cybele 2
Cyprianus Epiſcop. 104
Cyriades tyrannus 109

D.

Dacia vaſtata 113
Dacorum Rex Decebalus 77
Dœmontanus 137
Dagobertus Auſtraſiæ R. 265. & Franciæ 266. mulieroſus 267. Conſtantienſi Epiſc. multa priuilegia dat, ibid. VVeiſſenburgenſe monaſterium conſtruit, ibid. Dionyſij Lutet. Templum 268
Danubius 152
Decius Imp. cum filio 103
Deciorum interitus 104
Delicatum adoleſcentem Veſpaſianus Imp. aſpernatur 73
Delphicum templum à Germanis oppugnatur 32
Demoſthenes 8
Deus purus non poteſt mori 217. de Deo credendum, non quærendum 23
Deorum origo 5
Deogratias Epiſc. 189
Deſiderius Longobard. R. vltimus 307
Dextrocherium quid 97
Diaboli artes 208. lacerat magum 226
Diadema capiti primus Romanorum innexuit Aurelianus Imp. 115
Dictator apud Romanos quis fuerit, folio 42
Dierum computatio apud Sueuos 22
Dietmarſi vnde dicti 4
Digamia cur à Valentiniano promiſſa, fol. 164
Digeſtorum libri 225
Digna, ancilla 127
Diggentium 210
Dillingenſis comes Adelberus 128
Dillingenſes comites 296
Diluuium 2
Dio Hiſtoricus, prætor à Pertinace factus 86
Diocletianus Imperator 121. eius arrogantia 124. deceſſus ad vitam priuatam 125
S. Dionyſius 164
Diſcordia Germanis incommoda 151
Diuitis Augiæ Abbatum catalogus 202. vide Augia Diues.
Diuodurum 141
Doctorum hominum fautor Imp. Alexander 96
Domicilia Sueuorum veterum 16
Domini titulum primus inter Romanos Imperatores Caligula ſumpſit, ſolio 66

Fl. Domitiani imperium 76. eius expeditio Germanica & Gallica: item de Germanis Triumphus, ibid. eius inter vitia virtutes 77. eius mortem Apollonius Tyranenſis prædixit ibid.
Donatio quæ dicatur 85
Donatus 153
Dornia familia 128
Dornsberg Comes Sigefridus Campidonenſ. 321
Dorulanus 8
Drogo Dux 278
Drotula Sueuus 247
Druttenfuß 4
Druias Imp. Alexandro cladem & inſidias prædixit 97
Druides qui 4. Druides Gallicanæ, folio 111
Drungus 119
Druſus Claudius 44. mors eius & ſepultura 45
Druſomagus 154. Auguſtam Vindelicorum condidit 46
Ducatus Italiæ 326
Duellum, caſtrum 285
Duellum inter Gallum & Romanum Torquatum poſteà dictum 29. Heroum in roſeto VVormatienſi 219 inter Gallum & Romanum Coruinum poſteà dictum 30
Durias fl. 338
Dux primam dignitatem apud Francos habuit 213
Ducum origo 264. olim Duces non hæreditarij 250. olim nomina tantum officiorum 26

E.

EBoricus, Sueuus R. 247
Eccardus fidelis 219
Eccleſiæ doctrina 1. eius propagatio 2. Eccleſiarum bini diuerſæ religionis Epiſcopi, fol. 267. Eccleſ. vnio folio 331. 332
Ecclypſis Solis maxima 100
Eckia familia 322
Educatio liberorum Adami 1
Educatio liberorum 20
Educatio mala Athalarici 223
Elcebenſis regio 138
Eleonia 154
Eleemoſyna Caroli 330. 333
Eleutherus 262. eius cædes ibid.
Eleberitinum concilium 334
Eliſatium 299
Eliud Iudex Hebræorum 6
Elerbachius nobilis Burckhardus 128
Epiſcoporum electio 225
Elvranga nomen vnde 305
Elvvangenſe monaſterium 305
Elvvangenſium Abbatum catalogus 305
S. Emerilia 83
Enos 1
Ens 259
Eoacharius Athenarum R. 181
Epheſus & Epheſinum templum extructum 6
Epimachus martyr 318
Epiphanius quando vixerit 166 Inter ſummates Italiæ odium ſedat, 192. pudicitiam multarum mulierũ conſeruet 194
Epiſcopi tres celebres 322. Epiſcop. inſtitutio 326. Epiſcop. veterum moderatio 333
Epiſcopi ordinationis mos 280
Epiſcopatuum apud Germanos plantatio 283
Epiſcopatus X. Saxoniæ 331
Epitaphium Vlrici Saxenſis Baronis, folio 285
Equitis honos, qualis fuerit 264. Equites domeſtici qui 160. Equites Stableſiani 202. eorum varia genera, folio 197
Equitum turmas apud Romanos primus Galienus inſtituit 108
Equeſtria prælia Sueuorum 15
Equitatus Germanorum & Iuliani, folio 145
Equus celer 118
Equus Alexandri & Equus I. Cæſaris neminem aliũ dorſo recepiſſe traduntur 42
Equum ſuum Ælius Verus quomodo aluerit & ſepeliuerit 81
Equorum peſtis 333
Eremita victum Theodoſius prædicat, folio 179
Erfordienſis Epiſcopatus author 300
Erfordienſis Academia 321
Ermenſuntha 311
Ermigildus martyr 249
Erneſtus Sueuiæ Dux 322
Erocus rex Alemanniæ captus 122
Erbach 322
Eſplandianus 170
Eſte 251
Ethico comes Alterfenſis 128
Ethnici quoq; ſuis Dijs vota fecêre 331
Ethonis monaſterij fundatio 279. quod nomen olim habuerit 295
Etticonis vel S. Ottiliæ familia 276. eius teſtamentum 277
Ettenheim opp. 295
Eucherius Stiliconis filius 173
Eudo Vaſconum Dux 291
Eudoxia Arcadij vxor 170. naſcitur 178. à Valentiniano ducitur 179. eius fortuna 178. calamitas 180. odium in Maximum 188
Euerninus in monaſterium relegatur, è monaſterio erumpit 275. eius in Gallia motus, ibid. victoria 276. periurium ibid.
Eugenius Imp. 168. eius interitus ibid.
Eumelia ancilla Afra 127
Euphemia 218
Eurici Gotthi incrementum in Gallia, fol. 198
Euricus Galiciæ R. 249
Euſebia puella 174
Euſebia Conſtantij vxor 140. eius ſcelera & interitus 143
Eutharicus Romam venit 218
Eutropia Ancilla Afra 127
Eutropia Nicaſij ſoror 183
Eutychius Exarchus X V I I. 294
Exarchus I. Longinus 241
Exarchatus Italiæ 241. eius expiratio, 303. vrbes, ibid. Pontifici traditus, fol. 308
Excommunicatio Imp. Leonis 294
Exequiæ veterum Sueuorum 23

F.

FAbarienſis Abbatia 284
S. Fabianus 103
Fabiana ciuitas, hodie Vienna Auſtriæ, fol. 103
Fabrica Imperij Occid. 201
Faingen 296
Faimingenſis nobilis Fridericus Spât, folio 128
Faldeon 262
Fames Italiæ 230
Famoſus libellus 152. Famoſos libellos Auguſtus combuſſit, & in authores animaduertit 55. Famoſa ſcripta abolenit Domitianus 77
Faſtrada Caroli vxor 329. eius epitaphium 334
Fatidicæ Germanorum mulieres 49
Fancenſe monaſterium 305
Fauſtinam Antonij Pij vxorem Senatus canonizauit, & alimentarias puellas in eius honorem Fauſtinas nominauit 79
Feichtengrund 303
Felix martyr 132
Felix cur dictus fuerit Iuſtinianus 240
Felix Rauennæ Archiepiſ. 250
Felicis Epiſ. hæreſis 333
Ferraria 250
Ferri fabricatura inuentio 4
Feſtorum celebratio 313
Feudorum origo 130
Feuningen/ vicus 93
Fieſſenſe monaſt. 305
Fiſcalini qui 212
Flandria comitatus 334

Fla. Clau-

Fla. Claudius Imp. ſit 110. eius res geſta, ibidem. eius προσωπογραφία 111. obitus ibid.
Flauiorum prænomen 239. 249
Florus hiſtoricus quando vixerit 53
Fluuius ἄμικτος lacum perfluens 139
Fœtorū vtilitas 262
Fons aquæ calidæ 172
Forojulienſis Ducatus 241
Fortitudo ingens Aureliani 112
Fortuna Eudociæ mirabilis 178. eius inconſtantia 31
Forum Romanum 199
Francus Germaniæ R. 7
Franci qui, & vnde ſic dicti 45. antiquiſſima Germaniæ gens 108. indigenæ inter Sueuicos populos non numerantur 18. cum Germanis Italiam inuaſerunt 108. cum Saxonibus & Alemannis in Galliam irruunt, ibid. Franci Orientales Galliam inuadunt 68. 137. contra eos Auguſtus Cæſar Rheni & Danubij ripas munivit 43. Germaniam vaſtant, folio 203
Francorum commigratio in Turingos & Sueuos 134. progreſſus 181. Francorum & Sueuorum potentia 116. eorum irrita tranſlatio 118. antiqua ſedes 135. incrementa 204. priuilegium 239. Francorum Reges 167. eorum ornatus & veſtitus 266. catalogus 302. perterriti 142. ad deditionē compulſi 149. cum alijs oppreſſi 149. vſq; ad 38. annum ante Chriſtum enumerantur 43
Francia duplex 204
Franciæ nomen 182. Franciæ Reges ſerui ſeruorum 298. eorum catalogus, folio 302
In Francia bellum ciuile 262
Franciæ Orient. Ducatus 301
Francici regni in Gallijs origo 179. diuiditur inter Clotharij filios 239
Francochortum 133
Francofurtum vnde dictum 11
Franconiæ limites 135. Ducatus 177
Fraomerius 162
Fratricida fuit Caracalla, ſed furijs poſtea exagitatus fuit 90. itē Gethmarus 208
Fratricidia Gundobaldi 207
Fredegundis adultera 250. 254. eius mors ibid.
Freudenbergius eques, Hiltegardis liberator 317
Freudenburga arx 308
Frentag, id eſt Veneris dies, vnde nomen 4
Frigus ingens 311
Fritegilu vxor Roſemundi Regis Marcomannorum 169
Frugum inuentio 4
Furia Gordiani vxor 101
Fulcat Narſetis Dux 235. eius interitus ibid.
Fulda monaſterium 300
Fuldenſe templum S. Bonifacij fundatum 333
S. Fulgentius 214
Fulgura 120
Fulminatrix legio 82
Fumi venditor, fumo punitus 96
Funereum conuiuium à Domitiano inſtitutum 76

G.

Gabaonita 6
Gärlig opp. Tigurum 5
Gaiſlana 275
Galatæ qui 31
Galatia rurſus coniuncta 315. eius ſignificatio 7
Galerius Cæſar factus 121. Imperator, folio 120
Galerius Maximianus qualis 126
Galla Placidia Honorij ſoror capta 173
Gallieni clementia erga Chriſtianos, 106. ab eo gentes deficiunt, ibid. eius interitus ibid.
Gallina dicta Roma Honorio in delicijs, folio 174
Gallogræcia & Gallatia vnde dicta 34
S. Gallus comes S. Columbani 245. S. Columbani diſcipulus 265. eius mors 268. cella 270. oſſa 268
Gallus Cæſar 136
Galli vnde dicti 3. eorum ortus 7. natura 30. lingua 8. quæ Germanis, eadem 19. Germanicis vocabulis vſi ſunt 177. anſeres non potuerunt fallere 28
Gallia Romanis à C. Iulio Cæſare ſubiecta 38. tota Romanis erepta 207. à Francis & Saxonibus vaſtata, folio 158
Galliæ & Germaniæ diſtractio 38. coniunctio 177. 302. depopulatio 183
Galliam Rex Francus inuadit 43
Gallia Narbonenſis à Gothis occupatur 175
Gallia Ripenſis 138
Gallia à feraciſſimis nationib. occupatur 174
Galliarum infeſtatio à Germanis 122. liberatio, ibid. periculum 140. vexatio per Alemannos 156. turbatio 272 malus ſtatus 275. inter Carolomannum & Pipinum Galliarum diuiſio 298. earum Rex Faramundus 177. ob Gallias Francorum & Alemannorum inimicitia 209
in Gallijs Francici Regni origo 179
Gallorum Gallinaceorum concertatio, folio 330
Gallicia à Sueuis occupata 171
Gambriuius V I I. Rex Tuiſconum, folio 5
Gangfiſch/ piſcis genus 291
S. Gangolfus 310
Garibaldi ſcelus 271
Garibaldus R. 273
Garnerius 263
Geberidus 135
Geggingen villa, vnde dicta 47
Gelbinga pagus 305
Geldubam ſiue Gelre Druſus pontibus iunxit 44
Gemmarum amator 328
Genebaldus 135
Genebrardus in ſua Chronographia admodum iniquus eſt Germanis, folio 25
Generis ignobilitatem cadib. texit Maximinus 98
Geneua 37
Gengenbachenſe monaſterium 287
Genſericus, in Africam quâ occaſione traiecerit 171. Romam cepit 188. eius præda, quam Roma ſecum abſtulit, fol. 189. cum Leone bellum 191. mors folio 206
Georgij Syncelli Chronicon 268
Georgij VVidemannus 305
γέφυρα 238
Gepidæ, id eſt, Daci 183. 216. eorum deletio 240
Germani Alemanni 118. αὐτόχθονες 11. bibaces 17. hoſpitales, ibid. velociſſimi equites 41. vino titubantes ridiculi fuerunt ad Theſſaliæ opp. Pharſalum in caſtris Cæſaris 41. Annales aut hiſtorias olim non habuerūt 20. neq; doctos viros aut hiſtoricos 42. Alpes tranſgreſſi multas Italiæ vrbes condiderunt 25. ab Alexandro interrogati, quid omnium maximè extimeſcerent: reſponderūt, ne fortè in ſeſe cœlum ruat 31. in Aſia olim militarunt ſub Dario Perſarum R. 31. Delphicum templum magno ſuo damno oppugnant 33. Antigono cōtra Antipatrum militant 34. eorumq; ſtrages, ibid. item Mithridati contra Romanos: item Cæſari contra Gallos, Pompeium. Item Scipioni contra Cæſarem 41. Germani equites fuerūt cuſtodes corporis Caracallæ 92. Germani Duces Imper. Aureliano militarunt 112. varijs in prouincijs à Romanis vincuntur, folio 44

INDEX.

Germani vincunt Lollium Romanorum Legatum, ibid. quando vltra Albim ad Rheni ripas tranſlati 45. Romanorum prouincias igne deuaſtarũt, vt Romani annuu tributu pacem ab ipſis emere cogerentur 76. longa aduerſus Romanos militia melius bellare didicerunt 63. à Commodo pacati 84. cum Francis Galliam inuaſerunt 107. Hiſpania potiti 110. in triumpho ducti ab Aureliano 114. Germani à Conſtantino victi 130. Germani orientales Thraciam inuaſerunt 132. vicerunt Romanos 134 eorum inteſtina bella grata Romanis, ibidem. Hiſpanias occupant 171. Germani cum Attila 183. Romanum Imperium lacerarunt 181

Germanorum nomen vnde 3. 43. eorum nomina priſtina 29. lingua olim eadem cum lingua Gallorum 8. cantilena 5. cultus, religio 23. quare eorum res præclare geſtæ rarò in hiſtorijs occurrant 25. in Macedoniam irruptio 32. ſedes in Aſia 34. irruptio in Thraciam Duce Lomnorio, ibidem. de eorum corporibus ex Plutarcho 36. Germanorum aduentu Romani milites terrentur 39. cum Romanis prælium, fuga, & clades, ibid. magnum fœdus contra Romanos 43. eiuſq; renouatio 74. eorum libertas acrior regno Arſacis 46. aſtutia in opprimendo Romanorum exercitu 52. 53. Germanorum priſcorum ruditas fol. 64. ingenia, fol. 66. vexillatio 71. Principum aliquot deditio 117. gentes celebres 137. copiæ appropinquant copijs Romanis 145. acies 145. deprædicatio 148. peritia, religio 161. motus contra Romanos, 164. ad Chriſtum conuerſio 282

Germanis admodum iniquus eſt Genebrardus in ſua Chronographia, 25. quis primò Euangelium prædicauerit 64. cui prædicatur 68. pax à Iuliano data 148

Germanos ad pacem colendam Traianus muneribus & ſtipendijs illexit, folio 77

in Germanos Maximinus Orientales Sagittarios duxit 98

apud Germanos, quæ præliandi ratio 15 flagitium, reliquiſſe ſcutum, ibidem. proditores & transfugæ puniebantur, ibidem. boni mores plus valuêre quàm alibi bonæ leges 20

Germania olim Gallia dicta 34. Germania magna vel tranſrhenana 199 tranſrhenana duplex, ibid.

Germania Auguſto moleſta 51. non tota Romanis ſubiecta 76. è Germania C. Cæſar fugatur 40

Germaniæ nomina mutata 108. antiquæ termini 89. Germaniæ & Galliæ coniunctio 177. 263. eius vires attritæ 122. acceſſiones factæ contra Romanos 203

in Germaniam Romani impreſſionem fecêre 55

Germaniam in prouinciam redigere cogitauit Probus, vt olim Auguſtus, folio 118

in Germania olim vrbes & ciuitates nõ fuêre 16

Germanicæ terræ fertilitas & ſterilitas 21

Germanicæ linguæ vſus olim fuit in Hiſpania 172

Germanica vocabula olim à Gallis vſurpata 177

Germanicarum mulierum magnanimitas 36

Germanici Cæſaris de Cheruſcis, Chattis, &c. triumphus, eiuſq; mors 62

Geroldus comes Sancti montis 331

Geroldus Bauariæ princeps ibid.

Geroldus à Puſſen 336

Geroldi ſigniferi interitus, ibid. eius ſepultura ibid.

Gertrudis virgo 270. muribus infeſta, ibid. contra mures ab aniculis inuocata ibid.

Geiro / Sueuiæ pagi 303

Gibichus R. 219. pugna eius cum Hiltebrando 220

Gibuldus Rex Aleman. 194

Gideon 6

Gigantea mulier 218

Gigantes miſeri & ficti 84

Gigantomachia 121

Gilimer Africæ regnum rapit 225. eius deditio 226. triumphus 227

Giſela Auguſta 284

Giſla Carolo filio baptiſmo initiata, folio 328

Gladiatorum paria trecenta 119

Gladiatorum nomina 327

Glückpfennig / apud Germanos quid, folio 17

Glycerius Imp. 193

S. Goar 254

Gœppinga 91

Goeſuintha Regina 247. perſecutionis in Hiſpanijs caput 248

Gomerus 3

Gonzo Sueuiæ Dux 246 264. 268

Gordianorum duorum interitus 99

Gordianus fit Imp. 100. eius de Perſis victoria & triumphus, ibid. mors & Eulogium, ibidem. percuſſorum vltio fol. 101

Gordianus martyr 318

Gotſcheani 11

Gotmarus fratricida 208

Gottfridus Sueuiæ Dux 278

Gotts Haußleut / qui 212

Gotthi olim Getæ 108. olim eadem gens. ibid. eorum duo genera 166. Gotthi exſcindunt Burgundiones 89. irrũpunt in Aſiam 107. preſſi à Probo 118. à Conſtantino victi 131. in Gallia ſedes fixerunt 175. à Theodoſio ſuperati 167

Gotthi Italiæ Reges 209

Gotthorum & Germanorum excurſiones 104. deditio 234. 238. in Italia finis fol. 234. nominis ibidem abolitio, ibid.

Gotthia Regio vbi 31

Gotzbertus 275

Græca lingua olim vulgaris 282. eius corruptio 277. ſilentium 277

Græca bibliotheca 329

Græcis tributum Romanorum nomen, folio 217

Grammaticus Imperator 168

Grammaticorum ſchola fundamentũ literarum 222

Gratiani Genealogia 156. imperium 157 cædes 167

Gratitudo erga benemeritos in Imp. Alexandro 69

Grapſmeer qui 85

Gregorius ſe ſeruum ſeruorum Dei nũcupat 251. eius literæ ad Theodelindam 252

Gregorius Nazianzenus 166

Gregorius Dialogus, Papa 281

Grimoaldus Puer 261. Longobard. Rex X I. 271. eius victoria, ibidem. mors, folio 273

Griſones qui 25. 139

Grynephurtum 319

Gryphonis motus in Saxonia 301. eius interitus 298

Guelphones 301

Guelphorum nomen vnde 337. eorum proſapia 338

Gundeberga Theodelindæ filia 158. Arioaldi coniunx 264. in eam Adalulffi calumnia 265. carceri mandatur 266. eius innocentia Duello patefit, ibid. fortuna felicior 269

Gundebertus & Perctharius Longobar. R R. 271

Gundelinda vxoris Theodatij epiſt. ad Auguſtam 228

Gundobaldi fratricida 207

Gundomadus 144. 152

Gundomarius 138

Guntzeburgum 328

Guttinga pagus & arx 291

H. Habur-

H.

Habenberg / vel Hamelberg 47
Habſpurgenſis comitatus 263
Hereditatis ius apud Suenos 21
Haydenheim / monaſterium duplex, fol. 303
Hala Sueuorum 92.161
Halprunnum, vnde dictum 92
Halſberg 265
S. Hamerani monaſt. Ratisbonæ 302
Harburg 165
Hariobaudes 150.151
Harudes poſteà Sueui 38
Harudes poſteà Podamici 39
Halsfurtum unde dictum 11
Haſſi vnde dicti 3. eorum origo 11
Haſta 251
Hatto Baſil. Epiſc. & Diuitis Augiæ Abbas 292
Hebreaorum ſeruitus in AEgypto 6
Hebrea lingua vſus 169
Hedui olim incolæ Ducatus Burgundiæ fuerunt 37. 122
Helena vxor Conſtantini 126. Conſtātini Maximini mater 129. eius obitus 131
Helena vxor Iuliani 141
Heliogabali imperium 93. genus. vita, mores 94. exitum 95
Helitonius 7
Helmechidum veneno extinguit Roſimunda 245
Heluetiorū origo 6. olim Germanis non Gallis accenſiti 35. eorum clades à Iulio Cæſare illata 37. apud Heluetios tabula Græca reperta ibid.
Heluetiæ limites 37. Heluetia magna pars olim Sueuicæ gēti attributa 66. eius partitio inter Burgundiones & Alemannos 305. munitiones deſtructa 122
Heluetica Alemannia 212
Hemma, VVerda Comitiſſa 303
Henricus Oſterdingenſis 220
Heptinacria 278
Heraclius Imp. Orientis X I I. 260. Perſas vincit 264
Heraclius Conſtant. Imp. 268. veneno ſublatus à nouerca ibid.
Heraclenas Imp. ibid.
Heraclius Conſtans Imp. 268
Heraclius [illegible]tus Imp. 272
Heraclius Iuſtinianus iunior Imperator 257
Herbipolenſis Epiſc. gladius nudus 301
Hercules Lybius 4
Herculis Alemannici ſimulachrum, folio 292
Herennianus tyrannus 109
Hercules [illegible] 319

Hermanſheim / opp. conditum 4
Hermanſwegen / vnde dictum ibid.
Hermenechildus Hiſpanorum martyr, fol. 247
Hermenfridus Turingorum R. 237
Hermericus Sueuorum Hiſpan. R. 181
Hermion Tuiſconum R. V. 4
Hermogenes Rhetor 80
Hermundurorum ſedes olim quæ 40. eorum fines præterfluit Albis, fol. 51 Hermundurorum & Cattorū bellum ob ſalis fontes 69
Herodes vel Herodianus tyrannus, folio 109
Heros fortiſſimus Sergius 106
Heroum inuitatio ad duellum 219. eorum pugna in roſeto VVormatienſi ibid.
Heruli, Saxones vel Longobardi 183.193 Subalpini 238
Hichter 7
S. Hieronymus 166.176
Hieroſolyma ſub Romanis 37. à Perſa capta 264. item à Saracenis 267
S. Hilaria 127
S. Hilarius 105.158
Hiltegardis natiuitas 295. 308. Sueuica nobilis virgo 313. ab Hiltegarde Campidonenſe monaſterium fundatur, 316. calumnia Talandini in Hiltegardum 317. Romam proficiſcitur, ibid. Talando cæco viſum reſtituit, ibid. innocens cognita in priſtinam dignitatem reſtituitur, ibid. Pontifex eam Hiltegardim M. appellari voluit, ibid. Campidonenſe monaſterium ex voto extruit 318. rurſus fuit Romæ 319. Hiltegardis nomen auctum 320. Hiltegardis obitus 329 ſepulturæ locus, ibid. Hiltegardis votum factum 331
Hildiger 230
Hillemontium 321. ab Hunnis vaſtatum 322. venditur 324
Hilpericus R. per adulterum ab vxore occiditur 249
Hildebrandus Longobar. R. 20. 300. eius pugna cum Gibicho 220
Hiſpania à Germanicis populis occupātur 171. item à Saracenis 282
Hiſpanenſe Caroli bellum 336
in Hiſtoria negligentia, eiuſq; cauſa, folio 308
Hiſtoricorum penuria olim 274
Hiſtriones AElius Varus orientes ſecum adduxit 81
Hochſtat 297
Hohenburg 263
Hohenburgenſe monaſt. 276
Hohen-Eck 323
Hohenſchlitzius VValther 128

Hohenſtauffenſes 147
Hohentanna, arx 235
Homerici centones 180
Homicidij pœna apud veteres Sueuos 21 eius vindicta 62
Homicidiorū vindicta in Gotthica gente 238
Honoria leuitas 179
Honoricus Imp. 168. eius imperium 170. triumphus 176. tricenalia 178. recepta Roma vicennalia agit fol. 175. mors 178
Honoricus Genſerico patri ſuccedit 206
Hortarius Alemannorum R. 149. interitus eius 162
Hoſpitalitatis ius apud veteres Germanos 17.
Hoſtium vincendorum modus 130
Humanum genus quantum poſt diluuium ſit auctum 3
Hunnimundus Sueuus contra Oſtrogothos 192. eius ingratitudo ibid.
Hunnorum deſcriptio 180. in Bauariā irruptio 296. in Vngariam remigratio 300
Hunnis nulla patria 180. in Bauariam irruunt 332. olim partem Auſtriæ poſſiderunt 333. iterum tumultuoſi 336. victi & ſpoliati ibid.
Hunnicum bellum 333. eius belli finis, folio 337

I.

IAculator certiſſimus fuit Gratianus folio 157
Ianus Noha 2
Iaphet 2.3
Iared 2
Ibach 338
Idololatriæ origo 3
Idola Theodoſius deſtruit 168
Ignatius Epiſc. 77
Ignauiam caueant Reges 266
Ignis Græcus 273
Idelbertus Rex Auſtraſiæ 270
Idoualdus Gotthorum R. 230
Ilfelda arx, à quo condita 9
Ilera fl. 153
Ilergouia Comes 311
Ilſanes maximus Heros 219. pugnat cū L I I. ſolus 220
Imaginem Chriſti & Abrahami in Larario ſuo habuit Seuerus Alexander Imp. 95. imaginem venerationem quis ſtatuerit 281. ob S. imagines certamen 258. earum cauſa tumultus Conſtantinopoli 294. earum adoratio ſancita 331
Imperare periculoſiſſimum 119
Imperatores olim qui dicti ſint, fol. 42. eorum officium apud Romanos 154. tonſio 260

Imperium

Imperium Commodus Imp. aulico Perenni commiſit, ipſe interim delitijs deditus 84
Impietas nobiliſſimis ac potentiſſimis familijs excidium affert 70
Incendium ex negligentia 338
Inceſtuoſæ nuptiæ Caracallæ cum nouerca 90
Indi commercij cauſa nauigantes, tempeſtatibus in Germaniam abrepti, & à Sueuorum R. proconſuli Galliæ donodati 40
Indictio quid 50
Ingæuus Tuiſconum R. III. 5
Ingramus Tuiſconum R. XIII. 6
Ingratitudinis exemplum 227. item in Hunimanno 192. eius pœna ibid.
Ingudis Sigeberti R. filia 248
Inſidiæ reginarum 143
Inſolentia Leutharis & Bultini contra Narſetem 235
Inſtitutiones Iuris 223
Inueſtitura Abbatum 285 326
Inundatio circa Veronam 251. Tiberis, fol. 333
S. Ioannes Baptiſta Leng. patronus 272
Ioan. Berg Epiſc. ab Arriano occiſus 275
Ioan. Epiſc. Conſtantienſis 268
Ioan. Damaſcenus Theologus 295
Ioan. Lemigius Exarchus VI. 260
Ioan. Parſimonius Hirſaugienſis Abbas, Chronologiam conſcripſit 64
Ioan. Tizocopus Exarchus XIIII. 280
Ioſeph Iudicarum rerum ſcriptor 73
Iouianus Imp. 155. pacem damnoſam cum Perſis facit 155. victor honoratur, fol. 157
Ioniani interitus 175
Irena Leoni Conſtantini filio nupta, folio 314
Irene Scytha, Conſtantino Leonis filio nupta 295
Irene virgo, mortem oppetijt pro pudicitia 270
Irena imaginum cultrix 328. eius facta 332. φιλοδοξίæ 335. Legati 336. crudelitas in fratrem Conſtantinum, ibidem.
Irenaus quando vixerit, & vbi 85
Irminſula 315
Irmintrudis comitiſſa πολύτεχνια 377
Iſaacius Exarchus VIII. 264. Veſtigarium Lateranenſe exhaurit 267
eius Epitaphium 269
Iſenburg/ *vnde dicatur* 46
Iſengrini virtutes 312
Iſis 4. eius inſcriptio 5. culta à Germanis ibid.
Iſna 154
Iſtæuon Tuiſconum R. IIII. 4
Italus, Cheruſcorum princeps 67
Italia Regnũ 194 eius Reges Gotthi 203 Iuſtiniano reſtituta 234. à Gotthis planè liberata 238. eius Exarchatus 241. Narſes Alboinum aduerſus Italiam incitat, ibid. hanc Carolus ordinat 326
Italicus Sueuiæ Rex 72
Iudæorum crudelitas in Chriſtianos, folio 261
Iugurthinum bellum 35
Iulia Seueri Septimi vxor 87
Iulianus Cæſar 136. Imp ibid. eius expeditio Perſica 137. creatio 141. expeditio contra Francos, ibid. item Alemannos 142. quo conſilio ad bellum emiſſus 143. eius cohortatio militaris 144. 145. non longe ab Argentorato prælium cum Alemanis committit 146. à fuga retrahit equites, ibid. Pariſijs 149. militum eius murmuratio, ibid. in eum maledicta aulicorum 150. inuidia Conſtantij contra Iulianum 152. à militibus Imp. factus 152. eius à Conſtantino defectio 153. interitus 157
S. Iulitta [illegible] 123
Iulius Nepos Imp. 193
Juncker *vnde dicatur* 22
Ius ciuile Longobardorum 269
Iuris ciuilis emendatio per Iuſtinianum folio 223
Iuſtina, qua occaſione Valentiniani cõiunx facta 164
Iuſtinus Imp. 217
Iuſtinus Iunior Imp. 240
Iuſtinianus Imp. Orient. 221. confeſſionem fidei ad Papam mittit 226. eius bellum aduerſus Oſtrogotthos 228 mors 239. titulus ibid. eius titulos nolebat ferre Francorum R. 240
Iuſtus, Iuſtinæ pater 104
Iuſtitiæ ſtrenuus defenſor Francor. R. Baſanus 43
Iuſtitiam tantam ſibi T. Veſpaſianus habere viſus eſt, vt immerenti ſibi mortem immitti conquereretur 75
Iuthungi 149
Iuuauia 300
Iuuauienſium ciuitas Saltzburgũ 194

K.

Kalb & Comites Caluenſes vnd dicantur 91
Kalbs augusta 321
Kenan 2
Kirchberg. Comes Eberh. 128
Kirchheim. 265
Knoringenſis nobilis Ioannes 128
Kocherſberg 145
König/ *vnde dicatur* 263
Kriegßhawer/ *locus vnde dictus* 49
Kyburgenſis comes S. Vlricus 128. item Hartmannus ibid.
Kyburgenſes 300

L.

Labarum [illegible]
Lactantius ibid.
Ladenburg 161
Lælius ingenuus tyrannus 109
Laërtes Tuiſconum R. XV. 6
Lamech figura Chriſti 2
Landgraff/ *vnde dicatur* 22
Landinus Scytharum R. 9
Landfridus 289
Landrichus 250
Langenarga 291
Latrocinia extra fines exercere, fas apud Sueuos priſcos 17
Lauinga opp. antiquitas 89. nomen vnde 90
Laureacum 195. 296
S. Laurentius 103
Lectiſternium contra peſtem 81
Leges alibi non tantum valent, quàm apud veteres Germanos valuerunt boni mores 20
Legio quid dicatur 53. Legiones variæ, folio 197. 201
Legatus in Romana militia quid, folio 54
Legatis princeps propinat, vt ab ipſis inebriatis cuncta diſcat 115
Lentzburg Comites 166
Lentienſes 156
Lentienſium motus contra Romanos, 164. eorum perſequutio 165. pax à Gratiano data, ibid. ijs bellum illatum 159
Leo Imp. Orient. 190
Leo Iunior Imp. 193
Leo Iſaurus Imp. XXIII. 281
Leo Imp excommunicatur à Gregorio P. fol. 294
Leo Porphyrogen. Imp. XXV. 327
Leonis Papæ dona ad Carolum 335. ei lingua abſciſſa & oculi excæſſi ibid.
Leones iubati centum 119
Leontia Augusta 258
Leontius Imp. XVIII. 278
Leontius Doctor Athenienſis 178
Leopardi 119
Leouigildus contra filium Hermenegildum 247
Leutharis Aleman. Dux 234. cum ſuis perit 236
Leuningenſis comes Imbricus 128
Lex Francorum Salica & Ripuaria. folio 177
Libanius Rhetor 138

Libe-

Liberorum educatio 20
Libertinorum ſtatus apud Sueuos ibid.
Librorum ſcriptio 336
Lichtenouius comes Henricus 128
Licinius Imp. 129
Liechheim 297
Ligij 67
Lindachium quando ædificatum 55
Lindauia quo anno fundata 64
Lindoia, opp. & nobile emporium 290
Lingones, hodie Langers 37. Celtarum populos vocat Marlianus 122
Lingua Sueuorum 18. Germanorum & Gallorum olim eadem 19. Lingua noua 194. earũ ſtudia extincta 194
Lintgaw 44
Litania ſeptiformis 252. pro felici in bello euentu per triduũ litaniæ ſupplicatio facta eſt 328. 333
Litanicus pro Ludou. 214
Literarum ſubſcriptio 180
Literarum oſores aulici Amalaſunthæ fuerunt 222
Literas Macrino legendas tradidit Caracalla magno ſuo negotio 92
Litingi 214
Locutij fanum Romæ conditum 28
Logiones natio Germanica 117
Lollius Rom. Legatus à Germanis vincitur 44
Lombardia 326
Longini Exarchi libidines: γυναικοϊτρανεῖ 247
Longobardi vnde dicti 10. olim Germani 51. eorum Reges 214. 240. deſcriptio 242. mores 233. migratio 220. Duces XXX. 245. inter eos & Romanos pax 254. Longob. ius ciuile 269. in Longobardos oppeditio 271. Longobardi Sueui 274. eorum Regni finis 316
Lucenſes à Narſeta obſeſſi 235. eorum pertinacia & deditio ibid.
L. Calphurnius Piſo tyrannus 109
L. Valerius Aurelianus Imp. III. eius fortitudo 112. victoria 113. expeditio Aſiatica & triumphus, ibi. exitiũ 115
L. Aurelius Victorinus tyrannus 109
S. Lucius R. Britanniæ 83
Lucillæ & Quadrati conſpiratio 84
Luctus propter Alexandrum Imp. 97
Ludi & relaxationes veterum Sueuorum 19
Ludorum Circenſium deſcriptio 114
Ludi ſeculares de anno milleſimo R. C. item Ciceronis de talibus ludis iudicium 102
Ludouicus pro Clodoueo 214
Lugdunum 138
Luna. vnde eius Germanicum nomen Mond 4
Luitfridus Alemannorum Dux 288. item Sueuiæ Dux 289. interitus eius 290
Luitbolphus, Sueuiæ Dux 284
Luitpertus XV. Longob. R. 279
Luitprandus XIX. R. Longob. 280. eius leges nouæ 281. Rauennam & Claſſem cepit 288. eius cum Martello amicitia 295
Luitpurga Taſſilonis vxor 332
Lupſenſes comites 336
Lupus Forojulienſis D. 272
de Lupo fabula 272
Lupodunum 166
Lutetia Regni Francici ſedes 216
Lutherus 263
Lutzelburgum 226
Luxuria Heliogabali 94
Lyſimachi nummus 31 eius cædes, ibid.
Lytzelſteinenſis Comes Comodus 128

M.

Macedonum armatura 91
Macrianus 151
Mæonius tyrannus 109
Magdeburgum à Carolo amplificatũ 328
Magiæ reiectio 126
Magiſter officiorum 196
Magiſter literarum 222
Magiſtratus Sueuorum 21
Magnentij exitium 136
S. Magni templum 322
Magum Diabolus lacerat 226
Mahalaleel 2
Mahometes, Turcarum Vates 244. eius ἀπόχρημψις τῆς ψυχῆς 267
Maioranus Imp. Occid. 190. eius nummus, ibid. interitus ibid.
Maiores domus qui 263. 266. 298
Manipulus quid dicatur 54
Manus Tuiſconum R. II. 2
Marca Anconitana 301
Marcella 173
Marcianæ aqua 91
Marcianus Imp. 182. eius mors, & Epitaphium 187
Marggraff vnde dicatur 22
Marcomanni vnde dicti 10. hodie Morani 39. à Romanis victi 44. contra Aurelianum 112. eorum bellum contra Romanos 81. 163. eos vincit Marcus Imp. 82
M. Acilius Aureolus tyran. 109
M. Aurelius Carinus Imp. 120. eius mores & mors ibid.
M. Aur. Carus Imp. 120. eius mors, ibid.
M. Aur. Numerianus 120. eius cædes, ibidem.
M. Aur. Quintilius Imp. 111
M. Aur. Valerius Probus Imp. 116. eius res feliciter in Gallijs geſtæ: item epiſtola ad Senatum de ſuis victorijs, 117. bella ciuilia 118. interitus 119
M. Aur. Victorinus tyrannus 109
M. Caſſius Latienus Poſthumus tyrannus ibidem.
M. Claudius Annius Florianus Imp. 116 eius ſenii ſtudia, mores, &c. ibid.
M. Claudius Tacitus Imp. 115
M. Fuluius Macrianus tyrannus 109
Maria mater Domini quando nata 44. θεομήτηρ 297. eius ex hac vita diſceſſus 67
S. Mariæ veſtis Conſtantinop. allata 193
S. Maria rotunda 260
Marina Imperatrix 335
Mariniana vxor Imp. Valeriani 106
Marius vel Mamurius tyrannus 109
Marmorica 167
Maroboduus Dux Sueuorum 51. eius maledicta 63. in Italiam ſe confert, ibidem.
Marſilius Sueuorum Dux 300. 307
Marſus Tuiſconum R. VI. 4
Marſi, victi à Cecinna 60
Marcelli & Luitprandi amicitia 295
Martianopolis 110
S. Martinus 148
Martinus Sueuiæ Dux 275
Martius Campus 199
Martyrium Babylæ Epiſc. 121
Martirij genus inauditum 105
Maßmünſter à Maßone ædificatum, fol. 277
Maßilienſium ſtrages 24
Mataſuenta, Vitigis R. vxor 229
Mataſuentha Amalaſunthæ filia Germano nupta 232
Mathuſalah 2
Matres ſuo lacte alere libros debent 20
Matthiaca aqua 162
Matthæus, Matthe 8
S. Mauritij monaſterium 208
Mauritius Orient. Imp. 247. P. Gregorio iratus 253. eius cædes 256. ſomnium 257. fuga, exitium ibid.
Mauritius Chartularius theſauri Lateranenſis cupidus 267. ab Iſaacio capitali pœna afficitur ibid.
Maurus Abbas 288
Mauri Monaſterium 288. priuilegium Theodorici R. Francorum ibid.
Maxelendis virgo martyrizatur 273
Maxentius Imp. 129
Maxima Sequanorum 209
Maximianus Imp. 121. eius interitus 125
Maximiani & Maximini interitus 131
Maximinus Imp. fit 79. eius res geſtæ in Germania 98. eius literæ Romam miſſæ de victoria à Germanis deportata 99. in Vngariam deſcenſus, ibidem furor ob æmulum imperij, ibidem. ei oppoſiti alij anticæſares, ibid.

exitium, ibid. ignominia 100. eius & Balbi Impp. interitus ibid.
Maximus tyrannus eiusq́ exitium, 167
Maximus Occid. Imp. 188
S. Medardus 210
Mediolanum à quo conditum 24. Alboinus capit 242. eius defectio ad Beliſarium 230
Medo 7
Memminga 319. eius antiquitas 153
Menſium nomina 335
Mercurius 245
Meretricum honores 94
Merita aliena 271
Meroueus Francor. R. 181
Merouingi 181
Merouingorum Regum Catalogus 302
Mersburgum opp. 291
Metis à quo condita 3
Miliarium aureum 196
Milites legionis quomodo appellentur, & quæ arma habuerint 54
Milites limitanei & Riparenſes qui 57
Milites duorum diuerſorum exercituum in foueam delapſi 229
Milites occiſi ſtantes 262
Militũ varia genera 197. exercitia 236
Militum limitaneorum remotio 130
Militum tribunum quibus verbis Imp. Seuerus Alexander fecerit 97
Militum Phocæ exitium 261
Militum voluntas pugnandi 144
Militaris diſciplina 4. Romanæ militiæ deſcriptio 53. Militaris cohortatio Iuliani 144 Militares ſcholæ 198.201
Militaria officia 138
Militaria præcepta Aureliani Imp. 112
Miracula, num neceſſaria hodie 254 tempore S. Chryſoſtomi nulla, ibid.
Mirus Sueuus Hiſpaniæ R. 245
Mirus Sueuus Galitiæ R. 248
Mitra Abbatis 318
Monomania Placidiæ 178
Modoëtia 226
Mœnus fl. 130
Mœſia & Dacia vaſtata 113
Moguntia à quo condita 3. depredatur, 158. Moguntiæ Iulianus fuit 151. der Aichelſtamm, monumentum Moguntiæ, vnde dictum 45
Moguntinenſis ordinatio militaris 202
Moguntinenſis Archiepiſcopatus natus, folio 283
Moguntini Electoris dignitas 302
Mon/Luna, vnde nomen 4
Monachi vbi olim vixerint 270
Monachi Diuitis Augiæ 291
Monachorum figmenta 167. diſſolutio, 324. quomodo tractauerit eos Ilſan folio 220
Monaſteriorum ædificatio 106. 212. eorum in Germania origo 283. ſunt exilij loca 216. eorum vſus 225. 317. incrementa 228
Monaſticæ vitæ origo 105
Monachia duorum puerorum certamen finitum inter Sueuos & Vandalos, folio 171
Monotheletæ negant duas voluntates in Chriſto 274. eorum ſecta origo, folio 263
Mons omnium Sanctorum apud Heidelbergam 118
Mons Piri 161
Montefortenſes Comites 307
Mortenaugia 259
Morti præparandum ſepulchrum 225
Mortem grauiter tulit Veſpaſianus 75 Item Adrianus 78
Mortem ſibi ipſe conſciſcere Heliogabalus cogitabat 94
Mortuorum memoriam in miſſa 246
Moſes natus 6. educit Iſraëlitas, ibidem. eius mors ibid.
Mulieres Gotthorum 230
Mulierum ſenatus 94. earum in Germania ſuperſtitiones 300
Munatius Plancus 138
Mundiburdium quid 314
Mundus Dux contra Theodatum 228
Murbachenſe monaſterium à quo conditum 289
Murium 10000. ſibi exhiberi iubet Heliogabalus 94
Murocincta Auſtriæ oppid. 164
Murrha quid 80
Murſa vrbs 136
Muſcarum inſectator Domitianus 76
Muſicæ inuentor 4. eius ad inſaniam ſtudioſus Nero 69
Muſicus bonus fuit Alexander 96
Myrmido 146
Myrtus 301

N.

Nandi patientia & ſtudium in veteribus Germanis 20
Narciſci Epiſc. aduentus in Rhætiam, folio 127
Nariſci 304
Narſes in Italiam miſſus 232. Romæ & Italiæ libertatem reſtituit 233. eius Francicum bellum 234. 236. Bultino occurrit: eius gloria 238. minæ contra Sophiam 240
Narſes aduerſus Italiam Alboinum incitat 241. eius mors ibid.
Nazarius 130
Neccarus fl. Romanis notus 57
Nemetes hodie Spirenſes 39
Nepeta 313
Neronis imperium 68. eius nũmus, ibid. ſceleratam cœnam inſtituit 70. de eo Aſtrologorum prædictio 68. eius mores & mors ibid.
Nerua Imp. 77
Neurobates, qui velut ventis cothurnatus ferebatur 126
Nicaſius 183
Nicer fl. 117. 130. circa eius loca Antiquitates 118
Nicrana ripa munitio 160
Niueſio 150
Nix altiſſima 311
Nobiles olim pauciores 263
Nobilium adoleſcentium exercitia apud Sueuos 16
Nobilem circa ſe neminem paſſus eſt Maximinus 98
Nobilitatis incrementum 264
Noha alter Adamus 2
Nordlinga à quo & quando fundata, 43. Fanum ibi Veſpaſianus condidit 74
Noricum cur interdum pro Bauaria, folio 44
Noriberga organorum vſus cœptus 305
Northuſa à quibus ædificata 9
Notarios habuit Iulianus 150
Nouellæ conſtitutiones 225
Nudanus 245
Nuptiæ inceſtæ 261
Nuptiarum ritus 191
Nuptialia munera & dos veterum Sueuorum 20
Nymphæum 198

O.

Obricenſe opp. 152
Occidentalis Imp. ordinatio 198 collapſi cauſa diuina 205. item cauſa humana 206
Octauiani Auguſti natiuitas, vita, mores 42. genealogia & ſymbola 55. noluit vocari Dominus, ibid. mors eius ibid.
Odenatus Palmyrenorum D. 107. interitus eius 109
Odilo Bauariæ D. à Carolomanno ſubactus 299
Odoacer 193. 194. eius modeſtia 206. Rauennam occupat 209. eius cædes ibid.
Oecumenici titulus 250. à S. Gregorio oppugnatur, ibid. & 235
Offenburg 259
Offonis cella ibid.
Olybrius Imp. 198
Olympius 173
Olympius Exarchus X. 270
Olympias quot annorum ſit, quando prima & vltima fuerit 51
Omen futuræ felicitatis 78. 230. mala, folio 296

Omen Imp. Taciti 118
Omina imperij quæ habuerit Maximinus 98
Opera mutua 307
Opes Sueuorum 21
Opilij Macrini imperium & obitus 93
Opitergium 267. eius deletio 272
Oppida olim vici 321. eorum nomina in INGEN, vnde 209
Oppianus Poëta 90
Orelia equus 252
Organum Muſicum ex Græcia 305. eius vſus primùm Norimbergæ captus, ibid.
Orgetorix 37
Orientis & Occidentis Dominus quis, 125. eius notitia 195
Orientis imperij ordinatio, ibid. regiones 258
Origenem Mamæa Alexandri mater audiuit 95
Oſiris cereuiſiæ inuentor 4
Oſcitantes cur ori crucis ſignum imprimant 239
Oſculum improbæ virgini congruēs 220
Oſnabrugk 299
Oſſer, caſtrum 248
Oſtenta 30. 55. 36. 131. 241. 256
Oſtrogotthi ad Orientem à quo Amali nuncupati 176. eorum motus 193.
S. Othmarus I. Sangallenſis Abbas 309. mors, 310. lagena ibid.
Othonis Syluij imperium 71
Ottenburenſe monaſt. 311
S. Otiliæ mons, arx, in cœnobium commutatum 278
S. Otiliæ vita & familia ibid.
Ouatio & triumphus quomodo differunt 125

P.

PAcem cum Alarico factam Romani violant, ſed pœnas dant 173
Padebornenſis Epiſcopatus 335
Pædagogia qualis fuerit Arcadij 170
Palatinorum origo 298. 328
Palatinus V Vitelsbachenſis 303
Palladius Narſetis Dux ſagitta transfixus 215
Pallas 151
Palmes fœcunditatis typus 91
Palmyria vrbis euerſio 113
Pampilonia 327
Pandectæ 226
Pantheon 219
Papa ſub Cæſare 271. ei datur priuilegium 275. eius potentia 285. pedum deoſculatio 304. ei Exarchatus & Pentapolis tradita 307. regionibus à Carolo M. auctus 316. Papa priſci folio 225
Papa Adrianus Campidani 320
Papia 316
Paraſitorum pœna 94
Pariſijs Iulianus 149
Parochi 225
Parochiæ 129
Parricidium percuſſorum Imper. Pertinacis quomodo punitum à Cæſare 87
Partus abiectio 143
Patauiæ Archiepiſcopatus 296
Pater patriæ quid 154
Patri cum filio bellum 248
Patriarchæ cur longæui 2
Patriarchatus nouæ Romæ 132
Patricij Rom. titulus & dignitas, folio 226. 231
Patrimonium Petri & Pauli 316
Paulinus 68
Paulus eremita 105
Paulus Exarchus XVI. 288
Pax inter Macrianum & Valentinianum 163
Pecuniæ tractatio apud veteres Sueuos, folio 18
S. Pelagij reliquiæ 284
περιπέτεια Eudociæ 180
Periurij iuſta vindicta in Ptolomæo Ceranno 32
Perlach vnde dicatur 47
Perſarum incrementa 261. ab Heraclio victi 264
Perſarum R. Choſroës Romanis affligit 258
Perſecutio Chriſtianorum ſub Seuero, 87. ſub Diocletiano 123. Valeriano, folio 105
Perthsritus & Gundebertus RR. Longobard. 271
Perthsritus fuga in Franciam ibid.
Perthsritus R. XIII. 273
Pertinacis Elogium 86. imperium, modeſtia, interitus 85
Peſtilentia apud Romanos graſſans, quo remedio pulſa, folio 141. 251. 273. ea graſſante T. Veſpaſianus affectum parentis erga ſubditos præſtitit, folio 75
Peſtis inguinaria graſſatur 226. 239
S. P. Petri fanum 232
S. Petri feſtum ad vincula 181
S. Petro Clodoueus coronam dono miſit Romam 216
Pfeuerenſe monaſt. 295
Pfalßgraff vnde dicatur 22
Pferſen vnde dictus 47
Phalanx 238
φαντασίας ἀγῶνες 272
Philippus I. Imp. 102. eius pax cum Perſis, ibid. cum filio interitus 103
Philippicus Bardones Imp. XX. 280
Philoſophia facit, vt aulicæ res principibus tollerabiliores, & Princeps ſubditis tolerabilis ſit 80
Philoſophiæ Stoicæ deditus Antoninus Imp. 79
Phocas Orient. Imp. 275. eius exitium, folio 260
Phœnicem auem quiuis promiſit Heliogabalus 94
Phylacterium puerorum 213
Phryſia conuerſio ad Chriſtum 278
Picti 151
Pilati lacus 66
Pipa vel Pipera Gallieni vxor 106
Pipinus, Maior domus 275. eius incrementum 76 Sueuos Saxoneſq; vicit ibid. pro Childerico R. Franciæ 302. à Papa R. inunctus 303. eius mors, 313. ſucceſſores ibid.
Pipini prudentia, prouerbium ibid.
Pipinus Caroli filius Romæ baptizatus, folio 328
Piri mons, Spira 161
S. Pirminius 279. Abbas I. Augiæ maioris 290. eius res geſtæ 292
Pius cur dictus fuerit Iuſtinianus 240
Placidia Athaulſi Sponſa 175. Honorio reddita & Conſtantio nupta 176 eius migratio 178. ad Occidentis Imperium redit, ibid. contra Bonifacium, ibid. eius mors 186
Placilla Theodoſij coniunx 162
Plinius quo anno Chriſti vixerit 18
Plutrudis Epitaphium 278
Podamicus lacus 242. eius ἐκφρασις, folio 290
Poëta Oppianus pro ſingulis verſib. ſingulos aureos accepit 90
Pola ciuitas 231
Poloni 204
πολυχρονίζειν 258
Pomerium vnde dictum 115. quando Pomerio addere Rom. Imp. licuerit ibid.
Pomum grande 180
Pons Ilera 225. item Rheni 148
Pontificum max. officium apud Romanos 154
Pontij Pilati mors, & quæ prodigia mortem eius ſecuta 66
Porphyra, domus Auguſtarum parturientium 297
Porphyrogennetus ibid.
Portenta ante Germanici mortem 62
Potus Sueuorum 16
Precatio Clodouei in rebus deſperatis, folio 210
Precibus Chriſtianorum militum pluuia impetrata 82
Præceptores quomodo honorauerit Antonius 80
Prædonum arces 323
Prælatorum confirmandorū ritus 284

Præliandi ratio apud Germanos 15
Prælium inter Romanos & Lentienſes folio 164
Prælium inter Francos & Alemannos, 210. inter Romanos & Alemannos, 160. Aëtium & Attilam 184. Narſetem & Bultinum 238
Præmia Aureliano pro rebus fortiter geſtis data 112
Primatus Romanæ Eccleſiæ 259
Primatus contentio 250
Princeps ſenex melior, quàm princeps puer 115
Principis clementia erga ſubditos 75
Principia, virgo 173
Priſcia 138
Priſcianus Grammaticus 153
Proculus 118
Procuratores quales elegerit Alexander Imp. 96
Prodigia Caligulæ mortem ſecuta 66. quæ Veſpaſiani mortem præceſſerũt, folio 74. quæ fuerunt graſſante Attila 183
Proditoris pœna apud Germanos olim quæ 15
Proditor deprehenſus & punitus 327
Proditor à Romanis contra Vrbicabinum conductus 159. à Romanis in Domino ſuo remittitur ibid.
Propinat princeps Legatis, vt ab ipſis inebriatis cuncta diſcat 115
Prouerbia: Ego prouidebo & Albæ virgines vnde 33. Aurum Toloſanum vnde 35. Daß dich die Drüß beſtehe, vnde 45. Res ad Triarios redijt quid ſit 54. Lucri bonus odor ex re qualibet, folio 74. Fumi venditor, folio 96
Pſalterium Græcum 329
Ptolemæi Ceraunii fraudolentum ingenium, dira regnandi, libido, ſuperbum reſponſum Germanis militibus datum, interitus 39
Publius Decius pro exercitu populi Romani ſe Dijs manibus deuouit 32
P. Fineſius Tetricus tyran. 109
P. Valerius Valens tyran. ibid.
Puella cuiuſdam conſtantia contra Arianiſmum 171
Puella ſubmerſa rediuiua 331
Puerorum apud Sueuos priſcos educatio folio 12
Puerorum ludus, Caſsiodor. 330
Pulcheria virgo illuſtriß. & Theodoſij præceptrix 175. eius fortuna, prudẽtia, ſubſcriptio literarum 180 imperatrix 182. mors & Epitaphium eius 187
Pulcheriana domus 196
Pulchritudo iunioris Maximini 100
Pumilios atq; diſtortos Auguſtus tanquam naturæ ludibria, malíq; ominis abhorrebat 55
Puteus profundus 321
Pyrrhus 159

Q.

QVAdi Sarmatæq́; Pannonias & Noricum occuparunt 107 à Saxonibus excitati in Romanos, 150. ibidem & Marcomanni contra Romanos 163
Quadrati & Lucillæ conſpiratio 84
Quedlinburgum à quo dictum 10
Q. Fuluius Macrianus 109
Q. Nonius Regillianus tyrann. 109
Q. Seruilius Cæpionis Romani proconſulis calamitoſus interitus 35

R.

RAbodi baptiſmus 282
Rachis Longob. R. 81
Ratelanus Marchionatus vnde dictus, folio 10
Ragumbertus Longob. R. XVI. 279
Ranæ edicto Octauiani Aug. paruerunt folio 42
Randeccius Marquardus 128
Rando Moguntiam deprædatur 158
Ratzenburgij 213
Ratisbona à quo condita 46. 213
Rauennæ deſcriptio 241. fortuna 178. Archiepiſcopatus 307. Regia ſedes, 209. eam Luitprandus capit fol. 288. Longobardos expugnat 303
Raurači 37
Raurači deſtructio 138
Rechila Sueuorum R. 181. de tota Hiſpania occupanda cogitat 189 prælio ſuperatus, captus & ſupplicio affectus ibid.
Referendarius 197
Regalium origo 130
Reginoburga 213
Reges ignauiam caueant 266
Reges criſtati ibid.
Regnandi cauſa puerorum contentio, folio 330
Regula martyr 123
Reichenoia 291
Religio & cultus veterum Sueuorum, folio 22
Reliquiæ Sanctorum 133
Remigius Epiſc. 219
Remiſmundus Sueuorum in Hiſp. R. folio 191
Reſplandianus Alanorum D. 170
Reſurrectio mortuorum 2
Retiarius 146
Reutlinga, aliàs Reutvveila 10
Rex odioſum nomen apud Rom. 154
Rex ignauus reijcitur 302
Rhadagiſus in Italiam irrũpit 172. cum filijs capitur & truncatur 172
Rhadegundis 210
Rhæti, vnde oriantur 25. à Druſo victi 44. canini [illegible]
Rhætia contractio [illegible]
Rhætia duæ 120. ab Imp. Probo pacata, 118. earum ordinatio militaris 202. nomen ibid.
Rhætia prima 205
Rhætiam vaſtant Alemanni 152
Rheinaugia 143. 138
Rheni pontes 148. eius & Danubij coniunctio tentata 334
Rhenana ora munitio 160
Rhineccum opp. & arx 291
Rhodoaldus Longob. R. VIII. 270
Rhorſchachum arx cum monaſterio 291
Ricardis Hiſpaniæ R. 251
Ricimer 186. eius nuptiæ 191
Robur, monumentum prope Baſileam, folio 163
Robur ingens Marij Imp. 109
Roderici Regis interitus 282
Rodgaudus Foroiulienſium D. 327
Rodulfus à Sigeberto victus 269
Rolandus heros 319. eius interitus 327
Roma condita 7. tanta fuit, vt 100 o. pondo aranearum ibi colligerentur, 94. eius partes 198. præfectus 199. Roma Gallina Honorij 174
Roma noua 132. eius Patriarchatus, ibidem.
Roma quando capta à Gallis 26. à Genſerico 188. ab Odoacre 194. à Ricimere 192. ab Aiſtulfo obſeſſa 304. à Beliſario 229. à Totila 231. fruſtra à Longobardis 165
Romæ proceres pulſi in Germaniam folio 338
Romæ vrbis incenſio 69. ei captiuitatem Scipio prædixit 174. Alarici ob eius captiuitatem deploratio, ibid. eius irrita obſidio 295. 296. einſdem & aliorum locorum ab Imp. Græco ad Papam defectio 294
Romam intrat Exarchus Rom. 263. eam nequicquam obſidet Agilulfus, ibid. Vitiges 229. Beliſarius recipit 232. item Totilas, ibid. Narſes 234
Romani imperij magnitudo 129. eius à XXX. Tyrannis labefactatio 108. turbatores oppreßi 22. calamitates 156 inclinatio 166. aquila biceps 181. eccidus laceratio 188. 189. occidui collapſi cauſa diuina 205
Romanus Imp. quando electus ſit Tacitus 115. moriens, adiuratus eſt, ne liberos, ſed optimum aliquem principem

cipem facerent 116. Roman. Imp. ex fabro ferrario 109
item ex Grammatica declinatione factus ibid.
Romani Imperatoris nomen 239
Rom. Imp. creandi ritus 158
Romano Imp. Probo quomodo Senatus gratulatus fuerit 117
Romana Academia 222
Romanum Imper. nullum vnquam ex Galliæ principibus fuiſſe 320
Romani Imp. cur Auguſti dicantur 56. non ſapientum ſuffragijs, ſed libidine ſtulti & auari exercitus eligi quando cœperint 56
Romanorum Imper. quis primus diademate impoſito Dominum ſe appellari iuſſerit 66
Rom. Imp. filij, qui imperij ſucceſſores futuri erant, principes iuuentutis, item Cæſaris dicebantur 73
Romanorum nomen etiam Græcis tributum 227
Romanorum Rex 302
Romanorum priſci Reges 41
Romani Orientales 132
Romani ad tuendum imperium contra barbaros ſtationes ad Iſtrum & Rhenum certas habuerunt 87
Romani ab Alemannis cæſi 158
Romanorũ præſidia ad Rhenum & Danubium 56. 57. caſtella 130. eorum graſſatio 151. clades 35. 113 victoria 123. 164. potentia ruina 86. petitio de antiqua religione ſibi reſtituenda folio 168
inter Romanos & Longobardos pax, folio 154
Romanus Ducatus S. Petri patrimonium 301
Romanus Exarchus I I I. 250
Romanæ ceremoniæ 309
Romania 132. eam Choſroës affligit, folio 258
Romaniola 326
Romilda libido exaciata 261
Romubornum pagus cum arce 291
Romualdi pagus cum arce 291
Romulus Momyllus Auguſtulus, Imp. vltimus 193
Rorarij qui dicti 54
Roſetum VVormatienſe 219
Roſimunda Albuini vxor 240 eius ſcelus 244. cum adultero ſuo ipſa perit, folio 248
Rot, nobilis familia 128
Rotæ ſupplicium 322
Rubigalia quid fuerint 113
Rufini infidelitas in Arcadium 270
Rugilandia Regio 31
Rumſpurgenſis Marchio 312
Ruſſi 294
Ruſticiana Boëtij vidua mendicare panem coacta 232
Ruſticorum ſeditio 121
Rutbrudis Caroli filia 328

S.

Sabianus Papa iniquus 259
Sacrificia dira quis inſtituerit 6
Sacrilegij pœna in Capione 35. in Alemannis 336
Salgamatius 199
Salica lex 326
Salonini Galieni vxor 106
Sancimon Gigas 319
Sancti quidam 330. eorum reliquiæ 133. legenda 213. adoratio 256. pictorum vſus ibid.
Sanctorum omnium feſtum 259
Sanctorum imagines & venerationem vetat Conſtantin. Imp. 313
Sangallenſis Abbatia erigitur 265
Sangallenſe monaſterium 278
Sangallenſe oppid. 283. muro circundari cœpta 284
Sangallenſis Bibliotheca ibid.
Saona fl. olim Araris 37
Saracenorum motus 273. eorum cædes per Martellum ope Alemannorum & Bauorum 295
Saragoſa 327
Sarmatum repreſſio 120. 129. 131
Saturninus 118
Saulus Iudeus 172
Saxones vnde dicti 3
Saxones Romanis formidabiles fol. 161. Chriſtiani facti 315. ex Italia à Longobardis diſcedunt in patriam 246. inquieti 127. 139. à Carolo Martello domiti 289. itidem à Carolomanno 299. à Francis & Alemannis 327. à Carolo denuò 329. 334. 335
Saxonum, Sueuorum, Francorum in Gallias irruptio 118. exercitia nautica 161
Saxonicum Caroli bellum 326. 315. eius reſumptio 327. eiuſdemq́; renouatio folio 331
Scandinania 240
Schola Conſtantinop. 294. Hiltegardis folio 330
Scholæ apud Tuiſcones inſtituta 3. in monaſterijs 106. & 225. militares, folio 189. 201
Scholæ Doctor combuſtus 294
Scholarum claudicatio 284
Scholarum inimicus Heliogabalus fuit folio 94
Scholaſtica ſoror S. Benedicti 214
Scholaſticus rediuiuus 331
Scholaſticus X V. Exarchus 281
Schonbergenſium ſtemmatum origo, folio 10
Schoneckius Vlricus 128
Schuſſius fl. 337
Schvvaba peninſula 142
Schvvabelbergenſis arx 225
Schwaben / vom Schweiſſen 5
Schvvartzburgenſium comitum origo, folio 11
Schvveinfurtum, vnde dictum ibid.
Sclaui 6. 337
Scommata. Calidonia in Iuliam Caracalla matrem 93. Sophia in Narſetem 240
Scordiſci, aliâs Boſnij populi 31
Scoti 151
Scotici Monachi 259
Scriba quidem Ioannes imperium arripit, & ſupplicio afficitur poſtea, folio 178
Scutum reliquiſſe ſummum flagitium apud Germanos 15
Scutarius qui 160
Scyrorum gens 192. & qui ab ipſis originem traxerunt ibid.
Scythæ 3
Scythæ cultu diuino informati ibid.
Scythæ Cappadociã perſuadentes à Galieni Ducibus victi ſunt 107
S. Sebaſtianus 123
Secundina Peruinca, Iuliani vxor, folio 132
Securitas initium calamitatis eſſe docet exemplum Vari 52
Seditio vindicata 225
Sedunum 123
Seduſij, hodie Valleſiani 39
Segeſtes 60
Sem 2
Semnon Dux Logionum 117
Semnones 18
Senes canendi 220
Senones ibid.
Senonum ſedes olim quæ 41
Senonum fines præterfluit Albis 51
Sententiæ illuſtres ſiue Apophtegmata: Boni paſtoris eſt tondere pecus & nõ deglubere 61
item: Non oportere quenquam à ſermone principis triſtem diſcedere. 75.
item: Diem perdidi, quo nihil cuiq; beneficij præſtiti ibid.
item: Non ego te fili occidi, ſed lex quã violaſti 43
item: Hunc gladium in cauſis iuſtis pro me, in iniuſtis contra me ſtringito, folio [illegible]
item: Frumentum Dei ſum, & dentibus Dei commolor, vt panis mundus reperiar ibid.

item: Omnia fui & nihil expedit 88. Quod tibi non vis, alteri ne feceris, 96. Ex peßimo genere, ne catulus habendus 100. Peruſſem, niſi peruſſem 178
Septimij Seueri imperium 86
Sequani, olim incolæ Comitatus Burgundiæ 37. 122. Sequanorum maxima 203
Serena Stiliconis vxor 173
Sergius Heros 160
Serg. Anicius Baliſta tyrannus 109
S. Sulpitij Galbæ imperium 71
Sericæ telæ textura 239
Serpentum copia 251
Serpens in ſepulchro 298
Seruitutis der Leibeigenſchafft origo in Alemannia 212
Seruos Herulis impunè occidere licebat 237
Setbus 1
Seuera 164
S. Seuerinus 194. 195
Seuerus Imp. Occid. 190. eius mors 191
Seueri Alexandri Imperium, ſtudia, nomen 95. expeditio Germanica 97. mors & luctus hominum ob mortem eius ibid.
Seuerus Rom. Dux 145
Sextus Iulius Saturninus tyrannus 109
Sicambri qui, 43. olim quomodo dicti fuerint 183. à Romanis victi, fol. 44. quando ad Rheni ripas vltra Albim tranſlati 29
Sicambria Vngariæ 160
Sicinus Oentatus ibid.
Sielinga, vicus apud Moguntiam 97
Sidon, Sueuiæ R. 72
Sidonius Conſtantin. Epiſc. 309
Sigebertus Metenſis R. 245
Sigfridus Corneus 219
Sigiſmundus Burgundiæ R. 208
Sigoneſius 7
Silingi 181
Simonia 225
Simulatio decollationis 235
Sindleſavv, cur Augia Diues vocata fuerit 295
Siricius Papa 169
Smaragdus Exarchus I I. 247
Smaragdus Exarchus V. 256
Sodoma & vicinæ ciuitates combuſtæ, folio 4
Sol ſine radijs 227
Sol Perſarum Deus 264
Solis templum 115
Solis radius pro pertica 254
Solis eclypſis 278
ad Solicinium (hodie Solms) prælium Romanorum & Alemannorum, folio 159
Soloſtadium 138
Somnium Anaſtaſij 217. Conſtantis 270 272. Iuſti 164
Sonn/Sol, vnde nomen 4
Sonnenburgenſium origo 10
S. Sophiæ templi dedicatio Conſtantin. folio 229
Sophiæ liberalitas 241. eius imprudens in Narſetem dictum 240
Sophroniæ caſtitas 131
Sortilegia quid 22
Soſimus, folio 127. eius martyrium, ibidem.
Spectacula veterum Sueuorum & Germanorum 20
Spira à quo condita 3
Spoletanus Ducatus 242
Sponſalia veterum Sueuorum 20
Spurius Seruilius Collianus tyrannus, folio 109
Stableſiani equites 202
Statua caput decidens 219
Stellæ cadentes 312
Sternutantibus cur ſalutem precemur folio 230
Steinum opp. Rheni 309
Stilico Mariam & Thermantiam filias Imperatori nuptui dedit 170. eius infidelitas, ibidem, cum filio interitus 173
Stoffelen 285
Strabo VValafridus, vir doctus, folio 292
Stratagema Grimoaldi contra Francos, item contra Cacanum Hunnũ 272. item 36. 146.
Struthiones 119
Stupri pœna 231. 282. etiam in proprio filio 43
Stutgardiæ in paradyſo principis antiquus lapis eſt, inter cæteros, qui poſitus eſt Maximo & Æliano Coſſ. folio 95
Stulingen/ Marchionatus 37
Sueui à Iapheto & Rege Sueuo 5. ſub nomine Germanorum latent 274. olim genuini fuerunt Alemanni, folio 89. Bauarorum cognati 216. extra fines latrocinia exercebant 17. quando vltra Albim tranſlati, folio 45. maiorem partem Germaniæ obtinuerunt 46. à Conſtantino ſedem in Pannonia acceperunt 135. Galiciam ſoli tenent 171. Chriſtianiſmũ accipiunt 169. vinum ad ſe importari non ſinebant 17. ab Epiſcopo bella potiti 280. Scythiæ partem, quæ hodie Suetia, inuaſerunt 135. vicerũt Romanos, folio 47. Turingos 134. Saxones in Hiſpanias tenduntur 202. ab Ameliano difficulter victi, itidem à Criſpo 133. ab Hilderico ſubditi 190. à Pipino 276. à Carolomanno 299. à Francis 210. à Romanis 44. inter auxilia Regis Darij numerantur 31
Sueui Romanorum Cæſares 12
Sueuorum legitima natiuitas vnde, ibidem.
Sueuorum color & facies, ibid. ſedes, 8. 45. nomen 10. comitia 12. veſtitus 13. arma 14. bellandi ratio, ibidem. gens bellicoſiſſima 16. habitationes & domus, ibidem. victus, ibidem. potus 17. cum exteris commercia & pecunia tractatio 18. lingua ibid. ludi & relaxationes 19. coniugia & Oeconomia 20. Sueuorum veterum caſtitas, ibid. dos, ſponſalia & munera nuptialia, ibidem, rara & pauciſſima adulteria, ibid. Magiſtratus 21. 22. religio, cultus, ibidem. exequiæ 23. opes 21. migratio à Borea ad Auſtrum 88
Sueuorum pax cum Romanis 129. cum Turingis rixa 134. cum iiſdem pax fol. 131
Sueuorum ſæuitia in Hiſp. 178. termini 192. eorum aliquot in Saxoniam retruſio 241
Sueuorum Reges in Hiſpania 171. 181. & 189
Sueuorum Duces 212. 295. plures 292. eorum inſignia 320
Sueuia & Suecia dicitur 135
Sueuia ſuperior, quæ olim fuerit 301
Sueuiæ partes à Clodoueo ſubactæ, folio 203
Sueuiæ Ducatus 205
Sueuiæ Dux Hermericus 178
in Sueuiam portata Chriſtiana Religio, folio 213
in Sueuia priſcis ignota fuit vſura, folio 18
Sueuicus ornatus crinium 13
Sueuici regni in Hiſp. finis 249
Sueuicæ gentis origo 3
Sueuicæ terræ fertilitas 21
Sueuiæ & aliæ aues 274
Sueuicæ nobilitati Theodoricus reditũ in patriam impetrat 211
Sueuico bello Druſus interijt 43
Sueuus V. R. Tuiſconum 3
Sueuus fluuius, die Spree ibid.
Sueuus mons 336
Sueuæ fœminæ Iambici octonarij, folio 274
Suitones & Suiceri 198
Sulpitij Apollinaris 81
Suomarius Alemannorum R. 149
Supellectilem regiam vendidit Imper. ob reprimendorum hoſtium cauſa 52

Super-

Superſtitio Ethnica à Diabolo confirmata 38
Superſtitiones mulierum in Germania folio 300
Sybillini libri 111. 113
Sylachus 311
S. Symbertus 314
Symmachi interitus 219
Symbertus Epiſc. Auguſtanus 333
Synodus I I. 167. Auguſtana 283. Syn. V. 234. Syn. V I. 274. Syn. V I I. 331 hæc damnata 334

T.

TAbernæ tres 143
Taiandi erga Hildegardem amor folio 317
Taſſiloni bellum infert Carolus 332 eius in monaſterium contruſio ibid.
Taurus fl. 358
Teccenſium Ducum nomen vnde 34
Tectoſagum ſedes olim quæ ibid.
Teias Gotthorum R. 234. eius interitus ibid.
Tempeſtas ingens 120
Templum S. Vlrici apud Auguſtanos, folio 127
Templum Solis 115
Templum Solomonij præda ab Alarico Romæ rapitur 173
Temporum diſcrepantia 318
Tenctri qui 44. 60
Terræmotus Conſtantinopoli 206. 238. 296. in Syria, 300. item Antiochiæ, folio 224
Tethya 2
Teutobachus 8
Teutones X. R. Tuiſconum 6
Teutones à quo 3. 36. eorum ac Ambronum ſtrages apud aquas Sextias 36
Teutonum R. Teutobochus à Romanis captus ibid.
Teutonia 6
Teutſch/ opp. vnde dictum ibid.
Teucholenſis comes Vdalſcalcus 128
Thalto, Turgouiæ comes 269
Theobaldus Sueuiæ D. 292
Theodatus Italiæ R. 227
Theodelinda 250. Arianiſmum è viro expulit 252. eius ædificationes 256. cum filio expulſio 264. obitus 265.
Theodo Dux Bauariæ 213. Romanis Bauariam eripit 216
Theodobertus Franc. 230. eius arrogantia 240
Theodomirus R. Hiſp. Sueuor. 192. 239
Theodora Auguſta 227. eius mors 232
Theodoricus Gotthus 189
Theodoricus Theodor filius 190
Theodorici Amali Oſtrogotthi honores Conſtantinopoli 207. ei Italiam Zeno tradit, ibid. Italiam inuadit 208 fugiens hoſtem, turpiter à matre caſtigatur 209. eius interceſſio pro nobilitate Sueuica 211. occidit ſeruum, qui in ipſius gratiam Arrianus factus 214. eius introitus Romam 214. clementia 215. contra Clodoueum, 216. Regum affinitate ſe munit 217. et Alemanni ſubiecti, eius viſum & mors 219
Theodoricus rex victorioſus 220
Theodoricus bis victor 262. eius mors, fol. 263
Theodoricus Auſtraſiæ R. 272
Theodorus Calliopas Exarchus I X. 269
Theodorus Calliop. Exarch. X. 270
Theodoſius Alemannos aggreditur 161
Theodoſius Magnus Imp. Orient. 166. eum Iuſtina excitat contra Maximum 167. eiuſdem precatio contra Eugenium 168. mors & Genealogia fol. 169
Theodoſius Iunior Imp. 175. cum Eremita cœnauit, eius obitus 182
Theologorum peccata tegenda 133
Theopaſchitæ 216
Theophylactus Exarch. XIII. 279
Theodonalda à Carolomã. domitus 299
Thermæ Badenſ. 91. Hiſp. 172
Theſauri inuentio 307
Theſeus 78
Theſſalo, Bauariæ D. 250
Thomæ Lirers Chronicon 77
S. Thoſſoparoch. VValdhofenſis 305
Thracium vaſtatio Gotthica 164
Tiberia Auguſta, hodie Ratiſpona à quo condita 46
Tiberij Neronis res geſtæ cõtra Germanos ibid.
Tiberius Iulius Imp. factus 60. eius ſocordia 64. bibacitas, mores, obit' 65
Tiberij Claudij electio 67. ſtudia, mores & mors 68
Tiberius Conſtantin. Orient. Imp 245
Tichobates, qui per parietem currebat folio 120
Ticinum captum 242
Tigurum 122. eius palatium regiũ 212
Tigurini 36
Tillingen 296
Timolaus 109
Ti. Ceſtius Alex. AEmilianus tyrannus ibid.
T. Cornelius Celſus tyrannus ibid.
Tolbiacum opp. 210
Tolbiacenſe prælium 262
Toloſanum aurum quid 35
Torquatorum nomen vnde 20
Totilas Italiæ R. 231. eius clementia & res geſtæ, ibid. elogium 233. fuit inſignis eques, ibid. de eo vaticinium, ibid. eius interitus ibid.
S. Toto, Abbas 311 314
Traianus Imp. 77. eius mors 78. precibus Papæ Gregorij à pœnis inferni liberatum Papiſtæ gloriantur ibid.
Traiani munimentum 148
Transfugarum ſupplicium, quod olim apud Germanos 15
Tranſimundi μοναχισμός 299
Treuiris à quo condita 3. à Francis cõbuſta 176
Triarij qui 54
Triboci, hodie Argentinenſes & Alſatæ folio 39
Tribunus ſtabuli Marſcalcus 161
Tribunitia poteſtas apud Rom. 154
Tricaſſe 141
Tricennalia 135
Tridentinum concilium 244
Triumphus Aureliani 113. Probi de Germanis & Blemyis 119. Diocletiani, folio 124
Triumpharium currus ibid.
Triumphi Etymologia ibid.
Triumphi Beliſarij deſcriptio 227
Triumphi inferebantur via Appia 125
Troia quando capta 7
Troianum regnum 6
Trullum 274
Trunſamundus Vandal in Africa R. 214
Tubanti qui 60
Tubingenſis Palatinatus 11
Tubingenſes comites olim à T. Veſp. in expeditionem Hieroſol. ire iuſſi 74
Tubingæ ædificatio 209
Tubingæ palatium habuit Caracalla 91
Tuiſcon R. I. Tuiſconum 3
Tuitium 156
Tuiuenſe oppidulum 3
Tumilhaſca vallis 310
Tunica palmata 217
Turcarum Vates Mahometus 244. æra numeralis, ibid. mentio Germanis prima 309
Turcilingi 181
Turgouia pagus 338
Turingi à Sueuis victi 134
Turingorum Dux Hermenfridus 217. eorum ſtrages 218
Tyranni X X X. imp. Roman. labefactarunt 108
Tyrannis quid futurum ſit 125

V.

VAdomarius 138. 151. 152. contra Saporem Perſar. Regem Romanis militat 262
Vberlinga 291. 255. 264
Vberlingenſium inſignia quæ fuerint, folio 268
Vbij populi circa Coloniam 40
Valens Imp. 155. eius interitus 66

Valen-

Valentinianus Imp. 51. eius in Mauritanum inſidiæ 162. cum eodem pax 163 mors ibid.
Valentinianus II. Imp. 164. duas vxores duxit, ibid. eius interitus 168
Valentinian. III. Imp. natus 176. nobilis dictus 178. eius imperium, ibid. pax cum Genſerico 179. improbũ factum 186. adulteri exitium ibid.
Valerianus Imp. Chriſtianorum perſecutor 104. à Sapore captus 106
Vallia Gotthorũ in Hiſp. R. 176. eius felix in Hiſpania ſucceſſus 177
Vandalus IX. R. Tuiſconum 5
Vandalus in Hiſpania contra Sueuum, fol. 177
Vandali qui nam 172. eorum in Africa regnum 179. 204. 226. eius regni finis ibid.
Vandalicus cur dictus fuerit Iuſtinianus 240
Vangiones hodie VVormatienſes 39
Vannius Quadus præfectus apud Sueuos, regno pulſus 67
Vari Quintilij mores, 52. interitus 53.
Variana clade quot occiſi, item quæ oſtenta præceſſerint 54
Veij vnde dicti 3
Velleda, virgo fatidica 15. 73
Venatio in circo 119. pernitioſa 240
Vendobona, hodie eſt Vienna Auſtriæ, folio 83
Venedi 6. 204
Veneris Caluæ templum 99. eius ſimulacrum 328
Veneti 337
Venetus, lacus 291
Ventorum nomina 335
Vernaculi 196
Verona occupatio 231
Verres quo tempore vixerit 47
Verres, lacus 299
Verſus Monaſtici Leonini 278
Veſpaſianus auxilio Sueuorum factus eſt Imp. 73. vetuſtatis & ſtudiorum fautor, ibid. eius imperium & laudes 74. auaritia, ibid. arcus Romæ, apophtegmata & mors 75
Veſtigarium Lateranenſe ſpoliatur 267
Veſtitus Sueuorum priſcorum 13
Veſuuij incendium 75
Vexillationes 201
Vgri & Vngri 180
Vibij Imp duo 104
Vibius Imp. pacem tributo emit à Gotthis & Germanis ibid.
Vicomagiſtri 196
Victoria Dea 92
Victoria regina 110
Victoria vnius viri virtute 272
Victus Sueuorum 16
Vienna & Paris 262
Vienna Auſtriæ olim Fabiana 303
Vienna Auſtriæ Epiſ. Eleutherius Chriſtum docuit ibid.
Villa magna dicta, quæ Epiſcopo carent folio 153
Vindelici qui 119. eorum odium aduerſus Romanos 44. ſedes olim ibid.
Vindelica vnde dicta 46
Vindomarus 8
Vindoniſſa 122
Vindoniſſenſis Epiſcopatus Conſtantiam tranſlatus 242
Vineatici Abbates 337
Viragrund 305
Virgilius Epiſcop. 300
Virginitatis conſeruatio 262
Virginum XI. millia, & earum virginum cædes 167
Viſigotthi à Stilicone cæſi 172. eorum in Hiſpania potentia 176. Chriſtiani à Viſigotthis in Hiſpania Reges deſcẽderunt 176. eorumq́ in Hiſpania finis 282
Viſurgis fl. 5
Vites Hiſpanis & Britãnis permiſſæ 119
Vithicabius R. 159
Vithungi 149
Vitiges Italiæ R. 229. eius deditio cum Rauenna 230. Conſtantinopolin ductus ibid.
Vitiza quis fuerit 282
Vitodurum 122. 139
Vlma ſub Reichenoia 292. eius antiquitas 153
Vlmenſes ciues veteres 255
Vlpianus Iuriſconſultus 96
Vlpius Silanus 113
S. Vlricus Comes Kyburg. 128. eius ſepulchrum 127. muribus & gliribus aduerſarius 311
Vlyſſus Tuiſconum R. XVI. 6
Vncilenus Sueuiæ D. 160. eius calamitas ibid.
Voluptas Galieni 107
Votum Hiltegardi factum 331
Vratiſlauia principium 336
Vrbachum, arx 271
Vrbes & ciuitates olim in Germania non fuêre 16
Vrbes ab Attila afflictæ 185
Vrus fl. 338
Vſipetes qui 44
Vſura priſcis Sueuis ignota 18
Vteburanum priuilegium 313
Vtilo à Carolomanno victus 299 eius bella 298
Wacon/ Longob. R. 214
VValdburg. Com. 128. 337
S. VValburgis 303
VValdo Epiſc. 336
VValdo ſcriba, maluit ſcribam agere, quam Abbatem nullius authoritatis 283
VValdshutum 154
Wandeln/ vnde dicti 5
VVandi 6
Warrmſee in Hiſpania 172
VVarthuſanus comitatus 308
VVelfus 137
VVeichſtephanum monaſt. 300
VVeingartenſe monaſt. 337
VVeiſſenburgenſe monaſt. à Dagoberto conſtructum 267
Werdt 297
VVerdensbergius comes Ioannes 128
VVidemannus 305
VVidemirus 194
Wiſtißburg 260
VVilſi 332
S. VVilibrodus 278
VVimar vel VViſmar 135
VVimpina opp. 185. 214
VVinda 6
Windfeld / locus vnde dictus 53
VVirceburg. Comitatus 301
VVirceburg. Epiſcopatus author S. Bonifacius 300
Wirmſee 299
VVirtenbergenſium incolarum priſca ſedes 9. eorum origo 11
VVirtemberg. Comes Georgius 165
VViteberga 331. eius proceres 203
VVitekindus fit Chriſtianus ibid.
Witeßleben 296
VVitelsbach. Comes Hartmannus 128
Vulgares qui 216
VVolfius Sicklinger 7
VVormatia à quo condita 3
VVormatienſ. Epiſcop. 214
VVormatienſe roſetum 219
S. VVunibaldus 303

X.

Xenophon quando floruerit 26

Y.

Ylergovv 318

Z.

Zecco Boiorum R. 7
Zeno 191. Imp. 193. Italiam Theodorico tradit 207
Zenobia regina 110. capta 113. in triumpho ducta 114. eius reliqua vita, ibid.
Zimmerenſium familia ortus 37
ZiZa Dea 46
Zollerenſis comes Fridericus 128
Zulg / opp. 210

F I N I S.

MARTINI CRVSII, GRAECÆ ET LATINÆ LINGVAE, CVM ORATORIA IN ACADEMIA TYBING. PROFESSORIS,

ANNALIVM SVEVICORVM Dodecas ſecunda,

AB ANNO CHRISTI Iↄ cccI. vſq; ad cIↄ ccXII. annum deducta.



Cum gratia & priuilegio Cæſareæ Maieſtatis ſpeciali ad decennium.

FRANCOFORTI,
Ex Officina Typographica Nicolai Baſſæi.
M. D. XCV.

ILLVSTRISSIMO PRIN-CIPI AC DOMINO, DOMINO PHI-*LIPPO LVDOVICO, PALATINO RHENI, Duci ſuperæ inferæq́ Bauariæ, Comiti Veldentiæ, & Spanhemij, &c. Domino ſuo clementiſſimo,*

Salutem à Chriſto.

EXtat apud Ciceronem lib. 2. quem de Oratore ſcripſit, deſcriptio quædam Hiſtoriæ, quid ea ſit: Videlicet eſſe teſtem temporum, lucem veritatis, vitam memoriæ, magiſtram vitæ, nuntiam vetuſtatis. Quæ videtur bona commendatio Hiſtoriç eſſe: nec alijs ſolùm, ſed mihi etiam. Continet enim eximias eius laudes: de quibus ita, vt ego intelligo, aliquid (ob cauſam, quæ poſteà intelligetur) breuiter dicam. A celſitudine T. illuſtriſſime Princeps, clementer accipi oro, quemadmodum demiſſe ſpero.

Teſtis eſt temporum, Hiſtoria: & ſimul NVNTIA vetuſtatis. Non enim tantùm id tempus eſt: quo nos viuimus, aut quo parentes noſtri vixerunt: ſed tempus vnà cum reuolutione cœli cæpit: quando rerum vniuerſitas à Deo opt. max. condita fuit. Itaq; rectè Tempora (cùm plurimùm temporis, à Mundo condito effluxerit) non Tempus, à M. Tullio ponitur. Ijs ſingulis temporibus à pluribus iam millibus annorum: plurimas, varias, mirabiles, bonas & malas, res ab hominibus geſtas & factas eſſe, conſtat. Has autem omnes tempus (velut auarus & inuidus ſenex: liberûm ſuorum, quà ad eorum vitam, quà ad memoriam, deuorator Saturnus) vnà cum auctoribus ſuis, in Lethæum ſempiternæ obliuionis flumen abijcit, atque aquis obruit: ita vt nunquam fuiſſe videantur. Sed Hiſtoria (vt & Poëtica) tum homines, tum res (velut quidam candidus cygnus) ex illis obſcuriſſimis vndis (calamo, ceu roſtro cygnæo) eximit, euehit: ab omnimodo interitu vindicat: eas illis, aut illis tēporibus fuiſſe teſtatur: ac, quoad Mundus durat, in ſublimi tenere contendit: id quod etiam poſteà diuino Typographiæ beneficio cōtingit. De quibus longè antegreſſorum temporum hominibus, rebuſq; factis, nos, velut pueri quidam, nihil ſciremus: niſi fortè ex relatu ſenis alicuius, paulum quid: qui ex alijs ſenibus habens, fortaſſe non exactè memoria retinens, aliqua in narrando peruertiſſet: Eſt ergo Hiſtoria teſtis temporum: eſt nuntia vetuſtatis. Nam quid homines ſingulis temporibus, etiam vetuſtiſſimis, geſſerint & fecerint, nobis nuntiat, atque teſtatur: non peruertens quicquam, ſed eodem modo ſemper referens. Id autem ſæpe magnopere conducit: vt ad difficilimum controuerſiarum dijudicationes: vt veritas ex tenebris emergat, euidensq; fiat.

Lux enim etiam veritatis, ab eloquentiæ Latinæ parente, Hiſtoria nominatur. Cognoſcit quippe aliquis ſæpe ex ea verè, quod anteà neſciuerat, aut de quo non certus fuerat: vt ſe hoc, aut illud ius, in aliqua re habere. In lib. Iud. cap. 11. contra Regem Ammonitarum, Iephte probat ex veteribus Iſraëlitici populi geſtis: nullam ab eo populo iniuriam eſſe Ammonitis factam. Proinde, nihil teneri eis reddere, cùm nihil eis eripuerit. Chriſtianis multò maximam lucem veritatis parit Hiſtoria. Nam, cùm homo nihil, nec de vero Deo, nec quomodo is ſalutariter ſit colendus, per ſe ſciat: ſed aut incidat in falſi numinis cultum, per quem periturus in æternum eſſet: aut, ſi ſanè ſciens verum Deum, non tamen vero modo colat: ex ſacra, veteris nouiq; Teſtamenti hiſtoria & luce, ambo illa verè diſcit, Act. 7. S. Promartyr Stephanus ex hiſtorijs S. demonſtrat: hunc IESVM, qui ab Iudæis in crucem fuerit ſublatus, eſſe illum verum, olim Patriarchis promiſſum, Meſſiam. Ex hiſtoria Euſebij, cæterorumq; Eccleſiaſticorum ſcriptorum, claret veritas Chriſtianæ religionis: cùm ea nullis inſidijs, nullis cruciatibus,

nullis machinis, Tyrannorum Diabolique potuerit euerti, atque opprimi: ſed tandem fortior emerſerit, pulchrior enituerit, inuicta manſerit. Ex temporum ratione Ioannes Funccius (comment. in Chronolog. ſuam libr. 5.) ad colligendum incumbit: D. Petrum Apoſtolum nunquam fuiſſe Romæ. Nullo igitur modo, Eccleſiam Romani Pontificis ab illo fuiſſe fundatam. Quapropter Hiſtoria veram viam, quæ ab illo conſecutionem beatitatis æternæ ducit, aperit, & illuſtrat. Eadem, VITA quoq; memoriæ eſt. Nam & eas res, quæ hominibus è memoria exciderunt, renovat ac quodammodo viuas in memoriam redigit: & illas, quæ ipſis morientibus commorerentur, aut inuidiâ temporis (de qua anteà dictum eſt) ceu fluctibus inundatæ obtegerentur, viuas conſeruat, ad poſteritatemq́; repræſentat.

Hiſtoria deniq;, VITAE eſt magiſtra: dum lectione eius, homines (exempli cauſa) docentur: quæ debeant, vt bona, ſequi: quæ, vt mala, fugere. Ex qualibus conſilijs & actionibus, velut arboribus quales fructus naſcantur: quomodo periculis præſentibus reſiſtendum, malis futuris occurrendum, ſit. Quomodo deniq;, vel excitatiſſimam fortunam, & florentiſſimam, caſibus aduerſis triſtibuſq́; euentibus & flaccefacientibus: de illa altera, ſemper manente, æternumq́; vigente, vita cogitandum ſit.

Benè igitur Hiſtoriæ laudes, breuiſſimo hoc dicto comprehendit, ac velut conſignauit, Cicero: dum illam teſtari ait de temporibus, veritatem illuminare, memoriam viuificare, vitam bonis præceptis & exemplis inſtruere, vetuſtatemq́; ab interitu vindicare. Ampliſſimum certè hoc Hiſtoriæ ellogium & commendationem eſſe, nemo prudens diffiteatur: Eapropter multos eſſe Hiſtoricos, qui variorum populorum & hominum hactenus Chronica ſcripſerint, gaudendum eſt: & magna eis habenda gratia: vt de omni vita (publica & priuata, ſacra & profana) optimè meritis, & merentibus.

Horum exemplo (vt ad me nunc conuertar) ego quoq; (qui aliâs Auctores linguarum, & eloquentiæ præcepta, iuuentuti pro mediocritate mea Tybingæ explico) poſt alias hiſtoricas Scriptiones, Annales etiam ſcripſi: Annales autem de laudatiſſima Sueuorum natione, qui teſtentur de ſingulis ipſorum temporibus: qui res vetuſtiſſimas, intermedias, & recentes, nuntient: qui memoriam Sueuorum, & aliorum cum eis, ad vitam reducant: qui plurima hactenus latentia proferant, & veritatem eorum illuſtrent: qui deniq; cognitionem rerum, ac prudentiam, haud vulgarem adferant. Quibus de rebus plura non dicam: ſed αὐτὸ τὸ πρᾶγμα (vt Demoſthenis verbis vtar) τὸν ἔλεγχον δώσει: res ipſa probabit.

Inueniuntur horum ſanè multa, iam ante in aliorũ libris edita: ſed diſſeminata hinc inde; plurima verò hactenus incognita mãſere. In prçſenti verò opere, omnia è ſexcẽtis locis vnum in corpus, ſingula ſuos ad annos & tempora, quantũ fieri potuit, redacta ſunt. Quẽadmodum videlicet inueniuntur exoticæ plantæ longè hinc varijs in locis exterarum regionum diſſitæ. Quæ per ſe ſingulæ, pulchræ quidẽ eſſe poſſunt: verùm ſi in Germani Principis paradyſum cõportatę, ordineq́; poſitæ ſunt, Vah, quantò maior pulchritudo! Quanta delectatio! Quanta admiratio! Quãtò plus inde vtilitatis exiſtere poteſt! Idẽ de noſtris quoq; iudiciũ fieri poſſe, opto.

Cùm autem Sueuici operis huius tres ſint Dodecades; ſiue tres, ſingulæ XII. librorum, partes: earumq́; primam, illuſtriſſimo VVirtembergenſi Principi, Domino FRIDERICO, Domino meo pio & clementiſſimo, obtulerim & dicauerim: hanc iam SECVNDAM Dodecadem, illuſtriſſime Princeps, pie & clementiſſime Domine, T. Celſitudini offerendam dicandamq́; exiſtimaui: idq́; propter aliquas (quomodo mihi perſuaſi) cauſas iuſtas.

Quarum prima eſt: quod Celſitudo T. non minùs veræ religioni dedita eſt: nec minus liberalibus ſtudijs fauet: vt ipſamet liberali doctrina, rebuſq́; optimis, erudita. Argumento eſt præter alias Scholas, ipſum quoq; Lauinganum (à Sueuia non excluſum) Gymnaſium: doctis & fidelibus linguarum, artium, ſcientiarum, profeſſoribus ita inſtructum: vt ex illo multis iam annis, benè inſtituti adoleſcentes, auſpicijs Celſit. T. huc Tybingam veniant: partim mearum etiam prælectionum auditores.

Altera cauſa eſt: quòd cùm quaſvis bonas artes ac diſciplinas, Celſitas T. fauore proſequatur: mihi in dubium non venit: quin etiam hiſtoriarum & antiquitatis ſit fautrix: optimè quippe ſciens, quantopere illæ (ſeu res Sueuicæ, ſeu aliæ) proſint: tum publicè, tum priuatim: tum in ſacris rebus, tum in profanis. Cur enim Chriſtianus Princeps, minus hiſtorias curaret: quàm barbarus Sultanus, Saracenici in AEgypto imperij expugnator, Selymus Lautauus

eius

eius, imperij Orientalis extinctor, Mahometes II. Quorum alterum (Selymum) P. Iouius ſcribit, diligenter Maiorum ſuorum, Regumque externorum, Annales euoluiſſe: alterum autem (Mahometem) gentium propè omnium Reges, rerum bellis geſtarum fama inclytos, verſis in Turcicam linguam hiſtorijs: non modò ſcriptis, ſed imaginibus excellenti pictura expreſſis, repræſentandos ſibi curauiſſe: vt magnorum virorum exemplis, ad extendendam famam magis ac magis accenderetur.

Poſtrema, quæ ad hanc me dedicationem mouit, cauſa eſt: quod piæ celſitudinis T. miniſtrum in ſancta & incorrupta Euangelij doctrina agit, M. Iacobus Maier Binicenſis, charus gener meus: in ſuburbio Sueuicæ ad Danubium VVerdæ (de qua ipſa quoque non pauca in his Annalibus) ſuperiore habitans: & in vicino Bergæ vico, jam amplius decem annos Eccleſiaſtico munere fungens. Quamobrem dignetur Celſitud. T. hanc ſecundam Sueuicarum rerum partem (tanto Principe dignis rebus non deſtitutam) ſereno accipere vultu: ac poſthac etiam clementer ſibi commendatum habere generum meum. Sic Chriſtus opt. max. Celſitatem T. cum ſuis omnibus, totaque ditione, longæuam in bona pace ac felicitate conſeruet. Tybingæ, XIX. die Septemb. anni M. D. XCV. meo 1526. natali.

Illuſtriſ. Celſit. T.

Obſeruantiſ.

Martinus Cruſius.

VMBRA QVÆDAM CONTENTORVM IN ſecunda Dodecade Svveuia.

Lib. I.

Reſtituto occidentali Imperio, quod per Annos 320. iacuerat: Germania & Gallia, ſicuti aliquando cõiunctæ, ita nunc rurſus cõiunguntur, Imp. 1. facto Carolo M. Initia Gamundiæ, Eſlingæ, & VVirtenbergenſium Dominorum. Victus à Sueuis VVitikindus Saxo, perit. De cœnobio Lindauienſi virginum. Vlma, ſub Diuitaugienſi Monaſterio. Ludouicus Pius, Imp. II. Germanorum Murharrenſe cœnobium. De Guelphonũ familia. De Sueuia antiqua & recentiore. Ab anno Chriſti 801. vſq; ad 810.

II. Expeditio Sueuorum in Hungariam, Monaſteria: S. Georgij in vertice Alemanniæ, Hirſaugienſe, Lucerna Heluetica Alemanniæ. Oppidum VVirtembergiæ Lauffa S. puella Regisvvindis, Veringenſis Comes Adelbertus. Lotharius Imp. III. VViſenſtaiga Ludouic. 2. Imp. IV. De Mompelgardia, & Zæringia, Carol. Caluus Imp. V. ab anno 810. vſq; ad 876.

III. Ludouicus III. Balbus Imp. IV. Germanus. Carolus III. Craſſus, Imp. VII. & Arnulphus Imp. VIII. De Rotevvila & VVeiblinga Hegouia & arx Duellum. Monaſteria: Herriedenſe, Monhaimenſe, Vrſpringenſe. Lud. IIII. German. IX. Dux Sueuiæ, Burcardus: cuius gener, Hugobaldus, Dilling Comes. Vngari, in Italiam & Germaniam ſæui. Ideò poſtea ciuitates, muris circundatæ, Conradus I. Francus, Rex X. De Baronibus Cimbrenſibus. De Conſtantienſi Epiſcopo Salomone, & Ducib. Alemannia, Berchtoldo Erchingeroq;. Ducatus Sueuiæ, excitatus; cuius 1. Dux, Burcardus I. Deinde, alij Comites generoſi Vlricus Buchorn & VVendelgardis Eberſtainia. Cæſar XI. Heinricus I. Auceps. Vngari, ad Merſpurgum Sax. cæſi. Patricij ciuitatum. De VVirtemberg proceribus, complura. De S. Vlrico, Auguſtano: & de S. Conrado, Conſtantienſi, Epiſcopis. Ab anno 987. vſque ad 937.

IV. Ludorum equeſtrium apud Germanos origo. De Hohenſtauffenſibus Baronibus. Imp. XII. Otho Magnus. Hermannus & Vdo, Sueuiæ Duces. Arx Eberſtainia, & Comitum eius generoſorum ortus. Conradus, Francorum & Sueuorum Dux. De Monaſterio Einſidelenſi, & S. Pantaleonis, & Anhuſiano, & S. Blaſij, & S. Vlrici Auguſtæ, ac S. Stephani ibidem. Familiæ aliquot Alemannicæ illuſtres. Othonis Imp. & Adelhaidis connubium. De Luithulfi, Ducis Sueui, bello infelici contra patrem Othonem. Vngarorum apud Auguſtanam vrbem internecio. Heinrici à Kempten audacia, Ab anno 937. vſque ad 974.

V. Imp. XIII. occid. Otho 2. De oppido VVirtembergiæ Schorndorffa. Monaſterium Petershuſanum. Imp. XIIII. Otho 3. Monaſt. VVettenhuſanum. Burgouienſis Marchionatus Albaugienſe (non longè à Raueſpurgo) cœnobium, & Oberſtenfeldenſe, & Lauffenſe. Normannorum nidificatio in vtraq; Sicilia Ordines Rom. Imperij, circulus Sueuicus, ſeptem Archiepiſcopatus Germaniæ, Epiſcopatus ſub his contenti creatio Rom. Cæſaris. De Comitib. à Tybinga Ab anno 974. vſq; ad 1002.

VI. Imp. XV. Heinricus II. cui bellum facit Hermannus Sueuiæ Dux. VVeiſſenhornum, Maurſtetum, Niffenum, Nœrdlinga. Zæringenſium, Ducum origo. Sueui, Burgundionum victores. Monaſt. Auguſtæ Mauricianum, Imp. XVI. Conrad. 2. De VVirtembergenſib. Dominis. Auguſta, à Guelphone capta. Comitatus Mompelgardiæ. Op. Oringa. Comites Hohenlohenſes & Zollerenſes. Duces Vrſlingenſes & Schiltachenſes, Imp. XVII. Heinricus 3. Comites Caluenſes, & arx Caluenſis. Hermannus Contractus. Hohenſtauffenſis Baro, Heinricus. Beutelſpachenſes Barones. Familia nobilium de Ehingen. Abbatia Schafhuſana. Achalmica Comes, Adelhaidis. Ab anno 1002. vſq; ad 1056.

VII. Imp. XVIII. Heinricus 4. Inſtauratio Hirſaug. Monaſterij. Tybingenſium Comitum origo, ditioq;. Fridericus antiquus, poſteà Cæſaris Heinrici 4. gener. Baltzhuſæ & Schvabecci Comes, Schvviccerus, de ſtirpe Zæringenſium, & Veringenſium, & Rotemburgo Tuberanorum, procerum. Monaſterium Chomburgenſe. Deſcriptio Halæ Sueuicæ. Comites Cohengoienſes Monaſt. Banthum Barones Cimbrenſes. Bellum Germaniæ ciuile inter Cæſ. Heinricum, & Anticæſarem Rudolphum Sueuum. Primus VVirtembergenſis Comes Conradus. Ab anno 1056. vſque ad 1077.

VIII. Sueuia bello ciuili afflictiſsima. Tertia fundatio Monaſterij Hirſaugienſis. Fundatio Chomburg monaſterij, & eius Abbates. Anticæſaris Rudolphi interitus Genus Friderici ſupradicti Hohenſtauffenſis. Auguſta, à Guelphone occupata, ad Imp. Heinrico recepta. Ciuitas Hailprunnenſis. Multa de Caluenſib. Comitibus. Genealogia Normannorum Principum. Vrbis Auguſtæ vaſtatio. De Zuifaltenſi Monaſt. & Achalmenſ. Comitib. (Luitholdo ac Cunone) plurima. Sic & de Hirſaugienſi cœnobio; ac de Monaſt. S. Petri in Nigra ſylua. Templum S. Fidei apud Seleſtadium. Blaubyranum Monaſteriũ, & Næresheimenſe, Alpersbach, Iſnenenſe, Albaugienſe (ad Bregantiũ) Biblingenſe, & S. Crucis Donavvertæ Hieroſolymitana Gotteſridi Bilionei expeditio Comites Archelbergenſ. Ciuitas Rauenſpurg Ab an. 1078. vſq; ad 1100.

IX. Monaſteriũ VVirtembergiæ Laureacenſe, cũ Abbatib. ſuis Imp. XIX. Heinricus 5. Noriberga, & Vlma, vaſtatæ. De ciuitate Gamunda, & Reutlinga, & Roteburgo. Nicri Comites VVirtemberg. Sueuiæ Dux Frider. Vnioculus, Barbaroſſæ pater. Friburgi Briſgoiæ fundatio, & Stutgardiæ VVirtembergicæ, Gyntzburgum. Sperberſeccius Berchtoldus Eichenbrunn, cœnobiũ, & Spanheim & Ahuſanum, & Vrſperg Comites Schvvabeccenſes & Baltzhuſani. XX. Cæſ. Lotharius 2. Bello tunc Sueuia preſſa Hohenſtauffæ obſidio. Rotvvilenſiũ erga Conradũ Anticæſarem fides. Monaſterium Monachorhotenſe, Rockeburg Edelſtet, Vrſpring. Elching. Hailbrunn. Cęſarienſe. Bellũ in Caluenſi Comitatu Comites Maurſtett, Kirchenberg. & alij Magnates Sueuię. Primordia Monaſt. Herrenalbenſis & Frauenalb De Creichgouia Cœnobiũ S. Georgij Auguſtæ, & Salomonis villanum. Ditatio Zuifaltenſis Monaſterij, per viros fœminaſq;. Ab anno 1101. vſq; ad 1137.

X. Cæſar XXI. occid. Conrad III. Sueuus. op. VVeiblinga. Comites Sultzbach. Heluetia Alemannica & Burgund. De Ioan. VVirtẽberg. Comite. Victoria Conradi Cæſ. ad VVeinſpergũ de Guelphone. De VVeinſpergenſib. Baronib. Vlma, & Noriberga, inſtauratæ, Hohenberg & Haigerloch. Comites. Generoſi comites de Landau. Monaſt. fœmininum S. Crucis vallis, & Ochſenhuſanum, & S. Lucij in Rhætia, & Schœnaugienſe. Affinitas inter Impp. Conradum occid. & Manuelem Cõnenum Orientis. Monaſt. Herbrechtingenſe, & Albæ Dominorum. Sacra Cæſ. Conradi ob Hieroſolymam expeditio. De Mulbronnenſi, & Herenalbenſi, & VViſenbachenſi, Monaſterijs. Tybingenſes Palatini. Schiltach & Badenſes Principes. Rotvvilenſe cęſarium iudicium. XXII. Imp. Fridericus Barbaroſſa Sueu. Proceres Teccenſes, atq; VVirtenbergenſes. VVilera, Gynæceum nõ procul Blaubyrã. Sammichaelicum Halæ Sueuicæ Templũ. Familiæ nobiles & illuſtres, Monaſt. Hirſaugienſis dotatrices. Bella Barbaroſſæ Italica. Proceres Calatini & Bappenhaimij. Ab anno 1138. vſq; ad 1160.

XI. Niffenſes Barones. Badenſes Marchiones. Mediolani deſtructio per Imp. Frider. Bellũ inter Hugonem Tybing. & Guelphonẽ Raueſpurg. Nobiles Rechberg Inſtauratio Mediolani. Romã Frider. Imp. occupat. Monaſt. Martalenſe & Eremit. Imp. Friderici pacificatio cum Papa Monhaimij Barones. Monaſt. Adelberg Bebenhuſanũ, Truttenhuſ. Vvaldtſeenſe, Vrſinenſe, VVengenſe, Schuſſenrietenſe. Eberſpergenſis Baro Volcknandus. Dapiferi VValdpurgenſes, Barones Degenfeld. Marchiones Rumsperg. Pax Conſtantiæ inter Frid. Imp. & ciuitates Lombardicas. Albeccenſes Comites. Bebenhuſ. priuilegium, & Abbates, atq; alia. Barbaroſſæ expeditio Hieroſolymitana, & mors. Ab anno 1161. vſq; ad 1190.

XII. Imp. XXIII. Henricus 6. Sueuus Bebenhuſæ priuilegium à Tyb. Palatino Rudolpho cõceſſum. Normannorum Sicilienſe Regnũ, ab Imp. Heinrico occupatum; & Irena Græca, fratri eius Philippo nuptui collocata; nuptiæq; Auguſtæ Vindel. celebratæ. Monaſt. S. Crucis Auguſt. XXIV. Cæſ. Philip. Sueuus: cui Papa Othonem Saxon. opponit. Hinc diuturnũ bellũ ciuile. Cõſtantinopolis, ab occidentalib. expugnata: quòd Alexius fratrem Iſaacium, illius Irenæ Patrem, imperio & viſu ſpoliaſſet. A Philippo Victorioſo tandem Otho in Angliam expulſus. Cædes Philippi ex inſidijs, & Irenes præ luctu extinctio. Imp. XXV. Otho Saxo Bappenhaimij Domini. Ab anno 1150. vſq; ad 1212.

IN ANNALES SVEVICOS MARTINI CRVSII, VIRI CLARISSIMI, V. L. ET ORATORIAE IN ACADEMIA TVBINGENSI PROFESSORIS celeberrimi, Dn. Præceptoris, & Collegæ ſui piè ſemper colendi,

ERHARDVS CELLIVS, in eadem Academia Poët. & Hiſtor. Profeſſor.

SVeuorum Annales, vir præſtantiſsime, totos,
A capite, ad calcem legimus vſq; tuos.
Legimus immenſos Senis admirando labores,
Qui tātum modico tempore ſcripſit opus.
Quanta antiquarū, quàm diues copia rerū?
E veterum cunctis enucleata Libris?
Na ſtudio, Cruſi, es τυμβωρύχος, et impiger iſto.
Suffodit hic auida ſancta ſepulchra manu.
Scilicet argentum, gemmas, aurumq́; reportet;
Splendidaq́; ornari quas monumenta ſolent.
Sic Baiacethes qu ndam Amuratia proles,
Conſtantinopolin obſidione premens;
Interea graſſans vrbesq́; ſepulchraq́; vaſtans,
Pectus auaritia, ſæuitiaq́; flagrans,
Quicquid erat Graijs antiquum ac nobile, rupit; locis
Et rapuit; cunctis res miſeranda, modis.
Sed dedit hac dignas atroce tyrannide pœnas,
Tammerlane tuo ſubditus inde iugo;
Bis ſex hinc lapſis, heu fata immutia, luſtris,
Conſtantinopolis Marte ſubacta fuit.
Tum victor Mahometh crudeli pectore Magnus
Amurate fero progenitore ſatus;
Sæuit inauditis viuorum in corpora factis;
Sæuit inauditis mortua in oſſa modis.
Perueſtigauit, quicquid tellure ſub ima:
Suffodit dira priſca ſepulchra manu.
Vel Conſtantini tot durans ſecula Magni
Subruit; ad ſummum dilacerando nefas.
Argentum hinc, aurum, gemmas, precioſaq́; cuncta,
Suſtulit; hiſq́; ſuas auxit auarus opes.
Haud ſecus es, Cruſi, τυμβωρύχος, inclyte; Sueui
Annales ſcribens, hiſtoriasq́; ſoli.
Tu ſuffodiſti quæuis monumenta vetuſti
Temporis, hinc Sueuum ſedulus Acta notans.
Tu peruoluiſti quæuis diplomata, quæ ſunt
Archiuis paſſim, Sueuia magna, tuis.
Tu perluſtraſti vigilanti lumine: quicquid
De rebus ſcriptum, Teuthona terra, tulit.
Tu perlegiſti, nulli parcendo labori
Excuſi referunt quæ modò cunq; libri.
Hac tu ſuffodiens, argentum es nactus, & aurum;
Dum pulchras paſſim nactus es hiſtorias.
Multaq́; præterea tibi ſunt collecta legenti:
Quæ prodeſſe queunt, quæ recreare queunt.
Hoc opus antiqua Sueuum id de gente peramplum,
Summa congeſtum ſedulitate, probat.
A monumenta tamen ſic ſuffodientibus iſtis:
Quos Machometicolas diximus eſſe genus:
CRVSIVS *hic tanto diſtat diſcrimine noſter;*
Quem Suffoſſorem diximus eſſe librûm:
A crudá, & dirâ quanto Impietate, benigna,
Omnibus & Pietas commoda rebus abeſt.
Illi ſuffodiunt, violantq́; ſepulchra nefandis,
Et rapiunt manibus quæ precioſa ſuis.
Et iugulant viuos armis atrocibus iſti:
Aut iuga compellunt commiſeranda pati.
Cruſius at viuos condignis laudibus ornans,
Perpetuum ſcriptis nomen habere facit.
Ante ſed exemptos vel plurima ſecula viuis,
Eruit è tumulis, ſuffodiendo, ſuis.
Hosq́; reuiuiſicat, dum geſta inſigniter horum
Commemorat libris ordine quæq; ſuis.
Induperatores, Reges, multosq́; Dynaſtas;
Magnatum, Comitum, Nobiliumq́; decus.
Magnificosq́; alios, ſtudijs, virtuteq́; claros:
Et muliebre genus, virgineumq́; genus.
Seu fuerint illi aliquando politica curæ,
Seu fuerint, vita conuictione, ſacri.
Hos omnes altis effodit, vt oſſa, ſepulchris;
Quorum fama diu mortua tota fuit.
Quorum ſumma leues nunquam reuocata ſub auras,
Gloria Lethæis merſa periſſet aquis:
Hos omnes docti ſtudium inſuperabile Cruſi,
Tanquam Cimmerijs eruit è tenebris.
Ergo ſi quæ tibi ſunt grata vetuſta; benigne,
Hoc opus ingratum non tibi, Lector, erit.
Si qua nouis etiam tibi mixta antiqua placebunt;
Hoc nullâ tibi non parte placebit opus.
Omnia condiuit tam dextra Cruſius arte;
Non animum vt poſſint non recreare tuum.
Aeternas igitur tibi ſoluat Sueuia grates
Pro ſtudio, Cruſi, priſca, recensq́;, tuo.
Perpetuasq́; tibi ſoluat Germania grates
Pro ſtudio, Cruſi, priſca, recensq́;, tuo.
Sed quoq; nonnullas pro tali pectore grates
Soluere Knechelio, fasq; piumq; monet.
Inclytus is Medicus magna Laurentius Vlmæ;
Sueuiaci ſummum quæ caput Vlma ſoli.
Ille meus quondam veluti commilito dulcis:
Sic modò pars noſtra eſt dulcis amicitiæ.
Ille operis cauſa eſt; & ſola occaſio tanti:
Cruſius effectum mente ſagace dedit.
Viue diu, Cruſi ſtudio indefeſſe: laborum
Sexcentos Iuuenes vincis amore Senex.
Sicut inexhauſtos te conſtat obire labores;
Inq́; manu pennam ſemper habere tua:
Sicut inexhauſtas doctrinæ congeris, inde
Et raras rerum cognitionis, opes:
Nec tamen haſce domi pateris latitare ſub vmbris;
Ac ſolum auctorem te recreare ſuum;
Sed prodire foras, & delectare legentes;
Et dare Communi commoda digna Bono.
Sic precor, Omnipotens te reſpiciendo lebona,
Adijciat vitæ tempora tanta tuæ:
Vt Sueuum videas Annales ire ſub auras;
Et quæ præterea ſunt tibi multa domi.
Præmia quo capias tantorum digna laborum,
Et ſenium oblectes hac ratione tuum.

AVCTO-

AVCTORES IN SECVNDA PARTE ANnalium Sueuic. citati.

A.

Achilles Gaſſarus.
AEgidius Tſchudus.
AElius Antonius Nebriſſenſis.
AEneas Syluius.
AEſchylus.
Albertus Krantzius.
Albertus Stadenſis Abbas.
Alexander Guagninus Veronenſis.
Anna Comnena.
Annales Francici.
Andreas Althamer.
Antonius Bonfinius.
Antoninus Florent. Archiepiſc.
Antonius Sabellicus M.
Arnoldus, Abbas Lubecenſis.
Ariſtoteles.

B.

Baldus Peruſinus.
Baptiſta Mantuanus.
Bapt. Platina.
Beatus Rhenanus.
Benno Cardinalis.
Bernard. Corius Mediolan. Hiſtoricus.
Bernhardus Hertzog.
Bernhard Saccus.
Blondus Flauius.

C.

Carolus Sigonius.
Caſparus Peucerus.
Chriſtianus Vrſtiſius.
Chronicon Argentinenſe M. Scr.
Chron. Campidonenſe. M. Scr.
Chron. membran. M. Scr. Saxonicum.
Chron. Noribergenſe. M. Scr.
Chron. Rotenburgo tuberanſ. M. Scr.
Chron. VVeingartenſe. M. Scr. (Germ.
Chron. Zueifaltenſe. M. Scr.
Cicero
Compilatio Chronologica.
Conradus Dinnerus Iuriſc.
Conradus Epiſcopus.
Conradus Geſnerus.
Conradus Lycoſthenes.
Conradus Peutinger.
Conradus Vrſpergenſ. Abbas.
Conſtantinus Manaſſes.
Cornelius Tacitus.

D.

Daniel Hauff. M.
Daniel Reinoel Muſicus.
Decret. libri.
Dionyſius Afer.
Dionyſius Halicarnaſſenſis.
Ditmarus, Epiſcop. Merſchburg.
Dodechini Appendix.
D. Hieronymus.
D. Hilarius.

E.

Eraſmus Roterodamus.
Erneſti Ducis liber fabuloſus.

F.

Felix Malleolus.
Felix Fabri.
Franciſcus Irenicus.
Franciſcus Samſouinus.
Freculphus, Epiſcop. Lexouienſis.

G.

Gaſpar Bruſchius.
Georgius Altenus.
Georgius Cedrenus.
Georgius Fabricius.
Georg Pachymeres. M. Scr.
Georg Ruxnerus.
Georg. VVidemannus.
Gilbertus Genebrardus.
Gotfridus de Marſilia.
Gotfridus Viterbienſis.
Guilielmus Tyrius.
Gulielmus Durandus.
Guntherus Poëta.

H.

Helmoldus.
Henricus Buntingus.
Henricus Pantaleon.
Henricus IIII. Cæſar.
Hermannus Aedituus.
Hermannus, Comes Nuenarius.
Hermannus Contractus.
Hieroſolymitanum Chronicon.
Homerus.
Hulderichus Mutius.

I.

Iacobus Curio.
Iacobus Philippus Bergomas.
Iacobus Schopperus Theologus.
Iacobus Spiegelius.
Ioannes Auentinus.
Ioan. Bapt. Egnatius.
Ioan. Bebelius.
Ioan. Boccacius.
Ioan Brodæus.
Ioannes Cantauzenus.
Ioan. Carionis Chronica.
Ioan. Cuſpinianus.
Ioan. Docianus.
Ioan. Funccius.
Ioan. Heroldus. M.
Ioan Moſerus Iuriſc.
Ioan. Nauclerus.
Ioan. Parſimonius Hirſaug. Abbas.
Ioan. Pomarius.
Ioan. Rouchius, Eccleſiaſtes Rauenſp.
Ioan. Stumpfius.
Ioan. Tritenhemius.
Ioan. Tzezes.
Ioan. Xiphilinus.
Ioannes Zonaras.
Iodocus VVilichius.
Iuuenalis.
Iulius Cæſar.
Iuſtinus.

L.

Lambertus Schaffnaburgenſis.
Laonicus Chalcocondyles.
Laurentius Friſæus.
Lybeſter, Græcobarbarus libellus.
Lorchenſis tabula.
Luitprandus, Ticinen. Diacon.
Lyſias, Orator Athen.

M.

Manuſcripta Multa.
Marcus Guazzus.
Mariani Scoti appendix.
Martinus Cromerus.
Matthæus Bappenhemius.
Matthæus Palmerius.
Matthæus Vogelius, Abbas Alberſpach.
Matthias Flac. Illyricus.
Menander.
Michaël Riccius Neapolit.
Michaël Pſellus.

N.

Nemeſius.
Nicetas Choniata.
Nicolaus Lucanus.
Nicolaus Vignierius Barrenſis.
Nonnus.

O.

Onuphrius Panuinius.
Othonis de S. Blaſio appendix.
Otho Friſingenſis.
Oſualdus Gabelcouerus D.

P.

Pandulphus Collenutius.
Paulus AEmylius Veron.
Paulus Interianus.
Paulus Iouius.
Paulus Langius.
Petrus Apianus.
Petrus de natalibus.
Petrus Gyllius.
Petrus Merſæus.
Philoſtratus.
Pindarus.
Plautus.
Plutarchus.
Polydorus Virgilius.
Ptolemæus.
Pythagoras.

R.

Radeuicus, Friſing. Canonicus.
Richardus Bartolinus Peruſinus.
Robertus de monte.
Robertus Gaguinus.
Rodericus Santius.
Roſuitis, Monialis Gandersheimia.

S.

S. literæ.
Saxo Grammaticus.
Sebaſtianus Munſterus.
Sifridus, Presbyter Miſnenſis.
Sigebertus.
Simonides Poëta.
Simon Eiſenus Iuriſc.
Simon Furnarius Italus.
Sindelfing. M. Scr. liber.
Sophocles.
Suetonius.
Suidas.
Symeon Metaphraſtes.

T.

Tabula generis S. Vlrici.
Theatrum Vrbium.
Theophraſtus Paracelſus.
Thomas Fazellus Siculus.
T. Liuius.
T. Lucretius Carus.
Turpinus Archiepiſcopus.

V.

Vincentius Gallus.
Virgilius.

VV.

VViguleius Hund.
VVitichindus Saxo.
VVolfgangus Iobſtius.
VVolfgangus Lazius.
VVolfgangus Rauchus, Muſicus.
VVolframus Eſchenbachenſis.

Z.

Zacharias Rieander.
Zenobius.

MARTINI

MARTINI CRVSII, GRAECAE ET LATINÆ LINGVÆ IN ACADEMIA TVBINGENSI PROFESSORIS, ANNALIVM SVEVICORVM, IN SECVNDA PARTE LIBER PRIMVS.

In hac parte, à Carolo Magno Franco, vſque ad Fridericum II. Sueuum, nempe ab anno DCCCI. vſque ad annum MCCXII. Chriſti, hiſtoria plurimarum egregiarum rerum deſcribitur. In primo autem libro, Sueuica ea: quæ imperante Carolo Magno, & Ludouico Pio, facta ſunt.

CAPVT I.

OCCIDENTALIS IMPERII Reſtitutio. CAROLVS Magnus, Imp. German. I,
Germania & Gallia, ſub communi vocabulo Franciæ comprehenſæ.
Aquila Romani Imperij, biceps. Auguſtæ Græcæ Irenæ exitus.
In Gallia, poſt Maioratum Pares Franciæ.
Differentia Regis & Imperatoris Romanorum.
Impp. Græci, NICEPHORVS & STAVRACIVS.
Elephas, Aquisgrani. Saxones, victi. Pax Caroli cum Græcis.

IAcuerat iamdiu Romanum Occidentis Imperium: ab anno ſcil. Domini 480. quo ab Odoacre Herulo deſtructum fuit, vſque ad annum 800. per annos CCCXX. interim primo Oſtrogotthis, deinde Longobardis, Italiam titulo Regni adminiſtrantibus: ſicuti libris præcedentis partis docuimus. Orientis autem Imperium remanſit: quod & ad plura ſecula manſurum erat. Interea temporis, & Sueui creuerant: ac multo magis, his ſub ditionem ſuam ſubiectis, & retentis, Franci. Horum nunc Rex Carolus, cognomento Magnus (de quo multa iam antea dicta ſunt) Imperium occidentale, auxilio Pontificis Romani (Exarchatu Græco, & Longobardico Regno, deletis, quemadmodum didicimus) rurſum eriget, validum faciet, viam ei ad Germanos & Sueuos aperiet. Qua de re deinceps multa cognoſcentur: atque in primis iam latior vberiorq́; rerum Sueuicarum, quàm antea vnquam ſeſe copia diffundet. DEVS modò paternè noſtræ ſenectuti (ſi eius voluntati placuerit: nec ſaluti animæ noſtræ obfuerit) adſit: vt quæ magno animo concepimus: ad effectum feliciter producere valeamus.

Collectio dictorum hactenus.

Propoſitio dicendorum.

Anno igitur ſalutis 801. ineunte, in ipſo Natalitiorum die, Carolus ſummo manè Vaticanam Romæ baſilicam ingreſſus, preces ad Deum habuit. Pontifex Leo, qui ex compoſito aderat: vt Carolo præmagnis in ſe & Eccleſiam meritis gratiam referret: Romanæq́; Eccleſiæ patronum ac defenſorem pararet (non enim Græcam Auguſtam Irenen, nec Græcos, curabat) chlamyde Auguſtali illum induit: aureaq́; precioſiſſima corona caput eius inſigniuit. Tunc verò populus, cuius inæſtimabilis numerus erat (præſertim cùm filius Caroli Pipinus, maximam ſecum turbam, in ſuo Romam ingreſſu traxiſſet) ter ingenti voce, lætitia geſtiens, acclamauit: CAROLO AVGVSTO, à DEO CORONATO, MAGNO, PIISSIMO, ET PACIFICO IMPERATORI ROMANORVM, VITA ET VICTORIA. *Græcè* [illegible] *vel* [illegible], *eſſet.*

Caroli Magni coronatio Romæ.

Sic reuiuiſcet Imperium Occidentis.

Poſt quas laudes, à Pontifice (inquit Annalium Francic. Scriptor) more antiquorum adoratus eſt (προσεκυνήθη) *ac deinde omiſſo Patricij nomine,* IMPERATOR ET AVGVSTVS *appellatus. Oleo ſacro & ipſe vnctus eſt, & Pipinus F. ſed ille, vt Imp. Rom. hic vero, vt Rex Italiæ. Vnctio hæc tunc introducta, de Patriarchis Conſtantinopolitanis tralata huc eſt: qui antiquo Iudæorum more, Imperatores ad maiorem autoritatem vngebant: precibus adhibitis, vt*

προσκύνησις.

Pipinus Caroli F. Rex Italiæ.

Vnctio Regum & Impp.

Aa

Deus ipſorum imperium fortunaret. Vnctio etiam ipſos de ſtudio pietatis & virtutis admonebat. Ioan. Stumpf. 3. Heluet. 90. Sic ergo hi duo, vncti fuere. Poſtea, rei diuinæ vacatum. Munera deinde precioſiſſima, ab vtroque oblata: Baſilicæ Vaticanæ, abacus argenteus, & aurea eò vaſa: Lateranenſi verò, eximia ex hyacinthis crux: in ſupplicationibus poſtea, Caroli iuſſu, præferri inſtituta. Ipſe nouas leges, ad edicta Longobardorum adiecit: Rempub. & res Eccleſiaſticas ordinauit.

Crux hyacinthina.

Ita factus eſt IMP. CÆS. CAROLVS MAGNVS, P. F. *Aug. Primus ex longo interregno Occidentis Imperator: ac præfuit Imperio in annum 14. Ita Imperium Romanum illo die, à Græcis ad Germanos eſt translatum (teſte Nauclero) in perſona Caroli Magni. Hic enim tempore translationis, Rex fuit non ſolùm Galliæ, ſed & Germaniæ: idq; indubitatum eſt. Ac, licet vtriuſq; Regni Rex fuerit: à neutro tamen Regno appellabatur: ſed Carolus Rex Francorum dicebatur: quod idem erat, ac ſi nominatus fuiſſet Rex Germaniæ & Galliæ. Nam clarum eſt, eo tempore omnem Galliam tranſalpinam, itemque Germaniam, à Pyrenæis montibus vſque in Pannonias, Franciam dictam fuiſſe: ſicut ſcilicet olim longè ante tempora Chriſti, Γαλατία ſiue Galatia, appellata fuit: quod toties in ſuperiore opere à nobis inculcatum eſt. Vide tantùm 1. part. lib. 1. cap. 2. Germanicam Franciam, Orientalem: ſed Gallicanam Franciam, quòd ab Orientalibus Francis quondam occupata fuerit, Occidentalem nuncupatam fuiſſe: veræ hiſtoriæ teſtantur omnes. Imò Germaniam omnem, tempore Caroli M. nomen Orientalis Franciæ accepiſſe: ex teſtimonio Iacobi Spiegelij, comment. in Ligurini lib. 3. conſtat. Et Carolus, in Germania natus oſtenſus eſt ſupra lib. 11. cap. 5. ſiue in Bauaria ſit natus, ſiue Ingelhaimæ. Sic Francorum, ex tenui principio, cùm Rhenum quondam tranſgreſſi, Galliam occupaſſent, paulatim maxima potentia facta eſt: cùm quidem nemini Romanorum Imperatorum ante ipſos, ea facultas contigiſſet: vt Galliarum imperio, integram quoque Germaniam & Sueuiam adiungeret. At Francones hi, poſtea tum Galliæ, tum Germaniæ, tum Italiæ, nonnunquam etiam Hiſpaniæ parti, dominati ſunt. Carolino autem genere (ſicut nihil in rebus humanis ſtabile eſt) extincto: alij Germani poſtea gubernacula Imperij Romani tenebunt, & cum magna laude imperabunt: Saxones, Sueui, Bauari, Auſtrij.*

Imperiũ Rom. ad Germanos translatum. Carolus, Imp. 1. Francorum Rex, Carolus: id eſt, τῆς γαλατίας. Francia, Gallicana, Germanica. Germania tota, Orientalis Francia. Francorum potentia.

Aquila Romani Imperij, biceps eſt facta: antea, propter Orientis & Occidentis dominationem: deinde, in Occidente: quòd Papa tranſtulit ad Carolum illa, quæ Longobardi diu tenuerant: & quòd Græcorum dominatu Romanos liberauit: cum nec Irena Græca parendum videretur: & ipſa Carolo nuptura ſperaretur: vt Imperia Orientis & Occidentis, rurſus in vnum redigerentur. Irena equidem, Legatione ad Carolum miſſa (Leone Spathario, anno 802.) de pace confirmanda inter Francos & Græcos egit. Carolus, Legatos & ipſe Conſtantinopolin miſit (Ieſſem, Epiſcopum Ambianenſem: & Helmgaudum, comitem) qui pacem confirmarent: Irenamq; ſibi vxorem peterent. Quæ aſſenſura fuiſſet: niſi & Aëtius quidam obſtitiſſet, fratri ſuo Imperium parare cogitans: & Nicephorus, Patricius ac Logotheta (rationum Magiſter) ne Imperiorum redintegratio fieret, fraudulenter operâ Eunuchorum Imperium occupaſſet: Irenamq;, periurio circumuentam, omnibus theſauris ab ea commonſtratis ſpoliaſſet: atque in Lesbi ciuitatem Mitylenen relegaſſet: vbi & non multò pòſt, animi ægritudine, 9. Aug. viuendi finem fecit, ἔφθασαν *(inquit Cedr.)* ἀπὸ καρύλου, τοῦ στεφθέντος βασιλέως ῥώμης, παρὰ λέοντος τοῦ πάπα, ἀποκρισιάριοι πρὸς τὴν εὐσεβεστάτην εἰρήνην: αἰτούμενοι ζευχθῆναι αὐτὴν τῷ καρύλῳ πρὸς γάμον: καὶ ἑνῶσαι τὰ ἑῷα, καὶ τὰ ἑσπέρια.

Aquila Romana, biceps. Irena, Imperatricis Orientalis, legatio ad Carolum Imp. Pax inter vtrunque. Imperia vtraque, ne rurſus coniũgerentur, impedita. Irenæ relegatio, & mors.

DICTVM CHRYSAORII, CLARI APVD VEteres viri, ad quendam potentem hominem, de Eunuchis.

Εἰ μὲν ἔχεις εὐνοῦχον, φόνευσον: εἰ δ' οὐκ ἔχεις, ἀγόρασον καὶ φόνευσον. *Si habes Eunuchum, occide: ſi non habes, eme & occide.*

Eunuchorum malitia.

Deſiit hoc tempore in Francia Maioratus domus: loco cuius, Regni adminiſtrandi adiutores Carolo erant XII. *proceres, Pares dicti: nec non conſilium, quod Parlamentum appellatur.*

Pares Franciæ pro Maioratu domus.

Memor ſcilicet erat ille: quid Hilderico Regi, à Maiore domus Pipino accidiſſet. Repete, quæ 1. part. lib. 11. cap. 6. ſcripta ſunt.

PARES

PARES FRANCIÆ: à PARITATE DIGNITAtis in aſtando Regi, dicti.

S E X *Eccleſiaſtici: Epiſcopus Remenſis, Laudunenſis, Lingonenſis: qui, Duces vocantur. Deinde, Epiſcopus Bellouacenſis, Nouienſis, Catalaunenſis; qui Comites appellantur.*

Sex Seculares: Dux Burgundiæ, Normandiæ, Aquitaniæ: & Comes Flandrenſis, Toloſanus, Campanus. Munſt. 2. coſmograph. 40.

Rex Germaniæ (inquit Tritenheim, de orig. Franc.) duo habet. Primò, Regnum: ad quod eligitur per principes Germanos. Sic nominatur propriè, Rex Germanorum, non Romanorum. Deinde, imperium: ad quod eligitur, & confirmatur vnctione, per Pontificem Rom. Sic appellatur, Imperator Romanorum. Sic Metis, Colonia, Treueris, cæteræ ſimilis conditionis vrbes, ſunt ciuitates propriè Regales, non Imperiales. Etiamſi namq; à Germanis Imperium auferretur (eodem Tritenheimio auctore) maneret nihilominus Germaniæ Regnum, vt nunc eſt, liberum: cum omnibus prouinciis ciuitatibusq; ſuis.

Regis & Imperatoris Rom. diſcrimen.

Ciuitates Regales.

Anno 802. in Oriente functionem rerum ſibi rapuit XXVII. IMP. CÆS. NICEPHORVS, P. F. *Aug. qui ſequenti tempore filium* STAVRACIVM, *ſibi honoris conſortem fecit:* ἀποίητον ὄντα τῇ τε ἰδέᾳ, καὶ τῇ γνώμῃ καὶ ῥώμῃ: *nec forma, nec animo, nec viribus, commendabilem. Imperarunt ambo ferè 9. annos.*

Nicephorus, orientis Imp. 27.

Venit huius anni XIII. *calend. Aug. Iudæus quidam Iſaacus, cum elephante, aliisq; honorificis muneribus, nomine Regis Perſarum Aaronis, Aquiſgranum, ad Imp. Carolum, ſpectaculo fuit immanis bellua (quoniam viſu rara) tum antea in Italia (quò ex Africa aducta fuerat) tum poſtea in Francia. Nomen ei erat Abulabaz.*

Perſarum Regis dona, ad Imp. Carolum.

Eâdem æſtate, nec non ſequenti tempore, imperator, miſſo exercitu, Tranſalbianos Saxones vaſtauit. Inde 804. multitudinem in Franciam tranſtulit: ex quibus Brabanti & Flamingi prognati ſunt. In eorum locum, Obotriti introducti: qui, Megalopyrgenſes exiſtimantur. Vtroq; anno ille in Arduenna venationi indulſit.

Brabantorum & Flamingorum ortus.

Anno 803. Legati Caroli reuerſi ſunt Conſtantinopoli: & cum eis Nicephori Imp. legati: Michaël Epiſcopus, Petrus Abbas, Calliſtus & candidatus. Venerunt autem ad Imperatorem: qui tunc propter fluuium Salam, in loco Sels appellato, erat (Salisburgi factum eſſe, à Munſt. lib. 3. Coſmogr. cap. 371. ſcribitur.) Pacem enim cum Carolo habere, rebus ſuis conducere Græcus exiſtimabat. Conditiones faciendæ pacis in ſcripto ſuſceperunt: ac benignè dimiſſi, cum Epiſtola Imperatoris, Romam, inde Conſtantinopolin, redierunt. Conditiones erant, vt ambo, Auguſti fratresq; dicerentur: alter orientis, alter occidentis. Italiæ pars, quæ à Neapoli & Siponto (Manfredonia) orientem verſus extenditur, cum adiunctis inſulis, Græco: reliqua verò, quæ occaſum verſus procurrit, Franco Imperatori, obediret. Veneti autem, inter vtrunque Imperium ſiti, liberi & ſecuri ab vtroque viuerent. Obſignauit Papa Leo hanc tranſactionem. Metuebat iſte Nicephorus Carolum, non diligebat. Vnde dicebat:

Τὸν φράγκον φίλον ἔχοις: γείτονα μὴ ἔχοις. Francũ, amicum habeas, vicinum ne habeas.

Pax inter Carolum & Nicephorum.

Limites imperij vtriusq;.

Venetorum libertas.

Erat inuidioſum Græcis negotium: Occidentem ab ipſis auulſum, & iam proprio Imperio euectum, eſſe. Sed quid facerent contra tantam Caroli potentiam & virtutem? Satis etiam formidabiles ipſis Saraceni, & alij hoſtes, erant.

S. Sympertus, XI. *Epiſcopus Auguſtanus, Epiſcopatum Neoburgenſem ad Danubium, conſenſu Caroli M. ſuo Epiſcopatui incorporauit: vltimo illius Epiſcopo Manno, demortuo. Ex M. Scr. Idem Epiſcopus, magnum Auguſtæ Templum D. virgini Mariæ conſecrauit, pridie S. Michaëlis. Ideo adhuc ibi eo die vna anniuerſariæ nundinæ celebrari ſolent: ſicut altera, die S. Vlrici.*

S. Sympertus, Auguſtanus Epiſcopus.

CAPVT II.

GAMVNDIA ET ESSELINGA.

De origine VVirtembergicorum Procerum. Bohemorum clades.

Oſnaburgenſis Schola.

Finis belli Saxonici.

VVitikindus Saxo, à Sueuis interfectus. Poſtillæ lectiones. Corſica contra Saracenos defenſa. Horologij Perſici ad Imp. Carolum miſſio.

E R E C T O *iam denuo Occidentis Imperio: ac veluti circo vel areâ, in qua decurrant res Sueuicæ ſubſtratâ & præparata: deinceps ad illarum inibi decurſionem conuertamur: interim alia, quæ huc faciant, non omittentes.*

Sueuica ciuitates, tempore Caroli M. parua. Haubertinga. Eſſelinga. Gamundia.

Circa annum ſalutis 804. Gamundia, Eſſelinga, Herbertinga, & aliorum Sueuia locorum principia parua erant: vt ex hoc loco Beati Rhenani apparet. Carolus Magnus (inquit ipſe) in Diplomate quodam: quod Volradus Abbas cœnobij Dionyſiani (quod non procul Lutetiâ Pariſiorum abeſt) impetrauit de Monaſteriolis annectendis: ſimiliter, inquit, in Ducatu Alemannia, cellam, qua vocatur Haubertinga, cum rebus & mancipiis (Eygnen leuten) *ad ſe pertinentibus: & aliam cellam, nomine Ezzslingam, & Adalungam cellam: ſimiliter, & Camundiam. Fuerat autem Volradus ille quondam à ſacris Caroli M. nobili familia natus: Cœnobiolaq; iſta de patrimonio ſuo, in Alemannia, hoc eſt, Sueuia, inſtituerat.*

VVirtembergici proceres primi.

De ortu illuſtriſsima familia VVirtembergica, mentionem hoc loco facere, mihi in mentem venit: etſi non habeo ea documenta, qua vellem. Video tamen manuſcriptas Genealogias: ſed num in parte ſui antiquiore, vbiq; iuſta ſint: in medio relinquo. Ponam, qua reperi: dum fortaſsis alij vel eadem, vel certiora, proferant.

Statuitur 1. Albertus, vel Adelbertus, quidam: qui fuerit circa annum Chriſti 752. Aulicus Pipini: qui Hildericum è Regno Francia eliſit. Antiquiora, qua nos latent, ad Noha Laphetum cogitando referenda ſunt.

Phiretani ſiue Pfirtenſes. Beutelſpachij Barones.

2. Eberthalius, Alberto è quadam Phiretana (pfirtenſi) comite natus; Aula Magiſter Caroli M. 775. Sepultus circiter 811. in Dionyſiano Pariſiorum Templo. Dicitur, in inſignibus habuiſſe tria nigra cornua, in planitie flaua. Cuius poſteri, Barones Beutelſpachij.

Caluenſes comites, Erlafridus.

3. Eberhardus (neſcio, num Eberthalij filius) viuens apud aliquem Francorum Regem (Rex erat Odo: ſed & Carolus ſimplex, Rex inunctus) interfectus, vt fertur, Anno 893. in quadam pugna. Beutelſpachij ſepultus. Eberhardi frater, Caluenſis comes Aſtolfus dicitur: ante quẽ alius Aſtolfus traditur, Erlafridi pater, conditoris Hirſulg. 830. cœnobij.

4. Enricho, Eberhardi F. tempore Henrici 1. Aucupis, cui 922. in bello affuit contra Vngaros & Vandalos. Fratres habuit, vnum, ad Richevvilam 988. caſum: alterum, Ludouicum Beutelſpachij Baronem. Sed de hac ſtirpe, in praſenti ſatis. Vide plura lib. 3. cap. 10. Interim hoc ſubiicio, quod etiam viro antiquitatis peritiſsimo, de origine VVirtembergenſis familia videtur. Ait, rectè de veritate huius originis dubitari. Nam primos cuiuſq; familia, praſertim illuſtris, quarere, ſibi difficilimũ videri. Se non meminiſſe, aliquid de Alberto & Eberthalio videre, licet ſtudioſe in eam rem inquiſiuerit. Eberhardi, quem ego tertium hoc loco pono, mentionem fieri ab Iohanne Feronio: qui Gallicorum Regum Conneſtablios, Mareſchalcos, Cancellarios, Maiores domus, & Admiralios omnes, collegerit. Vocare aut Enrardum de VVurtemberg, comitem Pariſienſem, tempore Caroli Simplicis, Gallia Regis. Occiſum eſſe ab Othone Imp. 893. Chriſti. At imperare Otho 1. modo 938. cœpit. Vt iam rectè ab Othone, Gallici Regni inuaſore, occiſus dicatur. Aſtolfum Caluenſem, non credit, ad VVirtembergicam domum attinere, propter diuerſitatem inter inſignia. Fortè tamen Eberhardi frater, ex altero Parentum fuerit. De Caluenſibus, Leonſtainenſibus, & Vaihingenſibus, conſtat (inquit) vt iiſdem Inſignibus vſi ſunt: ita & eiuſdem fuiſſe familia: ſicut eadem etiam habuere cum VVirtembergenſibus, Landcenſes & Gruningenſes. De Beutelſpachiis Baronibus, nullum adhuc ſibi viſum ait documentum. Hoc, iudicium D. Oſualdi Gabelcoueri eſt, primarij apud illuſtriſsimum Principem ac Dominum noſtrum, D. Ludouicum, Medici Bibliothecarijq; accurati: à quo multum me, in Sueuica hiſtoria benignè adiutum fateor: cui Deus gratiam liberaliter referat.

Bohemi à Carolo victi. Schola Oſnaburgenſis. Graca lingua.

Anno 805. Carol. Imp. miſſo Carolo F ſuo, cum copiis, in terram Sclauorum ſiue Behemannorum (Bohemorum) eam omnẽ depopulatus eſt: & Ducẽ ipſorum Lechenẽ occidit. Hunnis enim valde moleſti erant, quibus hoc auxiliũ petentibus latũ eſt. Annal. Oſnaburgi 20. Dec. Scholã inſtituit Imp. Carol. & priuil. exornauit, vt ibi Latina & Graca lingua docerẽtur. Crantz 1. Met. 1.

Inueni alicubi, hoc tempore vixiſſe quendam ex VVirtembergenſibus proceribus, luſcum, qui Vlma ſibi perpetuum victum emerit, & ibi mortuus ac ſepultus ſit.

Saxones, Chriſtiani facti.

Anno 806. Saxones, cum perpetuò rebellantes, perpetuò victi eſſent: tandem malorum ponderi ſuccumbentes, in religionem Chriſtianorum conceſſerunt: & ſic finis Saxonico bello factus eſt. Saxonum pertinax rebellio, Carolum diu grauiter exercuit. Vnde iudices in eos, quòd ſubinde in Ethniciſmum relaberentur, conſtituti ſunt, VViſsner appellati: quos à Friderico III. demum ſublatos ait Iacobus Spiegelius, Scholiis in lib. 1. Ligurini.

VViſner.

Miſſa eſt manus de Baioaria, & Alemannia, atque Burgundia (ſicut anno ſuperiore) in terram Bohemorum: qua populata non minimam eius partem, ſine graui incommodo regreſſa eſt.

Lectio-

Lectiones, quæ Poſtillæ vocantur, cuique diei feſto per anni circulum conuenientes, Caroli iuſſu, à Paulo VVarnefrido Diacono, ex patrum ſcriptis collectæ & ordinatæ ſunt. Aut hic eſt Homiliarius Doctorum (concionum ex Ambroſio, Hieronymo, Auguſtino, & Gregorio Papa) Baſileæ 1498. excuſus, aut ſimilis liber. Poſtillaru lectiones.

Anno 807. & antè, bellum Sueuis cum Saxonibus fuit: quod Crantzius 2. Saxon. 24. ſic deſcribit. VVedekindus, cùm Rex illum Karolus baptizatum, in ſua VVeſtphalia gubernare permitteret: ædificato in Anglaria (nunc Angriam vocant) inſigni Templo: inſtituto collegio ſine fine Deo ſeruientium (quod Heruordiam fertur translatum: ibique dominabus imperitantibus ſeruit) plurimum ipſe, in Chriſto deuotus, religione profecit. Sed erat illi ex magnis cauſis, cum Geroldo (iuniore) Sueuorum Duce, atrox bellum: quod variâ diu fortuna protrahebatur. Mirum, quomodo tam longinquum: ex Sueuia in Saxoniam. Sed erant Saxonibus prædia in Hercynia, & Sueuis in Turingia. Vnde facilè potuit conflari de terminis bellum. Sed eo tonſumptus periit VVedekindus: Chriſtiano ritu ſepultus in Eccleſia eius, quod fundauerat, collegij: ibiq; aliquandiu quieuit: donec à filiis Padeburnam transferretur. Angria. VVidekindus à Sueuis occiſus.

Eodem hoc anno fuère tres eclipſes lunæ, & vna Solis: de quibus videantur Caroli Annales. Eclipſes.

Cum ſuperiore anno de Hiſpania egreſſi, Saraceni inſulam Corſicam inuaſiſſent: ſed metu Pipinicæ ex Italia claſsis diſceſſiſſent: nunc hoc anno reuerſi, rurſum illam vexabant. Carolus igitur comitem ſtabuli Burchardum contra eos miſit: qui pugnâ nauali victos, XIII nauibus ſpoliauit: inſigniq; clade affectos, fugauit. Saracenorum clades.

Legatus Regis Perſarum, nomine Abdella, cum Monachis de Hieruſalem (vt in Annal. eſt) qui legatione Thomæ Patriarchæ fungebantur (quorum nomina, Georgius & Felix) in Franciam veniens, magnificentiſſima munera Imp. Carolo attulit: tentoria byſſina, maxima & pulcherrima: pallia multa ſerica, vnguenta, balſamum, candelabra duo orichalcina: Horologium deniq;, mirâ arte ex eadem materia conſtructum. In eo enim duodecim horarum curſus, ad clepſytram vertebatur: cum totidem æreis pilulis: quæ ad completionem horarum decidebant: & caſu ſuo in ſubiectum cymbalum, tinnitum faciebant. Additi in eodem, duodecim equites: qui per duodecim feneſtras, completis horis exibant: & impulſu egreſſus ſui, totidem prius apertas feneſtras claudebant. Sed & alia multa, in eodem Horologio artificioſa inerant. Perſica munera ad Carolũ. Horologium.

CAPVT III.

VARIIS IN LOCIS BELLA.
Quæſtio de proceſſione Spiritus ſancti.

ANNO 808. *Godefridus Danorum Rex, Carolo aduerſarius, Saxoniam vexat: ſed magna tamen cum clade domum reuertitur. Northumbrorum ex Britannia R. Ardulfus expulſus, ope Caroli in Regnum reſtituitur.* Daniæ R. Godefridus.

Anno 809. cum iampridem inter Græcos & Francos diſcordiæ natæ fuiſſent: claſsis Græca, præfecto Paulo, in Dalmatiam & Venetam oram venit: atque inter eum & Pipinum, certatum eſt: vter vicerit, parum inter ſcriptores conuenit.

Ludouicus Rex, Hiſpaniam cum exercitu ingreſſus, Derthuſam ciuitatem, in ripa fluminis Iberi ſitam, aliquandiu obſedit. Quod cùm fruſtrà fieret: incolumem exercitum in Aquitaniam reduxit. Mauri rurſus Corſicam Paſchali ſabbato aggreſſi, ciuitatem Aleriam deprædati ſunt: nemine ibi relicto: niſi Epiſcopo, & paucis ſenibus atq; ægrotis. Ita variis in locis erant tumultus, tum hoc, tum ſequenti tempore. Ac plerumq; in bellis, Imperatorem, cum cæteris Franciæ populis, non in poſtremis operâ Sueuorum, qui pars Orientalis Franciæ erant, vſum eſſe, dubium non eſt. Quàm negotioſum autem ſit, multis prouinciis imperare: patet hinc, quòd bello vnius loci ſedato: bellum alio in loco emergit: quo compoſito, aliud alibi exiſtit: non ſecus, ac, cùm quis vni extremo aridi corij inſiſtit: mox oppoſitum extremum ſubſultat: ita, vt perpetua circuitione, calcandi & deprimendi cauſa, latè imperanti Regi Imperatori ve opus ſit. Pedes autem, quibus ad calcandum vtitur, exercitus militum ſunt. Hiſpanica expeditio Ludouici R. Mauri, in Corſicam. Imperare multis, difficile.

Extitit quoque illo tempore quæſtio de proceſſione Spiritus Sancti: Ioanne quodam Monacho, Hieroſolymis primùm commouente. Qua de cauſa, conſilium apud Aquas ab Imperatore habitum eſt: eiusq; quæſtionis definiendæ gratia, Bernhardus Epiſcopus VVormacienſis, & Adelhartus Monaſterij Corbeiæ Abbas, Romam ad Leonem P. miſſi. Spiritus ſancti proceſſio.

CAPVT IIII.

DE LINDAVIENSI PARTHENONE.

Abbatiſſarum eius Catalogus.
Adalbertus, Comes Rorbachenſis & Brigantinus.
Pipini Regis cum Venetis bellum, & obitus. Peſtilentia pecorum vbique.
Pacificationes Regum cum Carolo.

ANno 810. initium factum eſt Lindauienſis in Alemannia cœnobij: de quo nunc breuiter narrabimus: ipſum oppidũ Lindauium alio tempore, vbi occaſio data fuerit, deſcripturi.

Lindaugienſe Gynaceum. *Lindaugienſe (inquit Caſpar Bruſchius) Canoniſſarum, nobili ſtemmate natarum, ab omni voto immunium, nullaq́; Monaſtica veſte indutarum, nec vllo cœlibatus iuramento ab honeſtis nuptiis excluſarum, virginum, ampliſſimum collegium, in lacu Acronio, & eiuſdem nominis inſulari ciuitate, ſitum eſt: antiquitus Lendaugienſe dictum, ob maximam ad locum natura portuoſum, appellendi è lacu commoditatem. Cœptum eſt circiter ſalutis annum 810: ex munificentia Adalberti cuiuſdam, Comitis de Rorbach: patre Leotobico nati, & Carolo M. conſanguinei, Aulaq́; Magiſtri, ac Prouinciæ Rhætica Præfecti. Hic enim, cùm quodam tempore procelloſis Acronij lacus fluctibus penè obrutus, de vita ſua deſperaſſet: votumq́; feciſſet, ſe, in quem locum incolumis euaſiſſet: ibi ad B. virginis Mariæ honorem, Templum & cœnobium conſtructurum: in hanc fortè, inſulam eiectus, eam purgauit: auxilioq́; fratris Manigoldi, Rorbachenſis comitis, ea, quæ vouerat, condidit. Cœnobio autem nomen, à felici appulſu ſuo (*ſeiner glücklichen zuländung*) Lendoæ vel Lindaugiæ nomen fecit: quæ vox adhuc hodie accolis ferè magis, quàm Lindaugiæ (*von den Linden*| à tiliis, ibi plantatis) vſitata eſt. Fertur idem Adalbertus, opulentiſſimum quoque Lindoiæ Xenodochium fundaſſe. Poſtea autem, cùm 841. Lotharius, Ludouici Pij F. Imperij habenas inuitis fratribus inuaſiſſet; occiſus eſſe 10. Maij dicitur, ab exercitu Regis Germaniæ & Hunniæ Ludouici, qui Lotharij frater erat, non longè à Brigantino lacu: quando is à Cæſare Lothario, præſidij loco in Rhetia collocatus erat: vt prohiberet, ne Caroli Calui exercitus, è Burgundionibus adueniens, cum Ludouici fratris agmine iungeretur. Poſtea, anno 866. (Münſt. 856.) ab Imp. Ludouico II. Cæſaris Lotharij filio, datis priuilegiis, & conceſſo ſontibus aſylo: confirmata eſt Adalberti Comitis, qui tam fidelem ſe Lothario præſtiterat, huius Cœnobij fundatio. Addita eſt hæc dignitas: vt Abbatiſſa huius loci, cum aliis ſacri Rom. Imp. Eccleſiaſticis Prælatis, Princeps eſſet S. Romani Imperij: cui in publicis pompis liber præferretur: quemadmodum Buchaugienſi etiam Abbatiſſæ, in celebrioribus proceſſionibus liber, & gladius nudus, antiquitus præferri ſolitus eſt.*

Adalbertus, comes Rorbachenſis.

Rorbach. comitatus.

Abbatiſſa, Princeps.

Templum Cœnobij Lindauienſis. *Templum Cœnobij, valdeq́; magnificum eſt: quod* XIIII. *columnis ſuſtentatur: quæ ſingulæ,* Μονόλιθοι *ſunt: vno integro ſaxo, non pluribus lapidum iuncturis conſtantes. Harum vni (vt alias prætercam) in longitudinem inciſi leguntur hi verſus.*

V E
I T
R V
G I
O T
M A
A E
R N
I O
A B
P I
I S
A A
S C
T H
A R
T I
V S
A T
M O

Chriſtus Matth. 11. nos immediatè ad ſe venire iubet: & Eſaias cap. 55. emere gratiam abſque argento.

PRO-

P R O M V N E R E N

O S C E.

P R A E M I A P

CATALOGVS ALIQVOT ABBATISSARVM.

1. *Iuota, vidua religioſa: quæ circa 1052. annum, collegiis & Lindaugienſi & Buchaugienſi (vtriuſq; Abbatiſsis, vno ferè tempore defunctis) à licentia morum reformandis, præfecta eſt ab Imp. Henrico* III. *Abbatiſſa Lindaugienſis.*

2. *Alberadis. Eius frater Gebhardus, fuit an. 1130. Epiſ. Argent. Vide de illa lib. 9. c. 6. infra.*

3. *Sigena à Schellenberg, anno 1270.* *Schellenberg.*

4. *Gutta à Tryſen, 1286. Secundaria cœnobij fundatrix.* *Tryſen.*

5. *Clara, anno 1347.*

6. *Catharina, prudentiſsima Domina, circ. 1360.*

7. *Agnes à VVolfurt: electa 1364. mortua 1390.*

8. *Clara VVolfurtina, Burcardi Fabarienſis Abbatis ſoror: facta Abbatiſſa 1392. mortua poſt laudabilem gubernationem. 1410.* *VVolfurt.*

9. *Vrſula à Sigberg. Præfuit adhuc 1460. non admodum ab Imp. Sigiſmundo commendata, in reformatione.* *Sigberg.*

10. *Vrſula à Braſperg: dicta, præfecta à Summerau. Obiit 1491.* *Braſperg.*

11. *Æmylia de Riſchach, magnifica & prudentiſsima heroina. Quæ cùm mox ſucceſsiſſet Braſpergeræ: Parthenonem rexit A. 40. ſapienter. Obiit 1531. anno, ætatis ſuæ 84. Frequenter eius tempore Lindaricum venit. Imp. Maximilianus: & in hoc Gynæceo, conclaue longè amœniſsimum habitauit: quod etiam num, conclaue Cæſaris appellatur.* *Riſchach.*

12. *Catharina de Bodmen: quæ adoleſcentula* XVIII. *annorum, 1532. Mart. 7. ſucceſsit. Conſecrata eſt 1. Maij, in cœnobio comitum Montefortenſium Langnouienſi. Poſtea Maij 17. furem quendam, capitis damnatum, interceſsione ſua liberauit à morte. Præſediſſe adhuc 1551. à Bruſchio dicitur: & metu plebis Lindoiæ tumultuantis, tempore Germanici belli ſeceſsiſſe Brigãtium. Succeſſuram pro ea 1532. fuiſſe Dominam Catharinam: ex antiquiſsima Rhætorũ familia Ramſchvvagia natam: niſi ea, viuente adhuc Æmylia Riſchachia, Monaſticæ vitæ valedicens: primario Lindauienſiũ concionatori, Thomæ Gaſnero Pludẽtino, graui & eloquẽti viro, nupſiſſet.* *Bodmen.*

13. *Barbara de Braitenlandenberg, 10. Maij. 1578, (quo prædicta Catharina obierat) electa.*

Facit eiuſdem mentionem Adalberti comitis, Ioannes Stumpfius lib. 4. cap. 31. Heluet. Hiſtor. fuiſſe præfectum Alemanniæ, circa lacum Podamicum, Brigantij: patronum Monaſterij Reichenouienſis. Item lib. 10. cap. 36. Adalbertum, comitem Brigantinum, Reichenouienſis Abbatis tutorem fuiſſe, Vlmæ. Denique lib. 5. c. 9. Adelbertum fuiſſe ortum ex Graueſpurgo, nunc Raueſpurgo. Sed de ipſo, infra c. 7. in Diplomate Augienſi Caroli M. *Graueſpurgũ.*

Eodem, de quo antè dictum eſt, 810. anno, Pipinus cum Venetis, ad Græcos inclinantibus, non feliciter bellum geſsit: ac non multò pòſt mortuus eſt. Etſi ab aliis ſcribitur, Venetiam ab eo ſubactam fuiſſe. Obierat antè etiam ſoror eius Rothrudis. Sed & elephas, qui à Perſico Rege dono miſſus fuerat, mortuus eſt. Quod in vulgari lingua dicitur, ἐψόφησε. Chriſtianos dicunt hodierni Græci ἀποθανεῖν, aut κοιμᾶσθαι: beſtias verò, ψοφῆσαι, crepare. Quo verbo etiam vtuntur: cùm quis Sultanus Turcicus mortuus eſt. Per omnes quoq; Carolo Imp. ſubiectas prouincias, peſtilentia tunc in boues, aliaq; pecora, immaniſsimè graſſata eſt. Fuere hoc anno binæ ſolis & lunæ eclipſes. Inter Imperatores Carolum atq; Nicephorũ pax facta eſt: & Venetia, Nicephoro (al. Carolo) reſtituta: Legatiq; rerum ſauciendarum cauſa, Conſtantinopolin miſsit. Etiam Danus Rex *Pipini R. mors. Rothrudis obitus. ψοφῆσαι. Peſtis pecorum. Eclipſes. Daniæ Rex.*

AA 4

Hemmingus (qui patri ſuo Godefrido ſucceſſit: quem ſatelles quidam interfecerat) cum Imperatore pacem fecit.

CAPVT V.

TESTAMENTVM CAROLI M. Metropolitanæ Eccleſiæ.
Caroli filij mors.
Impietas, & atrox interitus, Græci Imp. Nicephori.

Teſtamentum Caroli M.

ANNO *811. cùm ſæpe aduerſa valetudine tentaretur Imp. Carolus: Teſtamentum fecit, quod apud Eginhardum extat. Cuius initium eſt:* IN NOMINE DOMINI DEI *omnipotentis: patris, filij, & ſpiritus ſancti: incipit deſcriptio & diuiſio: quæ facta eſt à glorioſiſſimo atque piiſſimo Domino,* CAROLO *Imp. Auguſto: anno ab incarnatione Domini noſtri* IESV CHRISTI DCCCXI. *anno verò Regni eius in Francia* XLIII. *& in Italia* XXXVI. *Imperij autem* XI. *Indict.* IIII. *quam pia conſideratione facere decreuit: &, Domino annuente, perfecit: de theſauris ſuis, atque pecunia: quæ in illa die in Camera eius inuenta eſt. Deinde, ibi ferè ſunt hæc. Eleemoſynas largè fieri præcepit: hæredum rixis tollendis conſuluit, cuique ſuam partem liquidò determinans: Metropoliticis ciuitatibus, quæ erant* XXI. *plurimum legauit. Nomina harum.*

Roma, Rauenna, Mediolanum, Forum Iulij. (Sigonio, Aquileia) Gradus (hæ quinque in Italia: cætera, in Francia) Colonia, Moguntiacum, Viuanum (Fort. Iuuauium: quod à Salzaba præterfluente, Saltzburgum) Rotomagus, Treueri, Senones, Veſontium, Lugdunum, Remi, Arelatum, Vienna, Tarantaſia, Ebrodunum, Burdigala, Turones, Bituriges. De libris, quorum magnam copiam in Bibliotheca ſua congregauerat, ſtatuit: vt iis, qui habere vellent, iuſto precio venderentur: precium, in pauperes erogaretur.

Bibliotheca Caroli.
Menſa eius.

Menſas tres argenteas, & vnam auream, habuit. Harum primam, quadrangulam, in qua deſcriptio erat Conſtantinopolitanæ vrbis, inter alia dona Romam, ad Baſilicam B. Petri Apoſtoli, deferri voluit. Alteram, rotundam, Romanæ vrbis effigie inſignitam, Epiſcopo Rauennatis Eccleſiæ dari. Tertiam, cæteris grauiorem & pulchriorem, in qua orbis terrarum deſcriptus, ac quartam auream, ad hæredes tranſmiſit.

Teſtes teſtamẽti Caroli.

Teſtes huius ordinationis erant. Epiſcopi, Hildeboldus, Richolfus, Arnus, VVolfarius, Bernoinus, Laidradus, Ioannes, Theodulfus, Ieſſes, Hetto, VValtgaudus.

Abbates: Fridogiſus, Adalungus, Engilbertus, Irmino.

Comites: VValach, Meginher, Othulfus, Stephanus, Vnruchus, Burchartus, Meginhartus, Hatto, Richuuinus, Eddo, Erchangarius, Gerholdus, Bero, Hildegernus, Rhoculfus.

Caroli filij mors.

Quæ omnia, à ſucceſſore eius Ludouico F. breui poſt obitum ipſius, fideliter effecta ſunt.

Cùm autem Imperator Aquas hybernatum veniſſet: Carolum, filiorum natu maximum, pridie nonas Decemb. morte in Bauaria, alteram ad vitam præmiſit.

Nicephori obitus.

Hoc anno interiit Græcus Imperator Nicephorus, bello cõtra Bulgaros ſuſcepto. Qui qualis fuerit: ex his, quæ Cedrenus & alij de ipſo ſcribunt, iudicari poteſt: vt pauca tantùm è multis colligam.

Triennio antè, Irenæ affinem Theophanonem, ſuo marito ereptam, cum filio Stauracio copulauerat. Ipſe, tempore nuptiarum, duabus nobilibus virginibus vitium obtulerat. Aliis temporibus hi erant eius mores, hæc facta.

Fumarium tributum.
Iuramenti ritus.

Ex omnibus ſacris ædibus, hoſpitalibus, ſenum & pupillorum domibus, fumarium tributum (καπνικὰ) exigebat.

Quendam mellis ceræq́ institorem, ad ſe vocans, coëgit, manu capiti Imperatoris ſubiecta (cæremonia ſacratiſſimi iuriſiurandi) profiteri, quantum poſſideret auri. Centum libras, inquit ille. Statim afferri iuſſit. Quid tibi opus iſta ſollicitudine? Prande mecum. Aufer centum nomiſmata. His contentus, abſque cura viuito.

Impietas Nicephori.

Eccleſiaſticarum perſonarum diſſenſionibus inter ſe, vnicè gaudebat.

Duces copiarum iuſſit Epiſcopis & Clericis, pro mancipiis abuti: in eorum domiciliis diuerti: res eorum ad arbitrium abſumere. Böſer Kaſtenvogt. *Omnes, qui ante ipſum fuerant, Imperatores, vt regendi imperitos, inſectabatur: Dei prouidentiam planè tollebat: neminem Imperatore, modo is induſtriè imperaret, potentiorem affirmabat.*

Ergo. Quid ergo?

Bulgari.
Triballi.
Seruij.

Peruenit ipſe XX. *Iulij 811. (ſcribo ego hæc* XX. *Iulij 1590.) in Bulgariam (antiquitus Triballos, recentioribus ſeculis Seruios) Sirio pernicioſiſſimo orto. Identidẽ ipſe ſibi ex 3. Reg. 22.*

exitium

exitium ſuum prædicebat: Quis ibit, & decipiet Achaabum? Trahor inuitus, ſiue à Deo, ſiue à Satana. Primis congreſſibus victor, non Deo, ſed Stauracij F. fortuna, acceptum retulit. Proceribus, qui impreſſionem in hoſticum vetabant, malum minatus eſt. Omnis ætatis Bulgari etiam infantes, trucidari imperauit. Crumi qui regionis Princeps erat, cõclauibus, vt iam ſuis, clauſtra exhibuit, ſigilla impreſſit. Crumus ſummiſſe pacem petebat: Nicephorus negabat. Alter igitur, *Crumus Bulgarus.* *aditus ditionis ſuæ, ligneis munimentis occludere. Nunc, nemo noſtrum, Imperator ait, perniciem euitabit: etiamſi volucres ſiamus. Biduò poſt (Iul. 25.) Barbarus, ſuis collectis, in tentorium Nicephori impetu facto, interfecit tum ipſum, tum Duces omnes tum innumeros milites: & impedimenta cepit omnia. Caput Nicephori, primò conto præfixum geſtauit: poſtea argento circumcluſum, Bulgari primatibus porrexit, vt ex eo biberent Nicephoroque, vt inſatiabili pacis denegatori, inſultarent.* *Poculum ex caluaria.* *Stauracio quoque, grauiſſimè in vertebra, vulnerato, non longa vſura lucis fuit.*

Aſpiciunt oculis ſuperi mortalia iuſtis.

CAPVT VI.

IMP. ORIENTIS, MICHAEL RANGABES. Græcis legatis, in Francia ſcitè pro dignitate luſis, pax inter Occidentis & Orientis Auguſtos confirmata.

ANNO 812. *Imperium ſuſcepit, quamuis inuitus, Orientis,* XXVIII. IMP. CÆS. MICHAEL CVROPALATES, *cognomento Rancabes, P. F. Aug. annos ferè 2. qui fuit gener Imp. Nicephori.* Κυροπαλάτης, *cura vel curator palatij,* Haußhoffmeiſter. *Michael Rancabes, Imp. Orient. 28.*

Dictum eſt ſuprà, 810. anno Legatos fuiſſe Conſtantinopolin à Carolo Imp. ad Nicephorum, pacis confirmandæ cauſa miſſos. Horum nomina erant: Hatto (Auentino, Hedo) Epiſcopus Baſilienſis, ſimulq́; Abbas Augienſis: Hugo, Comes Turonicus: & Aio (al. Hato & Ægo) Longobardus de Foro-iulio. *Conſtantinopol. legati.* *Non fuerunt hi, cum Nicephorus periiſſet, à Stauracio benignè accepti (Auentino teſte) ſed ſeparati, & Græcorum ludibrio expoſiti: ac tandem etiam contumelioſe dimiſſi. Itaque magna cum iactura & difficultate, in Germaniam redierunt. Michaël autem, cùm breui poſt Stauracium excepiſſet Imperij habenas: Legatos ob pacem inchoatam abſoluendam, ad Carolum, Aquis Graneis habitantem, emiſit: Michaelem Epiſcopum, & Arſaphium Theognoſtumq́; (fortè Theoctiſtum) Protoſpatharios.* *Aquisgrani, Imp. Caroli ſedes.* Πρωτοσπαθάριος, *princeps enſem Imperatori prægeſtantium. Cognouerat iam Carolus ex Hattone & Hugone: quomodo Conſtantinopoli accepti fuiſſent.* *Πρωτοσπαθάριος.* μὴ ποίει σὺ ἀχάριστα ἄλλοις: ἵνα μὴ ἀντίστροφα ἀπολάβῃς. *Ne fac ingrata aliis: ne vicem tibi rependant ipſi, vel alij. Circumducti ſunt iuſſu Caroli, Græci, per longiſſimos ac deuios anfractus:* ἄναντα, κάταντα, πάρεργα, δοχμία: *donec pecuniâ & rebus ſuis conſumptis, ad egeſtatem redigerentur.* *Legati Græci, feſtiue illuſi.* *Vix tandem Aquas ducti: aliis ibi iocis, priuſquam in conſpectum Imperatoris admitterentur, luſi ſunt. Adornatæ erant aliquot Aulæ magno ſplendore: proceribus, & magna nobilitate, inibi verſantibus. Cum igitur primo in veſtibulo, Magiſtrum equitum in ſublimi ſolio ſedentem, multis miniſtris circumſtantibus, viderent: hunc rati eſſe Imperatorem: proni ritu patrio in ſolum cadentes, venerabundi ſalutarunt. Sed malum imperitis Aulæ: &, quibus Aula non benè vult. Pugnis percuſſi ſunt, & illuſi à pueris nobilibus. Progreſſi inde, ad præfectum prætorio, Aulicis concionantem, veniunt: quem, principem eſſe arbitrati, protinus ſe ante ipſum obiiciunt. Verum pari contumelia extruſi ſunt. Inde in Archimagiro, inter purpuratos Auguſti ab epulis & potione miniſtros eminente, pari infortunio offendunt. Tranſeunt tandem ad palatium Imperatoris. Hic verò, militaris (armis nitens) cohors, & cubicularij, egreſſum Domini expectantes. Græci, iam vexationis, ceu Scholaſtica, obſaturati: neſcire, quomodo ſuis oculis, aut cui, amplius ſiderent. Ad pedes ergo præfecti cubiculariorum, cultu & ornatu corporis cæteris anteſtantis, voluuntur. Monſtrato, quæſumus, toties lapſis, Auguſtum, antea nobis non viſum. Alleuat eos hic comiter: operam ſuam, vt breui in prætorium ad ipſum intromittantur, pollicetur. Carolus, cui omnia nota erant, tandem honorificè Legatos ad ſe adduci imperauit.* *Imp. Carolus quomodo ſe illis exhibuerit.* *Stabat is Imperatorio in habitu terribilis, prope feneſtram: Hattoni Hugoniq; innitens. Stabant hinc inde, Ludouicus, & Pipini filius Bernhardus, Reges: nec non Regina, filiæ neptesq́; Auguſti. Præterea magnus numerus Ducum, Comitum, nobilium, Pontificum, Abbatum. Quiſq; ſuis precioſioribus veſtimentis, auro, argento, gemmis, & armis, decoratus. Græci, inſolita ſpecie rerum percuſſi (viſo præſertim tanto honore Hattonis & Hugonis: qui antea ſpreti & illuſi fuerant Conſtantinopoli) in terram attoniti procubuere.*

Imperator eos alleuari iuſſit: clementer appellauit. Sed ipſi, cùm illos, in quos ante hac illuſerant, tanto in honore conſpicerent: rurſus in terram ſubſidere: nec antè ſurgere auſi, quam Imperator ſanctiſſimo iureiurando, ſe eis veniam dare, confirmaſſet. Tum demum receptis animis, legationem ſuam expoſuerunt: ſcriptum fœderis, ab eo in epiſtola ſuſceperunt: laudes eius, Græca oratione prædicarunt: Imperatorem καὶ βασιλέα appellantes. Inde Romam profecti, in Baſilica S. Petri eundem fœderis libellum, denuò à Pontifice Leone ſuſceperunt. Pax, vtrinq; firmata: maximeq; Venetorum libertati & immunitati cautum. Tum reuerſos in Græciam, non amplius cupido inceſſit, Francis & Sueuis illudendi: nec Germanorum legatos, pro ludo habendi.

Pacis conſtitutio inter imperatores.

Geneſ. 42.

Venit mihi iam in mentem artificioſiſſimæ illius, & iuſtiſſimæ, S. Ioſephi, in fratres peſſimè de ipſo meritos, vexationis: quæ eos ſalutariter ἐμφρόνως, caſtigauit, ac prudentiores fecit.

Cogito etiam illud Sapient. 5. ſcriptum: Tunc ſtabunt iuſti magna cum fiducia contra illos, à quibus coanguſtati fuerunt: qui maximo cum dolore dicent: Ecce, hi ſunt, quos aliquando deſpicatui duximus. At nunc inter filios Dei numerantur.

CAPVT VII.

HATTO, BASILEÆ EPISCOPVS Augiæ diuitis Abbas.
Vlma, huic cœnobio donata.
Aduocati vel defenſoris Monaſterialis officium.
Conſtantienſis Epiſcopus VVolfoleon.
Rhatholfina Cella.
Rheni pons, combuſtus.
Saraceni Hiſpanienſes, cæſi.
IMP. ORIENT. LEO ARMENIVS. Imperij Græci ſymbola.

Hatto, Baſileæ Epiſcopus.

HATTO *vel Hetto ille, de quo præcedenti capite diximus, Epiſcopus Baſilienſis, & Abbas Reichenaugienſis, vtrunque fuit honorem, à Carolo M. cui erat chariſſimus, conſecutus: qui ipſum Conſtantinopolin quoque, vt dictum eſt, miſit. Dedit eidem Priuilegium (teſte Nauclero & Bruſchio) eligendi Aduocati, ſeu Patroni, vnde Collegio placeret, eiuſdemq; dimittendi. Ac plurima ſub hoc Abbate beneficia Carolus huic cœnobio dedit: vt liberaliſſimus Monaſteriorum & Epiſcopatuum plurimorum fundator: qui etiam Treuerenſem Epiſcopatum, Colonienſem, Moguntinum, & Salisburgenſem, munificè donationibus auxit. Dono quoque dedit Augienſi Monaſterio pagos plures: 813. Vlmenſem (quem ſuam Regiam villam appellat) Elchingenſem, Hochſtetenſem, Schotheimenſem, Glatheimenſem, Bergheimenſem, & Luteringenſem. Vocat Augienſem, inſulam Sindlehesóvv. Huic erant Vlmenſes iam cum cæteris obnoxij. Ideo autem Vlmam Augienſibus (teſte Felice Fabri in M. Scr.) Carolus donauit: quod eorum videret magnam paupertatem: & ſimul, vt ex Vlmenſium nobilioribus poſſent in id Monaſterium recipi, qui vellent. Tantò etiam feliciores ſe exiſtimabant tunc Vlmenſes: quantò religioſioribus viris ſubiecti eſſent: talesq; magis etiam honorabantur in nobilium conuentibus. Eccleſiæ itaq; iura, ex omnibus rebus decimas, tributa, penſiones, Augiæ Abbas & conuentus, per ſuos præfectos inde accipiebat. Sex, aut ſeptem, Monachos Vlmæ habitantes habebat: & claues portarum in manu eius erant. Præſidem Aduocatiæ tunc dedit Adalbertum, Brigantinum Comitem. Moguntiæ, illa donatio facta eſt, in conſeſſu ordinum Imperij. Idem Abbas Epiſcopusq; in Augia hac conſtruxit inſignem Diuæ Virgini Baſilicam, anno 816.*

Augiæ diuitis incrementa.

Vlma, ſub Augienſibus.

DONATIONIS MODO DICTÆ PRIVILEgium, apud Ioan. Nauclerum, 2. volum. Generat. 27. ponitur, nempe hoc.

,, *In nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Carolus diuina fauente gratia Imp. Auguſtus.*
,, *Si ſanctorum Monaſteriorum loca, ne labantur, frequenter ſuſtentamus, ſuſtentando ditamus:*
,, *non ſolùm Deum per hoc nobis placamus: ſed etiam noſtri totius Regni ſtatum corrobora-*
,, *mus. Quapropter omnium præſentium ac futurorum comperiet induſtria: qualiter* VLMAM,
,, *noſtram Regalem villam, pro animæ noſtræ, ac parentum noſtrorum, remedio: ad Monaſterium*
,, *quod conſtructum eſt in inſula: quæ in Alemanniæ partibus ſita, Sintleobeſuna nuncupatur*
,, *(vbi venerabilis Præſul Hetto ſpirituali turmæ præeſt) cum omnibus appendiciis ſuis, & locis*
,, *adiacentibus, tradimus atque transfundimus: vt fratres ibidem regulariter ſubſiſtentes: &*

Vlma, villa Regalis.

Sintleobeſuna.

diuino

diuino operi die noctéq; iugiter inſudantes: dum à noſtris ſumptibus alacriter procurantur: aſſi- „
duis eorum precibus Deum nobis propitium facere dignentur. Vtq; prædictus Hetto, cum fratri- „
bus ſuis, Monachis videlicet atque Clericis, in præfata inſula, exterioribus curis remotis, Deo „
ſeruire liberius atque ſecuriùs inſiſtere valeat: cum ipſius Abbatis deſiderio, ſuorúmque Mo- „
nachorum rogatu, Adelbertum cognatum noſtrum, in ſupradicta Vlma Aduocatum ac defenſo- „
rem conſtituimus: & eundem (quia, quales futuri homines ſint, ignoramus) ne ſtatuta noſtra „
(ipſe) vel quiſque ſuorum ſucceſſorum tranſgrediatur, in præſenti cum iuramento tenaciter ob- „
ligamus. Hac de cauſa noſtra placuit prouidentia: eodem Adelberto defuncto, in præſentia Ab- „
batis, ſuorumq; ſucceſſorum ac fratrum, videlicet Monachorum, hoc perpetua ponere poteſtate: „
vt ſapientum vſi conſiliis: ex his, quos inter potentes ſeculi, nouerint & inuenerint meliores, & „
æquitatis amatores (al. amantiores) eligant huic loco (ſicut & in cæteris locis ſuis competẽter) „
Aduocatos & defenſores: eo tamen tenore, vt, quandocunque ſui commiſſi præuaricator, aut in „
rebus, vel hominibus (quod vulgo Balmundt dicitur) exiſtat ſtatim ſine mora, ſine iudicio, ad- „
uocatam perdat. Qui Aduocatus, & omnes ſui ſucceſſores, quale ſeruitium in præfata villa Vl- „
ma, ab Augenſi Abbate, eiuſdemque miniſtris, deinceps percepturi: vel qualem iuſtitiam ipſi „
Abbatibus ſint facturi: breuiter hic determinauimus. Statuimus ergo, & præcipimus: „
ſi præſens Adelbertus Aduocatus, vel quiſquam ſuorum ſucceſſorum, in prædicta villa placi- „
tare voluerit: quando, vel qualiter, aut quoties hoc fiat: in Abbatis arbitrio pendeat: & ab eo di- „
ſponatur, vt non cum pluribus, quam XXX. *equis, ad placitandum veniat: & tale ſeruitiũ, qua-* „
le tunc reperitur: & quod prædictæ militum & equorum multitudini congruat, & ſufficiat: ei- „
dem Aduocato prælibato Abbas decenter & honeſtè exhibeat. Et vt hoc nunc, & in futuro, cun- „
ctis pateat: Regali noſtro imperio ſancimus & confirmamus: vt nullus Aduocatus, in præfata „
villa maius ſeruitium ab Augenſi Abbate, vel à ſuis miniſtris, quaſi ex debito exigat: aut ad li- „
bitum ſibi ſtatuat ipſe: ſiue quaſi ex iure vltra ſtatutum quicquam vſurpare ſibi, vel vindicare, „
audeat. Inſuper ſtatuimus atque iubemus: quicquid placitando ibi acquirant: tertia parte ſibi „
retenta, duas Abbati reddat: & nullum aduocatum, vel exactorem, præter ſe, ſine Abbatis per- „
miſsione conſtituat. Addimus, quòd nihil priuati muneris vel ſeruitij, in eadem villa, vel à „
quolibet locorum illuc pertinentium, ſiue à Cellariis: quaſi ex debito & ſtatuto ſibi iure exigat: „
ac manſiones, vel pernoctationes, vſpiam frequentare audeat. Quòd ſi præſens Aduocatus, vel „
quiſquam ſuorum ſucceſſorum, hæc noſtra ſtatuta tranſgrediatur: ſine iudicio, & abſque ſpe re- „
cuperationis, iubemus, vt Aduocatiâ ſtatim priuetur: & alter fidelior, ac iuſtitiæ amantior, ſano „
conſilio in eius locum ſubrogetur. Et vt hoc ſcriptum noſtrum atque decretum, ab omnibus fir- „
mius obſeruetur, & obnixius: annuli noſtri ſigno, ſigilliq; impreſsione, firmari iuſsimus. „

Aduocati Monaſteriales.

Balmundt.

Placitare.

Datum anno ſalutis 813.

Balmundt, commiſſum vel in homines, vel in res.

Placitare, iuriſdictionem exercere.

Balmundt.

Placitare.

Sic magnum onus fuit ciuibus Vlmæ impoſitũ (etſi initiò non ſentiebant: poſtea verò ipſos fortunæ ſuæ pœnituit) ſic, patriciis & nobilibus poteſtas adempta. Munierunt ibi Monachi poſthac plateam, dictam Aream viridem (den Grünenhoff) *ad inſtar arcis: inibiq; domicilia habebant. Circum totam hanc viridem aream vel atrium, murus erat: qui tendebat vſque ad Danubium: & in ſe hortum amœniſsimum continebat. Vnde &* Grünhoff *appellabatur. Sacellum ibi fecerant S. Nicolai: idq; forti muro, ferreis ianuis, clathratis feneſtris: quo in loco ſuam gazam abdidêre. Per longo autẽ tempore pòſt, cùm ciues cupidè libertatẽ recepiſſent, iſta deſtructa ſunt: & domus ciuibus inædificatæ. Sed de excuſsione iugi huius, ſuis locis dicetur.*

Vlma quomodo ſe geſſerint Monachi.

Epiſcopus Conſtantiæ XXIII. *factus eſt hoc tempore VVolfoleon: Eginonis anteceſſoris ſui ex fratre nepos: Monachus antea Sangallenſis. Hic non minus iniurius fuit in Sangallenſem Abbatiam, quam fuerat Egino. Verùm ſummo tandem cum dedecore compeſcitus eſt à Ludouico Pio. Obiit 831. Sub ipſo cœptum eſt ædificari Monaſterium Rhatholfinæ cellæ, à Veronenſi Epiſcopo Rhatholfo, natione Alemanno.*

VVolfolean, Conſtantiæ Epiſcopus.

Eodem 813 anno, pons Rheni ſublicius, quem Carolus decẽm annis apud Moguntiam ingenti labore, & opere mirabili, 1Ↄ. *paſſus longum, conſtruxerat: tribus horis fortuito incendio (fulmine, vt Auent. lib. 4. Germanici operis ait) ita conflagrauit: vt præter illud, quod aqua tegebatur, ne vna quidem pertica ex eo remaneret. Id, præſagium mortis Imperatori ſecuturæ exiſtimatum eſt: ſicut & creber Aquenſis palatij tremor: & aſsiduus in domibus, vbi ille verſabatur, laquearium crepitus: tactaq; de cœlo, in qua poſtea ſepultus eſt, Baſilica: & malum aureum,*

Pons Rheni.

Omina morituri Caroli Imp.

de tecto eius ſupra domum Pontificis, quæ Baſilicæ contigua erat, proiectum. Ipſe poſtea Ludouicum F. ſuum, Aquitaniæ Regem, corona ei impoſita, Imperialis nominis cõſortem ſibi fecit. Bernhardumq́, ex Pipino F. nepotem, Italiæ Regem præpoſuit. Hinc cõſuetudo inoleuit: vt poſteri Reges, dum adhuc viuerent: filiorum alios, ſibi ſocios Imperij: alios Regnorum hæredes, conſtituerent: quod plurimùm nocuit.

Maurorum clades.

Mauri, vel Saraceni, Corſicam deprædati, dum Hiſpaniam repetunt, octo nauibus à comite Emporitano Irmingario, apud inſulam Maioricam ſpoliantur. Circa Sardiniam quoque prælio victi, multis ſuorum amiſſis, receſſerunt.

Imperator Pius, Rancabes. Inſignia imperij Græci.

Michaël Græcorum Imp. à Bulgaro Crumo victus: & à Leone patricio, gente Armenio, inſidiis appetitus: libenter de Imperio ceſſit, quamuis renitente Procopia coniuge. Nam hoc animo præditus: vt ſuæ vitæ potius iacturam faciendam: quam vel VNAM CHRISTIANI SANGVINIS GVTTVLAM *fundi aſpiciendam, arbitraretur: per quendam ſuorum intimorum, Inſignia Imperij ad Leonem miſit: ipſe, in ſolitariam vitam ſe contulit, Tyranno etiam ſic volente. Inſignia autem Imperialia erant: Diadema, purpura, coccini Calcei.* Τὰ τῆς βασιλείας σύμβολα: ἁλουργὶς, διάδημα, κοκκοβαφῆ πέδιλα.

Leo Armenius, Imp. Oriẽt. 29.

Ita Rempubl. rapuit XXIX. IMP. CÆS. FL. LEO ARMENIVS, P. F. *Aug. qui imperauit A. 7. & M. aliquot.*

Crumi clades.

Crumus, aduerſus Conſtantinopolin exercitu ducto, inde à Leone repulſus eſt, graui accepto vulnere.

CAPVT VIII.

CAROLI M. MORS. Summa Aquiſgrani Baſilica.
Lingua Franciæ & Germaniæ: literæ ibi, characteréſque, ſcribendi.
Deſcriptio perſonæ Caroli Imp. Nomen Magni.
Quid ab Archiepiſcopo Turpino de Carolo & Rholando ſcribatur.
A Carolo principium Imperij Germanici, Sueui, quomodo ab ipſo honorati.
Caroli filia Imma.
Ædificata ab illo Monaſteria.

Caroli M. obitus.

A*Nno 814. Carolus hyberna Aquiſgrani agens: ſubita febri menſe Ianuario, & mox ſæuo lateris dolore, corripitur. Tunc ergo cibi abſtinentiam ſibi indixit, corpusq́ non aliter, quã rariſſimo potu, ſuſtentauit: ſed fruſtrà. Septimo enim, poſtquam decubuiſſet, die, ſacra communione percepta, deceſſit* V. *Calend. Febr. hora diei ſabbati tertia: anno ætatis ſuæ* LXXII. *&, ex quo regnare cæperat,* XLVII. *Italiæ verò ſubactæ* XLIIII. *&, ex quo Imperator atque Auguſtus fuit appellatus,* XIIII. *Corpus, more ſolenni eſt lotum, & curatum: ac maximo totius populi planctu,*

Sepultura.

Eccleſiæ illatum S. genetricis Dei, opere mirabili ab ipſo cõſtructæ: ibiq́ humatum: arcu inaurato cum imagine ſuperſtructo, & his verbis inſcriptis, teſte Eginharto.

SVB HOC CONDITORIO SITVM EST CORPVS CAROLI, MAGNI ATQVE ORTHODOXI IMPERATORIS: QVI REGNVM FRANCORVM NOBILITER AMPLIAVIT: ET PER ANNOS XLVII. FELICITER TENVIT. DECESSIT SEPTVAGENARIVS, ANNO DOMINI IↃCCC XIIII. INDICTIONE VII. V. CALEND. FEBRV. *Alibi ſic reperio: Aquis in ſummo templo, ſepulcrum Caroli eſſe. Pendêre ad dextram, gladium inauratum: ad ſiniſtram, pomum Imperij, cruce ſuperimpoſita. Valuas Templi, totas eſſe æneas. Celebrem eſſe thermis præſtantiſſimis, illam ciuitatem. Ioannes Auet. ait, Annal. Boiorum lib. 4. Templum prædictum, ex aduerſo Palatinæ domus ſitum eſſe. Cui & porticus, & procerum ædes, ita circumiectæ fuerint: vt vndique paterent, ex Prætorio ſeu Palatio proſpectantibus.*

Tanto Monachus. Monachus, artifex.

Tantonem, Monachum Sueuorum, D. Galli conſecraneum, tintinnabula (Campanas, τοὺς ἱεροὺς κώδωνας*) fudiſſe. Monachus ingenioſus: ſicut multis pòſt ſeculis, à Monacho bellicum tormentum eſt excogitatum.*

Adiiciamus adhuc quædam de Carolo.

Lingua Germaniæ & Galliæ.

Tempore Caroli M. Germanicæ linguæ miſturã fuiſſe in Gallia: à veteribus Francis, trãſito Rheno, in eam (victis Romanis) importatæ: Beatus Rhenanus lib. 2. rerum German. oſtendit: citans aliquot verſiculos ex libro quodam vetuſtiſſimo: Euangeliorum ſcilicet (hanc enim inſcriptionem libri eſſe) in Theodiſcam linguam verſo. Initium præfationis.

Nu

Nu wil ich ſchriban vnſer heyl/
Euangeliono theil:
So wir nu har bigunnon/
In Frenkiſga Zungun.

Intelligo ſic: Nunc ſcribam de noſtra ſalute, Euangeliorum partem: quam nos hic aggredimur in Francica lingua.

Fortè procuratione VValdonis, hic liber ſcriptus fuit: qui V. *Abbas Sangall. & idem* VIII. *Abbas Augienſis, librorum ſcribendorum, & Bibliotheca augenda, ſtudioſiſſimus erat. Vixit autem anno Domini 779. & 800. Tritenhemius in Monaſt. Hirſaug. ait: anno 863. factum eſſe Mogunt. Archiepiſcopum Lintbertum: ad quem ſcripſerit Otfridus, Monachus VViſenburgenſis, olim Raboni auditor, quatuor libros Euangeliorum in lingua Teutonica, quibuſdam Regulis formata: qui à pauciſſimis hodie intelligantur. Excuſum eſt hoc opus, opera Matthia Flacij Illyrici, ſub patrocinio Adolfi Hermani Riedeſelij, Baſilea 1571. anno. Modò autem ſub Carolo M. cœpit ſcribi (teſte Ægidio Tſchudo in Rhatia Alp.) Germanica lingua: vſum ſcribẽdi introducente hoc Heroë, ſingulari Germanica nationis fauore: cũ natus fuerit in pago Ingelheimo, milliarib⁹ duobus à Mogũtia, ſecundũ Rheni deſcenſum. Non tamẽ mox fuit ea lingua, in cauſis iudicialib⁹, priuil. aliisq; arduis negotiis, vſurpata ſcribẽdis: ſed omnia Latinè ſcribebãtur: idq; vſq; poſt annũ 1200.*

Othfridus Monachus.

Germanica lingua ſcriptio, & vſus.

Tunc paulatim amandata fuit è foro, & ex conſiſtoriis, Latina Lingua. Priſcis enimuerò temporibus, tantum dua lingua qua ſcribebantur, regnabant in Europa, Latina & Graca. Ideo hi populi cateras omnes nationes, literis & characteribus deſtitutas, barbaras iudicabant. Gracis autem ex Aſia minoris ciuitate Phocaa, in Gallia oram (vbi Maſſiliam 594. anno ante Chriſtũ condidere) profectis: ſchola inſtitui, literaq; Graca doceri, apud Maſſilienſes cœperunt. Eò & Romani poſtea filios ſuos mittebant. Inde harum cognitio ad Gallos & Germanos tranſibat: teſtante id Iulio Caſare (Bel. Gal. lib. 1. & 6.) de Heluetiis & Druidibus: Cornelioq; Tacito, de Germanis. Modò deinde tempore Caroli M. (inquit Stumpf. lib. 1. Heluet. hiſtor. cap. 8.) Germanica lingua cœpit latinis literis ſcribi (olim autem, Gracis characteribus) & tamen ſatis ruditer. Proinde res maioris momenti, latina lingua ſcribebantur: donec demum à tempore Caſaris Rodolphi Habſpurgenſis (qui 1273. regnare cœpit) Diplomata Caſarum germanice dari cœperunt. Gallia, à Maſſilienſibus primùm Gracos characteres ſumpſit: à Gallis ij tranſierunt ad Germanos. Cùm autem Galliam Romani ſubegiſſent: latina ibi litera, pro Gracis plantata fuerunt: verùm ſerius ad Germanos migrarunt. Ita Germani antiquitus, quando ſcribere cœperunt, Gracis notis vſi ſunt: ſequentibus ſeculis, Latinis literis vti cœperunt: ac ſub Carolo M. Germanica Latinis characteribus ſcribere: Poſtremò demum, Germanica litera confici cœpta ſunt.

Linguarum duarum ſcriptio.

Graca L. Schola.

Scriptio lingua Germanica.

Προσωπογραφίαν *Caroli ponit Eginhardus (Epiſtolarum Magiſter apud eum, vel Cancellarius) hanc. Fuiſſe corpore amplo atq; robuſto: ſtatura eminenti, non tamen iuſtam excedente: ſeptem videlicet pedum ſuorum. Apice capitis rotundo, oculis pragrandibus ac vegetis, naſo paululum mediocritatem excedente, canitie pulchra, facie hilari. Ceruice tamen obeſa & breuiore, ac ventre proiectiore. Viriliter inceſſiſſe. Voce clara quidem fuiſſe: ſed minus forma corporis conueniente. Exercuiſſe quotidie ſe equitando & venando. Quod ei gentilitium fuiſſe: quòd vix vlla in terris natio inueniatur: qua in hac re Francis poſſit aquari. Gladio ſemper accinctum: cuius capulus & balteus, aureus argenteus ve fuerit. Turpinus, Rhemenſis Archiepiſcopus, qui illis temporibus vixit, facie rubeum, capillis brunis, ipſum ornat. Semel gallinas duas, aut anſerem vnum, comedere potuiſſe: parum vini bibiſſe. Equitem armatum & equum, vno ictu diſſecare valuiſſe.*

Caroli M. perſona deſcriptio.

Ab imperio Caroli, nobilitatis Germanica & Sueuica, qua ipſe creuerat, incrementum fieri cœpit: vt, Baronum, Comitum, & aliorum ordinum.

Nobilitatis Germanica origo.

Conſtat, Carolo inde cognomen Magni contigiſſe: quòd, Italia liberata, & Papa amplificato, reſtituerit Imperium Occidentis: ac magnopere Rem Chriſtianam auxerit. Sed eſt etiam fabuloſa quadam cauſa: quam in quodam M. Scr. libro reperi. Quanam ea eſt? Quod ei de cœlo per Angelum miſerit Deus enſem, coronam, pomum, crucem, calcaria. Quòd item ipſe, ac pater eius, liberiq; eiex Hiltegarde nati, crucis notam habuerint in pectore & tergo. Sicut ſcil. genitiuas notas Auguſtus Caſar in pectore habuiſſe, à Suetonio cap. 80. ſcribitur.

Magni nomen.

An non placet, aliquid etiam amplius aliunde, ex veritatis amante Archiepiſcopo prædicto, audire?

Turpini teſtimonia de Carolo M. — *Quid ni? honorificè eum, tanquam inuictum teſtem, aliquoties in Orlando ſuo Ludouicus Arioſtus laudat.*

Turpin.cap.8. Pater Rholandi (qui fuit nepos Caroli ex ſorore) Milo erat: qui in prælio, quod Carolus cum Aigolando, Saracenorum in Hiſpania Rege, commiſit, ipſe & alij (quorum ſcilicet haſtæ, pridie veſperi ab eis terra infixæ, viruerant) occiſi ſunt. Carolus viciſſim ſpartham ſuam, cui nomen Gaudioſa (μάχαιρα, ἀμφοχαρὴς) *euaginans, multos Saracenos occidit, Aigolandumq; vicit. En martyres.* — *Gaudioſa gladius.*

Cap. 9.

Ponuntur ὄργανα πολιορκητικὰ, *machinæ oppugnatoriæ, vrbium: Petraria, Troia, Mangatella, & arietes. Quæratur horum intelligentia.*

Cap. 17.

Ferracutus. — *Ferracutum Rholandus occidit (habentem vires* XL. *virorum) puncto eius vmbilico: qua parte ſola vulnerabilis erat. Locus fatalis.*

Cap. 18. bellum laruarum.

Laruæ. — *Saraceni, laruis barbatis ac cornutis, dæmoniorum ſpecie, & tympanorum bombo, Caroli exercitum terrebant. Sed, obligatis linteo oculis & auribus equorum Caroli, ab eo ſunt cæſi.*

Cap. 19.

D. Iacobus cõpoſtellanus. — *Turpinus Baſilicam D. Iacobi Compoſtellenſis, calendis Iun. dedicauit.*

Cap. 21. & 22.

Ganaloni proditione cæditur Chriſtianus exercitus à paganis: ac tandem etiam Rholandus moritur: cùm quidem fruſtrà gladium ſuum Durendam, ne in hoſtium manus veniret, frangere conatus eſſet. — *Durenda gladius.*

Cap. 26.

Solis ſtatio. — *Sol quaſi triduum à curſu ſuo conſtitit (ſicut olim tempore Ioſuæ, Iſraëlitarum Imperatoris) donec Carolus reperiret Saracenos, eosq; concideret.*

Ganalonus (cùm Pinabellus in monomachia, quam pro eo ſuſceperat, à Theodorico victus eſſet) quatuor equis, vt proditor, alligatus & diſcerptus eſt. Hæc, bonus Turpinus. — *Proditoris pœna.*

Iam quia Carolus M. & proſapia eius, Germani fuerunt: hoc Epigramma à Sebaſt. Brando factum eſt.

Tranſlato Imperio à Græcis: Germana repentè
  Natio ſuſcepit Regia ſceptra, & opus:
Germanus quoniam, noſtro quoque natus in orbe,
  Karolus, & vero ſemine Teuto fuit.
Nempe Orientalis Francus fuit. Vnde recepit
  Francia Gallorum, quod modo nomen habet.

Sueuorum priuilegium. — *Dedit hic Rex priuilegium Sueuis, circiter annum Domini 782. (ſicut quibuſdam videtur) vt in bellicis expeditionibus, ipſi primos ordines ducant, aut primi hoſtem adoriantur. Sueuico Duci Geroldo decus hoc datum eſſe, Stumpf. lib. 6. cap. 19 ait. Cauſam alicubi inuenio: quia Dux hic, primus Romam irruerit cum ſuis Sueuis: quando Carolus cæcitatis Leoni Pontifici illatæ vindictam ſumere voluerit. Quæ cauſa ſi vera eſt: modo 799. Domini, eo honore affecti ſunt. Eo enim anno, & Leoni calamitas illa accidit: Romamq; per Regios Legatos reductus fuit: & Geroldus in bello Vngarico interiit: vt 1. part. lib. 12. cap. 9. dictum eſt. Alicubi ſic reperio. Geroldus, Ducis Sueuiæ Hiltebrandi circiter 796. filius, occiſus eſt Signifer ab Hunnis: cum fuiſſet Comes & Præfectus Ducatus Boiariæ, Marchio Auſtriæ, frater Reginæ Hiltegardis ex altero Parentum: natus ex Bauariæ Andexio comite. Ortum traxiſſe fertur ex Italia: quòd ex hac multa nobilium genera Carolus M. ſecum, & cum Papa Adriano, duxerit. Habitaſſe Geroldus perhibetur Buſſæ, non longè à Riedlinga: & ſe ſcripſiſſe Ducem Sueuiæ, comitemq; Buſſæ. Reliquit filios, Geroldum & Berchtoldum: titulo Ducum Sueuiæ, & comitum Buſſenſium. Nam Sueuia tunc plures ſimul habuit Duces: quorum quidam Tiguri habitabant: alij, in monte S. Viti, ſiue Rauenſpurgi: nonnulli, Campidoni, in Hillemontio à ſupradicto Geroldo, condita eſt arx alta Geroldi, Hohen-Gerolzeck, in Alſatia: inter Rhenum, Kintzingum, & Bleichum. Inde nomen eſt Dominis Geroltzeccenſibus. Saxonum occiderat Regem Vitichindum ſua manu: & à Carolo priuilegium Sueuis, primæ aciei ducendæ obtinuerat: præcedente eos vexillo Imperialis aquilæ, & S. Georgij vexillo. Volens autem Hunnos quoque Carolus gladio ad religionem cogere, eos per hunc Geroldum profligauit. Sed is nimis longè inſequens eos, periit. Ideo inter martyres à Reichenouienſibus Monachis relatus eſt: honorificè, in eorum Templo 799. Humatus, die Septemb. 2. quia multis pagis illos auxerat. Geroldo autem filio, longe inde ſitam arcem prædictam, empto in Alſatia loco, condidit: ne Fratri ſubiectus eſſet. Ex hac familia fuit illo*

Geroldus, Sueuiæ Dux.

Geroltz Eek.

ille bellicoſus, ſed infelix, anno 1262. Argentinenſis Epiſcopus VValtherus: de quo, ſuo loco in parte 3. Quid ſi in bello Longobardico, 773. geſto, hunc militarem honorem Sueui promeruere? Aber deß jahrs halben ſey jhm/wie es wöll: es haben doch die Schwaben dieſe blutige Ehr von dem groſſen Carolo: daß ſie in den Kriegen deß Reichs den Vorzug/ oder erſten Angriff/ thun. *Adhuc de hoc Imperatore aliquid.*

Liberos ſuos benè inſtituebat Carolus: mares, literis & moribus: fœminas, lanificio: ſed eas ſecum eſſe amans, non maritabat. Vidit ergo nocte quadam hyberna, Eginhardum (al. Einhardum) ſcribam ſuum, à filia ſua Imma, quam ex Hiltegarde genuerat, humeris per niuem portari. Quod ea ideo fecerat: ne poſtridie alia, quam mulieris veſtigia, ad cubiculum Gynæcei deprehendi poſſent. Carolus, conuocatis proceribus, propoſuit facinus, non nominatis perſonis: interrogans, quid talibus faciendum eſſet. Cumq́ audiret, omnium ſententiâ eos ſupplicio adiudicari: Eginhartum & filiam adduci iuſſit, ac ſcribæ dixit: Do tibi portatricem tuam in legitimam coniugem: cuius te amore video captum eſſe. Condidit ipſe poſtea cœnobium Seligeſtadium in Oſtrofrancis, ibiq́ vixit. Ex Iac. Cur. lib. 2. Rerum Chronologicarum, & aliunde. Sed hac de re, in ſequenti Imp. Ludouico plenius. Ipſe quoque Carolus, ex hoſtium ſpoliis tot Monaſteria fundauit: quot ſunt literæ Alphabeti: quorum primum eſt Aquiſgrani, vltimum Tiguri, Abbatibus etiam vicenos ternos Monachos ſubdidit. Stumpf. lib. 3. cap. 88. Multum quoque in Heluetica Alemannia habitauit, præſertim Tiguri, vbi Templum extruxit, & collegium auxit, ac palatium habuit, nunc Hof appellatum.

Liberorum Caroli M. educatio. *Eginhardi & Immæ mutuus amor.* *Seligeſtadium.* *Monaſteria Caroli M.* *Tiguri habitatio.*

SECVNDVS OCCIDENTIS IMP. LVDOVICUS. Genealogia Carolini generis, vel Carolingorum. Hildesheimenſis Epiſcopatus. Schvvarchachianum cœnobium.

Capvt IX.

ANNO 814. *Carolo M. ſucceſſit filius ſuus, ex Domina Hiltegarde natus,* II. IMP. CÆS. LVDOVICVS *(al. Hludouicus)* PIVS AVG. *qui imperauit A. 26. & menſes aliquot. Teſtamentum patris diligenter executus eſt: menſis aurea & argentea in Italiam miſſis: theſauris in pauperes erogatis: retenta ſibi tantùm argentea, deſcriptionem terrarum habente, menſa, ob memoriam patris: pro qua tamen pecuniam erogauit. Emiſit quoq́ Legatos: per quos reſtitutionem pollicitus eſt illis: qui ſub imperio paterno ſpoliati fuiſſent ab auaris Præfectis: ac ſic etiam fecit. Quotidie, antequam pranderet, prolixè dabat Eleemoſynas pauperibus. Hinc meritò Pÿ cognomine dictus eſt: ſed ſequenti tempore, id nomen de Pontifice Rom. magis promeruit: quòd Aquiſgrani obtruncato fratris ſui Pipini filio Bernhardo, Italiæ Rege, qui ſe ipſi oppoſuerat: Pontifici Italiam conceſſit. Ingenium præterea hoc ei erat, quòd nimium confidebat conſiliariis: cùm ipſe Princeps rectè ſapere, & ad ſuas res reſpicere, debeat: non vni aut paucis, omnem curam rerum tranſmittere. Abutuntur ſæpe bonitate Principis, quibus ipſe nimium indulget.* Ὁ τοῦ δεσπότου ὀφθαλμὸς, πιαίνει τὸν ἵππον: *Domini oculus pinguefacit equum. Pacis admodum amans erat. Diſcordiarum proinde inter proceres, inter nobiles, inter ciuitates, diligens pacator.* φιλομήτωρ *etiam, grata animi pietate memoriam matris ſuæ conſeruans. Libenter enim illis in locis erat: in quibus dulciſſima genitrix Hiltegardis fuiſſet: Andexiæ, Brunſvvilæ, Kalbſauguſtæ, Raueſpurgi, Campidonæ, in Hillemontio.*

Ludouicus, Imp. Occident. II. *Coſmographica tabula.* *Eleemoſynæ Ludouici quotidiana.* *Pÿ cognomen.* *Bernhardi Caroli da obtruncatio.* *Conſiliariis confidere.* *Matris amans, Ludouicus.*

Eodem anno, Legatis ad Papam miſſis: ſe patris conſtantem imitatorem fore in Eccleſia defendenda, oſtendit. Amicitiam per Legatos cum Græco Aug. Leone renouauit. Bernhardum, Italiæ Regem, ad ſe euocatum, maximis muneribus affecit: & ad fidelem Regni defenſionem adhortatus eſt. Cum Beneuentano Duce Grimoaldo, pacem ita firmauit: ſi idem tributum, quod antea patri (VII. *millia ſolidorum) nunc ſibi quoq́ penderet. Ex filiis Lotharium Bauariæ, Pipinũ Aquitaniæ præfecit. Ita bona principia* τῆς πάλαι γαλατίας, *vtriuſq́ Franciæ, laudabiliter adminiſtrandæ, ac præclarè Occidentalis Imperÿ gerendi, poſuit.*

Amicitia cum Papa & Græco Imperat.

Iam, antequam ad Sueuica alia ve tranſeam: placet, de ſtirpe Carolina aliquid commemorare: cùm & Maiores aliquot Caroli M. in ſuperiore opere poſuerimus: & deinceps de ſucceſſoribus eius, quoad hæc familia durabit, dicturi, eisq́ Sueuas res ſubiuncturi locis ſuis ſimus. Sic omnia erunt clariora, atque iucundiora.

De ſtirpe Caroli Magni.

CAROLINA FAMILIA, BREVITER DELINEATA.

I. *Pipinus, Rex Brabantiæ, 489.*

II. *Sigebertus, Dux Brabantiæ, circ. 540. viuens.*

III. *Carolomannus, Dux Brabantiæ, 590.*

IIII. *Pipinus breuis, vel paruus, Dux Brabantiæ, & Maior domus in Gallia. Obiit 647.*

V. *Begga, vel Berga: nupta Anſegiſo, Duci Brabantiæ, ex Antuerpiæ Marchionibus orto. Obiit 698. Fratrem ea habuit Grimoaldum, Brab. D. 658. & ſororem S. Gertrudem, 664.*

VI. *Beggæ & Anſegiſi F. Pipinus Craſſus, D. Brab. & Maior domus Galliæ, 687. & 714.*

VII. *Carolus Martellus, Maior domus, 726. & 741. Fratres eius, Drogo & Grimoaldus.*

VIII. *Pipinus breuis, Rex Franciæ 1. ex hac familia, 751. & 768. cuius frater fuit, Carolomannus, Monachus factus.*

IX. *Carolus M. Imp. 801. & 814. Qui fratres habuit, Pipinum (qui puer obiit 762.) & Carolomannum Regem, qui obiit 771.*

X. *Ludouicus 1. Pius, Rom. Imp. mortuus 840. annorum 74. Cum eo gemellus natus fuit Lotharius, ſed breuis vitæ. Habuit antea fratres: Pipinum, Regem Italiæ, Bauariæ & Sueuiæ: qui obiit 810. & Carolum, Regem Franciæ inter Ligerim & Rhenum, ac Burgundiæ: qui deceſſit 811. Pipino ſucceſſit in Regno filius Bernhardus, 818. qui F. habuit Pipinum: ex quo geniti ſunt Heribertus, Pipinus, & Bernhardus.*

XI. *Ludouico filij fuerunt quatuor.*
1. *Lotharius, Imp. qui factus eſt Monachus, 855.*
2. *Carolus Caluus, Cæſ. Obiit 878.*
3. *Ludouicus, dictus ſenior, Rex Germanorum. Obiit 876.*
4. *Pipinus, Rex Aquitaniæ, 838.*

XII. *Filij horum, Ludouici ſenioris, 1. Carolomannus, R. Bauariæ. Obiit 880.*
2. *Pipinus, breuis vitæ.*
3. *Ludouicus, dictus iunior, R. Oſtrofranciæ. Obiit 882.*
4. *Carolus Craſſus, Imp. Obiit 888.*

Caroli Calui, 1. Carolomannus, Monachus.
2. *Lotharius, ὀλιγόβιος.*
3. *Ludouicus III. Balbus, Rex Gall. & paululum Rom. Imp. 879.*
4. *Carolus, confoſſus 870.*
5. *Iuditha, Regi Anglo nupta.*

Lotharij Cæſaris, 1. Ludouicus II. Rom. Cæſar, 875.
2. *Carolus, R. Burgundiæ & Prouinciæ, 885.*
3. *Lotharius, R. Lotharingiæ, 869. vxor eius, Dietberga.*

Pipini, 1. Pipinus Monachus, 853.
2. *Carolus.*

XIII. *Filij aliquorum ex his. Carolomanni, Bauari Regis, Arnulphus, 902. Ludouici, Regis Oſtrofranci, Ludouicus: caſu ex Palatio Ratisbonæ mortuus 888.*

Ludouici Balbi, 1. Ludouicus, 885.
2. *Carolus ſimplex, ex Adelhaide poſthumus, Rex Franciæ, 926.*
3. *Carlonus, vel Carolomannus, in venatu ab apro interemptus, 884. Filius eius, Ludouicus inutilis.*

Ludouici II. Cæſaris, Irmengardis, Regi Burgundiæ Boſoni nupta.

XIIII. *Nati ex aliquibus ipſorum.*

Ex Arnulpho, 1. Arnulphus, cognomine Malus, Dux Bauariæ. Alij patrem eius, Luitpoldum faciunt: & rectius, vt credo.

Græca Agnes. 2. *VVernherus, Comes Schreunius, vel in Schiern. Hi ambo, ex Agnete Græca. Si modo VVernherus eſt: & non Berchtoldus, frater Arnulphi.*
3. *Ludouicus IIII. Cæſar, 912.*
4. *Conradus, D. Lotharingiæ. Ambo, ex Dieta, vel Iutta. Sic & Luitgarda filia. Si modo Conradus fuit Ludouici frater.*

Ex Carolo Simplice, Ludouicus, Rex Franciæ, 955. qui vxorem duxit Gerburgam, vel Gerbergam: Henrici 1. Cæſaris F. & Othonis 1. ſororem. Gerburga ſoror, Adelheidis: nupta Hugoni, magno Comiti Pariſienſi, Hugonem Capetum peperit.

XV. *Ludo-*

Ludouico nati ſunt, 1. Carolus, Regum Franciæ vltimus, ab Hugone Capeto 988. captus, & 992. mortuus. Filium habuit Othonem, D. Brabantiæ, 1005. XV.

2. Lotharius, Rex Francorum, obiit 986. Cui ſucceſſit Lud. R. vnius anni, 987.

RES IN HAC ARANEA dilucidior eſt.

- Carolus M. Imp. 814.
  - Pipinus 810. — Bernhardus 818. — Pipinus,
    - Heribertus.
    - Pipinus.
    - Bernhardus.
  - Carolus 811.
  - Lotharius.
  - Ludouicus I. Pius, Imp. 840.
    - Ludouicus ſenior, Germanorum R. 876.
      - Carolomannus 880. — Arnulphus Imp. 902.
        - Arnulphus vel Arnoldus Malus:
          - Eberhardus.
          - Arnulphus.
          - Hermannus.
          - Inditha.
        - VVernherus.
        - Lud. IIII. Imp. 912.
        - Conradus.
      - Pipinus.
      - Ludouicus Iunior, 882. — Lud. 888.
      - Carolus Craſſus Imp. 888.
    - Lotharius, Imp. 855.
      - Lud. II. Imp. 875. — Irmengardis.
      - Carolus 885.
      - Lotharius 869.
    - Carolus Caluus Imp. 878.
      - Carolomannus.
      - Lotharius.
      - Ludouicus III. Balbus Imp. 879.
        - Lud. 885.
        - Carolus ſimplex 926. — Lud. 955.
          - Carolus, 992. — Otho, 1005.
          - Lothar. 986. — Lud. 987.
        - Carlonus 884. — Ludouicus.
      - Carolus, 870.
      - Juditha.
    - Pipinus 838.
      - Pipinus 853.
      - Carolus.

Hildesheim. Epiſcopatus.

Hoc 814. anno, factus eſt primus Hildesheimenſis Epiſcopus, Guntherus vel Guntharius: quem Epiſcopatum, deuicto magno Saxonum Duce VVitekindo, fundauerat Carolus M. primus religionem Chriſtianam ſeminans per Saxoniam.

Schwartzach. Monaſterium. Rotemburgum ad Tubarim.

Anno 815. primus Abbas fit Schvvarchachiani in Oſtrofrancis ad Mænum Benedictina diſciplina Monaſterij, quidam vir laudatus, nomine Benedictus. Quod monaſterium fuit fundatum ad honorem Chriſti, B. Virginis Mariæ, & SS. martyrum Sebaſtiani & Felicitatis: à Megingaudo vel Mainguthо, Oſtrofranco Duce, & Rotemburgotuberano comite, ex Carolino genere: atq; ab vxore eius Arminia, vel Imma, ex nobiliſſima Francorum proſapia. Deſcripſit Cœnobij huius Abbates egregio carmine, præclarus vir Conradus Dinnerus I. C. & Francicus Conſiliarius: qui quarto ab hinc anno, Exemplar nobis dono miſit.

LVDOVICI PII, ET VXORIS, CORONATIO. GOTfridus Marſilianus, Ludouici Archicancellarius, de Carolo M. & Hiltegarde. Dumi-heri, Algoicæ quondam harpyiæ: familiæ nobiles, ex Italia adductæ. Portatur calcante niues Eginhartus ab Imma. Aquiſgrani Vrbis dignitas.

CAPVT X.

Ludouici & Irmegardæ coronatio, à Papa.

ANNO *Domini 816. Leoni* III. *ſucceſſit in Pontificatu Stephanus* IIII. *qui in Galliã profectus & Rhemis à Ludouico honorificè occurrente exceptus: Regem Auguſtum pronunciauit: & Reginam vxorem eius Irmegardem, Auguſtam, coronæ precioſiſſimæ, quam ſecum Roma attulerat, impoſitione: & ſacri olei vnctione: die Dominico poſt rem diuinam factam, 4. Cal. Sept. in magno Principum & populi cœtu. Imperator cruce magni precij donauit Vaticanam Baſilicam: captiuosq;, adhuc propter Leonem & Eccleſiam violatam detentos, dimiſit. Annal. & Sigon. In M. Scr. membraneo Codice, ad hunc annum addita ſunt tantùm hæc quatuor verba: Anſgarius Epiſcopus Sueuos conuertit. Fuit Anſgarius, primò Corbienſis Paſtor in Francia: qui pòſt ope Ludouici Imp. Monaſterium Corbeiam in Saxonia ædificauit. Deinde, ab eodem Ludouico Hamburgenſis Archiepiſcopus factus eſt. Erat hoc quoq; tempore, Ludouici Archicancellarius Gotfridus de Marſilia (ſicut in quodam M. Scr. libro inueni, ipſum de ſe & Carolo M. ſcribentem) qui cauſas plures recitat, cur anno 776. & ſequenti, Carolus cum ſua coniuge Hiltegarde Romæ fuerit.*

Sueuorum cõuerſio ad Chriſtum. Anſgarius Epiſcopus. Carolus & Hiltegardis, cur Romam profecti.

Vnam, vt pietatis cauſa viſitarent diuerſa Templa Dei, & Sanctorum. Alteram, gratitudinis erga cœlites cauſa: quòd, quæ olim gemella cum fratre ſuo Vdalrico, patri ſuo Sueuiæ Duci Hiltebrando nata fuerat: ipſa quoq; geminos peperiſſet, Ludouicum hũc, ac Pipinum. Tertiam, fidei Catholicæ augendæ gratia. Nam à multis paganis Eccleſias dire vaſtatas eſſe: quos ipſe bello victos, fidem amplecti coëgerit: &, ſi contra iuſiurandum datum ad idololatriam relapſi fuerint, capite mulctauerit: non ferens eos (vt verbis huius Gotfridi vtar) ita ceſpitabiles, titubabiles, & fide deuolubiles: qui ſæpenumero vna luce, & Chriſtianizarent & paganizarent. Ponit & hanc cauſam: vt Hiltegardis in ſuum recens Monaſterium Campidonenſe, reliquias Sanctorum à Pontifice conſequeretur. Aliam, quòd Carolus, conuocatis vndique ex terris, nobilibus & ſapientibus viris: vnionem fidei in Chriſtum, à tempore natalis Domini, anno 777. efficere ſtuduerit. Item, vt ab Adriano P. perfectius de ſingulis capitibus religionis informaretur: cùm aliud ſæpe aliis, etiam doctis viris, videretur: vt ne erraret in cogendis ad fidem hominibus. Deniq;, ideo Romam profectum eſſe ait: vt oſtenderet Romanis ſuam grandem potentiam, ſuam nobiliſſimam familiam, ſuam optimè conſtitutam diſciplinam. Nam vndiquaque ex orbe terrarum, adoleſcentes diſcendi cauſa in Aulam eius fuiſſe miſſos. Exiſtimaſſe Carolum, hoc modo rectius & facilius, nationes ad fidem Catholicam adduci poſſe: quàm vi & armis. Has ille ponit cauſas aditæ tunc à Carolo Romæ: quam tamen etiam poſtea tempore Leonis P. viſitauerit. Decretum porrò fuiſſe à Papa Adriano, & Domino Carolo: vt ambo ipſi, magno cum exercitu Alemanniam inirent: quod tunc multi barbari & iniqui nobiles ibi eſſent: qui agricolas tempore ſementis, ſeminibus & alias iumentis pecoribusq;, ſpoliarent. Hos, Dumi-heros fuiſſe appellatos: populari verò lingua Edel Haghærren. *Quos Ruſticorum oppreſſores, nec à Sueuorum, nec à Boiorum, Ducibus comprimi potuiſſe: præſertim cùm hi raro domi eſſent: ſed plerunque Carolo contra infideles militarent. Proinde, tempore aduectionis SS. Gordiani & Epimachi, aliarumq; reliquiarum: adducta fuiſſe Roma, & aliunde,* XII. *genera nobilium, in Alemanniam: ac totidem, in Germaniam inferiorem: in quibus virtus ac iuſtitia fuerit: quibus cedere coacta ſit improbitas &*

Aula Caroli M. Nobiles in Germania mali. Dumi-heri. Haghꝛerren. *Nobiles, ex vrbe Roma in Germaniam tranſplantati.*

rapaci-

rapacitas Dumi-herorum. Hoc ſi verum eſt: cogitari (etſi non affirmari) poſſet, hinc etiam VVirtembergica domus originem extitiſſe. Sed, relictis his, ad alia tranſeamus: cùm præſertim alicuius Itali, aut otioſi Monachi, figmentum videatur: qui parum Caroli honorem obſeruauerit: tanquam diſciplinam negligentis, nec harpyias punientis: aut tanquam, niſi Italos excitauiſſet, coërcere aliter non valentis. Attamen exemplis etiam doceri poſſet, interdum tales coërcitu difficiles eſſe.

Diximus ſupra de Imma, Sueua Hiltegardis filia, Eginharti baiulatrice. Repetere libet, & dilucidius exponere: cùm Ludouicus quoque Imp. ſuas partes addiderit. Fuit ille Eginhartus, Notarius vel Cancellarius (alij Archicapellanum fuiſſe dicunt) in Aula Caroli M. Is filiam eius, puellam eximiæ formæ (quæ Regi Græcorum deſponſa fertur) deperiit, nomine Immam. τέρεν ὀπώρα δ᾽ (vt Æſchylus ait) εὐφύλακτος οὐδαμῶς. Matura cuſtodire poma, eſt arduum. Itaque nocte quadam hyberna, ſcriba ille in cubiculum Regiæ virginis penetrans, auſus ibi eſt immane nefas, auſoq́; potitus. Interea niue delapſa: magna cura animos eorum inceſſit: ecquonam modo amator ſe inde reciperet, veſtigiis virilibus non animaduertendis. Quid faciemus, dulciſſime Eginharte? Periimus. Nix cecidit, nix, veſtigiorum tuorum proditrix futura, ſi regrediaris. Ingenio tantùm poſſumus effugere. Circumiice collo meo ambos cubitos tuos: pende ex humeris meis. Paruit Eginhartus: ſuccollans audaciſſima puella (quid non ſpes & amor mortalia pectora cogit?) iuuenem dilectiſſimum fortiter effert: in loco tuto locare ſatagit. Sed (o ſpes hominum ſæpe fallaces) conſpecta eſt à patre Carolo. Is enim, cùm illa nocte dormire non potuiſſet (neſcio, quibus curis ſomnum interrumpentibus) eò citius manè ſurrexerat: ac de ſuperiore ambulacro deſpiciebat. Vidit ibi mirum & inſperatum ſpectaculum, Scribam à ſua filia geſtari noctu per niuem. Deus te perdat, perfidiſſime nebulo (cogitabat) videbis, quid facturus ſim. Interim tacuit, & diſſimulauit. Cùm tempus idoneum veniſſet: conſilium Senatorum (quod ex Francica & Sueuica nobilitate præſtantiſſimum habebat) conuocauit: rem, quæ accidiſſet, expoſuit: dolorem ſuum diſſimulare non potuit: quid in tanta re faciendum eſſet, ex eis quæſiuit. Re diu ſapienterq́; deliberata: aliud aliis viſum eſt: generatim tamen hoc, pœnas, præſertim à Scriba, repetendas eſſe. Imperator (vt non erat præcipitis animi in rebus arduis) aliquandiu ſilere, aliquandiu cogitationes verſare. Tandem, Non ego Eginhartum, inquit, puniam: non poſſet id occultum manere. Sic autem dedecus filiæ meæ emanaret: creſceret eius infamia magis, quàm minueretur: quamuis grauiter in amatorem animaduerteretur, γλῶσσα γὰρ ἀνθρώπων φιλοκέρτομος: vt eſt apud Poëtam Muſæum. Lingua vulgi, ad maledicendum procax eſt: præſertim aduerſus Aulam, & proceres. Ea eſt ſapientiæ diuinæ altitudo: vt vias nouerit, quibus etiam res admodum mala, ad bonum finem conuertantur. Alio igitur modo, quàm ſupplicio, huic vulneri medicina facienda. Quid modò faciet Imperator? Senatus cogitabat. Volo ego (inquit ille) ambos honeſtis matrimonij vinculis colligare. Placuit vehementer conſilium hoc conſiliariis: atq́; etiam ſic ad effectum, perductum eſt. Nam cùm Eginhartus putaret, commercium hoc diu latêre non poſſe: antea miſſionem ab Imperatore petiuerat: quaſi non digna laboribus ſuis merces ſibi perſolueretur. Tunc ergo Carolus, re (vt dictum eſt) deliberata, & certa ſententia decreta: illum ad ſe vocat. Petiiſti nuper, inquit, miſſionem: mirabar, quid cauſa eſſet. Significatum eſt mihi interea, te de mercede conqueri. Tua culpa eſt, quòd de tua voluntate mihi non ſignificaſti: vt te dignè remunerarer. Quod quia nondum eſt factum: nunc faciam. Accipe tibi filiam meam Immam, illam ſcitam tui portatricem: cùm altè ſuccincta, magnis paſſibus noctu per niuem graderetur. Meminiſtine? Ille timore perculſus ob rem inexpectatam: cùm de ſupplicio magis anxius eſſet: ad pedes ſe Imperatoris abiicit. Sed bono animo eſſe iuſſus eſt: filia vocata, & introducta: multisq́; proceribus præſentibus, roſeo colore perfuſa, Eginharto data eſt: addita ampla dote, prædiis, aureis & argenteis donis. His poſtea Ludouicus, iam Imperium nactus, addidit plura: Michlinſtatum, in Odonavvalda ſylua: & villam Mylinheimam (nunc Selinginſtatum) ad ripam fluuij Moini, ſeu Mœni (olim Mogonij: vnde Moguntia) ſitam: vbi Eginhartus tandem Monaſterium fecit: ibiq́; primus Abbas fuit. Etſi ab Imma factum Bruſchius ait. Hæc, in hanc ſententiam, ex libro vetuſto Iuſti Reuberi I. C. & Palatinatus Conſiliarij. Additur: Actum 1. anno Ludouici, Indict. 7. 3. Idus Ianuar. Aquiſgrani, in Palatio Regio. Aquas autem Graneas (inquit Auent. lib. 4.) Regni Francorum caput, Regiamq́; perpetuò fore, Carolus M. ſtatuit: vbi hactenus ex more, Imperatores noſtri inungi atq́; coronari ſolent.

Rurſus de Eginharto & Imma.

Scriba audacia.

Filiarum honeſtæ fama ratio habēda.

Ideo Eginharto filiam Immam Carolus dat vxorem.

Michlinſtat.

Seligenſtat.

Moguntia nomen.

Aqua Granea.

CAPVT XI.

LVD. PII INTERDICTVM DE LVXV SAcerdotum. Sangallenſis cellæ incrementum. Montefortenſes Comites.

Sacerdotum luxus prohibitus.

EODEM 816. anno, *Ludouicus Aquis grani conuentum egit primorum Regni: præſentibus filiis eius, Regibus: Pipino Aquitaniæ, Lothario Boiariæ. De ſacerdotum luxu (teſte Auentino) Leges ab Imperatore latæ: per quas Pontificibus, & Monachorum patribus, vniuerſis denique Sacerdotibus: vſus, veſtimenti precioſi, ſerici, gemmarum, auri, argenti etiam, in balteis, cultris, vaginis, phaleris, calcaribus, & id genus aliis, eſt interdictus. Dicere ſolebat Ludouicus, portentum eſſe, abominabileq́ inferorum ludibrium: hominem aris addictum, deuotumq́ ſacris: qui paupertatem Chriſti amplecti, crucem eius portare, deberet: ad gloriam luxumq́ prophanorum aſpirare. Sed Epiſcopi, præſertim Galliæ, iniquiſſimo hæc animo accepere.*

Aſſumptionis S. Mariæ Feſtum.

Eodem in conuentu, Feſtum aſſumptionis S. Mariæ in cœlum, à Ludouico inſtitutum, celebrariq́ præceptum.

Sangallenſe cœnobium ſub Epiſcopatu Conſtantienſi. Montefortenſes Comites. Nobilitas, in ſchola Monaſtica, educata.

Eodem anno, erat Sangallenſis Abbas VIII. *Gosbertus, vel Gotsbertus: qui liberauit (Bruſchio teſte) collegium ſuum à Conſtantienſi Epiſcopo: ita, vt ipſi Monachi, iam dominarentur in ciuilibus: ſed in ſpiritualibus tamen ſubeſſent Epiſcopo. Tempore huius Abbatis, Montefortenſes Comites Cadalochus & Berchtoldus, pater & filius, liberaliſſimi in hoc cœnobium extiterunt: quòd in eo liberi ipſorum educabantur, vt in ſchola literarum & humanitatis. Extruxit ipſe ex humili S. Galli cella, ſpatio ſeptem annorum, Baſilicam S. Othmari: quæ conſecrata fuit anno 834. præſentibus Epiſcopis, Conſtantienſi Salomone, & Baſilienſi Vlrico: nec non Augienſi Abbate Erlevvaldo. Tunc primùm hæc cella, cœpit Monaſterium ſeu Baſilica dici.*

CAPVT XII.

DE MVRRHARTENSI MONASTERIO.

Eremita Valtericus, Abbas ibi primus.

Murrhartenſis Monaſterij principium. Georg. VVideman.

RVRSVS *anno Domini 816. & circùm, Sueuiæ Monaſterium Murrhartenſe initium ſumpſit: quod cum oppido Murrharto, duobus milliaribus à ciuitate Sueuica Hala diſtat. De qua referam, quæ in M. Scr. populari lingua Chronico diligentiſſimi viri, Georgij VVidemanni, Chomburgenſis olim ſyndici, reperi: quem librum ipſe 1550. Murrhartenſi Abbati Thomæ, & conſulibus Senatuiq́ Halenſi, dedicauerat: ad me autem prudentiſſimus & ornatiſſimus vir, eius Reipub. Senator, & Commentarienſis ſiue Regiſtrator, M. Michaël Graterus (nunc cum Deo in altera vita degens) ſuperiore anno, commodatò miſerat.*

Mura fl. Hũneburgum. VVolckeburgum. VValtherichus Sacerdos.

Anno itaq́ 815. Ludouicus Pius Imp. à Domeſticis vexatus, venit ſecedens ad Ducem Sueuiæ: ſuſtentans aliquandiu ſe apud fluuium Muram vel Murram, in duabus iuxtà arcibus. Quarum vna erat Hunneburgum: vel ab Hunnorum Rege Attila, quando olim Germaniam vaſtabat: vel à Sueuis contra Hunnos tuendi ſui cauſa, ædificata: in monte ſita, ſicut adhuc foſſæ apparent. Altera arx, non longè à Cœnobio Murrharto, in loco depreſſo, VVolckeburgum dicta fuit: vbi etiam num argenteæ monetæ Ethnicorum, interdum effodiuntur. Inter has duas arces, cellula quædam vetus, ſeu manſiuncula, erat: in qua Sacerdos quidam eremita, VValterichus nomine, ſe tolerabat, prope amnem Muram. Quæ ſolitaria vita, tunc etiam magni ab hominibus fiebat.

Ludouici Pij cum ipſo collocutio.

Quadam autem nocte, cùm IMP. *Pius cogitaret triſtis: quid ſibi moleſtiarum à ſuis accideret, patientiamq́ à Deo peteret: obdormiuit, viſumq́ oblatum ei fuit Eremitæ cuiuſdam, ante ſimulacrum Chriſti procumbentis: voxq́ audita, iubens ipſum poſtridie matutino tempore ſecus Muram equitare. Occurſurum Eremitam, & dicturum, quid ipſi faciendum eſſet. Fecit ſic Ludouicus: Eremitamq́ eo habitu reperit, quo in ſomnis viderat: eoq́ viſo, gauiſus eſt. Poſt longiorem collocutionem rogauit eum VValterichus (hic enim ille Eremita erat) vt poteſtatem ſibi faceret, ædificandi ibi Eccleſiolam, & domicilium, in vſum duodecim Eremitarum: vtq́ de circumiacentibus ſyluis partem (τέμενος) ſibi & illis daret: quam ſuſtentationis ſuæ cauſa eruncarent, atque colerent. Addidit conſolationem: ſic fore, vt Cæſar & præſentes ærumnas vinceret: & in futuro rebelles, in ordinẽ cogeret. Fidem orationi eius, Pius habuit (quam, veram fuiſſe, euentus poſtea probauit) annuitq́ petitioni eius: quam et literis ſigilloq́ ſuo confirmauit, quorum ſumma hæc eſt.*

ſum-

Quoniam Maieſtas imperij Romani ſit ab illo, qui Regna mundi moderetur: meritò duci primordium ab illo ipſo: cuius gratiâ ipſe ad temporale Regnum peruenerit. Notum ergo facere omnibus, tum præſentibus, tum futuris: cùm quodam tempore diligenter cogitauerit: quomodo tẽporalibus ſuis èmere poſſet æterna bona: Deus autem rectis cogitationibus faueat: ſibi mox, quod voluerit contigiſſe. Nam diuino beneficio, venerabilem Eremitam VALTERICVM *ad ſe veniſſet orantem, ſibi locum ſeparatum concedi, in quo ſeruire Deo poſſet. Se igitur, re cũ fidelibus ſuis deliberata: bono viro, in ſylua iuxta arcem ſuam, Muræ vicinam, Hunneburgum dictam, locũ habitandi conceſſiſſe. Cognita deinde honeſta conuerſatione eius: ſe illum ſibi confeſſorem (cui peccata ſua confiteretur) ſumpſiſſe. Nec etiam multò pòſt, eius vitæ ſolitariæ cõgruenter, duodecim fratres conſtituiſſe: qui ſecundum S. Benedicti diſciplinam, Monaſticam ibi vitam colerent. Ipſis, & eorum ſucceſſoribus, de ſylua quatuor locis circùm, ſingula milliaria, cum omnibus commoditatibus, ad ſuſtentandos eos, in perpetuum tradidiſſe. Pauco tempore pòſt, numero diuinorum Miniſtrorum, eò venientium, aucto: ſe ipſis conceſſiſſe tres Parochias: Fichbergam, Murrhartã, Sultzbacham, cum pertinentiis earum. Mandaſſe quoq;, vt Hunneburgum deſtrueretur: & ex lapidibus eius, Eccleſia ædificaretur: atq; ad honorem S. Trinitatis, & B. Virginis Mariæ, ſanctiq; Epiſcopi Ianuarij, conſecraretur. Addere prædictis Eccleſiis ſuam Oſvvilæ curiam, cum Eccleſia Parochia, & curia Erckemerhuſa, ac bona Lauffenſia, cum* XXXV. *Miniſtris* (Dienſtleuten) *& pluribus mancipiis* (Eygenleuten) *ſuis. Nomina autem Miniſtrorum eſſe. Ex arce Hunneburgo, Biſolfum & Rugerum fratres: cum quinq; filiis ſuis: Biſolfo, Brungero, Richero, VViemaro, & Rimaro. Nec non alios, ſtrenuos equites eius arcis: Diethanum, VValdmarum, Tilum, & VVidekindum. Totam etiam familiam Francofurtenſium: Ludouicum, Adelgerum, Richardum, VVigmãnum, Rhuthardum, & VVertvvinum. Nathochum etiam, Vadmundum, Sintherum, Haddonem, Rhuboldum, Rugerum, Adolfum, Hilpertum, Regulonem, Adelramum, Bernhartũ, Hartmannum, Enchilum, Hemmonem, Gotsbaldum, Ludouicum, & duos eius fratres, VVinrhatum, & VVickmarum: cum ſuis nepotibus, Giſelberto & Henrico. Deinde maioris confirmationis gratia, ſe miſiſſe venerabilem patrem Valtericum, cum Legatis ſuis, ad Rom. Epiſcopum Stephanũ: & oraſſe, vt hic ab illo Abbas conſecraretur. Se etiam pro Imperatoria liberalitate velle: vt ab omni tributo pendendo, in perpetuum immunes ſint: nec quiſquam, in ipſorum territorio quicquã ædificandi aut plantandi ius ſibi ſumat. His ita Romæ obtentis: rediiſſe ſuos legatos; & nouũ Abbatem, duobus comitatum Cardinalibus, Paſchale & Ioanne: ac veniſſe ad comitia principum, tunc VVormaciæ acta. Recepiſſe ibi ſe, coram Cardinalibus & Principibus, Murrhart[illegible] Abbatem, cum omnibus eius fratribus, in tutelam ſuam, omniumq; ſuorum ſucceſſorum. Velle, vt omnis priuil. & iura, illis à D. Papa, & à ſua maieſtate, conceſſa, inuiolata conſeruentur. Item, vt Abbate mortuo, poteſtas ſit conuentui, alium Abbatem conſtituendi, eo loco dignum: ac præficiendi ſibi, quem idoneum iudicent, patronum: eundemq;, ſi incommodũ ſentiant, remouendi. Si quis Epiſcopus, Dux, Marchio, Comes, Abbatem & conuentum lædat, damno ve afficiat: in mulctam centum librarum auri (Maieſtati ſuæ & cœnobio æqualiter diuidendarum) incurriſſe. Hæc, ſigillo Imperatorio ſubiecto confirmata.*


Piuilegium VValthericho ab Imp. conceſſum, cœnobij ædificandi.

Fichberga. Sultzbacha. Hunneburgicæ arcis deſtructio. Oſvvila. Erckemerhuſa. Lauffa.

Murrharti tutela.

Piiſſimi Ludouici Imperatoris.

Ludolfus, Moguntinenſis ſedis Epiſcopus, ſubſcripſi.



Inuictiſſimi Imperatoris.

Dudo Cancellarius recognouit.

Datum VVormaciæ, anno incarnationis Dominicæ octingenteſimo decimoſeptimo, Indict. X. tertio anno Regni, & primo anno Imperij, Domini Ludouici, feliciter. Amen.

Ita Murrharti cœnobij principium, imperante Ludouico Pio, factum eſt. Aliis tamen tempore aui eius, Regis Pipini, fuiſſe videtur. Nam vidi ego (inquit VVidemannus) apud honoratiſſimum & doctiſſimum virum, Laurentium Friſeum, VVirceburgicum Conſiliarium & Secretarium, fautorem meum ſingularem (qui omnium Monaſteriorum & Collegiorum fundationes in Epiſcopatu VVirceburgico, ſumma diligentia in librum benè magnum collegerat) exemplar deſcriptum: in quo Carolus M. Cellæ quoq; Murrhartinæ meminit. Sententia eſt.

Laur. Friſeus.

Carolus, diuina gratia Rex Francorum & Longobardorum, & patricius Romanorum. Credimus nos, quicquid ad loca religioſa conferamus: id ad commodum animæ noſtræ, & ſtabilitatem Regni noſtri pertinere. Petiit à noſtra excellentia, inſtantibus chara noſtra coniuge Faſtrada, reuerẽd.q́; Moguntinenſ. Eccleſiæ Archiepiſcopo Bonifacio, reuer. VVirceburgẽſis Epiſcopus Burchardus: vt quadam dilecti patris noſtri Pipini, inclyti Regis, loca, ſibi propria traderemus: videlicet Neuſtadium, Hohenburgum, & alias cellas: Amerbachum, Schluchternam, & Murrhartum: ad ſedem ciuitatis VVirceburgenſis, ad reliquias laudati martyris Chiliani: quas conſtat ibi ſepultas eſſe. Nos ergo Burchardo (cui parens noſter Pipinus, nondum tunc Epiſcopo, de iis locis aſſenſus erat) & ſucceſſoribus, hæc petita concedimus: vt inde cultus diuinus augeatur; Monachorum virtus eniteat; & furentis mundi peruerſitas deſinat. Confirmamus hæc, teſtibus Zacharia Papa venerando, & Archiepiſcopo Bonifacio, in perpetuum, ſigillo noſtro roborantes.

Murrhartũ, & aliæ cellæ.

Datum menſe Octobri, x x. anno noſtri
Regni, x. anno Italici.

Faſtrada.

Hæc, ibi. Si iam reſpicias XX. *annum Francici Regni in Carolo: qui Pipino patri 768. in eo ſucceſſit: ſcriptum fuerit hoc priuilegium anno 788. ac Faſtrada quidem & Burchardus, tũc adhuc vixerunt: ſed Archiepiſcopus Mogunt. Bonifacius, à Friſiis iam anno 755. occiſus erat: Zachariasq́; Papa 751. obierat. Si deinde Italicum Regnum numeratur ab illo tempore: quo Lõgobardorum Regnum à Carolo ſublatum eſt: factum id legimus anno 774. Tunc* X. *annus Italici Regni caderet Carolo in annum 784. qui profectò cum 787. anno Regni eius Francici nõ conſentit. Has ſoluat tricas, ſoluere qui poterit. Autographa prodeſſet adeſſe.*

Præſentia enim ego ſic ex Germanico VVidemanni libro conuerti, vbi aliter ſe non habebant.

Cella & Monaſterij differentia.

Quod ad ipſum Murrhartenſe cœnobium attinet: quod regnante Pipino iam fuiſſe putatur: ſciendum eſt, id tunc fuiſſe tantùm cellam: vel caſulas aliquot Eremitarum: victum labore manuum ſibi parantium: nullos reditus vel prouentus annuos habentium.

A Ludouico verò Pio, Monaſterium conditum eſt, & ſuis commodis dotatum. Ideo iuſtius ipſe, quàm Pipinus, auctor eius eſt dicendus.

Hoc priuilegium confirmaſſe quoque dicitur Cæſar Otho III. pridie Idus Decemb. anno 993. Sic & Conradus II. 13. Calend. Iun. 1025.

MVRRHARTENSES ABBATES: HVIVS MONASTERIJ fortuna, & ædificia, ac ſepulcra quædam.

CAPVT XIII.

P*Rimus Abbas huius cœnobij fuit, vt dictum eſt, Eremita VValterichus. De quo plura non habeo: quàm hos antiquos Rhythmos Germanicos: ad me à pio & docto viro, M. Valentino Claſſio, Eccleſiæ in oppido Murrharto Diacono, miſſos.*

De Eremita VValtericho.

Waltericus der ſelig Einſidel/ in groſſer andacht/
Bitt Gott für die Chriſtenheit Tag vnd Nacht.
Der Keyſer Ludouicus hett ein wolgefallen in Waltricus Leer/
Darumb bat er jhn/ daß er ſein Beichtvatter weer.
Keyſer Ludwig gefiel wol Waltricus Leben:
Hat jhm ein Meil vmb das Kloſter geben:
Wäld/ Waſſer/ Leut/ Gut vnd Gerichten:
Zu jagen/ zu fiſchen/ vnd mit dreyen Pfarrkirchen.
Das Schloß Hunnenburg ward zerbrochen/ Thurn vnd Mauren:
Vnd warden die Stein an das Kloſter gebawen:
Daß die zwölff Brůder nicht wurden vberladen/
Vnd nicht kämen in vnruh vnd ſchaden.
Keyſer Ludwig ſchickt Waltrich gen Rom mit ſeiner Bottſchafft/
Vmb beſtätigung Bäpſtlichs gewalts/ vnd von Göttlicher krafft.
Vom Bapſt Stephan iſt das Kloſter beſtätigt worden/
Mit Stab vnd Inful/ nach laut Benedicti Orden.

Waltrich

Waltrich mit zweyen Cardinäln gen Wormß zum Keyſer kam:
Vor allen Fürſten deß Reichs die Freyheit deß Kloſters auffnam:
Vnd die mit dreyen Kirchen empfieng.
Keyſer Ludwig ſprach vnd anfieng.
Welcher Hertzog/Biſchoff/Marggraff/Ritter/oder Knecht/
Das Kloſter Murrhart entſetzet ſeiner Freyheit vnd Oberkeit/ohn recht:
Der ſol hundert Marck Golds zu ſeiner ſtraff verfallen ſeyn:
Halb dem Keyſer/vnd halb dem Kloſter/zu wider geben ſchuldig ſeyn.
Alſo iſt das Kloſter geweycht/gebawen/vnd gemacht:
Darinn Gott würdt globt Tag vnd Nacht:
Durch Keyſer Ludwig/den edlen Herren:
Der gefürdert hat Gottes lob/preiß vnd ehren:
Alß man zahlt nach Chriſti geburt/achthundert/ſechtzehen Jar.

Reliqui Abbates, plerią; deſunt. Variæ enim calamitates Monaſteriis permultis acciderũt, alio atq; alio tempore. Bella autem, incendia, ſpoliationes, Bibliothecarum & ſcriptorum peſtes ſunt.

Monaſteriorum calamitates.

Reſtant igitur tantùm recentiorum temporum Abbates: ab eodem Cleſſio ſuppeditati.

1. *Ioannes: qui obiit 1444.*
2. *Ioannes II. qui obiit 1460. cùm præfuiſſet cœnobio annos 16.*
3. *Herboldus (al. Herbrotus, vel Herbortus) per A. 13. qui obiit 1473.*
4. *VVilhelmus Egenus: qui, cùm A. 13. Abbatiam rexiſſet, diem ſuum 1486. obiit.*
5. *Ioannes Schradinus, A. 15. Obiit 1501.*
6. *Laurentius Gaulus, A. 7. Obiit 1508.*

EPITAPHIVM EIVS, in Templo Monaſterij.

Anno Domini M. CCCCC. VIII. *obiit reuerendus Pater ac Dominus, D. Laurentius Gaul, Abbas huius cœnobij Murrhart: cuius anima requieſcat in pace. Amen.*

7. *Ioannes Vaius: qui biennio Abbas, defunctus eſt 1510.*
8. *Philippus Rennerus, qui item 2. A. dignitatem gerens, obiit 1512.*
9. *Oſvaldus: qui cùm 15. A. præſediſſet, viuendi finem 1527. fecit.*
10. *Martinus Morlinus, A. 21. Obiit 1548.*

EPITAPHIVM.

Habes, viator, in hoc conditorio, oſſa piiſſimi, præclarią; viri, Martini Abbatis Monaſterij Murrhart: qui ſtrenuè, ſumma animi fortitudine, conſtantiaą;, vitam duxit: qui etiam miſeris ſuccurrere didicit. Iam verò in communem abiit locum Chriſtianiſſimè, atque Catholicè. Cuius anima Deo viuat. Vixit annis LVIII. *& à Chriſto nato* M. D. XLVIII. *die 13. Iunij, emigrauit.*

Morlinus Martinus.

11. *Thomas Carlinus, A. 4. Obiit 1552.*

EPITAPHIVM.

Scias, candide Lector, hoc ſaxũ venerabilis & pij Domini Thomæ, huius Monaſterij Abbatis, corruptibile corpus obtegere. Qui erga Deum & homines Chriſtianum geſſit animum. Etiam tam Monaſticæ religionis, quàm ædificiorum, reſtaurator fuit. Anno ſalutis 1552. die 21. Iulij, vitã terminauit. Vixit an. LVI. *Regnauit autem 4. Cuius anima requieſcat in pace. Amen.*

12. *Otho Leonhardus Hoffeſſius: qui præfuit per A. 20. vſque ad 1572.*
13. *M. Zacharias Ezzelius: habens apud nos Tybingæ, iam per annos plures, bonum & doctum filium, M. Michaëlem Ezzelium, adhuc hoc 1590. anno.*

Contulêre multi diuerſis temporibus ad hoc Monaſterium multa: præſertim Comes quidam Kochengouius (teſte VVidemanno) cuius familiæ qui poſtremus fuit: dicitur tempore Caroli IIII. Imp. defunctus ad 1378. Chriſti eſſe: ac tunc comitatus ad Imperium Romanum veniſſe. Parochiam ille benefactor Kochenvveſtheimenſem, cum curia & bonis ibi, decumasą; omnes Roſengartæ (villarum, ad Parochiam VVeſtenſem & Ottendorfiam pertinentium) Monaſterio Murrhartico tradidit. Quædam item virgo, Sueuiæ Dux (extra op. Botvvaram in fano D. Virginis ſepulta) decumas Botvvaricas, & alia commoda, ad idem cœnobium deuoluit. Ac magna eius incrementa facta ſunt: Abbatibus œconomiam bene gerentibus. Sed etiam per tumultus

Kochengouius comitatus.

Roſengarta.

Murrhartẽſis cœnobij fortuna.

bellicos, per iniquitatem patronorum, per diuerſationes inibi exterorum, nō rarò facultates eiuſdem decreuerunt. Semper tamē rurſus è difficultatibus emerſit: præſertim duorum ex Leutzenbrunno Abbatum fideli adminiſtratione. Multos quoque annos, ſub tutela Imperij fuit.

Plura de fortuna huius Monaſterij, nunc non dicam, ſed ſuo tempore: quando ad annos horum Abbatum, Deo volente, venero. Hoc tamen adijcio, anno 1525. quando Agricolæ tumultuabantur paſſim, priuilegia & alia ſcripta illius periiſſe.

Ædificia quædam ibi antiqua.

Eiuſdem ædificia. *Primum Murrhartenſe fanum, ex arenaceis lapidibus factum (in quo VValterichus ſuas horas cum fratribus cecinit) reſtat, ac paruum eſt: in cœmeterio ſitum, iuxta magnum cœnobij Templum. Oppoſita inter ſe ibi ſunt lapidea ſedilia ſena: & ſcamnum, in quo ſederet Abbas. Nā in* XIII. *viros, initiò ab Imp. Ludouico cœnobium erat fundatum. Monachis autem, rei diuinæ vacantibus: populus extra hoc paruum fanum ſtabat: per foramina forium introſpiciens, vt adhuc apparet. Sequenti tempore Baſilica, ſeu magna Eccleſia, ex Hunnaburgi diruti ſaxis conſtructa fuit.*

Rumor fuit (teſte VVidemanno) inſanos & dæmoniacos homines, catenis adductos, ſepulcro VValterichi noctu incubantes, malo liberatos diſceſſiſſe.

Me puero (inquit idem) ſtagnum, quod inter veterem Abbatiam, & Eccleſiam Parochialem, eſt, Abbate Ioanne Schradino renouante: inuentus eſt arenaceus lapis: in quo, cum idolis inciſis, hoc etiam Epigramma erat:

D. M.

Epitaphia priſca. ASSON. IVSTVS. MIL. COHOR. XXIIII. VEN. VIXIT AN. XL. CVNCTVS MVS. SIC. HÆRE. SVA. VOL. F.

In Eccleſia, ſupra VValterichi ſepulcrum, lapis his verbis inſcriptus iacebat.

MEDVLIO. CANTO. PATRICIO. ET VICTORINÆ. MATRI. CARANTIA ÆLIA. FILIA. DVLCISS. HÆR. EX TESTA. POS.

IN TVMVLO FVNDATORIS
cœnobij Murrhartini.

ANNO DOMINI OCTINGENTESIMO DECIMO SEXTO, OBIIT ILLVSTRISSIMVS ROMANORVM IMPERATOR SEMPER AVGVSTVS LVDOVICVS, FILIVS CAROLI MAGNI, COGNOMENTO PIVS, FVNDATOR HVIVS MONASTERII: CVIVS ANIMA REQVIESCAT IN PACE. AMEN.

Deſcripſit mihi ſupradictus M. Cleſſius: cumq́; per literas à me moneretur: Imp. Ludouicum non anno decimoſexto, ſed quadrageſimo, ſupra octingenteſimum, fato functum eſſe: reſcripſit, omnino decimum ſextum ibi annum poſitum eſſe: qui magnus eſt error, vel eius, qui Epitaphium hoc fecit: vel illius, qui inſcripſit. Cuiuſmodi errores, in præcedente capite, vbi Caroli M. priuilegium, à me annotati fuerunt.

RVINA PORTICVS CVM IMP. LVDOVICO PIPINI, DIuiſionem Regnorum à Ludouico factam improbantis, contra eum coniuratio, pœna, & obitus. Abbas Campidon. Kaltenberger. Imperatricis Irmegardæ mors. Controuerſia inter Conſtantienſem Epiſcopum, & Abbatem Sangallenſem. Comitia Imp. Pij, de reformandis Eccleſiaſticis & Politicis rebus. Cœnobiorum Viſitatores. Librorum deſcriptio per ſacratas virgines.

CAPVT XIIII.

ANno 817. *luna nonis Febr. hora noctis 2. defecit: cometes, in ſigno Sagittarij apparuit. Annal.*

Ruina porticus Aquiſgrani. *Cùm Imp. Ludouicus Aquiſgrani eſſet: ibi feria quinta, qua cœna Domini celebrabatur: cùm è Templo, ſacro officio peracto, is domum ſe referret: lignea porticus, per quam ipſe cum* XX. *optimatibus tranſibat, fulcris putrefactis, procubuit, ſuper incedentium pondere.*

Impera-

Imperator igitur, cum nobilitate, aliisq; pluribus, vario caſu ad terram vnà decidit. Cæteri, plus læſi: ipſe, à contuſione vigeſima die opera Medicorum rurſum ſanus fuit: ac Nouiomagum profectus, venatu ſe exercuit. Deinde Aquas reuerſus: maximum natu filiorum Lotharium, Imperatorem & Regem Franciæ, publicè deſignauit: Pipinum verò, Aquitaniæ: & Ludouicum, Bauariæ vel Noricorum, Reges. Vogeſi montis (quo Alſatia & Burgundia ſeparatur à Lotharingia) ſaltum venandi cauſa petens: obuios habuit Imp. Græci Leonis Legatos: quos cùm Ingelheimico in palatio iuxta Moguntiacam ciuitatem, pacificos audiuiſſet: celeriter expeditos dimiſit: & inſtitutum perſecutus eſt.

Filiorum Imp. Ludouici promotio ad ſummos honores. Vogeſus mons.

Diuiſione illa Regnorum in Italiam perlata: Rex Bernhardus ſe commouit (præſertim à quibuſdam Franciæ proceribus impulſus) vt Ludouicum Regno Francorum exueret. Opinabatur enim, id magis ad ſe pertinere: vt Pipino natum, maiore natu Caroli filio, quàm Ludouicus eſſet. Itaque, copiis ex omni Gallia atque Germania conductis, Imperator contra Italiam feſtinauit. Bernhardus rebus ſuis diffidens (præſertim ſuis quotidie ipſum deſerentibus) armis depoſitis, apud Cabillonem (Galliæ Lugdunenſis oppidum) deditionem fecit. Cæteri quoque coniurationis anteſignani, in poteſtatem venerũt: viri illuſtres, multi nobiles, & aliquot Epiſcopi: Anſhelmus Mediolanenſis, VVolfoldus Cremonenſis, & Theodolfus Aurelianus. His omnibus, ſequenti anno, paucis poſt Paſcha diebus, capitalis ſententia irrogata eſt. Sed Pius, luminibus tantùm orbari iuſſit: Epiſcopos, Synodali decreto depoſitos, Monaſteriis mancipari: cæteros, pro genere delicti, vel exilio proſcribi, vel in Monaſteria detonderi. Mortuus eſt inde Bernhardus: & Mediolani in æde S. Ambroſij ſepultus: cum hoc eulogio in Cippo. Bernardus, ciuilitate mirabilis, cæteriſq; virtutibus inclytus Rex, hic requieſcit. Regnauit annos quatuor, menſes quinq;. Obiit decimoquinto Kalend. Maij, Indictione vndecima: filius, piæ memoriæ, Pipini.

Bernhardi, Italiæ Regis, infelix cõtra Ludouicũ motus. Coniuratorum pœna. Bernhardi R. epitaphium.

Gothardus Kaltenbergerus (Bruſch. & Campidonenſis M. Scr. liber) Aquiſgranenſis, electus eſt 817. Campidonenſi cœnobio Abbas: vir non tam genere, quàm probitate, nobilis: qui præfuit 23. annos. Condidit Dormitorium & Refectorium inſigne: & duas magnas fecit campanas, quæ longè exaudiebantur. Eæ, tũc quidem in ligneo ſupra murum ædificio ſuſpenſæ erant: vbi poſtea S. Laurentij fanum ædificatum eſt: ſed inſecuto tempore, hoſtium incurſu perierunt.

Kaltenbergerus Abbas.

Anno 818. Regina Irmengardis, Imp. Ludouici coniux, in ciuitate Andegauorum, V. nonas Octob. deceſſit: poſtquam eclipſis fuiſſet Solis VIII. id. Iulias.

Irmingardæ, Imperatricis obitus.

Nati Ludouico ex illa fuêre, Lotharius, Pipinus, & Ludouicus.

Hoc anno VVolfoleon (al. VVolfleos) Cõſtantienſis Epiſcopus (de quo ſuprà etiam dictum) Sangallenſem Abbatiam ſibi vindicare ſtudebat: ſed reſtitit ei Abbas Gotsbertus. Lite ad Imp. Ludouicum delata: ipſe ſententiam tulit, vt Epiſcopus deſiſteret à ſua petitione: Abbas autem Epiſcopo quotannis daret equum, & duas vncias auri. Alio tempore poſt, Ludouicus Lotharij frater, Germ. Rex: Conſtantienſem Epiſcopum Salomonem, & Sangallenſem Abbatem Grimvvaldum, Vlmæ ſic compoſuit: vt hoc cœnobium, quoad temporalia, eſſet ſeparatum ab Epiſcopatu: ſed, quoad ſpiritualia, ei ſubiectum.

VVolfoleon. Conſtantienſis Epiſcopus Salomon.

Monachorum etiam eligendi Abbatis libertatem, antea ipſis redditam, rogatu Grimvvaldi confirmauit: ſed ita, vt Cæſaribus & Regibus quotannis penderẽt duos equos, duos clypeos, & duas lanceas. Stumpf. lib. 4. cap. 31. & lib. 5. cap. 4.

Anno 819. conuentus Aquisgrani, poſt natalem Domini habitus eſt: in quo multa de ſtatu Eccleſiarum & Monaſteriorum, tractata atque ordinata ſunt: & legibus capita quædam neceſſaria, quæ deerant addita. Speciatim actum eſt de vitiis ex Eccleſia extirpandis: de bonis moribus reuocandis: de ſcholis excitandis: de clericorum delectu habendo: de Monaſteriorum diſciplina: de pace publica. Conſtituti tunc, Viſitatores (qui, MISSI nominati ſunt) qui ſingulis annis Monaſteriorum mores inuiſerent. Quibus de rebus Auentinus lib. 4. ſcribens, poſt natalem Chriſti, inquit, conuentum ad Aquas Graneas Pius cogit. Pontifices, Monachos, Sacerdotes, vitam Chriſti, authoris noſtri, & legatorum eius, æmulari, ſpretis negociis prophanis: literis operã dare, ſacræ philoſophiæ ſtudere, pueros docere, libros omnium profeſſionum ſcribere, iuſſit, ſciuit. Ne ſacratas quidem fœminas, ab hoc labore liberauit. Extant paſſim in Bibliothecis, cuiuſuis generis libri, in membranis: quos virgines ſanctæ ſcripſerunt. Monachos, Monachas ad vnum veſtitum ritumq; viuendi, Pius redegit: legibus quædam capita addidit. Feſtum omniũ cælitum diem, in Calendas Nouembris tranſtulit. Hæc, ille. Sic in vicini nobis Rotenburgi Carmelitana Bibliotheca, hodie ſacrorum Bibliorum antiquus codex eſt, virginea manu elegantiſſi

Eccleſiarum & Monaſteriorũ reformatio. Viſitatores eorum Miſſi. Libri, à ſanctimonialibus deſcripti. Virgo, Bibliorũ deſcriptrix.

Typographiæ vtilitas. *Scriptores hodierni.*

mè ſcriptus, vt intuentes miraremur. Hodie, labore hoc opus non eſt, arte Typographica inuenta. Interim nihilominus, & in Sueuicis ciuitatibus, & in cætera Germania, Magiſtri plurimi ſunt, tanto artificio, varia ſcripturarum genera (atramento, aliis coloribus, auro, argento) calamo exarantes: vt Maioribus noſtris, ſi reuiuiſcerent, intuentibus, maximam ſui admirationem facturi eſſent.

VXOR ALTERA IMP. LVDOVICI, IVDITHA GVELFA.

Guelfonum ſtirps, der Wülfinger. Palatinatus Rheni, & Bauariæ Duces. Guelfi & Gibelini. Sueuia vetus & recentior. Strabonis Geographi patria. Donationes VVingartenſis Monaſterij, & Guelfonum inibi ſepultura.

CAPVT XV.

Juditha, altera Ludouici Imp. vxor.

E*Odem 819. anno, Imp. Ludouicus, noui matrimonij auidus, inſpectis plerisque nobilium filiabus: Catuli, ſeu VVelfi, ſiue VVelfonis primi, Comitis Alttorfenſis Sueui, Domini Rauenſpurgi, filiam Iuditham vel Iuttam, virginem cæteris forma præſtantiorem, vxorem duxit: ex qua poſtea Carolus Caluus prodiit. De VVelforum autem, ſeu Guelfonum, origine, ſuprà lib. 12. c. 16. partis 1. dictum eſt. Soror fuit iſta Iuditha, Conradi & Rudolfi: quorum poſteri, potiti ſunt Bauaria. Rurſum deinde, menſe Iulio, cōuentus Ingelheimi habitus: de bello in Pannonia, vel Hunnia, contra Lindeuitum (al. Liudeuitum) qui rebellabat, gerendo.*

VVingartenſe, ſeu Vinearum, Monaſteriū.

Quia VVelfonum (à quibus vinearum Cœnobium, lib. 12. cap. 10. partis 1. diximus conditum eſſe) mentio hic renouata eſt: age ponamus eorum genus, partim ex Auent. partim aliunde: vt, vbi poſthac rurſum de aliquo eorum dicetur: huc recurſus fieri, & nidus eius reperiri, poſſit.

GENEALOGIA GVELPHONVM.

Guelphonum Genealogia. *VVelfen.* *Pantaleonis Cella.*

1. *VVarinus, Chriſti 752. Comes Alttorfij, poſtea VVeingarten dicti.*
2. *Eiſenbartus, 780.*
3. *Guelpho, illuſtris Comes Alttorffenſis & Raueſpurgenſis, 820. ſororem habens Bertham, Cellæ Pantaleonis fundatricem. Numeratur primus Guelpho, ab Auentino: ſed alij, ſequentem Guelfonem pro primo habent.*
4. *Ex illo nati tres liberi. Conradus, 870. Rudolphus I.*
Iudita, Imp. Ludouici Pij vxor, 819. 847. mater Caroli Calui.
5. *Rudolfi filius, Ethicho: qui apud Ambrones, vel in villa Ambirgouia (Amberg) conſenuit: vbi Monaſterium XII. fratrum extruxit (ibi ſepultus) poſtea aliò tranſlatum.*
6. *Ethichonis liberi. Henricus I. Tranſtulit Monachos Amberga Altemünſteram,* oder gen Altoniſmünſter/ *Boiariæ ædem. Bardo, aquis à Cimbris vel Danis ſuffocatus, 880.*
Luitgardis (Vrſpergenſi, Hiltegardis) Regina Oſtrofranciæ: nupta Regi Ludouico II. qui Ludouici filius, & frater Imp. Caroli III. ac Carolomanni Bauari Regis, fuit.

Hohenvvart.

7. *Henrici filius, Henricus II. cuius vxor, Hatta: Comes Bauariæ Hohenvvartenſis, Dieſſenſis, & Andechſenſis.*
8. *Hinc nati. Rudolph. II. viuens 940. S. Conradus, Epiſc. Conſtantienſis, 976. Et Ethicho.*
Rudolfo vxor fuit Rixa, vel Richenſa: filia Henrici Aucupis Imp. 937.
Ethicho, conditor Dominorum Rhætiæ Curienſis: dictorum de Schvvits, Rapoldsvvila, Heſzel, & Vſtera.
9. *Rudolphi filius, Guelpho (qui habetur pro primo VVelfone) habitans in Bauariæ vico VVelphonio. Vxor eius, Imitza, obiit 980. ſepulta in Altonis Monaſterio, ab ipſa amplificato.*
10. *Rudolphus III. Vxorem habuit Itham, 1020. gente Sueuam: haud longè à lacu Brigantino ortam: filiam Conradi Oeningenſis: neptem Imp. Othonis M. ex filia Richolita: ſororem Kunigundis, vxoris Friderici, in Dieſſen & Andechs principis.*

S. Kunigūdis.

11. *Rudolpho nati. VVelpho II. 1047. Eius vxor fuit Irmegarda (al. Irmetruda) Comes Glichsbergiæ (al. Grisbergiæ) ex Franconia: ſoror S. Kunigundis Auguſtæ. Tranſtulit ex VVeingarten, Sueuiæ collegio, ſacratas fœminas, in Altonis Monaſterium: & hinc Monachos illò commigrare iuſſit. Brunoni Auguſtano Epiſcopo infeſtus, eam vrbem cepit & diripuit.*
Richolita (Richlind) Adaloberoni, Comiti Eberſpergio, nupta.

Hainri-

Heinricus III. *natu minimus, in venatione ab apro percuſſus, periit Leoniis: pago Noricorum ad Atheſin, inter Piſonium & Meraniam* (Boſʒen vnd Meron) *vrbes.*

Venator infelix.

12. *VVelfonis liberi. Chunigundis, vel Cuniſſa, mater VVelphonis* IV. *Ducis Boiorum, ex Actio vel Azzone, Eſtenſi Marchione, cui nupſerat.*

Guelpho III. *qui accepit ab Henrico* III. *Imp. Ducatum Charionum* (*Charinthiæ*) *& Marchiam Veronenſem. Deceſſit ſine prole, in Caſtro Bodmena, 1055. antè diſtributis facultatibus VVingartenſi Collegio Sacerdotum & Monachorum. Sed mater Irmetruda, abolito teſtamento, accerſiuit nepotem ex filia, eumq́; fecit hæredem.*

Chariones. Carinthij.

13. *Guelpho* IV *Azzonis & Chunegundæ F. Qui, adnitente matre atq; auia, ab Imp. Henrico quarto hæres auũculi* (*VVelſi* III.) *inſtitutus eſt: & ab eodem Ducatui Bauariæ præfectus, an. Domini M.* LXXI. *Sexennio autem pòſt expulſus eſt: quòd Papæ contra Imperatorem adhæreret. Deinde, Auguſtam Rhætiæ captam diripuit, Sigefrido Epiſcopo capto.*

14. *Guelphonis filij, Guelpho* V. *& Henricus. Guelphonis* (*Ducis Boiorum, Ambronum, & Lycatiorum, 1119.*) *vxor fuit Mechthildis, vel Mathildis, Marchionis Italiæ ditiſſimi Bonifacij filia: ditiſſima Papæ Gregorij* VII. *vel Hiltebrandi fautrix.*

Mechthildis. Mathildis.

Henricus, cognomento Niger, Dux Bauariæ: cui nupta fuit VVilphildis, filia Magni, Ducis Saxoniæ. Mortuus eſt Raueſpurgi 1125. Ambo ſepulti in cœnobio VVingartenſi.

15. *Ex Henrico & VVilphilde nati ſunt 7. liberi: filij tres, Conradus, Henricus, Guelfo* VI. *filiæ verò quatuor, Iuditha, Sophia, Mechthildis, VVilphilda.*

Conradus, Monachus Clarauallenſis, peregrinator Hieroſolymitanus. Henricus, cognomẽto ſuperbus: habens filiã Lotharij II. *Imp. Gertrudẽ Dux Bauariæ, Saxon. & Tuſc. 1139. mortuꝰ.*

VVelfo, Dux Bauariæ, Spoleti, Sardiniæ, Marchio Tuſciæ. Vxor eius, Vtha: filia Godefridi, ditiſſimi Palatini Comitis de Kalenleuu, vel Kalua, vel Kalb. Diu hic VVelfo bellum geſſit cum Duce Sueuiæ, Rege Rom. Conrado III. *& cũ Leopoldo atq; Henrico, Ducibus Auſtriæ, propter ereptã ſibi Bauariam. Mortuus eſt Memmingæ 1191. ſepultus Staingadæ, cuius fundator fuit: hærede inſtituto omnium ſuarum prouinciarum, Friderico Barbaroſſa Imp. filio ſororis ſuæ Iudithæ. Vtha vxor* (*filia Godefridi, neptis Adelberti*) *Obiit 1169. ſepulta Altorfij, in Monaſt. S. Martini: vel apud maritum, Staingadæ.*

Caluenſis comes Godefridus. Memmingæ. Staingadæ.

Iuditha, nupta Friderico, Duci Sueuiæ: ex qua, Barbaroſſa. Sophia, Berchtoldo, Duci Zaringenſi: poſtea verò Leopoldo, Marchioni Styriæ.

Iuditha, Barbaroſſæ mater.

Mechthildis, Dietpoldo iuniori, Marchioni Vochburgẽſi: poſtea, Gebhard. comiti Sultzbach.

VVilphildis, Lud. (*Vrſperg. Rudolpho*) *comiti Brigantino.*

16. *Guelphone ſexto genitus eſt Guelpho* VII. *qui Hugoni, Tubingenſi Palatino, bellum intulit. Obiit peſte in obſidione Romæ, ante patrem, anno 1167. humatusq́; eſt Staingadæ.*

Hugo, Tubingenſis Palatinus.

Heinrico ſuperbo natus eſt Henricus, cognomento Leo: vltimus ex hac familia Princeps Bauariæ: expulſus 1180. à propinquo ſuo Frid. Barbaroſſa in Angliam: retenta ex magno dominatu ſola Brunſvigia. Condidit oppidum Monacum. Obiit 1195. Vxorem habuit Clementiam, Ducis Zaringiæ Cõradi filiam: qua conſtantiæ dimiſſa, Mechthildem Henrici Angli R. filiam duxit. Ab eo deſcendunt Duces Brunſuicenſes & Luneburgenſes.

Henricus Leo. Monacum oppidum.

17. *Henrico Leoni filius fuit Henricus Brunſuicenſis: Palatinus Rheni per matrimonium factus. Obiit 1215. Frater eius fuit Imp. Otho* IV. *qui obiit 1218. & VVilhelmꝰ, Brunſvicẽſis Dux: cui Palatinatum Rheni conceſſit Imp. Henricus* VI. *&, illo mortuo, Ludouico* I. *Duci Bauariæ, ex VVittelſpachico genere, Imp. Fridericus* II. *cuius Ludouici filio Othoni nupſerat Agnes, prædicti Palatini Henrici filia. Hoc modo Palatinatus Rheni, ad Bauaros Principes venit.*

Otho IV. Imp. Palatinatus Rheni.

18. *Henrici Palatini Rhenenſis filiæ: Irmengardis, Marchioniſſa Badenſis.*
Agnes, Palatina Rheni, Dux Bauariæ.

SYNOPSIS HVIVS GENEALOGIÆ.

A. VVarinus, 752. B. Eiſenbartus, 780. C. Guelpho, 820. D.
- *Iuditha Imperatrix, 847.*
- *Conradus, 870.*
- *Rudolphus I. E. Ethicho. F.*
  - *Henricus I.*
  - *Bardo, 880.*
  - *Luitgardis.*

G. ex Henr. I. Henricus II. H.
- *Rudolfus II. anno 940. I. Guelpho primus. K. Rudolfus III.*
- *S. Conradus, 976.*
- *Ethicho. Inuenitur Ethicho quidam Guelfus, Epiſcopus Auguſt. qui 988 obierit.*

L. ex Rud. III. { *VVelpho II. 1047. M.* { *Chunigūdis, Azzonis Itali uxor. N. Guelpho IIII. Dux Bauariæ, 1071. O.* { *Guelpho quintus.* / *Henricus Niger, 1125.* } / *Guelpho tertius, 1055.* } / *Richolita.* / *Henricus III.* }

P. ex Henrico Nigro { *Conradus.* / *Henricus ſuperbus, Dux Saxoniæ, 1139. Q.* *Henricus Leo, 1195. R.* { *Hēricus, Palatinus Rheni, 1215. S.* { *Irmegardis.* / *Agnes.* } / *Otho, 1218.* / *VVilhelmus. Ex quo, Otho: primus Dux Brunſuicenſis & Luneburgenſis.* } / *Guelpho ſextus, 1191. Q. Guelpho ſeptimus, 1166.* / *Iuditha.* / *Sophia.* / *Mechtildis.* / *VVilphilda.* }

Hactenus de Guelfonum proſapia, quantum ſatis eſt (à qua VVingartenſis Genealogia ſicuti diligenter contuli, interdum diſcrepat: ſed hanc malui ſequi) de quibus heroibus, etiam ponam ex Auentini lib. 6. quæ huic loco conueniunt.

Bebelina, vel Gibelina gens. VVolfhardi, VVülfinger.

Fuiſſe in Suevia, inquit, gentem ab Altdorff præcipuam: & huius æmulam, Bebelinam atque Gibelinam (vicus eſt, vbi educatum Imper. Fridericum primum Cæſarem Auguſtum aiunt) authores habeo. Hinc, Friderici, Hainrici, Conradi: illinc, VVelphones, ſiue VVolfhardi (quos Itali Guelfones nuncupant) procreati ſunt. Hi Imperatoribus rebellare, illi obſequentiſſimi eſſe, ſoliti. Quamobrem adhuc ab ipſis Italia, fautores atque amicos Cæſaris, Gibelinos: hoſtes verò, Guelphos, vocitat. Qui primus ab Altdorff, VVelphonis cognomen tulit: ab auſpicio rei militaris, bonoq́ omine belli, traxit. Canis enim, lupes atque vulpes (quorum catulos, VVelphones vocant Teutones) Germaniæ genti bellicoſæ animalia peculiaria, Martiq́ dicata, erant. VVelphones autem, ab Altdorff caſtello, Rauenſpurgo oppido, familia vetere & honorata, atq; ex Principibus Sueuiæ orti, centum atq; nouem annos potiti ſunt Boiariæ Ducatu: Lycatibus (pago, vel gaa, ſuperioris Boiariæ) trecentis amplius annis.

VVelphonis nomen. Altorffum. Lycates.

DE SVEVIA, INDIDEM IN MEMORIAM, QVÆ lib. 1. & 8. partis 1. expoſita ſunt, reuocemus: & alia conuenientia addamus.

Sueuorum antiquitas & amplitudo.

Suenos, inquit, antiquiſſimos, latiſſimos, bellicoſiſſimos, atque notiſſimos, Germaniæ magnæ populos fuiſſe: interiora Germaniæ, partemq́ maiorem intra Danubium, Albim, Viſtulam, amnes, Hercyniam ſyluam, ſinum Codanum (Gotthodanicum mare) vbi nunc Saxones partim, partim Venedi, Boiemi, Morani, Bolij, Luſatij, Pomerij, & alia Sclauorum nationes ferociſſimæ, conſident: obtinuiſſe, propriis nationibus, nominibus diſcretos: à Sueuo, octauo Rege Germaniæ, cognominatos eſſe: apud illuſtres conſtat Scriptores. Hylderico atque Ludouico Magno (Chlodoueo) Regibus Francorum, in Germania atque Gallia, contra Ligerim & Albim, imperantibus: auitas dereliquêre ſedes: ad fontes Rheni Danubiiq́ in Germania, & in Gallia atque Rhætia, Italia tenus, pulſis Romanis, domicilia ceperunt. Vbi quondam habitaſſe Hermunduros, Heluetios, Rhætos ſobolem Hetruſcorum, inuenio. Et ſicut Strabo Teutonicus, ſuæ tempeſtatis doctiſſimus, tradit: S V E V I A triplex eſt. Pars in Germania magna, inter Rhenum Danubiumq́ amnes continetur: pars intra Hercyniam ſyluam, Lycum, Rhenum, Danubium, ad Italiam pertinet. Cæteri, in Gallia Celtica conſident: nunc, Suitones Heluetiiq́ appellantur. Qui Germaniam incolunt: propriis nominibus ſunt Rhætij, Rhemi, VVirtembergēſes, Badenſes, Ducatuum. Hæc nomina, ad vtramq; Nigri (Nicri, Neccari) amnis ripam. Qui Rhætias tenent: Alpini, Hoegij, Engadini, Curienſes, accolæ vallis Venuſtæ, atque Oeni ſuperioris, nuncupantur.

Rhæti. Sueuia recentioris tres partes. Heluetij, Sueui.

Strabo Amaſienſis. Strabo VValafridus.

Strabo Geographus, Cappadox Amaſienſis (ἀμασεὺς ἐξ ἀμασείας) fuiſſe ſcribitur. Auentinus, hoc loco Teutonicum Strabonem ponit. Sic & antè lib. 4. Eſt triplex Sueuia (inquit) ſicuti Strabo noſter, in Sueuia ortus, narrat: quæ ſuo tempori, & libro ſexto, ſeruentur. Sed VValafridum Strabonem, Augiæ diuitis Abbatem, Hiſtoricum ſui ſeculi inſignem (de quo parte 1. libro 11. cap. 2.) intelligi, non dubito.

DE

DE SVEVIA, IODOCI VVILLICHII LOCVS, Comment. in Taciti Germaniam, cap. 16.

Sueuia, duplex. *Vetus.*

Sueuia, inquit, duplex eſt, Vetus & Noua. Vetus, à Tacito deſcripta: quorum alij erant Aquilonares: vt, Semnones, Longobardi, Reudigni, Auiones, Angli, Varini, Eudoſes, Suardones, Nuithones. Alij, Auſtrales: vt, Hermunduri, Nariſci, Marcomanni, & Quadi. Alij Orientales, in Pannoniam & Sarmatiam porrecti: vt, Ligij, Arij, Heluecones, Manimi, Elyſij, Naharuali. Alij, aut in ipſo Oceano, aut in eius littore: vt, Gothones, Rugij, Lemouij, Suiones, Æſtij, & Sitones. Vnde liquet, quanta veteris Sueuiæ amplitudo fuerit. Ex quibus, more Taciti & Plinij, aliquis alios Hermiones, alios Ingæuones, alios Iſtæuones, faceret. Ideo Cæſar & Strabo, Sueuorum gentem, maximam & populiſsimam teſtantur: & Oroſius, eorum quinquaginta gentes memoriæ prodidit. Breuiter, totam Saxoniam, & Veterem & nouam, Sueuia olim complectebatur. Noua verò, hodierna Sueuia eſt: & vbi antea Vindelici quidam, ac Rhæti, habitabant. Hactenus, VVillichius. Ex Semnonibus, etiam in Galliam pars quondam (teſte Andrea Althamero Comment. in Tacit.) migrauerat: quæ ſcilicet Romanos afflixit. His addendum eſt: poſtquam bona pars Sueuorum (vt 1. part. lib. 8. cap. 5. patet) has terras, quæ ſunt ad Danubium & Rhenum, circiter Chriſti 480. & deinceps, occupauit: reliquorum Sueuorum, qui in ſedibus Septentrionalibus remanſerunt, nomina abſorpta eſſe: vt nunc appellentur Saxones, Miſnij, Turingi, Sileſij, Bohemi, Mechelburgij, Brandenburgenſes, Pomerani, cæteriſq; nominibus.

Noua.

Sed ad Guelphones, & Vinearum Monaſterium, reuertamur.

Vineatici Monaſterij incrementa.

Donatum legitur hoc Cœnobium (vt apud Bruſch. eſt) à multis & magnis Principibus: vt, à Guelphone, Ludouici Imp. ſocero: & ab ipſo hoc Ludouico, vxoreq; Iuditha. Item ab Henrico Superbo, & coniuge eius Gertrude: nec non ab Henrico Leone, eius filio. Barbaroſſa quoq;, inter alia calicem 25. marcarum auri eò cõtulit. Muneratum deniq; fuit à Domina Beatrice, Regis Philippi & Irenæ Græcæ filia, quæ Othoni Regi nupſit: atq; ab ipſo hoc Othone, aliiſq; multis.

Irene Græca F. Beatrix.

Eſt quoq; in hoc magnifico Cœnobio, VVelphonicæ familiæ ſepultura celebris, in ſacello S. Oſualdi. Ibi in ſubterranea crypta, VVelphones ordine poſiti ſedere, tanquam in Senatu, dicuntur.

VVelphonum ſepulchretum.

Hæc aliquando iuſſu Imp. Maximiliani 1. aperta: ille, qui cadauerum inſpiciendorum, & aliquid certi de ipſis renunciandi, cauſa, immiſſus erat: ſtatim mortifero odore, qui ingredienti occurrerat, extinctus fertur. Eſt ibidem magnifica etiam Baronum de Kynſeck ſepultura. In Templi aditu pendet coſta ſtupendæ longitudinis: quæ ſororis S. Othmari, primi Sangallenſium Abbatis, fuiſſe dicitur.

Kynſeccij Barones. *Coſta ingens.*

PLVRA DE GVELPHONIBVS, ET IN VVINGARtenſe Cœnobium donationibus.

CAPVT XVI.

Machtholfus.

VOLEBAM *heri, præcedens caput finem eſſe libri huius. Sed ecce hodie Germanicus libellus, in memoriam manuſq; meas incidens: ab ornatiſsimo & egregio viro, iuris ſtudium apud nos ſectante,* IOANNE *Conrado Machtholfo Eſslingenſi (*ANASTASII *Demleri,* V. I. *Doctoris, & in Academia apud nos clariſsimi per annos plurimos Profeſſoris, meamq; ætatẽ pluribus annis ſupergreſsi, genero) ante biennium mecum inſpiciẽdi cauſa communicatus. Qui libellus cùm* XL. *circiter imagines pictas, reſq; aliquot Guelphonicæ Hohenſtauffenſiſq; familiæ, contineret: non prætermittendum duxi, quin aliqua inde quoq; huc (qualiacunq; ad credendum eorum quædam ſint) additamenti cauſa transferrem: cùm præſertim res quaſdam Monaſterij Vinearum, & collata ab illis Heroibus eò beneficia, haberet: imò ex eo (ignotum, per quem) ortum ducere videretur.*

Breuiter igitur res ſic ſe habet.

Guelphonum origo.

Dicitur, Guelphones proceres, à Francis ortos eſſe: qui olim Troiam vaſtatam reliquerint: ac Duce Francione & Turcho, ad Iſtrum vel Danubium venerint: atque Sicambriam vrbem habitauerint: & longè pòſt ad Rhenum (vbi, Oceanus) conſederint. A cæteris deinde Francis, quòd multitudine hominum abundarent: in has terras, vbi Algoia eſt, commigraſſe: excoluiſſe loca ſyluoſa, opibus creuiſſe, Aulam multorum Officialium aluiſſe: tandem etiam Eccleſias præcipuas (Regales nominantur) locupletaſſe: Auguſtæ, Conſtantiæ, Friſingæ, Curiæ, Campidoni, Ottenbyræ. Sub ipſis erant Raueſpurgum, Altorffum, Memminga, & alia illius

Regales Eccleſiæ. *Memminga, Guelphonum.*

tractus multa. Francorum verò à Troianis ortui, à Doctis non ſine cauſa fides derogatur. Nos in medio relinquemus.

Erant deinde imagines illius libelli picta: quas vel propter antiquitatem habitus deſcribā.

Catilina, Catulus. 1. Fœminæ in ſolio ſedentis. Hanc, adſcriptum erat, filiam fuiſſe cuiuſdam Senatoris Romani: cui nomen Catilina fuerit. Eam ab vno huius familiæ, in matrimoniū ductam fuiſſe: ex quo natus ſit Catilina, id eſt, Catulus, Germanicè VVelf.

2. Poſitus erat hic Guelpho: in ſolio ſedens, longo cum capillo, præciſa barba: armatus, paludatus, Ducali modo pileatus, ſiniſtra tenens gladium. Sequentis quinto loco Iuditha pater.

3. Imperator quidam ἀνώνυμος, in ſolio: cum corona Imperatoria in capite, enſe in dextra, pomo (cui crux inſiſtens) in ſiniſtra: imberbis, capillatus, apertis cum calceis. Credo, Carolum eſſe Magnum: ſub quo prædictus Guelpho vixit.

Ludouici Pij imago. 4. Ludouicus Pius (der Milt) ſtans aurata & gemmata cum tunica, baltheo faſciato accincta: ſupra quam, pallium cū collari ex ſubtili leucophæo vellere: ſupra quod, aureus torques. Corona in capite, in medio inſiſtentem habens cruciculam. Sub corona, infula, ſiue faſcia in humeros dependens: in qua, vtrobiq; binæ crucicule. Pomum cruciatū in dextra: ſceptrum, in ſiniſtra. Calcei tecti, cruribus ſupra eos aliquouſq; apparentibus.

Iudithæ habitus. 5. Iuditha, vxor eius: cum corona, decuſſatos habente ſemicirculos: in fronte cuius, crucicula erecta. Infra coronam, à tergo infula, ſeu velum precioſum, vtriq; humero incumbens: ſub velo, plegmata crinium vtrinq;. Tunica ſupra pedes diffuſa, lato baltheo aſtricta: palla ſuperinduta breuior: infra ceruicem ferè vſque ad mamillas nudam, bulla pallam conſtringens. Dextra manus, laciniam pallæ tenens: ſiniſtra, aliquouſque eleuata: & à Domina, tanquam aliquid meditante, inſpecta.

Er Ethiconis. 6. Ethico, Comes Altorffenſis. Ponitur is ibi, Guelphonis filius, Iudithæ frater. Verùm ſuperior Genealogia, nepotem Guelphonis ex Rudolpho I. fuiſſe oſtendit. Pictus erat ſtans, vt miles armatus: tenēs haſtam ſiniſtra manu, habentem vexillum, in quo leo. Filium genuit Henricum (ſcil. primum) qui militarem ætatem conſecutus ſe contulit in Imperatorium ſeruitium (habēte Ludouico, Germaniæ Rege, ſororem eius Luitgardem) ac terram ſuperioris Bauariæ (4. millia Manſuum, inquit Vrſpergenſis) regendam accepit. Id pater ægre ferens (exiſtimabat enim, libertatem & nobilitatem ſui generis, filio aliis inſeruiente, imminutam eſſe) in villam Ambirgaam

Ambirgea. ſeceſſit: ibiq; cella XII. Monachorum conſtructa, reliquum vitæ exegit. Quam cum benè dotauiſſet: ibidem poſt mortem humatus eſt.

7. Henricus, de quo iam dictum, ſtat armatus: iniecta cærulea, auro variata, veſte: dextra gladium humi defixum tenens. Amplæ manicæ, ſed breues: per quas brachia, ferro armata, exerta. Cœnobium Ambirgoicum, in Altonis Monaſterium (vbi S. confeſſor Alto requieſcit) ſiue

Altemünſter. in pagum Altemünſteram, tranſtulit, Abbatiam faciens. Inſignia leonis, ad ſiniſtrum pedem.

8. Beata (nobis, Hatta) ibi huius Henrici ponitur vxor. Sed eſt ſecundi Henrici, ex ipſo geniti, vxor: Comes generoſa ex Hohenvvarto Bauariæ. Picta eſt ſtans, manibus Templum ſuſtinens. Fundationem enim cœnobij VVingartenſis (vt poſtea nominatum eſt) ſibi curæ habuère:

Salica. cui tradidêre fanum Altorffenſe, cum decimis & pertinentiis omnibus: nec non bona Salica, hoc eſt, Franconiæ. Sepulti fuerunt ambo VVingarti, cum filiis: & amborum oſſa ſupportata ſunt in Cœnobium. Ad ſiniſtrum pedem Beatæ, in ſcuto, monti inſiſtens turris, cum porta infrà, & tribus pinnis ſuprà, ſine tecto.

S. Conradus. 9. S. Conradus, Henrici & Hattæ F. Epiſcopus Conſtantienſis. Stat Epiſcopali cum habitu: libro in dextra, pedo in ſiniſtra. Inſignia ad ſiniſtrum pedem, leo.

10. Ethicho, huius Conradi frater: abſq; legitimo coniugio, Conſtantiæ in Templo S. Maurícij ſepultus. Stat armatus, cum gladio in dextra, & haſta vexillata in ſiniſtra.

11. Comes Rudolfus (tertius nobis: Henrici II. per Rudolphum II. & Guelphonem primum, pronepos: non autem, vt in hoc libello erat, Henrici II. filius) vxorem habens Itham, Cunonis (nobis, Cunradi) Oeningenſis Comitis filiam, cuius mater fuit Richlindis, Imperat. Othonis I. F.

12. Hæc ipſa Itha, picta cum aue in manu ſiniſtra.

13. Hainricus, Rudolphi iam dicti F. Hic in venatione periit: im ſchönen Thal bey dem

Sinegolgaw. Dorff Lenon. Ideo parentes, ad ſalutem animæ eius dedêre Altorffenſi Cœnobio pagum Sinegolgaw. Pictura habitum venatorium præfert: cum cornu, pera, venabulo, ocreis cruralibus.

14. Guelfo

14. Guelfo (ſecundus) eiuſdem Rodolfi F. Altomonaſterienſes Nonnas, Altorffenſibus fratribus permutauit. Ipſe, Altorffij ſepultus eſt: vxor verò, Altomonaſterij.

15. Huius vxor Immiſa (apud nos Irmintruda) Dux Franconica: ſoror Ducis Hainrici Noricorum: Fridericiq́, Ducis Lotharingiæ: & Adalberonis (Auent. Theodorici) Epiſcopi Metenſis. Auxerunt ædem ſacram Altorfficam pagis, & parte Hagenoæ. Ex eis natus eſt Guelpho tertius, & Cuniſſa, al. Chunegundis. Immiſa ſtat cum Catello Melitenſi in ſiniſtra: indens indicem dextræ in eius os.

16. Guelpho tertius, Dux Charinthiæ & Norigouiæ. Hic fecit Monaſterium S. Martini in monte, appellans VVingartum: in quo & ſepultus. Ideo imago refert portantem Templũ. Tranſtulit eò ex vico Altorffio Monachos: ſimul & oſſa patris ſui Guelfonis, patrui Hainrici, & aui Rodolfi. Eccleſiam priorem, parochialem fecit.

VVingartum, S. Martini Monaſterium.

17. Cuniſa, Guelfonis III. *ſoror: quæ ex Italo Azzone Guelfonem* IIII. *enixa eſt. Ideo mater tertij Guelfonis, filio ſuperſtes, nacta hunc ex filia nepotem, tradidit ei illa: quæ filius ipſius Guelfo* III. *huic Monaſterio dederat: relictis tamen ei multis pagis, ob ſalutem animæ illius. Picta eſt cum longis manicis ſegmentatis, in acutum deſinentibus: in quarum ſummo, manus exertæ.*

Animæ ſalutis cura.

18. Guelpho quartus, Dux Norigoiæ & Bauariæ: perfectior diuinæ VVingartenſis ædis fundator. Princeps potens, bellicoſus, prudens. Cepit Auguſtanum Epiſcopum Sigefridum. In ſenectute ædificauit Raitenbuchenſem Eccleſiam: ac multis villis, prædiis, mancipiis, Eccleſiaſticis ornamentis, ditauit VVingartenſe Monaſterium: vt diligẽtior pro peccatis ſuis deprecatio fieret. Hieroſolymam ad ζωοδόχον *ſepulcrum profectus: in reditu ægrotans, apud Cyprios animam exhalauit. Oſſa tamen eius, VVingartum perlata ſunt.*

Raitenbuch.

19. Iuditha, vidua Regis Angli, filia Flandrenſis Comitis Balduini, vxor Guelphonis IIII. *Dedit ea ſanctum Chriſti ſanguinem ædi VVingartenſi, aliumq́ multum ornatum: vt mappam altari auro textam, elephantinum ſcrinium, crucem auream, calicem aureum, multa plenaria, multas reliquias. Anno 1094. ob ſalutem animarum ſuarum, tradiderũt ambo S. ædi VVingartenſi, Eccleſiam Bergenſem cum omnibus reditibus: Koeppfingam, Bamrietam, Sattelmonrietã, Oberſulgam, & alia. Picta eſt ipſa, portans in dextra* σανίδιον ἱερὸν, *Monſtrantiam: in ſiniſtra, ædem ſacram non turritam: in capite, Regiam coronam. Ambo, ibi ſepulti.*

Koeppfinga.

20. Guelpho quintus, ex Iuditha hac Guelphoni quarto natus. Appellátur Guelpho pinguis. Vxor eius, Itala Mathildis. VVingartenſi collegio donauit Eccleſiam Buchornẽſem: cum omnibus ad eam pertinentibus: traditam ſibi à Comite Othone libera voluntate. Donauit & pagos aliquot. Mortuus in pago Chufringa, VVingarti humatus eſt, carens liberis.

Buchornenſis Eccleſia.

21. Henricus, huius Guelphonis frater, cognomine Niger. De nouo conſtruxit ædẽ VVingartenſem: eiq́ tradidit villam Einodum. Armatus pingitur, dextra geſtans accipitrem. Obiit autem, Monachus factus.

22. Vxor eius, VVilpildis: filia Saxoniæ Ducis Maximanis, vel Meginonis: & Dominæ Sophiæ, ſororis Regis Vngarici Colomanni. Ambo, VVingarti ſepulti.

23. Sophia, Hainrici & VVilpildæ filia. Dedit cœnobio palleum purpureum, Dalmaticam, & Calicem. Ibidem humata. Icon eius, auem fert.

24. VVilpildis, Sophiæ ſoror.

25. Iuditha, VVilpildæ ſoror, Friderici Barbaroſſæ mater.

26. Henricus ſuperbus, Nigri F. qui leonem aureum geſtauit in ſcuto. Cœnobio donauit bona quædã Betzilinisrbuti, omneſq́ Spiesbergicas decumas. Imago eius habet craſſam catenam auream circa collum: à tergo demiſſam ad ſuras vſq́.

Catena aurea.

27. Gertrudis, vxor Superbi, Lotharij Imp. F. geſtans Imperatoriam coronam. Cum ea nuptias celebrauit ille apud Auguſtam Rhæticam, in campo, qui dicitur, Concio legionum. Poſtea Raueſpurgi eam in arce collocauit.

Concio legionum.

28. Henricus Leo. Is inclemente Imp. Barbaroſſa vſus eſt: quòd è caſtris eius in Italia inuiti abierat. Vxores habuit duas. Primam, Ducis Zeringenſis Conradi filiam: alteram (priore dimiſſa) Henrici Regis Angliæ filiam.

29. Henricus, filius Leonis, Palatinus Rheni. Ita pictus eſt, vt à tergo dependeat longè ornamentum, ceu baculus: iuxta ceruicem aliquouſque in deſcenſu bifidus: vſque ad principium fiſſuræ habens ternas nolas: deinde poſt fiſſuram, vbi iam ſcapus eſt vnus, ſenas nolas: & in extremo ſeu infimo ſcapi, vnam nolam. Ita ſunt XIX. *nolæ.*

Catena nolata:

30. Guelpho ſextus, Superbi Leonis frater: Mitis nuncupatus, der Milt. *Multa contulit ad*

Monaſterium VVingartenſe: montes & villas, cũ numeroſa familia. Cœnobium deniq; Staingadam, vbi ſepeliri voluit: in quo etiam, cùm 1191. anno, 18. Kal. Ianuar. diem ſuum obiiſſet, ſepultus eſt.

31. Ottha, vel Vtha, Calelevvenſis, prædiuitis Palatini Godefridi filia: quæ ſextus Guelpho, de cõſilio fratris ſui ducta: omnem ſoceri ſui ditionem & bona adeptus fuit. Picta erat cum Meliteuſi catello in gemio.

32. Guelpho ſeptimus. In Italia peſte ſublatus: oſſa eius in cœnobium Staingadam tranſlata, à patre eius ædificatum.

33. Leopoldus, Auſtriæ Marchio: qui Ducatum Bauariæ accepit à Rege Conrado. Magna de collo eius catena dependet, à pectore vſque ad genua.

Hohẽſtauffenſes Heroës.

34. Fridericus I. *Barbaroſſa, Sueuiæ Dux, ex matre Guelpha. Coronatus, cum ſceptro & pomo.*

Bergertratũ.

35. Imp. Henricus VI. *Barbaroſſæ F. hæreditate Comitatum Alttorffenſem accepit. Monaſterio VVingartenſi dedit Bergertrutum, cum Eccleſia, & omnibus attinentiis, ac municipiis: propter animam Fratris ſui Conradi. Stat coronatus ritu Imperatoris: cum ſceptro in dextra, pomo cruciato in ſiniſtra. Balteus ſupra tunicam, habens nolas circumquaque dependentes, infra ventrem accinctus. Scutum ad dexterum pedem cum aquila bicipite: in cuius medio, ſcutulum cum inſignibus Ducatus Sueuiæ. Manicæ quoque ipſius tunicæ, ſegmentatæ: & in acumen extrorſus inflexum deſinentes.*

Cingulum cũ nolis.

36. Philippus, Henrici frater, Rex Rom. cui hoſtis fuit Otho ſequens. Cum gladio in ſiniſtra manu.

37. Otho, Dux Bauariæ & Saxoniæ, Rex Roman. contra Philippum: eóque mortuo, Imperator.

Beatrix, Irenæ F.

38. Beatrix, Philippi modò dicti, & Irenæ vel Mariæ Græcæ, filia, Dux Sueuiæ, Othoni Regi nupta: ſed quarto poſt nuptias, Northuſæ celebratas, die mortua.

39. Fridericus II. *Imp. Dux Sueuiæ: Rex Apuliæ, Sardiniæ, Siciliæ, Hieroſolymæ.* ἀνδρεῖος, πολύγλωσσος, πολεμικός.

40. Henricus, huius Friderici filius, Rex Romanorum. Vxor eius, Leopoldi D. Auſtriæ filia.

41. Conradus, Henrici frater: Rex Rom. Hieroſolymæ, & Siciliæ.

Hæc de nobiliſſima Sueuiæ familia Guelphica, quantum in præſenti ſatis eſt.

Finis libri primi, in ſecunda parte Sueuicorum Annalium.

MARTI-

MARTINI CRVSII, GRAECAE ET LATINÆ LINGVÆ IN ACADEMIA TYBINGENSI PROFESSORIS, ANNALIVM SVEVICORVM, IN SECVNDA PARTE LIBER SECVNDVS.

In hoc libro, de Ludouico Pio reliqua, & de ſequentibus vſque ad Carolum Caluum Imperatoribus, rebúſque ſub eis Sueuicis, dicemus.

SVEVI, IN PANNONICA (HODIE VNGARICA) EXPEDItione. Pluuius & peſtilens annus. IMP. ORIENTIS, MICHAEL BALBVS. Frigus ingens. B. Petro Roma donata. Comitia Francofurti. Lotharius, Imperator coronatus. Erleboldus, Augiæ diuitis Abbas. Inter Orientis & Occidentis Augg. amicitia.

CAPVT I.

ANNO 820. tres exercitus, è Saxonia, & Orietali Francia, & Alemannia, Baioaria quoque & Italia, congregati, Pannoniam (cuius Rex Lindeuitus ab Imp. Ludouico reſilierat) ferè totam ferro & igne vaſtarunt: ac nullo incommodo graui accepto, domum reuerſi ſunt: niſi quod ille exercitus, qui per Baioariam & ſuperiorem Pannoniam deſcenderat: in tranſitu fluminis Draui, ſoluto ventre ex locorum & aquarum inſalubritate, grauiter affectus, & ex parte non modica, conſumptus eſt. Annal. *Pannonia deuaſtatio.*

Erant hoc anno iuges pluuiæ. Hinc, & hominum & boum peſtilentia, per totum penè Regnum Francorum. Frumenti & leguminum, imbrium aſſiduitate corruptio tanta: vt aut colligi non poſſent, aut collecta computreſcerent. Vini paruus prouentus: quodpropter caloris inopiā, acerbum & inſuaue erat. In quibuſdam denique locis, ex inundatione fluminum aquis in plano ſtagnantibus, autumnalis ſatio impedita eſt: ita, vt penitus nihil frugum ante vernum tempus ſeminaretur. *Pluuius annus. Vnde peſtilentia.*

Anno 821. hyeme, ante tempus vernum, iam Conſtantinopoli erat XXX. IMP. CÆS. MICHAEL IVNIOR BALBVS, P. F. *Aug. ex ciuitate Amorio Phrygiæ ſuperioris oriundus. Hic lingua ſua procacitate, in crimen læſæ maieſtatis delapſus, occidendus cùm eſſet: ab Imperatrice Theodoſia, apud maritum Leonem Imp. intercedente, morti ereptus erat: ſed tamen in cuſtodiam ductus, pridie natalis Chriſti. Ceſſi tibi, mulier (inquit Leo) ſed profectò, quid futurum ſit, breui videbis. Occiſus eſt ipſe ea nocte, cōſpiratione Aulicorum: Michaël, liberatus, & ad Imperiū euectus. Auguſta deinde, cum quatuor filiis expulſa: qui omnes, caſtrati ſunt. Fuerat Leo, grauiſſimus ſacrarū imaginū hoſtis. Imperauit Michaël nō integros an. 9. homo peſſimus.* *Michaël Balbus, Imp. Orient. 30.*

Lotharius, primogenitus Pij F. cū Irmingarde, Hugonis Comitis filia, nuptias mēſe Octob. in Theodonis villa celebrauit. Poſtea in Italiā profectus, Rex ab Archiepiſ. coronatus eſt Modoëtiæ. *Lotharius, Pij F.*

Redierunt Duces, qui rurſus cū tribus exercitibus cōtra Lindeuitū miſſi fuerāt. Populati tantùm vniuerſam erant regionem: ſed nemo eis ibi pugnandi facultatem dederat.

Autumnalis ſatio, quibuſdam in locis impedita fuit, pluuiarum crebritate. Succeſſit tam aſpera hyems: vt maximi etiam amnes (Rhenus, Danubius, Albis, Sequana: aliiq; per Germaniam & Galliam) tam ſolida glacie conſtringerentur: vt per ſpatium menſis, plauſtra tutò tranſirent. Cuius glaciei reſolutione, non modicum damnum, villis ad flumina ſitis illatum eſt. *Hyems aſperrima.*

Circa hunc annum, Ludouicus Imp. donauiſſe fertur Papæ Paſchali, vel S. Petro (valde feliciter piſcato) vrbem ROMAM, *ac Ducatum Spoleti. Præterea inſulas, Sardiniam, Corſicā, Siciliam: ſequens aui Pipini, & patris Caroli, ſententiam. Id ſi verum eſt: nihil fuerit donatio Conſtantini: ſed hæc, Regum Franciæ. Stumpf. lib. 3. cap. 90.* *Roma vrbs, & Papæ donata.*

Anno 822. tertium copiis in Pannoniam miſſis: Lindeuitus profugit ad Dalmaticam Soraborum nationem: & ſequenti anno interfectus eſt dolo Lindenauſli, ad quem confugerat. *Lindeuiti, Vngari R. interitus.*

Anno 823. Conuentum Pius Francofurti habuit menſe Maio: cui interfuerūt præcipuè Primores Orientalis Franciæ, Baiariæ, Alemanniæ, & regionū Rheno adiacentiū. Ibi, legationes *Comitia Francofurti.*

Barbarorum audita, controuerſiæ tranſactæ, & alia Imperio vtilia procurata. Solenne quippe fuit quondam Regibus & Imperatoribus (teſte Auentino) quotannis concilia cogere, præſertim menſe Maio. Ibi, à ſingulis exactum iuſiurandum, futuros in poteſtate principis. Annua etiam dona ſibi oblata accipiebant.

Lotharius, Romam à Paſchale accitus, die Paſchatis magna cæremonia Rex & Imperator coronatus atque inunctus eſt. Inde Papiam regreſſus, menſe Iulio ad patrem rediit. Ei commiſſa fuit cura rerum in Italia componendarum.

Sulganienſis comitatus. Διορατικός.

Factus eſt hoc anno Abbas diuitis Augiæ X. Erleboldus: ſanguine iunctus S. Eremitæ Mainrado, Comiti Sulgano: de quo ſuo loco. Præfuit laudabiliter A. 15. donatus liberaliter à Lud. Pio. Habuit Monachum VVitinum διορατικὸν: id eſt, rerum futurarum præuiſorem, varias habentem viſiones. Allatæ ſunt ſub iſto Abbate in Augiam, à Rhathulfo Veronenſi Epiſcopo, reliquiæ ſanctorum Martyrum: Marci, Valentis, Syneſij, Theopompi.

Puella inedia.

In territorio Tullenſi, apud villam commerciacum, puella quædam ferè 12. annorum, percepta cœna Domini in Paſchate, omni cibo per decem menſes abſtinuit. Autor Annal. Franc. eam triennio nihil comediſſe, poſtea verò cibum rurſus capere incepiſſe, ait.

Imperatorum Orientis & Occid. pax mutua. Dionyſij Areopagitæ libri.

Anno 824. hyems, quæ ex priore adhuc anno durabat, aſperrimi frigoris fuit: vt nõ modò beſtias, ſed etiam homines, extinxerit.

Imp. Pius circa 20. Nouemb. Rotomagi cum ſua cõiuge erat. Eò venerunt Legati ab Imp. Græco Michaële, ferentes literas & munera, pacis confirmandæ cauſa. Inter ea munera fuerunt etiã libri S. Dionyſij, de diuinis nominibus, & de cœleſti hierarchia: Latini facti, petente ſic Imp. Ludouico. Quorum contactu, 16. ægroti feruntur conualuiſſe. Sigebert. & Nauclerus.

DE MONASTERIO SANGEORGIANO, IN NIGRA SYLua. Hezelo, Dominus Degernouienſis. Heſſo & Eduardus. Comes Manigoldus Aleſhuſanus, & Adelbertus Ocolnesvvancus. VValda villa, pagus Bara, & Vertex Alemanniæ. Abbas VVilhelmus. M. Samuel Grammerus.

CAPVT II.

Degernouienſes nobiles.

ANno ſupradicto 824. Monaſterium Benedictinum S. Georgij in Nigra Sueuiæ ſylua, iam XI. aut circiter annis, ſuum quoddam ſemen habuerat. Fundatio autem eius, poſtea generoſis Dominis Degernauuenſibus accepta refertur. Accepi hæc de re ſcriptum admodum mendoſum, hoc: quod alicubi ex ingenio correxi, cùm aliunde auxilio deſtituerer.

S. Georgij in Hercynia ſylua Monaſterij origo. Hezelo. VValda, villa. Heſſo. Bertha, Hezelonis uxor.

" *Deo patri ingenito, & filio vnigenito, & Spiritui S. paraclito, accepta ſit domini* HEZELONIS *deuotio: qua beatum Georgium dilexit, dilectumq́ honorare diſpoſuit. Hunc igitur Martyrem, à progenitoribus ſuis, præ cæteris Sanctis ſingulariter adamatum, ſingularius & impenſius in tantum recoluit: vt in villa ſua nomine* VVALDA, *ei Monaſteriolum fieri deſideraret: eò quòd dilecti progenitores ſui, ibi ex maiori parte, terræ commendati fuiſſent: qui ibidem conſtruxerant eidem Martyri Oratorium ſatis aptè & benè, pro vt in villa ſolet: reliquiis Sanctorũ, libris, cæteriſq́ vtenſilibus, ſimulq́ prædiis & familia, ditatum. Ad hoc cùm toto mẽtis deſiderio anhelaret: aſtruit ſibi* HESSONEM, *hominem curialem, potentem, prædiis benè locupletem: cui par in animo inſederat cupido, ſimul de allodio (proprio bono) ſuo, aliquid honoris* DEO *conferendi. Communicato ergo conſenſu: expoſuerunt ſibi inuicem diligentius ſaluberrima conſilia. Ille quidem, quid de villa VValda cogitaſſet: iſte verò, de bono, quod de hæreditate ſua conferre deſideraſſet. Itaque conuentum eſt omnino inter ipſos: concordiq́ conſenſu & conſilio amborum comprobatum: vt in honore S. Georgij, in VValda fieret Monaſterium: in quo ſecundum Regulam S. Benedicti viueretur: quam nulli vnquam liceret aliqua alia Regula trãſmutare. Eandem autem villam, quia idem Hezelo vxori ſuæ Berthæ in dotem, eiuſq́ prolem in proprietatem, iamdudum allegauerat: & idcirco inde ſecundum ſuam voluntatem agendi, nondum liberam poteſtatem habebat: accepto cognatorum, partimq́ amicorum ſuorum, cõſilio: placuit ei, prædia fratris ſui Adelberti, nuper defuncti (quæ ad ipſum hæreditario iure deſcenderant: de quibus quiduis conſtituendi, vel agendi, liberam poteſtatem ipſe ſolus habebat) quaſi in concambio (permutatione) pro VValda, filio ſuo vnico* HERMANNO *(vxore ſua, ſupradictæ Bertha iam defuncta) per manum fideſponſoris conſtituere: dictuſq́ eſt dies & locus, quãdo hæc conſtitutio fieri deberet.*

Anno

Anno ergo incarnationis Domini DCCC. XIII. *Indict.* VI. II. *Non. Ianua. Feria* "
IIII. *Luna* XII. *apud villam nomine Nerbarteskirchung, tradidit ſupradictus Hezelo, in fi-* *Nerbartskirchung.*
de Comitis MANEGOLDI *de Aleshuſen, ſæpedictam VValdam, cum omnibus appendiciis*
ſuis, cum obteſtationibus: vt Monaſterium, quod ea de villa fieri deberet, cũ omnibus in eadem *Aleshuſanus*
ſibi iuſtè pertinentibus, & legaliter collatis, & deinceps quarumcunq; perſonarũ authentica tra- *comitatus.*
ditione conferendis, B. Petro Apoſtolo, ſub peractione alicuius cenſus traderet: vt eò liberius & "
conſtantius ibi Deo ſeruiretur: quò ſub Romanæ Eccleſiæ mundiburdo & tuitione, in omni im- "
munitate & libertate ita defenſaretur: vt nullus Sacerdotum, Clericorum, Regum, Ducum, Co- "
mitum, Iudicum, ſeu quarumlibet magnarum aut paruarum perſonarũ, præſumeret ſibi, in eodẽ "
Monaſterio aliquas proprietatis conditiones, non hæreditarij iuris, non aduocatiæ, nõ inueſtitu- "
ræ, non cuiuſlibet poteſtatis, quæ libertati Monaſterij nocere poſſet, vendicare: nec ornamẽta Ec- "
cleſiæ, ſiue poſſeſſiones, inuadere, minuere, alienare. Eadẽ die, eodemq; loco, prætitulatus vir, præ- "
dia, quæ in concambio conſtituit, filio tradidit, in præſentia ſupradicti Comitis, ſolenniter cum "
obteſtatus: vt, ſi vnquam idem filius ſuus, aut aliquis pòſt, iam dictam Conſtitutionem temera- "
riè infringere, aut aliquo modo diſſipare, præſumeret: eadem prædia omnia, Romana Eccleſia o- "
mnimodis manciparet, ſubderet, & ſubiugaret: vt eorundem ipſe, eiusq; propinqui, exhæredati "
in perpetuum forent. Hæc autem prædia ſunt: DEGERNOVVA *& Indedingen, cum omni-* *Degernovva.*
bus ſibi pertinentib. Conſummata ergo huiuſmodi conſtitutione immunitatis & libertatis præ- *Indedingen.*
fati Monaſterij: Heſſo, quem ſuprà diximus, eodem in loco, eadem die, proprietates ſuas hæredi- "
tarias ferè omnes, in manus, & in fidem, ſæpedicti Hezelonis contradidit, ea conditione: vt ei- "
dem Monaſterio in omni ditione manciparentur. "

Paria fieri de ſuo allodio, vir quidam militaris, EDVART *nomine, ab* ADELBERTO *Eduardus.*
de Ocolneſvvanc poſtulauit: cuius fidei illud ibidem, eadem die, commendauit. *Ocolneſvvãc.*

Harum omnium conſtitutionum, pactionum, ſiue poſtulationum, teſtes, qui præſentes fue-
runt, ſubſcripti ſunt.

Comes Manegoldus de Aleshuſen.
Eduart, & filius eius.
Eberhardus & Henricus de S. Monte.
Arnoldus de Binezvvangen.
Heinricus, & filius fratris eius.
Heinricus de Hirzeſſungen.
Manegoldus, & Ludvvicus frater eius, de Sigmaringen. *Sigmaringen.*
Vdalricus, Sigfridus, & filius fratris eius Hermannus, de VVilere.
Rupertus, & frater eius Adelbertus, de Ocolneſvvanc.
Rodolphus de VValthuſen.
Pilegrinus, & frater eius Vdalricus.
Landoldus, & frater eius Adelgetz, de Huſenkirchen.
Luipoldus de Bibra. *Bibra.*
Item Luipoldus de Moitinga.
Heinricus de Baldes.
Beati Bertoldus de Bittelſchere.
Adelbertus de Birchihart.
Gerungus, & Hilbrand frater eius, de Grundelhaim.
Helpret de Rinckſnenth.
Landolt & Bertholdus de Richhuſen.
Pilgerinus de Nuvvilj.
Burckart & Tiechot de Dominorum Mundeshuſen.
Herman de Richenbach.
Lampert de Nigrofluuio.
Beramut de Siſſon.
Fridericus de Helribach.

Poſtea verò, circiter Non. Mart. præſentibus ferè omnib. ſupradictis teſtibus, in VValda, "
in Oratorio S. Georgij, idẽ rogauit Dominus Hezilo Comitẽ Manegoldũ: vt eidẽ Martyri eandẽ "
villã cõtraderet: quod ipſum pars fuit in priori conuentu factæ petitionis: illius videl. qua id ipſe "
cõſtituit: vt Monaſteriũ B. Petro Comes mãciparet. Ibidẽ rogauit Heſſo Hezelonẽ, & Eduardus "

» *Adelbertum: vt, ſicut prius poſtulauerant, conſummarent. Item, de Reliquiis S. Georgij, & aliis*
» *compluribus: quas vterque, & Heſſo & Heſſelo, conquiſierant: vel à parentibus ſuis conquiſitas*
» *habebant. Has ergo Deo, & S. Georgio, in perpetuam proprietatem dediderunt. Comes quidem,*
» *VValdam, cum omnibus appēdiciis ſuis: vterque verò fideſponſor ſupradictus, proprietates Heſ-*
» *ſonis & Eduardi, in ſeruitium Monachorum: qui futuri forent in Monaſterio ſuperius dicto,*
» *adhuc conſtruendo. Quibus ita ritè peractis: itum eſt ad reuerendiſſimum Abbatem* VVIL-
» HELMVM: *quem Dominus Deus plebi ſuæ exemplum veræ religionis præpoſuerat: operari-*
» *umq́; feruentiſſimum, in vineam ſuam conduxerat: qui in hac noſtra Ægypto alter profectò*
» *fuit Ioſeph, vel Moyſes. Hunc ergo multis & magnis precibus ambo ſæpedicti rogauerunt, poſtu-*
» *lauerunt, & exorauerunt: vt intromitteret ſe ad hoc Monaſterium condendum, conſtruen-*
» *dum, & ordinandum. Cùm autem VValdam ipſe veniens, locum viſeret: minuſq́; aptum Mo-*
» *naſticæ vitæ certius diſceret: aſſeruit, alibi rem fieri debere. Et, niſi id ipſi annuerent: non auſu-*
» *rum ſe ibidem intromittere. Dixerunt ipſi, antea rem ita diſpoſitam eſſe: quaſi quæ in VValda*
» *fieri deberet: nec ſe quid inde tranſmutare poſſe: niſi ipſe à Romana ſede licentiam adeptus foret.*
» *Quamobrem miſit ille Romam quendam Monachum ſuum, vocabulo Rodpertum, ad eum, qui*
» *tunc præſidebat Romanæ Eccleſiæ (erat Paſchalis* I.) *nactuſq́; licentiam huiuſmodi, vbicunque*
» *in rem foret, mutationum: tranſtulit ſupraſcriptam Monaſterij diſpoſitionem, cùm ſupradictis*
» *Reliquiis, in pagum nomine* BARA, *in Comitatu Aſchein, in quendam monticulum Nigræ ſyl-*
» *uæ: qui locus propter ſitum terræ dici poteſt, & eſt, ipſe* VERTEX ALEMANIÆ. *Quod*
» *prædium ab Oriente, communi proprietate ſanctæ Alariæ: ab Occidente verò, fontibus Brichena*
» *(Briga) à meridie autem, longi montis crepidine: ac à Septentrione, protenditur vſque ad ipſas*
» *proprietates Transſyluanorum. Verùm, quia hoc idem prædium, in Heſſelonis proprietate fuit*
» *tantùm dimidium: alterum dimidium à quodam, cuius id proprium fuit, nomine* VVALTA-
» RIO *de Tenrigen, permutauit Heſſo: dato pro eo, vno & dimidio bono, & particula Manſus*
» *in villa Phoëren. Hoc idem dimidium poſtea in proprietatem dedit Deo, & S. Georgio.*

VVilhelmus Abbas.

Barapagus.

Vertex Alemanniæ.

Briga, Brichena.

» *Anno ergo incarnationis Domini* DCCC. XXIIII. *Indict.* II. X. Kal. *Maij, ve-*
» *nit Heſſo & Eduardus (iam pauperes Chriſti) cum aliquot fratribus, in prædictum mōticulum:*
» *arborum denſitate conſitum, & horrore ſyluatico ſqualidum: vbi nondum fuerat vel vnum do-*
» *micilium. Aduenerunt quoque circiter* LIIII. *fratres, miſſi à Domino Alberto: qui omnes de-*
» *ſtruxerunt arbores, & diſſipauerunt, & plantauerunt: factiſq́; aliquot caſis, vbi interim repau-*
» *ſarent: Statim deinde ligneam condiderunt capellam, & clauſtrum qualecunque ei adiacens.*
» *Placuit eis, eundem locum connominare* CELLAM S. GEORGII: *eò quòd aliis Sanctis*
» *ibi ipſe præhaberetur. Quod ipſum quoque Dominus Abbas fieri iuſſit. Hæc, de Monaſterij San-*
georgiani fundatione (plura de eo nanciſci non potui) quæ mihi inde miſerat, egregiè doctus v-
triuſque linguæ iuuenis, Diſcipulus noſter charus, M. SAMVEL GRAMMERVS
Nyrtingenſis, ſub initium ſuperioris 1589. *anni: Præceptorem ibi cum collega agens alumno-*
rum illuſtriſſimi Ducis noſtri, D. LVDOVICI: *Abbate reuerendo viro, multos iam annos,*
HENRICO *Rentzio. Acceperam ſimul literas, eiuſdem Grammeri, die* 3. *Ian. vt eo anno pri-*
mas, ita gratiſſimas: præſertim propter hanc fauſtam eius ad me noui anni precationē. MAR-
TINO CRVSIO, *Præceptori.*

Cella S. Georgij.

Grammerus.

Αἴθριος ὑψιπετὴς χάρις οὐρανόθεν καταβαίνοι,
Εἰς σὲ, τεόν τε δόμον, καὶ ἄλσον ὑψιμέλαθρον.
Εὔχομαι ἐνδοτάτης ἐξ ἰσχύος, ἠδὲ μενοινῆς,
Καρδιόθεν. Θεὸς ἐμπεδαλέον παρασχοίη ἀγωγὸν
Εὔνοον, ὃν παρεόντ' ἐνιαυτῷ ἔμπεδον ὄλβον
Εὐτυχέειν, ἴσον τιμοσυνῶν ἔκτοσθεν ἁπασῶν.

Viue valéque diu, cum toto examine felix:
Viue valéque diu, Neſtoreóſque dies.
Cuncta ſecunda tibi tribuat Dominator Olympi:
Tectum proſperitas compleat omne tuum.
Te tutela DEI, Domini clementia, ſeruet:
Protegat Altipotens, numine cuncta regens.

Obiit ille bonus in eodem cœnobio, fideliter laborans, ſolo Chriſti meritō nixus, præ-
ſentis anni menſe Martio, die 18. noctu: æuo beato cum omni-
bus Sanctis fruens.

CAP.

ABBAS RABANVS. DANI, BAPTIZATI. SARACENI, INquieti. Corpora Sanctorum. Amicitia inter Orientis & Occidentis Impp. ORIENT. IMP. THEOPHILVS. De oppido VVirtembergico Lauffeno, vel Lauffa: & de S. puella Regisvvinde.

CAPVT III.

ANno 825. Fuldenſis Abbas vixit Rabanus, cognomento Magnentius Maurus: vir in ſacris & profanis literis eruditiſſimus: ex Beda Anglici, & Alcuini, doctiſſimorum virorum, diſciplina. Librum de laudibus S. crucis Imp. Ludouico dedicauit. Qui, quamuis diuerſarum (Bruſchio atteſtante) immutabili varietate figurarum, mirificè ſit diſtinctus: omnium tamen figurarum characteres, quocunq́; vertas, certam ſententiam reddunt. Inſcripſit quoque Auguſtæ Inditha (nobiliſſimæ Sueuæ) commentaria, à ſe in librum Inditha ſcripta. *Rabanus Maurus, Abbas.*

Anno 826. Heribertus vel Heraldus, Cimbrorum ſiue Danorum Rex: cum vxore magnaq́; ſubditorum multitudine veniens, Moguntiaci apud S. Albanum, cum iis omnibus baptizatus eſt: multisq́; cum muneribus ab Imperatore donatus, ac domum dimiſſus. *Daniæ Rex, Chriſtianus fit.*

Anno 827. Imp. Ludouicus Heliſacharem Presbyterum & Abbatem, nec non Hiltebrandum atque Donatum Comites, ad motus Hiſpanicæ marchæ ſedandos, contra Saracenos miſit. Fuerunt valde turbulenti hoc tempore hi Barbari: in Paleſtina, Sicilia, Creta, (quam ferè totam occuparunt) & alibi. Magnam tamen Corſicæ Comes Bonifacius eis cladem, inter Vticam & Carthaginem, ſequenti anno intulit. *Saracenorum in Hiſpania motus.*

Gregorius IIII. *nouus Papa factus: ſed non prius ordinatus, quàm legatus Imperatoris Romam veniret, electionemq́; populi examinaret. Annal.* *Papæ ordinatio, Cæſari ſubiecta.*

Anno 828. Corpus Sancti Marci Euangeliſtæ, Alexandria Ægypti Venetias delatum eſt, & magno honore exceptum. Sigon. *S. Marci corpus, Venetias allatum.*

Corpora Sanctorum, Valentini & Geneſij, in Monaſterium Augiam tranſlata ſunt. Vincent. Spec. lib. 25. cap. 33.

Impp. Michael Orientis, præcedente anno: & Pius Occidentis, hoc anno: Legatos inter ſe pacis confirmandæ gratia miſerunt, eosq́; honorificè exceperunt. Pius, habitis menſe Auguſto VVormaciæ comitiis: variisq́; Legationibus, quæ hinc inde aduenerant, auditis ac dimiſſis: & aliis rebus effectis: ad autumnalis venationis exercitium, Francofurtenſem villam verſus profectus eſt. Poſtea Aquisgrani dies feſtos, S. Martini, Apoſtoli Andreæ, & ſacroſanctæ Dominicæ natiuitatis, magna cum lætitia celebrauit. *Pax Imperatorum Orient. & Occidentis.*

Anno 829. Saraceni, ex Africa in Italiam nauigantes (teſte Matthæo Palmerio) Romam inuadunt: & ſacra precioſaq́; Eccleſiarum ornamenta, cum ingẽti cæterarum rerum præda, ſecum abripiunt. *Romam Saracens deprædãtur.*

Michaële Balbo Imp. Calend. Octob. mortuo: filius ſucceſſit, XXXI. IMP. CÆS. FL. THEOPHILVS P. F. *Aug. grauiſſimus Iconomachus: contrà, quàm vxor eius Theodora: quæ clàm imagunculas Sanctorum colebat. Imperauit A. 12. M. 3. D. 20. Alij longius ei tempus tribuunt.* *Theophilus, Orientis Imp. XXXI.*

Anno 830. & circum, Imp. Ludouicus, inter alios multos fortes & fideles Miniſtros, ſtrenuum equitem habebat, nomine Erneſtum vel Hernaſtum, ex Bauaria oriundum: qui gratia ipſius florebat, eiq́; charus erat. Alicubi, Comes prouincialis vocatur. Quodam autem tempore Ludouicus Lauffæ degebat: quod hodie VVirtembergici Ducatus oppidum eſt: tunc verò Auguſta Nicri nominabatur: & ad VVirceburgenſis Epiſcopi ditionem pertinebat. Vulgus, propter violentiam & rapiditatem fluuij, Decurſum vocabat: quod eſt in populari lingua LAVFFEN. *Lauffa oppidum.*

Cùm autem eo in loco verſaretur Imperator: eques ille hoc oppidum, à Maieſtate eius loco feudi petiit, atq́; obtinuit. Itaq́; cum vxore ſua (cui nomen Frideburga erat) & cum tota familia, bonisq́; omnibus, ex Bauaria eò commigrauit. Habitabat Lauffæ in arce ad Nicrum, in ſcopulis eminentibus ſita: cuius adhuc veſtigia extant, cum eminentiſſima turri lignea. Locus erat ei ad rem augendam percommodus: creſcebat ipſe diuitiis & honore. Nata fuit ei ex vxore ſua, filia: cui nomen in S. Baptiſmo impoſitum, REGISVVINDIS. *Quod his verbis in Germanica antiqua charta, vnde hanc hiſtoriã huc tranſtuli, poſitum erat:* Sie ward geheiſſen in dem Toſſ *Regisvvindis: vulgo, Reſis vel Rahnſen. Concredita eſt à Parentibus hæc infantula, diligenter & fideliter educanda, cuidam miniſtræ: mulieri, vt habebatur, prudenti & bonæ. Eam hæc annos probè educauit ſeptem.* *Erneſtus & Frideburga.* *Regisvvindis, eorum filia.*

Accidit verò poſtea, vt nutricis huius frater (al. filiolus) ad Dominum ſuum Erneſtum vocaretur. Cauſa fuit hæc, quòd equos, quorum cura paſcendorum ei commiſſa fuerat, non ea fide, qua debuiſſet, curauerat. Quo nomine cùm accuſaretur, nec ſe poſſet defendere: iuſſu Domini flagris cæſus eſt: non tam, vt ipſe iuſtas pœnas negligentiæ daret: quàm, vt cæteri miniſtri, hoc exemplo cautiores fierent.

Nutrix puella ſcelerata.

Eam rem vbi nutrix reſciuit: iraſci & furere cœpit (quemadmodum ibi refertur) ſuasq́; cogitationes ad id vnum intendere: quomodo Domino ſuo malum dare, ipſumq́; vlciſci, poſſet. Omnem itaq; furorem, omne acerbitatis ſuæ virus (ô antiqui ſerpentis, qui ab initio homicida fuit, crudelitatem) in ſuam tenellam alumnam, in puellam ſuæ fidei traditam innocentiſſimam, effudit. Es ſtund die böß Dienerin vnd Mörderin auff: vnd erſahe ein bequeme zeit: vnd tobende erwüſcht ſie das Jungfräwlich Kind: vnd eylet ſchnelliglich zu dem Necker: vnd erwüſcht das zart Jungfräwlin bey der Gurgel/ mit gekrümptem Halß/ vnd beraubt es ſeines Lebens: vnd warff es tobiglich mitten in deß Neckers Fluß. *Sceleratiſſimum animal, captata (per abſentiam Dominorum & arbitrorum) occaſione, rapit miſellam virgũculam: ad præterfluentem furibunda currit: collo eius intorto, ſuffocat: in medium flumen præcipitat.*

Interitus Regisvvindis.

Quid inde ſecutum? Als ſich das Waſſer würblet: vnd ſie erkannt das elend vñ vbel/ das ſie vollbracht hett: da verzweiffelt ſie: vñ eylet ſich ſelber auch williglichẽ zu ertödten. *Conſpectis verticibus fluminis, eam facti pœnituit: ex ſceleris perpetratione furiis agitari cœpit: ac deſperabunda, ad necem voluntariam incitata eſt. Ergo in altum ſaxum currere: vt ſe quoq; in Nicrum præcipitem daret. Verùm interuentu aliquot oppidanorum, impeditum hoc eius propoſitum fuit. Inſana, quid agis? cur ipſa te properas perditum? Hei mihi, inquit, miſerrima: interemi ſceleratiſſimè herilem filiam: tenellam animulam, mihi aliâs ſemper dulciſſimam, immaniſſimè perdidi. Abi ergo in malũ cruciatũ peſſima (ciues inquiunt) vbi eſt illud tenerũ corpuſculum? Proripuit ſe inſtar turbinis illa: ignoratur exitus eius. Etſi Hera ſupradictas chartas, poſtea alibi reperi: comprehenſam cum filio fuiſſe, carceri ambos incluſos, deinde ſupplicio affectos. Ciues autem tunc, cõmiſeratione oculos lacrymis oppleti, puellam vbiq; quærere: quod idem, qui de familia aderant, faciebant. Locus nullus, qui poterat, intentatus relictus. Reperta verò modò die tertio eſt: cùm quidem in Limoſo gurgite hæreret: niuea & roſea cum facie: brachiolis decuſſatim ſupra pectuſculum compoſitis. Extractum tunc corpuſculum: congregatisq́; Sacerdotibus, & aliis multis hominibus: copioſis cum lacrymis, magno cũ honore, in Cœmeterio iuxta fanum, 6. die Maij terræ mandatum eſt.*

Nutricis pœnitetia, & exitium.

Luctus Parentum.

Dulciſſimi autem Regisvvindæ parentes, qui tunc domi non fuerant, vbi redierunt: dici non poteſt, quanto mærore, quanto luctu, ex hac indigniſſima vnicæ filiolæ amiſſione affecti fuerint. Dolorem proinde perferre non valentes: non amplius hunc locum intueri voluerunt: ſed in Bauariam remigrauerunt: deportaturi eò & filiolæ corpuſculum: ſi non bonorum & piorum conſilio, ab eo propoſito deducti fuiſſent.

[illegible]ctis dehinc aliquot annis: fanum illud, ſecus quod puella humata erat, quia lignis cõſtructum, inclinauit ſe ad eius ſepulcrum: cumq́; tignarij fabri corrigere niterentur, ſuperincidit.

VVirceburgi Epiſcopus.

Erat tunc VVirceburgi Epiſcopus, Hunibertus vel Hubertus: qui muneri ab anno Dom. 832. vſq; ad 841. præfuit. Hic ſecundum quietem monitus: vt locum Lauffæ, vbi Neccarus eſſet, expiaret: inibiq́; Templum ædificaret: id viſum neglexit, vt vanum. Iterum, atq; adeo tertiũ, monitus, increpitusq;: illò profectus cum comitatu honeſto eſt. Cõditum eſt Templum: & ab eo, XV. Iulij conſecratum. Tum & funuſculum Regisvvindis, eò illatum: ſolenni cum pompa Presbyterorum, Scholaſticis cantu proſequentibus. Accedit iam quædam (ſicut multa huiuſmodi Monachi finxerunt) à charitate profecta (vt moris erga S. Martyres) gloriæ huius virgunculæ amplificatio; quæ dicitur Angelica cantio audita eſſe, beatam hanc puellam prædicans: & odor quidã, tanquam roſaceæ ſuaueolentiæ, exortus. Sed alibi inueni, aqua luſtrica corpuſculum aſperſum, & ſuaueolẽti vnguento illitum, ad aram Templi depoſitum eſſe. Sepulcrum fuiſſe argento obductũ. Cæterum exequiis tunc peractis, domum diſceſſum eſt. Miraculis dein hæc Sancta coruſcauit (ſi beneuolo rumori fides habenda eſt) ægrotis multifariam hominibus, ad ſepulcrum eius ſanatis. Cùm denique Bauari quidam, rapiendi clàm hoc λείψανον, ſeu reliquias, eſſent auari: commotione Templi, ac tonitribus, repulſi ſunt. Hæc hactenus, de S. Regisvvinde. Conſuetudo hinc inoleuit: vt Ruſtici ſeruos ancillasq́; ſuas, die huius Sanctæ, hoc eſt, XV. Iulij, conducant. Hiſtoria, integrè in Templo depicta fuit. Tactum poſtea 1564. fanum de cœlo, conflagrauit.

Templum Regisvvindæ cauſa conditum.

EPITA-

EPITAPHIVM MICH. EPP. 1527.

Excubat inſignis celebris virguncula tumba,
Regisvvindis in hac, martyr & eximia.
Quam fera primæuo nutrix in flore iuuentæ
Inſontem oppreſſit, acta furore graui.
Vrna, per æternum ſummo dilecta Tonanti,
Oſſa verenda tenet, ſpiritus aſtra colit.

IMP. LVDOVICI CVM VXORE IVDITHA CALAMITAS, coniuratis in eum filiis: atque ex malis euaſio.

CAPVT IIII.

ANno 830. (cùm Aquiſgranum præcedente anno, terræmotu concuſſum fuiſſet) Francia magnopere inteſtinis diſcordiis turbata fuit: filiorum ſcilicet motu aduerſus Imp. Ludouicum. Quo tempore tum ipſe, tum coniux Iuditha, ingratè & inhumaniter ab illis tractati fuerunt. Res prolixè libro 4. Gaguini & Auentini, ac lib. 3. Æmilij, deſcribitur. Summa, hæc eſt.

Italiæ Rex erat Bernhardus, Pipini F. Caroli M. N. Eius ſorores, probri reæ agebantur: ac quæſtio in vitiatores earum, VVallio, qui Bernhardi pueritiam regebat, mandata fuit. Hic verò, ne pupilli ſui ſorores, manifeſtæ infamiæ obijcerentur: diſſimulatione rem ſepultam optabat. Bernhardus quoq́, inſtinctu quorundam circum ſe Procerum, ſeſe Franciæ Regem nuncupabat: tanquam pater ſuus Pipinus, maior natu Ludouico fratre, nunc Auguſto, fuiſſet. Sed Germanorum Sueuorumq́ ſtudia, in Ludouicũ conſtantiſſima manſerunt. Bernhardus, vix dum Alpibus ſuperatis, captus eſt, & luminib. orbatus: quo dolore contabuit. Proceres, alij alia pœna affecti: nonnulli Epiſcopi, ſedib. exacti. Lotharius, Auguſti F. Rex Italiæ datus, à Pontifice coronatus eſt. Malũ tamẽ non conquieuit. Etenim amici Bernhardi, qui exiſtimatione opibusq́ integri erant, Principe VVallio, cõiurarunt. Imperatoris filij duo, Lotharius ac Pipinus, ab ipſo abalienati ſunt: hic, quòd nõ pauci ſuorũ Nobilium, ignominia notati fuiſſent: ille, quòd, Bulgarorũ in Foroiuliẽſem Ducatũ irruptione neglecta, Carinthia & Stiria, iraſcẽte Auguſto, Italiæ Regno ereptæ, Germanisq́ reſtitutæ, eſſent. Sic Alemannorũ beneuolentia, mirè erga Auguſtum aucta. Tertius huius filius Ludouicus, Germanorũ Rex, conſpiratione iſta abſtinuit: quartus filius, ex Iuditha Carolus, adhuc infans erat. Conſilium erat hoc coniuratis, è ſolio detrudere Auguſtum. Igitur in Aquitaniam profecti, ad Regem Pipinum: Bernhardum (al. Berardum) Gotthicanorum Comitem, Prætorio præfectum, grauiter accuſarunt: cum in Aula Imperatoris propè dominari: non virtute, ſed turpi Reginæ Iudithæ amore, tantam gratiam adeptum. Pipinum ergo, vt filium (quem id probrum, à patre blãditiis irretito non animaduerſum, maximè attingeret) malo huic quamprimum obuiam ire, & infamiam à patre auertere, debere. In hanc ſententiam, iſti. Et ſanè pudicitia Auguſtæ malè inter homines audiebat: non quòd crimen in ea hæreret: ſed quòd id confictum eſſet ab illis: qui ſorores Regis Bernhardi, probri accerſitas moleſtè ferebant. Itaq́ vehementer in Dominam inuehebantur: alienigenam eſſe, cui ſeruire ipſi nollent: impotentem mulierem eſſe, nouercali odio tres priuignos perſequentem: ſtupris & homicidiis, ſe Cæſareamq́ domum contaminare. Cæteris fratribus, longius abſentibus: Pipinum ſolum adeſſe, ad quem omnes boni reſpicerent: qui ipſos à muliebri ſeruitute liberare poſſet.

Regis Italiæ Bernhardi ſorores, improbæ.

Ipſe, excæcatus.

Filij, contra Impp. Ludouicum & Iuditham.

Iudithæ, probra obiecta.

Illorum oratione Rex Pipinus, vt iuuenis humanæ fraudis imperitus, non difficulter impulſus: ſe commouit, à patre deficiens. Bernhardo ſe bellum, non patri, inferre dictitabat: cuius filium Aureliani captum, luminibus priuauit: ſcelera imitatus, quorum inuidia pater laborabat. Pius vbi comperit, aduerſus ſe, & coniugem, atq́ Bernhardum, infeſto animo tendi: huic in Gotthicanam præfecturam, & inde in Hiſpaniam ſecedendi, autor eſt: Iuditham, ſe in Monaſterium ſacrarum fœminarum, quod Lauduni Deiperæ virgini dedicatum erat, ſecuritatis cauſa includere iubet: ipſe Galliæ Belgicæ ciuitatem Compendium (Compeignam) ſe contulit. Deinde in concilio Epiſcoporum veniam petiit ſuppliciorum, quæ ſumpſiſſet. Quæ voluntaria confeſſio, aduerſariorum aduerſus ipſum & vxorem cauſæ vires addidit. Iuditham illi ad ſe Monaſterio educi iuſſerunt: variisq́ minis terruerunt: ſi ſalutis rationem haberet: tonderetur ad Monaſticam vitam: idemq́ facere, marito perſuaderet. Hic ſuadenti reſpondit, ſe de re conſultaturum. Ipſa ad coniuratos reuerſa, in S. Rhedegundis collegium, apud Pictauienſes, incluſa eſt, & velata: vbi ſcilicet flagitia ſua, victu & amictu duro expiaret. Per id tempus etiam Lotharius caſtra

Ludouici defenſio contra filios.

contra patrem in Francia poſuerat. Sed longè abfuit, vt Italiæ proceres pro filio aduerſus patrem ſigna ferrent, ſicut ille ſperauerat. Comitiis deinde in Belgica vrbe Neomago habitis (quo Sueui, aliiq́; Germani, magno numero, Imp. Pÿ ſtudio conuenerant) filiiq́; leniter verbis à patre caſtigatis: turbæ, compoſita ſunt: ipſi (Lotharius, Ludouicus, Pipinus) Regnis ſuis præeſſe iuſſi: principes coniurationis, comprehenſi: iudicum ſententia, rei capitalis condemnati. Sed Pius (quæ clementia eius erat) neminem eorum occidi voluit. Laicos, tantùm tonderi: reliquos, per Monaſteria aſſeruari, iuſſit. Inde Aquiſgranum in hyberna conceſſit. Hæc, 829. & 830. annis, geſta.

Turbarum ſedatio.

Sequenti verò anno, vxorem Pius è Monaſterio reuocauit: quam nullo in honore habuit: priuſquam illa ſe à ſtupri ignominia purgauit: id quod Aquis, in celeberrimis Deiparæ virginis feriis, 4. nonas Februar. cereorum accenſione celebrari ſolitis, ritu ſolenni factum eſt. Tunc ſeſe iuriſiurandi religione, teſtimoniiſq́;, ab obiectis purgauit criminibus. Hoc demum facto, eã rurſus cõiugali toro dignatus eſt. Reuocati ſunt quoq́;, qui cum ipſa eiecti in exilium fuerant, fratres eius, Conradus & Rudolphus. Paſchate Aquis acto: Ingelheimum inde eſt ventum: ibiq́; omnibus, qui in cuſtodias traditi fuerant, ignotum. Lotharius in Italiam, Pipinus in Aquitaniam, Ludouicus in Bauariam, reuerſi erant.

Iudithæ purgatio.

Autumno Imperator conuentum in Theodonis villa, ſiue Diethenhofa, egit. Eò à Saracenorum Legatis, odoramenta & ſucci, veſtes & alia munera, ad ipſum allata. Venit eodẽ Bernhardus, Præfectus Prætorio: qui in Hiſpania hactenus delituerat. Is ad ſingulare certamen (priſcum Francorum & Alemannorum purgandi genus) calumniatores prouocauit: ac, nemine ſeſe ad pugnandum offerente, iureiurando ſe ab obiectis criminibus expiauit.

Theodonis villa, Diethenhofen.

DE MONASTERIO HIRSAVGIENSI. IOAN. PARSIMONIUS Abbas. PRIMA huius Monaſterij fundatio. Nobiles ſerui de Calvv. S. Helizena. S. Nazarius.

CAPVT V.

Hirſaugienſis Monaſterij, & hoc tempore, quo Imp. Ludouici primi res, admodum perturbatæ erant, fundatio facta eſt: & longè antè, quoddam principium fuit. De ipſo, Chronicon inſigne Ioannis Tritenhemij extat: ac non pauca, è pluribus collecta locis, pietate doctrinaq́; præſtans vir, reuerendus etiam Cœnobÿ Abbas, IOANNES PARSIMONIVS (qui nunc in illa beata vita eſt) ante biennium ad me miſit. Ex his ergo Auctoribus, quæ notatu digna indicauero, tum hoc loco, tum alibi, perſcribam. Principiò autem, huius beati viri partem prolixæ ad me Epiſtolæ, gratæ memoriæ cauſa ponam.

Parſimonius, Hirſaug. Abbas.

MARTINO CRVSIO, AMICO SVO.

Clariſſime vir, amice obſeruande: ex tuis ad me datis literis, de tuo egregio, & laude multa digno intellexi conatu, Sueuica hiſtoria conſcribendæ. Quem vtinam iuuare queam, Magna certè id animi promptitudine facerem: vtpote qui hiſtoriarum lectione, & antiquarum rerum cognitione, ipſemet mirificè delector. Etſi autem pauca & tenuia ſunt: quæ in meo Monaſterio ſcitu digna, eaq́; manuſcripta, reperiuntur: ne tamẽ tuæ honeſtæ deſim petitioni: curaui per meos diſcipulos ea tibi ex meo ἀλλογάφῳ deſcribenda: quæ ante aliquot annos, partim ex libris, partim ex parietibus Monaſterij, in meum ſolius vſum & oblectamentum collegi: videlicet fundationes Monaſterÿ Hirſaugienſis: & eiuſdem Abbates, atq́; illuſtriores Doctores, aliaſq́; perſonas, quæ in eo vixerunt: vna cum inſignioribus quibuſdam hiſtoriis, dicteriis & ſententiis: quæ hinc inde viſuntur & leguntur. Quibus addidi Epitaphia, vetera & noua: quotquot in Templo huius Cœnobÿ reperiuntur. Comitum verò Caluenſium Epitaphia, quæ etiam alij à me petiuerunt, nulla prorſus habeo: niſi vnicum Erlafridi fundatoris. Sed nec alia de illis comitibus vlla hiſtorica, in meo extant Monaſterio. Tantùm collectanea quædam mitto: quæ nuper, exeunte Ianuario, à quodam bono viro, Gotefrido Ramingero, apud Lindauium habitante, remunerationis loco mihi data ſunt: quòd in Monaſterium à me eſſet intromiſſus. Cuius viri te optarim habere notitiam: eò quòd multipliciter conatus tuos iuuare de rebus Sueuicis poſſet. Benè cum tuis omnibus vale. Hirſaugiæ, die XXIII. Mart. anno Domini M. D. LXXXVIII.

Gotfridus Raminger.

Tuæ H. ſtudioſus Ioan. Parſimonius,
Abbas Hirſaugienſis.

INSIGNIS

INSIGNIS MONASTERII HIRSAVGIENSIS, per Helizenam viduam, nobilem & piam mulierem, primaria fundatio.

Anno DC. XLV. *vidua quædam diues erat, nomine Heli̇zena, ex familia nobilium ſeruorum de Calvv: quæ, cùm aliquot annos in viduitate manſiſſet, ſolum adhærere Deo cupiebat: eum quotidie precabatur: vt, quia ſibi liberos non dediſſet, reuelaret: quomodo ipſa poſſeſſiones ſuas ita expenderet: vt ei gratum eſſet, nomenq́ eius celebraretur. Itaque nocte quadam in ſomnis vocem ſibi audire viſa eſt, quæ diceret: Helizena, attende: Preces tuæ, à Deo exauditæ ſunt. Eius rei ecce ſignum, planicies hæc: tribus & vno caudice pulchris exornata pinis. Ibi tu Eccleſiam, ad honorem Dei ædificabis. Soluta ipſa ſomno: illa, quæ audiuerat & viderat, perinde præſenti retinuit memoria: ac ſi vigilanti ſibi contigiſſent. Videbantur ei ipſa verſari ante oculos: quamuis antè illò acceſſiſſet nunquam. Silentio autem totum texit. Poſtridie, cùm diluxiſſet: honoris Dei gratia induit veſtem precioſam ac feſtiuam: & comitata duobus Miniſtris, vnaq́ ancilla, egreditur quaſi deambulatura: viam ad prædia verſus deſcendit: deinde montem aſcendit. Conſpicit illic eminus planiciem, quam inter dormiendum imaginata fuerat. Vnde gaudio perfuſa, properanter progreditur: pinus tres pulchras, vni caudici inſiſtentes, in amœna illa planitie inuenit. Tunc in terram, lacrymis præ lætitia obortis, procidit: veſtem ſuam iuxta pinus ponit: vt ſignificaret, ſe cunctas opes ſuas eo in loco, diuini numinis honorandi cauſa, collocaturam. Tum domum cum famulis reuerſa, propinquos ſuos omnes (inter quos, Egvvardum & Leopoldum) ſeruos nobiles, tunc ciuitatis Calvv Rectores, lociq́ Magiſtratum, & familiam ſuam, conuocat: rei ſummam totius exponit: quid ſibi animi ſit, indicat: conſenſum eorum, vt ad quos ius loci pertineret, requirit. Liberaliter illi reſponderunt: dantes non tantùm aream illam ad ædificandum: ſed & nemora, agros, paſcua, eò pertinentia. Mox Helizena veſtem illam ſericam, annulos aureos, reliquamq́ precioſam ſupellectilem, in ſacellum, quod Calvvæ erat, S. Nicolai, inferri iuſſit: ſe poſthac nullo ſeculari ornatu (ſiue indumentorum, ſiue monilium & gemmarum) in corpore ſuo vſuram. In ſingulos cogitabat dies: quomodo illi diuinæ voluntati ſatisfaceret. Proinde aggreſſa eſt opus Eccleſiæ ædificandæ, quod & triennio abſoluit: Deumq́ orauit, vt, qui ſibi eius perficiendæ viam facultatemq́ dediſſet: eam deinceps quoq́, ad honorem ſuum inibi augendum, curæ ſibi haberet.* S. Helizena, an. 645. Chriſti. Caluenſes nobiles. Somnium Helizenæ. Pinus tres, in vno caudice. Calua op. Eccleſia per Helizenam ædificatio.

Admonita denuò in ſomnis eſt voce quadam: vt Eccleſiæ huic certos homines aſſignaret, laudes Dei multiplicaturos. Domum ergo, fano vicinam, ædificandam curauit: in qua perſonas quatuor, à rebus mundi abſtractas, ſufficienti cum alimonia conſtituit: quæ ad ſolum diuinæ gloriæ ornandæ ſtudium incumberent: quod inſtitutum ſuum, tam Eccleſiaſtica, quàm ſeculari poteſtate, confirmandum curauit. Eccleſia autem quotidiano ſtudio, ad laudem Dei à populo frequentabatur. His rebus hactenus ſic perfectis: Helizenam Deus, nec dum conſecrato Templo, ex hac auocauit vita: quæ in ciuitate Tubinga ſepulta eſt. Vnde alicui videri poſſit, Tubingam etiam tunc Caluenſium nobilium fuiſſe. Mors eius. Tubinga.

Hæc, de antiqua & prima fundatione atq́ inſtitutione Hirſaugienſis Cœnobij: cui ſe Bruno quidam interfuiſſe teſtatur: nobilium ſeruorum, Egvvardi & Leopoldi, Notarium. Narrationem hanc, Teutonico ſermone expoſitam: & anno 1534. à Spirenſibus Canonicis Hirſaugiēſi Abbati Ioanni tranſmiſſam, iuſſu huius quidam Latinam fecerat, non ſatis Latinè: cuius argumentum nunc huc tranſtuli.

Defuncta autem nobili illa, & ſancta vidua, Helizena: Eccleſia eius (quam in vertice collis prominentis, iuxta præterfluentem Nagoltum conſtruxerat) S. Nazario conſecrata eſt. Vnde hodie quoq́, ille mons, S. Nazarij nuncupatur. Ad cuius crepidinem, vel radicem, cella S. Aurelij (antiquum nunc, & tranſpontanum Monaſterium, dicta) poſtmodum fundata eſt. Remanſit ad patrum noſtrorum vſque tempora, veſtigium illius Helizenanæ Eccleſiæ: tugurium nempe lapideum & humile, S. Nazario dicatum: nimia poſtea vetuſtate collapſum. S. Nazarij mons, & ibi Eccleſia.

Nazarios autem duos, apud Petrum de Natal. reperio. Vnum, illuſtris viri Africani & perpetuæ, Romæ habitantium, filium: qui cum Gallo quodam puero, nomine Celſo, multa propter fidem Chriſti paſſus ſit: & tandem decollatus apud Mediolanum, extra portam Romanam, in loco Tres muri dicto, 5. Kal. Aug. Alterum, qui cū Baſilide, Quirino, & Nabore, Romæ (quæ, omnium patria erat) imperante Diocletiano, poſt durißimos cruciatus, cùm Chriſtum abnegare nollet, capite mulctatus ſit, pridie Idus Iunij. Nazarij duo.

CELLÆ S. AVRELII, NOBILIS MONASTERII HIRSAVgienſis antiqui & tranſpontani, conſtructio: quæ eſt SECVNDA huius cœnobij fundatio. Erlafridus, Caluenſis Comes: Nottingus & Ermefridus, filij eius, SS. Epiſcopi Dionyſius & Aurelius. Catalogus XII. primorum Hirſaugienſium Abbatum.

CAPVT VI.

Erlafridus, Caluenſis comes.
Nottingus Epiſcopus, filius eius.
S. Aurelij reliquiæ, ab illo in patriã delatæ.

ANno ſalutis IƆ CCC. XXX. *erat in Alemannia* ERLAFRIDVS, *Comes de Calue: vir diues & potens, apud Imp. Ludouicũ gratioſus, pietatis ſtudioſus. Habebat is filium, cui Nottingo erat nomen: virum in S. literis egregiè eruditum: qui ſub Carolo M. Vercellẽſis Eccleſiæ Epiſcopus erat factus. Hunc, cùm diu benè præfuiſſet, deſideriũ charæ patriæ cœpit reuiſendæ. Id verò non ſine aliquo, claram facturo patriam, munere, facere decreuit. Habebat porrò in Eccleſiæ ſuæ pulcherrimo Mauſoleo, Epiſcopi Aurelij Armenij (de quo ſuprà part. 1. lib. 7. c. 4.) corpus, ſiue reliquias: quas magnis precibus à Mediolanenſi Archiepiſcopo impetrauerat. Has ſecũ, fidelibus aliquot hominibus comitatus, iumento impoſitas (cùm quidem antè in ſomnis ab Aurelio ſic facere iuſſus eſſet) trãs Alpium iuga, in patriam feliciter attulit: in domum ſaltus, quam in Nigra ſylua Sueuiæ habebat: vbi magna ſuorum lætitia fuit exceptus. Poſtea ſarcinulam earum reliquiarum (comitatus patre Erlafrido, & fratre ſuo Ermefrido, multisq́ nobilibus & plebeis hominibus) in Eccleſiola vel ſacello, quod S. Nazario dedicatum erat (ſitum in vertice prominentis collis) depoſuit: quouſq́ ad ipſam collis radicem (quem locum cæci cuiuſdam, ſi credimus, ibi facta per inuocationem S. Aurelij, illuminatio deſignauerat) condigno decôre Eccleſia conſtitueretur. Vnde & idem collis, de S. Nazario nomen accepit.*

Poſt paucos inde dies Nottingus (expoſita Sancti, ſecũdum quietem antehac ſibi viſi, voluntate) orat & obteſtatur patrem ac fratrem: vt amore omnipotentis Dei, ad honorem B. Petri, principis Apoſtolorum (τῦ κορυφαίυ τῶν ἀποςόλων) *& S. Aurelij Epiſcopi, Monaſterium ſeruorũ Dei conſtruerent: in loco, vbi cæco viſus fuiſſet reſtitutus. Promiſerunt ambo facilè, ſe facturos: & Nottingus exactis duobus menſibus, ad Eccleſiam ſuam Vercellenſem rediit. Cœptum igitur eſt id Monaſterium eodem anno: &* VIII. *annis abſolutum: in loco amœno, qui Hirſaugia vocatur. Interim autem Antiſtes Nottingus, vt tam ſancti operis ſe faceret participem: magnum auri argentiq́ pondus miſit ad patrem. Inſuper, cruces aureas & argenteas, calices & libros, nec non alia: ad diuinum cultum tum neceſſaria, tum decôra. Satis, pro conditione illorum temporũ, cœnobium hoc, & Monachorum habitacula, fuerunt parata. Quanquam ſi noſtri Monachi (inquit Tritenhem.) hodie ſimilibus includerentur cellulis: ſe mancipatos vinculis & tenebris clamitarent. Veteres olim Monachi, cellas quidem, Eccleſias, & alias manſiones, humiles habebãt, „ & tenebricoſas: ſed eorum corda erant lucida valde in amore Dei omnipotentis: & in ſcientia „ diuinarum ſcripturarum. Noſtri autem Eccleſias, cellas, domosq́, & omnes manſiones, iam lucidiſsimas fabricant: ſed corda eorum, vitiis & deſidia plena, tenebricoſa ſunt: quoniam nec Deũ, „ ſicut debuerant, diligunt: nec lectionibus ſcripturarum, animum intendunt. Hæc, Spanheimen„ ſis Abbatis querela eſt: quæ in Monacho Martino Luthero nũ locũ habeat, conſideret, qui volet.*

Cella S. Aurelij, vel antiqui Monaſterij Hirſaugienſis, ædificatio.
Monachorum veterum & recentium collatio.

Conſummato deinde tam inſigni opere (anno ſcil. 838.) non ſine maximis impenſis: pius comes Erlafridus cogitare cœpit: vndenam veteris conuerſationis Monachos, ad S. patris Benedicti Regulam benè inſtitutos, in hoc ſuum Cœnobium plantare poſſet: gute Profeſſores in dieſe newe Schul. *Cùm autem in Fuldenſi Monaſterio, Abbate Rabano Mauro, Monachi viuerent, tales: quorum laus & fama, etiam apud Imperatores, Reges, principes, vigeret: tum propter ſanctitatem vitæ, tum propter ſcientiam S. literarum: Comes ille, de conſilio ſuorum, & mandato Moguntinenſis Archiepiſcopi Odegarij, à Rabano impetrauit* XV. *fratres, & Abbatem eis Lindebertum (al. Lintbertum, & Luitbertum) ſenem venerabilem, ex nobili familia Sueuiæ ortum: qui nouum Cœnobium anno 838. Indict. 1. ingreſsi ſunt: cùm honorificè ab Erlafrido excepti fuiſſent. Menſe poſtea Septembri eiuſdem anni, prædictus Archiepiſcopus (Comitibus Erlafrido, & Ermefrido filio, petentibus) hoc Monaſterium conſecrauit, ſub honore B. Petri, & S. Aurelij: præſentibus multis Principibus, Epiſcopis, Abbatibus: ipſo etiam Rabano Fuldenſi. Conſecratione peracta: reliquiæ Aurelij, de ſacello S. Nazarij, magna cum deuotione allatæ per illas illuſtres & reuerendas perſonas, ſummo Altari honorificè incluſæ ſunt. Tunc Lindebertus, Abbas primus, baculum paſtoralis curæ (Erlafrido & Monachis petentibus) ab eodem Archiepiſcopo, in conſpectu omnium accepit. Comes Erlafridus, omnipotẽti Deo, & prædictis duobus Sanctis, tradidit*

Monachi, ex Fuldẽſi cœnobio huc plãtati.
Conſecratio Monaſterij.
Reliquiarum Aurelij in Altari incluſio.

didit hoc ſuum Monaſterium: cum viculis, ſyluis, paſcuis, aquis, agris, pratis, ac prouentibus, circumiacentis loci, ac multis aliis rebus. Nomina locorum, ſcripto inſerta: Stamheim, Deckenpfrunt, Gilſtein, Meuchingen, Muechlingen, Töffingen, Lützelhart, Altburg, Lützenhart, Ebersbühel, Kallenbach, Kugelbach (al. Kobelbach) Nagolthart, Ottenbrunn, Hugeſtetten, Gumbrechſt-VVilar, Altibura. Omnem certè circumiacentis ſyluæ latitudinem, quæ eſt à fluuio Deinaha, vſque ad fluuium inferiorem Richinbach, dedit. Hanc donationem Odegarius ſupradictus, Loco Papæ Gregorij IIII. *& Imp. Pij, banno perpetuæ ſtabilitatis communiuit. Conſtituit etiam Aduocatum Monaſterij, ipſum Comitem Erlafridum: ſed ea conditione, vt ne, ipſo mortuo, filius in Aduocatione ſuccederet: niſi eſſet ab Abbate & conuentu, libera ipſorum volũtate receptus. Eodem anno Erlafridus, confirmationem dotationis huius ab Imperatore Spiræ impetrauit.* Stammheim. Deckenpfrunt. Töffingen. Callenbach. Aduocatus Monaſterij.

S. autem Aurelius, ſæpe iam memoratus, natus in Armenia fuit, parentibus nobilibus & Chriſtianis: atq; in ſtudio pietatis doctrinarumq; educatus: ita, vt etiam ciuitatis Redicianæ Epiſcopus ſit factus: cui munere fideliſsimè & optimè præfuit. Ad eum B. Dionyſius, Mediolanẽſis Archiepiſcopus, Arianis ſubſcribere recuſans, ſub Imp. Conſtantio, anno Chriſti 361. in Armeniam eiectus, venit: ingenti cum lætitia ab illo, vt verus Chriſti Diſcipulus, exceptus. Eum etiã cõſolatus eſt Aurelius: Lacrymas, frater, compeſce: Domini eſt terra, & plenitudo eius: omnisq; orbis, Chriſtiano patria eſt. Ibi ſumma inter eos charitas fuit: donec S. Dionyſius 8. Kal. Iun. 379. mortuus eſt. Cuius reliquias B. Aurelius, arte deſiccatas, & naui impoſitas, paucis annis pòſt Mediolanum (ſicut à viuente adhuc, rogatus fuerat) retulit: S. Ambroſio Epiſcopo, cum omni clero & populo, extra vrbem obuiam honoris cauſa eunte. Volebat inde in Armeniam ad Eccleſiam ſuam Aurelius redire: ſed ab Ambroſio retentus eſt: ac Mediolanenſes verbo exemplóque ſuo, ad amorem cæleſtis patriæ inflammauit. Ibi 8. Kal. Iun. & ipſe, an. 383. obijt, inter manus D. Ambroſij: qui concionem funebrem habuit, incipientem: Amiſimus fratrem & paſtorem dulciſsimum. Sepultus eſt in ſarcophago proprio, ad latus B. Dionyſij, in Eccleſia Mediolanenſi: vbi manſit circiter 437. A. donec Nottingus ab Archiepiſcopo precariò impetrauit, & abſtulit: vt antea dictum fuit. S. Aurelij vita. S. Dionyſius, Mediolanen. Archiepiſcopus. S. Ambroſius.

Mortuus eſt Erlafridus, huius Cœnobij fundator, Cella S. Aurelij (ex Comite factus Monachus) an. Dom. DCCCL. *die* XXIX. *Ian. Cuius Monumento Epitaphium hoc inciſum eſt.* Erlafridi obitus.

Qui fundando locum dedit hunc Domino Dominorum:
ERLAFRIDI Comitis hîc iacet ecce cinis.
Corporis exuuias Februi fert quarta Kalendas:
Cui ſit ſumma quies, & ſine nocte dies.

Tranſlatum eſt hoc Monumẽtum 23. Decemb. 1566. in hodiernum maius Monaſterium: & poſitum poſt ſummum Altare. In extremitatibus eiuſdem Monumenti, verba ſequentia leguntur:

Ab incarnatione Chriſti, anno 830. fundatum eſt hoc Monaſterium, à generoſo Domino Erlafrido, Comite de Calvv: cuius depoſitio agitur 4. Kal. Februarij.

Conſpicitur etiam pictura fundationis huius, in pariete ibi: cui ſubſcripta ſunt verba ſequentia.

Erlafridus, nobilis Senator, & Comes generoſus de Calvv, in comitatu ſuo INGRISHEIM, *in pago VVaringauu, in ſylua, quæ dicitur Nigra, iuxta præterfluentem fluuium Nagoltũ: vna cũ filio ſuo Notingo, Vercellenſi reuerendiſsimo Epiſcopo, tranſpontanum & vetus cœperunt à fundamentis conſtruere Monaſterium: in loco, qui dicitur Domus ſaltus: ad honorẽ ſanctorũ, Petri, principis Apoſtolorũ: nec non Aurelij, Redicianæ ciuitatis Armeniæ minoris, Epiſcopi. Cuius quidẽ ſacri corporis exuuias, ex Mediolano prædictus Præſul Notingus, clitellis impoſitus, trans Alpes ad hunc locum aduexit, anno Chriſtianorum* DCCC. XXX. *temporibus Ludouici Pij, Caroli Magni filij, Romanorum Imperatoris Chriſtianiſsimi: ordinem diui patris Benedicti, primũ ibidẽ plantando: atq; Abbatum cũ* XV. *Monachis, ex Fuldenſi Monaſterio, cui tũ Magnẽtius Rabanus præſidebat, inſtituendo. Huius autẽ ſacratiſsimæ religionis inſtitutio, per annos circiter centũ, ſeptuaginta duos, & ſuprà, non ſine magna laudis & religionis opinione, in plurimorum ædificationẽ perſeuerauit: ſcilicet adusq; beatiſsimi Leonis Papæ noni, & Adalberti Comitis de Calvv ſenioris, prædicti Leonis auunculi, tempora. Cuius quidem hortatu idem Comes, collapſam in Eccleſia & Monaſterio religionem per annos 64. inſtaurauit: Monachos, quos inde expulerat, in integrum reſtituendo. Auunculi, pro, Nepotis ex ſorore.* Ingrisheim.

CATALOGVS ABBATVM HIRSAVGIENSIVM PRImorum: qui vſque ad hodierni Monaſterij fundationem præfuerunt.

1. *Lintbertus, vel Luitbertus, anno 830.*
2. *Gerungus, 854.*
3. *Reginbodo, 885.*
4. *Harderadus, 890.*
5. *Rudolphus, 918.*
6. *Diethmarus, 925.*
7. *Sigerus, 952.*
8. *Lupoldus, 982.*
9. *Hartfridus, 986.*
10. *Conradus, 988.*

Interegnum, vacatióve Abbatiæ, per A. 65.

11. *Fridericus, 1065.*
12. *VVilhelmus, 1069.*

De quibus ſingulis ſuo loco.

SALOMON PRIMVS, CONSTANTIÆ EPISCOPVS. Kaltenberger, Campidonenſis Abbas. Imp. Ludouicus, & vxor Iuditha, à filiis capti. Tigurinum Monaſterium, Frawenmünſter. Tigurum vel Turegum, ſub Ducatu Sueuiæ.

CAPVT VII.

Salomon, Epiſcopus Conſtantiæ. ANno 831. *Conſtantienſis Epiſcopus* XXIIII. *viuebat, vir pius & mitis, Salomon* 1. *qui cùm 42. annos præſediſſet, cum ſumma laude: obiit 873. Conſtruxerat, antequam Epiſcopatui præficeretur, Collegium Regularium Canonicorum ad honorem S. Stephani, in pago ſuorũ parentum, de ſe Salmonbach appellato. Quod ipſe poſtea, Epiſcopatum adeptus, ex Turgouia Cõſtantiam tranſtulit, in parochiam S. Nicolai: quæ tum S. Stephani cathedralis Baſilica, ab hoc Salomone ſic dicta & conſtituta eſt. Idem Salomon, primus fundator & Monaſterij & oppidi,* *Epiſcopi Cella.* *quod Epiſcopi Cellam vocant, celebratur: in quo frequentius, quàm Conſtantiæ, habitaſſe dicitur. Bruſch.*

Kaltenberger Abbas. *Anno 832. erat adhuc Gothardus Kaltenbergerus, Abbas Campidonæ: vita innocentia nobilis (etſi alias timidus) vir. Cum eo libenter verſatus eſt Imp. Ludouicus. Ille præter alia,* *Memminga.* *quæ fecit (vt ſuprà Anno 817. dictum eſt) permulta quoq; in pago Grynenfurto, id eſt, Memminga, ædificauit. Erat tunc inſignis lacus ſub Hiſlemontio (vbi poſtea, Prynerina platea) vnde natantes anates, à Miniſtris Abbatis ex ipſa arce iaculis conficiebantur.*

Anno 833. cùm Imp. Ludouicus filio Carolo, quem ex Sueuia Iuditha procrearat, Alemã- *Aulici, contra Principem filios incitant.* *niam & alia decreuiſſet: proceres & Epiſcopi quidam, omnia vtilitate & ambitione metientes, cæteris filiis eius perſuadent: ſenem patrem, illecebris addictum vxoris (γυναικοκρατούμενον) & iniuſtæ nouercæ blanditiis captum, inſidiari cõmodis vitaq́; illorum, & amicorum ipſis. Filij, odio nouercæ (quam alioqui verſutam mulierem, & vulgò pudicitiæ nomine malè audire, parentemq́; vxorium eſſe, agnoſcebant) communicato conſilio, coniunctis viribus, in Alſatiæ Campo,* *Lugenfeld.* *poſtea mendaciorum appellato (Lugenfeld) coëunt, inter Argentinam & Baſileam. Imperator quoque ipſe, menſe Maio, valido cum Sueuorum aliorumq́; Germanorum robore, in Vangionum vrbem (VVormaciam) ſe confert. Pontifex Gregorius, re iampridem cognita: cùm inde maximum Eccleſiæ & Reipublicæ periculum imminere exiſtimaret: ad filios in Franciam proficiſcitur: ſi qua ratione parricidialem tumultum ſedare poſſet. Quando itaque 8. Calend. Iul. acies vtrinq; (Pio ad Lugenfeldum profecto) in procinctu ſteterunt: eo conſpecto, à pugna abſtinuêre. Ipſe tunc inter partes de pace agere: ſed multitudine, quæ apud filios erat, obſtrepente, nihil proficere. Parens filios cùm 3. Cal. Iul. moneret: ne contra ius naturæ aduerſum ſe agerẽt, néve furori populi obtemperarent: filij, ſi ipſe ad eos veniret: præſenteq́; Pontifice, de ſalute communi ageret: ſe in poteſtate eius futuros, reſponderunt. Quibus verbis Auguſtus motus, ad eos perrexit. Vbi ambæ partes conuenêre: filij mox ex equis deſiliunt: oſculoq́; à parente excipiuntur. Inde ad caſtra*

ſtra filiorum itum. Tum abſq; mora Iuditha (quam cauſam omnium malorum vociferabātur) ab Imperatore ſeparata eſt: & in tentorium Regis Boiorum Ludouici deducta. Lotharius patrē, cum Carolo F. adhuc impubere, ad ſuum tabernaculum abducit. En pietas filiorum, en ſimulatio, en deceptio. Sæpe longior patris vita, inſtar ſeruitutis eſt filio. At etiam vultu lædi pietatem, priſci Romani dixerunt. Interim omnes, qui aderant, in verba filiorum iurauēre: Imperium à fratribus, in tres lacerandum partes decretum eſt. Auguſta, in oppidum Derthonis Italicum relegata: ibiq; diligenti cuſtodia in Cœnobio mandata. Dictum fuit, eam aliorum virorum fuiſſe plus viro ſene amantem: & eo à Prælatis perſuaſo, ſeparatam fuiſſe, ſed fruſtrà. Eum etiam multos Nobiles, vxoris ſuaſu, ab officiis remouiſſe: alios bonis ſpoliaſſe: Barſalonem Hiſpanum Comitem, domeſticis Nobilibus prætuliſſe, & potentia auxiſſe. In membraneo M. Scr. Codice ponitur: hāc Ludouici deiectionem, ex maxima parte fuiſſe propter multimodam fornicationem Iudith vxoris eius. Sed credo, ei iniuriam fuiſſe factam: aduerſantium Epiſcoporum, & cæterorum cōiuratorum, malignitate. Papa Gregorius, improbitate hominum viſa, non ſine maximo dolore Romam rediit. Lotharius deinde Calend. Octob. Compendium cum patre venit. Vbi cōuentum Epiſcoporum & procerum agens: Legatos ab Imp. Græco Theophilo miſſos, audiuit: &, receptis donis, cum reſponſo dimiſit. Poſtremò, indicta cauſa, patrem ſe ibi ante Altare Imperio & baltheo militari armisq; abdicare coēgit: ipſe iam Imperium gerens. Cuius rei indignitatem ſi quis diligenter ſecum reputet: malit profectò ſe priuatum Cœlibémque viuere: quàm Imperium, & multos liberos, à quibus de ſummo tandem culmine detrudatur, habere. Pius quidem tonſus eſt, & Monachus factus, cuſtodibusq; circumdatus. (Lud. & Iuditha, à filiis capti.) (Crimina in Iuditham nouercam.) (Compendium Lotharius patrem Lud. ducit, & Imperio priuat.)

Eodem anno 833. (auctore Bruſch. ſed Munſt. 853.) DOMINARVM *Monaſterium, Tiguri in ſiniſtra parte fluuij Limagi ſitum: à Ludouico, Alemanniæ, Bauariæ, Oſtrofranciæ Rege, Ludouici Pij F. fundatum eſt. In quo viuere ſolitæ fuerunt Canoniſſæ: plerunq; ex illuſtribus familiis (Principum, Comitum, Baronum) natæ. Dedit fundator huic Cœnobio ius & aduocatiam Tigurini pagi, in Ducatu Sueuiæ, ac Turgonienſi tractu, ſiti: cum Vri, Lepontiorum, & Vrſellanorum pago, poſſidendum.* (Tiguri conditum Dominarum Monaſterium.)

ABBATISSARVM IBI CATALOGVS.

1. Hiltegardis, Ludouici Regis fundatoris F. Obiit 860.

2. Bertha, Hiltegardis huius ſoror, obiit 881.

3. Giſela: cui Imp. Carolus Craſſus conceſſit ius cudendæ monetæ.

4. Richardis Imperatrix, Caroli huius ſeparata & relicta coniux: quæ & Andlouienſi Monaſterio præfuit.

5. Vtha: promota ab Epiſcopo Conſtantienſi, Abbate ſimul Sangallenſi, Salomone Ramſchvvagio: qui, adoleſcens eam vitiauerat: ex eaq; puellam genuerat: quæ in eodem Cœnobio educata eſt: & tandem nobili cuidam Notgero deſponſata. (Salomō Ramſchvvag.)

6. Regilinda: quæ circa 952. præfuit.

7. Mechtildis, Comes Tyrolenſis: alterius in hoc Parthenone turrium conditrix.

8. Hedovvigis: vxor, antequam liberos in lacu ſummerſos amiſiſſet, Selingeri, Baronis VVolfhuſani: qui Einſidlenſis Monaſterij (non longè à Tiguro, 860. fundati) Abbas 1070. fuit. (VVolfhuſanus Baro.)

Deſiderantur iam aliquot Abbatiſſæ.

9. Mechtildis à VVunnenberg, 1256.

10. Iuditha ab Hagenbuch, 1264. (Hagenbuch.)

11. Eliſabeta à Tengen, 1274. (Tengen.)

12. Eliſabeta à Spiegelberg, 1294. (Spiegelberg.)

13. Chunigundis à VVaſſerſteltz. Obiit 1299. (VVaſſerſteltz.)

14. Eliſabeta à Kramburg, 1306. (Kramburg.)

15. Anna ab Attingshuſa Lepontia, 1315. (Attingshuſen.)

16. Eliſabeta, Comes VVetzikonia, 1339. (VVetzikon.)

17. Eliſabeta à Matzingen, 1342. (Matzingen.)

18. Anna, Comes Bonſtettia, circa 1350. Quæ fuit ſoror Ioannis Comitis, Tiguri 1350. capti: & Hermanni, Sangallenſis Abbatis. (Bonſtet.)

19. Fida, Comes Altirupenſis, vel Hohenklingenſis, Obiit 1358. (Hohenklingē.)

20. Beatrix à VVolhuſen. Obiit 1398. (VVolhuſen.)

21. Anna, Comes Buſſnangia. Obiit 1404. (Buſſnang.)

Bechburg. 22. *Benedicta, Comes Bechburgia. Præfuit adhuc 1408.*
Hohenfels. 23. *Anaſtaſia, Comes Altirupenſis, circa 1415.*
Heben. 24. *Anna, Baroniſſa ab Hevven, 1438.*
Helffenſtain. 25. *Sibylla, Comes Helffenſtainia, 1484.*
VViſenburg. 26. *Eliſabeta, Comes VViſenburgica, 1489.*
Cimbren. 27. *Catharina, Baroniſſa Cimberenſis, 1499. vltima Abbatiſſa. Nam anno 1524. dignitate Conſulibus & Senatui Tigurino tradita: accepta mediocri penſione annua, cuidam nobili à Riſchach nupſit. Poſtea in Scholam eſt mutatum, hoc peramplum Collegium. E cuius regione, in colle trans Limagum editiore, inſignis & ampliſſima XXIIII. Canonicorum, à Francorũ Rege Carolo (poſtea, Magno cognominato) circiter 760. Chriſti conſtructa, Baſilica ſtat: in qua hodie linguarum, artium & ſcientiarum, facultatumq́; ſuperiorum, profeſſores aluntur.*

Schola Tigurina.

Munſterus ſcribit, hoc Gynaceum à Rege Ludouico fundatum eſſe ex patrimonio Ruperti, Ducis Alemanniæ: quod is tradiderit illi. Etſi quid de ſuo quoq; Ludouicus cõtribuerit. Vide infrà cap. 9. & 10. In literis fundationis, Tigurum vocatur Turegum in Ducatu Alemannico, in Pago Turgouienſi. Ex illis enim literis, hac à Munſtero ponuntur. Noſtram iuriſdictionem & præfecturam (inquit R. Ludouicus) in Turego, in Ducatu Sueuiæ ſeu Alemanniæ, quæ eſt in circuitu Turgoiæ: cum omnibus attinentiis & dominiis, pertinentibus ad hanc præfecturam (præſertim cum regione Vri: & Foreſto, quod Albis vocant) donauimus Dominarum Monaſterio: quod ſitum eſt in oppido Zürich: vbi deinceps religioſæ fœminæ ſuſcipiantur, & conſeruentur. Paterno quoq; animo moti, deſignauimus & tradidimus prædictum Monaſterium, cum omnibus attinẽtiis, prædilectæ filiæ noſtræ Hildegardi, in proprietarium: vt memoratis fœminis præſit: eaſdemq́; ſub ſua diſciplina, regula & ordine, teneat. Datum 19. Auguſti, anno 20. noſtri Regni Auſtraſiæ, in ciuitate Ratisbonenſi.

Alemanniæ Ducatus. Turgoia. Albis ſylua.

Ita Tigurinæ ciuitati benignè à Rege Ludouico factum eſt. Sed & patrem eius Pium, illa ſic delectauit: vt ſæpe eò venerit: in Regioq́; palatio verſatus ſit, quod nunc appellatur HOF.

Hof, Tiguri.

IMPP. LVDOVICI ET IVDITHÆ IN PRISTINAM DIgnitatem reſtitutio. Iuditha Carolo F. ſuo prouidet. Italiæ per Saracenos vaſtatio. Adalbertus, Veringenſis Comes. Friderici, Traiectenſis Epiſcopi, cædes Iudithica. Machinationes Iudithæ contra priuignos, pro ſe, & filio ſuo, poſtea Carolo Caluo dicto. Lintbertus, Hirſaugiæ Abbas. Iniqua Regnorum ab Imp. Ludouico diuiſio. Eiuſdem obitus.

CAPVT VIII.

Commiſeratio procerum & populorum erga Lud. & Iuditham.

ANno 834. mira in rebus Pij & Iuditha commutatio facta eſt, Græcis περιπέτεια dicta. Apud proceres enim Regnorum, qui coniurationis erant expertes, præſertim Germanos: primò commiſeratio erga ipſos, deinde etiam laboris ſuſceptio, extitit. In Francia Eggebardus Comes, & VVilhelmus ſtabuli Comes (Conneſtabilis) plurimos de populo ſibi adiunxerunt. In Aquitania Pipinus, ab Hugone Abbate, qui ex Germania venerat, ad cauſam eſt adductus. In Burgundia Bernhardus & VVarinus, populum erexerunt, iurareq́; in ſua verba iuſſerunt. In cauſam Drogo quoq;, Mediomatricum Epiſcopus, Pij frater ex pellice, incubuit: in quam & Rex Auſtraſiæ Ludouicus facilè deductus eſt. Reſiſtebant, qui malè ſibi conſcij, malum metuebant: & Lotharius ineunte vere Lutetiam venit. Eggebardus, valido exercitu paratus, minabatur Lothario: Lotharius & ipſe inſtructus erat. Sed pius omni modo adnitebatur, ne prælio decerneretur. Quadrageſima ineunte: Legati mittuntur ad Lotharium, Rhatholdus præſul, & Gantzelinus Præfectus: Ad te Oratores, inquiunt, venimus. Ludouicus Rex Boiorum, Pipinus Rex Aquitaniæ, fratres tui Germani, vniuerſa Germania, omnes denique boni, poſtulant: vt nobis Auguſtum, illis Genitorem, reddas. Si feceris: erroris tui deprecatores apud eum cuncti erimus. Sin ſecus: armis rem iuſtiſſimam, Deo iuſto iudice, conficiemus. Reſpondit Lotharius: ſibi maximè diſplicere, quæ ab iniquis in patrem perpetrata eſſent. Decere, vt pater ſuffragiis Sacerdotum de ſolio detractus: rurſus in eo iiſdem ſacris collocetur. Si quid perperam actum ſit: culpam eſſe illorum, qui patrem prodiderint. His ita actis: & quibuſdam rebus per improbos contrà tentatis: voluntate etiam Lotharij mutata: tamen Pius die Dominica, media quadrageſima, Eccleſiæ per Epiſcopos reconciliatus eſt: & manibus eorum, arma cultumq; Auguſtalem recepit: ſonante

carmine

carmine hoc, lætare Hieruſalem: conſecuta maxima gratulatione omnium. Cariſiacum deinde (creſſos in Belgio) profectus, filios Ludouicum & Pipinum, maximo omnium gaudio excepit. Auguſtam quoq; ex Italia reuocauit ab exilio: quæ ad eum ab Epiſcopo Rhatholdo Bonifacioq; reducta eſt. Poſt Paſcha deinde, & Pentecoſten, venatione & piſcatione ſe oblectauit. Refragabatur adhuc Lotharius, exercitum habens. Sed pater copiis eum inſequi parans, tandem ad ſe venire, ſibiq; ſupplicem fieri, coëgit. Quem etiam pro dignitate obiurgatum, veniaq; donatum, in Italiam remiſit. Sequenti anno Epiſcopos duos, à quibus damnatus fuerat, dignitate exuit: Cæteri in Italiam profugerunt. Ita Pij Iudithæq; honorifica reſtitutio facta eſt.

Cariſiacum.

Ludouici & Iuditha reſtitutio in Imperium.

Anno 835. Iuditha, prouida mulier, ex Regis ætate admonita (Gaguino teſte) primores Aulicos adit: conſulit de filij ſui Caroli futura conditione: ſi quid fortè Ludouico humanitus accideret. Tres filios Regi ſupereſſe grandæuos memorat: vnum hunc Carolum, adoleſcentem eſſe: qui nihil adhuc terræ à patre haberet. Rogauit, ſe vni ex filiis eius commendari: cuius fido præſidio poſt Imperatoris mortem tuta eſſet. Aliter ſe peſſum ituram. Proceres, iuſtis Reginæ precibus adducti, reſpondent: vnum huic rei Lotharium idoneum eſſe. Ludouicus, de re admonitus, Lotharij vocandi negotium nuntiis dat: ſed is morbo impeditus, venire non potuit.

Iuditha cura pro filio ſuo Carolo.

Per hoc tempus (al. 837.) Saraceni incurſionibus infeſtis Italiam ita lacerarunt: vt Epiſcopi ipſi, libris relictis, arma contra eos ſumere cogerentur. Culpa fuit Lotharij: ad Italiæ calamitates, ſibi aduerſus patrem non opitulatæ, conniuentis: qui idem & Pontificis, quòd is alteri parti fauere viſus eſſet, ditionem vexare, rebus eius iniuſtè ad ſe trahendis, inſtitit. Qua de re ipſum pater, Legatis miſſis, grauiter reprehendit.

Saracenorum irruptio in Italiam.

Eodem 835. anno, Gregorius P. Feſtum omnium Sanctorum, quod 4. Idus Maij celebrabatur, in Calendas Nouembris tranſtulit: idq; iuſſu eius celebrare Germani & Galli cœperunt.

Feſtum omniũ Sanctorum.

Anno 836. Imperator, autumnali venatione peracta, Aquiſgranum rediit: vbi poſtea Natalem Domini, & Reſurrectionem, egit.

Circa 837. Cometa in ſigno virginis effulſit, maxima cum admiratione ſpectantium. Ludouicus inde periculum ſuæ vitæ metuens: ſacris precibus, & piis largitionibus, dirum oſtentum expiauit.

Cometa.

Circa idem tempus, Adalbertus, Hunifridi F. Comes Veringenſis, præerat curiæ Rhætienſi. Rupertus autem, quidam Cæſaris Ludouici Aulicus, effecit: vt hic ſibi eam præfecturam daret. Quo facto: vi expulit Adalbertum. Qui in Hiſtriam profectus: & auxilio ſui fratris Burcardi fultus: pugna vicit Rupertum ad pagum Zizers (alij Ciceres, vno milliari infra Curiam) qui inter fugiendum ab equo læſus, periit: eumq; Adalbertus in Lindauienſi Monaſterio ſepeliendum curauit. Ita ſæpe, qui alieno inhiat, ſuum amittit.

Vering. Comes Adalbertus.

Zizers.

Anno 838. ſalutis, 15. Calend. Aug. S. Fridericus, Eccleſiæ Traiectenſis (vbi primus Epiſcopus fuit VVilibrodus Anglus: qui vixit circa 700.) octauus Epiſcopus: in armario, vel crypta, Templi ſui, dum oraret, per duos Satellites, ab Imperatrice Iuditha mercede cõductis, interfectus eſt. Dixerat enim ad Imperatorem Epiſcopus (Canonum rationem habens:) Non licet tibi habere iſtam, ſanguine proximam. Dimitte eam: niſi à me autoritate Omnipotentis, à communione Eccleſiæ arceri vis. Offendit hoc Imperatorem vehementer. Mulier, reſciſcens, muneribus quidem & blanditiis placare Epiſcopum voluit: ſed, cùm ille contraniteretur: eum hoc modo ſuſtulit. Quod ita Gregorio P. diſplicuit: vt in vtrumq;, Ludouicum & Iuditham, quandam cogitaret Eccleſiaſticam cenſuram ſtringere. Tritenh. & Merſſæus.

Traiectenſis Epiſcopus fraude Iuditha interfectus.

Eadem Iuditha, callida mulier, Aulicorum ſuffragiis nixa, ab vxorio marito haud difficulter (inquit Auent.) Burgundiam, Rhætiam, Sueuiam, filio ſuo Carolo ad Aquas Graneas extorſit. Quod eius factum indignè tulerunt priuigni, vt nimiam ſibi licentiam ſumentis. Qua de cauſa etiam in valle Tridentina conuenerunt.

Carolum ſuum Iuditha promouet.

Illa verò poſtea eo non contenta, maiora concupiuit: facilitate mariti ſenis, non facilè aliquid negantis, freta. Conciliauit ſibi ex Aulicis idoneos: muneribus, magnis pollicitationibus, blanditiis: Aquitaniæ Regem Pipinum, in ſuas traxit partes: Imperatorem deniq; impulit, vt Cariſiaci conuentum ageret. Ibi, præſente Pipino, Carolum enſe & corona Regia ornauit, Regem Lugdunenſis Galliæ appellans. Conuentu dimiſſo: Pipinus in Aquitania menſe Nouembri moritur: filiis relictis Pipino & Carolo: Imperator Aquiſgranum ad hyberna rediit.

Erat hoc anno Lintbertus, primus Hirſaugiæ Abbas, annorũ LX. tanta virtute cõſpicuus: vt etiam Regibus & Principibus notus eſſet. Multi itaque viri nobiles, filios ſuos Magiſterio eius inſtituendos miſerunt: multi vltrò ſe diſciplinæ eius, amore Regni cæleſtis tradiderunt.

Lintbertus, vel Luitbertus, Abbas I. Hirſaugiæ.

Vnde numerus fratrum valde excreuit: ipſumq́ cœnobium, multorum oblationibus auctū fuit. Obiit ipſe 854. Indict. 2. ætatis anno 76.

Andechſius Hanto. *Hantho circ. 838. Epiſcopatum Auguſtanum gerebat, Andechſius Comes, maximus illius locupletator: cuius frater Rhathardus, Canonicus, Damaſianum Bauariæ cœnobium fundauit. Haymo aliquantò poſt Epiſcopus Halberſtatenſis, clarebat.*

Juditha Auguſtæ calliditas. *Hoc & ſequenti tempore, Juditha, Pipini morte perterrita: cùm videret Imp. Ludouicum aduerſa valetudine laborare, nec longè à morte abeſſe: de conſilio fautorum ſuorum, Lotharium, miſſa in Italiam honorifica legatione, ſibi filioq́ ſuo tutorem ac defenſorem parauit: impetrato interdicto ab Imperatore: ne interea, dum negotium cōficeretur, Ludouicus R. extra Bauariam pedem ferret. Iratus valde huic Nouercali technæ hic eſt: ægrè tulerunt & Germani ac Franci proceres. Rebus poſtea inter patrem & filium, qui ad ipſum venerat, compoſitis: Pius Francofordiæ hyemauit. Inde in Sueuiam, & Raueſpurgum Judithæ vxoris, profectus Paſchalia propter lacum Brigantinum egit. Menſe Maio Tigurum inuiſit: vbi ſplendidum Palatium Regibus Franciæ erat. VVormaciam dehinc venit, quò & filius Lotharius: qui benigniſſimè à patre exceptus eſt. Regnum Franciæ, inter Lotharium Carolumq́ (relicta ſola Boiaria Ludouico) conniuente Auguſta, diuiſum. A flumine Moſa, Orientem Auſtrumq́ verſus cincta (totum Auſtraſiæ tractum) Lotharius animo inuaſit: Occidentalia Galliarum Regna, Carolo relinquens. Huius ipſe tutor, Auguſtæq́, nuncupatus eſt. Pipinum Pipini F. Aquitani Regem faciebant. Verùm Pius cum vxore eò profectus, ipſos Carolo Juditha F. ſubiecit: Pipinum Drogoni, Mediomatricum Epiſcopo, educandum miſit. Hæc ibi, neſcio quàm prudenter. Rex verò Ludouicus, his cognitis, dolore ardere: quòd æqua parte Regni, auitaq́ hæreditate, excluſus eſſet. Confiſus Germanorum beneuolentia, Sueuos primò ſibi conciliat: poſtea Francofordiam petit. Conuenerunt eodem Franci, Saxones, Venedi, Cimbri. Ibi ipſe ſui rationem haberi petit: quòd aduerſariis, qui bis patrem ceperint, Imperia ob parricidium tribuantur: ipſe contrà, qui bis parentem ſeruarit, tanquam ſpurius excludatur. Germania hactenus libera, Dominum muliebri ſcelere imponi. Commouit animos procerum querela Regis iuſta: eum non deſerendum eſſe, iuſtum eſt exiſtimatum.*

Regnorū diuiſio inter filios Ludouici Imp.

Filij Ludouici R. dolor.

Hybernans tunc Auguſtus in Aquitania, certior factus eſt de motu Germaniæ, Sueuiæ, Franconiæ, Saxoniæ, Daniæ, Sueciæ, Gotthiæ, aliarum regionum: quarum omnium auxilia, Ludouico parata eſſent. Hinc ille vehementer ſollicitus, magnum ſibi morbum contraxit, frigore præſertim hyemis auctum. Relictis ergo vxore, & Carolo F. in Aquitannis: cum exercitu, licet annis & valetudine preſſus, Aquas peruenit, anno 840. ante Paſcha. Vbi feſtis diebus peractis: deinde, hinc inde itinere facto, Rege Ludouico ei cedente, Ingelheimo appropinquauit. Ibi lethaliter ægrotans: cùm, aliquot Epiſcopis præſentibus, aduerſariis omnibus, & filio quoq́ Ludouico, ignouiſſet: ac Lothario coronam, & reliqua Imperij inſignia, legauiſſet: matremq́ & Carolum tuendos commendaſſet: S. cœnæ perceptione, & piis precibus, Deo ſe commendans, anno ætatis 64. ad 12. Cal. Iulias, animam efflauit: in hac voce deficiens, Auß/Auß: quaſi diceret: Apagete Dæmonici canes. Sol antehac menſe Maio fuerat obſcuratus. Inde Drogo, qui tunc aderat, corpus eius Metim detulit: & in æde S. Arnulphi, vbi & Mater illius Hiltegardis (potius quàm Campidonæ) ſepeliuit. Quietior eſt vita cœlebs, & felicior: quàm inobedientes filios, & imperioſam vxorem, habentis Regis.

Ludouici Imp. obitus.

TERTIVS OCCIDENTIS IMP. LOTHARIVS. DISCORdiæ inter IMP. LVDOVICI filios de hæreditate. Lotharij dira clades. Abbates, Campidoni Adalbertus, Sangalli Grimobaldus, Reichenouiæ Rhuthelinus. Lucerna Monaſterium, & Dux Alemannicæ militiæ Rupertus. ORIENTIS IMP. MICHAEL, Theophili F. Gandersheimum.

CAPVT IX.

Lothar. Imp. Occid. III. *SEquitur iam* III. IMP. CÆS. LOTHARIVS *(al. Hlotarius) P. F. Aug. imperans* XV. *annos, & menſes aliquot. Imp. enim Ludouico, hoc anno rebus humanis exempto: celeriter eodem 840. Chriſti anno Lotharius ex Italia adeſt: Aquiſgranum (Regiam caputq́ Franciæ) occupat: Galliæ & Germaniæ Principes, ſacramentis ſibi obligat. Petebant Reges Ludouicus & Carolus nouam fieri Regnorum diuiſionem, & æquam. Quibus ipſe, ſuaſu inflati Præfecti*

Aquiſgranū.

prætorio Alberti, reſpondit: ſe iampridem à Pontifice, & S. P. Q. R. Auguſtum appellatum & teſtamento paterno hæredem Auguſtalis apicis, vt natu maximum, declaratum eſſe. Nihil ergo mutare. Se Ludouico Regnum Bauariæ, Carolo Aquitaniæ, concedere: hac tamen conditione: vt ea Regna precariò à ſe in fidem, ſiue feudum, accipiant. His cognitis: ambo fratres ei bellum indicunt: pace à bonis viris fruſtrà inter partes tentata. Nam inter alia, hoc etiam malè habebat Ludouicum: quòd Lotharius in tutelam ſuam receperat nouercam Iuditham, & filium eius Carolum, cæteris iuniorem. Vtrinque ergo maximi fiebant apparatus: Lothario Pipinum, qui apud Mediomatrices alebatur, ſibi adiungente: Ludouico Francos Orientales omnes, Saxones, Heſſos, Sueuos, Sclauos, magnis largitionibus, magnis promiſſionibus, conciliante. Feudum. Bellū fratrum Lud. & Caroli, contra Lotharium & Pipinum.

Anno deinde 841. Ludouicus per Sueuiam cum exercitu proficiſcens: præfectos Lotharij, curſum ſuum impedientes, graui plaga affecit: occiſo etiam Alberto, ſupradicto nefarij belli incentore. Inde pergens, cum Carolo ſe in Gallia coniunxit. Lotharius cum ingenti exercitu ad Fontanetum, Altiſſiodorenſis agri vicum (Diſion in Burgund.) conſederat. Ad quem rurſus fratres legationem miſerunt: pacem, ſi æquam ipſis portionem redderet, offerentes. Ille verò, omni ſalutari conſilio ſpreto: ne audire quidem de alia conditione concordiæ ſuſtinebat. Sed pertinaciæ comes, pœnitentia eſt: nec felix euentus eum ſequi poterat: qui nec patri viuo pepercerat: nec erga fratres vlla charitate vtebatur. Septimum Calend. Iulij vtrinq; pacti ſunt prælio faciendo: Deo iudicium totius rei permittentes. Es ſolte geſchehen ein ordentliche verſprochene Feldſchlacht: *more ſcil. veteri Francorum: apud quos faciles etiam erant Monomachiæ:* ἀνδρία δηλαδὴ ἀσύνετος ἢ ἄλογος: *fortitudo quædam ſine recta ratione, honoris ſui alieni ve tuendi cauſa: quem perdidiſſe videbatur, qui duellum detrectaret: ſicut non rarò apud nos quoq; putatur. Concurſum eſt ad diem ſtatum parricidiali prælio: in quo tantum ſanguinis effuſum eſt: & Francorum vires, ita attritæ: vt ad ſua defendenda, vix in poſterum ſufficerent: cæſis amplius centum millibus hominum: omniq; fere nobilitate Francica interempta. A duobus fratribus victoria ſtetit: qui caſtra Lotharij diripuerunt: & cadauera interfectorum humari iuſſerunt. Lotharius elapſus, Aquas primò: deinde, fratribus inſecutis, Lugdunum & Viennam, cum vxore liberiſq; fugit: exercituiq; reparando intentus fuit. Rex Bauarus, relicto fratre in Gallia, menſe Auguſto in Germaniam rediit. Eum Lotharius oppugnatum venit, ſed fruſtrà. Tunc VVormaciam veniens, filiæ nuptias confecit. Totam hyemem exinde in armis contra Carolum in Gallia mouendis, nequicquam conſumpſit. Ergo Aquiſgranum reuerſus.* Fontanetum. Diſion. Μονομαχία. Lotharij clades horrenda.

Erat hoc tempore Campidoni Abbas, Adelbertus Moringer Hopferbachius. Huic Rorinna (Ambrechti, Lotharingici Ducis, filia: Nothardo, Duci Sueuico, nupta) in cœnobium donauit aurea & argentea ornamenta: quæ poſtea Hunni abſtulerunt. Ipſi Nothardo anniuerſarius dies, circa conuerſionem S. Pauli agendus inſtitutus fuit: quia multis beneficiis Monaſterium affecerat. Rorinna. Nothardus, Sueuiæ Dux.

Grimobaldum Ludouicus, Auſtraſiæ Rex Sacellanum ſuum, præfecit Sangallenſi cœnobio patrem: qui ei multa conſecutus eſt à Rege vtilia. Huic primum Abbatia condita eſt, Palatium Abbatis nominata: quæ varijs picturis illuſtrata, ſequētibus Abbatibus ἐνδιαιτητήριον, *ſedes fuit. Sub hoc Abbate (addit prioribus Bruſchius) ſcripti ſunt multi optimi libri magnis impenſis. Erat tunc hæc Abbatia, celeberrima Schola: in qua Principum & Nobilium liberi informabantur ad eruditionem: vt poſtea eſſent aptiores ad res gerendas. Epitaphium eius, anno 872. mortui:* Palatium Abbatis. Schola & Bibliotheca Sangallenſis.

Hîc manet interius diuinæ legis amator,
Grimvvaldus humilis: Templum hoc qui condere iuſſit.

Quantò melius talibus cœnobitis erat, quàm ſanguinariis Regibus! Ideo quondam Gentilium Philoſophi, in ſtudiis ſapientiæ verſari, quàm ad Rempubl. accedere malebant. At diuina ordinatio, Magiſtratus eſt: qua ſine, nec ad ſtudia perſequenda otium nobis eſſet. Nulla enim maior tyrannis eſt, quàm ἀναρχία: *id eſt, nullum eſſe Magiſtratum. Ne à vicinis quidem, quamuis nunc blandè nos ſalutantibus, tuti eſſemus. Si* πολυκοιρανίη *(Homero iudice, & experientia teſte) bonum non eſt: quantò minus,* παντοκοιρανίη! *Tunc enim valentiſſimus & audaciſſimus quiſq;, infirmiorem & modeſtiorem opprimit.* Vita theoretica & practica. Ἀναρχία.

De Lvcerna Monasterio. Munſt. lib. 3. cap. 67.

Lucerna Monaſterium, ſitum iuxta Lucernenſem lacum in Aargonia, quondam à Presbytero VVighardo conſtructum fuit, tempore prædicti Ludouici Regis. Fuit is VVighardus, Lucerne monaſterij fundatio.

Sueuiæ Dux, Rupertus.

frater Ruperti, Ducis Alemanniæ & Sueuiæ: qui Dux portionem ſui patrimonij Ludouico R. dedit: vt inde fundaret Dominarum Tiguri cœnobium: vt ſuprà cap. 7. dictum eſt. Oppidum verò Lucerna, poſt Monaſterium, & ratione Monaſterij, eſt conditum: ſicut & aliis cœnobiis (præſertim S. Benedicti) oppida progreſſu temporis accreuerunt, aut ſuccreuerunt: vt ſunt, VVeiſſenburgum, Seckinga, Fulda, Amerbachum, Sangallum, Campidonum, Blabeura. Eſt autem Lucerna dicta à Pharo, vel turri vetuſta iuxta pontem: ex qua olim fax noctu nauigantibus prælucebat.

Oppida Monaſteriis accreſcentia.

Pharus à φάρω.

LITERÆ FVNDATIONIS.

VVighardus & Rupertus.

Thuricinum caſtrum.

Ruſa fl.

Albis mons.

Alvvicus.

In nomine Dni. Notum ſit omnibus Nobilibus & ignobilibus: tam futuris, quàm præſentibus: qualiter ego VVighardus, & frater meus Rupertus, Dux militum Regis Ludouici: qui nobis ex conſanguinitate coniunctus eſt: omnia prædia noſtra, quæ nobis ex paterna hæreditate aduenerunt, ex illius permiſſione & iuuamine diuiſimus. Poſtea frater meus, pro amore Dei, & remedio animæ ſuæ, ductus: omnem partem ſuam, quæ ad eum pertinebat, Domino ſuo Regi contradidit: ea videlicet ratione, vt in Caſtro Thuricino (Zurch.) iuxta fluuium Lindemaci, Eccleſiam conſtrueret: & ſeruitium ibidem perpetualiter conſtitueret. Vnde ego VVighardus Presbyter, quamuis indignus, ex intimo deſiderio compunctus: in quodam loco, qui Lucerna ex antiquitate eſt dictus, iuxta fluuium, qui Ruſa vocatur, & de ſummitate magni lacus fluit: in honore ſancti Leodegarij Martyris (paſſi poſt annum Chriſti 652.) & ſancti Mauricij, & ſociorum eius, & omnium Sanctorum, paruum tugurium conſtruxi, ac ædificaui: omnem ſubſtantiam, quæ me attingit, de monte, qui Albus vocatur, incipiens a prædio meo Lungtehof, & omnibus locis circumquaq; iacentibus, ex permiſſione Regis cognati mei, ad ipſum locum contradidi: & me illic propter Dei ſeruitium collocaui: & tantos Monachos, quantos potui, illic congregaui. Vnde vir quidam nobilis & bonus, ad me veniens: qui ſpretis omnibus curis huius ſeculi: quem ego ipſe Monachum illic ordinaui: nomine Alvvicus: ita vt bene dicam, per omnia Dei amicus: prudens in ſcripturis ſacris: qui ſuis admonitionibus & verbis ſalutaribus, corda omnium hominum regionis illius, in Dei prouocauit affectum. Inde de die in diem creſcente ſeruitio Dei: ipſum Alvvicum mei ſucceſſorem & Rectorem, ipſo loco dereliqui. Acta ſunt hæc temporibus Ludouici Regis. VVighardus, frater Ruperti, Ducis militum Alemanniæ. Id Monaſterium hodie eſt Præpoſitura diues, paulùm extra mœnia Lucernenſis ciuitatis.

Duces, nondũ hæreditarij.

Appellatur Rupertus ille in literis, Dux militum Regis Ludouici: non autem, Dominus Alemanniæ: quia Ducatus nondum illis temporibus erant hæreditarij. Tantum ipſe erat dominus ſuorum bonorum.

Sueuiæ Duces aliquot.

Manſmunſter.

De hoc tempore Nauclerus, volum. 2. Generat. 29 ſcribens, ſub Ludouico Rege Germaniæ, inquit, fuerunt VVighardus & Rupertus, Sueuiæ Duces, fratres: conſanguinei Regis, & nepotes Caroli Magni. VVighardus fundauit Monaſterium S. Benedicti in Lucerna: vbi nunc eſt præpoſitura. Fuit primus Abbas, pro Sancto habitus. S. Dietlandus, Abbas Eremitarum, Dux Sueuiæ fuit. Item S. Vdalricus, cuſtos ibidem, Dux Sueuiæ. Fundauerunt Monaſterium in lacu Turicenſi. Manſen, Dux Sueuiæ, & Rex, fundauit Monaſterium in Manſmunſter. Sed hæc, diuerſis temporibus. De præſenti tempore Stumpfius lib. 4. cap. 31. Tunc dominati ſunt, inquit, in Zurichgouia, & circum, duo fratres, Alemanni Principes, VVichardus & Rupertus, Regis Ludouici cognati. Rupertus bona ſua Lunckhofenſia, ad fundationem contulit Templi S. virginis Tiguri. VVichardus factus Monachus, præpoſituram Lucernenſem fundauit.

Michael Porphyrogen. Imp. Orient. 32.

Gandersheimum Monaſt.

Anno 842. Conſtantinopoli, Theophilus Imp. 13. Calend. Febru. mortuus eſt: cui ſucceſſit filius ſuus, XXXII. IMP. CÆS. FL. MICHAEL. Porphyrogennetus, P. F. Aug. imperans A. 23. ſed ſub tutela matris A. 13. Tunc reſtituta Templis ſunt ſacra imagines.

Ganderſheimum Monaſterium, nobilium & illuſtrium virginum, in Brunſuicenſi eiuſdem nominis oppido, fundatum eſt a Leutholfo, magno Saxonum Duce. Ibi poſtea vixit Rhoſvvita, Saxonica virgo: quæ vitas trium Othonum Imppp. quorum tempore vixit, Latino carmine deſcripſit. Ibi etiam Abbatiſſa fuit 1546. Clara: Henrici Iunioris Brunſuicenſis Ducis, & Mariæ VVirtenbergenſis Duciſſæ, ſororis Ducis Vlrici, filia.

Eodem anno 842. Rhutelinus, cum præfuiſſet Reichenouienſi cœnobio quadriennium ærumnoſo ſeculo: ſe Abbatia propter tumultus, a filiis Imp. Ludouici excitatos, abdicauit: cui VValafridus Strabo ſucceſſit.

PACIFI-

PACIFICATIO INTER FRANCICOS PVLLOS. LOTHAringia. Germaniæ à Gallia diremptio. VViſenſteiga. VValtherus, Auguſtæ Epiſcopus. Saraceni, Italiam incurſantes. Iudithæ Auguſtæ obitus. Epiſcopus Freculphus. Baſiliſcus ſerpens. Sueua Pſeudoprophetiſſa. Eſſo, Curienſis Epiſcopus. Vrbs Leonina. Fames Sueuiæ. Papiſſa, Ioannes Anglicus. Ratcleffus Anglus. Lotharius Imp. Monachus. SS. Martini & Liberij leuatio de tumulis. Irmengardis Auguſtæ Cœnobium.

CAPVT X.

ANno 842. & 843. cùm Lotharius ne victus quidem quieſceret: ſed tamen à fratribus pelleretur, & nihilominus bellum repararet: homines parricidiale malum tandem deteſtari cœperunt: cùm iam periiſſent, quibus turba gratiores pace fuerant. Itaq́ in annuum induciæ factæ: delectiq́ vtrinq́ quadrageni proceres: quorum fide prudentiaq́, æqua & fida pax componeretur. Conuenit, vt Carolus Caluus, Neuſtriæ, ſiue Franciæ occident. Rex eſſet: qua Britannico Oceano, flumine Moſa, Rhodano, Pyrenæo ſaltu, contineretur. Ludouicus, Rex Germaniæ & Hunniæ nuncuparetur: habens Germaniam magnam, Sueuiam, Rhætiam, Vindeliciam, Noricum, Illyricum, Liburniam, Pannonias, Venedos: nec non Spiram, VVormaciam, Moguntiam, ob vini prouentum. Lotharius verò, Imperium teneret, Italiam, Prouinciam, Burgundiam: & illam Auſtraſiam, quæ de eo filióve LOTHARINGIA *eſt dicta. Pipino & Carolo, Pipini filiis, Aquitania debebatur. Sed poſtea, nullo eorum reſpectu habito, in Cœnobia detruſi ſunt. Lotharius ſequenti 844. anno, Ludouicum filiorum ſuorum natu maximum, Italiæ Regem fecit: Imperiiq́ conſortem, patris & aui exemplo, ſibi adiunxit. Non tamen prius in poſſeſſionem miſit: quam Gregorio P. mortuo, quem parum ſibi æquum exiſtimabat. Huic autem in Pontificatu ſucceſſit Sergius* II. *qui primus Paparum, nomen ſuum mutauit. Antea namque Os porci appellatus fuerat. Is Ludouicum, Regem Italiæ, & Imperij Rectorem, coronauit. Eo tempore Normanni piratæ, incurſionibus & rapinis Carolo Regi moleſti fuerunt.*

Pace bellum ciuile compoſitum. Neuſtria. Lotharingia. Os porci. Normanni piratæ.

Ita FRANCIÆ DVÆ, *Oriētalis & Occidētalis (olim ambæ Galatiæ dictæ, γαλατία) quæ iam diu fuerant ſub vno capite coniunctæ, hoc tempore diuerſis Rectoribus diuiſæ, inter ſe diuulſæ ſunt.*

Franciarum duarum, ſeu Galatiæ, diuiſio.

CONRAD. PEVTINGER de mirand. German. Vetuſtat.

Clodouei, inquit, Clotharij, Dagoberti, & cæteri ad Pipinum vſq́, ex ſtirpe Clodionis & Merouei, Germanis Franconibus, procreati: Reges & Orientalis & Occidentalis Franciæ fuerunt. Ideo Ciſrhenani Germani, non ſub Gallis, ſed Francis Germanis, erant. Addit, vniuerſam Germaniam tunc Franconibus fuiſſe ſubiectam. Probat à coloribus inſignium, non fuiſſe illam ſub Gallis. Ea enim non eſſe Ranas, aut Lilia: ſed Francorum Germanorum Album & Rubrum: vt, Coloniæ, Moguntiæ, Spiræ, Argentinæ. Licet Toloſa tunc Regnum Dagoberto ceſſerit ſeparatim: Regibus Ariberto & Chilperico F. defunctis, &c.

IDEM PEVTINGER, in conuiual. ſermonibus.

Satis perſpeximus, inquit, Germanorum Franciam, duplicem fuiſſe: Regnum ſcil. Orientale & Occidentale: quod & multo tempore apud Francos Germanos coniunctum fuit. Verum Ludouico ſeniore, Ludouici pij F. Caroli Magni Nauitum paternumq́ Regnum cum fratribus diuidente: Lotharius primus, Cæſar: & frater eius Rex Carolus, pòſt Cæſar, Occidenti præfuerunt. Ludouicus ſenior, & filius Ludouicus iunior, ſupra Orientales regnauerunt. Quod literis erectionis Eccleſiæ VViſenſtaig, Auguſtenſis diœceſis, comprobamus: in quarum calce ita ſcriptum eſt: ACTA EST *hæc traditio in ipſo loco VViſenteſſtaiga, ſub die 8. idus Decemb. anno ab incarnatione Domini* DCCC LXI. *Indictione* IX. *regnante Domino Ludouico ſuper Orientales regiones, anno* XXVIII. *Regni eius. Præfuerunt tunc Imperio, & Franciæ Occidentali Ludouicus 2. Lotharij 1. Cæſaris F. & Carolus 2. Caluus Cæſar, Ludouici ſenioris ex Ludouico Pio frater.*

VViſenſtaig. « « «

Item in literis donationis Monaſterij Sanctorum Felicis & Regulæ, in Turego factæ (ſuprà cap. 7.) ita continetur. Ludouicus, diuina fauente clementia Rex. Qualiter pro sereniſſimi Imperatoris aui Caroli, & præſtantiſſimi Ludouici Auguſti, D. & genitoris noſtri (ſalute) "

Turegum, Tigurum.

" *nec nō & ſempiternū rememoratione, ac pro coniugis & prolis noſtræ chariſſimæ perpetua mercede, curtim noſtram Turegum in Ducatu Alamanico, in Pago Turganenſi, &c. Actum* XXXII.
" *Regni noſtri, in Orientali Francia regnante. Datum Reginſpurg, ciuitate Regia.*

Delectabatur hic Ludouicus (inquit Stumpfius) profectione circū varia loca. Conuentus agebat aliàs Erfordiæ, aliàs Francofordiæ, ſæpe Ratisbonæ (Bauariæ capite) ſæpenumero Campidoni Algoiæ. Multum habitabat Raueſpurgi, Tiguri, Solothuri, Baſileæ, Argentinæ. Dicitur habuiſſe duas vxores. 1. Hiltegardin Guelfam de Raueſpurg & Altorff. 2. Hemmam.

Lotharius			*Romanorum.*
Carolus	*vocabatur Rex*		*Francorum.*
Ludouicus			*Bauarorum.*

Bauari Regis potentia.

Bauarus autem ſimul habebat alias multas regiones: Carniolam, Carinthiam, Styriam, Auſtriam, Vngariam, Morauiam, Miſniam, & reliqua Germaniæ. Herman. Æditiuus.

VValther, Auguſtæ Epiſcopus.

Anno 844. VValtherus erat Auguſtanus Epiſcopus: qui bene officio præfuit: & optimè de Imp. Lothario meritus eſt: cui cum à legationibus, tum ab intimis fuit conſiliis. Redegit in concordiam certantes inter ſe acerrimè de prædiis quibusdam, aut decimis frugum & porcorum ex Turingia, Odegarium Moguntinum Archiepiſcopum, & Hirſfeldenſem Abbatem.

Anno 845. Ludouicus, Germaniæ Rex, Obotritos, qui ab ipſo defecerant, domuit.

Saracenorum graſſationes in Italia.

Anno 846. Saraceni ex Africa traiecti, Italiæ littora infeſtarunt: & ad vrbem ipſam Romam procurſu facto, opimas Baſilicas ſuburbanas ornamentis precioſis, Vaticanam verò Baſilicam valuis argenteis, ſpoliarunt. Sequenti etiam anno Italiam deprædati ſunt.

Iuditha Auguſtæ mors. Freculphus Epiſcopus. Pantheon.

Anno 847. Iuditha Imperatrix, Pij vidua, obijt. Huic Dominæ dedicauerat Freculphus, Epiſcopus in Rhotomagenſi prouincia Lexouienſis, alterū Chronicorum ſuorum Tomum. Priorem inſcripſerat præceptori ſuo Eliſacharo: conſtantem libris ab exordio Mundi, vſq; ad natiuitatem Chri. ſeptem. Alterum, libris inde quinq;, vſque ad Tempus Bonifacij P. qui permiſſu Imp. Phocæ, Templum Pantheon, in Eccleſiam S. Mariæ & omnium Martyrum, conuertit. Inter alia autem Dedicatoriæ ad D. Iuditham præfationis, hæc ſunt.

Iudithæ laudes.

" *Domina, Auguſtarum feliciſſima,* IVDITH, *dum in humanis, quo altius adcreſcas, non*
" *inuenitur rebus. Quia, ſi de viro agitur: quis nobilium Imperatorum, aut ſapientior in Diuinis, ſecularium ve diſciplinis,* LVDOVIC. *Cæſare inuicto? Nec mirum, talem protuliſſe excellentiſſimo Auguſto ſeculo ſobolem Carolo. Si autem de venuſtate corporis: vt abſq; adulationis*
" *fuco proferam, quod verum eſt: pulchritudine ſuperas omnes: quas viſus vel auditus noſtræ*
" *paruitatis conſpexit Reginas. Sin autem de prole: nonne Mundi gloria, & hominum delecta-*
" *tio, Carolus? Qui elegantiâ corporis, & moribus optimis, ſeu agili prudentiæ ſtudio, immatu-*
" *ram vincendo propriam ſuperat ætatem: vt videatur auus eius non obiſſe: ſed potius deterſa*
" *caligine ſomni, nouum illuſtrare orbem: ſi quidem in nepote, immortale ipſius ingenium, vnà*
" *cum nomine decor & virtus, ſplendeant. Deinde: Indita à Deo tibi ſapientia, & naturalis in-*
" *genij ſcientia, attonitum me reddit inter cæteros auditores. Quoniam in diuinis & liberalibus*
" *ſtudijs, vt tuæ eruditionis cognoui facundiam: obſtupui, ſtatimq; deliberare mecum cœpi: quod-*
" *nam munuſculum, meo labore congeſtum, tuæ offerrem Almitatis flagrantiæ.*

Rurſus:

" *In his quinq; libris, velut in ſpeculo, per tuæ ſanctiſſimæ deuotionis ammonitionem atque*
" *iuſſionem, Dominus meus Carolus glorioſiſſimus, tuæ filius excellentiæ, inſpicere, quid agendum,*
" *vel quid vitandum ſit, poterit.*

Poſtremò:

" *Hos codicillos, tuæ dilectionis amor, mi Domina ſemper Auguſta, ſcribere compulit: qui*
" *tuæ Almitatis, & immortalitatis ſapientiæ, iudicium expectant. Quòd ſi iudicando conſequan-*
" *tur laudem: tuæ reputabitur æternaliter memoria: quoniam ſacratiſſimum nomen tuum* IV-
" DITH, *iudicans ſiue laudans, interpretatur. Hæc Freculphus de hac Sueua.*

Sed redit in cinerem, quod cinis ante fuit.

Baſiliſcus ſerpens, Romæ.

Hoc eodem 847. anno, Romæ iuxta ædem S. Luciæ (teſtimonio Sigonij) dirum genus ſerpentis ortum eſt, Baſiliſcus: qui venenato ſpiritu ſuo omnibus, qui ad cauernam eius accedebant, repentinum afferebat interitum. Pontifex Leo 4. hūc ieiunio ſolenni precibusq; indictis, & proceſſione cum hymnis ad illius ſpecum, oculis palmisq; ad cœlum intentis, ſuſtuliſſe dicitur.

Fuit

Fuit eadem tempeſtate (Sigeb. & Auentin. teſtibus) in Sueuia agro Conſtantienſi, inſana quædam vates, Theoda nomine: quæ conſilio cuiuſdam Sacerdotis, quæſtus gratia, freta ſimplicis plebeculæ credulitate (vt ſunt animi imperitæ multitudinis ſuperſtitioſi magis, quam religioſi) futura canebat: contra ſcitum Pauli publicè concionabatur: viſus cæleſtes ſimulabat, congreſſus, collocutiones cum ſuperis: à quibus ſe cuncta diſcere dictitabat: extremum diem, iſthoc anno venturum prædicabat. Viri & mulierculæ, pueri & puellæ, metu perculſi, turmatim accurrere: munera ei offerre: ſe eius deprecationibus apud immortalem Dominum, commendare. Quidam etiam ſeuerioris vitæ, illam, vt Deo plenam, venerabundi ſectabantur. Verùm enimuerò ipſam Moguntiacum, iuſſu Regis Ludouici, Epiſcopus Conſtantienſis Solomon 1. deduxit. Ibi in Templo D. Albani, a Rhabano, aliiſq; Epiſcopis, diligentius audita, accuratius perquiſita, ſcenam omnem fabulæ ſuæ detexit. Quare ad palum alligata eſt: tergum eius, virgis deterſum: ſilentium ei poſthac impoſitum. Ita admiratio concionatricis, in ludibrium vertit.

Theoda, vana vates. Extremi diei aduentus. Rabanus.

In Sueuia (inquit idem Auent.) inter alios Germaniæ doctos viros, viuebat hoc tempore Strabo quoq; (qui & VValfridus) Monachorum D. Galli Antiſtes. Tritenheimus aliũ Strabum, Monachum Fuldenſem ponit. At nõ Sangalli, præſens Strabo, verùm Diuitis Augiæ Abbas fuit. De ipſo dictum eſt part. 1. lib. 11. cap. 2. & part. 2. lib. 1. cap. 15.

Strabo VValfridus.

Anno 848. Papa Leo, cùm Saraceni Italiam reliquiſſent, Baſilicarum ornamẽta, quæ illi abſtulerant, aliis donariis compenſauit.

Damnatus eſt in concilio Moguntino Godeſcalcus, Belgicus Sacerdos: qui docebat, homines quoſuis, ineuitabili lege & neceſſitate prouidentiæ diuinæ, vel Inferis, vel ſuperis deſtinatos eſſe. Auent.

Godeſcalcus, Sacerdos.

Anno 849. Claſſis Saracenorum, qui vrbi Romæ, dulcedine prioris prædæ illecti, inhiabant, ſtrenuè profligata eſt: virtute Neapolitanorum, Amalfitanorum, & Caietanorum: quam antea ignoratum fuerat, tantam in re nauali eſſe.

Saraceni, profligati.

Eſſoni, Curienſi in Rhætia Epiſcopo 22. (cuius Epiſcopatus initium fuit circ. 440. Chriſti) priuilegium a Rege Lud: datum.

Curienſis Epiſcopatus.

Ludouicus, diuina ordinante prouidentia, Imp. Auguſtus, anno III. *Regni ſui in Orientali Francia, conceſſit Eſſoni, Epiſcopo Curienſi (vt & Victori factum) vt nemo ad ipſius Epiſcopale miniſterium peragendum, ſucceſſoribusq;, vllum impedimentum afferat: ſed habeant, ſicut per patris eius auctoritatem cõceſſum eſt, ſecundum canonicam inſtitutionem, plenam miniſterij ſui poteſtatem, per Monaſteria in Parochia ſuæ ſedis conſiſtentia, & ſuper Presbyteros ordinandos, & ſuper decimas ſecundum canonicam iuſſionem diſponendas, &c. In Straſburg,* VIII. *Kalend. Auguſti, Imperij* IX. *Domini* DCCC. XLIX. *anno.*

Eſſonis priuilegium. Argentina.

Anno 850. Leo P. vſus eſt captiuorum Saracenorum opera (Platina teſte) in reſtituẽdis Eccleſiis, a Saracena gente incenſis & dirutis. Item in extruendis mœnibus, quibus Vaticanum cinxit: LEONINAMQVE *vrbem de ſuo nomine appellauit. Fecit ideo, ne poſthac poſſet amplius Eccleſia B. Petri, vel leui incurſione ſpoliari & incendi. Georgius Fabricius portas Leoninæ enumerat* V. *Poſterulam, S. Spiritus, Pertuſam, Viridariam, & Subiectam.*

Leonina vrbs.

Anno 851. fames erat in Sueuia, & alibi in Germania, maxima: hominibus, in via mortuis inuentis: & patre filium inedia mortuum, igne coctum manducare volente, niſi vicini interueniſſent. Quo tempore Hirſaugienſis Abbas Lintbertus vel Luitbertus, beneficentiam in pauperes celebrem exercuit. Tritenh. & alij.

Fames in Germania.

Anno 854. Lintberto mortuo, in Abbatia Hirſaugienſi ſucceſſit ſecundus Abbas Gerungus, Indict. 2. Rabani, dum is Fuldæ Abbatiam gereret, auditor.

Romæ Papatum geſſit Ioannes VIII. *de quo celeberrima antiquitus fama eſt, & ab hominibus creditum, fuiſſe fœminam, in Germania natam Moguntiæ, nomine Gilbertam: ſed ſibi indidiſſe nomen Ioannis Anglici (nam virilem habitum ſumpſiſſe) & Athenis ſtudia ſectatam eſſe: ac poſtea Romæ docendo & diſputando, in Latina & Græca lingua, excelluiſſe. Poſtea, cùm Pontificatum gereret: peperiſſe infantem, ex familiari quodam conceptum: cùm Baſilicam Lateranenſem peteret: ac peperiſſe inter Coloſſeum Theatrum, ſanctumq; Clementem: ideoq; Papas poſtea, proficiſcentes ad illam Baſilicam, non amplius ea platea tranſire.*

Ioannes VIII Papa, fœmina.

Teſtimonia aliquot harum rerum.

1. Ex Compilatione Chronologica, 1583. Francofurti inter Hiſtoricos Germaniæ ab Ioan. Piſt. edita.

Cùm eſſet grauida: Dæmon in Conſiſtorio publicè clamauit ad Papam:

Papa pater patrum, Papiſſæ pandito partum.

Herman. ÆditHus. 2. *Herman. Æditunus, in exemplari vetuſto M. Scr. Deduxit is Chronicon ſuum ab initio Mundi vſq; ad 1349. Chri.*

Hac Dæmonium adiurans, interrogauit: quando Dæmon recedere vellet? Cui Dæmon verſificè ſic reſpondit:

Papa pater patrum, Papiſſæ pandito partum.

3. *Legitur eadem hiſtoria in M. Scr. Argentinenſi vetere Chronico Germanico.*

Ideo (inquit) Papæ poſthac vitant illam viam, ambages ſequendo.

4. *In Noribergenſibus magnis Georgij Alteni Chronicis, 1493. excuſis.*

Ibi ponitur imago eius picta: quæ eſt fœmina [illegible], in vlna ſiniſtra infantem habens.

5. *In M. Scr. antiquo Campidonenſi Chronico: Abbatum huius cœnobij Catalogum & vitas habente. Ibi ad verbum ſic ſcriptum eſt.*

Bäpſtin Johannes. *Gerungus* Amberger / Abt 857. Chriſti: vnter dem Bapſt Johannes / der ein Weib was: Vnd hindennach mit einem Kind gieng / vnd kam zu jhm der böß Geiſt / vnnd ſprach: O du Bapſt / der du ſolt ſein ein Vatter / vnter allen andern Vättern hie: Du wirſt offenbaren in deiner Burt / daß du ein Bäpſtin biſt. Darumb werde ich dich mit Seel/vnd mit Leib zu mir nemen/vnd zu meiner Geſellſchafft.

6. *Teſtatur hæc eadem Iacobus Philippus Bergomas in ſuo Chronico.*

7. *Baptiſta Mantuanus lib. 3. Alfonſi ſui, Inferorum loca deſcribens.*

Hic pendebat adhuc, ſexum mentita virilem,
Fœmina: cui triplici phrygiam diademate mitram
Extollebat apex: & pontificalis adulter.

8. *Marcus Guazzus, in Chronico Venetiis 1553. edito.*

Mulier doctiſsima. *Eſſendo vna fanciulla, nata ne l'iſola d' Anglia: e di quiui partita, venne in Atene, veſtita da huomo: & dandoſi a gli ſtudi, douentò molto dotta: & di maniera, che venuta d'Atene à Roma: in queſta città leggendo, diſputando & inſegnando, acquiſtò tanta beniuolenza: che dopoi la morte di Papa Leone, di tal nome quarto: eſſendo ſtata la chieſa quindeci giorni ſenza Paſtore: fu eletta in luogo ſuo. Viſſe vel Pontificato anni dui, & meſe vno. Fu il centeſimo ſettimo papa. Fu creata l'anno de la noſtra ſalute ottocento cinquanta quarto: & fu chiamata Giouanni, di tal nome ſettimo. Dopoi fatta grauida da vno famigliar ſuo: & andando de ſanto Pietro, à ſanto Giouanni Laterano: fu ſoprapreſa da le doglie: non eſſendo anchora il tempo del parturire. Partorì in preſenza del popolo, tra il Culiſeo, è ſan Clemente: & parturendo morì: & fu ſenza honore alcuno ſopolta. Et queſti dui anni ſi ponno dire eſſere ſtata la ſedia Apoſtolica vacante: perche, che vna femina non è capace, ne de gli ordini, ne del Pontificato.*

Ait Guazzus, per hoc biennium, quo illa Papiſſa fuerit, poſſe dici vacaſſe Pontifice ſedem Apoſtolicam: quòd fœmina non ſit capax, nec ordinum Eccleſiaſticorum, nec Pontificatus.

9. *Ex M. Scr. libro Italico, cui titulus, Hiſtoria di Donne famoſe.*

Giouanni ſettimo, infra queſte aſtute,
La ſomma gloria del Pontificato
Adminiſtrò concure alte, &c.
E per intemperantia lei, difeſa

Non

Non fece à ſua laſciuia, &c.
Vn giorno achadde, e fu vicina al parto,
Vna ſolennita, ſtimata, e degna.
Onde conuien, chel ſuo termin coarto
Sie diſcoperto, in proceſſion venire:
Doue à quel tempo il figlio in terra ha ſparto:
E con dolor fu viſta partorire,
In preſentia del popul con tormento:
E l'un, e l'altro, lor vita finire.

10. *Laonicus Chalcocondyles, lib. 6. Chronici Turcici, patria Athenienſis.*

Ἐπειδὰν τελευτήσῃ ἀρχιερεύς: συλλέγονται οἱ καρδινάλιοι ἐς οἶκον τινά: καὶ τάς τε ψήφους διαφερόμενοι, τίθενταί τε, καὶ αἱροῦνται, ὃν ἂν οἱ τι τῆς κολωνέων καὶ ὑψηλῆς καρδινάλιοι: καὶ ἐκλέγονται σφισὶν ἐς αἵρεσιν τοὺς ἐπιτηδείους. εἰσὶ δὲ αὗται αἱ οἰκίαι, μέγισται δὴ τῶν ἐν ῥώμῃ, καὶ μέγιστον δυνάμεναι. καὶ ἐπὶ τούτους, ὁτὲ μὲν τούτους, ὁτὲ δὲ ἐκείνους, ταλαντεύονται. ἐπειδὰν δὲ τὰς ψήφους ἐκλέγωνται, καὶ ἀποδειχθῇ: ἀρχιερέα ἀναγορεύουσί τε αὐτὸν, οἴκοι κατέχοντες: ἐς ὃ ἂν καὶ τοῖς λοιποῖς συνδόξῃ ἡ αἵρεσις: καθίζουσί τε ἐπὶ σκίμποδος, ὀπὴν ἔχοντος: ὥστε καὶ τῶν ὀρχέων αὐτοῦ ἐπικρεμαμένων ἅπτεσθαί τινα τῶν προσταχθέντων: ὥστε καταφανῆ εἶναι, ἄνδρα εἶναι τοῦτον. δοκοῦσι γὰρ τὸ παλαιὸν, γυναῖκα ἐπὶ τὴν ῥώμης ἀρχιερατείαν ἀφικέσθαι. οὐ γὰρ ἐπίδηλος ἦν: ὅτι καὶ οἱ ἄρρενες σχεδόν τοι τῆς ἰταλίας, καὶ ξυμπάσης τῆς πρὸς ἑσπέραν χώρας, ὁμοίως ξυρῶνται τὸ γένειον. ἔγκυον δὲ γενομένην, ὡς ἐς τὴν θυσίαν ἀφίκετο: γεννῆσαί τε τὸ παιδίον, καὶ ὀφθῆναι ὑπὸ τοῦ λαοῦ. δι' ἃ δὴ, ὥστε ἐπιγνῶναι, καὶ μὴ πάνυ τοι ἐνδοιάζειν, ἅπτονται: καὶ ὁ ἁψάμενος ἐπιφωνεῖ. *Papa Rom. quomodo eligatur.*

ἄρρεν ἡμῖν ἐστὶν ὁ δεσπότης.

Inter alia, explorari inquit futurum Papam, num mas ſit, per foramen ſellæ. Ex facie enim non certò cognoſci: quia Occidentales populi, ferè ſoleant raſis eſſe barbis. Exploratorem deinde ſedentis, clamare: Quod fauſtum & felix ſit, mas eſt Dominus noſter.

Teſtatur eadem Felix Malleolus in Dialogo de Nobilit. & Ruſticit. circa 1444. Chriſti.

Succeſſit (inquit) Benedictus III. *natione Romanus: qui in rei memoriam, certam cathedram apud Ioannem Lateranenſem pertuſam erexit: quæ comparet vſq. in hodiernum diem: ad hoc coaptatam: vt electus ſummus Pontifex ibidem collocaretur: & per duos de Clero fide dignos eius teſticuli, tanquam teſtes, teſtimonium de ſexu virili præbentes, debitè tangerentur. Et dum inuentrentur illæſi: clamabant tangentes alta voce, Teſticulos habet. Et reclamabant clerus ac populus, Deo gratias.*

12. *Ex ore nobilis & docti viri, conuictoris mei hic Tybingæ, cum multis honeſtis adoleſcentibus, Guilielmi Ratcleffi Angli: poſtea Profeſſoris in Academia Friburgi Briſgoiæ facti, ibiq. mortui.* *VVilhelmus Ratcliffus Britannus.*

Dicebat nobis hic egregius & humaniſſimus vir, Catholicæ Romanæ alioqui religioni deditiſſimus, die XXVIII. *April.* CIↃ. IↃ. LXXXIII. *ſe multos annos Romæ vixiſſe: ac vidiſſe ibi ſtatuam marmoream: quæ repræſentauerit Ioannem Papam, qui mulier fuerit: Pontificali habitu, cum puero infante in vlna vel brachio: ſtantem iuxta ſacellum in via publica: quo in loco peperiſſe dicta fuerit: qui locus ſit inter Coliſæum (Theatrum Titi) & Templum Ioannis Laterani.* *Coliſeum.* *Illam ſtatuam fuiſſe poſtea confractam & ſublatam, iuſſu Papæ Pij* V. *Hæc, ille. Acerrimus erat is Romanæ religionis defenſor: ſæpe tamen dicebat, coniugio legitimo Sacerdotibus non fuiſſe interdicendum: propter multa ex tali cœlibatu ſecuta, & ſequentia, incommoda. Diu fuerat in Hiſpania: docebat interrogatores indeſinentes importunosq. nos, mitiſſimè & patientiſſimè, ſcripta Hiſpanica lingua intelligere mediocriter.*

Doctori benè ſit, te rogo, Chriſte, meo.

Etiam Florentinus Archiepiſcopus Antoninus (qui 1459. 6. Non. Maij obiit) ſcribit part. 2. Tit. 16. cap. 1. ſignum quoddam ſculpturæ marmoreæ, ad memoriam huius rei poſitum dici. Senis deniq. Hetruriæ, vbi Templum Cathedrale B. Catharinæ eſt, omnes Rom. Pontificum facies ſculptæ in marmore viſuntur: & in his quoq. ſuo ordine fuit Ioannes Papa, his verbis: Fœmina Angla. Ex Itinerario Ital. Oſualdi Crollij, iuuenis literati & honeſti. Adeo res celebris fuit iam olim.

Lotharij Imp. (dimiſſis inter tres filios Regnis) obitus.

Anno 855. Imp. Lotharius ſe Reipubl. cura abdicans, in conuentu Procerum, Regna tribus filiis partitur, Ludouico Imperium cum Italia dat: Lothario, inter alia Lotharingiam: Carolo, minimo natu, cum parte Prouinciæ, Burgundiam. Ipſe in Prunienſi, agri Treuerenſis, Cœnobio Monachum induit: ibiq; 3. Calend. Octob. hanc vitam exuit: cùm pœnitentiam de tanto ſanguine humano effuſo egiſſet.

Appendix ad tempora Imp. Lotharij.

S. Martini leuatio.
S. Liberius Epiſcopus.

Imperante adhuc Lothario (inquit Herman. Æditiuus) corpus S. Martini eſt à tumulo leuatum, poſt obitum ſuum CCCCLX. *annis: & in arca aurea, precioſis gemmis ornata, repoſitum. Etiam corpus S. Liberij Epiſcopi, Lotharius de Cenomannis in Badenbrunn tranſtulit: cui Clerici & ciues Turonenſes, cum reliquiis S. Martini, venerabiliter obuiam proceſſerunt. Tum leproſus quidam diues, cum ſeruis & amicis ſuis veniens, procidit coram arca S. Martini: mundari ſe, cum lacrymis rogans. Cui ſtatim is reſpondit: Te ex vna parte corporis volo mundatum: alteram partem fratri meo Liberio mundandam relinquo. Semper enim hoſpites ſunt honorandi. Igitur diues procidens ante S. Liberium (cuius reliquiæ ſeruabantur per noctem in Eccleſia S. Martini) ſtatim in altero etiam latere curatus eſt. En fideles manus mutua Sanctorum.* Jſts nicht war: ſo iſts doch luſtig zu hören. *Talia, in Germania & Sueuia quoq; credita. Sed quid dicit S. ſcriptura? Pſal. 50. Inuoca* ME *in die tribulationis. Eſa. 48. Gloriam meam alteri nō dabo. Et 63. Tu es pater noſter: Abraham neſciuit nos.*

Irmegardis Imperatrix.

IRMEGARDIS *Imperatrix (vxor Lotharij) dimiſſa, ædificauit in villa Erſtain Alſatiæ ad flumen Illam vel Alſam, Cœnobium nobilium fœminarum, eximiè dotans: quò & Leo P. reliquias miſit. Sed modico tempore factum eſt potius laſciuiæ carnalis proſtibulum: quam Monaſterium continentiæ regularis. Idem Hermannus.*

Spirituum pugna de anima Lotharij.

Lotharius, in Monachatu multis claruit virtutibus. De cuius mortui anima, Dæmones cum S. Angelis tam horribiliter pugnarunt: vt omnes exequiis præſentes, horror & ſtupor inuaſerit. Sed orantibus cum fletu S. Monachis & aliis piis: beati Angeli præualuerunt, Dæmonibus fugientibus. Idem.

QVARTVS IMP. OCCIDENTIS, LVDOVICVS II. Lotharius Rex, & Dietberga. Comites Veringenſes. Ludouicus, Oſtrofranciæ Rex, Vlmæ: & filij eius, Germaniæ præſides. Mompelgardia & Zæringia. Tumultuoſus Moguntiæ ſpiritus. EREMITARVM Cœnobij ſemen aliquod. S. Meinradi Corui, & Ibyci grues. Fundatio VViſenſtaigenſis Cœnobij. Interitus Regis Lotharij. Epiſcopus Auguſt. Neodegarius. Bulgari, Chriſtiani facti. IMP. ORIENTIS, BASILIVS Macedo: Saraceni in Italiam. Schiſma Latinæ & Græcæ Eccleſiarum. Filiorum Ludouici Germaniæ R. victoria.

CAPVT XI.

Ludouicus II. Occidentis Imp. IIII.
Luitgardis, eius vxor.

A*Nno 855. factus eſt* IIII. IMP. CÆS. LVDOVICVS II. P. F. *Aug. annos plus 19. Eum, ait Sigonius, ex paterna auitaq; hæreditate, ſolum Imperij titulum cum ipſo Italiæ Regno tenuiſſe. Itaque Italiam, vt qui trans Alpes nihil haberet, vnam ab eo benè excultam fuiſſe. Vxorem habuiſſe fertur Sueuicam, Luitgardin, Ethichonis Guelfi F. qui filius fuit Comitis generoſi Altorffenſis.*

Venetiis ambo honorati.

Anno 856. Ludouicus cum Auguſta coniuge Venetias proficiſcens, ab vtroq; Duce & populo, obuiam egreſſis ad ædem S. Michaëlis ad Brondulum (Sigon. teſte) ingenti honore exceptus eſt: ſuſcipiens Ducis Ioannis filiam de ſacro fonte.

Lotharius Rex frater Imp. Ludouici, vxorem duxit Thietbergam, filiam Comitis Boſonis ex Burgundia, Hugberti (primò Ducis, poſtea Abbatis) ſororem. Sed poſt aliquot annos, ea repudiata, domum recepit pellicem VValdradam, quam adoleſcens amauerat. Lege de hoc negotio multa lib. 2. Chronici Reginonis, & lib. 4. Auentini. Ex illa autem dicitur Lotharius ſuſcepiſſe filiam: quæ nupſerit Comiti Veringenſi Alberto: eiq; pepererit Dietburgam, proneptem Imperat. Lotharij: vxorem Burcardi, Comitis de Veringen, Ducis poſtea Sueuiæ potentiſſimi.

Veringenſis Comes Albertus.

Anno 857. Hiltegarda, Ludouici ſenioris, Regis Germaniæ, F. obiit.

Anno 858. Rector Teutonum Venedorumq; (ſic ab Auentino Ludouicus ſenior appellatur)

tur) menſe Februar. Forchaimium accedit. Inde Vlmam oppidum Sueuiæ, ad conuentus agendos pergit. Ibi Legatos Imp. Ludouici, Nothingum Epiſcopum, Eberhardum Præfectum, audit: cum Auguſto (Ludouico) nepote ſuo ex fratre (Lothario Imp.) pacem ſocietatemq; renouat. In media Quadrageſima Francofordiam diuertit: vbi Paſchalia celebrat. Inde ante diem 8. Calend. Maij, ad confluentes Moſellæ Rheniq; migrat: vt alterum nepotem ſuum Lotharium appellaret: qui tamen non venit, nec nuntios miſit. Carolus enim frater eius, Lotharij Imp. F. & frater Ludouici Imp. Rex Galliæ brachatæ, ſiue prouinciæ atque Burgundiæ, abſque liberis animam efflauerat. Carolus ergo Rex Celtarum (Caluus) nepotis Regnum inuadere conabatur: cui Lotharius armis reſiſtebat, ab Imp. etiam Ludouico fratre adiutus. Quæ controuerſia ſic compoſita eſt. Carolus (Caluus) ab iis terris deceſſit. Deinde Lotharius cum eodem Carolo aduerſus Ludouicum Auſtriacum (Regem Orientalis Franciæ, ſiue Germaniæ) conſpirauit: ac cum fratre Ludouico Auguſto Regnum diuiſit. Cæſar Galliam Narbonenſem vltra Rhodanum, citrà verò Lotharius Burgundiam poſſedit: eiusq; Ducatum inter montem Iuram, & Cottias Alpes (ille nũc, Peligardi, Mompelgart: hæ verò, diui Bernhardi, nuncupantur) dedit Hugberto, fratri coniugis ſuæ: quem Zaringiæ Ducem, longo pòſt tempore cognominarunt. Nunc ſunt Ichtlandi, Sedunenſes, Valeſij, pars Suitonum. Hæc Auentini, ex Aranea præcedentis libri primi, cap. 9. clara ſunt.

Forchaim. Vlma. Regum Franciæ diſcordia, & tranſactio. Iura mons. Cottiæ Alpes. Mompelgardum. Zaringia.

Mentio hîc iniicitur Mompeligardiæ & Zæringiæ: de quo Comitatu & Ducatu, aliquando non pauca ſequentur.

Idem Orientalis R. Ludouicus, vt limites Regni ſui tuti eſſent: Aquiloni, & ſinui Codano, aduerſus Danos & Venedos tranſalbianos, Ludouicum F. Orienti verò contra Morauos & Bulgaros, Carolomannum F. præfecit.

Apud Moguntiam, per triennium Diabolus homines vexauit (vt Sigeb. ſcribit) lapides iaciendo, parietes domorum tanquam malleis pulſando, ſermone peccata hominum detegendo, diſcordias ſeminando, fruges & ædificia incendendo. Letaniis tandem dicitur, & aqua benedicta, expulſus. Sed ne citius expelleretur: ſe contra talis aquæ aſperſionem ait ſub cappa presbyteri, familiaris ſui, latuiſſe.

Diabolus, Moguntiæ. Aqua luſtralis.

En, quæ vis fuerit, luſtralem ſpargere rorem.

Anno 859. & ſequenti, turbæ rurſum Conſtantinopoli: contentione de imaginibus repullulante: & propter Photij in loco Patriarchæ Ignatij deiecti collocationem.

Anno 860. Eremitarum cœnobium Benedictinum opulẽtiſſimum (teſtimonio Bruſchij) initium quoddam habuit: non longe ab vrbe Tiguro ſitum, in Sylij fluuioli vicinia: Germanicè, zum Einſidlen *dictum. In id ſecutis temporibus, tantùm Principes, Comites, & Barones, recipiebantur. Initium autem ſumpſit à S. Meginhardo, vel Meinrado. Fuit is Bertholdi filius, Comitis illuſtris à Sulgovv, ad Danubium in Sueuia habitantis: quem parentes ſui, cùm diu liberis carerent, magnis precibus à Deo impetrauerãt, Deoq; natum dedicauerant. Fuit igitur primò Monachus, & Monachorum Pædagogus, in ampliſſimo Diuitis Augiæ Cœnobio. Quo relicto, dehinc in obſcuriſſimam ſyluam conceſſit: ibiq; Deo ieiuniis & precibus ſeruiuit: ſacello & cellula eo in loco ædificatis. Anno autem 861. noctu à duobus latronibus, magnam ſe pecuniam apud illum inuenturos ſperantibus, interfectus eſt 12. Calend. Febru. Cuius corpus (inquit Tritenhem. in Hirſaug. Monaſt.) ad Augienſe Cœnobium reuectum eſt, & ſepultum: vbi infinitis miraculis multo tempore coruſcauit. Antequam autem interfectus eſſet: ſuperuolarunt corui: quos ille Sanctus ſuam cædem reuelaturos dixit. Ipſi nil penſi habuêre, quid ſecuturum eſſet: ſed ſpe lucri occiderunt. Sedentibus poſtea Tiguri ante cauponam: alter eorum, viſis ſuperuolantibus coruis: En Meinradi, exclamat ridens, corui. Quo à prætereunte quodam audito, Magiſtratuiq; indicato: ſe rex hic ſeq; ſociumq; ſuo indicio perdidit. Comprehenſi namq; ſunt: & rotæ ſupplicio effecti, igneq; deleti. Simile apud Græcos olim Ibyco Poëtæ accidit: vt illi, qui eum in loco ſolitario interfecerant, à gruum volatu in ſublimi proderentur, ſupplicioq; afficerentur. Vixit is 550. annis ante aduentum Chriſti: cuius vita & interitus legitur apud Suidam: & in libro Nemeſij de natura hominis cap. 42. quod eſt περὶ προνοίας, de prouidentia Dei demonſtratione. Hinc prouerbia:* Sanct. Meinrads Rappen: *&, Ibyci grues: de his, qui diuinitus ex occulto ad pœnas trahuntur.*

Einſidelenſe Cœnobium. Sulgovv comitatus. S. Meinradi vita & mors. Corui Meinradi. Rotæ ſupplicium. Ibyci grues.

In compendio Zenobij breuiter & eleganter.

Grues Ibici.

Αἱ Ἰβύκου γέρανοι. ἐπὶ τῶν ἀπροσδοκήτως, ἀφ' ὧν ἥμαρτον, κολαζομένων. Ἴβυκος γὰρ ὑπὸ λῃστῶν ἀναιρούμενος, καὶ γεράνους ὑπερπταμένας ἰδών, ἐμαρτύρατο. χρόνου δὲ περιϊόντος: οἱ λῃσταὶ ἐν θεάτρῳ θεώμενοι γεράνους ὑπερπταμένας, πρὸς ἀλλήλους ἔλεγον: αἱ Ἰβύκου γέρανοι. οὕτω ἐκ τούτου ἁλόντες, ἐκολάσθησαν.

Menander.

Ἄγει τὸ θεῖον τοὺς κακοὺς πρὸς τὴν δίκην. *Ducit malos, vt ſoricem, ad pœnam Deus. Vacauit poſtea cella S. Meinradi, collapſa, plus 60. annos: donec 923. à quodam Argentinenſi Eberhardo refecta eſt: quæ ſucceſſu temporis ædificando aucta, tandem in magnum & celebre Monaſterium creuit.*

VViſenſtaigẽſe cœnobium.

FVNDATIO COENOBII in VViſenſtaig, 861.

Ludouicus, & Erich F. loca tradentes. Salomon Epiſcopus Conſtantienſis. S. Cyriacus. Pleonungethal. VViſenſtaig. FiltZaſt. Grubingen. Nomina propria virorum.

In nomine Dni. noſtri Ihu. Chriſti. ſit omnibus notum, tam præſentibus, quàm & futuris, „ qualiter ego Rudolfus pro augmento precum ſereniſſimi Dni. mei regis Ludouici cogitans: & pro remedio animæ meæ, vel parentum meorum, vnà cum voluntate & conſenſu Erichi filij mei, & cum manu ipſius ſub præſentia Venerabilis Salomonis Epiſcopi, Trado atq; transfundo, Dno. Deo omnipotenti, & ſancto Ciriaco martiri Chriſti, talem locum: qualem hactenus viſus ſum habere in pago nomine Pleonungethal: Hoc eſt, ipſum locum, qui vulgo dicitur VViſonteſtaiga, iuxta flumẽ quod vocatur filiſa: quod eſt ſitum in grubinga vv, marco in comitatu VVarinhari comitis, omnia ſicut nunc in circuitu diſterminata videntes: tam in agris, quàm in ſiluis, cultis & incultis: in ædificiis, in pomariis, in paſcuis, in pratis, in aquis, aquarumq; decurſibus, in molendinis, in noualibus, in adiacentiis, in finibus, cum mancipiis. Ita nominatur Albger, Ratini, Bertuum, Suuabelf, Erichart, Matherat, Altman. Othekar, VValachgrine, Engelman, Hildibrecht, Egelbold, Item mahterat, meginbold, Rattolff, VVolfgang, Erimpert, VVacho, Ellinburt, Zeißmund/ *Hemmo, Ratolff, Erfold, Alnvving, Engelburg, Reginbart, VVichram, VVatlind, Vtgrun, VVerimprecht, Amalhilt, Ruadhilt, Ellinburg, Luibſind, Thiuburg, Otburg, Erchintrud, Benedicta, Gunderun, VViguurg, Auſtrat, Gundrud, Theotlind, VViberat, Engeldrut, VVolfin, RatinZa, Adelgund.*

		Irnochtolff	
Geſtin		*Abbo*	
VVilburg		*Richmund*	
Reginburg		*Sigibrant*	
Engelhart	*cum filiis ſuis*	*Sigmund*	*cum vxore, & filiis ſuis.*
Eggibirt		*Sigimar*	
Gunſa		*Egghart*	
VVeZZa		*Rittmund*	

Tuiffenthal. Hohenſtat. VVeiſtet.

Similiter infra eandem Marcam in pago ſupradicto, vbi flumen iſtud Filiſa initium capit, Supradicto martyri Chri. Trado alterum locum cum agris, & ſiluis: & quicquid ad eundem locum reſpicit, cum mancipÿs iſtis. Erpini cum vxore & filiis Erackat cum v. & f. Hutto cum v. & f. Hedfrid cum v. & f. ſuis. Nec non & tertium locum in ipſa marca trado ſancto Ciriaco, in loco qui dicitur Tuiffenthal cum adiacentÿs ſuis, & mancipiis his. Erich cum vxore & filiis ſuis: Tuto cum vxore & filiis ſuis. Similiter trado ſupradicto martiri Chri. Quartum locum in altero pago, qui dicitur flina, Hoc eſt, villam illam quæ dicitur Hohenſtat, quicquid infra marcam ipſius villæ eſt, abſq; loco qui dicitur VVeiſteti, cum mancipiis his. Vadil cum vxore & filiis, VViſman cum vxore & f. Otakar cum v. & f. Baldarich cum vxore & f. Iſarhart cum v. & f. Lucceth cum v. & f. Heilburt cum f. ſuis, VVighart cum v. & f. NanZo cum v. & f. Ruadhilt cum f. Silma cum filiis, Ruadpert cum v. & f. Ata cum f. Meginhart cum v. & filiis, Haſſo cum v. & f. Danckholff cum v. & f. Rimunt cum v. & filiis, Eicho cum v. & f. Rudbold cum v. & f. Otherich cum v. & f. Amalin, Otmunt, VVolfdrerh. Item Otmunt. In quinto vero loco, qui dicitur VVeſterheim, ſimiliter trado hoc cum medietate ipſius eccleſiæ, & quicquid imp̃a. marca viſus ſum habere cum mancipiis his. VVatila cum filiis ſuis. VVanpert cum v. & f. Giſelmund cum v. & f. VVolfgang cum v. & f. Irrath, Hitta, cum filiis. In ſexto loco, qui dicitur, Tumeſcat, quicquid ibi viſus ſum habere cum mancipiis his. Onolff, & Becchilt vxore eius, cum f. Similiter trado ſupra dicto Chri. martiri, quicquid in pago Neckergew *viſus ſum*

VVeſterheim. Tumeſcat. Neckergew.

habere, In

habere, in locis ita nominatis. Nabera, Biſſinga, VVilheim, Nidlinga, cum mancipiis his. Folckmar, Raron, Rafolt, Deotheri, Luttſind, Thenka cum filiis, Baldolff, Trabeſan, cum v. & f. Deothilt cum f. Item in pago, qui dicitur ſilicouſgavve. Similiter trado, in villa nuncupata Yſminga, quicquid in ipſa marca viſus ſum habere, cum mancipiis his. Gundi cum vxore & filiis, Otleib cum v. & f. Bern, VVigman, Deotolff, fililib. Item in francia, in pago, qui nominatur Lobetrugavve: In loco qui dicitur VVindenheim: Vnam Eccleſiam ibi trado, & quicquid ad ipſam pertinet, cum mancipiis his. Otpert cum v. & f. eius, Sigifrid cum v. & f. ſuis. Vuatholf cum v. & f. ſuis. Item decimatores omnes de Milhauſen. Nec non & de Ditzenbach, & de Vſſhuſen, & de Mercktlingen. trado autem firmiter transfundo Sancto Ciriaco hec omnia, que ſuperius comprehenſa ſunt, tam in mancipiis, quàm in agris & ſiluis, cultis & incultis: cum omnibus adiacentiis, Iure ad ipſa loca ſuperius ſcripta reſpicientibus poteſtatem manu cum filij mei manu trado firmiter Sancto Ciriaco & ipſis ſeruis Dei qui ibidem conſtare noſcuntur, Hoc eſt de meo & filij mei iure, In illius ſancti & Dei, ſeruorum ius & dominationem ea cum ratione: vt ipſi ſerui Dei poteſtatem illarum rerum habeant: & poſt obitum meum, filio meo Ericho cenſum talem ſingulis annis faciant: Hoc eſt, qn. ad ſeruitium pij Regis perrexerit: vnum ſaumarium onuſtum præſtent cum homine, qui illum ducat. Similiter ſecunda vice faciant, ſi iter in hoſtem eodem anno contigerit, & ab ipſo filio meo Ericho auxilium & defenſionem habeant tempore vitæ meæ & ſimiliter deinceps in optimo filiorum eius habeant Quencunq; ipſi, in illa proſapia ſapientiorem & Deum timentem probauerit Illi tantum eundem cenſum ſingulis annis perſoluant Cæteris autem coheredibus nihil. Quod ſi forſan poſt hec ego ipſe quod abſit vel filius meus ſeu filius ipſius vel vllus heredum ſeu proheredum veſtrorum, vel vlla alia emiſſa ſeu oppoſita perſona erit, quæ contra hanc chartam venire vt eam mutare ſeu frangere conauerit non obtineant effectum, nec vllam aliam poteſtatem generatio mea ſuper ipſum locum habeat: niſi ſicut ſuperius comprehenſum eſt: Sed ipſi ſerui Dei, inter ſe dignum Abbatem eligere poteſtatem habeant, Poſt obitum Dni. Tutamani, quem primum Abbatem cum Dno. Salomone epiſcopo eligi & loco preſenti prefeci. quod ſi ab vlla perſona, vt iam dictum eſt, aliqua contrarietas ſurrexerit poteſtatem habeant ipſi ſerui Dei cum Abbate ſuo pergere ad epiſcopum ad cuius Dyoceſin ipſe locus pertinet, & cum eius authoritate canonica & adiutorio ſuperent prauorum conatum: vel ſi neceſſe fuerit cum Epiſcopo rem coram rege examinent. Et vt hec traditio firma & ſtabilis permaneat omni tempore cum ſtipulatione ſubnixa roboratur. Sic ſalomon epiſcopus ſub cuius preſentia hec acta ſunt, & Lexert preſpiter, Vndolff Diaconus, Eberhart Diaconus, Tutaman abbas, Heremias presbr, Adonolt presbr, Irmpert presbr, Meginhart presbr, Giſalhart presbr, Hamadro pbr, Gerhart pbr, Gosbeit presbr, Erhart presbr, Otherich pbr, Lierpert Diaconus, Dauid Diacon, VValpert, VVigbert, Perrilteri, Truegkey, Hervvart, Adelmunt, VViſerich. Et iſti teſtes Laici qui hanc traditionem viderunt & audiuerunt, Ego rudolfus, qui hanc traditionem cum manu Erichi filij mei & firmari rogaui Erich rudolff Iunior VVald Conſo hunſo Hunolff Vdelger Reginhart Rettpert Pernger Germunt Erimpert Goshelm Rigant Amalpert Iſanpert, Sigerrich Raholff Rantvvig Pereltrum Deopert Amalhart, Otem Perithram, Adal voto Iacob, Salaho VVillihart Reginhart VVigerich Pebo. Adalvvald Rudger VViſerich Meginheri Svvidger Svvanager geſilpert, Darathram, Giſelpert, Hartman Lampert. Idem ipſi viderunt veſtituram ſupra dicti monaſterij. Acta eſt hec traditio in ipſo loco VViſenteſtaiga ſub die Viti Idus Decemb. Anno ab incarnatione Dni. 861. indictione decima, regnante Dno. Ludouico rege ſuper Orientales regiones Anno 28. regni eius.

Biſſingen. Neidlingen. Filicouſgavve. Iſminga. Lobetrugavve. VVindẽheim. Ditzenbach. Vffhauſen. Mercklingen. Cõditionũ traditionis. Saumarium. Traditionis huius firmitas. Tutamanus, Abbas I. Teſtes huius traditionis. Clerici. Laici.

Et ego Erinenricus rogatus ſcripſi & ſubſcripſi. 867.

Brunſuiga ciuitas, à Brunone & Danckvverto 861. fundata.

Anno 863. Lotharius, inſano VValdradæ amore flagrans: Guntheri Colonienſis Archiepiſcopi, & Thetgaudi Treuerenſis, improbe auxilio, honeſtiſſimam ſuam coniugem Thietbergam repudiat: falſo teſtimonio inceſta cum fratre conſuetudinis oppreſſam. Sequenti anno, Lothario VValdrada, Regina honoribus ornata, nupſit. Multa & magnæ hinc turbæ. Nam fratres Thietbergæ, innocentiam ſororis ad Papam Nicolaum deferunt: qui nihil omiſit, quo, pellice pulſa, legitima vxor reſtitueretur. Sed res, & Romæ & alibi acta (proſcriptione quoq; pellicis) ſucceſſu caruit. Citius à corio canis vncto abſtinuiſſet: quàm ille ab illa. Cùm autem prædicti Archiepiſcopi mortui eſſent: cùm etiam Thietbergæ frater Hugbertus (Abbas & Dux) magna vaſtatione Regno Lotharingiæ illata, periiſſet: Lotharius à Põtifice Hadriano II. qui mortuo item Nicolao ſucceſſerat, Romam citatus: cùm in reditu eſſet, & exercitum peſtilentia amiſiſſet:

Thietberga repudium. Pellex VValdrada.

Periurij pœna. *etiam ipſe Placentiæ, 8. Idus Aug. 869. obmuteſcens ſubitò, poſtridie animam exhalauit. Nam ſe innocentem eſſe, quoad deceſſoris Nicolai mandata effecta, ſumptione cœnæ Dominicæ teſtatus erat: idemq; proceres eius præſentes fecerant: qui omnes ante anni exitum, variis caſibus perierunt.*

Ne dixeris falſum teſtimonium,
Ne præfer adulteræ amorem,
Legitimæ vxoris amplexibus,
Ne peiera in Deum omniſcium & iuſtiſſimum.

ἀμυκτήριστος, ὁ θεός.

Auſtraſia. *Lotharingiam deinde (quæ tunc multò amplior erat, quàm hodie: ac quoq; Auſtraſia vocabatur) patrui ambo Lotharij inter ſe diuiſerunt. Ludouicus accepit inferiorem partem, ad Rhenum ſitam, cum Aquiſgranenſi palatio: Carolus verò, ſuperiorem. Illius ergo erat Colonia, Aqua, Treuiri, Trajectum, Metis, Argentina, Baſilea: huius verò Lugdunum, Viſontio, Vienna, Tullum, Virdunum, & adiacentia.*

S. Othmari canonizatio. *Anno 864. S. Othmarus (primus S. Galli Abbas à Boſone, Conſtantienſi Epiſcopo, factus 720. & anno 759. mortuus) à Salomone eiuſdem loci Epiſcopo, in Sanctorum numerum relatus eſt.*

Neodegarius, vir innocentis vitæ, Epiſcopus Auguſtanus XV. *numeratur. Qui primùm*
Vtenbyra Monaſterij fundatores. *fuit Monachus: poſtea verò, Abbas Vtenbyræ: quod Sueuicum Monaſterium Silachus Francicus Dux, & Ilergouius Comes, eiuſq; coniux Ermenſuinda, fundauerant. Conſtruere cœpit de nouo*
Fieſſen. *Templum S. Magni in Faucenſi cœnobio,* **zu Fieſſen.** *Obiit 869. ſepultus in fano S. Afræ, cum Epitaphio:*

Beatiſſimæ Memoriæ.

Requieſcit hic Nidgarius Epiſcopus. Omnes legentes orate, vt Pius Deus illi miſereatur. Obiit beatus decimaſeptima Calendarum Maij. Bruſch.

Bulgari, Chriſto adiuncti. *Anno 865. Bulgari religionem Chriſti receperunt: Rege ipſorum Bogoride, partim à ſorore (quæ ex vrbe Conſtantinopoli, vbi captiua Chriſtum didicerat, redierat) perſuaſo: partim à dira peſtilentiæ lue (quæ nullis aliis remediis cedebat) coacto. Minatus hic antea fuerat Græcis bellum: cùm ſciret, eis mulierem tantùm, cum homine adoleſcente imperare: ad eamq; legatos*
Theodora Auguſtæ dictum. *miſerat. Quibus Auguſta Theodora reſponderat: ſe non metuere ipſum. Nam ſe aut acie, auxilio Dei, eum ſuperaturam: aut, etiamſi vincatur (quod tamen futurum non ſit) ſic etiam victricem fore: quòd ille non virum, ſed mulierem tantummodo, vicerit. Tum Bogoris quieuit. Cedren.*

Anno 866. & circà, Adalbertus vixit, Comes Grauenſpurgenſis, vel Rauenſpurg. Cæſareus Aulæ Francicæ miniſter. Stumpf. lib. 5. c. 9.

Baſilius, Orient. Imp. 33. *Anno 867. Michaële Imp. Conſtantinopoli 9. Cal. Maij occiſo: ſucceſſit* XXXIII. IMP. CÆS. BASILIVS, P. F. *Aug. Imperauit plus 18. annos.*

Principis vitia.

Qualis iſte Michaël fuerit: ex pauculis hiſce intelligi poteſt: ne quis Princeps vnquam talis eſſe velit.

1. *Profuſus abſque modo, inter peſſimos homines, & profundas voragines.*

Profuſio.

Αἱ χρυσοσκεύαστοι στολαὶ τῶν πάλαι βασιλέων·
Καὶ δένδρα τὰ κατάχρυσα, στρουθία τε τὰ λάλα·
Καὶ πᾶν ἁπλῶς βασίλειον λάμπον ἐν ἀνακτόροις·
Χωνείᾳ παρεδίδοντο, κακῶς ἐξεκενοῦντο,
Εἰς μυσαροὺς καὶ βδελυροὺς σωλῆνας πολυτρήτους.

Veſtes auratæ priſcorum Regum: arbores aureæ, in quarum ramis ſedebant auiculæ canoræ, à patre eius Theophilo factæ: omnia Imperatoria, in Aula ſplendentia, ornamenta: igne fornacis conflabantur, & malè in tubos quoſdam execrabiles euacuabantur. Manaſſes.

2. *Impius irriſor matris Theodoræ.*

Parentũ contemptio. *Quodam tempore matrem ad ſe vocauit: tanquam Patriarcha Ignatio præſente, ei fauſta precaturo. Veniente illa, & reuerenter expectante: ſannio obſcœniſſimus proſiliens,* ἀπέπαρδε, καὶ ῥήματά τινα ἀπεῖπε, τῷ οἰκείῳ σώματος ἄξια: *ſonos vtroq; gutture nefarios emiſit. Tunc execrata filium Auguſta, breui iram diuinam ſenſurum dixit. Cedren.*

In

In Deum & religionem impius.

Habebat nefarios adoleſcentes: qui Pontificum habitu ſibi ſumpto, rem diuinam faciebant. Tunc Michaël ſucco Sinapis acri in calicem infuſo, tanquam ſacrum myſterium adminiſtrabat. *Dei & religionis aſpernatio.*

Ἐλύττησεν ὁ χάλκεος κατὰ τῶν μυστηρίων,
Τῶν ἱερῶν, καὶ στεφηφορεῖν αὐτοῖς ἀξιοσέπτων:
Καὶ σίναπι δριμύχυμον ἐγχέων εἰς κρατῆρα,
Τὴν ἁγιστείαν τὴν σεπτὴν δῆθεν ἐπιτελεστάρχει:
Παίζων, φασὶν, ἐν ὕπαυλοις: γελῶν ἐν ἀγελάστοις.
Zonar. & Manaſſes.

Exitus igitur eius hic fuit: vt Baſilius Macedo (initiô pauper: poſtea in Aula ad honores euectus) gladio viſcera ipſius traiecerit: Imperiúmque ad ſe traxerit: cui poſtea vtiliter præfuit. *Exitium ergo dirum Imp. Michaëlis.*

Eodem 867. & præcedentibus ac ſequentibus annis, Saracenis Campaniam & Apuliam vexantibus, ſatis negotij Imp. Ludouico fuit. Lotharius frater, qui ei opem anno dicto tulerat, exercitu intemperie cæli per morbos, & araneorum morſus peſtilentes, conſumpto, domum inglorius rediit. *Saracenica Italiæ vexatio.*

Anno 869. Synodo vniuerſali (octauam vocant) Conſtantinopoli acta: Bulgaros, qui Romanæ Eccleſiæ ſubiecti erant Græci ad ſe traxerunt. Hinc, vtriuſq; Eccleſiæ diſſidium inter ſe. Etiam, propter proceſſionem Spiritus S. *Synodus octaua.* *Eccleſiarũ Orient. & Occident. diſſidiũ.*

Filij Ludouici Germaniæ R. ſe fortiter geſſerunt hoc tempore. Nam Ludouicus Sorabos (Miſnicum genus, olim Sueuicum) bis cæſos domuit. Carolus, cum Franconibus atq; Sueuis profectus, Moranos, & Sclauos Ratiſlao ſubditos, prælio fuſos fugauit: vrbes incendit: mœnia diruit. Incolæ in ſyluas ſe & ſua condidere. Ratiſlai firmiſſimũ munimentum, expugnatum. Ratiſlaus fugiens, in obſcuris Hercyniæ ſaltibus delituit. Victores, ſyluas ingreſſi, defoſſa ibi reperientes, magna præda potiti ſunt. Auent. lib. 4. *Sorabi.* *Morani.*

AVGVST. EPISCOPVS LANTHO. LINGVA VETVS GERmanica & Sueuica. S. VValpurgis, canonizata. Rhutho, Augiæ diuitis Abbas. Imp. Ludouicus, ad perfidioſi Beneuentani Adelgiſi conditiones adactus: ſed cum vltus. Saraceni, Italia egreſſi. Hartmutus Abbas, & Schola atque Bibliotheca, Sangallenſis. Campanæ, ad Græcos. Carolus, Regis Ludouici filius, furioſus. Locuſtarum exercitus. QVINTVS IMP. OCCID. CAROLVS CALVVS. A Ludouico iuniore victus. Reges Germaniæ tres.

CAPVT XII.

ANno 870. Lantho vel Dancko, Auguſtano Epiſcopatui præeſſe cœpit: qui benè meritus eſt de Monaſterio Faucenſi. Idem in numerum Diuorum retulit, conſentiente Rom. Pontifice, S. Magnum: cuius vitam etiam Emerico, doctiſſimo Elefancenſi Monacho, deſcribendam commiſit. Obiit 877. Bruſch. *S. Magni canonizatio.*

Qualis hoc tempore fuerit Alemannorum lingua: cùm ſuprà animaduerti potuit: tunc ex locis apparebit ſequentibus. *Lingua Alemannica.*

Ioan. Stumpf. lib. 4. cap. 31.

Carolus M. primus inuenit: quemadmodum Germanica lingua latinis literis ſcriberetur. At exigua tamen initiò fuit talis ſcriptio: ſicut hoc apparet ex vetere Scriptura Notgeri de S. Gallo: tempore Ludouici, Regis Oſtrofranciæ & Germaniæ, anno Chriſti 870. ſcripta.

Fater unſer: du im himele biſt: din namo uuerde geheiligot: din riche chome: din uuille geſkehe in erdo alſo in himele. Unſer tagolicha brot kib vns hinto: unde unſer sculde belaz uns/als auch wir belaſend unſern ſculdigë: und in chorunga nit leiteſt du unſich: nun beloſe unſich fone vbele/2c. *Non aderat,*
Aue Maria.

Der Glaub.

Jch keloubo an Got allmachtigen Fater/ſkefen himeles und erdo. Vnd an ſinen ſon

Jeſum Chriſtum einigun/unſern Herren: der uone demo heiligen Geiſte infangē uuart: vane Maria der magede geborn uuart: kenothaftot uuart pi Pontio Pilato: unde bi imo an cruce geſtachtet: ir ſtarb/unde begraben uuart: ze hello fuor: an demo dritten tage uone tode erſtuont: ze himele fuor: da ſitzet ze Gotes zeſunne des almachtigen Fater: danna kunfftiger zeirteilene/die er danne findet lebende/alde tode. Keloubo an den heiligē Geiſt: keloubo heiliga die allelichun geſamenunga: keloubo zehabenne der heiligun gmeinſame: keloubo belaſſung unſer ſunde: keloubo des fleiſkes urſtende: keloubo euuigen lib. Amen. Das thuon ich keuuaro/ꝛc.

S. VValdpurgis translatio. Haidenhaim.

Circa hoc tempus, Odgerus Aichſtadianus Epiſcopus, conſenſu Hadriani II. *Papæ, S. virginem VValpurgin (SS. VVillibaldi Epiſcopi, & VVunibaldi Abbatis, ſororem, Abbatiſſam primam Haidenhaimenſem) de tumulo leuauit: ac Diuarum numero adſcriptam, ex Haidenhaimenſi Parthenone Aichſtadium tranſtulit: vbi ipſe primus Cœnobium S. VValpurgis fundauit: quod poſtea 1034. ab Heriberto Epiſcopo auctum eſt: eiuſq; monitu, à Leodegario Cõmite Lechſgmundenſi (de ore Lyci) liberaliſſimè donatum. Bruſch.*

ZurZach.

Anno 871. Rhutho vel Rudilo, Abbas Diuitaugienſis XVI. *erat: qui præfuit per 16. annos, & aliquot menſes. Vſus eſt benefico Carolo Craſſo Imp. qui Abbatiam & pagum ZurZachēſem (petente coniuge ipſius Domina Richarde) donauit, & incorporauit, Diuiti Augiæ: vbi volebat eſſe ſuum ſepulcrum. Quod factum eſſe legitur ad lacum Podamicum, in arce & Palatio Imperiali Bodmen, 14. Octob. anno Chriſti 881. Idem Bruſch.*

Bodmen arx.

Saracenis fauēs, Adelgiſus.

Eodem anno (Sigonio teſte) Adelgiſus, Beneuenti princeps, Saracenorum fautor (qui antehac veniam offenſæ ab Imp. Ludouico impetrauerat) rurſus cū Barbaris ſentiens: cùm animaduerteret, ſe Beneuenti obſeſſum ab Imperatore iri: rurſum ei ſupplex factus, magnificis munerib. oblatis, pacem impetrauit. Capuam deinde Imperator obſedit: donec illi neceſſitate compulſi, deditionem fecerunt: venia oblatione corporis S. Germani, quod humeris ſublatum afferebant, à miſericorde Victore impetrata. Tum Saraceni, inde expulſi. Cupiente deinde exercitu, ſe poſt diurnos labores in patriam dimitti: & Adelgiſo pro militibus deprecante: Ludouicus ſanè maximam partem dimiſit. Quo facto: Adelgiſus eum ſuis propemodum omnibus nudatum, in domo Beneuentana meridiantem, armata manu inuaſit. Cumq; fortiter ab illo, & paucis circa cuſtodibus, occluſo oſtio, repulſus eſſet, faſces lignorum adferri, atq; ædibus ignem ſubijci, iuſſit. Ibi Imperator, neceſſitate coactus, allatis Sanctorum reliquiis, iurauit: ſe nunquam amplius in Beneuentanos fines venturum: neq; aliquam huius iniuriæ vindictam repetiturum. Ita cum ignominia diſceſſit: ſed altero anno nouem millia Saracenorum, per Comites ſuos apud Capuam profligauit. Diſceſſerunt in Calabriam Barbari: eaq; diuexata, in Africam redière.

S. Germanus.

Perfidia Adelgiſi in Imperatorem.

Hartmutus Abbas.

Anno 872. Hartmutus præpoſitus à fratribus eſt Sangallenſi Abbatiæ (teſte Bruſch.) & confirmatus ab Auſtraſiæ Rege Ludouico. Doctus erat, & ſapientiæ amator. Huic R. Ludouicus Meckingum, Carolus verò Caluus Montem S. Victoris & Stammheimū, dedit. Reſignauit, poſt bonam 12. annorum adminiſtrationem, Abbatiam, permittente Imp. Carolo Craſſo.

Sangallenſis Schola.

His temporibus, egregia Schola fuit Sangalli: in qua iuuentus nobilis, & de populo adoleſcentes, diligenter fuerunt artibus & linguis eruditi: nobilitate & proceribus ſumptus ad ſuſtētationem libenter ſuppeditantibus. Ibi præſtantes quoq; Scribæ, vel Amanuenſes, erant: vt inſtrueretur nobiliſſima Bibliotheca, maximo ſumptu, libris omnium facultatum. Cæſarei & Eccleſiaſtici Canones, tunc & diu pòſt, CCC. *Ducatis haberi non poterant: nunc, poſtquam Typographia inuenta eſt, paucis comparantur florenis. Ipſe Hartmutus, ob honorem S. literarum, libros Euangeliorum & Epiſtolarum Apoſtolicarum, elegantiſſimè deſcribendos curauit. Illa, auro, argento, & gemmis: has ebore, ligari præcepit, cum aureis & argenteis bullis. Sic & Pſalterium, maioribus aureis Gotlandicis literis ſcriptum. Stumpf. lib. 5. cap. 4. & 5. qui ait, eos libros ſuo tempore adhuc ibi fuiſſe.*

Bibliotheca.

Iuridici libri.

Baſilij Imp. donum.

Hoc 872. anno, Baſilius Imp. Græcus, miſit Ludouico Imp. cryſtallum miræ magnitudinis, auro gemmiſq; micantem, cum parte nõ modica S. crucis. Sigebert. Sed Auent. lib. 4. hæc ad Germaniæ R. Ludouicum miſſa ſcribit Ratisbonam.

Campanæ, ad Græcos.

Græci primùm campanis vti cœpêre, Venetorum beneficio. Nam re proſperè aduerſus Saracenos geſta (inquit Sabell. rerum Venet. lib. 3.) Dux Venetus Vrſus, à Baſilij Imp. Apocriſiariis (Legatis) Protoſpatharius eſt creatus. Sed vt gratitudine cum Baſilio certare videretur: duodecim campanas magni ponderis, illi ByZantium dono miſit. Atq; ita eueniſſe ferunt: vt Græci, Venetorum munere tum primùm campanum æs habere cœperint.

Anno

Anno 873. Bathego, Epiſcopus Conſtantienſis creatus. Præfuit 4. annos: per quos fuit maxima difficultas annonæ. Bruſch.

Dolebat vehementer Ludouico Imp. iniuria, quam ab Adelgiſo acceperat. Romam ergo profectus, nouum Pontificem de re conſuluit, Ioannem IX. Quo Senatu Cardinalium cogente: ſolutus eſt Ludouicus illo, quo ſe obligauerat, grauiſſimo ſacramento: & Adelgiſus, hoſtis Imperij, ac bello perſequendus iudicatus. Inſtructus igitur validiſſimis copiis Imperator: non ipſe bellum geſſit, ne periurus dici poſſet: ſed vxorem Engelbergam, ſumma rerum præfecit. Adelgiſus, ſe hoſtem iudicatum videns: cùm ſe tantam tempeſtatem ſuſtinere poſſe diffideret: profugit, & in Corſicam inſulam ſeſe abdidit. Sequenti tamen anno, Ducatu Beneuentano recepto, obiit.

Iuramenti ſolutio Papalis.
Engelberga.

Conuentum egerat (Auent. teſte) Rex Germaniæ Ludouicus Forchaimij: in quo, ne ſe mortuo diſcordia inter filios exiſteret, Regnum Orientale in tres partes diuiſerat. Carolomanno Regnum Boiariæ, prouinciaſq́ Sclauorum, deſtinauerat: Ludouico verò, Franciam, Saxoniam, Turogos, Friſios, Lotharingos. Sueuia Carolo, qui natu minimus, relicta erat: qui neſcio quo vultu, vt illa parte non contentus, pietatem non mediocriter læſerat. Cùm poſtea Francofordiæ conuentus à Ludouico celebraretur: ibi 7. Calend. Februar. infrequentiſſimo conſeſſu Pontificum & Ducum, Carolus ſubitò proſiliit: & abiecto enſe ac balteo, veſtem quoque exuturus, vix à ſex robuſtiſſimis viris retentus eſt. Ludouicus ad alterum filium, cognominem ſibi, vides, inquit: peccare in parentem, quantum ſit? In neminem flagitioſorum, grauiora Deus exempla edit, quàm in parricidas. Ergo deprecamini crimen, & reſipiſcite. Dæmon dehinc ſacrificiis & carminibus, per Moguntinum Archimyſtam, Luitpertum, vel Lindebertum, eiectus eſt. Tum ad ſe reuerſus Carolus, propalàm eſt confeſſus: continuò ſe incurſum conturbatæ & prauæ mentis ſenſiſſe: poſtquam in animum induxiſſet, aduerſus patrem, propter ſolam ſibi Sueuiam aſſignatam, res nouas moliri.

Regni Orient. inter filios Ludouici Imp. diuiſio.
Parricidij pœna.
Exorciſmus.

Anno 874. Sanguis Brixiæ de cœlo triduum & trinoctium pluuit. Locuſtæ cum ſenis alis ac pedibus, binisq́ dentibus ab Oriente in Occidentem, magno ſtridore volarunt æſtate prima: quæ Solem per quinque millia paſſuum obumbrarunt: ſollicitè ſpectantibus populis, ne ſuas operirent terras: C L. iugera, vno die depaſta fuiſſe, memoriæ proditum eſt. Inde fames ingens: & ex putrefactione illarum, peſtilentia dira. vide plura de eis apud Auentinum.

Sanguinea pluuia.
Locuſtarum exercitus.

Anno 875. Hemma, Regis Ludouici vxor, ineunte vere, Reginoburgi paralyſi vel hemiplexia ſubitò obmutuit: ac ſequenti anno, in media Quadrageſima deceſſit. Octauo Idus Iun. ſtella crinita viſa eſt. Imp. Ludouicus circa Calend. Auguſt. moritur ſine liberis, Mediolani: ſepeliturq́ ibi in Templo D. Ambroſij. Properarunt ad Imperatorium culmen conſcendendum Reges: Carolus Caluus Franciæ, & Ludouicus Germaniæ. Italorum etiam Proceres, de hac dignitate ad ſe reuocanda cogitabant. Sed Caluo & ſibi ſtudens Papa Ioannes, Auguſtum altero anno conſecrauit in Vaticana Baſilica: inſignia mox munera S. Petro dantem, & perpetuam antè Eccleſiæ propugnationem iureiurando pollicitum. Hinc titulus IMPERATORIS AVGVSTI *(teſtimonio Sigonij) poſthac ſincerum Pontificis beneficium cœpit eſſe: annique* IMPERII, *à conſecratione Pontificia repeti cœpti. Ita S. Petrus, piſcator hominum factus: imò Regum & Imperatorum. Diuinum & venerabile rete. Nemo quippe putabatur ab eo tempore, Imperator: niſi Romæ à Pontifice eſſet vnctus & coronatus. Idem Caluus & Papiæ accepit Regiam Coronam, ab Archiepiſcopo Arnſperto. Poſtea in Gallias rediit, non iam Francico more, ſed Græco, veſtitus: aurata palla indutus, & ſericatus: balteo ad pedes dependente.*

Hemma Reginæ πάθος.
Cometa.
Imperatoris titulus Papæ proprius.
S. Petri piſcatio.

Igitur nunc eſt V. IMP. CÆS. CAROLVS II. IVNIOR CALVVS, P. F. *Aug. A. 2. M. 2. Sexto deinde Idus Iul. cùm Pontigone conuentus ageretur: munera venerunt à Papa: Imperatori ſceptrum, baculum aureum: Imperatrici Richildi, pallia, armillæ cum gemmis. Ipſe legatos, eximiè donatos in vrbem remiſit. Vixit circa hoc tempus Hugbaldus, Monachus Euenenſis, Poëta & Rhetor celeberrimus: cuius eſt Poëmation Dictionum à C. litera incipientium:*

Carmina Clariſonæ Caluis cantate camœnæ.

Carolus Caluus Occid. Imp. V.
Hugbaldus Poëta.

Anno eodem, nempe 876. cùm Ludouico Regi, æquam Italiæ diuiſionem, & Ludouico ſuo F. Auguſtale cognomen, poſtulanti, Imp. Caluus reſpondiſſet: ſe contra eum tantum equitatum & peditatum miſſurum: qui Rhenum, & alia flumina, epotaret: ille huic bellum indicit: colligens robora Alemannorum, Germanorum, Sclauorum. Tunc ille, legatis miſſis, pacem poſtu-

Diſcordia inter Ludouicū R. & Caluum Imp.

lare. Ludouicus, dum de diuiſione cogitat, morbo corripitur: quo augeſcente, Francofordiæ 5. Calend. Septemb. deceſsit: anno ætatis L X X. *Regni Franciæ 36. Boiariæ 52. Sepultus eſt Laureaci vel Lariſhaimi, in æde D. Nazarij. Hic, ſi quem in exercitu, ſericis & auro ornatum conſpiceret: Heus tu, inquit, mortalium ſtultiſsime: non tibi ſatis eſt, vt tu pereas: niſi etiam res tuas hoſtibus tradas: eosq́ dites, quo diutius nobis reſiſtant? Sic & Homerus quendam decoratum notat Iliad. 3.* ὃς ϗ χρυσὸν ἔχων, πόλεμόνδ᾽ ἴεν, ἠΰτε κούρη: *à quo perniciem in prælio non depulerit aurum: ſed Achilli, qui eum interfecerit, prædæ fuerit.*

Militis auro & ſerico ornati ſtultitia.

Conabatur Imperator Ludouicum, mortui R. Ludouici F. ſua ditione ſpoliare. Dehortatus eſt hic eum ab iniuria: primùm, iure ſuo allegato: deinde, per Legatos æquitatem orans: tum, per denos homines cum aqua calida, & cum frigida, & cum candenti ferro, miſſos, & illæſos manentes, ius ſuum tuens. Sed omnia, fruſtrà. Igitur ad vim conuerſus, patruum 8. Idus Octob. magna clade, doloſè inuadentem, non ita longè ab Antoniaco (Andernach) profligat: ita quidem, vt ille fugeret, caſtris & bonis omnibus amiſsis. Vxor etiam, quæ alibi erat, fugit poſtridie, clade cognita: nocte infantem peperit: cum humeris ſuis portans, fugere non prius deſtitit, quàm Attiniacum perueniret. Victori frater Carolus, ex Sueuia occurrens, gratulatum venit. En fructus iniuſtitiæ & auaritiæ.

Calui Imp. iniquitas.
Aqua calida & frigida, ferriq́ candentis, probatio.
Antoniacum.
Calui Imp. clades.

Victo Caluo: fratres inter ſe patrimonium diuiſerunt.

Carolomanno obuênit Boiaria, Carantanum, Pannonia, Bohemia, Morauia, & iuſta Italiæ pars, armis repetenda: ſed eam, Caluo mortuo, accepit.

Ludouico, Franconia, Turingia, Saxonia, Friſia, & pars Lotharingiæ.

Carolo Craſſo, Alemannia, & altera Lotharingiæ pars.

Ita Germania tunc tres Reges habuit.

Regnorum inter victores partitio.

Germania tres Reges.

Hæc vſque ad annum Saluatoris.
IↃ CCC LXXVI.

Finis libri ſecundi, in ſecunda parte Annalium Sueuicorum.

MARTI-

MARTINI CRVSII, GRAECAE ET LATINÆ LINGVÆ IN ACADEMIA TYBINGENSI PROFESSORIS, ANNALIVM SVEVICORVM, IN SECVNDA PARTE LIBER TERTIVS.

Continet hic liber Sueuica: quæ habere potuimus, Imperium Occidentis & Germaniæ tenentibus his Cæſaribus: Ludouico III. Balbo, Carolo Craſſo, Arnulfo, Ludouico IIII. Conrado primo, & Henrico primo: interiectis multis rebus notabilibus, nec iniucundis.

SEDECHIAS IVDÆVS. SEXTVS IMP. OCCIDEN. LVDOVICVS III. Balbus. Gebhardus, Conſtantienſis Epiſcopus. Brunſuiga vrbs. Flandrenſis comitatus. Septimus OCCIDEN. IMP. CAROLVS III. Craſſus. Bauariæ, vel Oſtrofranciæ, Reges, Carolomannus, & frater Lud. iunior. Gallia à Nortmannis vaſtata. Henricus Guelpho, cum aureo curriculo. Sangallenſes Monachi eruditi.

CAPVT I.

ANNO 877. pridie nonas Octob. Carolus Caluus obiit: à Sedechia Medico Iudæo, ſibi chariſſimo, medicamento mortifero ſumpto. Erat iſte Sedachias (teſte Tritenhem) etiam Magus: qui multa ſtupenda faciebat ludibria, tanquam miracula, coram Principibus & aliis. Efficiebat, vt hominibus videretur deuorare hominem armatum cum equo: currum item onuſtum fœno, cum auriga & equis. Amputabat hominibus capita, manus aut pedes: quæ pelui impoſita, cum ſanguine defluente, oſtentabat. Mox integros & incolumes reſtituebat. In aëre incedens, ſpeciem venationis præbebat. Alia infinita, ad hominum ſtuporem faciebat. Tali mancipio Diaboli, ſuam Imperator Rom. ſalutem credidit. ὅπερ καὶ ἑαυτοῦ πίστεως ἄξια τἀπίχειρα ἀπηνέγκατο: ergo ſuæ fidei præmia digna tulit.

Sedechias Iudæus, Magus. *Præſtigiæ nebulonis.*

Caluus oppidum Compendium, ad inſtar Conſtantinopolis extruere cogitans, Cariopolin nominauerat. Filiorum eius, Carolomannus, nolens Monachus fieri, & leuitate ſua patri diſplicens, ab illo excæcatus eſt, & in Monaſterium truſus. Carolus verò, homo temerarius, veſte mutata, à fortiſſimo milite, quem ſine cauſa (vt ſcil. illo fortior videretur) ad pugnam prouocauerat, occiſus eſt: priuſquam ſe ei aperire potuiſſet. Quo tempore Landolus quoque vixit, vel Landolphus, nobilis Sueuus, Darnienſis Eccleſiæ Epiſcopus: qui Romam itabat, & à morte Sanctis adſcriptus eſt, Sangalliique humatus. 4. Stumpf. 32.

Compendium. Filij Caroli Calui. Prouocatio ad pugnam ſtulta. S. Landolus.

Excepit Imperium VI. IMP. CÆS. LVDOVICVS III. BALBVS, P. F. *Aug. per A. 1. M. 6. D. 5. Fuit ſequenti anno à Papa Ioanne, Trecis in Galliis coronatus, 7. Id. Septemb. Dictus eſt Balbus, quòd tardioris eſſet eloquij.*

Ludouic. III. Balbus, Occid. Imp. VI.

Vdelmannus, nobiliſſimis parentibus in Sueuia natus, vixit: qui poſtea factus eſt Epiſcopus Auguſtanus anno 880. & conſecrauit fanum pagi Herberdiſhofæ. Bruſch.

Anno 878. Gebhardus fuit XXVI. Epiſcopus Conſtantienſis, per annos 4. religioſè. Poſtea, Nortmannis & Galliæ, & Germaniæ, extremam minitantibus vaſtationem: ipſe etiam pio tuendæ patriæ animo, aliis cum Principibus, ad illud bellum profectus eſt: ibique ab hoſtibus captus, ac trucidatus. Bruſch.

Gebhardus. Conſtantienſis Epiſcopus.

Brunſvviga, à Brunone, Henrici I. Cæſaris patruo, vrbs facta: quaſi, Brunonis vicus. Hodie, tanta amplitudine, tanto ſplendore: vt quinque fora, quinque Senacula, ibi ſint: Latinæque Scholæ, complures.

Brunſuiga vrbs.

Eclipſis Lunæ, Octob. 16. Eclipſis Solis, 29. die eiuſdem menſis, circa horam 9.

Anno 879. ab hac luce ſubtractus eſt Compendij, Ludouicus Imp. 4. Idus Aprilis: veneno, vt ferebatur, infectus. Tunc coronam, enſem, & cætera ornamenta Regia, ad Ludouicum filium miſit: Regemque Franciæ conſecrari iuſſit. Filios reliquit: ex puella nobili Auſgarda (quam

Ludouici Imp. mors. Liberi eius.

iuuenis, inconſulto patre, acceperat) Ludouicum & Carolomannum: ex Adelhaide (quam priorem à patre coactus dimittere, duxerat) Carolum poſthumum. Reliquit & filiam Iuditham: quæ nupſit 1. Regi Angliæ Edelulfo, vel Edulpho: 2. cuidam Gallo nobili (ob nobiliſſimam formam à viro pulchro raptam) contra Regis Ludouici voluntatem: qui tamen ei poſtea Flandriam dedit. Proinde Flandriæ Comitem primum, ponit hoc tempore Funccius Balduinũ Caluum. Hoc enim ille nomine erat.

Flandriæ comitatus.

Carolus III. Craſſus, Occid. Imp. VII. Alemanniæ Helueticæ Duces.

Succeſſit VII. IMP. CÆS. KAROLVS III. CRASSVS, P. F. Aug. A. 8. M. 7. Alij 12. A. ei tribuunt. Fuit filius Ludouici ſenioris, qui Rex Germaniæ & Sueuiæ fuerat. Quo tempore, in Alemannia Heluetica Rectores fuerant: Adalbertus, Comes comitatus Turgaæ: & Geroldus, Comes comitatus Zurichgaæ. Stumpf. lib. 4. cap. 31. habens hos eorum titulos ex veteribus inſtrumentis. Craſſo poſtea, cum Lotharingiæ parte, Alemannia data fuerat.

Carolomanni R. obitus.

Anno 880. Bauariæ & Italiæ R. Carolomannus, menſe Aprili apud Oetingam Bauarorum, paralyſi occubuit: vir religioſiſſimus, nec literarum rudis, & in reprimendis Sclauis fortis. Antea tamen, cùm loquendi facultatem amiſiſſet: ſcripto Bauariam fratri Ludouico tradidit.

Eclipſis Solis.

Quo anno, hora diei 9. tanta Solis obſcuratio facta fuit: vt ſtellæ in cælo apparerent.

Burgundiæ Rex Boſo.

Craſſus in Italiam profectus, benignè ab Italicis exceptus eſt: & inſignia Regni ab Archiepiſcopo accepit. Inde auxilio venit Regibus Franciæ, Ludouico & Carolomanno, contra Boſonem: qui impulſu vxoris Irmengardæ, ſe Burgundiæ Regem fecerat.

Non multò pòſt Romam contendit: ibiq́ Auguſtalia inſignia, cum vxore Richarda, circa initium ſequentis anni ſuſcepit: cùm ſe in Pontificis auctoritate, & Eccleſiæ defenſione, futurum, ſanctè promiſiſſet.

Hyems ſæua.

Anno 881. ſæua & diuturna erat hyems: & pabuli inopia moriebantur pecora: homines autem, tuſſi, & ſubitò. Contagio etiam tuſſis nocebat.

Nortmanni Franciam deuaſtant.

Anno 882. & deinceps, Nortmanni, adiunctis ſibi Danis, Franciam miſerè populabantur: vt cænobio Prumienſi, vrbe Treuirorum, Colonia, Bonna, conbuſtis. Sed & Aquiſgrani palatio: quod per annos exinde 80. vſque ad tempora Othonis Imp. vaſtum permanſit. Metas quoq́ obſederunt. Magnis itaq́ cum copiis Longobardorum, Bauarorum, Alemannorum, Turingorum, Saxonum, Friſonum, veniens, reſtitit Imp. Craſſus: nec ita multum effecit. Attamen poſtea pax inter eum, & Ducem hoſtium Sigfridum, facta eſt: conuerſione huius ad Chriſtum: qui baptizatus eſt, & ab Imp. Carolo è baptiſmo leuatus, ac pro Sigefrido Gotefridus nominatus: dante ei Auguſto, Lotharij filiam Giſlam in matrimonium, ac Friſiam loco dotis: cæterisq́ Nortmannis, ingenti pondere auri accepto, fines relinquentibus.

Dux illorum Sigfridus, baptizatus. Friſia.

Ludouici, Bauariæ Regis, mors. Luitgardis, vxor eius.

Dictum eſt ſuprà, Carolomanno ſucceſſiſſe in Bauariæ Regno fratrem Ludouicum. Obiit is 882. Francofurti, 13. Cal. Septemb. & Laureaci iuxta patrem eſt humatus. Habuerat in matrimonio Luitgardam, filiam Ethichonis Sueui, ex Altorfio & Raueſpurgo oriundi. Sicut autem ipſe Arnulfo, Carolomanni naturali filio, partem Pannoniæ, vbi fontes amnium Saui & Draui ſunt, commendarat: Chariniq́ limitis Ducem appellarat: ita quoq́ ſocerum ſuum, Lycatiis, occidentali Boiariæ termino, præfecerat. Huius filius Hainricus (teſtimonio Auentini) aliquando quaſi per iocum petierat à ſororis ſuæ marito, Rege Ludouico: quicquid in ſuperiore Bauaria, aureo vehiculo à prima luce, vſque ad meridiem circumiret. Ludouicus, ratus coniugis ſuæ fratrem eſſe pauperiorem: quàm vt aureum currum poſſideret: poſtulatis annuit. Mox Hainricus plauſtro ruſtico, in ſinu aureum curriculum paruulum (vnde cognomen ei adhæſit) habens, circumuectus eſt magnum ſpatium: ab amne Lyco, ad lacum Ambronem: à Gelono flumine, ad Alpes Peninas. Arriſit Ludouicus fraudi: &, quicquid hiſce finibus continetur, affini ſuo donauit.

Aureum vehiculũ Hainrici.

Dido Phœniſſa.

Imitatus nimirum eſt iſte Didonem Phœniſſam: quæ cum vrbem, in Libyam profuga, vellet condere: tantum ſoli emit de incolis: quantum βύρσα, corio bouino, circumdare poſſet. Quo in minuta lora diſſecto, ampliſſimum circumplexa ſpacium eſt. Ibi Carthago, condita: & arx in medio, Byrſa appellata. Ante Chriſtum natum, annis circiter 1268.

Hoc tempore Imp. Craſſus, habito VVormaciæ conuentũ (vbi Boſo deditionem fecerat) in Sueuiam ſe recipit: ad lacum Brigantinum progreditur: apud S. Gallum, oppidum Sueuorum (inquit Auent.) natalem diem Chriſti celebrat.

Bernhardus.

Anno 883. Bernhardus, nobiliſſimus iuuenis, electus eſt Abbas Sangallenſis: & à Carolo

tolo Craſſo confirmatus. Cum autem plures annos præfuiſſet: malè vexatus ab Hattone (qui poſt aliquot Abbatias geſtas, Moguntiæ Archiepiſcopatum adminiſtrauit) reſignauit munus Epiſcopo Conſtantienſi Salomoni 2. Erant tunc in Sangallenſi cœnobio (Bruſch. teſte) multi doctiſſimi & honeſtiſſimi Monachi: ferè omnes, nobiles. Præcipuè eminebant Notgerus & Radopertus, inſignes Chronographi & Poetæ. Item Tutilo, Hartmannus, Eccardus, Geroldus. A Notgero facta ſunt multa Eccleſiaſtica cantiones, & ſequentiæ. Tutilonem verò etiam inſtrumentalis Muſica, & ars ſculpendi effigies in auro, aliiſq; metallis, commendabat. Extare adhuc eius tabulas Aſtronomicas, artificioſiſſime factas in Orichalco, Stumpfius lib. 5. cap. 5. ait. Mox videlicet Muſica introducta fuit in Templa, à Francis & Germanis.

S. Galli Abbas. Sangall. Monaſterij præſtantia. Notgerus. Radopertus. Muſica organica. Aſtronomica tabula.

Ludouicus, Balbi F. Rex Franciæ, obijt: cui ſucceſſit in Regno frater Carolomannus: qui, Vienna capta, Boſonis vxorem abduxit.

NORTMANNORVM MOTVS. PAPÆ DECRETA, OB libertatem Italiæ capeſſendam. Reginobodo, Hirſaug. Abbas. IMP. ORIENT. LEO PHILOSOPHVS. ROTVVILA & VVaiblinga. Luithardus & Richarda. THEOCTISTA Lesbia. Mors Imp. Caroli Craſſi. Inferorum ſupplicia. Octauus IMP. OCCID. ARNVLFVS.

CAPVT II.

ANno 884. Carolomannus, pacatis Nortmannis magno pondere argenti, poſtea inter venandum ab apro interfectus eſt. Gallia, rurſus à Nortmannis vexata, tantundem argenti poſtulantibus, ſe fidei Imp. Craſſi dedidit: qui hoſtes fortiter ad deditionem coëgit: ſed duces imprudenter dimiſit, liberaliter donatos.

Venator infelix. Nortmannorum motus.

Tenebant in Italia Saraceni Garilianum (vbi Garilianus amnis, apud Campaniam) & inde eruptione facta, ditiſſimum Caſſinâs Monaſterium rapuerunt, atq; inflammarunt: Abbate Bertario, ad aram B. Martini obtruncato: Monachis, cum parte ſacræ ſuppellectilis aliò dilapſis. Tunc Italis, ab Imperatores deſtitutis, Craſſum virili ſtirpe carentem videntibus, occaſio data eſt: tandem aliquando ſeſe in libertatem vindicandi: ſuas res per ſe contra Barbaros defendendi. Franci quippe Imperatores & Reges, opibus ipſorum imminutis, exortis inter ipſos certaminib. contemni eis cœperant. Itaq; à Papa Hadriano III. duo Decreta (Sigon. teſte) ſunt facta. Vnum, vt, Pontifex, etiam abſente Rege, Legatiſve eius, conſecrari poſſet. Alterum, vt, mortuo Craſſo ſine liberis, Regnum Italicis Principibus, vna cum titulo Imperij traderetur. Quibus rebus auditis, Craſſus in Italiam redijt. Ita principia conſtituendi Regna & Imperia feruent: & aliquo vſq; res calet: poſtea paulatim calor virtutis, in poſteris refrigeſcit. Sicut hactenus in hiſce Annalibus, & poſthac, obſeruari poteſt.

Saraceni, in Italia. Italia libertatem capeſſit. Principia feruent.

Anno 885. Gotefridus, Nortmannorum Rex, à Craſſo in Germaniam reuerſo, vrbes aliquot Lotharingiæ, minans poſcit: inſtigatus ab Hugone, ſuæ vxoris fratre: quondam ex Lothario & VValdrada nato. Sed ille inſidiis Craſſi exceptus, vita: Hugo verò, luminibus, orbatus eſt: & in Sueuicam D. Galli ædem deportatus.

Nortmannorum Rex, Gotefridus.

Reginobodo, nobilis Bauarus, ſenex pius & miſericors, fit tertius Hirſaugiæ Abbas: qui antea Canonicus Conſtantienſis, poſtea Monachus Hirſaugienſis, fuerat. Tunc Eduuidus, homo improbus, Monachis multum negotij faceſſens, ſibi pecuniam deberi inſtitit: quam prædeceſſori Abbati Gerungo mutuam dediſſet. Ipſis verò B. Aureliam, vt Monaſterij ſui cauſam defenderet, inuocantibus: ille in ſomnis ab hoc percuſſus paſtorali baculo, ægrotauit poſtea: & ſuam iniquitatem confeſſus, deprecatione Monachorum ad Dominum, conualuit. Tritenhem.

Hirſaugiæ Abbas, Reginobodo.

Deut. 6. Dominum Deum tuum adorabis, & ipſum ſolum coles.

Salomon II. creatus eſt Epiſcopus Conſtantienſis: quem honorem geſſit annos 6. Luitgardis Regina (Sueua, de qua ſupra 882. anno) fato conceſſit, 11. Cal. Decembris.

Luitgardis R. mors.

Anno 886. Calend. Mart. Imp. Baſilius eſt mortuus Conſtantinopoli: in cuius locum, filiorum maximus eſt ſuffectus, XXXIIII. IMP. CÆS. FL. LEO *purpurigena, P. F. Aug. qui annos amplius 22. imperauit. Ad eum à patre Baſilio* παραινετικὰ κεφάλαια *(adhortationes virtutum) ſcripta, in M. Scr. libello, ſex abhinc annis perlegebam.*

Leo, Orientis Imp. 34.

Porphyrogenitum (inquit lib. 1. cap. 2. Luitprandus) non in purpura, ſed in domo, quæ Porphyra dicitur, natum appello. Iſtam domum Conſtantinus Imp. Auguſtus, ex cuius nomine

πορφυρογέννητος.

Conſtantinopolis eſt ſortita vocabulum, ædificari iuſſit: cui Porphyra nomẽ impoſuit: voluitq́ ſucceſſuram nobilitatis ſuæ ſobolem, iſtic in lucem prodire: quatenus, qui ſuo ex ſtemmate naſcerentur: luculenta hac appellatione Porphyrogeniti appellarentur. Quatenus, pro VT. Quatenus.

Rotvvilæ antiquitas.

Karolus III. *ob corporis proceritatem* Grossvs *appellatus, Cæſar Auguſtus, in literis ſuis, Monaſterio ſuperiori Ratisbonæ datis, ita inquit.* » *In nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Amen.* » Karolus, *diuina fauente clementia, Imperator Auguſtus. Si membra Chriſti, &c. Data* XIIII. *Kal. Martij, anno Dominicæ incarnationis* D. CCC. LXXXVI. *Indict.* 4. *anno Imperij pijſſimi Imperatoris in Italia* VI. *in Francia* V. *in Gallia* II. *Actum in villa, quæ Rotuile vocatur. Ex Peutingero: vbi oſtendit, Regnum Galliæ à Francia Regno diuerſum tunc fuiſſe. Illo ſcil. Francia Occidentalis, hoc Orientalis ſignificata fuit: qua de re, ſuprà lib.2.cap.10. dictum eſt.* Rotvvila villa.

Imperator fœdus cum Nortmannis (origine Cimbris, vel Danis) facit: eisq́ vrbes trans Sequanam, quæ ipſum nondum receperant, imperataq́ detrectabant, tradit. Ipſi eas inditionem ſuam poteſtatemq́ redigunt: ibi cum coniugibus & liberis, perpetuas ſedes capiunt. Vnde adhuc illa Galliæ pars (Auent. teſte.) Nortmannia vocatur: ſed & Britannia minor. Nortmannia. Britannia minor.

Idem Cæſar ex Gallia, vbi pacandi cauſa fuerat, in Alſatiam profectus, grauiſſimo capitis morbo laborauit. Recuperata ſanitate (inquit Auent.) in Sueuiam procedit: apud VVaiblingam conuentus agit. VVaiblinga.

Anno 887. (eodem Scriptore teſtante) Luithardus, Magiſter Epiſtolarum, vel Cancellarius (elegans, ſed caſtus vir: quem Aemilius Luitualdum, Epiſcopum Vercellenſem, vocat) à Sueuorum proceribus ſtupri inſimulatur: quòd familiarius, quàm domus Cæſareæ maieſtatis requireret, cum Auguſta viueret. Itaq́ dignitate mouetur, Prætorio eliminatur, in Italiam abit. Richarda, tanto dedecore aſperſa, candenti ferro crimen adulterij diluit: rumorum temeritatem diuino beneficio coarguit. Luithardus Cancellarius. Richarda Imperatrix. Ferrum candens.

Deinde, haud vnquam tactam ſe à Cæſare, ne dum ab aliquo alio, perſanctè deierat. Miſſo, ac remiſſo, repudio: in Andelouia, ſacratarum fœminarum ædem, quam ibi dedicauit, petens, reliquum vitæ exegit: ibidemq́ humata eſt. Similia hæc ſunt illis, quæ olim circiter 447. Eudoxiæ Auguſtæ Paulinoq́ accidêre: de quibus, part.1.lib.7.cap.9. Andelouienſis Cœnobij origo.

De illo Cœnobio, hæc apud Bruſchium ſunt.

Andlouu, antiquitus Andelacha, ab eiuſdem nominis fluuio, vel Helionis Cœnobium, in pago Heliſatia, S. Fabiano, & S. Felicitati ſacrum: Canoniſſarum, celebri loco natarum, opulentum collegium, ad montana Voſagi ſitum: fundatum, ac pro 12. Canoniſſis, totidemq́ Canonicis, liberaliſſimè donatum eſt, anno Chri. circ. 888. à S. Richarde, Scotorum Regis filia: Caroli Craſſi, Rom. Imperatoris, coniuge: quæ per diuortium à marito ſegregata, ibi vixit: ac mortua, honorifico tumulo, poſt ſummam aram in ſublime collocato, ſepulta eſt. Hæc, ille. Heliſatia pagus, Alſatia.

Quoniam hoc loco de occidentali fœmina, cui inſignis iniuria fuit facta, dixi: age dicam hic de Orientali quoq́ ſacra huius temporis virgine: cuius narrationem cum apud Symeonem Metaphraſten, in Sanctorum menſis Nouembris vitis (βίοις καὶ πολιτείᾳ) ad decimum ibi diem poſitam, legerem: magna mihi inde (ſiue omnino vera ſit, ſiue minus) commiſeratio oborta eſt. Quare rem Germanis noſtris hactenus ignotam, breuiore narratione exponam.

Fuit in Lesbi inſulæ ciuitate Methymna, puella quædam Theoctiſta nomine. Huius cum parentes diem ſuum obijſſent: à propinquis ipſa cœnobio ſacratarum virginum eſt commendata. παρὰ τῶν συγγενῶν ἐδόθη εἰς παρθενῶνα: καὶ τὸ μοναχικὸν ἠμφίεσται σχῆμα. Theoctiſta Lesbia, virgo S.

Illa, cum iam ferè XVIII. *annorum eſſet: diebus ſacri Paſchatis Dni. in vicinum vrbi exiuit vicum: vt inuiſeret ſororem ſuam, ibi cum marito habitantem. Nocte autem Arabes, qui ex inſula Creta Duce Niſiro appulerant, irruentes in illum vicum, incolas cum Theoctiſta ceperunt omnes: ac poſtridie manè in inſulam Parum auexerunt. Diximus autem ſupra, anno 827. Saracenos in multas regiones, atq́ etiam in Cretam, inuaſiſſe, ibiq́ conſediſſe. Ex ea inſula, ipſi poſt aliquot annos Lesbum incurſauerunt, vt modò dictum eſt. Fortè 852. circiter.* A Saracenis capta. Creta inſ. Saracenorum.

Barbaris, cum in Paro eſſent, mancipiis & reliqua præda diuidenda, occupatis: Theoctiſta occaſionem ab ipſis aufugiendi nacta eſt. Itaq́ citatiſſimo curſu in ſyluam lata, ibi ſeſe abdidit: non ſine cruentatione pedum, & dolore maximo: per ſalebroſa, dumoſa, & aſpera contendendo loca. Poſtero die, animaduerſo Saracenorum diſceſſu: ipſa mirificè gauiſa eſt, omnisq́ doloris Theoctiſtæ fuga.

oblita,

oblita, tanquam libertatem adepta. ἡ γὰρ, τῶ λίαν φοβοῦσα ἐλευθερία, παντὸς ἄλλου λυπηροῦ ἐμπαρέχεται λύπην. *Reperit in deſerta illa (propter barbaricas incurſiones) inſula, Templum: in quod ſe contulit, ibiq́ XXXV. annos vixit. Erat id Templum, B. virgini Mariæ conſecratum, ex marmore candidiſſimo pulcherrimè factum, etſi non amplius integrum.* Νεὼς τῆς ἁγίας θεοτόκου ἀξιοθέατος: καὶ ἀπηχοῦς ὀφθαλμῶν τρυφὴ: λείψανα σώζων ἔτι τῆς παλαιᾶς ὡραιότητος. *Cibus autem miſellæ fuêre lupini, aqua macerati, & ſylueſtres herbæ: imò verbum Dei, hominem non ſolo pane, ſed huius verbi vigore, viuere affirmans. In tanto etiam tempore, omnis illa veſtis, cum qua fuerat capta, detrita perierat. Nuda igitur deinceps erat: diuina tamen manu aduerſus æſtus & frigora protecta.* Ἐνδυομένη καὶ σκεπομένη θεία χειρὶ, τῇ τὸ πᾶν συνεχούσῃ.

In Templo Pari inſ. deſerto vita.

Nuditas.

Exactis autem illis 35. annis, quos in illa ſolitudine vixerat: Venator quidam ex Eubœa traiecit, pluribus ſociis comitatus, in Parum inſulam. Hic, ipſis in venatione relictis: vt erat pius, declinauit ad illud, de quo diximus, fanum: ibiq́ precibus factis, videt in ſolo paruam lacunam, & aliquot inibi humectatos lupinos. Hoc enim genus in ea inſula naſcitur copioſius: ſicut aliæ inſulæ, alio plantarum aut fructus genere abundant. Exiſtimauit, non fortuitò ibi eſſe illos lupinos: ſed alicubi in vicinia Sanctum aliquem hominem eſſe. Properat ad ſocios: prædaque multa capta, itur ad nauim: ipſe ad Templum orandi cauſa reuertitur.

Venatoris Euboenſis eò aduentus.

Ibi videt ad dextram Altaris partem, quiddam ceu tramam à vento agitatam, aut telam aranei. Ὁρᾷ κατὰ τὸ δεξιὸν τῆς ἁγίας τραπέζης, ὥσπερ κρόκην ὑπ' ἀνέμου ῥιπιζομένην: ἢ, ὡς ἱστὸν ἀράχνης.

Cumq́ progrederetur viſum, quid rei eſſet: audiuit vocem, dicentem: Subſiſte, homo: nec accede propius. Fœmina ſum. Ideo verecundor, à te conſpici. Στῆθι, ἄνθρωπε: μὴ προσβῇς πλέον, μηδὲ πλησιάσῃς. αἰσχύνομαι γὰρ, ὅτι γυνὴ, θεαθῆναί σοι.

Theoctiſta ad ipſum monitio, & collocutio.

Perturbatus eſt ille hac voce vehementer, vt re inexpectata. Volebat fugere: horrentibus capitis eius pilis. Ἀνωρθοῦντο γὰρ αἱ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ τρίχες: καὶ ἀκάνθας ἦσαν ὀξύτεραι. τὸ γὰρ ἀπροσδόκητον, ἐξαπίνης ὀφθὲν, δηλοῖ τὰ φρονήματα. *Manſit tamen, & interrogauit, quis eſſet? Quomodo in hanc ſolitudinem veniſſet?*

Exue pallium (inquit illa) & abijce, vt me contegam. Tum ad interrogata tibi reſpondebo. Fecit ſic Venator. Illa, dum is extra portam receſſerat, veſtem induit: ac ſe crucis ſigno notauit. Homine in Templo regreſſo, prodijt illa: ſpecie quidem muliebri, ſed auguſtiore quodam conſpectu. ἦν τὸ μὲν εἶδος γυνὴ: τὸ δὲ φαινόμενον, ὑπὲρ ἄνθρωπον. *Capillus albus: facies, nigra, cum modico tantum albo: cutis propè abſq́ carne ſuper oſſa. Vmbram te videre pro homine dixiſſes.* Ἡ θρὶξ, λευκή: τὸ πρόσωπον, μέλαν μικρὰν ὑποφαῖνον λευκότητα: δέρματι συνεχόμενον μόνον τὴν τῶν ὀστῶν ἁρμογὴν, ἥκιστα σαρκὸς ἐμπεφυκυίας. ἐῴκει δὲ τὸ ὅλον σκιᾷ. *Cohorruit Venator, tremuit, procidit: fauſtam precationem ab ea petijt.*

Deſcriptio Theoctiſtæ.

Illa, ne planè videretur eſſe ſpectrum, aut ſpiritus: manibus ad orientem extenſis, tenui quodam murmure precatiunculam percurrebat. Deinde, Deus tui miſereatur, inquit, mi homo. Tum ſuam ei fortunam, vt ſuprà expoſita eſt, totam explicuit. Quæ narratio, iucundior ei omni muſica, omni luſciniarum cantu, fuit: qua abſoluta, ipſa cœlum intuita, Deo gratias egit. Ille, reuerentia quadam erga eam ductus, oculos in terra fixos tenebat, aſpicere ipſam non audens.

Tum Theoctiſta Venatorem appellans: Habes iam, inquit, ſtatum rerum mearum. Vnum eſt, quod viciſſim à te peto. Quando huc redibis (quod omnino, Domino iuuante, fiet) præſta mihi, obſecro, hoc beneficium. Affer tecum in vaſculo mundo particulam Dominici corporis: cuius mihi, ex quo tempore in hoc deſerto loco ſum, facultas nulla contigit. ἐν σκεύει λαβὲ μοι καθαρῷ, μίαν τῶν ἀχράντων μερίδων τοῦ σώματος τοῦ χριστοῦ.

Petitio ad Venatorem.

His dictis, dimiſit virum cum benedictione: orans, ne cuiquam de ipſa quicquam diceret. Ille magno cum gaudio diſceſſit: tanquam non hominis, ſed Angeli, colloquio dignus habitus. Alio deinde tempore redijt: ſociisq́ ad venationem dimiſſis, Sanctam illam requiſiuit. Quæ progreſſa in pallio, quod ille ei reliquerat: cum ab eo, in terram procidente, honoraretur: Deo tribuendum eum honorem dixit, ipſumq́ erexit. Deinde cœnã Domini in pyxide allatam, præ gaudio lacrymans, ſumpſit. Nunc dimitte me, inquit, Domine ſeruam tuam, quando voles. Vidi ſalutare tuum: remiſſionem peccatorum meorum accepi. Νῦν ἀπολύεις, κύριε, τὴν δούλην σου: ὅτι εἶδον οἱ ὀφθαλμοί μου τὸ σωτήριόν σου: ὅτι μου τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτημάτων, ἐν ταῖς χερσὶν ἔλαβον. Νῦν, ὅπου καλεῖν τὸ σὸν κράτος, οἰχήσομαι.

Obitus, & ſepultura.

Reuerſus poſt aliquot dies Venator, mortuam ſuam dilectam prædam (τὸ ἀγαπητὸν ἑαυτοῦ θρέμμα) reperit: ac lacrymans ſepeliuit: manu tamen dextra, retinendi gratia deſciſſa. Sed tempeſtatibus nauem remorantibus, in Eubœam redire non potuit: antequam manum ad reliquum beata corpuſculum humauiſſet. Tunc laudes Deo dixit: ad maius, quam antehac vnquam, pietatis ſtudium excitatus. De his, hactenus.

VVubelinga.

Eodem 887. anno, reddidit Imp. Craſſus honores & bona Epiſcopo Curienſi Rhotario, quæ prius abſtulerat commotus. Actum in villa VVubelinga.

Caroli Craſſi Imp. mors.

Neidingum vicus.

Anno 888. pridie Idus Ianuar. (al. idib. Ianu.) mortuus eſt Imp. Carolus Craſſus, idq́; mœrore. Poſtquam enim vxorem repudiauerat: animo & corpore languidior factus fuit. Itaq; propter amentiam, ei Imperium abrogarunt Principes, ſucceſſore dato Arnulpho. Tunc ille, qui antea cum Imperio, tria inſuper Regna habuerat: Germaniæ, Italiæ, Franciæ: pauper iam erat, nemine ei aliquid dante, qui antea omnibus dederat. Dicitur verò apud Bruſch. à Miniſtro quodam interfectus eſſe Neidingi, in pago ad Danubium ſito: in quo nunc etiam ſacrarum virginum congregatio ſit: à Furſtenbergicis Comitibus fundata. Sepultus eſt in Augia diuitis Templo maiore, in Choro prope aram D. virginis. In cuius memoriam (vt pronepotis Caroli M. & potentiſſimi Regis Sueuiæ, &c.) Chriſtophorus Epiſcopus Conſtantienſis, Augiæq́; maioris dominus, monumentum ipſius de nouo refecit 1560.

Pannonas & Cimbros diuerſo marte ſubegit
Carolus, à Craſſo corpore nomen habens.
Sed benè quas iuuenis Regni tractarat habenas:
His iterum ſenior diſpoſitus obit.

Anni Chriſti.

Primus annos Chriſti (vt Auentinus vult) omnibus epiſtolis, libellis, diplomatibus, addidit.

Inferorum pœnæ.

Carolus idem, vix biennio ante mortem ſuam vidiſſe memoratur, ab Angelo ductus, pœnas inferorum. Referam, qualiacunq; ſunt. In vallibus igneis, puteos ardentes pice & ſulfure, plumbo, cera, & adipe. Ibidem, Epiſcopos patris, & auunculorum eius: quòd fuiſſent diſcordiarum & malorum auctores. In montibus igneis, flumina feruentia, & metalla bullientia. Ibidem, innumeras animas immerſas (etiam Principum patris ſui, & fratrum) alias, vſq; ad capillos: alias, vſq; ad mentum: propter prædationes, homicidia, bella. Audijt vocem: Potentes potenter tormenta ſuſtinebunt. Vidit etiam in latere vallis cuiuſdam patrem Ludouicum: dicentem, alternis diebus ſe eſſe in dolio ardentis aquæ, & in dolio ſuauiſſimæ aquæ. Id fieri precibus S. Petri, & S. Remigij: quorum patrociniis genus ſuum hactenus regnauerit. Se miſſis, & oblationibus, & orationibus, & vigiliis, & eleemoſynis, citò liberari poſſe ex aqua feruente. Ductus ad dextram luculentiſſimæ vallis Paradiſi: vidit in clara luce, cum glorioſis Regibus ſedentem ſuum auunculum Lotharium, & filium eius Ludouicum: coronatos diademate precioſo. Dicebat alter: Iam deſinet genus noſtrum regnare, & imperare. Ac iam poſt te regnabit Ludouicus, filius filiæ meæ. Hæc, Antoninus volum. 2. Tit. 16. cap. 2. Auunculi nomen pro Patruis ponens. Quæ quoniam Archiepiſcopus ſcribit, libenter crederentur omnia: niſi Eſa. 63. diceretur Abrahamus neſcire nos, & Iſrael ignorare nos: & 64. omnes noſtras iuſtitias, inſtar eſſe pannorum menſtruatæ mulieris: & Heb. 10. vnica Chriſti oblatione, in perpetuum perfectos eſſe illos, qui ſanctificentur.

Arnulphus, Imp. 8. Occidentis.

Charini.

Gallia, denuo coniuncta cum Germania.

Euangeliorum liber.

Secutus eſt VIII. IMP. CÆS. ARNVLFVS, *P. F. Aug. per A. 12. Natus fuerat Carolomanno, Ludouici ſenioris filio, & Litouinda concubina (cum vxor illius, ſterilis eſſet) fœmina ex Charinis (*Karnten*) orta, raræ nobilitatis, eximiæ ſpeciei. Conuentum egit Reginoburgij, magna frequentia Saxonum, Francorum, Turogorum, Sueuorum, Boiorum, Venedorum: in verba noui Imperatoris promptè iurantium. Hinc factum, vt omnem Orientalem, ac poſtea Occidentalem Franciam, in ditionem ſuam acceperit. Ita rurſus Gallia & Germania, coniuncta aliquandiu. Sub Orientali, Sueuia erat, & Boiaria, & Saxonia, Turingia, Friſia, Lotharingia, vel Auſtraſia. Occidentalem Odo, vel Otho, è Saxonibus oriundus, beneficio Arnulfi rexit: & gratitudinis ergo, S. Dionyſium, librumq́; Euangeliorum, aureis literis ſcriptum, è Lutetia furatus, Ratisbonam in Templo S. Haimerani tranſponendum Cæſari dedit. Ibi adhuc ſunt.*

Auent. lib. 4.

BEREN-

BERENGARIVS, NOVI ITALIÆ REGNI AVCTOR. Regnum BVRGVNDIÆ, rurſus erectum. Hatto & VVidgarius, vterque Abbas & Epiſcopus. Italiæ libertas recuperata. Imperatore Vidone. Haderadus, Abbas Hirſaugienſis. S. Vlrici natiuitas, Epiſcopi Auguſtani. Salomon III. Epiſcopus Conſtantienſis. Vngarorum ex Aſia in Europam immigratio. VVormaciæ per Normannos euerſio. Reliquiæ S. Aurelij, defoſſæ. Ratisbonæ incrementa. Adminiſtratio Sueuiæ. Hegouia, & arx Duellum. Zuentepoldus, Cæſ. Arnulfi F. S. Conradi Conſtantienſis Epiſcopi, natiuitas. Suatebogus (al. Zuentepoldus) Morauiæ Regulus.

CAPVT III.

ANno 888. Craſſo ſine maſcula prole extincto: & nouo Imp. Arnulfo ceſſante: Hadrianiq; P. decreto liberandæ Italiæ (de quo ſuprà in anno 884.) non obliuioni tradito: Franciæ, Germaniæ, & Italiæ, Regna, quæ Craſſus coniuncta habuerat, rurſum dilapſa ſunt. Namq; Foroiulienſis & Veronenſis Dux Berengarius, Regnum Italiæ leui negotio occupauit: Spoletanus Dux VIDO. *Stephano* V. *P. incitante, Regnum Franciæ capeſſere conatus eſt, etſi fruſtrà. Nam ab Eudone vel Othone, Pariſienſi comite, Caroli Simplicis (poſtea Regis) tutore, repulſus eſt. Berengarius, à Mediolanenſi Epiſcopo Anſhelmo coronatus: Papiæ, veteri more ſedem Regni locauit. Ita nouum eſt in Italia Regnum conditum: quod ad annos* LXXX. *durabit.*

Berengarius Dux. Italiæ Regnũ, renouatum. Eudo, Otho.

At etiam Vido ſeu Guido, Rex a ſuis eſt ſalutatus (fauente Pontifice, & maiore Italiæ parte) qui & Berengarium duplici prælio, ſequenti anno ſuperauit. Eos ambos, ex vulgari nobilitate Francica ortos, ad Ducatus celſitudinem antea Carolus Caluus eduxerat.

Guido Rex.

Eodem tempore, aut aliquantò pòſt, Burgundi Regnum ſuum, quod annos circiter 366. ſub Francis fuerat, inſtaurarunt: Rege creato ſuperioris Burgundiæ, inter Iuram montem, & Alpeis Cottias, quodam Stratlingenſi Rudolpho filio Conradi, nepote Hugonis Abbatis, Ducis Galliæ Lugdunenſis. Hoc ita malè Arnulfum Imp. habuit, & filium Zuentipoldum: vt nihil intentatum ad illum euertendum omitterent. Sed in ſaxoſis Alpibus ſe abdentem, & diutius ipſorum conatus omnes peritè refutantem, lædere non potuerunt.

Burgundiæ Regnum renatum.

Hatto III. *ex Franciæ ſtemmate Regio natus, vir magnæ prudentiæ, anno 888. factus eſt* XVII. *Diuitis Augiæ Abbas: cui præfuit ferè 26. A. (ſicut Elbangenſi Abbatiæ antea, 17. A.) ac Monaſticæ Augienſis rectura anno 4. id eſt, Domini 892. ab Imp. Arnulfo, ad Moguntinæ ſedis celſitatem vocatus eſt: quam retinuit A. 21. Conſtruxit in Augia fanum S. Georgij: ad quod multos contulit pagos Imp. Arnulfus: in Scherenſi ditione, & Barenſi tractu Danubiano, ſitos. Priuilegia quoq; donauit ipſi Augiæ, in pago Suſmarahuſa, anno 892. Hic Hatto Ludouicum, Arnulfi Imp. filium, ab Epiſcopo Auguſtæ Vindel. Adalbero baptizatum, ex Lauacro S. ſuſcepit. Quem idcirco Imperator poſtea in publicis etiam Diplomatibus Monaſterio datis, Compatrem ſuum appellauit. Bruſch.*

Augiæ diuitis Abbas Hatto. Schera. Bara. Suſmarhuſa.

VVidegarius vel VVidogerus, qui fuerat Vtenburanus Abbas, eximiè doctus, ſubſtitutus eſt Vdalmanno in Epiſcopatu Auguſtano 888. Hic decennio pòſt in Heluetios profectus, eos ab idololatria Gentilium, ad fidem Chriſti concionando traduxit. Vnde & Heluetiorum Apoſtolus dici promeruit: & apud eos anno 902. ſepultus eſt. idem.

VVidegarius Abbas. Heluetiorum conuerſio ad Chriſtum.

Anno 889. cum altero etiam prælio victus à Vidone Berengarius eſſet: Italia ſub exitum anni cedere coactus in Bauariam eſt, ac Vido Papiam cepit. Sequenti anno, Lombardiam quoq; totam conſecutus eſt: ac poſtea 901. à Stephano P. Imperator conſecratus. Ita Italia, plurimis exactis annis, quibus iugum exterarum gentium tulerat, antiquam recepit libertatem.

Berengarius, à Guidone expulſus. Italiæ libertas.

Anno 890. S. Haderadus, natione Francus fit IIII. *Hirſaugienſis Abbas, bonus & doctus: qui antea publicam ſcholam Monachorum, in hoc cœnobio rexerat: quemadmodum & in aliis Benedictini ordinis Scholis fiebat: in quibus Monachi docebant, vt Tritenhemius ait: qui non ſolum in diuinis Scripturis docti eſſent: verumetiam in Mathematicis artibus, Rhetorica, poëſi. Quorum non pauci, plurium linguarum periti erant: Latinæ, Græcæ, Hebraicæ, Arabicæ. Nondum autem typographia tunc erat: quæ potuiſſet harum expreſſa nobis veſtigia tranſmittere.*

Scholæ Monaſticæ. Monachi docti. Linguarum ſtudia.

Hoc tempore, VViteſlingæ natus eſt S. VDALRICVS *(poſtea Epiſcopus Auguſtanus) quia fertur anno 83. ætatis ſuæ, Chriſti vero 973. diem ſuum obijſſe. Natus autem eſt patre Hugobaldo Saxone, Comite Kyburgenſi ac Dillingenſi: matre verò Gerbirga (al. Dietberga) Reguli Sueuiæ Burchardi filia, Comitiſſa Veringenſi. Is in Sangallenſi Monaſterio, ab eximiæ doctrinæ Monacho VVanningo, liberaliter cum in Grammaticis, tum in S. literis, inſtitutus eſt.*

Poſtea S. Adelbero, Epiſcopo Auguſtano (qui ab anno 904. vſq; ad 922. præfuit) commendatus, ei à conſiliis fuit: & Romam ad Pontificem Maximū legatus miſſus, huic ita placuit: vt tunc dignus iudicaretur, qui Adelbero in Epiſcopatu ſuccederet. Verum ille honorem talem à ſe deprecatus, domum ad Parentes rediȷ̈t. Prædictum tamen ei fuerat à S. fœmina VVibrada, apud S. Gallum incluſa: cum ille Monaſticen ibi ſuſcepturus eſſet: eum in plaga Orientali, vbi fluuius duas inter ſe diſtingueret regiones, Epiſcopum fore. Multa paſſurum, ſed omnia ſuperaturum. Tantò ſtudioſius igitur ipſe, ad S. literas diſcendas incubuit.

S. VVibrada.

Lintzgoia comitatus. Luſtruua.

Eodem 890. anno, 3. Calend. Septemb. Indictione 8. (etſi in literis, quas Ægidius Tſchudus, in deſcript. Rhætiæ Alpinæ integras ponit, legitur, Indict. VII.*) regnante glorioſiſſimo Rege Arnulfo: tranſacta eſt controuerſia quædam: quæ erat inter Salomonem, Conſtantienſem Epiſcopū, & Abbatem S. Galli: atq; inter Vlricum, Comitem de Lintzgæuve, ſeu Vindeliciæ Comitem. Hic enim, quoniam Arnoldus Rex ei in pago Rhingæuve curtem Luſtrounam in ius proprietatis dederat: vſus omnes, quos Monachi Sangallenſes ibi habuerant, & circum, eis adimebat: etiam tegulas fiſſas (ſchindlen) quibus S. Galli Baſilicam tegerent: quas ipſe ſuæ in Luſtrouua domui imponebat. Sed in conuentu trium comitatuum (ſcil. de Durgæuve, de Lintzgæuve, & de Rhætia Curienſi) teſtibus probatum eſt ſufficientibus: Sangallenſibus omnes vſus, cum illorum locorum ciuibus communes eſſe.*

Vgrorum, ſiue Vngarorum, ex Scythia emigratio. Hi ſunt veri Vngari. Dacia.

Circa hoc tempus Vgri (qui ſunt hodie Vngari) ex Scythia Sarmatiaq; Aſiatica, Tanai tranſito, in Europam Sarmatiamq; Germaniæ venerunt: ſiue domo pulſi, ſiue meliorem terram quærentes: ſiue ab Arnulfo contra Sclauos, & Suatebogum Principem eorum, euocati. Non ſunt hi, iȷ̈dem cum habitantibus iam diu ante in Vngaria Hunnis: ſed eos abſorpſerunt: & poſtea ſæpenumero crudeliſſimè Germaniam (vt ſuis locis audietur) afflixerunt. Totam Daciam ſubegerunt: quæ adhuc ab ipſis, VNGARIA *Germaniæ magna appellatur. Auent.*

Nortmannica ſæuitia. VVormaciæ euerſio. S. Aurelij reliquiæ, defoſſæ.

Anno 891. Nortmannis, quos Arnulfus antea graui plaga ceciderat, viribus reſumptis, plurimum damni inferentibus (capta præſertim, & euerſa, VVormacia: occiſo etiam in prælio, Archiepiſcopo Moguntino Sunderholdo, VI. *vel ſecundum Auentinum,* VII. *Calendis Iuliȷ̈, die quidem ſabbati) Hirſaugiæ Abbas Haderadus, reliquias S. Aureliȷ̈, in ſubterranea teſtudine, quam in eius Templo fecerat, metu illorum obruit: cum tabula, inſcriptionem nominis & dignitatis eius continente. Vide infrà lib. 6. cap. 11. Fecit & alias ſub terra foueas, in ſecretioribus cœnobiȷ̈ locis: in quibus calices, cruces, cætera diuini miniſteriȷ̈ ornamenta, potuiſſent abſcondi: ſi hoſtes propius acceſſiſſent.*

Nortmannorū clades.

Tritenhem. Poſtea verò Nortmanni, circa Louanium ab Arnulfo (qui cum Sueuis & Frantonibus eò properarat: Sueui tamen metu ceſſerant) cæſi ſunt: XC. *millibus, Regibusq; Godfrido & Sigefrido, amiſſis. Arnulfus deinde, Vlmæ Sueuicæ hyemauit. Auent.*

Ratisbonæ incrementa. Pons Ratisbonenſis. VVembdinga. Nordlinga.

Hoc etiam tempore, Ratisbona fuit incendio vaſtata: ſed ab Arnulfo Cæſare, poſtea longè melius eſt exornata: qui multum ibi verſatus eſt: ſicut & in ea vrbe fortiſſimi hodie muri, turres, domus, priſcæ formæ monumenta, conſpiciuntur: ac pons trans Danubium inſignis: cui nullus eſt ſimilis, nec in Danubio, nec in Rheno, pilis & fornicibus altis. Idem Cæſar oppida Nordlingam & VVembdingam, ab Imperio tranſtulit donatione ad Emerani Eccleſiam, & Epiſcopatum Ratisbonenſem: vt in M. Scr. Chron. Nordling. reperitur. In Munſtero legitur, Nordlingam veniſſe in poteſtatem cuiuſdam Dominæ, nomine VVindpurgis, per filium eius Zuentopulchrum. Ab ea donatam eſſe Ratiſponenſi Epiſcopatui: pro qua receperit ipſa molendinum VVembdingam, vbi Bauarorum Duces hodie oppidum habent.

Ramſchvvagienſes proceres. Salomon. III. Conſtantienſis Epiſcopus.

Salomon tertius, erat hoc tēpore XXVIII. *Epiſc. Conſtantienſis, Turgouienſis Comes vel Baro à Ramſchvvag: cuius familiæ hodieq; nobiles heroes in Rhætia habitant, Bruſchio atteſtante. Is primum, Monachum Sangalli egerat: à quo Monaſterio caſtrum Ramſchvvag, in quo natus fuerat, non procul aberat: quod hodie vaſtatum eſt, ruderibus quibuſdam eius apparentibus. Inſtitutus literis & moribus fuit à doctiſſimo quodam Sangallenſis cœnobiȷ̈ Profeſſore Iſone. Vnde poſtea huius Salomonis libri aliquot, Latine ſcripti, in Sangallenſi & Conſtantienſi Bibliothecis repoſiti fuêre. Factus ex Monacho fuit Imp. Ludouici* II. *Sacellanus: poſt cuius mortem, ſequentibus etiam Imperatoribus quatuor, conſiliis ſuis ſeruiuit: eisq; omnibus chariſſimus fuit: præcipuè vero Arnulfo ita charus: vt is eum, qui præpoſitus Elvvangenſis fuiſſe dicitur, duodecim Monaſteriorum (inter quæ & Sangallenſe, & Campidonenſe, erant) ampliſſimum Abbatem conſtitueret: quibus omnibus prudenter & piè præfuit: ita quidem, vt tandem etiam Conſtantienſi Epiſcopatui ab Arnulfo præfectus fuerit: retenta ſimul Sangallenſi Abbatia. Ante*

quam,

quam, Campidonæ Abbatem egerat (ſic reperi, ſed in Catalogo Campidonenſium Abbatum non extat) eiq́; aduerſati fuerunt Campidonenſes, nec abſq; damno ſuo. In ſua adoleſcentia, cuiuſdam cognati ſui priuigna amata (gratiam pro hoſpitio referens) filiam ſuſtulerat. Mater contulit ſe Tigurum, in Parthenonem B. Virginis: & promotione Salomonis, tandem Abbatiſſa ibi facta eſt: filia verò, nobili cuidam Notgero data à patre, cum luculenta dote. Quæ quoniam formoſa erat: antè ſollicitauerat eam, amore incenſus, Cæſar Arnulfus. Ipſa verò, matre probior, denegauit. Salomon autem, Epiſcopus factus, impetrauit non veterum ſolum ab Imperatoribus priuilegiorum confirmationem: ſed & nouorum conceſsionem, à Conrado præſertim Saliquo. Erat ipſe procera ſtatura, pulchra facie, optimis moribus. Mitis, clemens, hoſpitalis erga pauperes. Ita porro eloquens: vt ſæpiſsime de ſuggeſtu ad populum concionaretur. Vrbem Conſtantienſem maxime amplificauit & ditauit: transferens eo tempore Ludouici III. & irruptionis Hunnorum in Germaniam, vt in locum natura munitum, omnem circumiacentis prouinciæ clerum.

Filia eius notha.

Salomon, qualis.

Sub Arnulfo Cæſare, gubernabant Sueuiam, vt Duces, duo fratres, Berchtoldus & Erchinger. Hi ambo, cum Luitfrido ſororio, poſt multos annos, iuſſu Conradi I. Imp. decollati ſunt: quod prædictum Epiſcopum Salomonem ceperant, & inclementer tractauerant. Quibus de rebus ſuo loco dilucidius & copioſius. Nondum erat tunc Sueuia in eum Ducatum, qui olim fuerat, reſtituta: ſed Regio fiſco parebat vſque ad 912. Chriſti.

Sueuiæ Duces, Berchtoldus & Erchinger.

Erat iam tum caſtrum illud in Hegoia: quod Duellum vel Tuela (Hohenvviel) appellatur: in quo Berchtoldus & Erchinger, quorum antea mentionem fecimus, habitabant. Hegoia autem vel Hegæa, quaſi Heuuengevv dicitur: ab arce Hohen Heuuen: quæ olim Baronum antiquorum Heuuenſium erat: noſtro verò ſeculo, Comitum Lupfenſium.

Duellum arx. Tuela. Hegoia. Heben, vel Hevven.

Poſitum vidi in chartis amicorum, circa hoc tempus in Gallia, Eberhardum comitem VVirtembergenſem.

VVirtemberg. Comes, Eberhardus.

Cum Berengarius ad Arnulfum Cæſarem confugiſſet: miſſus eſt ab hoc filius Zuentepoldus (Suatebogum Auentinus vocat, Arnulfo impare matrimonio natum) cum exercitu in Italiam. Sed is Papiam obſidens, infecta re receſsit.

Anno 892. Arnoldus, Dux Bauariæ (vt ex Chron. Saxon. Funccius ponit) filius VVelfi (cuius vxor, Seburgis, filia Rudolfi, Sueuorum Ducis) tres filios genuit: Rhathulfum, Ethiconem, & Conradum. Hic, Conſtantiæ Epiſcopus fuit. Sic, ibi. Sed ego alibi Henricum reperio patrem huius Conradi: vt aliud nihil dicam.

Sueuiæ Dux Rudolphus.

Suatebogus, Morauiæ Princeps, Bohemia auctus, Regem ſe appellat, deficiens ab Arnulfo. Sed hic opera Francorum, Sueuorum, Boiorum, præſertim Vgrorum, vtens, horribili cum populatione debilitauit. Vgri, Venedorum, Auarum, & Hunnorum, terras, conceſſu Arnulfi expugnatas, ſedem ſibi fecerunt.

Suatebogus.

Vngarorum ſedes.

LVDOVICI IIII. NATIVITAS. MONASTERIA, HERRIEdenſe & Monhaimenſe. Rudolpho, Burgundiæ Regnum feudo conceſſum. Burcardus, Dux Sueuiæ. Arnulfi Italica propter Berengarium expeditio. Roma, ab eo capta. Synodus Triburiana. Bodmena, Regia arx. Papæ Formoſi fortuna. Lampertus, Imperator Italiæ. Ludouicus, Prouinciæ Rex. Arnulfi Imp. potionati mors.

CAPVT IIII.

ANno 893. Arnulfo Cæſari filius natus eſt, ex vxore Vda (al. Iutta, vel Dieta) Ludouicus: ex Baptiſmate leuatus ab Archiepiſcopo Hattone, vt ſupra eſt dictum.

Eberhardus, Eberthalij forſan F. VVirtenbergenſis generis, vixerat. Sup. lib. 1. cap. 2.

Tunc Erckenvvaldus, Aureatenſis ſiue Aiſtetenſis Epiſcopus VIII. erat: ex poſteris Caroli M. natus. Conſecutus hic eſt ab Arnulfo HASENRIETANVM *potentiſsimum Rhiæſæ Cœnobium S. Benedicti. Ex quo, Benedictinis Monachis, propter eorum nimis diſſolutam vitam eiectis, fecit ille ſecularium canonicorum collegium: quod hodie ſplendidiore vocabulo Herrenried, à Dominis, eius incolis religioſis, nominatur. Cœpit eiusdem Epiſcopi temporibus coli virginum Deo dicatarum cœnobium in oppido Monhaimo. Bruſch. ex quo etiam ſequentia, in Monaſteriorum centur. 1. continentur: Herriedenſem Abbatiam, à Carolo M. inchoatam eſſe, in honorem B. Virginis: tum, cum Altmonum & Pegneſum, factis foſsis, prope*

Haſenrietanū cœnobium.

Herrenried.

Monhaimenſe Gynaceium.

VVeiſſenburgenſe Norici oppidum, in vnum alueum ducere conaretur. Cauſam ei dediſſe pium quendam Eremitam, nomine Deocharum: quòd concionantem Carolus audiuiſſet: Diſcipulosq́ ab eo collectos ſciret. Itaq́ non tantùm erexiſſe ei domicilium: ſed amplam etiam, datis facultatibus, feciſſe Abbatiam. Hanc poſtea Collegium Canonicorum ſecularium, ab Imp. Arnulfo factam, & ibi Templum ad honorem S. Viti conditum, eſſe: in quo etiam ſuperior Eremita, Abbas primus, cubet. In oppido Monheimio, LXIII. artifices acuum cudendarum, & non alius artificij ciues ibi eſſe, Sebaſt. Munſterus 3. Coſmograph. 294. ſcribit. Pagus, vel Gea, vbi ſitum eſt, Hanenkam appellatur, Gallinacea criſta.

Monhaimi acufices.
Hanenkamgea.

Hoc, & ſequente 894. anno, cum alias res geſſit Arnulfus: tum aduerſus Rudolphum in Burgundia (Auent. teſte) arma mouens, petijt Alſatiam. Ibi conſilio cum Sueuorum Dynaſtis habito: Burchardo Sueuiæ Regulo præcipit: vt cum popularibus Rudolphum atq́ Burgundiones, ad officium ferro cogat. Ipſe per Francones in Bauariam, Reginoburgi hyematum redit. Rudolphus autem Burckardo contra ſe aduentanti, Bindroduri (fort. VVinterthur) armatus occurrit: prælium cum Sueuis committit: ſed amiſſis multis, à Burckhardo non modò ſuperatur: ſed etiã caſtris exuitur: & cum paucis ad nota ſibi Alpium iuga inacceſſa, ægrè perfugit: in præruptisq́ ſaxis latitat. Meliori deinde conſilio vſus, ne extremam aleam iaceret: de pace Legatos mittit ad Sueuos, ſuppliciter colloquium petens. Accepta igitur publica fide, Reginoburgum ad Arnulphum pergit: à quo Burgundiam in tutelam accepit: Sacramentumq́ dixit, ſe Arnulpho, Regibusq́ Francorum, perpetuò fidem ſeruaturum. Bertham poſtea filiã Burckhardi Sueui, quo firmiores ſuæ res forent, vxorem duxit. Hæc quidem ſic, ex ſententia Auentini. Sed, vt ex Nicolao Vignierio conſpicitur: Rudolphus iſte 911. obijt: eiq́ filius eiuſdẽ nominis ſucceſſit, Rudolfus ſc. ſecundus: cuius ſoror Agnes, Bertholdo Briſgoiæ comiti collocata fuit. Huncq́ ſecũdum Rudolfum Burckhardus, Sueuiæ ſiue Alemanniæ Dux, ad VVintherthuram vicit, anno circ. 920. Atq́ ob hoc diſſidium componendum, videtur Vignierio, Bertham Sueui filiam, Burgundo nuptũ fuiſſe datã. Adeo interdum Auctores, ob negligentiã priſcorum, inter ſe diſcrepare coguntur. Niſi etiam ſunt duo Burckhardi, & duæ Berthæ, intelligendi: ſicut videtur, fuiſſe duos Burcardos. Manſit verò ſic Regnum Burgundiæ CXL. circ. annos. Sed de Italico Arnulfi bello dicendum.

Rudolphus, Burgundiæ R. a Sueuis victus.
Burckardi Sueui filiam ducit.
Hiſtoricorum diſſenſio.
Burgundici Regni duratio.

Hic enim, cum per Tridentina iuga intraſſet Italiam: habens ex Sueuis, alijsq́ Germanis, maximas equeſtres & pedeſtres copias, ipſumq́ Berengarium, ſecum: Bergomum die purificationis Mariæ cepit: Comitemq́ eius Ambroſium, à quo excluſus fuerat, in veſte ipſius ornatiſſima, exempli prodendi cauſa, ante portam vrbis ſuſpenſum ſtrangulauit. Inde Saxonem Othonem, Magni Othonis auum, ad Mediolanum recipiendum miſit. Ipſe Papiam profectus, Berengarium eò reſtituit. Dehinc, per Alpeis redijt domum verſus. Vdo, cum vxore & filio Spoletum fugerat: ſed poſtea apud Placentini agri fluuium Iarum, repentino ſanguinis vomitu interijt. Lambertus, Vidonis filius, Rex creatus, multis ei Italorum adhærentibus, Papiam recepit, Berengario cedente. Legatur Luitprandus lib. 1. cap. 10.

Arnulfi expeditio Italica.
Suſpenſio Comitis Ambroſij.
Berengarij reſtitutio, Guidone ſummoto.
Lambertus, Guidonis F.

Anno 895. Arnulfus, Formoſi Papæ hortatu (quòd is valde à factione illa premeretur: quæ Sergium eſſe Pontificem volebat) Berengario comitante, denuò in Italiam menſe Octobri profectus eſt, tyrannidis Lamberti compeſcendæ cauſa. Cumq́ ad Padum perueniſſet: ibi diuiſis copijs, Sueuos Bononia per Apenninum Florentiam adire iubet. Ipſe, luſtrata Tyrrheni Liguſticiq́ maris ora, natalitia in Luna ciuitate celebrauit. Ob crebras autem pluuias, in ſuperando Apennino, Sueui nonnihil detrimenti, in impedimentis ac ſuppellectile acceperunt. In Anglia, Oxonij Academia, ab Aluredo R. excitata.

Sergius, contra P. Formoſum.
Repetita expeditio Italica.
Oxonienſis Academia.

Anno 896. Cæſar Romam obſedit: locatis Leoninam ad vrbem Caſtris: Angeltruda, Vidonis vidua, inde metu Germanorum, in Camerini oppidum profugiente. Tum Roma capta eſt: idq́ occaſione leporis. Hic enim clamore, exercitus excitatus, ad vrbẽ verſus fugerat: quem militibus aliquot, quaſi militaris ludi cauſa, inſecutis: ſtationes Romæ murum deſeruerunt. Hac Germani occaſione arrepta: ſarcinis ad murum admotis, & ad iuſtam altitudinem coaceruatis: partim muros conſcenderunt: partim ariete portam pertuderunt. Magna cædes paſſim facta, præſertim Sergianorum: nec Sacerdotibus etiam, velatis virginibus, & pueris, parſum. Tunc Arnulfus à Formoſo, Imperator & Auguſtus eſt inunctus: ciuesq́ Romani, iureiurando aſtricti: ſe nunquam Lamberto, & matri eius, amplius fauturos.

Roma, ab Arnulfo capta.
Lepus fugiens.
Sergiani.

Hoc tempore (vt Tritenhem. in Hirſaug. Chronico autor eſt) ſynodus magna Triburiis eſt celebrata: præſentibus 27. Epiſcopis, & multis Abbatibus: Saxoniæ, Bauariæ, Sueuiæ, Galliæ, & aliarum prouinciarum. Inter Epiſcopos fuit etiã Sigiſmundus Haluerſtatenſis, ex Monacho

Triburiis Synodus.

Cænobij

Cœnobij Hirſaugienſis: & Salomon, Conſtantienſis, ex Abbate S. Galli. Inter Abbates verò, Haderadus Hirſaugienſis. In ea Synodo, multa ſtatuta ſunt facta, vtilitatis Eccleſiaſticæ gratia: maximè contra quoſdam ſeculares, autoritatem Epiſcopalem deprimere conantes.

Triburia (inquit Auent.) vicus eſt in agro Moguntino, Rhenique ripa. Triburia (inquit Tritenhem.) villa Regia erat, non longè à Moguntiaco, ad Rhenum. Hodie deſerta eſt: nihilque reſtat, præter caſas, & muros caſtelli dirutos. Eſt inter Oppenheimum & Moguntiã, ad dextram in deſcenſu Rheni. De Sigiſmundo illo, qui Synodo prædictæ interfuit, inuenio S. Aurelij Monachum fuiſſe: qui propter vitæ meritum, ac religionis, diuinarumque & humanarum literarum notitiam, Epiſcopatui Halberſtadiano præfectus à Cæſare Arnulfo fuerit, anno hoc 896. verboque & exemplo populum ſuum fideliter pauerit, per annos 30. & 926. anno mortuus ſit, die 14. Ianuar. atque in Cathedrali Eccleſia ibi ſepultus.

Triburia.

Imperator Arnulfus, deprecatione motus vxoris ſuæ Vdæ, Archiepiſcopique Mogũtini Hattonis, Richenouiæ Abbatis: Limberto à Bodmena equiti, reſtituit bona ſua: quæ antea fuerant ei à Comite Vlrico, Bodmenæ arcis Præfecto, erepta in pago Rornanga, id eſt Podmena. 4. Stumpf. 33.

Bodmena eques Limbertus.

Anno 897. Stephanus VI. Papa, Formoſi mortui corpus, Sergianis vrgentibus, effodit: & in conuentu Epiſcoporum, veſte pontificali exuit, Laicaque induit. Abrogata ſunt eius decreta: duo digiti dextræ manus, abſciſſi: cadauer, in Tiberim proiectum. Arnulfi conſecrationem Imperialem reſcidit, vt metu à Formoſo factam: ſed Lambertum Regem Italiæ, factioni ſuæ fauentem, Imperatorem inunxit. Fuerat tamen Formoſus ille, ſcientia & moribus clarus vir: qui Ratisbonam veniens, Templum S. Emerani dedicauerat. Sequentes verò Pontifices aliquot, Formoſi acta reſtituerunt: Stephani & Sergianorum cauſam condemnauerunt. Non decebat Sanctiſſimorum pectorum ſpiritus, tantis inter ſe odiis flagrare. Quid cogitauit populus?

Formoſi P. corpus effoſſum.

Anno 898. Lambertus Imp. dum eſt in nemore Marinco, venationis cauſa: interficitur ab Hugone, Mediolanenſis comitis Mangifredi filio: quem ipſe, tametſi patrem eius, capitali ob rebellionem ſententia damnatum, ſuſtulerat: omnibus tamen honoribus, beneuolentiæ colligendæ cauſa, erat complexus. Tunc Berengarius, Verona Papiam contendens Regiam recepit: ſed rurſus habuit ſuos aduerſarios. Inprimis gener eius Adelbertus, Eporœdiæ (Iureæ in Inſubria) Marchio (Berengarij ex Giſla pater: eius, qui & ipſe poſtea Regnum Italiæ obtinuit) ab eo defecit: Ludouicum Boſonis F. Ludouici II. Imp. nepotem, Regem prouinciæ, ad Regnum Italiæ occupandum incitans. Ex Sigonio.

Lamberti cædes.

Berengarij conatus.

Eporœdia.

Anno 899. magno cum exercitu Italiam Ludouicus ingreſſus: multò maioribus copijs à Berengario ita coanguſtatus eſt: vt incolumitatem iureiurando, ſe nullis amplius rationibus Italiam ſibi vendicaturum, ab illo paciſci coactus ſit. Cùm Angeltrudam iam antè, Imp. Arnulfus obſideret Camerini: mulier cæteris deſtituta ſubſidijs, ingenium ad dolum contulit, corrupto pecunia (inquit Aemylius) intimo Auguſtalis aulæ miniſtro: Cæſaris ſe ait cupere placare animum irâ in ſe immeritam ſuccenſum. Hæc potio (inquit ad illum) triſtitiam diſcutit: lætitiã, amores, iocos, omniaque gaudia, menti affert. Eo viri mei animum furentem, ad ſanitatem reuocaui. Et, vt ſine noxa ſumi ſcias: bibat hic meus æger ſeruus. Qui cùm poculum ebibiſſet: intra horæ ſpatium validus extitit. Illa Germano alteram, & aliter medicatam, potionem, vimque auri, tradidit. Auentinus verò, Prægustatoribus Auguſti Gramano & Curtio, per lotricem veſtium linearum Aulicorum Rodpyrgam, illud virus datum ait: tanquam poculum, quo beneuolentia Auguſti conciliaretur. ἐχθρῶν δ' ἄδωρα δῶρα, apud Sophoclem eſt: inimicorum dona non eſſe dona. Arnulfus, epoto veneno, correptus lethargo graui: per triduum excitari, clamantibus vellentibusque ſuis, non potuit. Experrectus tandem: ſoluta obſidione, domum reuertit. Cumque poſt alia loca, Reginoburgum veniſſet: ibi Lazarum Epiſcopum, Græci Imp. Leonis Legatum, audit. Pax fœdusque, more veteri inter vtrumque Imperatorem ſancitum eſt. Ipſe Arnulphus, poſt multas actiones, tandem phthiriaſi deceſſit, idque 3. Calend. Decembris. Erumpente tamen antè, de veneno dato fama: Curtius quidem effugit: Radpyrga verò & Gramanus capti: quæſtionibus adacti, ſcelus confitentur. Hic ergo, in Bauaria Oetingæ capitali pœna plexus: illa, apud Aiblingam, primæ Vindeliciæ vicum, in crucem acta. Sepultus eſt ipſe, Oetingæ Bauaricæ (Vtinum Auentinus vocat) vbi & pater eius. Translatus inde, Ratisbonam. Ibi enim ad D. Emerani, eius monſtratur ſepulcrum.

Berengarij ſucceſſus.

Angeltruda fraude Imp. Arnulfus perit.

Pax Orientis & Occid. Auguſtorum.

In Chron. Nordling. Epiſcopo quoque Ratisbonen. culpa veneni ſummiſſi impingitur. Ideo Cæſarem reſtituiſſe Nordlingam Imperio: VVembdingam verò, Domui Bauaricæ attribuiſſe:

Nordlinga.

VVembdinga.

quas ciuitates antehac Ratisbonenſi Epiſcopatui attribuerat.

Fuit ipſe, dum vixit, fautor Sueuorum & Bauarorum: eisq́ benignè fecit. Multum eſt verſatus Tiguri, Conſtantiæ, in Augia diuite. Quo tempore vixit Comes Vlricus in arce Regis Bodmena: cuius mentio ſuperius facta eſt.

Oecumenici duo Epiſcopi, ſeu Vniuerſales. *Inter ſummos duos orbis Chriſtiani Epiſcopos, Romanum & Conſtantinopolitanum, contentio de primatu ſic finita eſt: vt ambo, Oecumenici vel Vniuerſales appellarentur: ſed ita, vt hic, Vniuerſalis Patriarcha: ille verò, Vniuerſalis Papa (tanquam hoc nomen, altero dignius eſſet) nominaretur. Genebrard. ex Onuphrio.*

LVDOVICVS IIII. NONVS OCCID. NON IMP. SED ROM.

Rex Lvdovicvs, Italiæ Rex & Imperator, contra Berengarium Regem. Zuenteboldi interitus. Monaſterium Vrſpringenſe. Vngarorum in regiones Italorum & Germanorum motus, ac ſæuitia. Regnum Italiæ, à Berengario recuperatum. Anaſſoburgium. S. Adalberus, Epiſcopus Auguſtanus. Sergius & Formoſus PP. Bellum inter Franconiæ & Haſſiæ principes.

Capvt V.

Ludouicus IIII. Rex Rom. 9. Cæſar. Carolinæ ſtirpis finis. *ANno 900. Proceres & optimates Germaniæ, conuenientes in oppido Pforzheim (alij volunt, Forcheim) nouum Regem elegerunt, coronarũt, Regali in ſolio locauerunt. Is fuit* IX. Cæsar, Lvdovicvs IIII. *Rex Romanorum, Arnulfi Imp. F. per A. 12. Erat adhuc puer ſeptem circ. annorum. Dati ſunt ei tutores, Hatto Archiepiſcopus Moguntinus, & Dux Saxoniæ Otho, Ludouici huius ſororius. In hoc Ludouico deſijt ſtirps Caroli Magni.*

Italiæ Reges duo, ſibi contrarij. *Alter autem Ludouicus, prouinciæ Rex, qui antea Italiæ Regnum abiurauerat, is iam inimicorum Berengarij, Adalbertiq́ Tuſchiæ Marchionis, & ambitioſæ vxoris eius Berthæ, vocatu, maiore cum exercitu in Italiam tranſcendit, & Berengario metu cedente, Papiam ingreſſus: magna Principum populiq́ gratulatione, Regia accepit inſignia Berengarius, Veronæ ſe tenuit. Ita in duos Reges Italia rurſum diſtracta fuit. Iſte Ludouicus, altero anno Romam profectus, Imperatoria corona à Pontifice exornatus fuit. Berengarius autem, illo ingruente magnis viribus, Verona in Bauariam profugit.*

Ambitionis mala. *Adeo vexat mentes humanas, honorum & potentatus auiditas: adeo ἀμφήριστα ſunt Regna & Imperia, ad digladiandum de ipſis dulcia. Atqui tales (ſicut qui diuitias appetunt) cum quietam vitam, iuſticiam & humilitatem colendo poſſent ducere: per huiusmodi ambitionem, ἑαυτοὺς ὀδύναις περιεπείρουσι πολλαῖς: ſeſe doloribus & cruciatibus (teſte D. Paulo) configunt (velut inter ſpinas gradiendo) multis. Tu vero, Dei homo, ſtultas iſtas manuũ conuulnerationes fuge: perſequere autem iuſtitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, manſuetudinem.*

Ita in Italia iam erat Imp. Cæs. Lvdovicvs, *P. F. Aug. Boſonis, prouinciæ Regis, F. quod durauit A on 3. annos.*

Carolus ſimplex, Franc. Rex. *Circa idem tempus, Francorum Rex factus eſt Carolus Simplex, Ludouici Balbi F. Sueuia verò ſub Germanis Regibus poſthac manſit.*

Zuenteboldi exitium. *Zuenteboldus, Arnulfi filius naturalis, Lotharingos ſuos depradationibus vexabat: & nobilibus viris eiectis, viliſſimos homines muneribus gerendis præficiebat. Ideo ſubditi eius, certatim ad Ludouicum fratrem, Orientalis Franciæ Regem, deficiebant. Cum ille in eorum terras ferro & igne ſæuiret: occiſus eſt in pugna ad flumen Moſam, à copijs fratris: quibus præerant Comites regionis, Stephanus, Gerhardus, & Machfridus.*

De Vrſpringenſi Parthenone.

Vrſpringenſis Monaſterij origo. Ehinga. Schelckelinga. *Vrſpringenſis Monaſterij, Sanctimonialium nobilium Benedictini ordinis, Diœceſeos Conſtantienſis, circa hæc tempora initium aliquod fuit. Creditur enim fundatum (vt apud Bruſchium eſt) à Parentibus S. Vlrici, poſtea Auguſtani Epiſcopi. Situm eſt vno milliario infra Ehingam, Principum Auſtriæ ciuitatem: nec longè à Schelkelinga, oppido & arce eorundem: in loco amœniſſimo, inter altiſſimos montes: ad limpidiſſimas, gelidas, & ſalubres, aquas. Ideo & nomen Germanicum Vrſpringa, ab aquarum talium ſcaturigine eſt. Longo autem tempore pòſt (circ. 1127.) auctum eſt à Germanis nobilioris proſapiæ, militibus Sueuis: Rudigero, Adelberto, & VValthero, Dominis Schelckelingenſis villæ & caſtri: animarum ſuarum curæ ſic conſulere volentibus: commendatumq́ inſpectioni VVernheri, Abbatis in Monaſterio S. Georgij in Nigra Sylua.*

Choro-

Chorographia circa hoc Cœnobium.

Vrſpringa. Fluuius Acha. Op. Schelckelinga, arce munitum in montis ſummitate. Primò fuit Comitum Schelckelingenſium: deinde, his deficiētibus, Archiducum Auſtriæ. Tempore Felicis Fabri, pignori tenebat Burcardus Stadionius. Ex oppido per vallem ſecundum Acham deſcendendo, alta rupes, rotunda, tanquam columna. In cuius imo, ſpecus horribilis: habens in extremo lumen per ſciſſuram. Vallis longa & profunda, das Tiefftḣal: *quæ Sueuorum Alpeis ſcindit.* Situs Cœnobij huius.

Catalogvs Magistrarvm Aliqvot Eivs. Hoc enim nomine, Rectrices ipſius ſunt.

1. *D. Irmeltrudis.*
2. *Irmelgardis.*
3. *Hiltrudis à Tieſſen.*
4. *Adelhaidis à Lapide.* Stain.
5. *Vdilhildis Fulchina à Tieſſen: ab anno 1360. vſq. ad 1373.* Tieſſen.
6. *Margareta Balhoczin, per A. 2.*
7. *Eliſabeta Leudolphina, 1376. per A. 20.*
8. *Anna de lapide, 1396. A. 26. Obijt 1422. eodem die: quo frater eius germanus, VVolfgangus à lapide, Abbas Duplicium aquarum, vel Zvvifaltenſis.*
9. *Anna à VVeſternach. 1422. A. 10.*
10. *Vrſula de lapide, 1432. A. 16.*
11. *Anna ex Dapiferis de Bichiſhuſen, 1448. A. 14.* Bichishuſa.
12. *Gredanna à Friberg. 1462. A. 18. Sub cuius adminiſtratione, emendari cœpit Monaſterium.* Freiberg.
13. *Helena ab Hirnheim, 1481. A. 15. Nobilium Alberti Hirnheimij, & Vrſulæ Honburgenſis, filia.* Hirnheim.
14. *Chunigundis de Veteri Friburgo, 1496. A. 14.*
15. *Cæcilia ab Hirnheim, 1511. A. 14. Quæ cœnobium illuſtrauit varijs ædificiis.*
16. *Magdalena de monte: Sigiſmundi ſenioris de monte, & Dorotheæ à Knœringen, filia. Electa 1525. & adhuc 1551. officium faciens. Eam prædicat Bruſchius magnificam, humaniſſimam, facundam. Addit, ſub eius regimine Moniales, nempe 1547. numero XL. inſtituiſſe Muſicæ figuralis ſtudium: in quo tantum profecerint ſub Blaſio Hippolyto, egregiè docto Monacho: vt cum ſummorum Principum Muſicis certare potuiſſent. Eum biennio poſt, mortuum eſſe.* Berg.

Anno 901. Vgri, ſiue Vngari, bellum in Morauos, Bauaros, Italos comparabant: rati, ſibi non eſſe ſatisfactum ab Imp. Arnulpho de ſtipendiis: cum ipſorum auxilio aduerſus Morauos vſus eſſet. Excitabantur etiam fama de morte eius, Ludouiciq. pueri ſucceſſione: & de Chriſtianorum Principum ambitioſis inter ſe diſcordiis. Vngarorum motus.

Anno 902. Berengarius, in omnes recipiendi Regni occaſiones intentus, è Bauaria reuertitur in Italiam: medioq. menſe Auguſto, cuſtodibus vrbis Veronæ corruptis, ſilentio noctis intrat: & aliquot ſpectatæ fidei viros fortes ſibi adiungit. Tranſgreſſus pontem amnis Atheſis, qui mediam vrbem interfluit, in collem euadit, vbi S. Petri baſilica precioſi operis erat: in quam Ludouicus, periculo comperto, confugit, in penetralibus eius ſeſe abdens. Ibi miles quidam, qui hoc ſciebat, adiens Berengarium, hortatur eum: vt, quia Deus tantam ei victoriam dederit: miſericordiam patris cæleſtis erga ſuperatum imitetur. Rex, Putas ne me Ludouicum, inquit, velle occidere? Abſit. Tum miles hac fiducia erectus, Dominum ſuum, vbi eſſet, indicat. Producto Ludouico Berengarius ait. Superiori tempore, cum te meis copiis circumcluſum dimitterem: iuraſti, te non amplius ingreſſurum Italiam. Scis? At nunc & Deum fefelliſti, & me, iſta perfidia. Quare vita quidem, ſicut militi promiſi, tibi condonabitur: ſed ob exemplum periuris aliis prodendum, oculi eruentur tui. Et ſic factum eſt. Sigon. Das war der Lohn/ das er jhm anderer/ vnd ſein närriſch ehrgeitziges Weib/ das Schwert hat wider ſein Gewiſſen laſſen angürten. *Ab eo tempore, cum Italici homines territi, ſe Berengario ſubieciſſent: Ipſe Regnum per 22. annos adminiſtrauit.* Berengarius Regnum Italiæ recuperat. Ludouicum Rex excæcat.

Vngari, & antea, & nunc iterum, in Italiam irruerunt, fœda cum populatione, circa Vngari in Italiam.

Comum, Bergomum, & Regni ſedem Papiam. Vercellenſem Epiſcopum Truſardum, ingenti cum pecunia, fugientem, nacti, interfecerunt. Ingentibus deinde Berengarij copijs perterriti, petierunt: vt, reddita ei præda omni, incolumes dimitterentur. Negatum eſt. Iterum in difficultates coniecti, plus obtulerunt, etiam filios obſides. Et hoc ab illis, qui ſpe certa victoria cæcati erant, negatum eſt. Ergo, Vna ſalus victis, nullam ſperare ſalutem.

Pax, eis infeliciter negata.
At hoſti fugienti, pontes auro ſternendi.

Inſidijs bifariàm diſpoſitis: in Italicos improuisò irrumpunt, ac fœda fuga diſſipant. Inde & tunc, & ſequenti anno, magna vaſtatione data, non prius Italiam, quàm pecunia grandi accepta, reliquerunt. Luitprand. lib. 2. cap. 5. & 6.

Iidem in Morauiam, atq; Bauariam.

Anno 903. Vngari, Regem Cuſſalam habentes, cum Germaniæ Rege Ludouico fœdus, quod antea cum Arnulfo factum erat, doloſe renouant. Tum Morauiam, vt Bauariæ hoſtem, miſerabiliter depopulantur: Regulis eorum, Moemaro & Suatebogo, occiſis. Deinde, Morauis ſibi adiunctis, in Bauaros, fiducia fœderis nihil mali metuentes, irruunt: vaſtantes crudeliſſimè, ferro, igne, prædatione, captiuitate: Sacerdotum, Monachorum, nobilium, vulgi. Hæc, infra fluuium Anaſſum. Interea, qui ſuprà incolebant, Ad arma, Ad arma, clamare. Non longè a Laureaco nouum oppidum ad Anaſſum condunt, præſidioq; firmant: quod inde Anaſſoburgium appellatum eſt: olim Enſpurg, hodie Ens. Luitpoldus præfectus militaris, & Richarius Pataujenſis Epiſcopus, hoſti obuiam eunt. Cedit Cuſſala, infra Viennam ad Phiſcam amnem locans caſtra. Aguntur illo in loco 1200. Vngari in Danubium a Luitpoldo: ipſe Cuſſala poſt, traiecto flumine, cum maximo ſuorum procerum numero occumbit. Tanta autem erat immanitas (ὠμότης) illius gentis: vt ad terrorem, ſanguinem etiam occiſorum potarent, & ſupra cadauera epularentur. Conſulatur Luitprandus lib. 2. cap. 1. & inde. Item, Auent. lib. 4.

Anaſſoburgij fundatio.
Ens.
Vngarorum profligatio.
Eorum immanitas.

Anno 904. & ſequentibus, hæc facta ſunt. Ludouicus, Germaniæ R. bellum Vngaris ex decreto Imperij indixit. Maxima vtrobiq; copia. Militabant Ludouico inter alios Germanos, etiam Sueui. Præſtabant Barbari, imbre ſagittarum in fundendo aduerſariis, celeri fuga, celeri reditu. Dum te viciſſe putares: in maximo diſcrimine eras. Nondum nouerant aperto prælio congredi: vrbes & Caſtella obſidere & oppugnare. Tantum inſidiis confidebant. Itaque primis diebus menſis Auguſti, per triduum pugnando, Germani victi: Luitpoldo, Duce Orientalis Boiariæ (auctore generis Regulorum Bauariæ) multis cum Heroibus cæſo. Pauci Anaſſoburgium, vbi Cæſar ſubſtiterat, euaſere. Opponit is manum, quam ex diſſipato exercitu collegerat, perſequentibus Vngaris: ſed hi illam in inſidias pellectam delent. Ludouicus Patauiam perfugit. Tum omnis ſæuitia, omnis direptio per Boiariam ſecuta: in Monaſteriis, vicis, & locis non munitis. Vtinum ciuitatem, cum Regia & Monaſterio combuſſêre. Brachium Philippi Apoſtoli, & alia Reliquiæ, Patauiam a Sacerdotibus trepida fuga deportata: in pariete inter duas pyramides conditæ ſunt: & longè pòſt ſub Imperio Friderici II. modò, pariete vetuſtate collapſo, repertæ. Hoſtes ad Abudiacum (Abach ob Regenſpurg) venientes: gregem Monachorum, tanquam pecorum, ante ſe agebant: pueros, puellas, mulieres, capillis colligarant. Reginoburgum, quia nondum mœnibus cinctum, concremarunt. In confinio Franciæ & Boiariæ, Francos occurrentes concidunt: Sueuos, Turingos, Saxones, atterunt: gentes fortiſſimæ & pugnaciſſimæ cedebant. Tanta, tam manifeſta, tunc erat ira Dei. Coactus eſt tandem Rex Orientalis Franciæ, pacem auro, tributoq; annuo, ab illis emere: ideoq; Templorum & Monaſteriorum (ærario & populis, exhauſtis) vaſa & veſtes, in eum vſum collata. Hæc mala & ærumnæ, vſque ad 910. Chriſti extenta.

Imperij Rom. expeditio in eos.
Vngarica pugnandi ratio.
Germanorum clades.
Crudelitas hoſtium.
Philippi Apoſtoli, & alia reliquia.
Nemo Germanorum ante illos conſiſtere potuit.
Pax de eis empta.

Hoc tempore S. Adalbertus (Bruſchio ſcribente) Comes à Dillingen, generis nobilitatem ſapientia & virtute ſuperans, factus eſt ex Elſangenſi Monacho Epiſcopus Auguſtanus, & Abbas Elſangenſis. Præfuit vtriq; dignitati A. 17. obijt poſtea 922. Chariſſimus antehac, cùm adhuc in Elſangenſi cœnobio eſſet; Imp. Arnulfo: cuius etiam filium Ludouicum (vt antehac dictum) Baptiſmate initiauit: & bonis literis moribusq; informauit. Egregiè doctus, excellens Muſicus: Sangallenſis Monaſterij liberaliſſimus benefactor: S. etiã Vlrici nutricius & informator. Aſſumpſit 6. annis ante mortem, adiutorem ſibi Hildinum, virum eximia præditũ virtute.

Dillingenſis Comes Adalbertus.

Anno 905. Vngari iterum Italiam populationibus incurſarunt. Sed & Saraceni, extremæ Italiæ, vehementius, quàm antea.

Anno 906. Sergius ponitur Papa (is, qui Formoſi cadauer effodit) eum terræ motu collapſam Lateranenſem Baſilicam inſtauraſſe: & pictis imaginibus egregiè exornaſſe. Pictus Sanctus, bonarum rerum monere aſpicientem debet: adorandus autem non eſt. Is enim honos, ſoli Deo tribuendus: qui alteri honorem ſuum tribuere non vult.

Sanctorum imagines.

E3

Eſt iſte Sergius, de quo hæc verba ſunt Herm. Æditui. Formoſi corpus extumulauit: & in ſede Pontificali collocatum, decollari iuſsit: atq; in Tiberim iactari. Corpus à piſcatoribus repertum, & in Eccleſia S. Petri eſt poſitum: ad quod imagines Sanctorum venerabiliter ſe inclinarunt, tanquam collegam ſuum ſalutantes. Si credere fas eſt. *Formoſi P. cadauer.*

Anno 907. in Francia antiqua, id eſt Franconia & Haſsia, ciuile bellum erat. Nam Rudolphus, VVirceburgenſis Epiſcopus: atq; Albertus, Adelhardus, Hainricus, tres fratres, Hainrico Bambergæ domino nati, pernicioſo diſsidio inter ſe digladiabantur. Quare? Præclaram ob cauſam, ſi Diis placet: nempe de claritate generis (teſte Auentino) opumq; magnitudine. Itaque Alberto cum fratribus, & valida Francorum manu, cõtra Rudolphum exeunte: huic Eberhardus & Gebhardus fratres, Haſsi vel Chatti, ſuppetias contrà eunt. Fit prælium inter ternorum fratrum exercitus: vincuntur Bambergici: Hainricus occiditur: Adelhardus, viuus capitur: nec multò pòſt iuſſu Gebhardi, pœna capitis afficitur. At viciſsim Eberhardus, multis vulneribus in prælio confoſſus: domum à ſuis deportatus, breui animam efflauit. *Ciuile bellum in Germania, ob matorẽ nobilitatem.*

Albertus, fuga elapſus, reparatis copiis, Rudolfum VVirceburgo expellit: opes eius diripit, prædia incẽdit, colonos interficit. Eberhardi filios oppidis & caſtellis exuit: vltra Hercyniæ particulam Speſshartum relegat: omnia cæde, incendiis, rapinis, vaſtat. Contrà, Haſſorum præfet Friteſlariæ Conradus, equitatũ peditatumq; cogit. Frater eius Gebhardus, in pago antiquæ Franciæ VVederouiæ, aduerſus Albertum copias tenet. Albertus, antequam vires illi iungerent, Bamberga proſiliens, ſe Gerhardum petere ſimulat: ſed mox armis in Conradum conuerſis, imparatum opprimit: ac multifariam cõfoſſum interimit: cæteros proſternit, & in fugam dat. Factum id eſt 3. Calend. Martij. Inde per continuũ triduum regionẽ illam ferro & igne ſæuè depopulatus: maxima cum præda Bambergam rediit. Sepultus eſt ab vxore & liberis VVilnburgi, Conradus: cuius filius Conradus, poſtea Rom. Cæſar factus eſt. Alij hæc ad 905. annum referunt.

Tantas clades, inanium rerum iactantia dedit. οὐδένα δὲ δεῖ φυσιοῦσθαι κατὰ τοῦ ἑτέρου· τί γὰρ ἔχεις, ὦ ἄνθρωπε, ὃ οὐκ ἔλαβες: *1. Cor. 4. Iſti inter ſe capitaliter dimicarunt: ſicut duo Mendici de lacera pera: aut alij duo, de ſtultorum cuculla. Obiit Rudolphus Epiſcopus 908. cum publico ſuorũ gaudio: à Reginone homo fatuus appellatus, propter tantos tumultus temerè excitatos.* *Inanis gloria dominatio.*

HVGOBALDVS, KYBVRGENSIS ET DILLINGENSIS Comes: Burcardi, Ducis Sueuiæ, gener. Fidei vigilum Conſtantinopoli per Imp. Leonem exploratio, & corroboratio. IMPP. ORIENTIS, ALEXANDER ET CONSTANTINVS. Irruptiones Vngarorum, cauſam munitionibus ciuitatum Germaniæ dederunt. Archiepiſcopi Hattonis proditio in Albertum (al. Adelbertum) Comitem (al. Marchionem) Pabenbergenſem. Carolinæ proſapiæ finis. Baronatus VVeiſſachenſis, & Backnanga.

CAPVT VI.

ANno 908. (vt in Neresheimenſi cœnobio Bruſchij reperio) obiit Hugobaldus, Neresheimi ſepultus: primus Comes Kyburgenſis, Dillingenſis, & VVittiſlingenſis. Sed miror, quomodo Bruſchius ſcribat: his eum comitatibus donatum fuiſſe ab Imperatore Othone Magno, propter ſtrenuam aduerſus Vngaros apud Auguſtam Vindel. nauatam operam: cùm tamẽ Otho M. modò circ. 937. an. Domini, Cæſar factus ſit: & Vngari circ. 955. iuxta Auguſtam victi, ſed Hugobaldus antea 908. obierit. Nec, ſi tranſpoſitis numeris, dicas 980. mortuũ eſſe Hugobaldum: ratio conſtabit. Nam Adalbertus, Epiſc. Auguſtanus, fuiſſe dicitur frater eius, & 922. obiiſſe. Bruſchium ergo hac in parte prætermittamus. Cæterùm, vxorem habuiſſe dicitur Hugobaldus dominam Theobergam, vel Dietbergam, proneptem Lotharij Imp. de ſemine Caroli M. (eodem Bruſch. teſte) natam: Sueuorum vel Alemannorum Ducis Burckardi F. ex Dietberga, Reginæ Franciæ, vel Comitiſſa Burgundiæ. Genuit autem hic illam, & Hugobaldo deſponſauit: cum ipſe adhuc eſſet Comes Veringenſis: antequam ſcil. Ducatum Sueuiæ accepiſſet. Celebratæ fuerant nuptiæ in Sueuico oppido Veringa. Habuit & alteram filiam, Bertham nomine: quam, cum iam Ducatum Sueuiæ haberet, Regi Burgundiæ Rudolfo deſponſatam dedit: vt ſuprà cap. 4. diximus. Huius Hugobaldi filius, inter alios, fuit S. Vlricus quoque, Auguſtanus poſtea Epiſcopus. Quieſcit hic Hugobaldus in media Eccleſia Neresheimenſi: ſed vxor Dietberga, in pago VVittiſlinga. Ab illo tradita Epiſcopatui Auguſtano fertur Dillinga: vbi ſolet eſſe Auguſtanorum Epiſcoporum ſedes ac curia. *Kyburgenſ. & Dillingenſis Comes Hugobaldus.* *Dietberga, cõiux illius.* *Veringa.* *S. Vlricus.* *VVittislinga.* *Dillinga.*

Comum, Bergomum, & Regni ſedem Papiam. Vercellenſem Epiſcopum Truſardum, ingenti cum pecunia, fugientem, nacti, interfecerunt. Ingentibus deinde Berengarij copijs perterriti, petierunt: vt, reddita ei præda omni, incolumes dimitterentur. Negatum eſt. Iterum in difficultates coniecti, plus obtulerunt, etiam filios obſides. Et hoc ab illis, qui ſpe certa victoria cæcati erant, negatum eſt. Ergo, Vna ſalus victis, nullam ſperare ſalutem.

Pax, eis infeliciter negata.

At hoſti fugienti pontes auro ſternendi.

Inſidijs bifariam diſpoſitis: in Italicos improuiſò irrumpunt, ac fœda fuga diſſipant. Inde & tunc, & ſequenti anno, magna vaſtatione data, non prius Italiam, quàm pecunia grandi accepta, reliquerunt. Luitprand. lib. 2. cap. 5. & 6.

Iidem in Morauiam, atq; Bauariam.

Anno 903. Vngari, Regem Cuſſalam habentes, cum Germaniæ Rege Ludouico fœdus, quod antea cum Arnulfo factum erat, doloſe renouant. Tum Morauiam, vt Bauariæ hoſtem, miſerabiliter depopulantur: Regulis eorum, Moemaro & Suatchogo, occiſis. Deinde, Morauis ſibi adiunctis, in Bauaros, fiducia fœderis nihil mali metuentes, irruunt: vaſtantes crudeliſſimè, ferro, igne, prædatione, captiuitate: Sacerdotum, Monachorum, nobilium, vulgi. Hæc, infra fluuium Anaſſum. Interea, qui ſuprà incolebant, Ad arma, Ad arma, clamare. Non longè a Laureaco nouum oppidum ad Anaſſum condunt, præſidioq; firmant: quod inde Anaſſoburgium appellatum eſt: olim Enſpurg, hodie Ens. Luitpoldus præfectus militaris, & Richarius Patauienſis Epiſcopus, hoſti obuiam eunt. Cedit Cuſſala, infra Viennam ad Phiſcam amnem locans caſtra. Aguntur illo in loco 1200. Vngari in Danubium a Luitpoldo: ipſe Cuſſala poſt, traiecto flumine, cum maximo ſuorum procerum numero occumbit. Tanta autem erat immanitas (θηριωδία) illius gentis: vt ad terrorem, ſanguinem etiam occiſorum potarent, & ſupra cadauera epularentur. Conſulatur Luitprandus lib. 2. cap. 1. & inde. Item, Auent. lib. 4.

Anaſſoburgij fundatio.
Ens.
Vngarorum profligatio.
Eorum immanitas.

Imperij Rom. expeditio in eos.
Vngarica pugnandi ratio.
Germanorum clades.

Anno 904. & ſequentibus, hæc facta ſunt. Ludouicus, Germaniæ R. bellum Vngaris ex decreto Imperij indixit. Maxima vtrobiq; copia. Militabant Ludouico inter alios Germanos, etiam Sueui. Præſtabant Barbari, imbre ſagittarum in fundendo aduerſariis, celeri fuga, celeri reditu. Dum te viciſſe putares: in maximo diſcrimine eras. Nondum nouerant aperto prælio congredi: vrbes & Caſtella obſidere & oppugnare. Tantum inſidiis confidebant. Itaque primis diebus menſis Auguſti, per triduum pugnando, Germani victi: Luitpoldo, Duce Orientalis Boiariæ (auctore generis Regulorum Bauariæ) multis cum Heroibus cæſo. Paucè Anaſſoburgium, vbi Cæſar ſubſtiterat, euaſere. Opponit is manum, quam ex diſſipato exercitu collegerat, perſequentibus Vngaris: ſed hi illam in inſidias pellectam delent. Ludouicus Pataniam perfugit. Tum omnis ſæuitia, omnis direptio per Boiariam ſecuta: in Monaſteriis, vicis, & locis non munitis. Vtinum ciuitatem, cum Regia & Monaſterio combuſſère. Brachium Philippi Apoſtoli, & aliæ Reliquiæ, Patauiam a Sacerdotibus trepida fuga deportata: in pariete inter duas pyramides conditæ ſunt: & longè pòſt ſub Imperio Friderici II. modò, pariete vetuſtate collapſo, repertæ. Hoſtes ad Abudiacum (Abach ob Regenſpurg) venientes: gregem Monachorum, tanquam pecorum, ante ſe agebant: pueros, puellas, mulieres, capillis colligarant. Reginoburgum, quia nondum mœnibus cinctum, concremarunt. In confinio Franciæ & Boiariæ, Francos occurrentes concidunt: Sueuos, Turingos, Saxones, atterunt: gentes fortiſſimæ & pugnaciſſimæ cedebant. Tanta, tam manifeſta, tunc erat ira Dei. Coactus eſt tandem Rex Orientalis Franciæ, pacem auro, tributoq; annuo, ab illis emere: ideoq; Templorum & Monaſteriorum (ærario & populis, exhauſtis) vaſa & veſtes, in eum vſum collata. Hæc mala & ærumnæ, vſque ad 910. Chriſti extenta.

Crudelitas hoſtium.
Philippi Apoſtoli, & alia reliquia.
Nemo Germanorum ante illos conſiſtere potuit.
Pax de eis empta.

Dillingenſis Comes Adalbertus.

Hoc tempore S. Adalbertus (Bruſchio ſcribente) Comes à Dillingen, generis nobilitatem ſapientia & virtute ſuperans, factus eſt ex Elfangenſi Monacho Epiſcopus Auguſtanus, & Abbas Elfangenſis. Præfuit vtriq; dignitati A. 17. obijt poſtea 922. Chariſſimus antehac, cùm adhuc in Elfangenſi cœnobio eſſet; Imp. Arnulfo: cuius etiam filium Ludouicum (vt antehac dictum) Baptiſmate initiauit: & bonis literis moribusq; informauit. Egregiè doctus, excellens Muſicus: Sangallenſis Monaſterij liberaliſſimus benefactor: S. etiã Vlrici nutricius & informator. Aſſumpſit 6. annis ante mortem, adiutorem ſibi Hildinum, virum eximia præditũ virtute.

Anno 905. Vngari iterum Italiam populationibus incurſarunt. Sed & Saraceni, extrema Italiæ, vehementius, quàm antea.

Sanctorum imagines.

Anno 906. Sergius ponitur Papa (is, qui Formoſi cadauer effodit) eum terræ motu collapſam Lateranenſem Baſilicam inſtauraſſe: & pictis imaginibus egregiè exornaſſe. Pictus Sanctus, bonarum rerum monere aſpicientem debet: adorandus autem non eſt. Is enim honos, ſoli Deo tribuendus: qui alteri honorem ſuum tribuere non vult.

Eſt iſte Sergius, de quo hæc verba ſunt Herm. Æditui. Formoſi corpus extumulauit: & in ſede Pontificali collocatum, decollari iuſſit: atq; in Tiberim iactari. Corpus à piſcatoribus repertum, & in Eccleſia S. Petri eſt poſitum: ad quod imagines Sanctorum venerabiliter ſe inclinarunt, tanquam collegam ſuum ſalutantes. Si credere fas eſt. *Formoſi P. cadauer.*

Anno 907. in Francia antiqua, id eſt Franconia & Haſſia, ciuile bellum erat. Nam Rudolphus, VVirceburgenſis Epiſcopus: atq; Albertus, Adelhardus, Hainricus, tres fratres, Hainrico Bambergæ domino nati, pernicioſo diſsidio inter ſe digladiabantur. Quare? Præclaram ob cauſam, ſi Diis placet: nempe de claritate generis (teſte Auentino) opumq; magnitudine. Itaque Alberto cum fratribus, & valida Francorum manu, cõtra Rudolphum exeunte: huic Eberhardus & Gebhardus fratres, Haſſi vel Chatti, ſuppetias contrà eunt. Fit prælium inter ternorum fratrum exercitus: vincuntur Bambergici: Hainricus occiditur: Adelhardus, viuus capitur: nec multò pòſt iuſſu Gebhardi, pœna capitis afficitur. At viciſsim Eberhardus, multis vulneribus in prælio confoſſus: domum à ſuis deportatus, breui animam efflauit. *Ciuile bellum in Germania, ob maiorē nobilitatem.*

Albertus, fuga elapſus, reparatis copiis, Rudolfum VVirceburgo expellit: opes eius diripit, prædia incẽdit, colonos interficit. Eberhardi filios oppidis & caſtellis exuit: vltra Hercyniæ particulam Speſshartum relegat: omnia cæde, incendiis, rapinis, vaſtat. Contrà, Haſſorum præſes Friteſlariæ Conradus, equitatũ peditatumq; cogit. Frater eius Gebhardus, in pago antiquæ Franciæ VVederouia, aduerſus Albertum copias tenet. Albertus, antequam vires illis iungerent, Bamberga proſiliens, ſe Gerhardum petere ſimulat: ſed mox armis in Conradum conuerſis, imparatum opprimit: ac multifariam cõfoſſum interimit: cæteros proſternit, & in fugam dat. Factum id eſt 3. Calend. Martij. Inde per continuũ triduum regionẽ illam ferro & igne ſæuè depopulatus: maxima cum præda Bambergam rediit. Sepultus eſt ab vxore & liberis VVilnburgi, Conradus: cuius filius Conradus, poſtea Rom. Cæſar factus eſt. Alij hæc ad 905. annum referunt.

Tantas clades, inanium rerum iactantia dedit. οὐδένα δὲ δεῖ φυσιοῦσθαι κατὰ τοῦ ἑτέρου· τί γὰρ ἔχεις, ἄνθρωπε, ὃ οὐκ ἔλαβες: *1. Cor. 4. Iſti inter ſe capitaliter dimicarunt: ſicut duo Mendici de lacera pera: aut alij duo, de ſtultorum cuculla. Obiit Rudolphus Epiſcopus 908. cum publico ſuorũ gaudio: à Reginone homo fatuus appellatus, propter tantos tumultus temerè excitatos.* *Inanis gloria dominatio.*

HVGOBALDVS, KYBVRGENSIS ET DILLINGENSIS COMES: Burcardi, Ducis Sueuiæ, gener. Fidei vigilum Conſtantinopoli per Imp. Leonem exploratio, & corroboratio. IMPP. ORIENTIS, ALEXANDER ET CONSTANTINVS. Irruptiones Vngarorum, cauſam munitionibus ciuitatum Germaniæ dederunt. Archiepiſcopi Hattonis proditio in Albertum (al. Adelbertum) Comitem (al. Marchionem) Pabenbergenſem. Carolinæ proſapiæ finis. Baronatus VVeiſſachenſis, & Backnanga.

CAPVT VI.

ANno 908. (vt in Neresheimenſi cœnobio Bruſchij reperio) obiit Hugobaldus, Neresheimi ſepultus: primus Comes Kyburgenſis, Dillingenſis, & VVittiſlingenſis. Sed miror, quomodo Bruſchius ſcribat: his eum comitatibus donatum fuiſſe ab Imperatore Othone Magno, propter ſtrenuam aduerſus Vngaros apud Auguſtam Vindel. nauatam operam: cùm tamẽ Otho M. modò circ. 937. an. Domini, Cæſar factus ſit: & Vngari circ. 955. iuxta Auguſtam victi, ſed Hugobaldus antea 908. obierit. Nec, ſi tranſpoſitis numeris, dicas 980. mortuũ eſſe Hugobaldum: ratio conſtabit. Nam Adalbertus, Epiſc. Auguſtanus, fuiſſe dicitur frater eius, & 922. obiiſſe. Bruſchium ergo hac in parte prætermittamus. Cæterùm, vxorem habuiſſe dicitur Hugobaldus dominam Theobergam, vel Dietbergam, proneptem Lotharij Imp. de ſemine Caroli M. (eodem Bruſch. teſte) natam: Sueuorum vel Alemannorum Ducis Burckardi F. ex Dietberga, Reginæ Franciæ, vel Comitiſſa Burgundiæ. Genuit autem hic illam, & Hugobaldo deſponſauit: cum ipſe adhuc eſſet Comes Veringenſis: antequam ſcil. Ducatum Sueuiæ accepiſſet. Celebratæ fuerant nuptiæ in Sueuico oppido Veringa. Habuit & alteram filiam, Bertham nomine: quam, cum iam Ducatum Sueuiæ haberet, Regi Burgundiæ Rudolfo deſponſatam dedit: vt ſuprà cap. 4. diximus. Huius Hugobaldi filius, inter alios fuit S. Vlricus quoque, Auguſtanus poſtea Epiſcopus. Quieſcit hic Hugobaldus in media Eccleſia Neresheimenſi: ſed vxor Dietberga, in pago VVittiſlinga. Ab illo tradita Epiſcopatui Auguſtano fertur Dillinga: vbi ſolet eſſe Auguſtanorum Epiſcoporum ſedes ac curia.

Kyburgenſ. & Dillingenſis Comes Hugobaldus. *Dietberga, cõiux illius.* *Veringa.* *S. Vlricus.* *VVittislinga.* *Dillinga.*

Conſtantinopoli Leo Imp. pridie nonas Iunij deceſsit. De quo viro rem notatu non indignam, ex 1. Luitpr. 3. breuius referam.

Leonis Imp. vigilantia.

Quoniam circa illam Imperatoriam vrbem, variæ gentes, ac ſæpe infeſtæ, habitabant: ideo, ne ſubitò incolæ opprimerentur: ſingulis noctibus, per ciuitates compita excubiæ armatæ diſponebantur. Itaq; ſi quis poſt veſpertinum crepuſculum obambulans, in illos incideret: capiebatur confeſtim, verberibus demulcebatur, compedibus conſtringebatur, in carcere vſque in alteram lucem aſſeruabatur. Nam hæc voluntas Imperatoris erat: man ſolte ein ſolchen Gaſſanten gehalten thun: Ihr Maieſtät kündte jhn morgen wol wider geben. *Hoc non ſolùm contra hoſtes, ſed etiam aduerſus nocturna latrocinia, proderat. Leo igitur Imp. vt vigilum fidem probaret: quodam tempore è palatio poſt crepuſculum ſolus deſcendit. Quem prima cuſtodia fugitantem videns, comprehenſum examinauit. Heus, ſocie:*

Nocturnæ vagationes, Conſtantinopoli vetitæ.

Vigilum diligentiam & fidem noctu Imperator explorat.

Τίς; πόθεν εἶς ἀνδρῶν; πόθι τοι πόλις, ἠδὲ τοκῆες;

Quis? Vnde? Quorſum? Reſpondit, ſe vnum de multis eſſe: petere luſtra fœminini pecoris. Imò cæſus & conſtrictus tu, in lapideum ſaccum ibis. At quæſo, fratres, dimittite me: capite hos duodecim aureos. Dimiſerunt. Inde perrexit ad ſecundam cuſtodiam: vbi itidem captus, atque examinatus, Aureis viginti fuit dimiſſus.

Capitur, & probè pulſatur.

Cùm autem ad tertiam veniſſet: auri nullam efficaciam ſenſit: ſed rebus ablatis omnibus, compedibus vinctus, pugnis flagrisq; dedolatus: in carcere totam noctem ſeruatus eſt. Illis digreſſis: cuſtodi carceris, Amice mi, inquit, Leonem Imp. noſti? Non noui, reſpondit ille. Eminus tantùm ſpectare hactenus licuit, non propè. Mirabile tamen quiddam, non hominem, mihi viſus ſum videre. Sed quid tu fruſtrà de Imperatore quæris? Video tibi, vt curioſo, durioribus vinculis opus eſſe. Cui alter: Nequaquam. Ipſe enim Leo Imp. ſum: qui de palatij dignitate non bono omine deſcendi. Cuſtos, hoc audito, indignari. Egó ne, inquit, hominem impurum, ſua cum meretricibus obligurientem, Imperatorem credam? At tu (reſpondit Leo) mecum cras ad Palatium accede. Si me non, vt Imperatorem, ibi ſuſcipi videris: occidito. Sic factum poſtridie eſt: Imperator, venerabiliter ſuſceptus, & adoratus: comite ſuo, maximè conſternato. Hunc verò ipſe conſolatus, aliquot libris auri refectum dimiſit.

Vigiles examinat.

Vigilibus deinde, à quibus dimiſſus fuerat, accerſitis: An non, inquit, dum ciuitatem vigilando ſeruatis, aliquando fures adulterosq; offendiſtis? Sibi nullum talem fuiſſe oblatum, reſponderunt. Poſtea alteri, à quibus cæſus & cuſtodiæ mandatus fuerat, interrogati, reſponderũt: Præcepit ἡ ἁγία σου δεσποτεία *(tua ſancta dominatio) vt, qui poſt crepuſculũ ambulãs caperetur, verberib. cæſus, carceri mãdaretur. Talem igitur heri noctu, luſtra petiturũ, nacti, flagellatũ cuſtodiæ mãdauimus: vt* τῷ σῷ κράτει *(Imperio tuo, Maieſtati tuæ) hominẽ hodie ſiſtamus. Atqui (inquit ille) ſeriò vobis mãdat poteſtas Imperij mei, vt is adducatur. Cucurrerũt illi, adducturi: ſed non reperto, ſemiuiui redierũt. Tunc Imperator ſe exuẽs, vibices verberum oſtendit: ipſosq; conſolãs, bonis alterorum (quos à ſe, vt infidos, expulit) donatos dimiſit. Ita poſthac ſtimulus vrbis cuſtodiendæ, vigilibus longè acrior additus: nec opus fuit, Imperatorẽ amplius de palatio deſcendere.*

Exitus examinis.

Semper enim imaginatio, de ipſo abſente oborta, tanquam præſente.

Alexander & Conſtantinus, Impp. XXXV. Orientis.

Succeſſerunt XXXV. IMPP. CÆSS. ALEXANDER, *frater: &* CONSTANTINVS *Porphyrogennetus, filius, Leonis: pij felices, Auguſti. Sed eorum prior obiit altero anno, circa Calendas Iulias: alter, plurimos imperauit annos.*

Anno 909. Rex Ludouicus, è Saxonia Luitgardam, ſororem Brunonis, & magni Ducis Othonis, vxorem accepit: ſed ſterile matrimonium fuit.

Sueuia per Vngaros euaſtatio.

Anno 910. Vngari, poſtquam Turingiam & Saxoniam deuaſtaſſent: Alemanniam quoque, ſeu Sueuiam, dirè depopulati ſunt. Ab eis Ludouicus etiam Rex, in confinio Bauariæ & Fráciæ victus eſt: ac tandem pax (ſicut antehac dictum) emenda fuit. Non, deſtitêre tamen illi, in poſterum quoque ſæpe Germaniam affligere, vt ſuis locis dicemus. Tunc & Baſileam (quæ ſecus veterem Rauracorum vrbem deſtructam, felicibus initiis & progreſſu fuerat vſa) incenderunt: verùm ignis, poſt abitum illorum reſtinctus fuit. Hinc neceſsitas coëgit ſequentibus temporibus: vt meliores vici aut villæ Germaniæ, mœnibus, turribus, foſsis, circundarentur: quò ſic tutiores aduerſus Barbarorum irruptiones redderentur. Quod tantò magis quoque poſtea factum eſt: cùm Imperij excellentia, extincto Carolino genere, Othone præſertim imperante, tum demum verè & omnino, ad Germanos perueniſſet. Tunc & Tiguri (quod iam inde ab Alemannica Clodouei Magni vaſtatione & oppreſsione, plus 400. annos vicus fuerat) munitio, cùm ſub Carolo Craſſo cœpta eſſet, abſoluta fuit. Sic Vlma quoque, Francofordia, & aliæ multæ ciuitates, anteà tantùm

Baſilea, incenſa.

Ciuitates, ob hanc cauſam poſthac muris circundatæ.

Tiguri τειχισμός.

tantùm

tantùm villæ fuerant. Poſterius verò, propter Vngarorum irruptiones, & graſſationes crudeliſſimas, mœnibus, cæteriſq; munimentis, cinctæ & firmatæ fuerunt. Videatur lib.6. Stumpf. c.15.

Saraceni Calabriam & Apuliam Græcorum, aliaq; Italiæ loca, miſere afflixêre. Saraceni, Italiæ vaſtatores.

Hoc anno, Alberti Bambergenſis Comitis, qui Conradum interfecerat (vt præcedente capite dictum) exitium factum eſſe, reperitur. Nam cùm is à Rege Ludouico, conuentum Triburiis agente, citatus non comparuiſſet: Rex eum in Bambergenſis agri Caſtello Theraſſa obſedit. Sed cum ille ſe animosè defendens, expugnari non poſſet: venit ad eum à Rege Moguntinus Archimyſta Hatto: tanquam reconciliator futurus Cæſaris erga illum: aut certè, ſi hoc non ſuccederet, eum ſaluum in caſtellum reſtituturus. Fidem habens Heros doloſo homini, cum eo exit. Tum Hatto ſuaſit, vt redirent in arcem, & prius pranderent: quòd fortè in tali actione de pace componenda, longior mora interuentura, & fames moleſtatura, eſſet. Regreſſi in caſtellum, ac pranſi, ad Regem deſcenderunt. Ibi Albertus comprehenſus, manibus poſt tergum reuinctis (nequicquam fidem implorans Archiepiſcopi: qui ſe dicebat ipſum in arcem, vnde eduxiſſet, reſtituiſſe: nec plus promiſiſſe) Regis iuſſu ſecuri percuſſus eſt. Illata ſunt bona eius, fiſco Imperatoris: ſed poſtea, ad Epiſcopatum Pabenbergenſem collata. Pertinet hoc exemplum ad calumnioſas (lib.1. de offic. Cicer.) interpretationes: ne Ciceroni quidem (homini non Chriſtiano, ſed ethnico) probatas. Dicitur autem à quibuſdam: illum Conradum, quem Albertus antea occiderit, fuiſſe Ludouici Cæſaris fratrem. Sanè hoc facto hic, Nobilium animos valdè à ſe alienauit. Non prodeſt Principi, nobiles ſuos, offendere. Ἀπρόθυμοι γὰρ ὄντες, εἰς τὰς ἐν ἀνάγκῃ βοηθείας.

Alberti Bambergenſis, ab Archiepiſc. decepti, exitium. Hatton. fraus.

Calumnioſa interpretationes.

Nobilitas, non offendenda.

Anno 911. Ludouicus Cæſar fato ſuo conceſſit (adoleſcens 18. annorum) ægritudine animi confectus, 12. Calend. Febru. Ratisbonæ: vbi adhuc ſepulcrum eius, in Templo D. Haimerani, prope patrem. Fuit ille, vltimus de ſtirpe Caroli M. qui imperaret. Etſi ſunt, qui Conradum ſequentem, quòd filius Conradi fuerit, ab Alberto occiſi, & Ludouici ex fratre nepos, vltimum faciant. Ludouici Imp. obitus.

Hoc tempore (vt in chartis M. Scr. reperi) viuebat Rudolfus, Baro VVeiſſachenſis: vxorem habens, nomine Gilmetham. Habitauit Obervveiſſachij: & arcē Ebersbergam ædificauit. Fuit vltimus ſuæ ſtirpis: ideoq; bona ſua, in Canonicatum recens inſtitutum Backnangenſem cōtulit. Vbi, in Templo ſepulti aliquot Marchiones, ex hoc genere, Collegij illius benefactores. Nec ſolùm Backnanga, à Rudolfo muro cincta fuit: ſed etiam Collegium Canonicorū, anno circ. 1290. longè eſt liberalius dotatum. Eberſperg. Backnanga.

OCCIDENT. CÆSAR DECIMVS, CONRADVS I. FRANcus. Imperium Occident. à pluribus gentibus appetitum. Barones Cimbrenſes, vel Zimbrenſes. Vngarorū clades in Bauaria. Hattonis mors, Archiflaminis Moguntini. Cæſar Conradus, à Saxone Henrico ſuperatus. Hiſtoria rerum, quæ inter Conſtantienſem Epiſcopum Salomonem, & Duces Alemanniæ Berchtoldum Erchingerumque, factæ ſunt. Diepoldiburgum. Saracenorum clades in Italia.

CAPVT VII.

ANno 912. in locum Ludouici ſubſtitutus eſt CÆSAR CONRADVS, *vel Chunradus,* REX GERMANIÆ: *qui regnauit circiter 7. annos, & 6. menſes: ac nec ipſe à Papa coronam Imperialem accepit. Hac de re Auent. (qui in illo Ludouico, familiā Regiā Caroli M. defeciſſe in Germania & Boiaria, ait) ſic ſcribit. Franci iure ſuo, & Hatto Mogūtinus Archiflamen, Otho Regulus Saxonum (penes quos ſumma rerum poſt mortē Arnulphi hactenus fuerat) rebus Germaniæ, & Orientali Franciæ, Conradum Haſſum (filium Conradi, quem Albertus Bambergenſis prælio occiderat) nullo gradu contingentem Regū Cæſarumq; domum, imponunt. Ideo Arnulphus (al. Arnoldus: Luitpoldi, ab Vngaris in prælio occiſi, filius, Malus dictus) Boiariæ Rex, Giſalbertus Dux Lotharingiorum: Erenger (Erchinger) & Berchtoldus fratres, ac Burckardus, Sueui: Conradum recipere recuſarunt. Carolum poſthumum, iuſtum hæredem, ex Galliis, & occidentali Francia, accerſendum cenſebant. Et à Lotharingiis Carolus acceptus eſt.*

Conradus I. Occid. Cæſar X.

Sueuiæ Duces, & alij, contra illum.

Apud Luitpr. lib.2. cap.7. hæc ſunt.

Mortuo Ludouico: Conradus, Francorum ex genere oriundus, vir ſtrenuus, bellorumq; exercitio doct⁹, Rex cūctis à populis ordinatur. Sub quo erant potētiſſimi principes, Arnoldus in Boiaria, Burcard⁹ in Sueuia: Euerhard⁹ Comes potētiſſim⁹ in Frācia: Giſelbert⁹, Dux in Lotha-

ringiæ: & Henricus, Saxonum ac Turingorum Dux præpotens. Secundo autem ſuſceptionis Regni huius anno, iſti Principes, præſertim Henricus, rebelles extiterunt. Quos Conradus Rex, tam ſapientiæ vigore, quàm fortitudinis robore, ſuperauit: ſuamq́; ad fidelitatem perduxit. Tantùm Arnoldus, terrore nimio coactus, cum vxore & filiis ad Vngaros fugit: ibiq́; vſque ad mortem Conradi manſit. Hæc, illi.

Imperij Occid. affectatores, Carolinis extinctis. Sed Germani id retinuerunt. Sciendum autem, quòd deficiente virtute & ſemine Carolini generis, Occident. Imperij amatores multi fuerint. Affectauit id Græcus, immiſſis ideo in Italiam etiam Saracenis: Italus affectauit, Berengariis creatis Regibus & Imperatoribus: Gallus affectauit, antea Carolum M. ſibi vendicans, poſtea Hugonem Capetum Regem creans, vt ſuo tempore ſequetur. Contrà, Germani crearunt ſibi Henricum Aucupem: cuius filius Otho I. omnibus præualuit: Imperiumq́; potenter apud Germanos retinuit. Profectus is in Italiam, Berengarium II. cepit, & Bambergam duxit, qui ibidem obiit. Longobardiam, Italiam, Siciliam, Calabriam (quæ ſub Berengariis fuerant) Rom. Imperio reſtituit. Cum Gallis bellum gerens, recepit Burgundiam, Lotharingiam, Brabantiam: quæ ſub Imperio Rom. vſq; ad tempora Caroli IIII. manſerunt. Cæteris tamen poſtea Othonibus, Henricis, Fridericis, & aliis, Cæſaribus atque Imperatoribus, plurimum negotij & periculorum in Italia fuit. Vide Munſt. Coſmograph. lib. 2. cap. 64.

Eodem 912. anno, conceſſit Rex Conradus Curienſi Epiſcopo Dietholfo, in Bodmenio palatio, 7. Calend. Octob. vt dubia & latentia in plebe ſua, Sacramentis rimari poſſet, aliorum Præſulum more.

Cimbrenſes Barones. Hoc tẽpore Adalbertus, Baro in Zimbern (3. Munſt. 326.) vixit: & vxor eius Mutlieb à Calvv. Poſt eum, Georgius: cuius vxor, Agnes, Comitiſſa ab Helffenſtain. Quem ſecutus eſt Cuno 978. vxorem habens Mechtildem, Comitiſſam Tubingenſem. Ab antiquis Italiæ inuaſoribus Cimbris orti exiſtimantur: qui in Nigra ſylua, ex clade Romana reliqui, conſederint: cuius rei teſtimonia ſint loca hæc: HerrenZimbern, VValdZimbern (hodie SpitalsZimbern) MarſchalckenZimbern, HailigenZimbern, RotenZimbern, & Zimbern in foramine. Barones Zimbrenſes, per C. ſcriptos eſſe ſcitur, in Annalibus S. Georgij, Augiæ, & Alpersbachij: vbi illorum ſepulturæ fuerunt. De his, nunc ſatis. Hodie ſunt generoſi Comites. Vide infrà lib. 7. cap. 6.

Anno 913. Vngari, ſuperato amne Anaſſo, traiecturi etiam Oenum, ibi conſident: ſeq́; pro victoribus gerunt: freti ſuperiore felicitate, & præſentibus copiis. Ibi verò à Bauaris & Alemãnis, Arnulpho ſupradicto Duce, vndiq; ſubitò coortis, interclusi, ad vnum ſunt deleti omnes.

Hattonis Archiepiſc. mors. Hoc anno (teſte Bruſch.) Archiepiſcopus Moguntinus, Reichenoienſis Abbas, Hatto, mortuus eſt. Amiciſſimus fuerat is Salomoni III. Epiſcopo Conſtantienſi. Nam ſimile gaudebat ſimili. Ambo, locupletes & callidi: qui ſæpè, cùm vnà eſſent: amicè, & Epiſcopis dignè (ἐπισκοποπρεπῶς) inter ſe certabant: vter alterum poſſet artificioſius decipere. Sanè Hattonis ſpecimen ſuprà, de Alberto Comite, fraude circumuento, egregium habuimus. Addatur etiam alterum. Erat Regi Conrado Henricus Saxo (agnomine Auceps) propter potentiam ſuam, & quòd contra Vngaros benè ſe geſſiſſet, hominibusq́; charus eſſet, ſuſpectus. Itaque Hattoni negotium eſt datum, vt illum per inſidias tolleret.

Catena aurea Hattonis ἄλυτος, fruſtra in Henricũ Aucupem parata. Inuitauit Henricum Hatto ad epulum: vt in eo torquem auream collo illius inÿceret, nulla arte ſolubilem: ſed compreſſione & fame Henrico interitum allaturam. Verũ ab Aurifice præmonitus, hic non acceſſit: ſed Hattoni nuntiari iuſſit: Henricum non habere durius collum, quàm Comes Albertus habuiſſet: ac mox omnia, quæ ille in Saxonia & Turingia habebat, occupauit. Doluit res valde Hattoni, artes ſuas eſſe patefactas: ac

Heresberga, cæſorũ numero nobilitata. paucis pòſt diebus, mærore animi periit. Hinc Rex Conradus, per fratrem ſuum Eberhardum, aperto bello Henricum, 915. petiit: in quo tanta cædes apud op. Heresbergam facta eſt à Saxonibus, vt publicè diceretur: Quis Infernus tot homines capiet? Rex adueniens cum maioribus copiis, Legatos tamen præmiſit: num deditionem Heinricus facere vellet? Tum illis audientibus, Saxo quidam Dietmarus adueniens: Noli, Domine Henrice, timere, inquit. Aderunt propediem tibi triginta Legiones.

Conradus Rex, ficto verbo à perſequendo Henrico Aucupe deterritus. Legati, re infecta reuerſi, dum tantas copias Henrico affore narrant: effecerunt, vt is cum ſuis Francis & Sueuis, poſtridie mox è caſtris domum diſceſſerit. Ita ficto verbo à Dietmaro victi ſunt: qui rigido ferro ab Henrico vinci non potuiſſent. Ex Sigeberto & Nauclero. Funccius hæc ad 918. Chriſti refert.

Conſtantiæ celebratus Dom. natalis à Cæſ. Anno 914. Natalem Chriſti celebrauit (teſte Stumpf. lib. 4. cap. 34.) Conradus Cæſar in oppido Conſtantia, apud Epiſcopum Salomonem. Deinde, ad S. Gallum, eiuſdem Abbatiam, profectus: ibi diem Innocentium egit. Cumque à collegio peteret, ſe in fraternitatem eorum

recipi:

recipi: gratanter ab illis receptus eſt. Tum cuique fratri conuentus, donauit vnam libram argenti.

Facta eſt ſuprà cap. 3. mentio Sueuicorum Ducum, Berchtoldi & Erchingeri, fratrum: quibus non benè conueniebat cum Epiſcopo Salomone: ſicut hiſtoriam copioſè Stumpfius, lib. 4. Heluet. Chronic. cap. 34. & 35. ex Sangallenſi Monacho Eccardo deſcripſit. Nos inde breuiore narratione excerpemus præcipua omnia, cognitu profectò digniſſima.

Berchtoldi & Erchingeri, Ducũ Sueuiæ, hiſtoria, cũ Epiſcopo Salomone conflictantium.

Salomoni bona quædam, quæ Badenam pertinuerant, Imp. Arnulfus conceſſerat. Ob quam cauſam, Epiſcopo inimicati ſunt illi duo fratres. Sed inſidias ac vim eorum, antequam Sangallum irruerent, effugerat, prudens & cautus ille Salomon. Moguntiam ambabus partibus citatis, & re cognita: Duces crimine læſæ Maieſtatis damnati ſunt, & Ingelheimi in cuſtodiam ducti: donec aut in exilium eÿcerentur, aut etiam necarentur. Salomonis tamen, qui non volebat ipſorum mortem, interceſſione, emiſſi ſunt: & cum ipſo reconciliati: in priſtinúmque locum dignitatis reſtituti: arctiſſimè Cæſari, de non offendendo amplius Salomone, obligati. Tum egregiè beneuolentiam erga Epiſcopum ſimularunt. Hæc, antehac acta.

Salomonis facetia erga illos, non benè accepta.

Anno autem 914. (in quo nunc labor noſter verſatur) cùm Rex Conradus ad Conſtantienſem Epiſcopum veniſſet (vt antea dictum eſt) adeſſent etiam Duces Berchtoldus & Erchinger: Salomonis iuſſu venatio facta eſt: & captus vrſus atq; ceruus. Iuſſit Epiſcopus duobus Paſtoribus (viris luculenter barbatis, & forma conſpicuis) eas feras dono afferre prædictis duobus Alemanniæ Ducibus: qui in peculiari menſa, vt potentes & illuſtres viri, ſedebant.

Tum illi, quòd putarent, ſe à nobilibus honorari viris (talium enim habitum & geſtum, Paſtores Epiſcopi iuſſu ſimulabant: quaſi non Epiſcopi nomine, ſed ſuo, donarent) reuerenter ſurgentes, capitibus detectis, gratias egerunt. Delectauit Epiſcopum ludus hic. Verùm intellecto, fuiſſe tantùm Paſtores, nomine Epiſcopi dantes: Duces indignati, munus ei remiſerunt: ſibi haberet, ſatis in ſe illuſum eſſe. Cæſar, re cognita, illos Epiſcopo reconciliauit. At interea manebat contumelia, alta mente apud Duces repoſita.

Alia cauſa offenſionis.

Cùm autem antehac Carolus Craſſus partem Stamhaimÿ in Turgoia, cœnobio Sangallenſi dediſſet: iam Conradus Cæſar reliquam ſuam partem, ad idem Monaſterium contulit: vt Maiorum ſuorum, Sueuiæ Ducum, Rhuthardi & VVernheri (al. VVarini) qui S. Othmarum vexauerant, & ſua peccata, elueret. Hoc etiam diſplicuit Berchtoldo & Erchingero: quia decedebat eis fructus, quem inde percipere ſoliti erant. Sed ex ſuis bonis arcem ædificauerant in eodem pago: vt ſemper illum fructum, permiſſu Imperÿ, percepturi. Eam arcem nolebant dimittere: licet eis Cæſar minaretur, ſi quem ex ea percellerent: arcémque tradere ſuaderet.

Poſtquam Cæſar diſceſſit: Epiſcopus Salomon Præfectum in pago conſtituit: incolasq; in fidem ſuam adegit. At Miniſtri Ducum, his minari malum: niſi in eorum obedientia manerent: eisq; cibaria vi eripere: fruſtrà Epiſcopo querente cum Ducibus. Malo hoc durante ad anni ſpatium: Epiſcopus in via quodam die Ducibus obuiam factus: rurſus apud eos de iniuriis Miniſtrorum conqueſtus eſt. Compeſcite, inquit, veſtros. Cogitate, quanto in periculo fueritis, Imperatore Arnulfo: & quomodo interuentu meo liberati fueritis. Ægrè tulerunt querelas Duces. Tum & ſororis eorum filius, temerarius & audax adoleſcens, Luitfridus nomine, proſiliens: Flagitioſe Monache, inquit: tẽ ne gloriari de iniuria: quam aliquando his meis auunculis feciſti? Quare vos, colendi auunculi mei, hoc fertis? Simul gladium eduxit, Salomonem interfecturus: ſed cohibuerunt eum Duces. Tunc & Miniſtrorum Epiſcopi quidam ſtringens gladium, interfectus eſt.

Luitfridus oleum camino infundit.

Tunc, manus in Epiſcopum iniectæ: captus ipſe eſt, & in cauponam ductus, conſultatúmque, quid ei faciendum eſſet. Luitfridus ſuadebat, oculos ei eruendos, aut dextram præcidendam. Maior verò pars militum, eſſe dimittendum, vt optimum factu. Sed ducibus viſum eſt, in cuſtodia ponendam eſſe: in Diepoldiburgi ſcilicet arce: in qua eſſet vxor Erchingeri, mulier aſtuta, & Epiſcopo inimiciſſima. Ibi eum ita tractatum iri: vt breui vitam hanc eſſet relicturus.

Salomon, ab illis captus.

Notandum hoc loco, Diepoldiburgum, non eſſe Algoiæ oppidum, vt Stumpfius putat: ſed ad Alpeis Sueuicas eſſe, ſupra arcem Teckam, in monte: vbi adhuc, rudera. Olim enim quædã oppida, aut caſtra, in montibus erant: vt, Hohenberg, Fyrſtenberg, Hohenvviela. Sic Meerbotũ, in Rockenburgenſi ſylua, in Burgouienſi Marchionatu: foſſis adhuc ibi apparentibus. Docuit

Diepoldiburgum.

Gotfridus de Rammingen. me hac nobilis & humaniſſimus vir, antiquitatis Sueuicæ perquam peritus, GOTFRIDVS de Rammingen: cuius pater Iacobus, cùm præclarum opus de Sueuiæ rebus, per annos circiter XL. collectis, editurus fuerit: præreptus morte eſt, ætate ſeptuagenarius: cùm 1507. Domini, natus fuiſſet. Sed redeo ad hiſtoriam propoſitam.

Cùm Epiſcopus ex equo ſuo precioſo, in vilem mannulum tranſpoſitus eſſet: illiq́; captiuum ducentes, præterequitarent aliquot Bubulcos: hi Epiſcopum agnoſcentes, genua flexerunt erga eum. Ibi Berchtoldus ſuccenſens, Vos execrati, inquit, quid facitis? Ac continuò mandauit, vt iſtorum paſtorum pedes amputarentur. Quod & factum eſt. *Crudelitas Ducum.*

Bertha Erchingerina honor erga captiuum Epiſcopum. Appropinquante iam Salomone ad portam Diepoldiburgi: cùm hoc Bertha Erchingeri (illa aliàs ſæua mulier) audiret: dixit terrore perculſa ad Miniſtrum nunciantem: Hei hei nobis. Facinus iſtud nos dignitate facultatibusq́; noſtris euertet. Mox tapetibus, aliiſq́; ornamentis, arcem decorauit: obuiam Epiſcopo ad portam flens cucurrit: reuerenter & honorificè excepit: in arcem introduxit, balneum parauit, prolixè Dominum accepit. Nemo mortalium hoc ab eius ingenio expectaſſet.

Fratres dehinc, bellum ex hoc feruido facto ſibi metuentes: confeſtim Hegouiæ arcē Duellum, ſiue Duellium (Tuellam, Hohenvviel) inierunt: commeatus copiam cōtulerunt: munitione neceſſaria inſtruxerunt: cæteris etiam arcibus conuenientem prouiſionem adhibuerunt. *Hohenvviel.* Earum verò nulli ſalutem ſuam credentes: campos & ſyluas petierunt. In his, cum fida ſuorum manu, latebant.

Factum autem eſt, vt tertio die pòſt, quàm captus eſſet Epiſcopus, Sigfridus, Salomonis patruelis, rem reſciſceret. Copiam igitur aliquam colligit: de facinoroſis illis, vbi eſſent, inquirit: ea in loca proficiſcitur. Tandem diei S. Pelagij nocte exploratos, & repertos, matutino tempore dormientes opprimit. *Duces, à Sigfrido capti.* Capiuntur ibi Berchtoldus, Erchinger, & Luitfridus, nequicquam reſiſtentes. *Salomō, à Bertha dimiſſus.* Celeriter fama ad Bertham perlata: ipſa, bono conſilio vſa, Epiſcopum dimittit: ei ſe lacrymabunda adiungit. At etiam abſque hoc, quod accideret, dimiſſura ſequenti fuiſſet nocte: quoniam intellexerat, eum Duellum traductum iri: in quo loco actum de ſalute eius fuiſſet. Epiſcopus, cui ipſa hoc prædixerat, iuſſit eam bono animo eſſe.

Ciuibus autem ex oppido profugientibus: equitatus expeditus accurrit. Hi Epiſcopo & Berthæ appropinquantibus, ſalutem gratulati ſunt: Heil Herro/ Heil liebo. Epiſcopus prouidit, ne oppidū exercitus ingrederetur? ſed tantùm delecti aliquot: ne ciuium, & Dominæ Ducis, bona diriperentur. Quippe conſeruatam volebat, propter fideliſſima eius erga ſe ſtudia. Mulieri etiam facultatem dedit, vnam horam cum marito colloquendi. Complexi ſunt inter ſe tanto cū fletu: vt etiam exercitum, eorum miſereret. Erchingero veniam ſuppliciter oranti, Epiſcopus ſe ait dare, quantum in ſe eſſet. *Cui ipſe gratiā refert.* Mulierem, & opes eius, Sigfrido commiſit: qui ipſam ad cognatos eius tutò deduceret. Perpetuam erga eum gratitudinem, pro beneficio liberationis promiſit.

Inde Salomon Conſtantiam rediens, magna gratulatione excipitur. Duellum interim deditionem facit. Eò miſit ipſe tres captiuos: ibi vſque ad cognitionem cauſæ cuſtodiendos. Rex Conradus tunc in Franconia erat: qui audiens, tranſactionem Sangallenſem non eſſe ſeruatam, moleſtè tulit. Anno autem 915. Moguntiæ habita ſunt comitia: in quibus, proſcriptione & cōfiſcatione facta rerum, ac ſociorum: tres illi Sueuiæ Principes, capitis damnati fuerunt: ſed diu tamen adhuc in carcere detenti. *Ducum trium decollatio.* Tandem verò 917. anno, die S. Agnetis (Ianuarij 25.) apud pagum Adingenam, capitibus mulctati ſunt: nihil deprecatione pro eis Epiſcopi Salomonis proficiente. Hic erat rerum inconſideratè geſtarum exitus. Optandum tamen eſſet, illam ludificandi conſuetudinem, ab Epiſcopo abfuiſſe.

Bodmenæ arcis deſtructio. Cæterùm ſequenti 918. anno, Cæſar Conradus deſtruxit Bodmenam, quanquam Regium Palatium: quòd id odio eſſet Sangallenſibus: cùm in eo quondam captiuus fuiſſet S. Othmarus: & recens tanta inde offenſio extitiſſet, inter Duces & Epiſcopum ſupradictos. Abbas autem Salomon, idemq́; Epiſcopus, caſu tanto Ducum dolens, fortunæ commutationem timens, Romam profectus eſt: & clementer à Papa exceptus, ſecum inde Conſtantiam reliquias S. Pelagij attulit.

De his Ducibus aliquid, velut inſomnio tenuiter viſis, ſcribens, & alia addens, Auentinus, Hiſce diebus, inquit, Angerion & Berchtoldus fratres, Sueuiam aduerſus Conradum Regem occupant: partium eius Epiſcopos oppugnant. Ænardus igitur (al. Bernhardus, aut Gebhardus) Nemetum (Spirenſium) Pontifex, excæcatur: Solomon, Conſtantiæ primarius Sacerdos, in vincula conijcitur: Otbertus Argentoratenſis, ferro necatur. Inter hæc Vgri, Sclauos, Saxoniam, Turogos, Franciam vſq; Fuldam, peruaſtant. Inde per Sueuiam delati, Rhenum tranſcūt:

Lotharin-

Lotharingiam & Alſatiam depopulantur: Baſileam euertunt. Conradum pacem pecunia redimere annuo tributo ſtipendioq; adigunt. Italiam etiam petunt per Longobardiam, Berengario contra aduerſarios ſinente. Tandem cum ingenti præda domum reuertuntur.

Scribitur ab eodem Auentino, anno 916. 12. Calend. Octob. Concilium Sacerdotum frequens apud Althaim, pagum Rhætiæ, coactum eſſe ab Ortonenſi Epiſcopo. Ibi Decreta quædam facta fuiſſe. Quiſquis Regi fidem non ſeruarit: aut eidem rebellare conatus fuerit: diris deuotus eſto. Erchingerus quandoquidem cum ſociis vitæ Regis, Domini ſui, & Chriſti Dei, inſidiatus eſt: à claſſibus Reipubl. armorúmque exors eſto: in Monaſterio captus, perpetuò arctioris Religionis diſciplina ſcelus expiato. Item: Erchingerus, Berchtoldus, Burckhardus, Arnulphus, quòd noſtro Decreto non ſteterunt: nec dicto audientes fuerunt: in numero impiorum atque ſceleratorum habentor: nemo non, eorum aditum atq; ſermonem defugito: ne quid ex contagione incommodi accipiatur. Althaimi Concilium Sacerdotum.

Additur tandem. Poſthac Conradus Boiariam in tutelam tradit Eberhardo fratri ſuo: & contra Erchingerum & Berchtoldum proficiſcitur: redactosq; in poteſtatem, Aldingæ ſecuri percuti iubet. Factum hoc, 917. anno Chriſti. Aldinga.

Anno 915. Saraceni, cùm præcedente tempore, è Gariliano (monte, oppido, & fluuio Liris dicto) vicina Romæ loca grauiter afflixiſſent: conſiliis & viribus Papæ, & Græci Imp. Conſtantini (cuius prouinciæ Apulia & Calabria, etiam ab illis incurſabantur) atq; Italicorum procerum, expulſi & deleti ſunt. Saraceni, Italia expulſi.

Vngaros, cùm Turingiam & Saxoniam vaſtando, Fuldam vſque perueniſſent, Sueui & Bauari perculerunt.

SVEVIÆ DVCATVS EXCITATI PRIMVS DVX, BVRcardus I. Ducum Sueuiæ temporum ſequentium Catalogus. Rudolfus, Abbas Hirſaugiæ. Conſtantienſis Epiſcopus Notingus. Generoſorum Comitum, Vlrici & VVendelgardis, hiſtoria. Oppidum Buchorna. CÆSAR VNDECIMVS OCCIDENT. HENRICVS I. Auceps, Saxo. Roſuitha, Saxonica virgo. Burcardus Sueuus, Cæſari Henrico ſubiectus.

CAPVT VIII.

ANno 916. cùm Berchtoldus & Erchinger captiui tenerentur (vt præcedente capite dictum eſt) Ducatus Sueuiæ vel Alemaniæ, qui ſub Clodoueanis & Carolinis Regibus magis preſſus fuerat, attolli liberius cœptus eſt. Rex enim Conradus: Francia Orientali & Alemannia, Zurichgouia & Comitatu Badenſi, Imperio adiunctis: PRIMVM *Alemanniæ Ducem (ſibi vicarium) fecit, nobilem Sueuum Burcardum: natum ex generoſis ad Podamicum lacum comitibus Buchornenſibus. Huic omnia bona Berchtoldi, atque Erchingeri (exceptis vxoris Berthæ bonis) & Luitfridi, quæ fiſco addicta fuerant, conceſſit. Per eum poſtea Cæſar (anno circ. 920.) expulit Burgundiæ Regem Rudolfum ex Heluetica Alemannia, ad Vitodurum ſiue VVinterthuram ſuperatum, trans Ruſſam fluuium fugans: cuius rei mentio ſuprà cap. 4. iniecta eſt. Inſecuto tamen tempore, cùm ſe minus gratioſum apud Cæſarem Henricum videret: generum ſibi fecit Regem Rudolfum. Sic alicubi reperi. Item, quòd poſt victum Rudolfum, Tigurino Dominarum cœnobio, reſtituerit omnes eius prouentus, cenſus, libertates. 6. Stumpf. 15. De hoc præterea Burcardo inuenio, comitem fuiſſe Veringæ & Helffenſtaini, Marchionem limitis orientalis in Auſtria, inſignem bellatorem. Ante Ducatum etiam Sueuiæ, poſſediſſe Engadiam, Rhætiam Curienſem, Algoiam, Hegoiam, vallem Danubianam, cum Lauchetana, & Sueuicis Alpibus. Ei ſucceſſiſſe intelligo in Curienſi ditione nepotem, Vlricum Comitem: ex Thietberga, Lotharij Imp. pronepte, Hugobaldo nupta, genitum: cui ſucceſſerit Berchtoldus, ſanguine iunctus VValdoni, Curienſi Epiſcopo, anno circiter 921. Miror, ſi is Vlricus ſucceſſit: qui poſtea factus eſt Epiſcopus Auguſtæ, cùm ibi Canonicus fuiſſet. Ergo non diu Curienſem ditionem tenere voluerit: ſed politicæ gubernationi, breui renuntiauerit. Fertur etiam hic Burcardus, tyrannicè ſe geſſiſſe. 4. Stumpf. 35. VValdo autem (cuius modò mentio facta) Curiæ Epiſcopatum accepit 914. cui Conradus Rex (Bruſchio teſte) Diſertinenſe Rhætiæ Monaſterium dedit: & Henricus Auceps 921. priuilegia, VVormaciæ: Othoq; Magnus 940. Pludentum, Druſianæ vallis oppidulum. Obiit 948.* Burcardus, Alemanniæ Dux I. Buchorna. Rudolfus, Burgundiæ R. Burcardi potentia. Pludentum.

CATALOGVS DVCVM Sueuiæ ſecuturorum.

Sueuiæ Ducũ Catalogus.

1. *Burcardus* I. *modò dictus (ante quem, vt videtur, alius Burcardus fuit) An. Chriſti* 916.
2. *Hermannus* I. *Landgrauius Franconiæ & Haſſiæ. Factus* 927.
3. *Luithulfus, Saxoniæ Dux, Othonis Cæſaris F.* 948.
4. *Burcardus* II. *primi Burcardi F.* 957.
5. *Otho* I. *Luithulfi, Ducis Alemanniæ F.* 973.
6. *Conradus, anno* 982.
7. *Hermannus* II. *anno* 997.
8. *Hermannus* III. *præcedentis F.* 1004.
9. *Erneſtus Auſtrius,* 1012.
10. *Erneſtus* II. *prioris F.* 1015.
11. *Hermannus* IIII. *frater præcedentis.*
12. *Henricus, Cæſ. Conradi* II. *frater, anno* 1039.
13. *Otho* II. *de VVitliſpach,* 1045.
14. *Otho* III. *Marchio Schvvinfurtenſis,* 1048.

Secutus eſt Rudolfus, Comes Rheinfeldenſis, 1057.

Poſtea, Sueuus Fridericus, Baro de Hohenſtauffen, dictus Antiquus, anno 1081. *ex quo deinde, Barbaroſſa Fridericus, & Sueuica Imperatoria familia.*

Inſignia Sueuici Ducatus. *Inſignia Ducatus Sueuiæ, clypeus ruber erat: in quo, tres fului leones, alius ſupra alium: anterioribus pedibus, & caudis poſt terga, erectis, animosè dextrorſum ſalientes: faciebus latis, aſpicientem intuentibus, atq; oribus clauſis.*

Inſignia Comitatus Veringenſis. *Inſignia Comitatus Veringenſis & Nellenburgenſis, clypeus flauus, vel auratus: in quo, tria nigra (al. cærulea) cornua, aliud ſupra aliud: quorum radix ad dextram; cuſpis verò, ad ſiniſtram conuerſa. Singula quaternis cum ramulis ſurſum porrectis. Apud Felicem Malleolum, Dialogo de nobilit. & ruſticitate, cap.* 29. *eſt hoc Diſtichon:*

Veringen giluo ceruitria cornua nigra
Prætendit: nec in hoc tibi ſit mens credere pigra.

Vngarica vaſtatio. *Anno* 917. *Vngari Alemanniam & Alſatiam, nouis copiis adductis, vſq; ad fines Lotharingiæ populati ſunt, prædando & vrendo.*

Anno 918. *Lotharingiam Vngari vaſtarunt.*

Rudolf. Hirſaugiæ Abbas. *Rudolfus factus eſt* V. *Hirſaugiæ Abbas: Monachus iam ætate prouectus: pius, ſed nimiũ liberalis, imò verè prodigus: conuiuiis & poculis delectatus. Vnde fratres, poſt biẽnium loco ſummouere conabantur hominem: ſed, cùm is niteretur multorum amicitiis, fruſtrà laborarunt. Ergo patientia malum leniuère. Sed inde diſciplina iuniorum tepuit. Tritenhem.*

Notingus, Epiſcopus Conſtantienſis. *Anno* 919. *in Conſtantienſi Epiſcopatu Salomoni* III. *ſucceſſit Notingus (quem Bruſchius Veringenſibus Comitibus propinquitate coniunctum exiſtimat) è Sangallenſi Monaſterio euocatus. Vir eximiè doctus: qui ſoluta & ligata oratione, plurima ſcripſit: omneſq; Euangeliſtas commentariis illuſtrauit. Multarum etiam cantionum, quarum vſus in Conſtantienſi Eccleſia propagatus eſt, auctor. Fuit Pædagogus ſucceſſoris ſui, S. Conradi. Obiit* 935. *ac ſepultus eſt in ſumma Baſilica Conſtantienſi: præſente propinquo ſuo S. Vlrico, Epiſcopo Auguſtano: qui, in dicto vniuerſæ ciuitati triduano ieiunio, preces ad Deum fieri iuſſit: vt is rurſum talem daret Epiſcopum, qualis Notingus fuiſſet.*

Vlricus, Lintzegoia & Buchorne Comes. *VVendelgardis vxor.* *Eodem anno Comes Vlricus (ex genere Caroli M. ortus, in Lintzgoia Dominus, Buchornæ degere ſolitus) ex Vngaria reuerſus, charam ſuam vxorem VVendelgardin recepit. Res, ſic geſta eſt. Captus is fuerat ſuperioribus annis in Nortgæa ab Vngaris, Germaniæ populatoribus: & in Vngariam abductus. Vxor VVendelgardis, quòd ille credebatur ab hoſtibus occiſus, Sangallum ſe contulit, permiſſu Epiſcopi Salomonis: ibique ſe vita religioſa incluſit in cella Sanct. virginis VVibradæ: relicto, qui multis annis ante captiuitatem Comitis Vlrici natus fuerat, filio*

S. VVibrada. *Adelhardo: idque* 916. *anno: quo etiam illa VVibrada (al. VVipradà) minuto clauſtro, iuxta S. Magni fanum ſito, incluſa fuerat. Ibi VVendelgardis, Deo religioſè precibus & ieiunio ſeruiens: ſingulis annis memoriæ & honori viri ſui (quem mortuum eſſe, omnino credebat) Buchornæ parentabat. Cumque hac de cauſa, anno* 919. *Epiſcopo permittente, eodem rediſſet: ac permulti pauperes, eleemoſynæ accipiendæ cauſa adeſſent: caternatimque ad Dominæ faciem accurrerent: quidam inter eos, non ſolùm accepit ſtipem ab illa: ſed manum etiam dantis arctius preſſit: & inuitã amplexus Dominam, oſculatuſq; eſt. Ibi quibuſdã, quib. res indigna videbatur,*

percutiendi

percutiendi cauſa accurrentibus: parcite, mēdicus inquit. Satis verberum & miſeriarum in captiuitate pertuli. Sum veſter Comes Vlricus: ſingulari miſericordia Dei, ex gente immiti vobis reſtitutus. Mox itaq; agnitus: ſumma vxoris, cæterorumq; omnium gratulatione, ſalutatus & exceptus eſt: Deoq; gratiæ, quantæ poterant, maximæ actæ. VVendelgardis, ab Epiſcopo de voto, quo ſe ad ſolitariam vitam obligauerat, abſoluta: velo Monaſtico poſito, ad coniugem chariſſimum rediit: qui bona quadam cum decumis (Hoechſteini, in valle Rhenenſi) ad Sangallenſe cœnobium, gratitudinis ergò contulit. Chara autem VVendelgardis, ex dulciſſimo marito prægnās facta, ſequenti anno in partu obiit. Infans ex vtero defunctæ matris exectus, Burckardus nominatus eſt, & S. Gallo dedicatus: ibiq; ita educatus, vt poſtea 959. anno, Abbatiæ Sangallenſi præpoſitus fuerit. Qua de re, lib. 10. cap. vlt. partis 1. ſcripſimus. Præfuit ei muneri laudabiliter A. 13. eoq; reſignato, adhuc diu poſtea vixit. Bruſch. & Stumpf. Ἀναγνώρισις inter coniuges. Hoechſtein. Burckardi ex illis natiuitas.

Genvs VVendelgardis.

Erat hæc Heroina, Comitiſſa de Eberſtein: neptis Henrici Aucupis (poſtea Imperatoris) ex filia Hedovvige: quæ Burcardo, Sueuiæ Duci ſupradicto, nupta erat. Sic, Bruſch. Sed Stumpf. lib. 4. cap. 35. filiam Henrici facit. Virum habuit (vt dictum eſt) Lincegoium & Buchornium Comitem: qui in Nortgoia prædia habuit: quorum defendendorum cauſa occurrens, ab Vngaris captiuus abductus eſt. Eberſtainia ſtirps. Lincegoia.

Ex hoc coniugio nati ſunt duo filij.

1. Adelbardus: qui Sangallenſi Monaſterio donauit Helueticum oppidum Altſtettam.
2. Burcardus, vir ingenioſus & honeſtus, in pauperes beneficus, Abbas Sangalli, vt diximus.

Adelbardo natus eſt filius Richerus, Comes Lincegouiæ & Buchornæ.

Richeri filius, Otho: qui fundauit Cellam Pantaleonis: vxorem habens Bertham, ſororem ſenioris Bauarorum Ducis Guelphonis. Obijt 1101. ſepultus cum vxore in Cella iam dicta. Vide lib. ſequenti cap. 7. Cella Pantaleonis.

Noſtro tempore Buchorna (teſte Munſtero) Imperiale oppidum eſt, ſed paruum: attamen opulentum, ſub ſe villas aliquot, & alia, habens. Cui fortè nomen eſt à fagina ſylua, olim adusq; lacum protenta. Fagus enim Germanis, Buchen dicitur. Peruenit olim, prioribus comitibus deficientibus, poſtea ad Alttorffenſes & Rauenſpurgenſes Comites: quibus & ipſis extinctis, hoc oppidum corpori ſe Imperij adiunxit, omni alio dominio liberum. Buchorna.

Eodem 919. anno, Conradus Rex ægrotans, deſperata ſalute: conuocatis proceribus Francorum, Henricum Saxonem (Imp. Arnulfi nepotem ex filia Luitgarda) quem antea clàm palamque oppugnauerat, Regem ſibi ſuccedentem deſignat: vt ſapientia & fortitudine ſua Imperium tueri valentem. Itaq; per fratrem ſuum Eberhardum, veniam ab illo offenſarum petit: eiq; Regalia (ſceptrum, diadema, enſem) tranſmittit. Ipſo igitur circa Calend. Iulij defuncto: & in ciuitate ſua VVilinaburgo (vt eſt in vetuſto M. Scr. membraneo codice) ſepulto cum lacrymis omnium Francorum: ſucceſſit XI. Germaniæ Rex, HENRICVS I. cognomento AVCEPS: qui regnauit A. 17. Noluit accipere inaugurationem à Pontifice M. ſed contentus Regia ſua dignitate fuit: ſicut & deceſſores eius, Conradus ac Ludouicus, quibus nihil rei in Italia fuerat. Filius fuit Ducis Othonis, & ſorore vltimi Cæſaris ex gente Carolinorum. Dictus eſt Auceps: quòd cùm à Principibus ad Imperium quæreretur, inuentus fuit apud liberos ſuos, auibus capiendis operam dans: ſicut & aliàs eius rei ſtudioſus erat. Vxorem habuit Mathildam, ſeu Mechtildam: ex qua ſuſcepit filios, Oddonem, Henricum, Brunonem, poſtea Epiſcopum Coloniæ: teſte illuſtriſſima virgine Saxonica: quæ fuit Monacha Cœnobij Gandershaimenſis docta: viuens tempore Othonis II. Cæſaris: cuius iuſſu res geſtas Oddonum, carmine Latino deſcripſit: cui nomen erat Hroſuitha, vel Roſuida. Henricus Auceps, Germaniæ Rex XI. Robuida virgo.

Versvs eius de Henrico Aucupe.

Poſtquam Rex Regum, qui ſolus regnat in æuum:
per ſe cunctorum tranſmutans tempora Regum:
iuſſit Francorum transferri nobile Regnum,
ad claram gentem Saxonum: nomen habentem
à ſaxo, per duritiem mentis b[illegible] firmam:

Virgo docta, Robuida.

filius Oddonis, Magni Ducis, & venerandi,
ſcilicet Henricus, ſuſcepit Regia prima,
iuſto pro populo moderamine ſceptra gerendo.

Henrici Regis modeſtia. *Tigurum, ſub Germanico imperio.* *Berengarij Regnum.*

Ita Henricus, factus eſt potens Rex Saxoniæ, Franconiæ, Alemanniæ, Boiariæ, & reliquæ Germaniæ. Quem inuenimus in M.Scr. quodam libro, nunquam ſibi coronam impoſuiſſe: ſed aureo ſemper baculo eam portari iuſſiſſe. Iam Tigurum, poſt Carolinorum dominationem extinctam, cum adiunctis Alemannicis partibus, Germanico Imperio ceſſerat: habens Præfectos ad annos C C C. *quorum primus, Sueuus Burcardus. In Gallia, Rex adhuc erat Carolus Simplex: in Burgundia, Rudolphus* II. *in Italia, Berengarius: quem alij, ſecundum faciunt: ſed ex Sigonio intelligitur: anno 916. & inde, adhuc fuiſſe primum Berengarium: quippe hunc eo anno ſcripſiſſe, eum annum eſſe Regni ſui viceſimum nonum, Imperij verò primum: quod ſcil. 915. anno, Imperator à Papa creatus fuiſſet.*

Burcardus Dux Cæſari cedit.

Anno Regni ſui primo Henricus Rex (vt in Chronico M.S. inueni) bello petiit Burcardum, Alemanniæ Ducem. Sed hic, quamuis bellator egregius: tamen prudentiam Henrici timẽs: tradidit ſe illi cum vniuerſis vrbibus & populo ſuo.

BERENGARIO ADVERSARII, ITALIÆ PRINCIPES, ET Burgundus Rudolfus. Affinitas inter Cæſ. Henricum, & Bauarum Arnulfum. Geſta inter Reges, Henricum Rom. & Carolum Gallorum. Lotharingia & Belgium, Germaniæ adiecta. Burcardus Dux, Abbatibus infeſtus. Vngarorum clades ad Martisburgum Saxonicum. Patriciorum in ciuitatibus origo. Comites Lupfenſes. ORIENT. IMPP. cum Conſtantino Porphyrogenneto, ROMANVS Lacapenus, & filius CHRISTOPHORVS.

CAPVT IX.

Berengario hoſtes.

ANno 920. contra Imp. Berengarium in Italia conſpirarunt aliquot Principes, Adelbertus, Eporædiæ Marchio (qui illius gener fuerat) & Oldericus, Palatij Comes (ex Sueuis ortum ducens, 2. Luitpr. 15.) ac Gilebertus Comes, alijq; plures: conantes Berengario Regem Burgundiæ Rudolfum obducere. Berengarius verò, ſequenti anno Hungaros in eos, in Monte Brixiæ hac de re conſultantes, immiſit: qui Oldericum occiderunt, cæteros ceperunt. Sigon. & Luitpr.

Siginga.

Fuit Regni ſui anno 2. Henricus in pago Hegouiæ Siginga.

Arnulfus malus.

Anno 921. Arnulfus malus, vel Arnoldus (qui ſuperiori tempore, metu Conradi Regis in Vngariam confugerat) iam in Bauariam reuerſus, ſe Henrico quoq; Regi oppoſuerat. Sed prudenti huius oratione (potius, quàm armis) per Deum Reges regnare, ſedatus, ceſſit: & filiam ſuã Iuditham, filio Regis Henrico dedit: at viciſſim filiam Regis Gerbirgam, ſuo filio Arnulfo accepit.

Berengarius, pulſus.

In Italia, pulſo Veronam Berengario, Rudolfus Rex eſt Papiæ acclamatus, ac coronatus.

Anno 922. Carolus Simplex, Rex Galliæ, Franciã Orientalem Germaniasq; quaſi iuſtus hæres, repetit: atq; cum exercitu Mogũtiam procedit: & in agro Vangionum, caſtra facit: ſed ab Hainrici Cæſaris copiis, in fugam vertitur.

Germanici regni incremẽta, Gallici imminutione. *Galliæ & Germaniæ deinceps, & adhuc, diſtractio.* *Franciſci I. Gal. Regis conatus.*

Poſtea, hoc ſecutum (teſte Peutingero) quòd Henricus ſuaſu generi ſui Gisberti, Belgici Ducis, cum Francis Orientalibus, à Carolo, Occidentalis Franciæ Rege, deſciuit: eoq; aſſentiente, Belgicam Galliam quaſi vniuerſam, cum Palatio Aquiſgrani (Burgundiæ Regno excepto) omnem ſcil. Auſtraſiam (quæ Franconibus, Germanis Regibus Occident. Frãciæ, hactenus paruerat) Imperio Germaniæ adiecit: & in ſignum perpetui fœderis, D. Dionyſij Areopagitæ manum dono accepit. Ideo hactenus Lotharingia, & prouincia Belgicæ, ſub Imperio Rom. fuerunt. Carolus Germaniis (inquit Auent.) tota Orientali Francia, excidit. Neq; poſthac, ad noſtrum vſq; ſeculum, ſub vnius ditionem coiere Galliæ atq; Germaniæ (vt confieret ὁ πάλαι γαλατία) Regna: etſi Galliarum Rex Franciſcus, 1519. competitor Carolo V. *id ſummopere tentauit, ſed fruſtrà.*

Magno prælio, Berengarius in Italia à Rudolfo victus.

Burcardus, Eccleſiaſticorum aduerſarius.

In Sueuia, Burcardus Alemanniæ Dux, ſicut Diuitaugienſem Abbatem Heribertum (al. Heribrechtum) ita etiam Præpoſitum Luithardum (al. Linthardum) cum conuentu fratrum expulit ex Richenaugia: quòd Cæſari Henrico ſtuderent. Ideo nec Sangallenſi Abbati Engelberto (al. Engelbrechto) fauebat: ſed ab eo pecuniam in ſtipendia militum poſcebat. 4. Stumpf. 36.

Vngari

Vngari, partem Italiæ, Alſatiam, Sueuiam, Saxoniam, & alia loca, vaſtabant. Verùm inſigni victoria ad Mersburgum Saxoniæ, ab Heinrico Caeſ. victi ſunt: captis plerisq; Proceribus eorum. Quos, qui reliqui erant, vt redimerent: incolumesq; domum dimitterentur: inducias nouem annorum pacti ſunt: id quod Funccius ad 924. annum refert. Clamor eorũ in prælij aggreſſione erat, Hui Hui: Cæſarei verò exercitus, Kyrie eleiſon. Solebat Heinricus fures & Latrones, qui comprehenſi eſſent, ſi viribus pollerent, non occidere: ſed iis contra Vngaros militibus vti. Præſentem autem victoriam (tam laude, quam memoria, dignam) ipſe Meresburgi (teſte Luitprando) in ſuperiori cœnaculo domus, per ζωγραφίαν, id eſt, picturam, notandam curauit. Quibus temporibus, cauſa etiam mœnia circum ciuitates ædificandi nata eſt: in quas tutum ab Vngaris perfugium eſſet. Tunc quoque Henricus, ad militiam præparauit ſubditos: armans eos, & ad pugnandi ſcientiam exercens. Conſtituit, vt octoni in agris, nonum quenque ſuſtentarent exeuntem in expeditionem: in ciuitatibus verò, quaterni quintum queng; alerent. 3. Sax. Crãtz. 7. Tunc nobilitati fuerunt non pauci, patriciiue in ciuitatibus facti, datis in familiam eorum Inſignibus: quorum virtus in bellis enituerat.

Vngarorũ clades ad Merſburgum.

Hui Hui. Kyrie eleiſon.

Henricus Cæſar, ſciẽtiæ militaris præceptor.

Patriciorum origo.

LVPFENSES Comites, tum olim (vt A. Chriſti 796.) fuerunt: tum hoc 920. anno (vt Comes VVilhelmus) quorum farraginem huc referam: ne poſtea fortaſſis obliuiſcar. Miſit ad me Notarius Matthias VVelperus, generoſi D. Conradi Bappenheimij, &c. in oppido Engen miniſter: ſibi à Parocho eius loci perdocto, VVolfgango Kellero, datos.

Comites Lupfenſes.

VVilhelmus, vixit 920.
Georg. 931.
Henricus, Abbas Einſidelenſis, 1074.
Rudolfus ibid. 1101.
Georgius ibid. 1122. & Rudolf. 1123.
Ioan. 1288. Prior Rhodiorum (nunc Melitenſium) equitum.
VVilhelm. 1311.
Henricus, 1314. Præpoſitus Sangallenſis.
VVolfius, 1374.
Ioan. 1392. Vxores, 1. Rappolſtainia, 2. Rotenburgia.
VVilhelm. 1403.
Henric. obiit 1521. cuius vxor fuit Helena, Baroniſſa Rappolſtainia. Inde multi filij.
Henricus Iunior, obiit in Hiſpania 1524. filius præcedentis.
Ioan. primò Cuſtos, deinde Epiſcopus Conſtantienſ. 1532. Reſignauit 1537. Octob. 31. & obiit Eugeni im Hof 1551. Maij 8. annorum 54.

Sequuntur Lupfenſes Comites, quorum tempora non addita erant. Ideo ſeorſim poſui.

Sigiſmundus Comes.
Eberhardus, vxor eius Adelhaidis, Baroniſſa Cimbrenſis.
Eberh. cuius vxor, quædam de VVolfach.
Eberh. vxor eius, Eliſabeta de Fronburg.
Eberh. cuius vxor, Eliſabeta de Bethburg.
Vlricus, Argentinen. Canonicus.
Hugo, vxor eius, nata de Fronburg.
Henric. Argentinen. Decanus.
Eberh. cuius vxor, quædam de Noſſneckh.
Eberh. vxor eius, Baroniſſa de Regenſpurg. Fundauit ille Cœnobium fœminarum Offenhuſanum: de quo, in ſequentibus multa.
Eberh. cuius vxor, quædam de Hohenberg.
Eberhardi duo: quorum alteri frater, Henricus.
Henricus, Præpoſitus diuitis Augiæ.
Ioannes duo, fratres.
Ioannes alius.
Sigiſmund. cui vxor, quædam de Kirchberg.

Hh 3

Sigiſm. qui vxorem habuit Clementiam Monteſortenſem, fratres illius, octo.
VVolf Eberhart. vxor, ex Gallia.
Georg. cuius vxor, Schenkina Erbacenſis.
VVilh. vxor eius, Pfirtenſis.
Georg. Iunior. vxor, Erbacenſis.
Sigiſm. Obiit in Picardis.
Chriſtoph. cuius vxor, quadam de Niderthor.
Bernhardus Comes. Zaſolphus Comes.
Hos proximè enumeratos nouem, genuit ſupradictus Henricus, qui 1521. obiit, Helenæ Rappoltſtainiæ vir.
Iacobus, VVolf Eberharti F. Chriſtophorus, Georgij F.
Egolf Eberhardus. Rudolf Eberhardus.
Ioachimus, vx. Anna Magdal. Hohengerolt Zeccenſis.
Itel Fridericus, vx. Margareta de Sultz.
Henricus, vltimus, obiit 1582. Vide ibi. Item 1488. in Dodec. 3.

Romanus Lacapenus Oriét. Imp. XXXVI. Βασιλεοπάτωρ.

In Oriente, ROMANVS LACAPENVS, *& F. Chriſtophorus, facti ſunt* XXXVI. IMPP. *viuente adhuc Imp. Conſtantino: cui cùm Lacapenus Helenam F. deſpondiſſet: ipſe dictus eſt* Βασιλεοπάτωρ, *Imperatoris Conſtantini pater.*

ITERVM DE VVIRTEMBERGENSIBVS DOMINIS: EOrum ſcil. ortu, nomine, ſedibus, & propagatione. Dominatus quondam varij in VVirtembergia.

CAPVT X.

Emicho Beutelſpachenſis. Grœninga comitatus.

ANno 920. *& antè, at pòſt, viuebat Emicho, Baro (vt in M.Scr. vidi, penes quæ ſit fides) Beutelſpachenſis, in VVirtembergia: qui ſequenti tempore comitatui Gryningenſi dicitur præfuiſſe: Henrico Aucupe opera eius ſtrenua, ſub ſignis Sueuici Ducis, contra Vngaros vſo. Præfuit agro Grœningenſi, vt Præfectus aliquis. Fuerunt enim Comites & Barones olim Præfecti, non hæredes locorum: quibus tamen poſtea Præfectura à ſequentibus Imperatoribus in beneficia, ſeu feuda, collatæ ſunt. Nondum tunc aliquis Beutelſpachenſium & Gryningenſium, erat VVirtembergenſis Comes. De Emichone, ſuprà etiam lib. 1. cap. 2.*

VVirtembergenſes Proceres vnde.

Quod ad originem & nomen VVirtembergenſium Procerum attinet: nihil certi reperimus. Namque eos ex Italia ortos, aut Gallia, in hanc regionem veniſſe, fortè minus veriſimile videatur: ſed potius antiquam eſſe Sueuorum, aut Germanorum certè, propaginem: & inde in exteras terras profectos eſſe. Itaque Emicho, propè primus cenſeri poteſt: de quo aliquid certius credatur. Ante ſexcentos enim annos, non admodum nominibus Ducum & Comitum, cognomina familiarum addita reperiuntur: cùm priſcis hominibus ea res non multùm curæ fuerint. Pauciſſimi igitur ſeriem generis ſui, vltra IↃ CC. *annos docere queant. Contenti proinde ſimus, vtrumque nouiſſe: VVirtembergenſes initio fuiſſe Beutelſpachenſes Barones: & eorum ſedem, Beutelſpachum. Sed Emicho etiam Gryningenſem Comitatum rexit. Itaque diſtinguendum eſt inter proceres Beutelſpachenſes, & Gryningenſes, & VVirtembergenſes: etſi ab vno Beutelſpachenſi ortu eſſe putantur.*

Ducum & Comitum cognomina familiarum.

Beutelſpachi Baronatus.

Habitationes aut ſedes eorum, aliis atque aliis inſecutis temporibus, diuerſæ fuêre.

Beutelſpachum.
Gryninga.
VVirtemberga.
Vracum.
Stutgardia: non multum vltra 300. annos.

De Landauo non ſatis conſtare, ait D. Gabelcouerus. Addo, ſi quando diuiſa fuerit ditio in plures fratres: maximum natu retinuiſſe præcipuam partem illius, & nomē ab ea: vt (exempli gratia) VVirtembergam arcem: & inde dictum fuiſſe VVirtembergenſem Comitem. Cæteros itidem nomina habuiſſe à locis, quæ poſſederint: vt, Gryningenſem, à Gryninga: Beutelſpachenſem, à Beutelſpacho. Fuêre tamen poſterius etiam Landauenſes Comites: qui ex VVirtembergenſi genere deſcenderunt: vt ſuo tempore videbitur.

PLVRA

PLVRA DE ORTV ILLORVM.

Eſt quorundam opinio: VVaiblingæ (oppido hodie VVirtembergico) habitaſſe genus quoddam illuſtre, à Clodoueo Magno Franc. R. ortum: ex quo Barones Beutelſpachenſes, & Stauffenſes, aliíq́, deriuati ſint. Hinc etiam VVirtembergenſibus Dominis, plerunq́ nomina eſſe, Ludouicum & Huldricum: tanquam ex nomine Clodouei & Hilderici orta: ſicut poſtea appellationem, tanquam venatorum Imperij Romani, Eberhardi, à venatione aprorum. Alijs ſic videtur (re eodem redeunte) VVirtembergenſes Principes, genus ducere ex Comitum antiquorum Leoſtainenſium familia: Leoſtainenſes, ex ſtirpe Caluenſium: Caluenſes, ex priſcis VVaiblingenſibus: VVaiblingenſes, origine Francos eſſe. Hos autem ab Oceano Germanico, vbi Friſii Cauchi've erãt: ad Salam, Mænum, & Rhenum, conceſsiſſe: ac poſtea tempore Clodij Criniti, Francici circ. 432. Regis, Galliæ ſe contra Romanos infudiſſe. Deinde verò, victis anno 499. à Clodoueo Alemannis (ſicut 8. lib. cap. 9. part. 1. dictum eſt) ad Nicrum ſe quoſdam ex illis contuliſſe. Itaq́ à ſua peregrinatione ad montem, in quo eſt arx VVirtemberga, nomen accepiſſe: quaſi is mons, Hoſpitij mons dicatur. Hoſpes, Wirth: *Mons,* Berg. *Vel potius, à Clodouei vxore Chlothilde (Groſhuld) vt ſit quaſi vxoris Clothildis mons: tanquam ea ibi verſata. Vxor autem, apud veteres,* Ehwirtin / *vel* Wirtin / *dicebatur.*

Beutelſpachenſium Baronum origo. Stauffenſium item.
VVirtembergenſium dominorum origo.
VVirtemberga arx.

Ricardus verò Bartholinus Peruſius, Vlricum Ducem, Auſtriad. lib. 6. à Deciis Romanis deriuat, Poëtice dicens:

Æneadum Decius Dux ſanguine cretus auorum. *Decius, pro Teccius, id eſt, VVirtembergenſis. Sed mihi non ignota eſt Pictorum atque Poetarum poteſtas.*

Hæc ita, iſti. Quibus ſuum iudicium permittamus. Poſſunt nobis VVirtembergenſes, homines αὐτόχθονες *eſſe, indigenæ Germani. Sentiamus etiã, nos ignorare originem vocabuli VVirtemberg: donec aliquis, ex antiquitate certi quid afferat. Nam Viridoburgenſes quoq́ ab Auentino appellantur: tanquam, vt opinor, à Burgi, ſiue Caſtelli, amœno in loca viridia proſpectu & circumſpectu. Beato vero Rhenano, VVirtembergicus ager, à Sueuis Virtungis, olim eò immigrãtibus, denominatus exiſtimatur. Quaſi regio montoſa, Virtungorum montes dicta ſit, vt videtur: ſicut fortè à Tubantibus Sueuis, Tubingenſis Palatinatus, Lazio indice. Tanta eſt incertitudo in rebus, a literarum monumentis, & a memoria noſtra, remotis. Si tamen omnino placet (cui ſententiæ nolim ego repugnare) VVirtembergicos primates, a Francis ex Gallia eſſe: ſtatuatur, aliquem eorum a R. Clodoueo, poſt Sueuos deuictos, parti eorum præfectum fuiſſe: cum præſertim (Nuenario Comite teſte) totius Germaniæ nobilitas, non ab Italis, ſed ex Francica gente, tanquam ex equo Troiano, proſilierit. Ac nec D. Gabelcouero, abſimile vero videtur: VVirtembergenſes Dominos ex antiquo Francicorũ Regum ſanguine ortos eſſe: atteſtãtibus Vlrici & Ludouici, atq́ Eberhardi, nominibus. Non tamen Eberhardo nomen, a venatione aprorum eſſe: ſed a quodam priſco magnarum virtutũ heroe, Eberhardo dicto. Dicerem ego fortem, vt aprum.*

Viridoburgenſes.
Virtungi Sueui.
Tubingæ nomen.

VVirtembergenſes autẽ homines, exiſtimat idem Lazius, Sueuos eſſe: tum ex lingua, tum ex moribus & veſtitu: perhibens libro de Migrat. gent. 8. patrem ſuum, Medicum, Stutgardianum Sueuum fuiſſe.

Nobilitatis origo.

In qua regione, multi olim fuere dominatus: vt, Ducatus Teccenſis, Vrſlingenſis, Schiltachenſis. (Literas Germanice ſcriptas Ducis Vrſling. vide infra Part. 3. lib. 5. c. 7. ad annũ Chriſti 1364. Schiltachenſis Ducatus meminit 3. Coſmogr. 327. Munſterus. Paruit autem Schiltachum olim Vrſlingenſibus Ducibus: qui forſitan ab ea ſede nomen adepti ſunt.) Deinde Comitatus inerant, Caluenſis, Tubingenſis, VVirtembergenſis, Gryningenſis, Vracenſis, Achalmenſis, Vahingenſis, Herrenbergenſis, Aſpergenſis: qui poſtremi duo, eiuſdem familiæ cũ Tubingenſi fuerunt.

VVirtembergia varij dominatus olim.

Item Baronatus, Niffenſis, VVinſpergenſis, Hohenſtauffenſis, Eberſpachenſis, Helenſteinenſis, & fortè Blochingenſis. Hohenſtauffenſium conſanguinei erant Eberſpachenſes. De VVeiſſachenſi (vbi Backnanga) Baronatu, & VVinedenſi, non ita certum eſt, D. Oſualdo teſte. Nota quidem eſt familia nobilium: quibus nomen fuit, Die Wülin de Winiden: Die Rauhen de Winiden: Die Schencken de Winiden. *Sed & alia huiuſmodi reperiantur præterea. Quæ dominia peruenere longè pòſt, diuerſis temporibus, varijs modis iuſtis, ad VVirtembergenſes Dominos: vt coniugio, hæreditate, emptione, armis: pleriſq́ illarum familiarum extinctis. Helffenſtainenſes Comites reſtant: quorum cognati olim erant Spitzenbergenſes. Ex Baronibus, etiam Blanckenſtainij, Bonlandenſes, Brandeburgenſes, Aentringenſes, Greiffenſteinenſes, Gundelfingenſes, Hornbergenſes, Hunderſingenſes, Iuſtingenſes, Magenhaimij, Mulhuſiani, Ruckenſes, Schluſſelbergij, Stæſſlingenſes, Ringingenſes, Roßmagenſes, olim in hoc Ducatu vixerũt.*

AB EMICHONE, STIRPIS ALIQVSQVE PROPAGATIO: EX ſchedis, quibus tamen confidere non omnino audeam.

VVirtembergenſium Genealogia.

1. *Emicho prædictus, Beutelſpachenſis Baro, anno 922. & longè poſt.*

2. *Filius N. Baro Beutelſpach.*

3. *Ex eo fratres, Barones Beutelſp. Henricus & Vlricus, anno 1040. Alibi, Henrici filium inuenio Vlricum: & fortaſſe rectius.*

4. *Ex Vlrico, Conradus (primus appellatus VVirtembergenſis Comes) & Bruno (Monachus, Canonicus, Abbas) atq; Luitgardis, Comiti Bernhardo (vel potius Berchtoldo) Schyrenſi nupta. Alibi, hi tres liberi trahuntur ex Alberto, Vlrici filio.*

5. *Ex Conrado, Vlricus, Comes VVirtemberg. & VVernherus, Comes Gryningenſis anno 1100.*

Fuerit ergo alter & plenior ordo, hic.

1. *Emicho, 920. 938.*
2. *Henricus, 1000.*
3. *Vlricus, 1048.*
4. *Albertus, 1080.*
5. *Conradus, Bruno, & Luitgardis (Bertholdi ſupradicti Comitis vxor, Marchionis primi in Styria Odaccari mater, anno 1080. 1118.) Sed & Berchtoldus (cui nupta, Adelhaidis, Comitiſſa Lechsgmyndenſis) atque S. Blaſij in nigra ſylua Monachus, Albertus. circ. 1080. & 1110.*
6. *Vlricus & VVernherus.*

Additur & Ioannes, atque Henricus. circ. 1121. & 1130.

Horum iam ſatis. Vide rurſus lib. 7. cap. 8. infrà.

S. VLRICVS, AVGVSTANVS EPISCOPVS. KYBVRGENSES & Dillingenſes Comites. Sueuica VVerda, condita. Cella S. Meinradi, reparata. Imp. Berengarij cædes, & Rudulfi ſucceſſio. Lancea Chriſti Monachus Hirſaugiæ, Adelhardus. Ibidem Abbas, Dietmarus. VVibradæ, clauſtralis virginis, per Vngaros cædes. Ducis Alemanniæ Burcardi, in Italia interitus. Rex Italiæ, Hugo, Rudolpho Burgundo excedente.

CAPVT XI.

S. Vlricus, Auguſt. Epiſcopus.

ANno 923. *Henricus Cæſar Vlricum, Hugobaldi, comitis Kyburgenſis Dillingenſisq́; filium, ex canonico Auguſtano, Epiſcopum Auguſtanæ Eccleſiæ fecit: cui fideliter is, & piè præfuit, ad 50. annos. Habuerat Vlricus viſionem illo tempore: quo Bauarus ſe Arnulfus Henrico, Regi electo, oppoſuit: in qua vidit Arnulfum, armatum quidem, ſed gladio eius deeſſe capulum. Ipſum ergo ad publicam pacem fuit adhortatus: vt qui non geſturus eſſet gladium, hoc eſt, Imperialem dignitatem.*

GENVS EIVS, EX BRVSCHIO (IN NERESHEIM. COENOB.) & 5. Stumpf. 30. atque ex S. Vlrici vetere tabula genealogica picta.

Eius Genealogia.

1. *Hugobaldus (de quo ſuprà cap. 6.) Kyburgi, & Dillingæ, ac VVittiſlingæ, non longè ab vrbe Auguſta, Comes. Vxor, Theoberga, Sueuici Ducis Burcardi filia. Inuenio, illi fuiſſe fratrem, nomine Albertum.*

2. *Hugobaldi, liberi quinque:*

Dillinga.

S. Vlricus, Epiſcopus Auguſtanus: cui pater moriens dedit Dillingam, Danubij ciuitatem: adhuc pertinentem ad Auguſtæ Epiſcopatum.

Donavverdæ arx.

Theobaldus, comes Kyburgenſis & Dillingenſis: conditor arcis in villa Donavverda. Caſus in prælio Vngarico ad Auguſtam, 955. Filius ei fuit Richardus: de quo, paulò pòſt.

Donavverda, condita.

Manigoldus, habens F. Hugobaldum ſecundum: cum quo VVerdaam Sueuicam, ſeu Donavverdam, ad confluentes Danubij & VVernici, condidit.

Eleuſinia,

Eleuſinia, prima S. Stephani in Auguſtana vrbe Abbatiſſa. Violatã autè reperio à quodam Regiæ ſtirpis Hugone: ideoq; fratrem Vlricum illi ſemper iratum fuiſſe. Luitgardis, Burcardo iuniori nupta, Duci IIII. Sueuiæ: nato de proſapia Veringenſi, Nellenburgenſi, & Helffenſtainia. Ex quo coniugio prodierunt quatuor nati.

Adelbero, electus Epiſcopus Auguſtanus, auctore Stumpfio. Bruſchius eum non habet. Attamen fuit, ſed breui poſt ſui electionem, Dillingæ obÿt. Quem S. Vlricus, Auguſtam vectum, in S. Afræ Templo humauit.

Reinoldus, vel Regiboldus, primus Abbas S. Vlrici cœnobÿ Auguſtani, 1012.

Manigoldus Comes. Kynigundis, Monialis in Buchouienſi Parthenone.

3. *Theobaldo comite, qui ab Vngaris cæſus, natus eſt Richardus (al. Richovvinus, vel Antvvinus) habens vxorem Hiltegardem. Primus pontis Donavverdenſis constructor.* *Donavverda pons.*

4. *Richardo tres nati:*

Manigoldus comes, fundator cœnobÿ Monachorum Donavverdæi, ad honorem S. crucis: habens vxorem nomine Tutam. Humatus eſt in capitulo huius cœnobÿ: in quod è transmarinis locis, partem S. crucis attulerat non exiguam. *Donavverdanum Monaſterium.*

Hartmannus, comes Kyburg. & Dillingenſis. Irmentrudis, prima Magiſtra Monialium in Benedictino quondam contubernio Donavverdano. Propago horum fratrum.

1. *Ex Manigoldo, Gunderada, prima Abbatiſſa Monialiũ Donavverdæ: & Manigoldus, comes huius VVerdæ: qui ex Mechtilde Schvvabeccia comite, ſuſtulit Benedictam, VVittelsbachenſem comitiſſam: & Manigoldum, VVerdæa comitem: qui Manigoldum genuit, vltimum ibi Comitem. Comitatus ille Schvvabeccius, ſitus erat prope Schvvabmenchingã, tranſvvertachum amnẽ, ad ſyluam. Atq; ibi in monte quodam, iampridẽ indicia conſpiciebantur magnæ & potentis arcis dominatusq;, qui olim ibi fuiſſet. VVittelsbachenſis comitatus, in Bauaria ſitus erat, milliario fere vno à S. Leonhardo.* *Donavverdanus Comitatus. Schvvabeccius Comitatus. VVittelſpach. Comitatus. LietZhaimenſe cœnobium.*

2. *Ex Hartmanno, Hugobaldus tertius, & filia N. Hugobaldi filius, Adelbertus: qui fundauit cœnobium Monialium LietZhaimenſe, prope Hochſtadium Danubianum.*

Ex Adelberto, & comite VVerdenbergica Guta, nati ſunt, Hugobaldus quartus: & Vlricus, Epiſcopus Conſtantienſis, 1120. & Orneſtus, primus Abbas Neresheimenſis. Hugobaldo natus, Hartmannus II. fundator Neresheimenſis Benedictini Monaſterÿ, circ. 1095. mortuus autem 1121. Sepultus cum vxore Adelhaide, in ſiniſtro latere Eccleſiæ, infra chorum. Ex eo Hartmannus III. Ex hoc, Albertus II. Ex eo, Albertus III. hinc, Hartmannus quartus. Hinc, Albertus IIII. Inde, Hartman. V. Inde, Albert. V. Hinc, Hartman. VI. Ex quo, Vlricus II. & Hartmannus, Epiſc. Auguſtanus, & Albertus VI. ac tres filiæ. *VVerdenbergicus Comitatus. Neresheimẽſe Monaſt.*

Quarum prima, nupta fuit Comiti Hohenzollerenſi: ſecunda, comiti Helffenſtainenſi: tertia, Baroni Halenſtainenſi. Nomina earum, vetuſtas illiterata & negligens obruit. Tabulam cuius antea mentionem feci, genus S. Vlrici continentem, ex tenebris eruerat 1589. Ioannes Baierus Ieſingenſis Ameranus, in pago inter Tybingam & Vracum MetZinga. Eam autem ſequenti hoc 90. anno, ad me humaniſſimè miſit reuer. & doctiſſimus vir, M. Iſrael VVielandus, Eccleſiæ Tuſſlingen. Paſtor. Diligenter ea, & eleganter facta erat. *Halenſtain. Baronatus. VVielandus.*

Eodem 923. anno, Decanus quidam Argentinenſis collegÿ ſummi, Eberhardus, ſolitariæ vitæ ſtudio relinquẽs res ſuas omnes, in Eremum S. Meginradi egreſſus eſt: Cellulamq; eius, quæ amplius 60. annos poſt mortẽ illius vacans, collapſa erat, reparauit: mediocriq; ibi fano conſtructo, precibus & ieiunio ſeruiuit Deo. De Meinrado iſto ſuprà lib. 2. cap. 11. De Eremitarum verò cœnobio, ſequenti lib. c. 4. In Italia, Berengarius, anno 36. Regni ſui (inquit Sigon.) die quodam ſub lucem, precandi cauſa Templum ingreſſus: à Flamberto quodam, Veronenſes contra ipſum (virum natura, & ætate iam exacta, mitem) concitante, iuuenum armatorum manu cincto, interfectus eſt. Atqui filium illius, ipſe antehac è S. fonte ſuſceperat. Lapis poſtea, qui ſanguine eius aſperſus fuerat, nulla vnquam ablutione purgari potuit. Milo vero, vrbis Comes, ſpectatæ virtutis iuuenis, quem a puero Rex ſibi educauerat: tertio die poſt, Flambertum & ſocios vi captos, ſtatim ſuſpendio ſuffocauit. Occaſionem hanc nacti Vngari: exeunte anno, Mantuam, Brixiam, Bergomum, diripuerunt: ac 4. Idus Mart. Papiam direptione incendioq; deformarunt. Rudolfus è Burgundia reuerſus, Veronamq; ingreſſus, totum Italiæ Regnum ſibi ſubiecit. Hæc 2. Luitpr. 18. vſq. ad 20. copioſe. *Einſidel. Cella. Berengarÿ interitus. Vngarorum in Italiam reditus. Rudolfus, Italiæ Rex.*

Anno 924. aut poſt, Rudolfus Rex habebat lanceam quandam: quam a quodã Comite Sampſone dono acceperat: præter alias lanceas, nouo quodam modo erat facta. Quippe in ſui medio, habebat vtrobiq; quaſi feneſtrã: intusq; cruces ex clauis: quibus pertuſa fuiſſent manus ac pedes *Lancea ipſius.*

conſeruatoris noſtri Ieſu Chriſti. Rex igitur Henricus, longiore tempore pòſt, cum de tam precioſo dono audiuiſſet: per Legatos tentauit, an poſſet aliquibus præmiis ab illo obtinere. Quod cum præciſe Rudolfus denegaret: ferro & igne ſe Regnum eius Henricus depopulaturum minabatur: atq; hoc modo lanceam extorſit. Quod munus quanti ipſe fecerit: inde patet, quod eius datorem, non modo auro & argento, ſed etiam non minima Sueuicæ prouinciæ parte, honorauit. Hac lancea dicitur ipſe poſtea ſæpe de hoſtibus triumphaſſe: eamq;, decedens, filio ſuo Othoni cum Regno reliquiſſe: quæ inſecutis quoq; temporibus, in tutela Imperatorum manſerit. Ex Chronico Alberti, Stadenſis Abbatis: & M. Scr. aliquoties citato, codice membraneo. Tritenhemius verò, à ſe viſam, & Noribergæ cum cæteris Caroli M. inſignibus aſſeruari, ait.

Cæcus Monachus.

Anno 924. Hirſaugiæ Monachus quidam annorum 78. obijt, nomine Adelhardus: qui 23. annos cæcus fuerat. Viſum autem, ex maximo dolore capitis amiſerat: ſed cæcitate ſecuta, is dolor deſiit. Ipſe poſtea fuit optima valetudine: & totum ſe ad cultum pietatis contulit: ac multa futura prædixit, quæ euentus comprobauit: vt triennio ante, diem & horam obitus ſui: & deſolationem huius Monaſterij, poſt annos ferè 80. ſecutam, tam clarè, quàm ſi præſentem oculis vidiſſet. Tritenhem. Ergo Græcis διορατικὸς fuit, id eſt, ſpiritu Prophetiæ præditus.

In Oriente, Imp. Lacapenus, cæteros quoq; filios ſuos, STEPHANVM *&* CONSTANTINVM, *Imperatores facit: ac magna ingratitudine, ſe & filios Conſtantino purpurigenæ anteponit: reptitios, indigenæ Imperatori: παρεγγράπτους, αὐθιγενεῖ βασιλεῖ. Zonar.*

Dietmarus, Hirſaugiæ Abbas.

Anno 925. Dietmarus, natione Sueuus, fit VI. *Hirſaugiæ Abbas, anno ætatis ſuæ 35. cui dignitati A. 27. præfuit. Fuerat antea Monachus apud S. Gallum: humilibus natus parentibus, Arnoldo & Helvvige: præceptore Sangallenſium Monachorum vſus docto, Hartmondo: à quo, propter ingenij bonitatem, breui æqualibus ſuis factus eruditior fuit. In Abbatiæ adminiſtratione, ſobriæ & continentiſſimæ vitæ, in cibo ac potu: atq; diſciplinæ, in hoc cœnobio ferè collapſæ, reſtitutor.*

Vngarorum noua Germaniæ incurſatio. S. VVibradæ interitus.

Eodem anno, Vngari (ſeruatis ne nouem annorum inducijs?) rurſus peruaſa Alemannia, etiam ad Sangallenſe Monaſterium peruenerunt: ad S. VVibradam, illam cellæ ibi incluſam (die Clauſnerin) *occiderunt. In ipſo Monaſterio, ferè nihil præda: eò quod Abbas Engelbertus, cum cœtu ſuo, & rebus precioſis, in locum tutum ſe remouerat. Obſeſſum fuit ab Vngaris oppidum Conſtantia, ſed fruſtrà. Nauigarunt in Augiam: & ex vtraq; parte Rheni, combuſſerunt vicos. VVibrada autem, permultis annis poſt, Abbate Notperto (poſt annum Domini 1046.) Papa Clemente Sangallum veniente, in numerum ſanctorum Martyrum relata fuit. 4. Stumpf 36. & 5. Stumpf. 5.*

Burcardi Ducis exitus, in Italia. Irmegardis, R. Rudolpho inimica.

Anno 926. Sueuiæ Dux Burcardus in Italia perijt: quod ſic factum eſt. Irmegardis, quæ fuerat ſecunda vxor Eporœdiani Marchionis Adelberti: eo mortuo, pellectis in fauorem ſui Italicis Principibus (ſcortum videlicet formoſum & blandum) Papiam, vt Rudolpho Burgundo Regnum Italiæ eriperet, occupauit. Eam Rudolfus obſedit. Cum autem obſidio traheretur: ipſa per nuntium clàm ei ſignificauit: ſe potuiſſe dudum eum capere: ſi voluiſſet conſiliis amicorum eius obtemperare. Rudolfus, eo mendacio territus: ſuiſq; tanquam infidelibus, diffidens: concubia nocte, ignorantibus ſuis omnibus, lintre ad illam vectus eſt, vt fidam. Proceres, qui foris erant, mirari, quò ille veniſſet. Sed cum audirent, apud mulierem eſſe: & vindictam contra ſe innocentes parare: relicta ipſi obſidione, Mediolanum, vbi tuti eſſent, abierunt. Cauſa, cur Ermengarda tam potens eſſet, hæc 3. Luitpr. 2. extat, his verbis: quòd carnale cum omnibus (quod dictu fœdiſſimum) non ſolum Principibus, verum etiam ignobilibus, commercium exercebat. Hæc 925. anno geſta.

Sequenti vero anno, Archiepiſcopus ibi Lambertus (al. Lanthbertus) de Papæ Ioannis & procerum ſententia, Arelatenſem Comitem Hugonem, ex Prouincia accerſiuit, ad Italicum Regnum occupandum. Eo occaſionem ambabus manibus (vt dici Græco verbo, ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶ, ſolet) amplexo: Rudolfus in Burgundiam reuerſus eſt.

Rudolphus Burcardum in Italiam excitat.

Cum autem propter infidelitatem ſuorum, aduerſarios ſuperare non poſſet: Burchardo, Sueuorum Duci (cuius filiam Bertham in matrimonio habebat, 2. Luitpr. 16.) denuntiat, vt ſibi auxilio veniat. Qui collectis copiis (vt potentiſſimus) cum genero confeſtim in Italiam proficiſcitur. Cumq; veniſſent Eporœdiam: ipſe ego, inquit Burcardus, vt legationis obtentu Mediolanum proficiſcar, non abſurdum videtur. Hac occaſione vrbem explorare, atque illorum cognoſcere potero voluntatem. Proficiſcens itaq;, cum iam ad Mediolanum appropinquaſſet: priuſquam vrbem ingrederetur: ad B. Martyris Laurentij ædem, orationis gratia declinauit.

Sed

Sed cogitatio magis in alteram partem, quàm in precationem, intenta fuit. Dicebatur enim, quia prope vrbem eſſet illa ædes, precioſo ac miro opere conſtructa, ab ipſo locum arci fabricandæ fuiſſe oculis deſtinatum: quæ non ſolum Mediolanenſes, ſed & alios Italiæ Principes, coerceret.

Inde autem egreſſus, cùm iuxta murum ciuitatis equitaret: quædam Germanicis verbis ad populares ſuos dixit, quæ Luitprandus his latinis effert. Si Italienſes omnes vno vti tantummodo calcari, informesq́ nõ fecero equas caballicare: non ſum Burchardus. Fortitudinem ſiquidem muri huius, ſeu altitudinem, qua ſe muniri confidunt, nihili pendo. Ictu quippe lanceæ meæ, aduerſarios de muro mortuos præcipitabo. Οὐκ ἀγαθὸν, μεγαλαυχεῖν. *Dicebat ipſe hac, quòd neminem ſuæ linguæ gnarum adeſſe putabat. At quidam gnarus aderat: licet pannoſus & deſpectus eſſet. Is ſtatim ad Archiepiſcopum Lambertum detulit. Hic, vt erat ſolerti ingenio, Sueuum non deſpexit: ſed externa ſpecie mirifice honorans, comiter excepit: aliud in animo conſilium tegens. Inter cætera quidem benignitatis ſigna, ceruum ei venari in ſuo viuario (ſic Brolium, Luitprandi vocabulum, intelligo) permiſit: id alias nemini, niſi magnis chariſſimiſq́ amicis, concedere ſolitus. Verum interea Papienſes, aliosq́ Italiæ Proceres, ad Burcardi necem occultè inuitauit: eumq́ tantiſper tenuit, dum percuſſores omnes ſperaret congregatos. Egreſſus igitur Mediolano Sueuus, eodem die Nouariam peruenit. Vbi cum pernoctaſſet: poſtridie ſummo mane Eporædiam verſus tendebat. Ibi Italica manus, infeſto in eum animo irruit. Ipſe verò, tanta multitudine conſpecta, fugam arripiens, in foſſam, quæ circum oppidi murum eſt, ab equo metuente, ac ſimul decidente, præcipitatus eſt, Italorumq́ lanceis confoſſus. Comites verò eius, cum alio euadere non poſſent: in fanum S. confeſſoris Gaudentij confugere, ſed nequicquam. Itali nanq́ ſuperiorum Burcardi minarum memoria exacerbati: Templi foribus perfractis, omnes ibi repertos, ſub ipſo etiam altari, confoderunt.*

Iactãtia vana D. Burcardi.

Brolium, fortè Briel.

Fraude Lamberti Epiſcopi Burcardus circumuentus, occiditur.

Rex Rudolfus, triſti hoc caſu audito, nihil amplius ſibi tentandum ratus eſt: ſed mox Italia relicta, in ſuam ſe Burgundiam recepit. In regnũ verò Italiæ, Hugo libentibus Italorum animis ſucceſſit, & 20. annos regnauit: fœdere cum Papa icto: & amicitia cum Germanorum Rege Henrico, atq́ Græco Imp. Romano, inita. Vxorem Germanicam habuit, Aldam nomine: & ex ea filium Lotharium. Item ex altera nobiliſſima muliere (φιλογύνης γὰρ) *filium Hubertum, Tuſciæ principem. Cuius mulieris nomen erat VVandelmoda. 3 Luitpr. 5. Quod intelligo, VVandelmut: quia varium, & mutabile ſemper, fœmina: vt Poëta inquit.*

Hugo, Rex Italiæ factus.

Cæterum ſupradictus Dux Burcardus, dicitur (auctore Bruſchio) habuiſſe vxorem Caſ. Henrici filiam Hedovvigem. At Dietbergam habuit, vt inueni: & Hedovvigis, Eberſtainio, Comiti fuit nupta: vt ſuo loco ſequetur. Ita res, confuſa eſt. Burcardus quoq́ fuit S. Vlrici (6. Stumpf. 15.) vel auus maternus, vel auunculus. Er war Reichsvogt zu Zürch: *Præfectus Imperij, apud Tigurinos.*

Burcardi Ducis vxor.

DVX SECVNDVS ALEMANNIÆ, HERMANNVS. DIETbardus, Hildesheim. Epiſcopus. Galliæ Reges, Rudolfus, & Ludouicus Transmarinus. Munitio Germanicarum ciuitatum. Marchionatus Brandenburgenſis. Genuæ calamitas Saracenica. Arnulfi Bauari Italica clades. Ambitio Manaſſis, Epiſcopi Arelatenſis. Mulieris Græcæ charitas erga maritum. Vngari, à Cæſare Henrico cæſi. S. Conradus, Conſtantienſis Epiſcopus. Manus amputatæ reſtitutio. Cæſ. Henrici mors, & Arnulfi Bauari. Ruſſorum clades à Græcis.

CAPVT XII.

ANno 927. ab Henrico Cæſare, in locum Burcardi factus eſt II. Dux Alemanniæ, Hermannus, Landgrauius Franconiæ & Haſſiæ: qui duxit anteceſſoris ſui Burcardi viduã vxorem. Filius Gebhardi perhibetur: & habuiſſe fratres, Vdonem atq́ Conradum. Idem locum Cœnobij Eremitarum ædificandi, vbi S. Meinradi cella fuerat, à comitibus Raperſvvilenſibus, quorum ille proprius erat, emit, & liberum fecit. Ita Eberhardo (Argentoratenſi Canonico: de quo ſuprà 923. anno) in ædificando adiutor fuit, ac prædia contulit. Hoc duce poſtea Henrico militarunt contra Obotritos in Saxonia (vbi Megalopolis eſt) & contra Vngaros, Auguſtani, Conſtantienſes, Solodurij, aliją Alemanni. 7. Stumpf. 25.

Hermannus, Alemanniæ Dux II.

Obotriti.

Rudolfus, Burgundionum Dux, Rex Gallorum ſeu Francorum, hoc anno factus eſt.

Diethardus, Hildesheim. Epiſcopus.

Anno 928. Diethardus, qui ex Hirſaugienſi Monacho, factus erat Hirſfeldenſis Abbas, electus eſt Epiſcopus in Saxonia Hildesheimenſis: quam dignitatem 28. annos, prudenter & vtiliter geſsit. Inſtaurauit maximis ſumptibus ruinoſum Gandersheimenſis Parthenonis Templum: conſecrauitq́ vndecimo Epiſcopatus ſui anno. Bruſch. ſed Tritenh. ei 22. annos Epiſcopatus tribuit.

Vandali, victi.

Henricus Vandalos bello vicit: hyeme Brandeburgum, & eorum locorum regionem, cepit. Tunc ei Dux Sueuiæ Hermannus militauit: adductis x. millibus peditum & equitum.

Hyems hoc anno, frigidiſsima.

Anno 929. Ludouicus, Caroli Simplicis F. ex Anglia (quo cum matre Oginia, poſt aduerſam patris fortunam, ad auunculum confugerat) poſtliminio reuertitur: ac cum Rodolfo R. ad x. annos de Regno certat.

Ciuitatum Germaniæ τειχοποιΐα. VVinidenſis Baronatus. Brandenburgenſis Marchionatus. Genuæ funeſta tio Saracenica. Luitholfus.

Anno 930. ciuitates Germaniæ, iuſſu R. Henrici, mœnibus cinctæ ſunt, contra Barbarorum incurſiones: atq́ armorum exercitia, inſtituta. Qua de re, ſuprà quoq́ cap. 9. dictum.

Viuebat tunc VVinidenſis Baro (vt alicubi inueni) Chriſtophorus.

Anno 931. Rex Henricus Obotritos (al. Abotritos) Saxones, ſubegit. Henricum, primum Marchionem Brandeburgenſem, circa hæc tempora conſtituit.

Genuam (vbi antea fons ſanguine fluxerat) Saraceni occupant: viros omnes occidunt: tantum mulieribus & pueris parcunt: prædam ſacram & profanam, donum in Africam aſportant. 4. Luitpr. 2. Alij hoc ad 935. annum referunt.

Magna certe Auctorum, quo ad annos, circa hæc tempora diſcrepantia eſt.

Anno 932. Luitholfus (al. Ludolfus) natus eſt ex Othone (Otho hic 1. poſtea imperauit) & ex Etha (al. Editha.) Angla. Factus eſt poſtea Luitholfus, Dux III. Sueuiæ. Edithàm verò duxerat Otho 928. quæ poſtea 7. Calend. Februar. 947. obijt, & Magdeburgi ſepulta eſt.

Arnoldus Bauarus, in Italia victus.

Arnoldus vel Arnulfus, Bauariæ Dux, bellum Hugoni R. (ab Italis, Regnum eius pertæſis, vocatus) in Italia intulit: ſed prælio victus, ac multis ſuorum amiſsis, in Bauariam ſuam redijt. Hugo, vt poſthac tutior eſſet, Lotharium filium ſuum, in ſocietatem Regni aſciuit (data ei in matrimonium Adelhaide, Rudolphi Burgundi R. filia) & principes, quos potuit, beneficiis ſibi deuinxit. Luitpr.

Auſtria, Leopoldo Sueuo commiſſa.

Anno 933. Rudigero de Pechlarn (antiquitus, Præclara) Orientalis vel Auſtriæ Marchione, Principe bellicoſo & ſeditioſo, abſq́ liberis mortuo: prouincias eius, Henricus Cæſar Leopoldo, Sueuiæ Duci, eiusdemq́ ſorori Richardi, gubernandas deinceps commendauit. Bruſch. lib. 1. de Patauia, in 29. Epiſcopo Gerhardo.

Epiſcopus ambitioſus Manaſſes. Eccleſiarum plurium occupatio.

Hoc tempore Manaſſes, Arelatenſis ciuitatis Epiſcopus, deſerta commiſſa ſibi Eccleſia ambitionis ſpiritu: ab Italiæ Rege, propinquo ſuo, contra ius faſq́ Veronenſem, Tridentinam, Mantuanam, impetrauit Eccleſias. Nec his contentus, Tridentinam quoq́ adeptus eſt Marchiam. Defendit ſe exemplo B. Petri: qui, Antiochena dimiſſa Eccleſia, ad Romanam vrbem, quæ cunctis tunc nationibus imperauerit, tranſuolarit. At ſi latras (reſpondet Luitprandus) illum (quod omnino falſum eſt) quæſiuiſſe cenſum: ego animarum lucrum, & glorioſum comprobo martyrium: ſicut ei prædictum a Magiſtro ſuo, imò creatore & redemptore omnium, fuerat: Alius te iam cinget. Item, poſt reſurrectionem Petro ſe, quo iret, interroganti, reſpondiſſe Dominus dicitur: Romam, iterum crucifigi. Venit igitur Romam Petrus, non ambitione inflammatus: ſed martyrio animatus: non quærens aurum, ſed animarum lucrum. 4. Luitpr. 3.

Quibus de rebus quidam ſic ſentiunt. Appetens Epiſcopatuum fuit iſte Manaſſes? At Apoſtolis a Domino dictum eſt: Reges dominantur, vos autem non ſic. Luitprandus Domini & Petri colloquium refert, tanquam Romæ Petrus ſit crucifixus? Non creditur ab omnibus, Romam veniſſe. At fuit Petrus, primus Romæ Papa? Demonſtretur hoc euidenter. Scribunt quidem illi, qui Pontificum hiſtoriam contexunt: eum à 44. Chriſti, vſq́ ad 68. (per annos 24.) ſediſſe: ſed vnde certo demonſtrare poſſunt? Nulla fit mentio vllibi in Actis Apoſtolorum (quæ tamen vſq́ ad annum 60. perueniunt) Petrum Epiſcopum Romæ fuiſſe. Anno quidem certe 50. Domini circiter, concilio Hieroſolymæ (Act. 15.) interfuit. Si Romæ etiam alias fuiſſet: an non hoc in Actis legeretur? Num Actorum liber rem tantam diſsimularet? Romæ denique Eccleſia fundata fuit, ante Petri Pauliq́ Romam aduentum. Ruit ergo ſic fundamentum Pontificiæ ſedis. Sic, illi.

Beneuentanus Princeps, a Græcis acriter oppugnatus, Theobaldum, Spoletanorum & Camertum

mertum

mertum Marchionem, Hugonis R. affinem, auxilio ſibi aduocauit. Huius Theobaldi iuſſu, Græcis, qui identidem in velitationibus capiebantur, τὰ ὀρχίδια (organa gignendi) amputabantur. Nuntiari quoq; Duci exercitus Græci, ab eo iuſſum: ſe, quia Eunuchos ita diligeret ipſius Imperator propediem plures κακαυλοκοπημένους miſſurum. Venit mulier quædam, miſerabili voce conquerens, ad Theobaldum: quanam iniuria à miſeris mulierculis affectus, in eas adeo iniuſtus eſſet? Interroganti, Quanam in re? reſpondit illa: Quod non, quod virorum eſt, ſed quod mulierum, aufers: voluptatem ipſarum, & ſpem futuræ prolis. Tu vero, optime Princeps (ſi omnino immanis eſſe vis) oculos potius, & naſum, & manus, viris noſtris adime: tantum vnum hoc ſolatium nobis relinque. Dixit effuſis cum lacrymis. ἄσβεστος δ' ἄρ' ἐνῶρτο γέλως μακάρεσσι θεοῖσιν. vt Poeta loquitur.

Mulierum ſolatium.

Omnibus eſt ingens riſus præſentibus ortus. Ei igitur non modò vir eſt ſuus integer redditus: ſed omne etiam, quod abactum fuerat, pecus. 4. Luitpr. 4. Græca fuit hæc, non Sueua: fœmina tamen, vtraq;.

Anno 934. (vt Funccius habet) Vngari tributum à Saxonibus exigebant. Quo negato: Turingiam potenti exercitu inuadentes, ab Henrico Cæſ. maxima clade affecti, & in Vngariam repulſi, ſunt. Hoc eſſe arbitror illud, quod lib. 4. Auentini eſt: Vgris, tributum ab Henrico expoſcentibus, ab hoc canem villaticum miſſum eſſe: auribus & cauda mutilum, ſcabie ſordidum: ſe dicente aliud tributum populo, falſorum Deorum cultori, non penſurum. Illos ergo, inſigni contumelia irritatos, veniſſe cum innumerabili prope equitatu (parcentes Boijs, cum quibus fœdus habuerint) per Sueuos, Francos, Turingos, in Saxoniã: cuncta prædando, incendẽdo, funeſtando. Cæſos tamen à Rege eſſe, nebuloſo die, ſubito, inopinantes: ac ſeptem illorum, auribus, naſo, manibus truncatos, ad confinia Vngariæ deductos eſſe: ac denuntiatum, ne aliena appetant: nec in loca amplius inuadant, vbi tam malam mercedem reportent. Supplicationes poſtea, gratitudinis ergo, pro tanta victoria, eſſe ad Deum Chriſtumq; habitas. Hanc victoriam rurſus quidam ad Mersburgum referunt: ſicut antea Mersburgenſem victoriam, anno 922. poſuimus. Tributum, quod aliquandiu antehac Vngaris datum erat, Henricum inuenio poſtea ad cultum diuinum, & ad vſum pauperum, contuliſſe.

Vngarorum clades.

Canis, pro tributo.

Anno 935. factus eſt XXX. Conſtantiæ Epiſcopus, S. Conradus (teſte Bruſch.) parentibus natus, patre Henrico, nobiliſſimo Alemanno, Comite Alttorffenſi: matre verò, Hatta (al. Cuniza) nobiliſſima Bauara, Comite Hohenvvartenſi vel Summuntoriana, Dieſſenſi, & Andexia. Quæ fuit (vt in vetuſtis M. Scr. membranis reperi) mater VVelphonis illius: qui poſtea fuit primus Aduocatus Monaſterij Zvvifaltenſis (de quo ſuo tempore cognoſcemus) auia autem VVelphonis, qui Carentinorum Ducatui præfuit: Rudolfo natus, fratre S. Conradi. Sepulti ſunt ambo parentes huius Epiſcopi, in peruetéri VVingartenſi Cœnobio. Ipſe à Notingo deceſſore ſuo fideliſſime fuit educatus. Itaq;, eo mortuo, vnanimi totius, tum cleri, tũ populi Conſtantienſis, conſenſu, ad Epiſcopatus ſucceſſionem poſtulatus. Præfuit ſumma cum laude annos 41. omne ſuum patrimonium, ad exornandam ædificiis ac Templis Conſtantiam conferens. Extruxit Templum S. Ioannis: Parochialem Eccleſiam S. Pauli (tunc adhuc in ſuburbio ſitam) ſacellum D. Mauricij: magnificum etiam peregrinis & pauperibus Xenodochium: extra deniq; oppidum, paululum infrà ad Rhenum, Gotliebenium Caſtrum. Ter profectus eſt in Terram ſanctam: ac ſemper feliciter rediјt. Summa inter eum, & Auguſtanum Epiſcopum Vlricum, amicitia fuit. Obijt tandem vita obſaturatus, poſtridie S. Catharinæ, anno 936. Sepultus ſub dio, vt voluerat, iuxta ſacellum S. Mauricij, à ſe conditum. Sed tumulo poſtea ſacellum ſuperædificatum fuit à Canonico Vlrico Reichenthalio.

S. Conradus, Conſtantiæ Epiſcopus.

Summontorianus Comitatus.

Hieroſolymitana peregrinatio.

Hoc anno (vt eſt apud Tritenhem. in Hirſaug. Monaſt.) hominis cuiuſdam ſiniſtra manus, quæ anno ante ferro fuerat amputata, ei dormienti reſtituta eſt integrè: remanente tamen in loco iuncturæ, ſubtili linea rubra. Sol, ſereno cælo obſcuratus: per feneſtras domorum immittens ſanguineos radios.

Miraculum manus reſtitutæ.

Anno 936. Henricus R. cum profectionem in Italiam pararet: apoplexia correptus, moritur 6. nonas Iul. ferè annorum LX. quem tamen alij 937. mortuum perhibent. Teſtamento ritè facto: Othonem, filiorum natu maximum, regnare poſt ſe voluit: licet is, in Imperio natus non fuiſſet. Cæteris filiis, luculentis donationibus prouidit: qui erant, Henricus & Bruno. Ex pluribus filiabus, vna fuit Mechtildis, prima Quedlinburgenſis Abbatiſſa.

Henrici Aucupis obitus, & progenies.

Alia, Adelhaidis: data Hugoni, magno Comiti Pariſiorũ: ex qua Hugo Capetus eſt natus.

Hugo Capetus.

Tertia, Richenſa, vel Rixa: Rudolfi VVelfonis Bauari, comitis Alttorffenſis & Raueſpurgij, vxor.

Alttorff.

Quarta, Hedovvigis: Eberhardo, Eberſtainio Comiti nupta: Sangallenſis cœnobij, ab Vngarica vaſtatione inſtauratrix.

Fuit & Gerbirga, Lotharingi Giſelberti vxor. Hæc (opinor) cæterarum natu maxima.

Vxori rex Henricus gratias agit.

Sepultus ipſe Quedlinburgi eſt. Antea autem, cum moreretur: vxori Mechtildi, Deo gratias ago, inquit: quod te ſuperſtitem relinquo. Gratias etiam tibi ago, fidiſſima coniux: quia ſæpe me iratum mitigaſti: in rebus agendis vtilia mihi conſilia dediſti: ad iuſtitiam me ſæpe vocaſti: ad opitulandum oppreſſis hortata fuiſti. Ideo te, & liberos noſtros, Omnipotenti Deo commendamus. Gratias non minus ei Regina egit: ac mœrore plena, Templum precandi gratia intrauit. Priuſquam autem rediret: iam rebus humanis Henricus exceſſerat. Reuerſa ipſa, filios & proceres ad corpus lacrymantes inuenit: cumq́ vna coniugem amantiſſimum amariſſimè defleuiſſet: filios hortata eſt ad concordiam: ne contenderent inter ſe de exigui temporis dignitate: inter alia dicens, omnem, qui ſe ipſe extollat, deijci. Poſtea vitam ſuam in ſtudio pietatis, ſanctaq́ vitæ, peregit. In Italia, Hugo R. Berthã duxit: Rudolfi, Burgundiæ Regis mortui, viduã.

Arnulfi mali obitus.

Anno 937. Arnulfi Mali obitus contigit: de quo principe contraria reperiuntur apud Scriptores.

Bruſch. lib. 1. de Patauia:

De vita eius, & moribus.

Arnoldus, inquit, Comes Schyrenſis, Dux Bauariæ, à Conrado Rege patria ditione expulſus: aliquanto pòſt reuerſus, immaniſſimè in res Eccleſiaſticas graſſatus eſt: bona, quæ in Patauienſem, & alias Eccleſias, Anteceſſores eius contulerant, rapiens: & ad Imperium etiam aſpirans: ad eamq́ rem, Hunnorum auxilia vocans: &, ijs in patriam inductis, Bauariam miſerè vaſtans. Reprehenſus à cognato ſuo, Auguſtano Epiſcopo S. Vlrico, ei medium oſtendit digitum. Poſt pauculos dies, cum ei Epiſcopus, omnia monita contemnenti, vaticinatus eſſet, eum non amplius pranſurum: ipſe poſtridie ad fercula menſæ iam appoſita ſedens, Epiſcopum ſubſannauit, vt mendacem. Tum ſpina piſcis ſibi in aſperam arteriam illapſa, ſuffocatus eſt, anno 937. Cadauer, Ratisbonam ad S. Hemeranum auectum, à Dæmonibus in vicinum cœnobio Schyrenſi (quod ex vetere Schyrenſium Comitum arce, omnibus, præter ipſum, conſentientibus, factum erat) arundinetum, abreptum perhibetur. Additur à Bruſchio, ſic etiam in Annalibus Principum Bauariæ haberi: & hanc narrationem, in parietibus Monacenſis arcis Ducalis, pictam eſſe.

Auent. lib. 4. Annal. Boiorum: Clementius ſcribens, quam Eccleſiaſtici de Arnulfo ſenſerant.

Auentinus, in Monachos & Sacerdotes.

Anno æræ, inquit, Chriſtianæ noningenteſimo, triceſimo ſeptimo, Arnulphus quoq́ Dux Boiorum, honeſta morte defunctus eſt: ſicuti in Faſtis publicis Boiariæ, Myſtarum & Monachorum, reperio, pridie idus Iulij. In quem diem Paſchalia incidere non poſſunt: quibus eum, quòd prædia Monachorum diripuerit, Proceribus Boiorum diſtribuerit, ſubito interijſſe: ad ſtygias paludes, quaſi Cyclopas ad Ætnam, raptatum: cadauer in lacum Schyrenſem abiectum, fabulantur. Qui, amiſſo puro veritatis fonte, ad lacunas lutoſas conuertuntur: & pietatem quæſtum, religionem prædam, exiſtimant. Homines ſuaues. Se æditues cœli faciunt: vbi nec fuerunt, nec ſunt, nec vnquam erunt, niſi tandem nugari deſinant. Arnulphus, Reginoburgij in Templo D. Haimerani ſepultus eſt: ibiq́ eius ſepulchrum oſtenditur. Suſcepit ex Gebirga, filia Rudolphi fratris D. Conradi (Auguſt. Epiſcopi) quatuor liberos: tres mares, Eberhardum, Arnulphum, Hermannum: & vnam fœminam, Iuditham.

In Gallia, Rudolpho Franciæ Rege mortuo, Ludouicus ſolus regnabat.

Inger, Ruſſiæ Rex, nequicquam Conſtantinopolin obſidet.

Eodem anno, in Oriente, Inger Ruſſorum Rex (ſciens, Græcorum exercitus eſſe ductos contra Saracenos, & per Inſulas diſperſos. Sigebert.) ingenti cum claſſe (XV. millium nauium, vt dicebatur, teſte Zonara) Conſtantinopolin aggreſſus, profligatus à Romana (Græca, Noua Romæ) claſſe eſt: nauibus præſertim igni Græco combuſtis: qui ὑγρὸν πῦρ (humidus ignis, ſub aqua ardens) appellatur: nec, niſi aceto, extingui poteſt. De illa gente Luitprandus lib. 5. cap. 6. Gens quædam eſt, inquit, ſub aquilonis parte conſtituta: quam a qualitate corporis Græci vocant

Ignis humidus.

Ruſſi. ῥῶς.

Ruſſos (Zonar. τοὺς ῥῶς, id eſt, rhos) nos verò a poſitione loci vocamus Nordmannos.

Lingua Germanica. Nord.

Lingua quippe Teutonum, Nord aquilo, Man autem mas ſeu vir, dicitur.
Vnde & Nordmannos, Aquilonares homines dicere poſſumus.
Hæc ille, qui ijs temporibus
vixit.

Finis libri tertij, in ſecunda parte Annalium Sueuicorum.

MARTI-

MARTINI CRVSII, GRAECAE ET LATINÆ LINGVÆ IN ACADEMIA TYBINGENSI PROFESSORIS, ANNALIVM SVEVICORVM, IN SECVNDA PARTE LIBER QVARTVS.

In hoc libro, de origine & progreſſu ludorum equeſtrium apud Germanos agetur: & omne tempus, quod ſub Imperio Othonis Magni exactum eſt, multarum & memorabilium rerum Sueuicarum, aliarumque deſcribetur.

HASTILVDIORVM IN GERMANIA INSTITVTIO, LEGES NOBILITATIS, LVDORVM PERACTIO: ET, QVI LVDI ſimiles, in Græcia Romæq; fuerint. Primum Haſtiludium, Magdeburgi. Hohenſtauffenſes Barones.

CAPVT I.

Riusquam ad nouam Imperij Rom. ſucceſſionem veniamus: de ludis equeſtribus, quos Henricus Auceps Germanis inſtituerit, dicẽdum aliquid eſt; idq; ex Germanico haſtiludiorum libro: quem Georgius quidam Ruxnerus, caduceator Bauaricus, anno 1532. edidit: cum ab aliis auctoribus ea de re ſcriptum eſſe, non meminerim. Quod eorum ſilentium etſi quis miretur: non tamen res ſolennium equeſtrium concurſionum eſt nihil: cum multis temporibus & locis, acti tales ludi ſint: & modo ante centum annos, eos deſitum ſit exerceri. Tametſi iſte Auctor, qui in lucẽ emiſit, erroribus minimè caret. Vt, quod antiquis temporibus, Comitũ titulo quoſdã appellat: quando nondũ exiſtimãtur Comites fuiſſe. Sane mirum eſt, libro eius tantam in omnibus fidem à plurimis haberi. Ego tamen, quia vbiq; Sueuos nobiles talibus exercitiis multos attribuit: etiam meo operi inſeram: liberum iudicium prudentibus relinquens. Deſcribuntur ab eo XXXVI. *huiuſmodi certamina, Torneamenta appellata. Sed alia etiam reperiuntur, quæ ipſe non habet. Verum ad rem veniamus: ea potiſſimè ſuis locis ponentes, quæ fortaſſe magis credibilia videantur.* Georg. Ruxnerus.

Audiuimus præcedente libro, regnante in Germania Henrico Cæſare, & ante ipſum, ſæpe ab Vngaris, Vandalis, Obotritis, & id genus aliis populis, Alemanniam, Turingiã, Saxoniã, aliasq; Germaniæ terras, immani vaſtatione fuiſſe percurſatas. Quibus iniuriis & calamitatibus commotus Henricus: quoſq; Chriſtianos proceres, aduerſus infideles & crudeles iſtas gentes, in arma concitauit. Venere promptis animis Principes, copijs inſtructi, in Saxoniam Conradus, Palatinus Rheni: Hermannus, Dux Sueuiæ: Berchtoldus, Dux Bauariæ: Conradus, Dux Franconiæ. Bellatores & ab Epiſcopis miſſi ſunt, & à ciuitatibus. Henrici Imp. in quoſdam Germanos & Vngaros, hoſtes infideles, expeditio.

Adduxit peditatum & equitatum validum Sueuus Hermannus: ſub cuius auſpiciis militarunt hi: Hermanni, Sueui Ducis, exercitus.

Rudolphus, Comes VVerdenbergenſis, Ductor equitum: Fridericus, Comes Helffenſtainius, Filſæ dominus, Mareſcalcus.

Præterea, hi generoſi Comites.

Burcardus, Veringenſis:
Vlricus, Vracenſis:
Ernfridus, Herrenbergenſis:
VVilhelmus, Achalmenſis:
Emicho, Gryningenſis:
Georgius, Feldkirchenſis:
Ludouicus, Pfirtenſis:
VVolfgangus, Maſaxius:

Et alij inſignes viri: vt, Ethicho iunior, Bauarus: Gottvvaldus, Comes Hennenbergius: Ludouicus, Comes Mompeligardius. Item, Epiſcoporum ac ciuitatum Auguſtenſis & Conſtantienſis auxilia.

Et Bauari Berchtoldi.

Sub Bauaro Berchtoldo erant:

Erneſtus, Comes Hisbergenſis, Hipparchus: Radebotto, Comes Cronburgenſis, Mareſcalcus.

Præterea, Comites:

Hugovvaldus, Kyburgenſis:
Hugo, Montefortenſis:
Rudolphus, Zollerenſis:
Fridericus, Hohetruchadingenſis:
Ludouicus, Tubingenſis. Accedebant Epiſcoporum auxilia: vt, Sangallenſis, Friſingenſis, Paſſauienſis, Ratisbonenſis.

Conradi Palatini.

Sub Palatino Conrado.

VVolfius, Catzenelebogius, equitum Dux: Philippus, Rheinograueſteinius, Mareſcalcus. Cum quibus, alij multi Comites illuſtres, & viri nobiles.

Conradi Franci.

Sub Conrado Francone.

Otho, Comes VVertheimenſis, equitatui præfectus:

Otho, Rheineccius Comes, Mareſcalcus. Aderant alij comites multi: vt, Craffto, Hohenlohenſis: VVolfius, Caſtelenſis: Albertus, Noribergenſis: VVilhelmus, Schlyſſelbergenſis: Otho, Hennebergenſis: Henricus, Naſſouienſis.

Deniq; aliorũ.

Præterea ſub ſignis Cæſaris, Principes & Comites permulti: vt, Vratislauius, Dux Sileſius: Ethicho, Dux Angerenſis: Ioannes, Comes Eiſenburgenſis: Ioannes, Comes Lindauienſis: Ludouicus, Comes Eberſtainenſis.

Multi deniq; ſua ſponte, ſuis impenſis, in expeditionem hanc profecti: vt, Arnoldus Bauariæ Dux, cum CCC. *equitibus: Gunthramus, Comes Habſpurgius, cum* CC. *equitibus: Rudolfus Rhinfeldius, & Conradus Caluenſis, Comites, cum quinquagenis equitibus: Ludouicus, Comes Fyrſtenbergius, cum equitibus* LX.

Numerus copiarum vniuerſarum, memoratur ad vndeſeptuaginta millia fuiſſe: inter quæ, equitum amplius ſex millia.

Victoria de hoſtibus.

Hoc tanto exercitu, in quo ſumma animorum alacritas contra hoſtes erat, hi magna clade deuicti ſunt, & in ſuas ſedes repulſi.

Ludi equeſtres, à Cæſare Henrico inſtituti.

Hinc igitur factum: vt Cæſar Henricus, recreandæ delectatione quadam honeſta, & honorandæ nobilitatis Germanicæ cauſa: à qua ſtrenuè in debellandis Barbaris adiutus fuerat: & vt regula vitæ morumq; laudabilium, ac certa diſciplina, ordini equeſtri præſcriberetur in futurum: deniq;, vt animorum quoq; maior inter nobilitatem coniunctio, beneuolentiaq; mutua, fieret: per XV. *delectos conſiliarios, & Secretarium ſuum Magiſtrum Philippum, ludos & decurſiones equeſtres inſtituerit. Græcè* ἱππηλασία *vocatur, &* ἱππικὸς ἀγὼν, *&* ἱππικόν: *Italicè verò,*

Torneamenta.

Tormeamento & Gioſtra. Erat autem hoc genus ludorum, iam antea in aliis terris vſitatum.

Heigerus Mansfeldẽſis. Tabula R. Arturi rotunda.

Heigerus quidem certè, cognomento Rufus (à rufa facie barbaq;) primus ex familia Comitum Mansfeldenſium, particeps tabulæ ſeu menſæ rotundæ fuit: ordinis in Aula Arturi, Regis Britanniæ, vel Angliæ, equeſtris: & in huiuſmodi certaminibus præclara ſpecimina edidit, circa Chriſti annum D.XXIIII. *Illis etiam temporibus, hinc inde peregrinabantur equites: per Britanniam, Galliam, Hiſpaniam, Germaniam: experiundæ variæ fortunæ cauſa: iuramento aſtricti, ſe defenſuros viduas, pupillos, & quibuſcunq; iniuria fieret. Quod genus, Inchieſta (inquiſitio, inueſtigatio) appellabatur: ipſiq; equites, Caualliеri erranti, equites errantes, ſiue vagi.*

Equites vagantes.

Erant hi ludi, inter alios vſus, quædam etiam προγυμνασία, *præparatio, dextrè tractandi arma, ad ſcientiam rei militaris: velut ex ſchola, ad campum & puluerem, ante acquiſita exercitatio. Hinc nomẽ Torneamenti, tanquam tyrocinij, ductum. Tyrocinium, nunc Turniamentum: inquit Otho Friſing. 1. Frid. Barb. 17. Sic fœmineo quoq; ſexui, voluptas è ſpectatione afferebatur: virtutemq; ſuam, & huic, & cæteris ſpectatoribus, quiſq; certantium ſtudebat probare.*

Nobilitatis, equeſtri concurſu certantium, leges.

CAPITA VEL ARTICVLI EQVITVM, DECVRRERE volentium, XII.

1. Cæſaris Henrici. Nemo nobilium quicquam dicat faciat ve contra S. Religionem, & 12. articulos fidei Chriſtianæ. Quod ſi auſus fuerit: & tamen inflatus opinione nobilitatis, ſepta inierit: ei equus adimitor, & ipſe ſeptis ludibrij cauſa imponitor.

2. Palatini Conradi. Quiſquis mandata Imperatoris contempſerit: aut quicquã aduerſus S. Imperiũ egerit, clàm palàm ve: arceatur à decurſione equeſtri: aut, ſi venerit, publicè in ſeptis infametur.

Fœmineo ſexui cautum.

3. Hermanni Sueui. Quicunq; nobili genere natus, matronis virginibus ve labem infamiamq; aſperſerit, verbis factis ve: aperte dedecorator in carcerib., ſpectaculo propoſitus omnibus.

4. Berchtoldi Bauari. Quiſquis ſigilla literarum corruperit, periurusve & infamis cognitus fuerit: ingredi honeſtiſsimos ludos abſtineto: aut, equo adempto, ſepterũ inſeſsione dehoneſtator.

5. Franconis Conradi. Proditores dominorum ſuorum, aciei deſertores (οἱ λιποτάκται) & fugæ ex acie auctores, nec non interfectores innocentium ciuium, excluduntor, aut ſimiliter, vt cæteri improbi, puniuntor. *Fugitiui ex acie.*

Sequentes Articuli, à quatuor Regibus ſeu præfectis certaminum (nationis Palatinæ, Sueuicæ, Bauaricæ, & Franconicæ: in quas tunc Germania erat diuiſa: ac cæteri populi, ſub his contenti) poſiti & fixi.

6. Excludebantur interfectores vxorum ſuarum aut Dominorum; ſiue facto, ſiue conſilio ſcelus ab illis patratum eſſet.

7. Arcebantur ſacrilegi, pupillorum & viduarum oppreſſores.

8. Latrones prohibebantur: &, qui contra ius igne, alióve modo, ad publicum detrimentum, agros & vineas aliorum depopularentur. *Latrocinia, vetita nobilitati.*

9. Vetabantur auctores nouorum vectigalium & tributorum, abſq; Cæſaris permiſſu: vergentium ad incommodum Mercatorum, & aliorum hominum.

10. Remouebantur adulteri, ſcortatores, libidinoſi.

Vltimorum duorum capitum auctor, Magiſter Philippus, Cæſarius Secretarius.

11. Quiſquis non viuit ſuis reditibus, prouentibus, cenſibus, ſalario, ac propriis bonis: ſed mercaturam, aut quæſtuoſas artes, turpificando honeſtatem ortus ſui, & ad aliorum incommodum, exercet: ei haſtiludium nullo modo inire liceat: aut, amiſſo equo, ſpectandus ad ludibrium, in ſeptis collocetur. Sic apud Romanos, qui quæſtum & nundinationem faceret, in Senatum non cooptabatur. Cicer. Verr. 4. *Mercatura nobilitati interdicta.*

12. Quicunq; genere nobili natus non eſt: nec fidem ſuæ nobilitati à quatuor auis facere poteſt: ſed nouus homo eſt: ei cum veteribus nobilibus paria facere, & militaria hac exercitia tractare, fas nequaquam eſto. *Noui homines.*

Hi erant 12. Articuli, vel leges, haſtiludiorum. In quibus etiam hoc ſeruatum poſtea fuit: vt nobilis, qui ruſticam vxorem, aut ex ciuibus, duxiſſet: etiam vſq; in tertiam generationem arceretur. Si item alius, pro eo, qui contra aliquam legem peccauerat, ſe ad pœnam ſubijcere clementius puniretur. Erant & aliæ plures obſeruationes: quæ ex libro Ruxneri petantur.

Præerant ludis apparandis, quatuor Præfecti, vier Turniervögt / oder Kynig: *ſinguli ex ſingulis nationibus delecti.* *Turniervögt.*

Ex vnaquaq; familia, vnus tantum, pro totius familiæ honore decurrere debebat: & initio dare nomen ſuum Præfecto ſuo: atq; finito ludicro, literas teſtimonij ab eo auferre, præſentibus duobus ludorum Præfectis: & duobus præconibus, vel Ehrnholdis: qui iurati erant, ne cuiquam teſtimonium darent, niſi qui legitimè certaſſet. Non tamen teſtimonium Reges & Principes accipiebant: quod quiſque Rex equitaret ad certamina, coronam Regiam geſtans: Princeps verò, ſertũ in capite nudo. Erant quatuor diſciplinæ haſticæ Moderatores, vier Grieſswärtel. *Aliæ leges equeſtres.* *Grieſswärtel.*

Quatuor, ad cuſtodiam funium ſeptorumve ordinati, vier zwiſchen die Sail.

Offerebantur galeæ ad inſpectionẽ & partitionem: Man trug die Helm auff / zur ſchaw vnd außteilung. *Ad eam autem rem, ex ſingulis nationibus bini viri eligebantur, ſenior & iunior. Item, ternæ fœminæ: vidua, marita, virgo. Has adiuuabant Reges ludorum, & præcones, ſiue Heroldi: qui initio leges & ſtatuta, in his ludis obſeruanda, recitabant.*

Signo tubis dato: incidebantur funes ab illis, qui ad eam rem deputati erant. Tunc pro viribus certabatur. Puniebantur, qui commeruerant. Rurſum ſigno dato: clauæ prætermittebantur, gladijs pugnabatur, ornatus galearum concidebatur (hieben ein ander die Kleinot ab) *quo facto, ſepta aperiebantur, tanquam concertatione ritè peracta. Poſtea (vt de conuiuijs nihil dicam) gratiæ à fœminis agebãtur, illis, qui optimè ſe in palæſtra geſſiſſent, ac dona dabantur. Choreæ deinde ducebantur.* *Certaminum conſuetudo.*

Poſtremò quiſque, literis de nauata opera in tam laudabili congregatione acceptis, ac nomine ſuo in catalogum relato, domum diſcedebat.

Hæc hactenus de Haſtiludijs generatim. Primum autem Haſtiludiũ, Magdeburgi Saxoniæ celebratũ fertur: non profectò 938. Chriſti an. ſicuti Ruxnerus ponit (quia Cæſar Henr. 936. obijſſe ſcribitur) ſed 935. anno. Tunc præfecti ludorum fuerunt, nomine quatuor nationum, hi. *Haſtiludium primum Magdeburgi.*

Sueuiæ, Carolus, Dominus Hohenhevvenſis.

Rhenenſis, Menolfus, Dominus Erbachi.
Bauariæ, Georgius, Dominus VVolfhartshuſæ.
Franconiæ, Erneſtus Grunbachius, eques auratus.

Rectores diſciplinæ in arena, ſeu palæſtra, Grieſvværtel.

Rheni, Comes Ellingerus VVitgeſteinius.
Sueuiæ, Comes Georgius Leippheimenſis.
Bauariæ, Comes Henricus Fornbachius.
Franconiæ, Comes Erneſtus Caſtelanus.

Ad ſepta.

Rheni, Henricus Erfadenſis.
Sueuiæ, VVolfius HohengeroltZeccius.
Bauariæ, Mauricius Barsbergius.
Franconiæ, Ioannes VVolfius de Geiern, eques.

In altera decurſione.

Sueuicus palæſtræ moderator, Otho Regulus Zollerenſis.
Ad ſepta, Gebfridus Zimmerenſis.

In tertio certamine.

Sueuicus palæſtræ obſeruator, Comes Georgius VVerdenbergius.
Inter ſepta, Comes Georgius Asbergenſis.

In quarta concertatione.

Sueuicus palæſtræ curator, Marquardus Hevvenſis.
Ad ſepta, Diepoldus Falckenſteinius.

Ad armiluſtria, vel inſpectionem galearum.

Ex Sueuis, Caſpar Bodemanius, ſenioris loco.
Chriſtophorus Hatſtadius, loco iunioris.
Fœminæ verò Sueuicæ.
Barbara Hacholtingia, vidua Henrici Ellerbachij.
Anna Rechbergia, Sigiſmundi Ryxingenſis vxor.
Virgo Catharina Nothaffiia.

Sueui proceres, in his ludis.

Interfuerunt certaminibus ſequentes Sueui, aut aſſeclæ Ducis Sueuiæ Hermanni.

Ludouicus, Comes Eberſteinius.
Fridericus, Comes Helffenſtainius.
Conradus, Caluenſis Comes.
Rudolfus, Comes Zollerenſis.
Vlricus, Comes Vracenſis. Item comites aut Domini:
Georgius Feldkirchenſis.
Ludouicus Tubingenſis.
VVilhelmus Maſaxius.
VVilhelmus Iuſlingenſis.
Rudolfus VVerdenbergius.
Emicho Gryningenſis.
Ernfridus Herrenbergenſis.
VVilhelmus Achalmenſis.
Henricus Dalfacius.
Ludouicus Pfirtenſis.
Gotfridus Steffelenſis.
Ludouicus Fyrſtenbergius.
Ioannes Brandiſius.
Fridericus Hohenſtauffenſis.

Gratiarum actio, & laudatio.

Poſt certamen facta.

Prima data eſt à quadam SchvvartZeburgica Comitiſſa, Friderico comiti Helffenſtainio, Domino Filſæ: qui Haſtiludium ſuo nomine indixit Raueſpurgi agendum, à proximo die S. Iacobi, poſt triennium.

Altera,

Altera, ab vxore Comitis Rudolfi VVerdenbergij, orta de Achalma, Comiti Tiberto Andexio: qui Haſtiludium poſt triennium agendum denuntiauit Ratisbonam.

Tertia & quarta, Comitibus, Ludouico Eberſtainio in Saxonia: & Ludouico Sarvverdano.

Alia munera, aliis ab aliis data ſunt: vt, auratus gladius, Conrado Caluenſi Comiti: & honorarium, Duci Sueuiæ Hermanno. Tum quilibet Procerum, cum ea muliere aut virgine, quæ ei donum obtulerat, modeſtè decenterq́ ſaltauit.

Celebratum fuit hoc certamen triduo (die Martis, Mercurij, & Iouis) apud Magdeburgum, poſt trium Regum, magnificè & fortiter.

Ponit etiam Conſtantiæ actum Sueuicæ nobilitatis equeſtre exercitium, an. 938. Ioannes Stumpfius, Heluet. Chron. lib. 5. cap. 10. *Haſtiludium Conſtantiæ.*

De Friderico ab Hohenſtauffen.

Fridericus hic, Baro Hohenſtauffenſis, vir clarus illis temporibus fuit: qui ſub Cæſare Henrico 1. & Duce Alemanniæ Hermanno, ſtrenuè in Vngaros & Vandalos (præſertim ad Merſpurgum Saxoniæ) pugnauit. Hæc familia Sueuica, primò nobilium & militum fuit. Poſtea virtute ſua dignitatem Baronum conſecuta eſt. Ipſi ædificarunt arcem Hohenſtauffam, in monte alto ſitam: milliare vnum diſtantem à Laureaco vel Lorcha (initiò arce, poſterius Monaſterio) & ab oppidis Gœppinga, atq; Gamundia, minus vno miliari. Habitarunt Hohenſtauffæ: & in monte S. Eliſabetæ, infra Lorcham Schorndorffium verſus: itemq́ Laureaci. Secutis temporibus, ex ea ſtirpe fuêre fratres: Fridericus, Conradus, & Argentinenſis Epiſcopus (circ. 1086.) Otho: ex Barone Henrico & Hiltegarde nati. Tabularium autem, vel Cancellaria, huic familiæ in vicino pago VValthuſa fuit. Inſignia ipſorum, erant tres fului leones, ad curſum incitati, ſiniſtrorſum, in ſcuto nigro: ſupra quod, galea cancellata: ſupra quam, in baſi flaua, columna alba: in columna, corona aurea: ſupra quam, erectus pauoniarum pennarum faſciculus. Stauffæ, plures arces ſunt: Hohenſtauffa, habens infra ſe pagum Stauffam. Stauffenecca, in oppoſitis montanis contra Hohenſtauffam: in quorum altera parte, Hohenrechberga. *Hohenſtauffenſis Fridericus.* *Hohenſtauffa arx.* *VValthuſa vicus.* *Inſignia Hohenſtauffenſiũ.* *Stauffæ arces, plures.*

Stauffa, prope Lauingam. Regenſtauffa, in Palatinatu Neoburgico. Donaſtauffa, arx in monte Bauariæ ad Danubium.

Stauffa, ſupra Friburgum Briſgoiæ.

Stauffenberga, in Ortenouia, ad Hercyniam ſyluam regiuncula: poſtea, propter latrocinia Mortenouia nominata.

Stauffen fortaſsis dicitur quaſi ſteiff, id eſt, firmũ & ſtabile: vel ab acumine, Spitz (ſicut canthari altiores, quibus vinum hoſpitibus honoratis donatur) quòd arx ſit in alto & faſtigiato monte. Stoyphe, apud Friſingenſem appellatur. *Stauffæ nomẽ.*

Sed ad equeſtria certamina redeo. Horum acta ſunt XXXVI. *in annis* IↃLII. *Nam vltimum, 1487. Chriſti celebratum eſt.*

Videtur autem eis occaſio data eſſe ex antiquis Græcorum & Romanorum ludis: qui vario genere certandi conſtitêre: contentione præſertim equeſtris, vel curulis, celeritatis.

Græcorum ludi.

Inſigniores quatuor. 1. Olympij, ab Hercule ante Chriſtum circ. 1206. repurgato Augeæ ſtabulo, apud Elidis oppidum Olympiam in Peloponneſo, in honorem Iouis Olympij, inſtituti. Celebrabantur quinto quoq; anno, per dies quinq;. Præmium victori erat corona ex Oleaſtri frõde. Inde olim Olympiades annorum, numerari ſolita. *Ludi Græciæ quatuor.*

2. Pythij, Apollini apud Delphos acti, qui Draconẽ interfecerat iaculis Pythonem: qui poſteà ibi ἐπύθετο, computruerat. Præmium, μῆλα, quiuis arborum fructus, in coronam concinnati. Ioan. Brodæus laurum cum baccis maximis, è viridi pomorum inſtar rubentibus, intelligit.

3. Iſthmij, in Corinthiaco Iſthmo, Neptuno, aut Melicertæ vel Palæmoni, dari ſoliti. Præmium, pinea corona.

4. Nemei, apud Argiuos, ad honorem Opheltæ, vel Archemori, à ſerpente necati: & ad ſolatium patris eius Lycurgi, ordinati. Præmium corona ex apio viridi.

De his omnibus, Odæ Lyrici Poëtæ Pindari Thebani extant: qui celebrant eos, qui vicerãt celete (deſultorio equo) & curru, & quadrigis, & aliis certaminibus: qualia in hoc Diſticho cõprehenſa ſunt.

Ἴσθμια, κ̀ πυθοῖ, Διοφῶν ὁ φίλωνος ἐνίκα·
Ἅλμα, ποδωκείην, δίσκον, ἄκοντα, πάλην.

Ait, Diophontem Philonis F. Iſthmicum & Pythicum πένταθλον, Quinquertionem, extitiſſe: id eſt, viciſſe ſaltu, curſu, diſco, iaculo, & luctatione.

Ludi funebres apud Homerũ.

Apud Homerum Iliad. 23. funebres, ab Achille ad honorem Patrocli ante Chriſtum circ. 1181. facti ludi, hi deſcribuntur.

1. *Decurſio equitum, ad metam contendentium, ἱπποδρομία.*

Pugilatus. Caſtus.

2. *Pugilatus, vel caſtuum certamen, πυγμαχία. Non fiebat id clauis: ſed coriaceis chirothecis, plumbo inſerto. Nam in ſua Barbarograeca Iliade, Nicolaus Lucanus vocat caſtus hos, χειρῶνας καλυμμένας μὲ μολύβδιν: pro, κεκαλυμμένας μετὰ μολίβδου: Chirothecas plumbo tectas.*
3. *Luctatio, παλαισμοσύνη.*
4. *Curſus, δρόμος, ταχυτῆτος ἀγών.*
5. *Concertatio lanceis, διαδορατισμός.*
6. *Diſci, δίσκου ῥίψις.*
7. *Sagittatio, τοξεία.*

Funebres ludi apud Virgiliũ.

Apud Virgilium libro 5. Æneid. ludi funebres ad honorem Anchiſæ.

1. *Certamen nauale, ναυμαχία, naumachia.*
2. *Curſus, δρόμος.*
3. *Caſtus, πυγμαχία.*
4. *Sagittatio, τοξοτῶν ἀγών.*
5. *Equeſtris puerorum decurſio, Troia dicta, ἱππικὸν παιδικόν. Eius mentio apud Sueton. in Aug. eſt, cap. 43.*

Aurigantiũ ludi apud Romanos.

Apud Romanos, quatuor Aurigantium genera erant, coloribus diſtincta.

Albi, Ruſi, Praſini ſeu virides, & Veneti. Iis Domitianus addidit Aureos & Argenteos.

Neronis ludi. *Nero Imp. ludos magnificentiſſimos, in honorem matris Agrippinae fecit (auctore Xiphil. è Dione) per dies plures, in Theatris quinque, aut ſex. Elephas fornicem ſummum aſcendit: indéque, vehens hominem, in fune ambulauit. Viri fœminaq; nobiliſſimorum ordinum, coactu Tyranni, in Orcheſtra, & Circo, & Amphitheatro, tibiis cecinerunt, ſaltauerunt, Comœdias & Tragœdias egerunt, equos agitarunt, belluas occiderunt, digladiati ſunt. Hæc, ibi.*

Ludi vtiles. *Verùm ij demum ludi ſunt vtiles: non qui mollitie corrumpunt homines: ſed qui præludia rei militaris, & alias honeſtas cauſas, habent: de quibus, ſuprà.*

Olympij ludi. *Herculem Lyſias Orat. in Dionyſium Tyran. ait Ludos Olympios inſtituiſſe δι' εὔνοιαν τῆς ἑλλάδος: beneuolentiæ inter Græcos conciliandæ gratia: cùm ciuitates hactenus alienioribus inter ſe animis fuiſſent: ἐπειδὴ ἐν τῷ τέως χρόνῳ, αἱ πόλεις ἀλλοτρίως πρὸς ἀλλήλας διέκειντο.*

Nicet. Chroniat. lib. 3. de Imp. Manuele Comneno, circ. 1160. Domini.

Haſtiludia Græcorum.

Imitans hic Italorum haſtatorum, equis concurrentium, conſuetudinem: concurſiones & ipſe equeſtreis, Antiochiæ inſtituit, διὰ κοντῶν πόλεμον. Ibi erat cernere, ἄλλον μὲν, κύμβαχον ἐπὶ βρεχμόν τε καὶ ὤμους ἀναστρεπόμενον: ἄλλον δὲ, ἱππείας ἀστράβης ἐκσφαιριζόμενον: ἄλλον, πρηνῆ, ἐξυπτιάζοντα ἕτερον: ἄλλον μεταβαλόντα τὰ νῶτα, περιτροπάδην φεύγοντα. καὶ, τὸν μὲν χλωριζοντα ὑπὸ δέους: καὶ τῷ σάκει πάντη ἐνδυόμενον: τὸν δὲ, ἀνδρεῖον, ὡς τὸν ἀνταγωνιστὴν, καταπεπληχότα ἰδεῖν. Alium reſupinum, pedibus in altum elatis, ſterni: alium, è ſella equeſtri excuti: alium, prono niſu, in tergum reclinare alterum: alium, obuerſo tergo, effuſè fugere. Alium denique metu pallentem, ſe in ſcuto penitus abdere: alterum, alacritate in pertimeſcentem læta ferri.

Niceph. Gregoras lib. 10. cap. 3.

Nato Ioanne Palæologo 1335. Pater eius Imp. Andronicus Minor, Haſtiludia (μίμησίν τινα τῶν ὀλυμπιακῶν ὑποσώζοντα, Olympiorum ludorum imitationem quandam habentia) celebrauit:

1. Κιντζύραν, *Gioſtram*, Thurnier zu Roſſz.
2. Τόρνε, *Torniamentum*, Thurnier zu Fuß.

De equeſtribus concurſionibus, hactenus ſatis.

IMP.

IMP. DVODECIMVS OCCID. OTHO MAGNVS. RITVS inaugurationis Regiæ. Ludouicus, Rex Galliæ, Othoni aduerſarius, & rurſum amicus. Defectio Eberhardi Palatini, & Giſelberti Lotharingi, ab Othone, illorumq; interitus. Hermanni & Vdonis Ducum Sueuiæ, fides erga Cæſarem. Caſtellum Briſacum. Friderici & Rhuthardi Epiſcoporum, Othoni aduerſariorum, pœna. Eberſtainum Caſtrum. Ida Sueua, Saxoni Ludolfo nupta. Berengarius ſecundus, in Sueuiam ab Hugone Italiæ Rege fugatus. Magdeburgum, ciuitas factum.

CAPVT II.

ANno 937. (Panuin. 936. Func. 938.) erat XII. *Occidentis & Germanorũ* IMP. CÆS. OTHO MAGNVS, P. F. *Aug. annos plus 36. qui Henrici Aucupis filius fuit: & cognomen Magni, à rerum geſtarum magnitudine accepit: gloriamq; Germanicam, ad ſummam dignitatem euexit. Aquiſgrani coronatus eſt à Moguntinenſi Archiepiſcopo Hildeberto: qui ex Ducibus Orientalis Franciæ ortus, antea Fuldenſem Abbatem egerat. Vxores Othoni, duæ.* 1. *Editha, Eduardi Anglici Regis F. ex qua nati ſunt, Luitholphus, & Guilielmus, Archiep. Moguntinus. Item, filia Luitgardis: Conradi Sapientis, Francorum Ducis, coniux.* 2. *Adelheidis, Rudolphi Burgund. Regis & Berthæ F. ex qua nati, Bruno, & Imperij ſucceſſor Otho. Item, Adelhaidis: Comiti Hugoni Capeto maritata, Regi poſtea Franciæ.* *Otho Magnus, Occid. Imp. XII.* *Vxores eius.*

Ritus, quo conſecratus fuit Otho, Rex: ex VVitichindo Saxone, atque Hirſaug. Chron. Tritenhemij, & veteri M.Scr. Codice.

Accedens Hildebertus Archiep. ad altare, cum creando rege (ſtricta tunica, more Francorum, induto) ſumpſit inde 1. *gladium Imperialem cum balteo: conuerſusq; ad ipſum, ante ſe genua flectentem, dixit: Accipe hunc gladium, quo deiicias omnes Chriſti aduerſarios, barbaros & hæreticos: tibi auctoritate diuina traditum: cum omni poteſtate totius Imperij Francorũ: ad firmiſſimam pacem omnium Chriſtianorum. Amen.* *Regis Rom. inaugurandi ritus.*

2. *Sumptis armillis & chlamide, induit eum, dicens: His cornibus, humerotenùs demiſſis, monearis: quo Zelo fidei feruêre debeas: & in tuenda pace perſeuerare.*

3. *Sumpto ſceptro baculoq;, dixit: His ſignis monitus eſto: vt paterna caſtigatione, ſubiectos corrigas: primumq; te Dei miniſtrum, deinde viduis & pupillis protectorem, exhibeas.*

4. *Fuſo ſuper caput eius oleo: Vnxit te Dominus, inquit, Regem populo ſuo: vt nunquam de capite tuo, miſerationis oleum deficiat: quo tu etiam, & hîc, & in futuro ſeculo, miſericordiam à Creatore tuo conſequaris. Amen.*

5. *Poſtremò, impoſuit capiti eius Regalem coronam, dicens: Coronaui te corona iuſtitiæ: vt ſubditis tuis iuſtitiam miniſtres: tuisq; ſis reuerendus, hoſtibus verò terribilis: ac poſt hanc vitam, ſempiterno cum S. Angelis præmio coroneris. Amen.*

Abſoluta benedictione Pontificis: in Regio ſolio (ad quod gradibus aſcendebatur: & erat inter duas miræ pulchritudinis marmoreas columnas) Rex ſummo cum gaudio locatus eſt. Inde, peracta re diuina, pranſus eſt in palatio, Principibus ad menſam marmoream miniſtrantibus.

Hoc anno, Rudolfo Burgundo, Franciæ occiduæ Rege, mortuo: Ludouicus, ſolus Rex remanſit.

Anno Othonis primo (teſte Tritenhem.) Vngari Franciam, Alemanniam (præſertim circa lacum Podamicum) Burgundiam, & Galliam, vſque ad Oceanum deuaſtarunt: ac per gyrum ingreſſi in Italiam, redierunt tandem ad ſua, ingenti cum præda. *Vngarica per Imperiũ graſſationes.*

Eodem anno, Thietoni Sangalli Abbate, incendio per ſcholaſticos excitato, periit Templum huius Cœnobij maximum (quod poſtea S. Othmari Baſilica dictum eſt) vnà cum turri, quam multis annis antè Abbas Hartmutus extruxerat.

Anno 938. Chriſtophorus Baro VVinedenſis viuebat. Quo anno Principes duo, Eberhardus Palatinus, & Lotharingus Giſelbertus (al. Gilebertus, Cæſaris Othonis ſororius) cùm eſſent ex poſteritate Caroli M. & Francorum: Othoni ſe oppoſuêre: conantes iure ſucceſſionis, Imperium à Saxonibus ad Francos trahere: Henrico, Othonis fratre, primùm captiuo abducto, deinde in ſuas partes illecto: quaſi eum vellent Regem facere: cùm is, Henrico iam Cæſare, Otho verò nondum Cæſare, natus eſſet. Id autem fictè prætendebant: cùm re vera Othonem, illius auxilio debellare cuperent. *Eberhardus Palatinus, & Giſelbertus Lotharingus, Othoni aduerſarij.*

Sueuorũ Duces, Hermãnus & Vdo, pro Cæſare cõtra illos.

Habebat Otho cõtrà, maximas & fortiſſimas copias: nempe Ducem Sueuorũ Hermannum, & fratrem eius (vt libro 4. Luitpr. ſcribitur) Vdonem: atq; Conradum Francum, cognomento ſapientem. Qui licet quadam cognationis ratione Eberhardo iungerentur: maluiſſent tamen, neceſſitate poſtulante, iuſtè cum Rege iuſto occumbere: quàm cum propinquo iniuſtè triumphare. Hermannum quoq; & Conradum, Sigebertus vocat fratres, & Duces Sueuiæ.

Eberhardi & Giſelberti, doloſus animus.

Notetur autem in aduerſariis: quomodo iniquitas ſibi ipſa mentita ſit. Simulabat Eberhardus, ſe Giſelbertum ad Regiam dignitatem euecturum: ante quod promiſſum, non potuit ipſum à fide Regis auellere. Rurſum, Giſelbertus Henrico Regnum pollicebatur: volens, ope eius Othonem deiĳcere: ac deinde Regium ſolium ſibi retinere. Eberhardi verò animus erat, tum Othonem, tum ambos ſocios, Regno priuare, vt ipſe id vſurparet.

Parato igitur ab hoc tricipite cerbero bello (quod in M. Scr. ad 940. Domini refertur) Otho cum copiis ad locum Rheni peruênit, vocabulo Bierzuni dictum. Traiecit quædam, ſed paucior, bellatorum eius manus: cùm ipſi Cæſari, cæteriſq;, tam breui tempore tranſeundi facultas non eſſet. Vix enim, qui nauibus traducti erant, arma induere, equoſq; conſcendere, potuêre: cùm hoſtes appropinquantes cernebantur. Otho, cùm nec ipſe flumen tranſire poſſet: nec illis, qui tranſierant, ſe hoſtibus tradere, honeſtum videretur: ad orationem confugit: preceſq; ante lanceam Domini, quam ſuperiore tempore pater Henricus à Rege Rudolfo (præced. lib. cap. 11.) acceperat, ipſeq; geſtabat, ad Deum fundit. Tum in hoſtes impetus, altera in parte factus eſt: qui in fugam ſunt coniecti, nullo Cæſareanorum amiſſo. Quibuſdam enim inter Saxones, Gallicè clamantibus: Fuge, Fuge: Lotharingi, hoc à ſociis clamari rati, fugam inierunt. Grauiter tunc in brachio, etſi triplici lorica munito, non quidem ſauciatus eſt (vt Luitprandus ait) Henricus: ſed liuore & dolore, in ſequentem etiam annum incurabili, affectus.

Othonis Imp. preces ad Deũ. Hoſtes, victi.

Quod hoc loco de lanceæ adoratione poſui: hiſtoricè poſui, non quòd eam probem. Eſſet enim talis, hæc calumnia (vt iniqui Iudicis) quali Iacobus Gorſcius Polonus, in libro, quem inſcripſit, CRVSIVS, *contra me vſus 1586. eſt: nempe, Tu Cruſi conuertiſti ex Græco, in tua Turcogræcia, narrationem: Cadauera excommunicatorum apud Græcos, non diſſolui, ſed atra permanere. Ergo credis, hoc verum eſſe. Ita, mi homo: Ego conuerto fabulas Æſopi ex Græco in Latinum: ergo credo eas, veras eſſe. Quaſi vero in hoc Sueuico opere, nõ ſæpe citetur modeſtè ſuperſtitionibus aduerſans, apertum Dei verbum. Nec ſequitur: Hic idololatricè egit, & vicit. Ergo idololatria, res pia eſt. Nam etiam Philiſtæi feliciter in Iſraëlitas pugnarunt, & arcam Domini ceperunt, &c. Hæc ſemel aduerſus omnes ſimiles obiectiones dicta volo. Redeo nunc ad hiſtoriam.*

Briſacum.

Habebat Eberhardus magnũ præſidium militum in Alſatia (Sic Luitpr. Sed hodie Briſgoia) caſtello Briſaco (Luitpr. Briſecgauno) tum Rheni fluxu, tum montis aſperitate, munito: quod olim nobilium fuit, qui Harelungi dicebantur. Ex quo loco cùm miſerè ſubditi Cæſaris vexarentur: ipſe cum exercitu (anno 942. in M. Scr.) contra illum locum profectus eſt. Cùm autem fraude Moguntinenſis Archimyſtæ Friderici, qui frater Eberhardi erat, nocte quadã à multis Epiſcopis (inter quos, Argentoratenſis Rhuthardus) clàm diſcedentibus, deſereretur: hortati ſunt eum reliqui, vt & ipſe diſcederet, propter paucitatem remanentium. Ipſe verò, fiducia erga Deum plenus: Nequaquam, inquit. Melius eſt, ſi hora noſtra appropinquauit, pro iuſtitia pugnantes mori: quàm fugienda morte, turpiter viuere. Sic animis illorum confirmatis, manſit. Epiſcopi autem illi, in Mediomatricum vrbem, ad tres hoſtium Duces tranſierunt: ad quos etiam Franciæ Occident. Rex Ludouicus, Lotharingiam ſitiens, venerat. Germanias videlicet libenter rurſus cum Galliis coniunxiſſet, ſed fruſtrà.

Ludouicus, Gallus R. Cæſari aduerſarius.

Inde Eberhardus atque Giſelbertus, audito, Regem Othonem in Alſatia eſſe: ipſi magnis cum copiis, ſecundum Rhenum deſcendunt: ad Antoniacum (al. Andernacum) perueniunt: Regi addictos circumquaque populantur. Non longè aberat Sueuus Vdo, & Conradus Sapiens (de quibus diximus) Imperatori ſuo fideles. Verùm cùm numero militum inferiores eſſent: illis obuiam ire trepidabant. Attamen, cùm paulùm proceſſiſſent: obuiam eis fit Sacerdos quidam, flens: &, quod ſibi accidiſſet, Deo quiritans.

Sacerdos, iumẽto priuatus.

Τίσειαν Δαναοὶ ἐμὰ δάκρυα σοῖσι βέλεσσιν.

Qui rogatus à Ducibus, quid fleret: Ab iſtis, inquit, prædonibus, euaſi: qui vnicum iumẽtum, quo paupertatem meam ſolabar, mihi abſtulerunt. Potes ne dicere (referunt illi) de Giſelberto & Eberhardo, vbi ſint, aut quid agant? Reſpondet Sacerdos: maiore parte exercitus trans Rhenum cum præda miſſis: eos cum delectis ſuorum, citrà reſtitiſſe, ac cibum capere. Ibi tanta celeritate

leritate Sueui & Francones contra illos ferri cœperunt: vt volare potius, quàm currere, dixiſſes. Extemplo Eberhardus, gladiis conciſus (μαχαιρῶν ἔργον γενόμενος) Giſelbertus, Rheni vndis ſummerſus. Reliquorum nemo euaſit: quin aut occideretur, aut caperetur.

Eberhardi & Giſelberti interitus.

Interea Cæſar in Alſatia, horum inſcius, manè ad fanum quoddam more ſuo precandi cauſa equitans, celerem nuntium approperantem cernit, gaudium præſeferentem. Iubet eum, illico rem tribus verbis indicare. Quo facto: ipſe, antequam modum rei feliciter geſtæ audire vellet, ſtatim equo deſcendens, Deo de tãta victoria gratias cum lacrymis egit. Poſtea ad Eccleſiam, quo intenderat, perrexit: ſupremo ſe Numini commendaturus. Deinde Bertholdo, Baioariorum Duci, ſibi deditiſſimo, per nuntios rem aperuit: eiq́; Giſelberti viduam, ſuam ſororem, vel ex ea penè nubilem filiam, in matrimonium obtulit. Ille magnopere lætatus, filiam expectandam duxit: dum matura viro, dum plenis nubilis annis.

Othonis gratiarum actio ad Deum, pro victoria.

Meminit victoriæ huius, Gandershaimenſis Roſuitha, vel Heroſuitha, de geſtis Othonum.

Nec mora, percuſſus periit gladiis Euerhardus:
Giſbertus ſæuis fugiens quoque mergitur vndis.

Roſuithæ verſus.

Briſacum ſe Cæſari dedidit. Ipſe Franciam occupatum ibat. Moguntinus Archiepiſcopus, à ſuis metu Regis non receptus, capitur: & in Cœnobium Fuldam mittitur: poſtea tamen per clementiam Victoris, in priſtinam dignitatem reſtituitur.

Rhuthardus, natione Sueuus, exauctoratus ab Othone eſt: quòd contra eum Eberhardo & Giſelberto ſtuduerat: in Saxoniaq́; Monaſterio Corbeienſi eſt incluſus. Ibi XI. *annos detentus, ac tandem dimiſſus, Argentinæ mortuus eſt.*

Rhuthardus.

Cum Othone bellum gerebat (auctore Hermanno Æedituo) Rex Franciæ, cui Argentina adhærebat. Hanc obſedit Otho: atq;, Gallo ſuccurrere non valẽte, deſtruxit: via per muros quadripertita facta: ideoq́; appellauit Straſburgum, antea Silberthalam dictam. At hoc factum & nomen tempore Attilæ accidiſſe, & impoſitum fuiſſe, part. 1. lib. 7. c. 10. dictũ eſt. Per Regem quoq; hũc Franciæ, intelligitur nõ potius Ludouicus Rex (ſicut Hermãno, mea opinione, videtur) quã Hugo Magnus, capeti pater, Magiſter equitum Pariſiis: qui à Ludouico circ. 945. defecit.

Argentoratæ vrbis deſtructio per Othonem.

Hugo Magnus.

Obſedit Otho caſtrum Eberſtainum (eodem Æedituo teſte) ſitum ante Nigram ſyluam, per duos & dimidiatum annos. Tandem reconciliatione gratiæ facta: duxit Eberſtainius Regulus Eberhardus filiam Henrici Aucupis, Othonis ſororem. Quibus de rebus, in ſequenti capite plura. Inſtituit ſtudium Iuris ciuilis in curia Cæſaria: auctorq́; fuit, vt filij Nobilium, qui adſcribendi eſſent curiæ Cæſaris, leges prius diſcerent.

Eberſtainum Caſtrum.

Iuris ſtudium, ab Othone inſtitutum.

Sequenti tempore (M. Scr. Chron. 942. Func. 946.) Othonis frater Henricus (cùm & à ſorore, Giſelberti vidua, ingredi munitiſſimum Capræmontis caſtellũ prohiberetur: quòd illa nollet tempeſtatem belli ad ſe attrahere: & à fratre eſſet Merſburgi obſeſſus) ſupplex ad eum venit nudis pedibus. Cui Rex, Indignum facinus tuum, inquit, miſericordiam non meretur. Attamen, quia te video humiliatum coram me, non inducam malum in te. Tunc eum in Palatium Ingelheimenſe abduci, diligentiq; cura aſſeruari, iuſſit. Inſecuto verò tempore (anno circ. 946. Berchtoldo Duce Bauariæ mortuo) illum Bauaris Ducem præpoſuit. Ita à Francicis Rectoribus, ad Saxonicos aliquandiu Bauaria venit.

Henricus Othonis frater.

Bauaria, ad Saxones.

Factum eſt etiam (teſte Luitpr. lib. 5. cap. 1.) vt poſt mortem Eberhardi & Giſelberti, nec non Henrici incluſionem (etſi alij ad 949. Hugone Gallo ſuperato, referunt) concurrerent vndiq; gratulationis cauſa ad Regem Proceres. Tunc & Hermannus, vir ditiſſimus, Sueuorum Dux, ei gratulatus eſt: deinde, hoc ſermone appellauit. Non clam Domino meo eſt: tum terræ latifundiis, tum pecuniarũ aceruis, me prædiuitem eſſe, ſed liberis carere: præter vnã paruulam filiam, bonorum meorũ hæredem. Placeat itaq; Domino meo Regi, filium ſuum paruulum Luithulfum (al. Ludulfum, Leuthælfer) mihi adoptare filium: vt is vnicæ meæ filiæ, maritali cõmercio ſociatus: me migrante, mearum hæreditate rerum fiat magnificus. Placuit oratio Regi: poſtulationiq́; ab ſq; mora ſatisfecit. Puellæ nomen erat IDA, *vel Itha. Anne, Iuditha?*

Hermannus, Sueuorũ Dux.

Ida Sueua, Ludolfo Saxoni nupta.

Hroſuitha (*ἡ ῥοδολευκής*) de Geſtis Othonum.

Nec non Primates, Sueuorum ſcilicet, omnes.
Ipſi (Luidolfo) legali perpulcram fœdere iungi.
Idam iuſſit, Hermanni natam Ducis almi:
Qui fuit illuſtris princeps in partibus illis.

Habitabat Hermannus in caſtro Duello (Duiel) ſeu Duellio.

Duellum Caſtrum.

Eclipſis Solis, & Cometa.

Hoc tempore (M.Scr. Chron.944.Func.945.) horribilis fuit defectus lucis Solis, feria ſexta (die Veneris) hora diei tertia. At etiam pluribus noctibus Cometa miræ magnitudinis & proceritatis apparuit: igneos ex ſe radios fundens. Poſtea, ingens ſecuta fames (præſertim apud Italicos) & peſtilentia.

Hugo, Rex Italiæ.

Anno 940. in Italia, inſidiatores Hugo Rex habuit, quos tamen antea beneficiis ſibi obſtrinxerat, Anſcarium & Berengarium. Fratres hi erant, Adelberto Eporædiæ Marchione nati: ille, ex poſteriore eius vxore Irmegarde: hic, ex Berengarij ſenis filia Giſela. Illum cepit: ac primū Machia Camertum & Spoletana, poſtea etiam vita, priuauit. Berengarius verò (quem quidā non rectè pro ſecundo, tertium huius nominis faciunt) cognito, ſibi periculum oculorum, ſi caperetur, eruendorum imminere (enuntiauerat enim ei Lotharius, Hugonis filius, ætate puer) Italiam deſerit: ac per montem Iouis, in Sueuiam ad Ducem Hermannum confugit: eodem vxore ſua Vuilla, per aliam viam venire iuſſa: quæ etſi prægnans erat: tamen per aſperitates montanas pedibus illò peruēnit. Hermannus venientem ad ſe Berengarium, benignè ſuſcepit: magnoq́ honore, & commendatione, ad Cæſarem Othonem deduxit: qui in illum perquam honorificus & liberalis fuit. Hugo, re cognita, magnis muneribus efficere contendebat: ne Cæſar exulem tueretur: ſed nihil profecit, apud virum pietatis hoſpitalis amantem.

Berengarij Secundi fuga in Sueuiam.

Sequēti 941. anno, Saracenos, qui Italiæ loca infeſta habebant, victos, facilè in poteſtatem redigere Hugo potuiſſet. Sed cùm Berengarium metueret: ne Sueuicis & Francicis copiis inſtructus, Italiam repeteret: cum Paganis illis fœdus percuſſit: ea conditione, vt pars eorum inſideret Alpeis, Italiam à Sueuia dirimentes: Berengarijq́ copias, ſi ea traijcere conarentur, repelleret. Illi verò, ibi conſtituti, innoxios quoſq́, Romam petere ob beatorum Petri & Pauli limina viſitanda conantes, crudeliſſimè interficiebant.

Hugo R. Saracenos in Alpibus collocat.

Magdeburgi amplificatio.

Circa hoc tempus, Magdeburgum, cùm antehac tantùm fuiſſet caſtellum: in ciuitatem cōſtructum & amplificatum eſt ab Othone Cæſare: petente ſic fieri coniuge eius Editha: quæ hoc loco, vt dote ſua, delectabatur.

Ludo. Rex affinitate iungitur Othoni.

Sororem autem Othonis, Giſelberti viduam, Gerbirgam, Galliæ Rex Ludouicus, vt pacatiore vteretur Cæſare, 942. duxit: Germaniisq́ & Lotharingia, iureiurandọ ceſſit, teſte Auent. Nati inde, Carolus & Lotharius: quorum hic, patri in Regno ſucceſſit: ille, Ducatum Lotharingiæ, beneficio Othonis accepit.

Cùm hoc caput, 19. Septemb. 1590. media quarta pomeridiana abſoluiſſem: Deo gratias egi ex animo: quòd me LXIIII. *ætatis annum (bona cum valetudine: cognita vera per filium eius, vnicum Saluatorem noſtrum, in æternam vitam via) complere paternè ſiuiſſet.* αὐτῷ δόξα καὶ τιμὴ, εἰς τοὺς ἀπεράντους αἰῶνας. Ἀμήν.

VETVS ORIGO GENEROSORVM DE EBERSTAIN Comitum. Affinitas cum Imp. Othone. Eorum Inſignia. Dominica Roſarum.

CAPVT III.

QVoniam præcedente capite, mentio quædam Eberſtain Caſtri, quod ab Othone obſeſſum fuerit, facta eſt: age addamus hîc ſeorſim ea, quæ in M.Scr. libro de vetere generoſorum Comitum Eberſtainiorum origine inuenimus: collecta, neſcio quo tempore, à Doctore quodam Caſparo Baldungano: petente ab eo id officij, fratre eius Ioanne Pictore, ad honorem illorum Comitum: ac poſtea Iacobo Brynio data: qui offerret ea digniſſimo & generoſo Eberſtainio Comiti Bernhardo. Res ad hunc modum narratur.

Eberſtaini caſtri ab Othone obſidio.

Tempore Othonis Magni, anno Domini 938. Imperium Germanicum regentis, magna extitēre bella in Germania: in quibus tamen Otho hoſtes ſuos omnes, præſertim Gallos, compeſcuit. Cùm autem Argentinam obſediſſet, ac domuiſſet: caſtrum poſtea Eberſtainum, quod ante Hercyniam ſyluam eſt, bello petiit: quòd ij Comites dicti eſſent hoſtibus ipſius adhæſiſſe. Obſedit id biennium, & ſex menſes: interdum ipſemet præſens: nec tamen expugnare potuit, propter ſingularem loci firmitatem, & propugnatorum virtutem. Cōſuluit tum ei prudens quidam eques: curiam in ciuitatem Spiram conuocaret: ad quam quilibet tutò venire poſſet, haſtiludij cauſa. Se ſcire, Comites Eberſtainios eodem eſſe venturos: fortitudinis ſuæ in iis ludis declarandæ gratia. Interim Cæſari operam eſſe dandam: vt per induſtrios & fortes viros, illorum arcem occuparet. Placuit conſilium Othoni: conuocatio Spiram ad haſticam exercitationem facta eſt: venit eò ipſe

eo ipſe quoq; Rex: venêre tres Comites Eberſtainij: non modò alij multi, Principes, Domini, equeſtri dignitate conſpicui viri, & nobiles. Certatum fortiter eſt.

Certaminis autem die peracto: noctu Choreæ illuſtres actæ ſunt: quas & ipſe Cæſar adiit: nec non Eberſtainij heroës. Ibi horum vni, ætate iuueni, primus ſaltandi honor, cum quadã inſigni matrona, datus fuit: vt viro procero, forti, pulchro, criſpo capillo, facie decora. Spiræ, ludi haſtici: & in iis, Eberſtainij Comitis.

Finita chorea: acceſsit nobilis quædam venuſtæ formæ mulier: quæ medietate trium Eberſtainiorum clàm inſuſurrauit: ipſum, & fratres eius, ſibi cauere debere: quòd Cæſari conſilium aduerſus eos captum eſſet: caſtelli ipſorum interim, dum hîc eſſent, conſcendendi, ſuumq; faciendi. Noctu ergo abire feſtinarent.

Illi tres, deliberatione habita, ſic faciendum decreuerunt, ac domum properandum. Reuerſi tamen ad choream, dicebant: ſe poſtridie certamen inituros cum equitibus & nobilibus, depoſitis centum Aureis: idq; precium nobilibus fœminis, pro munere profectitio relicturos. Accepta conditione apud alteros: ipſi nihilominus diſpiciebant, quomodo Rhenum ea nocte tranſirẽt. Quod & ſucceſsit.

Reuerſis poſtridie ad caſtrum ſuum, ante meridiem: Cæſar interim, & equeſter ordo, fruſtrà concurſum haſticum expectare. At pòſt intellecto, illos præmonitu alicuius diſceſsiſſe: negotium ab Othone datum eſt idoneis hominibus: vt caſtri illorum oppugnatio, priuſquam eò redirent, tentaretur. Illi verò iam domi erant: Cæſarianiq; oppugnantes, iactu ſaxorum, aliorumq; telorum, malè accepti depulſiq; fuêre.

Cæſar iam cum Eberſtainiis tranſigere cogitans, tres equites ad eos miſit. Intromiſsi hi ſunt: in cellam vinariam, & granarium, ducti: depromptum à Comitibus album & rubrum vinum: monſtrati magni frugum acerui, & copia farinæ. Mirari legati: de illis vincendis deſperare. At interſtincta erant vinaria vaſa binis fundis: & quædam, aqua plena. Sub frumẽto iacebant veteres panni, paleæ, quiſquiliæ. Inanis oſtentatio erat opum. Eorum aduerſus obſidentes caſtrum ſtrategema.

Redierunt legati ad Cæſarem: à quo de rebus caſtelli interrogati, reſponderunt: irritum eſſe conatum longioris oppugnationis: ſuppetere illis vinum & frumẽtum, in alteros adhuc duos & dimidiatum annos. Tunc conſilium fuit Cæſari datum: vt iuniorem quandam ſuarum ſororum (non filiarum, vt in illis collectaneis erat. Sed vide infrà cap. 9.) collocaret minimo natu Eberſtainiorum (Eberhardo) quòd hi eſſent fortes & prudentes viri: qui Maieſtati eius poſſent in arduis negotiis plurimùm prodeſſe. Probatum eſt Othoni conſilium: virgo, iuueni deſponſata: nuptiæ ſplendidæ, in Saxonia celebratæ. Eberhardo virgine illuſtriſsima collocata, obſidionis finis.

Longo tempore pòſt, Cæſar hunc ſuum ſororium Romam miſit, ad Pontificem. Qui cùm Dominica Lætare (quæ, Roſarum Dominica nominatur) ibi eſſet: ac Pontifex Roſam in proceſſione ferret: eam poſtea albo in panno huic Eberſtainio donauit: nempe rubram Roſam, cum cæruleo ſapphiro in eius medio. Hanc ſecum ad ſocerum detulit Brunſuigam: qui eam in poſterum, honorificum Inſigne Eberſtainiæ domus eſſe iuſsit: rubram ſcil. roſam in planitie alba, cum ſapphiro in medio. Antea nanq; pro Inſignibus geſtauerant, nigrum aprum in campo aurato, ſuper petra viridi. Inſignia Procerum Eberſtainiorum.

De aurea Roſa, Gulielm. Durandus lib. 6. cap. 53.

In Dominica quarta Quadrageſimæ, inquit, Romanus Pontifex celebraturus, ad Eccleſiam pergens, & rediens ab eadem: auream in manu ſub aſpectu populi fert roſam. Fert eam ſecundum literam: ne fidelis populus, propter Quadrageſimalis obſeruantiæ aſperitatem, ſub continuo labore deficiat: quia, Quod caret alterna requie, durabile non eſt. Et, Interpone tuis interdum gaudia curis. Roſa delectat in viſu: recreat in olfactu, & confortat in guſtu. Donatur nobiliori & potentiori, qui tunc in curia reperitur: in quo nobilitas & excellentia Iſraëlitici peculiaris populi Domini, deſignatur. Roſa Pontificis aurea.

Ille, cum multo equitatu, & lætitia ingenti, ciuitatem cum roſa circuit: figurans gaudium illius populi, in ciuitatem Hieruſalem de Babylonica captiuitate reuerſi: atque communionem totius fidelis populi, & Eccleſiæ lætitiam. Fert roſam ſecundum ſpiritum: quia flos hic, florem illum ſignificat: qui de ſe dicit in canticis: Ego, flos campi, & lilium conuallium. De quo, Propheta: Egredietur virga de radice Ieſſe. Triplex autem eſt in hoc flore materia: Aurum videlicet, muſcus, & balſamum: quia triplex eſt in Chriſto ſubſtantia: Deitas, corpus, & anima. Sed balſamo mediante, muſcus auro coniungitur: quia anima mediante, corpus coniungitur deitati. Diuina enim natura, tanta ſubtilitatis eſt: vt corpori de limo terræ formato non congrueret

vniri: niſi rationabili ſpiritu mediante. In vrbe deniq; oſtenditur roſa non alibi, quàm apud Baſilicam, quæ ſanctæ crucis in Hieruſalem appellatur: quæ ſupernæ Hieruſalem typum obtinet. Hæc & plura, apud illum.

CRALO, SANGALLENSIS ABBAS. SECVNDVM HASTILudium, Rotenburgi ad Tubarum. Reginobaldus, Spirenſis Epiſcopus. Conradus, Franconiæ & Sueuiæ Dux. Einſidelenſe Monaſterium, & Abbates eius. Præceptores Hirſaugienſis & Sangallenſis Scholæ monaſticæ. Funera Regis Othonis. Romani iunioris Imp. in Oriente coniugium.

CAPVT IIII.

Cralo, S. Galli Abbas.

ANno 942. Cralo (al. Cralochus) vir antiquæ diſciplinæ, ac magnæ grauitatis, ex Decano Abbas eligitur Sangalli, conſentiente cuncto conuentu: confirmaturq́; ab Othone Rege. Erat Thietonis germanus frater. Qui de nimia ſeueritate à fratribus: & quòd Fabarienſem (Pfæuerenſem) Abbatiam, Sangallenſi antea ſubiectam, amiſiſſet, accuſatus: incidit in offenſionem Ludolfi, 948. Sueuorum Ducis. Quo ex Italia redeunte: ipſe & Abbatia, magnis cum theſauris ad Cæſarem Othonem confugit. Ideo 953. (al. 956.) Ludolphus fratrem eius Annonem, Abbatem deſignauit. Cralo poſtea in Heriſouio obiit. Bruſch. Vide infrà capit. 7. plura.

Haſtiludium ſecundum, Rotenburgi ad Tubarum.

Eodem anno, cùm intelligeretur à prudentibus Magnatibus: magnam eſſe vtilitatem ludorum equeſtrium: cùm ad alia, tum vt nobilitas per ludum diſceret arma ſeriò contra hoſtes tractare: atque vt vitia ex nobilitatis ordine, tanquam lolium ex frugifero agro, tollerentur: actum eſt à Conrado, Francorum Duce, ſecundum Haſtiludium, Rotenburgi ciuitate ipſius ad Tuberum: equeſtri quatuor ſupradictarum Germaniæ nationum ordine, eò côueniente, ad diem Dominicum poſt Simonis & Iudæ.

Reges huius ſpectaculi.

Fridericus, Comes Helffenſtainius, Dominus Filſæ, Sueuorum.
Ludouicus, Comes Sarvverdenſis, Rhenenſium.
Thibotto, Comes Andexius, Bauarorum.
Ludouicus, Comes Eberſtainius in Saxonia, Franconum.

Inſpectatores armorum, Helmſchawer.

Sueui: Henricus Hürnhaimius.
Georgius Embſius.
Fridericus Mærſpurgius.

Rhenenſes: VVihelmus Gronbergius.
Engelhardus Reiffenbergius.
Fridericus Graſchlagius.

Bauari: Andreas Preiſsingus eques.
Fridericus Rainer ad Rainum.
Ioannes Braitenſtainius. Si modò huiuſmodi Apoſtolica nomina tunc in Germania fuerunt, quæ Ruxnerus ponit.

Francones: Rudolfus Schaumbergius.
Fridericus Erichshuſius.
Philippus Veſtenbergius.

Arenarij miniſtri, Diribitores pugnæ, Grießwertel.

Francus, VVolfgangus Schenckius de Geiro.
Sueuus, Erneſtus Hürnhaimius.
Bauarus, VVilpoldus Barſpergius.
Rhenenſis, Otho Heiſſenſtainius.

Ad

Ad ſepta, zwiſchen den Seulen.

Bauarus, Sigiſmundus VValdeccius.
Franco, Arnoldus VVenckenhaimius.
Sueuus, Hanſo Schellenbergius.
Rhenenſis, Henricus Eltzius.

Fœminæ, armorum inſpectrices & diſtributrices.

Rhenenſes.
Barbara Neſſelrodia, vxor VVolfij Schvvanenbergij.
Anna Rüdishaimia, vidua VVilhelmi Brunſeri.
Magdalena Allendorffia, virgo.

Bauara.
Catharina Pauliſdorffia, Friderici Toringi vxor.
Lucia VValdeccia, Sebaldi Labari vidua.
Magdalena Murachia, virgo.

Sueua.
Eliſabeta Bodemania, vxor VVilhelmi Schellenbergij.
Agnes Rechbergia, vidua Henrici Thannij.
Catharina Friburgia, virgo.

Franconides.
Vrſula Kunſpergia, Conradi Felbergij vxor.
Anna Roſenbergia, Rudolfi Dungenij vidua.
Agnes Seinshaimia, virgo.

Interfuerunt his exercitijs Sueui hi.

Comites, Burchardus Veringenſis.
Diepoldus, Kyburgenſis & Dillingenſis.
VVolfius VVerdenbergenſis.
Albertus Lövvenſtainenſis:
Rudolfus Vracenſis.
Adamus Kirchbergenſis.
Adolfus Heiligenbergenſis.
VVilhelmus Montefortenſis.
Barones, Ioannes VVeinſpergenſis.
Philippus Brandiſius.
Paulus Iuſtingenſis.
Seifridus Zimmerenſis.
Henricus Stöffelenſis.
Amman Hohengeroltzeccius.
Conradus Meſkirchenſis, & alij.

Sed quia cuiuſque nationis ſinguli Præfecti, vel Reges, tantis negotiis nimiùm grauabantur: pro ſingulis Regibus, terni facti ſunt: ita, vt duodecim eſſent: ſingulisq́; ſua ſymbola, aut notæ (aliquod animal, aut auis) attributa: quæ ipſi, & quæ ſub ipſis ſodalitates eſſent, geſtarent: quò ſic inter ſe diſtinguerentur: accuratioreque ordine ludi adminiſtrarentur. vt, Regi Sueuiæ. *Duodecim Præfecti ludorum.*

Supremæ, Gibfrido Ellerbachio, pro teſſera falco datus eſt.
Mediæ, Friderico Guſſenio de Guſſenberg, rupicapra. *Notæ ſingulorum.*
Infimæ, VVernhero Gundelfingenio, canis numellatus, ein Laithund.

Finitis certationibus: laudati ſunt, ac donis à fœminis ornati, qui fortiter præ aliis fecerant: choreæq́; ductæ.

Anno 943. Reginobaldus fit ab Othone Cæſare, cui chariſsimus erat, ex Monacho Hirſaugienſi Epiſcopus Spirenſis: ſacrarum literarum perdoctus, vitæ innocentis. Donata eſt ſub eo (946. anno) in perpetuam poſſeſsionem, Eccleſia Nemetum liberaliſsimè, reditibus, decimis, vectigalibus, poteſtate cudendæ monetæ, aliisq́; iuribus ad preces eius (conſentiente Rege Othone) à *Reginobaldus, Spirenſis Epiſcopus.*

Cōradus Dux, Sapiens. Conrado (illa iura Spira habente) Francorum & Sueuiæ Duce (inquit Bruſch.) VVernheri Ducis filio, optimo Principe: tunc VVormaciæ reſidente: vt qui Vicarius eſſet (inquit Ruxnerus) Imperij, quando Cæſar abeſſet. Sapientis ille nomine nobilitatus fuit (vt antehac dictum eſt) eiq; filiam ſuam Luitgardin Otho deſponſauit: eodem, quo illa donatio facta fuit, anno. Cæſari nanq; propter prudentiam ac fidem acceptiſſimus erat: & quòd aliquoties pro ipſo feliciter (vt & Dux Hermannus) pugnaſſet contra ſeditioſos illos Duces, de quibus antehac cognouimus, Eberhardū Palatinum, & Giſelbertum Lotharingum. Obiit Reginobaldus 13. Octob. 958. peracta laudabili 15. annorum inſpectione ouium ſuarum.

De Einſidelenſi cœnobio, Abtey im finſtern Wald.

Superioribus annis, S. Mainradi cella fuerat à quodam Argentoratenſi Decano, Eberhardo nomine, reparata: praeced. lib. cap. 11. Ad eum inſequentibus annis acceſſerat (Bruſchio teſte) Gregorius quidam, Eduardi R. Angliæ F. Dominæ Editha, primæ Othonis Regis vxoris. frater, vir religioſus: nec non Benno, vel Benedictus, Argentinenſis Canonicus: tandem, Epiſcopus Metenſis factus. Dedicatum eſt primum Eremiticum Templum anno 943. à S. Conrado, Conſtantienſi Epiſcopo, Alttorffenſi Comite. Defuncta ſequenti tempore Editha: profectus rogatu Agapeti II. Papæ Otho in Italiam: rebus ibi feliciter geſtis: ductaq; altera coniuge, Domina Adelhaide, Burgundici R. Rudolfi filia, Lotharij verò Italici R. vidua: cùm inde in Germanias reuertens, multa in itinere audiret de S. Mainradi cella: & prædicto affine ſuo Gregorio: fecit ipſe (monēte etiam coniuge Adelhaide) ex Eremitarum humili domicilio, magnificam D. Benedicti Abbatiam Einſidelenſem: amplis donans prouentibus annuis, & regiunculis: vt hoſpitale pauperum Principum, Comitum, Baronum, perpetuum eſſet. Hinc factum, vt poſtea multorū Principum liberi in eo viuerent: vt Cuno & Henricus, Geroldi Saxoniæ Ducis filij: Vlricus & Dietlandus, Sueuiæ Duces: Ioannes, Burgundionum Dux.

Einſidelenſe Monaſterium, vel Eremiticum.

Abbatum horum Catalogus.

Abbatꝰ eius.

1. Eberhardus, Decanus antea Argentinæ.
2. Gregorius Anglus. Obiit 996.
3. VVirandus, Comes VVandelburgius, Dominus Rapperſvvilenſis, annos 30. *(VVadelburgicus comitatus.)*
4. Embricus Bauarus, Baro Abenſpergius, Canonicus Friſingenſis, electus 1026. Conflagrauit paucis annis ante mortem eius penè totum Monaſterium: ſed ipſe 1051. pulchrè reſtituit: ac ſequenti anno obiit. *(Abenſpergius Baronatus.)*
5. Hermannus, Comes Vitodurenſis, aut Kyburgius (quoniam arx Kyburgum, & oppidum VVinterthyrum, inter ſe vicina) qui præfuit A. 14. Cœnobium egregiè illuſtrās: plurimùm huic loco commodantibus Adelberto & Luitfrido, fratribus ipſius. Obiit 1065. *(Vitodurenſis Comitatus.)*
6. Henricus. Obiit 1070.
7. Selinger, Baro VVolhuſenſis: qui ad Monaſticam vitam, relicto coniugio, ſe contulerat: eò quòd in lacu arci ſuæ vicino, liberos omnes amiſiſſet. Vxor eius Hedovvigis, in Tigurino Dominarum Cœnobio Abbatiſſa facta eſt. Fuit hic Abbas, Sueuorum Duci Rudolfo in primis charus. Reſignato munere 1090. Obiit 1094. *(VVolhuſenſis Baronatus.)*
8. Rudolfus. Præfuit A. 11. Obiit 1101.
9. Gero, annos 21. Hic ſaxeum Diaboli pontem (fortè ab Architecto huius cognominis factum) maximis ſumptibus ſupra Sylium amnem ædificauit. Obiit 1122. *(Pons Diaboli.)*
10. VVernherus, Baro Altpurenſis. A. 20. qui obiit 1142. *(Altpurenſis Baronatus.)*
11. Rudolfus II. annos 29. Obiit 1171.
12. VVernherus II. Comes Dockenburgenſis. *(Dockenburg. Comitatus.)*
13. VVarinus, Comes Rapperſvvilenſis, Monachus Sangallenſis. Electus à fratre ſuo, Abbatiæ Præfecto, Rudolfo. *(Rapperſvvilēſ. Comitatus.)*
14. VVernherus III. A. 19. Abdicauit ſe 1192. amplificato Monaſterio hoc: quod ſub eo 200. Marcis ditius factum fuit.
15. Vlricus, Comes Rapperſvvilenſis, A. 14. non vtiliter. Ideo 1206. deiectus.
16. Bertholdus VValdſeenſis, Baro antiquæ ſtirpis de Sancto monte. Præfuit A. 8. reparator illorum, quæ à Deceſſore dilapidata fuerant. Reſignauit propter ſenectutem. *(VValdſeenſis Baronatus.)*
17. Conradus Thunius, electus 1214. frater Baſilienſis Epiſcopi Henrici. Præfuit A. 20. Templum cœnobij, quod 1226. incendio perierat, pulchrè inſtaurauit. Cæcus factus, Abbatia ſe abdicauit, 1234.

18. Anshel-

18. Anſhelmus, Baro Schvvandēſis, ex Glaronenſi prouincia. Præfuit A.33. perquam vtiliter. Condidit Caſtrum Pfeſſiconenſe à fundamentis, & magnificam domum Tiguri. Donatus eſt infula, & aliis Epiſcopalibus ornamentis, ab Innocentio IIII. P. confirmatus Imperij Princeps à Friderico II. Rom. Imp. Obiit 1267. Schvvandēſis Baronatus.

19. Vlricus, Baro VVinidenſis, A.10. Obiit Comilongobardia 1277.

20. Petrus, Baro Schvvandenſis, Anſhelmi Abbatis ex fratre nepos, A.3. Obiit 1280. in ſacello quodam Tugenſi, fulmine tactus.

21. Henricus, Baro Guttingenſis, A.18. Obiit in arce Pfeſſiconenſi 1298. Reuectus in ſuam Eremum. Guttingenſis Baronatus.

22. Ioannes, Schvvandenſis Baro. Reſignauit.

23. Ioannes Haſenburgius: antea, Cellæ Magiſter.

24. Conradus Goſconius ex Argouia.

25. Henricus, Baro Brandiſius: poſtea 1356. Epiſcopus Conſtantienſis. Brandiſanus Comitatus.

26. Marquardus, Grynenbergius Baro, A.20. Acquiſiuit Richenburgum, cum adiuncto territorio. Obiit 1376. Grunenbergēſis Baronatus.

27. Nicolaus, Baro Guntenbergius, Hercynius, ex Diuite Augia vocatus. Guntenberg. Baronatus.

28. Petrus, VValdhuſius Baro, 1400. propter probitatem Pater patrum vulgò nominatus. Soror eius VVandelburgis, Abbatiſſa Tiguri fuit. VValdhuſ. Baronatus.

29. Ludouicus, Comes Thierſteinius, 1401. Thierſtain. Comitatus.

30. Hugo Roſeneccius, 1414.

31. Burcardus, 1433.

Iam, plurium Abbatum defectus.

32. Conradus de Rechberg. 1500. Sub quo 1509. Cœnobij calamitoſiſſima deflagratio extitit.

33. Conradus GeroltZeccius, 1520.

34. Ludouicus Blaurerus Conſtantienſis, ex conuentu Sangallenſi. Obiit 1544.

Quondam à Sueuiæ Ducibus, fuit liberaliſſimè donis ornatum hoc Monaſterium: ita, vt breui tempore ad amplas opes peruenerit: & Comites ac Barones quidam, feuda ab eius Abbate acceperint. Fieri denique huc peregrinatio ex omni Germania ſolita fuit: magnis etiam Principibus & Epiſcopis, ſtudio pietatis accedentibus, teſte Munſtero.

Eodem 943. anno, 12. Calend. Octob. Indict. 1. mortuus eſt Diethardus, Monachus & Scholaſticus Cœnobij Hirſaugienſis (teſtante Tritenh.) qui præfuerat Scholæ Monachorum, poſt Luthelmum vel Linthelmum Monachum, annos 22. vir S. literarum benè doctus, moribusq; probatus. Cui ſucceſſit in officio docendi, laudatus Monachus Meginradus: Linthelmi in iuuentute, & eo mortuo Diethardi huius, auditor. In S. verò Galli Monaſterio, Helpericus Monachus docebat: Abbatis Diethmari quondam condiſcipulus, tunc autem præceptoris ſui Adelhardi ſucceſſor. Ab his præceptoribus, multi docti Diſcipuli facti ſunt, pro conditione illorū temporum. Nondum tunc extra Monaſteria Scholæ erant. Hirſaug. Scholæ Præceptor Diethardus. Scholæ, in Monaſteriis.

Hoc tempore (vt Tritenhem. non rectè putat) diem ſuum obierunt Cæſaris Othonis charitates: Editha coniux, ſancta mulier, Chriſto deuota: & Mechtildis, mater. Illa in Magdeburgenſi Monaſterio ſepulta: hac verò, Quedlinburgi, iuxta maritum Henricum. Sed alij Edithæ obitum, ad 947. (vt ſequetur) alij ad 948. ponunt. Matrem etiam vixiſſe poſt Vngaricam Auguſtæ cladem reperimus, anno ſcil. 955. & 966.

Anno 944. Conſtantinopoli, Romanus ſenior Imp. ſuo ex Helena filia, quæ Leonis filio Conſtantino nupta erat, nepoti, Romano puero vel iuniori dicto, filiam ab Italiæ Rege Hugone collocari petiit. Hugo ſe legitimam filiam habere negauit: ſed ex concubinis natam aliquam formoſam dare poſſe reſpondit. Quoniam itaque Græci nō matris, ſed patris, nobilitatem ſpectant: petiit talem Romanus. Ergo miſit ei Rex Hugo Bertham, ſibi ex meretrice BeZola natam. Notha puella Græcis non cōtempta.

Sie thet jhme wol/alß er ein Gſell war. Illam Romanus puer duxit: quæ à Græcis, mutato nomine Eudoxia appellata eſt. Luitpr. lib. 5. cap. 5. & 9. Ibi non opus erat fœminis, legitimæ natiuitatis literis.

CONSTANTINVS, ÆMVLIS DEIECTIS, IMPERIVM Orient. ſolus obtinet. Tres inſignes Germaniæ Epiſcopi. Monaſterij Campidonenſis inſtauratio. Hiltegardis & Ludouici Pij Epitaphia. Berengarius in Italiam reuerſus, cum Hugone & Lothario regnat. Poſtea, ſine his. Reginæ Edithæ mors. Clades Vngarorum, & in Italiam irruptio. Luitholfus, TERTIVS Dux Sueuiæ. Cæſaris Othonis expeditio Gallica.

CAPVT V.

Filij, in patrem ingrati.

ANno 945. Rex Otho Duces Hermannum & Conradum, inter ſe diſsidentes, reconciliauit.

Conſtantinopoli, Stephanus & Conſtantinus fratres: ſicut patrem ſuum Romanum, pertaſi eius iuſtam aduerſum ſe ſeneritatem, captum & tonſum in Monaſterium, vbi multi religioſi Monachi, ad philoſophandum retruſerant: ita & Conſtantino, ſororio ſuo, facere conabantur: vt ſcil. ipſi ſoli regnare poſſent. Cogitabant hoc inuitatione illius ad conuiuium, perficere. Sed à quodam, cui nomẽ Diabolino erat, conſilium eorum Conſtantino eſt enuntiatum: qui manu Macedonum parata, ex improuiſo ipſos cepit, totondit: & in vicinam inſulam Protam, in qua pater ipſorum erat, in Monaſterio philoſophatum miſit. Qui feſtiuè cauillans, O benè factum, inquit: quòd humilitatem noſtram maieſtas veſtra inuiſit. Charitas, quæ me de Palatio expulit, ne veſtram quidem filiationem diu ibi manere ſiuit. Non hic deliciæ è terra mariq́: ſed fabæ, olera, porrum, ieiunia.

Talionis in eos pœna.

Potentius tamen regnant, qui humilibus Dei ſeruis inſeruiunt: quàm qui potẽtibus Mundi peccatoribus imperant. Luitpr. Ita hi captantes, capti ſunt: & Conſtantinus, oppreſſis illis, à quibus iniquè oppreſſus fuerat, poteſtatem recuperauit, ſolus iam imperans.

Scholarum reſtitutio per Cõſtantinũ Imp.

Ibi verò non multa, niſi quòd ſcholas & ſtudia liberalia reſtituit, expectatione ſui dignè fecit. οἴνῳ τι γὰρ ἥττητο· καὶ τῶν ἐπιπόνων, τὰ ῥᾷστα προέκρινεν, ἀπαραίτητός τι ἦν, καὶ ἀσυμπαθὴς, ἐν ταῖς τιμωρίαις κολάσεσι. *Quippe vino ſe vinci patiebatur: ignauiam labori anteponebat: delicta, citra vllam miſerationem puniebat. Cedren.*

Græci, ad Othonem.

Nuncij Græcorum, eodem hoc anno, pridie omnium Sanctorum, magnis cum muneribus ad Regem Othonem venerunt.

Epiſcopi tres excedentes.

Hoc tempore, florebant hi Epiſcopi (vt ſcribit Herm. Æditus) Conſtantienſis Conradus, qui ſiccis pedibus inceſsit ſuper lacu Podamico: & Auguſtanus Vlricus, in cuius Miſſa, viſa dicitur dextra Dei crucem in hoſtia formare: & Ratisbonẽſis VVolfgangus, magnorum effector miraculorum. Quæ cuiq́ licitum eſt credere vel non credere. Sufficit credere in Deum patrem, & filium, & Spiritum S. μίαν τρισυπόστατον θεότητα, *vnam trium perſonarum Deitatem.*

Campidonenſe Monaſterium, reſtitutum.

Anno 946. cùm poſt grauem Campidonenſis Monaſtery (ante aliquot annos ab Hunnis, vel potius Vngaris, factam) deuaſtationem, Abbatisque & Monachorum diſperſionem, Sueuiæ Dux Erneſtus (quid ſi fuit Hermannus?) in Bauariam iter facturus (inquit ex Campid. M. Scr. libro Bruſch.) veniret Stetvvangum verſus (Cœnobij prædicti, in cineres collapſi, allodium & præpoſituram) ibi ſacram ingreſſus ædem, duos reperit Campidonenſes cœnobitas: Amandum Braitkleeum (Latitrifolium) & Felicem Briemium (Bremium) ſibi dudum benè notos: quorum Amandus tunc fortè concionabatur. Is Ducem Erneſtum, auditorem nactus, ſtrenuè concionando pergit. ac tandem ad ſuum inſtitutum deflexa oratione, deletionem tanti Monaſterij, lacrymabili voce deplorat: quòd fuiſſet olim à Sueuorum laudatiſſima Duce, pietatis cultrice inſigni (Hiltegardin innuens) tam munificè, tam ſplendidè, ædificatum & dotatum: in quo hactenus tot pij, docti, benè morati, & prudentes viri, vixiſſent: ex quo paſta eſſet totius viciniæ ieiuna in fame plebecula: vnde Epiſcopi, & Imperatorum prodiiſſent Conſiliarij. Ad huius, talis ac tantæ domus inſtaurationem, meritò conferendum eſſe iterum aliquid ab omnibus piis, viris præſertim Principibus: &, qui primæ fundatrici, propinquitate ſanguinis eſſent coniuncti. Hac oratione Sueui, τὸ τετράχορδον τῆς φθογγῆς δεξιοστροφοῦντος *(vt Choniata loquitur) prandurae fides dextræ digitis percurrentis, ita motus fuit Erneſti animus: vt extemplo Amandum accerſeret: ex eoque, nunquid priuilegiorum, ex tanta vaſtatione reſtaret, quæreret. Cùm ille librum eorum ſaluum exhiberet (qui fortè Stetvvangi deſcriptus à quadam, priuatæ oblectationis gra-*

nis gratia fuerat, ſed publicè res poſtea bene cecidit: latueratq́ in fano, Monachis exulantibus: ac Præfecto quodam interim Hillemontium & pages tenente) Erneſtus, libro viſo, mox cœnobium inſtaurare, Cœnobitas recolligere, interea Stetvvangi eos alere, Abbatem de S. Vdalrici conſilio præficere, nouam priuilegiorum confirmationem à Cæſare Othone petere, aggreſſus eſt. Omnia hæc, vt ex proſapia Hiltegardis ortus. Habitabat Præfectus Hillemontanus, in parua arce VViſena, ſub Duce Erneſto. Ita reſtitutio Monaſterij facta eſt. Tunc ſepulcrum S. Hiltegardis, per miracula recognitum (piæ anus nocturno indicio) cum diu ignoratum fuiſſet: repertis quoq́ inibi oſsibus & calceis eius illæſis. Fides, penes librum M. Ser. eſto: in quo hæc quoq́ Epithaphia tunc reperta dicuntur. In tabula plumbea, S. Hiltegarda.

S. Hiltegardæ ſepulcrum.

Annis decurſis ſeptingentis, octuagintaq́ tribus, buſto in hoc buſtuarij felicem buſtarunt "
Hiltegardin: quæ varijs claruit ſignis, Dei vigore in multis: cuius in pace, ſancta requieſcat ani- "
ma. Amen. "

In ſepulcro filij eius, Imp. Ludouici Pij, cum corona in capite reperti.

Annis completis quadragintaq́ octingentis, Pius Ludouicus Campidone fuit ſepultus, "
ſuam erga matrem pie memorie Hiltegardam. Satis barbarè, & ſine Diphthongis: vt moris "
fuit vſque ad patrum noſtrorum tempora: quando literarum eruditio, & elegantia, reuiuiſcere cœpit.

Poſtea, vno in ſarcophago, mater & filius diſtinctè poſiti memorantur: & concurſu hominum ad hæc ſupulcra facto: cæcos ἀναβλέψαι, *mutos* λαλῆσαι, *leproſos* καθαρισθῆναι, *mortuos* ἐγερθῆναι. *Tantis laudibus* καὶ χαιδιασμοῖς, *delectabat* φιλοϊλτιγαρδίους *Monachos ſuam conditricem & benefactricem ornare.*

Anno 947 Berengarius (cum fidus eius in Sueuia comes quidam Amedeus, aſtutiſsima rerum animorumq́ Italicorum exploratione, ei præcedente anno viam præparaſſet) in Italiam redijt: ac paſsim à Principibus receptus, Mediolani ſe pro Rege gerere cœpit. Attamen, ne cauſam Regibus Hugoni, & filio eius Lothario, periculo ſi quid è locis exteris mouendi daret: ambos in ſocietatem Regni recepit. Sed nucleum ſibi cepit: eis verò liquit putamina, vt Plautino prouerbio vtar. Itaq́ Hugo poſtea, relicto in Italia Lothario, in Prouinciam cum theſauro redijt: ac pòſt paulò vita exceſsit. Luitpr. lib. 5.

Berengarij reditus in Italiã, & cum Hugone regnatio.

Hoc demum anno Schaffnaburgenſis (contra, quam ſupra cap. 4. Tritenhemius) mortem Reginæ Etheitæ ponit, cui Adelheit ſucceſſerit. Hic annus (inquit VVitich. lib. 2. & M. Scr. codex) notabilis fuit caſu calamitoſo totius populi: de morte ſcilic. beatæ Edidis Reginæ: cuius dies extrema, 7. Calend. Februar. celebrata eſt, cum gemitu & lacrymis omnium Saxonum. Hæc, nata ex gente Anglorum, non minus ſancta religione, quam Regali potentia, claruit. Decem annos Regni conſortia tenuit, vndecimo obijt: Saxoniam 18. annos habitauit. Reliquit filium, nomine Luitdolfum, omni virtute animi & corporis, ea ætate nulli mortalium ſecundum. Filiam quoq́, nomine Luitgardam, Duci Conrado deſponſam. Sepulta eſt Magdeburgi, in Baſilica noua, latere aquilonari ad Orientem. Vnde Regi, à venatione redeunti, ingens luctus.

Edidis Reginæ mors.

Anno 948. Henricus, Cæſaris Othonis frater, iam Bauariæ Dux, Vngaros duobus prælijs vicit. Inde in Italiam contendit, diſsidiis & imbecillitate Italicorum illectus: captaq́ Aquileia, ad Ticinum aſpirauit: ac, nemine prohibente, ingentem prædam domum aſportauit.

Henrici, Bauariæ Ducis, res geſtæ.

Huius exemplo incitatus Vngarorum Rex Taxis (al. Toxus) altero anno & ipſe in Italiam ac Lombardiam irrupit. Tunc Berengarius, vt eum remoueret, à ſingulis vtriuſq́ ſexus, ac cuiuſuis ætatis, hominibus, nummum exegit: atq́ ne Eccleſiis quidem pepercit. De tanta pecunia, decem modiis ab Vngaris pacem emit: reliquam omnem, multò maiorem, auertit. 5. Luitpr. 15.

Tributi exactio Berengariana.

Hoc tempore, Alemanniæ & Sueuiæ Dux Hermannus, comitatui quoque Rhætiæ Curvvalenio dominatus eſt: ac ſemper Regi Othoni fidelis fuit. Inueni alicubi, Lindauienſe oppidum ab eo fuiſſe combuſtum (cauſam neſcio) 948. Chriſti. Cum autem eo anno moreretur: ſucceſsit in locum eius, vt gener, Othonis Cæſaris F. Luithulphus, tertius iam Dux Sueuorum.

Luithulfus, Sueuiæ Dux III.

Anno 948. & 949. in Gallia hæc facta ſunt. Defecerat antehac Hugo Magnus, Capeti pater, Regno inhians, à Rege Ludouico: & hic à Nortmannis proditus, in carcerẽ coniectus fuit. Ideo Otho, qui tanto diſsidio affinium ſuorum (habebant enim duas ipſius ſorores) dolebat: exercitum in Galliam ducere parabat. Quod audiens Hugo: iurauit, legatione miſſa, per animam patris ſui: ſibi tantam eſſe copiam armorum, quantam Rex nunquam vidiſſet: ac magno faſtu Saxones (ſic & Sueuos ſine dubio) contemnens, ſe vna potione poſſe ſeptem eorum tela abſorbere dixit. Reſpondit Otho facetè, ſe contrà cum tanta multitudine ſtramineorum pileorum venturum: quantam nec ipſe, nec pater eius, vnquam vidiſſet. Ac re vera, cum eſſet exercitus 32. legionum: nemo in eo inuentus eſt, qui non pileum ex ſtramine contextum geſtaret. Tunc Otho ad Pariſiorum vſq; vrbem venit: adactoq; ad pacem petendam Hugone, Ludouicum in Regnum reſtituit: Belgiumq; & Burgundiam, Gallico Regno detracta, Germanis ſubiecit. Vide Conrad. Vrſperg. & Crantz. 3. Saxon. 23. & VVitich. lib. 3. Deſponſa fuit Luitholfo, Hermanni Sueui filia Ida, puella 16. annorum.

Straminei pilei exercitus Othonis contra Gallum Hugonem.

In Italia, Hugonis filio Lothario mortuo, ſolus remanſit Rex cum Adelberto F. Berengarius. Regina Adelheidis, vidua relicta, Papiam tenuit dotalem.

Berengarius, Italiæ Rex ſolus.

TERTIVM HASTILVDIVM, CONSTANTIÆ. LVITprandi profectio Conſtantinopolin: & quædam de magnificentia ibi Aulica.

CAPVT VI.

ANno 948. tertij ludi equeſtres, Conſtantiæ ad lacum acronium acti ſunt, à Sueuiæ Duce Luitholfo: conuocatione facta in proximam poſt feſtum omnium Sanctorum Dominicam: vt per eam hebdomadem rectè & ordine fierent.

Haſtiludium tertium Conſtantiæ.

Præfecti vel Reges.

Nomine Rheni, Erneſtus, dominus VVinnenbergæ.
Franconiæ, Erichus Redvvitzius.
Bauariæ, Henricus Fraunbergenſis, eques.
Sueuiæ, Fridericus Hurnhainius, eques.

Luſtratores armorum.

Ex Sueuis, Theodoricus Blumeneccius, pro ſeniore.
Conradus VVeittingius, pro iuniore,
Ex Bauaris, Ioannes Ebron VVildenbergenſis, eques, loco ſenioris.
Henricus Sattelbogenius, loco iunioris.
Ex Rhenanis, VValtherus Flershemius, eques pro ſeniore.
Conradus VVinter, pro iuniore.
Ex Francis, Erichus Redvvitzius, loco ſenioris.
Albertus Færtſchenius Turnouienſis, loco iunioris.

Luſtratrices.

Franconiæ: Zibais Brauneccenſis, vxor Ioannis à Flugelavv.
Anaſtaſia Abſpergia, vidua Bernhardi Schaumbergij.
Virgo, Imagina Hornſteinenſis.
Rhenenſes: Barbara Hammerſtainia, vxor Engelhardi Pirmontij.
Iſanta Sachſenhaimia, vidua Viperti Cronenbergij.
Virgo, Sicilia (Cæcilia) Landsbergia.
Bauaricæ: VVolfhildis Zangerina, Iacobi Sandicellij vxor.
Demuta VValdeccia, Hermanni Achdorfferi vidua.
Virgo, Vrſula Greuſſinia.
Sueuicæ: Irmentrudis Bodmania, Gottvvaldi Friburgici vxor.
Dietburga Kaltenthalia, Seifridi Kynſeccij vidua.
Virgo, Feronica Nothafftina.

Diſciplinæ in arena, ſeu palæſtra, Rectores.

Bauarus, Theodoricus Lauingius, eques.
Rhenanus, VVolfhardus Rennenbergius.
Sueuus, Carolus Hohenclingius, eques.

Francus,

Francus, Chilianus Kerenſis, eques.

Curatores inter ſepta.

Sueuus, Vlricus de Stain.
Francus, Henricus Giechenſis.
Bauarus, Andreas Paulsdorffius.
Rhenanus, Arbogaſtus Franckenſteinius.

Arenarij alterius concertationis.

Sueuus, Anshelmus Mærsburgius.
Bauarus, Siboto VValdouius.
Rhenanus, Gangolfus Rudisheimius.
Francus, Ernfridus Veſtenbergius.
Omnes, equeſtri dignitate ornati.

Ad ſepta.

Rhenanus, Emerichus VValdeccius.
Sueuus, Henricus Liethaimius.
Bauarus, Albicus Freienſeiboltsdorfius.
Francus, VVolfhardus Sternebergius. Omnes, equites.

Interfuerunt his decurſionibus Sueui, aut quaſi Sueui.

Hermannus, Dux Sueuiæ. Ergo, non multo ante mortem ſuam. Niſi Haſtiludium eſt 947. celebratum. At ſcribit tamen Albertus Stadenſis: Hertmannum, Alemannorum Ducem, obijſſe 949. anno.

Conradus, Dux antea Franconiæ, & poſtea Lotharingiæ, cognomine VVormacienſis.
VVelpho, Dux Bauariæ ſuperioris.

Comites.

Burcardus Veringenſis.
Diepoldus, Kyburgius & Dillingenſis.
Albertus, Leoſteinenſis & Caluenſis. *Caluenſ. Comes Adalbertus.*
Rodolfus Montefortius.
Ludouicus Helffenſtainius, Filſæ dominus.
Conradus Vracenſis.
VVolfius Hohenzollerenſis.
Egon Fyrſtembergius.
Gotfridus Hohenlous.
Gotfridus Sonnenbergius.

Barones. *Ioannes VVeinſpergius.*
VVilhelmus Meſskirchius.
Eraſmus Schelcklingenſis.
Chriſtophorus VVinsdenſis.
Item nobilis vir, Reinhardus à VVeluvart, & Henricus Sachſenhaimius.

Die Iouis certatum præpilatis haſtis, in hohen Zeugen / oder Scharpffrännen *(vt intelligo) vbi primas tulit Ludouicus Helffenſtainius, haſtis 29. ruptis.*

Secutæ ſunt gratiarum actiones, & munerum diſtributiones, ijs, quorum virtus enituerat, à fœminis. Erant autem hi: I. Lud. Helffenſtainius. II. Eberhardus. Lotharingius Dux: dante ei Domina Agnete, comitis Zollerenſis VVolfij filia, Burcardi Vering. Comitis vxore. III. VVilhelmus Leubelfingius Bauarus: accipiens à Virgine Richarda, Zimmerenſi domina Gratiæ poſtea acta nouis 4. in futurum Regibus ludorum: inter quos Sueuicus erat Guilielmus Nippenburgius: qui ſuum Haſtiludium indixit Horbam, ſitam ante Hercyniam ſyluam, ad proximam poſt S. Galli Dominicam, poſt biennium. *Horba.*

Dehinc, ad Choreas ventum. Acceptis deniq; literis teſtimonialibus, ſe his ludis interfuiſſe: mutuaq; animorum coniunctione inita: cuiq; domum ſuam diſceſſum. Hæc, de his ludis.

Circa hæc tempora Luitprandus, Ticinenſis Eccleſiæ Leuita, Venetias venit. Ibi Salomonem legatum Græcum inuenit: ab Hiſpania & Saxonia Conſtantinopolin redire cupientẽ. Is ſecum ducebat Hiſpanicam legionem: & Cæſaris Othonis Legatum, magnis cum muneribus, Moguntinum Antiſtitem Luitfridum. Cum his ipſe 8. Calend. Septemb. Venetijs egreſſus, 15. Cal. Oct. Conſtantinopolin peruenit: ad Imp. Conſtantinum, à Rege Berengario cũ literis miſſus. *Luitprandus, Conſtantinopolin profectus.*

Solium Imperatoris Græci.

Exceptus ibi in ſplendida domo, Palatio contigua, fuit: quæ Megaura nominabatur: in qua arbor ænea, cum volucribus diuerſi generis ex eodem metallo (ſed inaurata erant omnia) ante Imperatorem ſtabat: cuius ſolium ea arte paratum erat: vt repente humilius, aut celſius, factũ eſſet: & vtrinq; ab inauratis leonibus quaſi cuſtodiebatur. Luitprandum tunc duo Eunuchi, humeris ipſorum incumbentem, in conſpectum Imperatoris deduxerunt: leonibus interim rugientibus: auibus pro diuerſa ſpecie ſua garrientibus. Das war der Griechiſch Pracht. *Luitprandus verò, his terriculamentis præcognitis, nullo terrore, nulla admiratione, commotus fuit. Tertium itaq; Imperatorem pronus adorauit: ac tum capite erecto, quem prius mediocri menſura à terra eleuatum, ſedentem viderat: ſubitò aliis indutum veſtimentis iuxta Aulæ huius laquear ſedentem in ſublimi ſuſpexit. Cogitauit, tali ergalio ſubuectum eſſe: quo torcularium arbores ſubuehuntur. Tunc per Logothetam de Berengario, ecquid valeret, eſt percontatus. Cui cum Luitprandus reſpondiſſet: innuente interprete idem egreſſus eſt: & mox in præparatum hoſpitium receptus. Poſt hæc, Hiſpanorum Legati, & Luitfridus Othonius, munera ſua Imperatori obtulerunt. Sic & Luitprandus, quadam: eaq́; de ſuo (quia nihil à Berengarij tenacitate acceperat) vt, loricas optimas 9. ſcuta optima cum bullis inauratis 7. cupas argenteas inauratas 2. & Carſamatia 4. id eſt, pueros ſpadones. Idem triduo pòſt, ad menſam Imperatoris adhibitus: Poſtq́; conuiuium, ipſe & Comites, magno munere donati. Factum in domo, iuxta Hippodromum ſita, miræ altitudinis & pulchritudinis: quæ Δεκαεννεακούβιτα, Nouendecimcubita, nominabatur. Id autem, ideo: quod XIX. menſæ, in natalitiis conſeruatoris noſtri Chriſti ibi ſtabant: in quibus Imperator iuxta, ac conuiuæ, non ſedendo (vt cæteris diebus) ſed recumbendo, epulabantur. Quibus diebus, non argenteis, ſed tantum aureis, vaſis miniſtrabatur. Poſt cibum autem, tribus aureis vaſis poma ingentia allata: quæ funibus auratis, è laqueari dependentibus (aureos annulos habentibus, quibus anſæ vaſorum accommodabantur) ſubuehebantur ergalio vertibili, quod ſupra laquear erat, in menſam: eodemq́; modo rurſus deponebantur. Varij poſtea ludi: vt, quòd quidam in fronte geſtabat lignum, 24. pedes longum: pueris duobus ſuper eo ludentibus.*

Munera Imperatori oblata.

Carſamatia.

Decaenneacubita.

Græca magnificentia.

Græci legati ad Othonem.

Anno 949. iterum nuntij Græcorum, ad Regem Othonem cum precioſiſſimis muneribus venerunt, in memoria omnium Sanctorum. Schafnaburg. Qui tunc etiam Othonem ait filiam ſuam dediſſe Conrado duci.

LVITGARDÆ DE FALSO CRIMINE PVRGATIO. S. ADELHAIDIS à R. Berengario perſecutio. Cœnobium S. Pantaleonis. Familiæ aliquot in Alemannia illuſtres. Otho, Berengario victo, Adelhaidem ſibi matrimonio copulat. Inter Othonem & Berengarium tranſactio. Sigerus, Abbas Hirſaugienſis. Bellum Ducis Sueuiæ Luithulfi, aduerſus patrem Othonem, nefarium & infelix. Equus, ſacrilegij vltor. Hardobertus, Curiæ Rhæticæ Epiſcopus, Abbas Sangallenſis Cralochus, & Fabarienſis Præpoſitus Victor. VVilhelmus, Moguntinus Archimyſtes.

CAPVT VII.

ANno 950. Rex purificationis feſtum S. Mariæ, Francofordiæ celebrauit: & inde VVormaciam venit: vbi viduam Ducis Sueuiæ Hermanni, ad ſe venientem, benignè excepit. Erat iam Luidolfus F. Regis, Dux Alemanniæ. Filiam ſuam, Conradi vxorem, à quodam Conone, quaſi iucundam ſibi factam, latè infamatam, ſic purgauit. Conuocatis Regni Principibus: primò ſecreta compellatione, num rea eſſet, inquiſiuit. Cum illa Chriſtum & Sacramenta, in ſui purgationem adhibuiſſet: palàm indixit, ſi quis ſuorum familiarium, armis tueri famam filiæ vellet: eum ſibi perpetuo amicum habitum iri. Ibi Comes Burchardus proſiliens, Cononem mentitum ait publicè. Ille, ſe verum dixiſſe contendit. Ventum cum eſſet ad pugnam: calumniator primo ſtatim congreſſu mendacem dextram amiſit. Ita mulieris innocentia innotuit. Ex M. Scr. & ex Ditmari Epiſc. Chronico, lib. 2.

Luitgardæ innocentia, duello probata.

Eodem anno, Lotharij, Italiæ Regis, vidua Adelhaidis, Papiæ viuebat. Eius vrbis, vt veteris Regni ſedis, cupido potiundæ Berengarium inceſſit. Petit ergo Adelhaidem Adelberto F. ſuo vxorem: quæ ipſum recuſauit: fortè propter iniurias ſocero maritoq́; ſuo, à Berengario antehac illatas. Igitur Berengarius, hac repulſa exaſperatus, Papiam obſidet, & expugnat. Mulierem poteſtati ſuæ ſubiectam (ne ipſa externo fortè contracto matrimonio, hoſpites graues in Italiam

Adelhaidis, à R. Berengario capta.

liam excitaret) cuſtodiæ mandat, in caſtro Gardæ, ad lacum Benacum ſito. Illa vero aliquantò pòſt, ope Sacerdotis ſui Martini profugit: eoq́, & vna pediſſequa, comitata: nauiculam nacta, noctu in ſyluam quandam ſe abdidit: victumq́ ad ſui ſuſtentationem, cætera ope deſtituta, per Martinum corrogauit. Poſtea in Regienſem agrum profecta: primò, ad Epiſcopum Adelhardum venit. Quo tempore licet ei imminuerit Berengariana manus perſequens: tamen ipſa ſe occultauit in ſegete, ibiq́ latuit. Quo de perſecutore, præſtans Roſuitha, Garda caſtrũ. Fuga Adelhaidis.

Et rapido ſegetem, *inquit*, curſu peragrauit eandem: Roſuitha Verſus.
In cuius ſulcis latuit tunc Domna recuruis:
Hæc, quam quærebat: Cereris contecta ſub alis.
Et quamuis circumpoſitos diſiungere culmos,
Niſibus extenta cunctis temptauerit haſta:
Non tamen inuenit, Chriſti quam gratia texit.

Cum autem Adelhardus, metu Berengarij ſecum retinere Dominam non auderet: ipſa de conſilio illius, ad auunculum eius Athonem, qui arcem Canuſij non firmiſſimam tenebat, confugit: qui eam, vt Reginam, liberaliter habuit. Berengarius, vt receptam ab Athone reſciuit: miſſo nuntio, illam ſibi tradi poſtulauit. Quo abnuente: proximum erat, vt maximarum terrore copiarum Canuſium obſideretur: quod & factum eſt. Toleret interea bonus Atho aliquandiu obſidionem: dum quædam de Sueuica D. Canuſij obſeſſa, Adelhaidis.

Pantaleonis cella dicamus, ex Bruſchio. Abeſt ea duobus miliaribus à Vinearum Monaſterio, ſita in loco Innhofeno, infra Imperiale lacus Acronij oppidum Buchornam. Fuit olim Monialium Benedictinarum cœnobium: à Domina Bertha, Guelphonis Eiſenbarto nati ſorore, Buchornenſi Comiti Othoni nupta, fundatum: & ab Epiſcopo Conſtantienſi S. Conrado, Alttorffenſi comite, anno 950. ad honorem S. Trinitatis, & S. crucis, ac D. virginis Mariæ, atque SS. Pantaleonis & Stephani, dedicatum. Ambo autem comites, Otho & Bertha, in hac æde ſepulti ſunt: de quibus, ſupra lib. 3. cap. 8. Buchornenſi porro ſtirpe emortua: ad proceres Alttorffenſes, & VVingartenſe collegium, peruenit 1130. Domini. Conſecratum denuo eſt 1215. menſe Februar. à Conrado II. Conſtantienſi Epiſcopo. Pantaleonis cella.

Fuerunt ibi gubernatrices Magiſtræ, plerunq́ nobili genere natæ. Quarum poſtremæ fuere: Catharina Mortellina, & Agnes à Bergen, & Agnes ab Anvvil, ac poſtrema Vrſula Hoibarina, anno 1420. Quo anno inter ipſam, ſororculasq́ eius contubernales (nec caſtè ſatis, nec cautè, viuentes) ab vna: & Ioannem Blaurerum, Abbatem Vinearum, ab altera parte, diſceptantes, talis conuentio facta & approbata fuit (præſentibus, Othone III. Epiſcopo Conſtantienſi: & Ioanne Dapifero VValdpurgenſi, S. R. Imperij, in ſuperiore & inferiore Sueuia Præſide) vt commutaretur hoc Pantaleoneum cœnobium in Præpoſituram: quæ incorporaretur plenè Abbatiæ Vineaticæ: ita, vt mortuis Monialibus, quæ tunc adhuc viuerent: deinceps ſemper aliquis ex conuentu Vineatico Præpoſitus fieret: qui reſideret in Cella Pantaleonis: idemq́, Parochus quoq́ eſſet Buchornenſis oppidi. In Præpoſituram mutata.

Catalogus ibi Præpoſitorum.

1. *Iodocus Diethaimer Vlmenſis, ab anno 1456. vſq́ ad 1482. annum.*
2. *Ioannes LantZius VVingartenſis: qui cum 17. annos præfuiſſet, deceſſit 1499.*
3. *Iodocus Neukumius Lindauienſis, A. 16. qui obijt 1515.*
4. *Ioannes, nobilis Ramſpergius: natus Parentibus, Marquardo à Ramſperg, & Vrſula à Frickingen: quem adhuc 1550. anno præfuiſſe Bruſchius ait.*

Familiæ hoc & ſequenti tempore, aliquot in Alemannia illuſtres, aut emergentes: Kal*uenſis, Zæringenſis, Habſpurgenſis, Altpergenſis, Sunnenbergenſis, Deckenſis.*

LaZius enim lib. Migrat. Gent. 8. de Landgrauiis Alſatiæ, Briſgoiæ, &c. Guntramus, inquit, floruit circa annum 950. & ex duabus coniugibus: vna, Brigantina Comitiſſa: & altera Itba, Alberonis Comitis à Kalb *filia, quatuor filios ſuſcepit. I. Bertilonem, Comitem ab Altperg: vnde Comites & Duces Zaringiæ defluxerunt. II. GonZelinum. III. GebiZonem, Præſulem Conſtantienſem, fundatorem Cœnobij VVeiſſenavv. IIII. Beczelinum: vnde Comites Habſpurgenſes in Ergouia deſcendũt. Hic BecZelinus, ex Comitiſſa a Sunnenberg, tres filios progenuit. I. VVernherum, Antiſtitem Argentoratenſem: qui Conſtantinopoli in legatione obijt. II. Rudolphum, qui Othmarsheim fundauit, circa annum 1060. & Eginonem genuit, cui vxor fuit Duciſſa a Teck. III. Rapatonem, fundatorem Murri, Cœnobij in Ergouia: vnde Comites Habſpurgenſes in Ergouia deſcendunt.* Caluenſis Comes Albero.

Otho Imp. obſeſſæ Adelhaidi ſuccurrit.

Anno 951. Atho & Adelhaidis obſeſſi, vt dictum eſt, à Berengario, nuntium occultè ad Regem Germaniæ Othonem miſerunt: obſecrantes, vt ſibi opitularetur. Id non modò laudabile ipſi futurum: ſed etiam vtile, adipiſcendo & Italiæ Regno, & Adelhaida coniugio. Otho, occaſionem non omittendam ratus: cum haberet Henricum fratrem in Bauaria Ducem (4. Saxon. Crantz. 3.) & Ludolphum filium in Sueuia: facile magnũ contraxit exercitum ſub Alpibus: at Ludolpho, Rege Germaniæ poſt ſe teſtamento deſtinato: cum 50. aut amplius, millibus peditũ &

Forum Iulij.

equitum, per Forumiulij (tritam exteris in Italiam viam) mouit in Berengarium & Albertum: quos non longo poſt tempore vicit: cum quidem ante, ſubito aduentu Veronam cepiſſet. Ex quo oppido, cum obſidionem Canuſij Atho non diu amplius toleraturus fuiſſet: opportunè nuntius (teſte Sigonio) cum literis, ad ipſum & Adelhaidem reſcriptis, aduenit. Qui cum propter intentas, diurnas nocturnaſq́, obſidentium cuſtodias, nulla ratione in arcem penetrare poſſet:

Litera, ſagitta in arcem coniecta.

ne quid tamen intentatum relinqueret: epiſtolam & annulum Othonis, alligata ſagitta, arcu pro viribus intento, in arcem tranſmiſit. Cuius epiſtolæ ſumma, hæc erat. Bono animo eſſent. Nam ſe in Italiam incolumi cum exercitu deſcendiſſe: ac propediem, vbi Luithulfus filius, à ſe Mediolanum præmiſſus, veniſſet, iunctis copiis auxilio futurum: atq; in omnibus rebus conſilio ipſorum obtemperaturum. Aduentu Othonis cognito: Berengarius obſidionem raptim ſoluit: atq; ad alia loca, tuendi Regni cauſa, cum filiis Adelberto & Vidone perrexit. Sed victi poſtea ſunt, vt dictum eſt.

Othoni Adelhaidis nupta.

Canuſio & obſeſſis, ſic liberatis: Otho cum Adelhaide (muliere vultu decora, conſilio prouida, omni honeſtate morum ornata) ſine mora matrimonium iniuit: ſponſalibusq́, magna pompa perfectis, Papiam acceſſit. Quam cum menſe Octobri in poteſtatem redegiſſet: eam vna cum Regina, triumphantis in modum ingreſſus eſt. Erat ea Burgundioni Rudolpho, ex Burcardi Sueuiæ Ducis filia Bertha, nata: quam Hugo Rex, matre eius ducta, filio ſuo Lothario dederat (vt ſuprà cognitum eſt) eamq́, nunc Otho duxit: ex qua, anno nondum finito, filium ſuſtulit.

Diſplicet hoc filio Luithulfo.

Moleſtè tulit hoc coniugium filius Luithulfus: triſtisq́, à patre in Saxoniam diſceſſit: aliquandiu Salfeldiæ (quam VVitichindus lib. 3. & Vrſpergenſis, Locum conſiliis funeſtum appellant) commorans.

Anno 952. ineunte vere, Otho cum vxore in Germaniam rediјt: Conrado genero, Lotharingiæ Duce, ad reliquias Berengariani belli perſequendas, in Italia relicto. Hæc, prima eius Italica fuit profectio. Cuius primo tempore, cum in quendam locum veniſſet: accurrit ad eum fœmina quædam (teſte Chronico M.Scr.) quæ ſibi à raptore quodam, virginitatem querebatur imminutam. Rex, ſe iniuriam eius pro ſua reputaturum promiſit. At obliuiſceris (inquit illa)

Stuprator, ab Othone punitus.

Domine. Ipſe digito demonſtrans Eccleſiam illius loci: hæc mihi erit, inquit, nota memoriæ. Peregit poſtea negotium Italicum: in quo pluſculum temporis, conſumptum. Cum inde reuertens, locum illius Eccleſiæ iniuiſſet: hac conſpecta, recordatus mulieris, eam acciri iuſſit, & ſuam que-

Per barbam Othonis iuramentum.

rimoniam perſequi. Ipſa autem, quæ interea raptori nupſerat, iamq́ liberos ex eo tulerat: modò nihil de illo conqueri. Contrà Rex, per barbam Othonis (qui mos eius erat) iurat: raptorem præiudicatum, illa ſua Regia bipenni, rectius ſapere doctum iri. Nec mora: ſtatim ſuperiori mulieris petitioni ſatisfactum.

Benè fecit inuitæ: iuſtè iudicauit ingratæ.

Conradus interim, prouinciæ ſibi delegatæ memor, omni ope Berengarium eſt adortus. Qui ſe viribus imparem ſentiens, arma prudenter poſuit: ac de Conradi conſilio, in Saxoniam

Berengarij Cæſari Othoni deditio.

ad Othonem ob pacem petendam contendit. Ibi a Principibus, iuſſu Othonis obuiam exeuntibus, Regali pompa exceptus eſt: & in hoſpitio præparato collocatus. Triduo poſt in conſpectum Cæſaris admiſſus, gratiam impetrauit: & Auguſtam Rhætiæ, vbi menſe Auguſto Comitia erant futura, venire iuſſus eſt. Ibi coram proceribus Saxonum, Francorum, Sueuorum (Auent. lib. 5.) Boiorum, & Italiæ: idem Berengarius, nexis cum Adelberto F. manibus (inquit Sigonius) cuncto inſpectante exercitu, Regiæ ſe poteſtati clementiæq́, permiſit. Receptis in fidem, Otho Principatum abſq; Regio titulo reliquit: detracta Veronenſi & Foroiulienſi Marchia: quæ Bauariæ Duci Henrico, Regis fratri, attributa ſunt. Auguſta deinde Francofordiam digreſſus, ibi natalitia Domini celebrauit.

Hirſaug. Abbatis Dietmari mors.

Hoc etiam anno, Indict. 10. Hirſaugienſis Abbas Dietmarus, anno ætatis 71. deceſſit, optimè munere ſuo functus: & in Templo S. Aurelij humatus eſt. Valde ſub ipſo numerus Monachorum creuerat. In cuius locum ſucceſſit ſuffragiis collegij, Monachus patria Moguntienſis, SIGERVS: antea Decanus, iam VII. huius loci Abbas: electus eodem die, quo deceſſor eius

obie-

obierat, nempe 4. Nonas Mart. ac præfuit ſanctè, ferè 30. annos.

Lapis miræ magnitudinis (auctore Alberto Stad.) tonitru ac tempeſtate iactus de cœlo: apud Auguſtam ingenti miraculo multis videntibus fuit.

Lapis, ex aere.

Anno 953. cum Luitholfo moleſtum accidiſſet patris cum Adelhaide matrimonium (præſertim cum ea eſſet haud infœcunda) acceſsit etiam altera indignatio: quod Veronenſem & Foroiulienſem agrum, Boiorum Dux Henricus ab illo accepiſſet. Impatientiſsimè ferebat, tum ipſe, tum Dux Conradus: ſe minoris à rege reputari. Itaq; bellum contra eum (improbo & funeſto conſilio Salfeldiæ inito) inſtituebant: alter, filius: alter, gener: eiusq; conſpirationis, etiam Moguntinus Archiepiſcopus Fridericus particeps erat. Otho Coloniam, Metas, Lotharingiam, inuiſit: quicquid poteſt, in fide retinet: ex Lotharingis, Francis, Saxonibus, validum exercitum comparat: Moguntiam arctiſsima obſidione cingit. Crebri fiebant conflictus: tentabatur & compoſitio, ſed fruſtra. Acceſsit ad eum Bauariæ Dux, Henricus frater, cum auxiliaribus copijs (Auent. lib. 5.) tutela regionis, Reginoburgij, & charitatum ſuarum, Arnulpho & Hermanno, fratribus vxoris ſuæ, Schyrorum Principibus, alijsq; Magnatibus, comiſſa. Sed iſti Schyrenſes, rati ſe recuperandæ Boiariæ, cuius Principatum pater (Arnulphus Malus) & patruus ſuus (Berchtoldus) habuiſſet, nactos eſſe: decepta ſororij fiducia, ad Sueuicum Ducem Luitholfum defecere: ſorore ſua Iuditha cum liberis & amicis, Reginoburgio totaq; Bauaria exactis: ſuppellectile theſaurisque Henrici direptis: ciuitatibus vbique in ſuam fidem adactis. Inde Auguſtam Rhætiæ (rectius, quam Vindelicorum) Epiſcopiq; ditionem (quòd D. Vlricus ac ciues, Othoni ſtudebant) inuadunt, diripiunt, ferro flammaq; vaſtant. Magna præda potiti, Antiſtitem Vlricum, in Sueuico pago Schvvabmenchinga (aut viuum capturi, aut occiſuri) circumſident. Prouolarunt ei auxiliatum cum copijs: Albertus, Marthalenſis Præfectus, patruus: & Theobaldus, frater Epiſcopi. Fit prælium atrox, Februarijs Ludis (Bacchanalibus) die lunæ ante caput Quadrageſimæ. Arnulphus, victus, obſidionem ſoluit. Reginoburgium aufugit, ſe ibi munit. Frater eius Hermannus, ab hoſtibus captiuus abductus eſt. Viciſſim Albertus, ex vulneribus paucis poſt diebus mortuus, Auguſtæ in Templo D. Mariæ (quod, ibi maximum eſt) ante aram D. VValtburgæ, à nepote Vlrico eſt humatus.

Luitholfi filij, & Conradi generi, aduerſus Othonem bellum.

Auguſtæ Rhætica calamitas.

Otho, his rebus auditis, Colonienſibus dat Archiepiſcopum, fratrem ſuum Brunonem: Conradum generum, cuius vxor obierat, hoſtem Reipublicæ iudicat: Moguntiæ obſidione ſoluta, in Sueuiam properat. Ibi ad amnem Ileram, pagumq; Sueuiæ Tuſſam, perueniens, caſtra facit. Obuiam & filius Luitholfus cum copijs venit: ac contra patrem conſidet. Cum iam vtriq; in acie, vt præliarentur, ſtarent: duo Epiſcopi, D. Vlricus Auguſtanus, & Hardobertus Curienſis, vltro citroque commeabant, vt parricidiale bellum componerent. Precibus tandem minis, pollicitationibus, Sueuicum exercitum ad obedientiam Cæſaris redegerunt: à deteſtando prælio, & cognato ſanguine, manus abſtinere cohortati. His proinde certamen detrectantibus: Luitholfus Reginoburgium ad Arnulphum ſe confert.

à duobus Epiſcopis prælium inter patrem & filium, impeditum.

Ibi Otho Sueuiæ adminiſtrationem Burcardo, Helffenſtainio Comiti (cui Luitgardis, Henrici Boiorum Ducis filia, nupta erat) commendat: ipſe in Boiariam tendit: Reginoburgium toto obſidet autumno: omni genere machinarum & tormentorum, quibus vrbs expugnaretur, parari iuſſo. Decembri ad exitum properante, in Saxoniam reuerſus: ibi ſacrum Chriſti natalem rite celebrat.

Ratisbona, Luitholfus à patre Othone obſeſſus.

Anno deinde proximo, reuerſus menſe Februario, vrbem fere duos menſes quotidie oppugnauit: ciuibus omni commeatu interclufis: acribus ante portas conflictibus factis. Obſeſſos autem fame iam premente: Luitholfus cum proceribus vrbe egreſſus, pacem ſupplex à patre petijt: ſed non impetrauit: quod ſe in fidem eius abſque conditione vlla permittere, recuſabat. Sic re infecta, in vrbem reiectus eſt. Tum Gerion, vir rei bellicæ laudibus abundans, Regiq; fidiſsimus, portam Orientalem oppugnat, ac perfringere nititur. Ibi Arnulfus erumpit: pugnatur acerrimè ab hora tertia vſq; ad nonam, ſex horas continenter: ipſe, equo cadente, ferro confoditur, armiſq; exuitur: cæteri in vrbem refugiunt, portamq; claudunt.

Hunc ſibi finem belli Bauari, deditionemq;, fecere: nec Luitholfus quoque non, patri ſe abſq; omni pactione tradidit: voluntate pacifica, ſupradictorum Epiſcoporum, cum non deſiſtente. Ita recepto Reginoburgio, Henricus in ſuum Ducatum eſt reſtitutus. Rex inde redijt in Saxoniam. Ratisbona, proxima nocte (incertum, vnde) tota conflagrauit. In venatione deinde cum Cæſar apud Salfeldiam eſſet: ecce tibi filius Luitholfus nudatis plantis,

Deditio Luitholfi.

Ratisbona cõflagratio.

capite detecto, miſerabilem in modum ad pedes Parentis proſtratus: veniam audaciæ & ingratitudinis ſuæ maximæ, efflictim petens: omne in poſterum obſequium & pietatem pollicens. Admiſſus eſt ad oſculum: receptus in gratiam: commune gaudium omnium excitatum. Dehinc Moguntia etiam, iniquo eius Pontifice mortuo, cum adiacenti territorio Regi tradita: & Othonis ex Edithe filius VVilhelmus, Moguntinis Antiſtes præfectus.

Generi Conradi exitus.

Reperi in manu Scr. non modo filium, ſed & generum Conradum, in gratiam Regis receptum eſſe: ſed illum, vaſallos & Ducatum patri reddidiſſe: cui Burcardus in Ducatu Sueuiæ ſucceſſerit. Hunc verò, Ducatu & omnibus diuitijs exutum, vita & prædio contentum fuiſſe: poſtea verò ſe ad Vngaros contuliſſe: eosque in Lotharingiam, ad Carbonariam vſque ſyluam, perduxiſſe. Sed de Vngarorum in Germaniam expeditione, in ſequenti capite.

Sacrilegij pœna.

Hactenus de hoc grauiſſimo bello. Aliquid adhuc addo: quod in illa ciuitatis Auguſtanæ direptione, quidam librum, quem tollere fas non erat, abſtulit: eoq; generoſum equum emit. Cui, cum de hoc facto gloriaretur, vxor dixit: Satius verò eſſet, mi vir, te nunquam illum librum attigiſſe. Contempſit ipſe dictum. Sed cum blandiendi cauſa, nates equi palma feriret: ab eo calcibus ita percuſſus eſt, vt inde periret. Ἵππος ἄνιππος, *ſicut* δῶρον ἄδωρον. *Pernicioſa res eſt parricidium: pernicioſa, ſacrilegium.*

Hardobertus, Curiæ op. Epiſcopus.

Antea mentio facta eſt pacifici Curienſis Epiſcopi Hardoberti. Addam iam aliquid de ipſo amplius. Succeſſerat is (teſte Bruſchio) VValdoni anno 948. Confirmatus fuit ab Othone I. cum quo, anno 954. reduxit in gratiam F. Ludolphum. Cumq; Epiſcopatum eius, illis temporibus Saracenorum irruptio multis damnis affeciſſet: bona quædam ab Othone, Epiſcopatui dono data ſunt (ſicut antehac ſub VValdone, Pludentum, Druſianæ vallis oppidulum) ſita in Zizerſio pago, & in Alſatia. Cuiuſmodi de re, hoc ſequens, in chartis M. Scr. reperi: Othonem, omnem fiſcum Rhatiæ comitatus, Epiſcopo Hardoberto (ſicut antea ad Regalem pertinuerit Cameram) cum diſtrictione iuſta, ad eundem fiſcum inquirendum à Quadrariis, &c. donaſſe. Actum id eſſe Papiæ, anno Regni eius in Italia primo idib. Octob. Ergo fuerit A. 951. Indict. 7. Regni ipſius in Francia (Orientali) 15. contra, quam in M. Scr. erat, Anno 953. Indict. 9. Anno Domini Ottonis Regis, in Francia 16. in Italia 1. Obijt autem Hardobertus 969. cum probè præfuiſſet A. 21.

Recenſebo iam, quæ anno Chriſti 943. & antè, ac pòſt, in cœnobio Sangalli facta ſunt: partim ex 4. Stumpf. 37. & 38. partim ex Bruſchio. Anno 941. ibi Abbas erat Thieto: qui habebat fratrem Cralochum (vt ſup. cap. 4. dictum eſt) ibi Decanum, qui ſecundus dignitate ab Abbate eſt. Erat ibidem iuuenis quidam Monachus, doctus & alacris, ex Comitibus generoſis Rhatiæ vel Curvvaliæ ortus, nomine Victor: Cralochus verò, minus doctus: & nimirum in adoleſcentes Monachos ſeuerus. Itaque Victor, de quodam delicto accuſandus ab ipſo apud Abbatem, è Monaſterio profugit: quod vtrique ſe odio eſſe videbat.

Cralochi & Victoris diſſidium.

Anno autem 942. Abbatiam conſecutus eſt Cralochus: Victore, qui hoc decus ſpe conceperat, eliſo. Cæſar Otho rogatus, vt Cralocho dignitatem confirmaret: volebat id facere, ſi ille Victorem in gratiam reciperet. Sic ergo factum eſt. Cralochus deinde oratus à propinquis Victoris, vt huic Abbatiam Pfæuerienſem concederet, noluit. Illi, cum indignatione abierunt. Anno dein 953. & pòſt, magnæ extitere querelæ: quam tyrannicè ſe gereret Cralochus: qui etiam Entzelinum, Pfæueræ probatum, Victori cognatione iunctum, grauiter propter exiguum delictum ceciderat, Abbatiaque priuauerat. Anno exinde 956. veniente Sueuiæ Duce Luitholfo (inter proficiſcendum in Italiam) Sangallum: profugit idem (ſuperiori tempore minis eius territus) in Franconiam, ad Regem Othonem. Otho, etſi nec ipſe Cralocho æquus erat: tamen rogatu Auguſtani Epiſcopi Vlrici, eum recepit. Sed is tenui victu cum ſuis acceptus fuit à curatoribus culinæ Cæſareæ: quoniam Entzelino & Victori, propinquitate coniuncti. Dux Luitholfus, biduum ibi manens, Cralocho dignitatem abrogauit: conſentientibusque Monachis, fratrem eius Annonem, virum bonum & eruditum, Abbatem fecit. Qui Vngarorum metu muniuit totum Monaſterium: & cæteras omnes ei adhærentes domos: mœnibus, turribus tredecim, & amplis foſſis circumdans: quæ fuerunt initia Sangallenſis oppidi. Cum autem quinquennium præfuiſſet muneri: diem ſuum anno 958. obijt. Tunc, intercedente S. Vlrico, qui in Aula degebat: Cralochus Abbatiæ Sangallicæ ab Othone reſtitutus eſt (Monachis eum inuito recipientibus)

Sangallenſis Monaſterij munitio.

tibus) ſed ea conditione, vt Fabariæ ſiue Pfauera regimen deponeret: quod Entzelino, quamuis inuito Cralocho, commendatum fuit: cum quidem Vlricus ei Cralochum reconciliaſſet, aliter profugituro. Sed qualis fuit illa reconciliatio gratiæ? λυκοφιλία, luporum & ouium amicitia. Breui enim poſt, Abbas Victori oculos effodit. Tantane animis cæleſtibus ira? Cæſar Abbatem pœna affecturus erat: niſi is huic ſe, ante moriendo, eripuiſſet. Petiuerat, cum moreretur: vt Eccardus, nobilis & doctus vir de Ionſchvvil, ibi Decanus, ſibi in Abbatiæ gubernatione ſuccederet. Quod & factum eſſet: niſi is malo quodam fato, ex lapſu equi crure fracto, claudus euaſiſſet. Superbi autem Monachi, nolebant Vulcanum κυλλοποδίωνα habere Abbatem. Subſtitutus igitur eſt 959. Vlrici Lintzgouienſis Comit. & VVendelgardis F. Burchardus: Regi Othoni, vt genere propinquus, charus. Hæc, de Monaſtico hoc bello: vt videamus, ne illos quidem, qui ſe Mundo exceſſiſſe videri volunt, carnis concupiſcentiis ſolutos eſſe.

Entzlinus.

Victor, à Cralocho exoculatus.

Claudus, Abbatia ineptus.

Burcardus, Sangall. Abbas.

Anno 954. cum VVilhelmus, Othonis F. Archiepiſcopus Moguntinus: patrem acerbis increpationibus (Sig. teſte) aggreſſus, diras in eum execrationes intenderet: niſi Adelhaidem vxorem, quia Commater eſſet (licet nihil de hoc in ſcripturis S. ſit) dimitteret: Otho ira percitus, ipſum, vt ab huiuſmodi incepto deterreret in cuſtodiam tradidit: ſed poſt annum iterum liberauit. Qui tamen prius exire noluit: quam Pſalterium, quod aureis literis in cuſtodia ſcribere aggreſſus fuerat, abſoluiſſet: nec de ſeueritate aduerſus patrem remiſit.

VVilhelmus Archiepiſcop. contra patrem Othonem.

VNGARORVM GRAVISSIMA IN GERMANIAM EXPEditio, & ante vrbem Sueuiæ Auguſtam internecio. Huius vrbis, olim paruæ, incrementa, per Cæſarem Othonem, & S. Vlricum Epiſcopum. Henrici, Ducis Bauariæ, mors & ſucceſſio.

CAPVT VIII.

A*NNO 955. Vngaris accidit ingens clades apud Auguſtam Sueuicam, in campo amnis Lyci. Res ſic geſta eſt. De qua tamen infra etiam legito 3. part. lib. 3. cap. 5. Cum duo Epiſcopi Boiariæ, Heroldus Iuuauienſis vel Salisburgenſis, & Gerardus Laureacenſis vel Patauienſis, inter ſe de pallio, inſigni Epiſcopali, contenderent: re ad Papam Agapetum II. relata: hic Patauienſem Salisburgenſi prætulit, Laureacenſem appellans Archymiſtam: & Regi Othoni, Ducique Bauariæ Henrico, aduerſus Heroldum commendauit. Heroldus hæc ægrè ferens: cum Othonis genero Conrado fœdus init: bona ex Eccleſiis aufert: ad Vngaros ſecum deportat: amboque ad horum Regem Bultzkonem, hoſtem Chriſtianæ religionis, tranſeunt: ipſum in Germanos incitant diſcordiis & infirmitate ipſorum oſtenſis: ſeque Duces itineris offerunt. Bultzko, legatis per ſpeciem amicitiæ ad Othonē miſſis, rem ita ſe habere cognoſcit. Quinque igitur magnos exercitus conficit: quibus ipſe, Principesque eius, præerant: Lalius, Sura, Toxus vel Toxis, & Schaba. His viribus fretus: ducentibus Conrado & Heroldo, in Boiariam inuadit: neminem ſibi reſiſtere auſurum opinans. Nam ſuas copias non poſſe ſuperari: niſi aut terra dehiſceret, aut cælum irrueret, iſte populus gloriabatur. Ad illorum itaque irruptionem, tanquam ingentis tempeſtatis, portæ oppidorum claudebantur: homines, relictis vicis & agris, fuga ſibi conſulebant. Hoſtes, pernicibus equis vbique aderant: declinatis oppidis, Monaſteria & vicos diripiebant incendebantque (quod etiam 44. annis antè fecerant) Monachos & Sacerdotes, in ignem inyciebant: cæteros homines, cuiuſuis ætatis & ſexus, ceu pecudum greges, abducebant: cædes innumeras faciebant. Inde Danubio tranſito, Sueuiam & Franconiam depopulati, VVormaciam petiere, Lotharingiamque vaſtauere.*

Vngari, ab Epiſcopo Salisburgenſi Heroldo, & Othonis genero Cōrado, in Germanos excitati.

Crudelis vbique
Luctus, vbique pauor, & plurima mortis imago.

His peractis: ab occaſu Orientem verſus rediere: Auguſtam Lyci vrbem petiere. Nam eo infinitas opes, vt in locum firmiſſimum, à Bauaris, Sueuis, Francis, congeſtas eſſe, fama erat. Igitur vrbem circumſident: pars, tranato Lyco, in Boiariæ ripa Thierhauptum occupat: vtrique ora, locuſtarum innumerabilium inſtar, infuſi erant. Interea Dux Henricus Heroldum iuxta Myldoffium capit: & ex lege Salica (quæ Epiſcopum, ſuorum proditorem, cum hoſtibusque conſpirantem, pœna capitali ſubycit) oculis priuat. Quem Pontifex quoque Max. Ioannes XII. Rauennæ in conſeſſu amplius CL. patrum, 7. Calend. Maij, Indict. 13. execra-

Illi Auguſtam circumſident.

Heroldi pœna.

bilem, Sacerdotijq́; exortem, fecit. Ei Fridericus in Epiſcopatu Iuuauienſi ſucceſſit: cui Archiepiſcopalis dignitas, à Benedicto P. fuit reſtituta. Conradus etiam, qui ad Vngaros tranſfugerat, iam animo immutato, ad partes Othonianas redijt: ſeq; pro ſalute Reipubl. deuouit.

Conradus, ad Othonem reuerſus.

Venedi.

Otho autem, qui tum domandis Venedis (Vandalis, vel Sclauis) in Germania intima aberat: vbi hæc accepit: copias vndiq; contrahit, quas in hoſtes tendere iubet. Ipſe quoq; cum Saxonibus in Rhætiam, quam maximis itineribus poteſt, contendit. Conradus cum equitatu Francorum, Bolitzlaus Boiemus cum lectis militibus, eodem properant. Henricus Bauarus, quod ægro corpore eſſet: Eberhardo de Sempta exercitum Boiorum tradit. Burckhardus cum Sueuis, & D. Vlrico, in vrbe Auguſta erant.

Ieiunium, ante prælium.

Ieiunio deinde in caſtris indicto: edictum eſt, vt poſtero die cuncti ad prælium parati eſſent. Primo inde diluculo, pace data & accepta: operaq́; ſua, tum Ducibus, tum inter ſe, cum ſacramento promiſſa: erectis ſignis procedunt è caſtris, legionibus octo. Ductus eſt exercitus per loca aſpera, arbuſtis protecta: ne acerrimo ſagittarum hoſtilium imbre inceſſerentur.

Acies Othonis.

Prima legio, ſecunda, & tertia, Baioariorum fuit: quarta, Francorum, Duce Conrado. Quintam, maximam, & Regiam dictam, ipſe Cæſar ducebat: circumuallatus lectiſſimo multorum millium milite alacri: coramq́; eo ſignum Angeli erat, denſo agmine circumſeptum. Sextæ & Septimæ legionibus, quæ conſtabant è Sueuis (quibus alias, iam inde à Caroli M. temporibus, ius erat: vt primi eſſent in hoſtem) Ductor erat Burckhardus: cui nupſerat quædam de filiabus fratris Regis, Luitgarda. In octaua, Boiemi erant, electi milites mille: ibiq; ſarcinæ & impedimenta omnia. Quod agmen, quia poſtremo conſtitutum erat loco: videbatur eſſe tutiſſimum: quod tamen ſecus euenit.

Prælij principium.

Vngari enim, abſq; mora tranſito fluuio Lyco, circuitoq́; exercitu Germanorum: extremum agmen ſagittis laceſſere cœperunt. Tum impetu cum ingenti vociferatione facto: alijs cæſis, alijs captis, impedimentis omnibus potiti ſunt: cæteris eius legionis armatis, in fugam compulſis. Similiter ſeptimam & ſextam, Sueuicas legiones, adorti: magno inde numero cæſo, fugam cæterorum fecere. Rex autem, videns, bellum ex aduerſo eſſe, & à tergo periculum: miſit Conradum Ducem cum quarta legione: qui captiuos hoſti eripuit, prædam excuſſit, graſſantes latrones repulit, victor ad Regem redijt.

Cohortatio Othonis ad milites.

Totum dehinc prælij pondus adeſſe conſpicatus Otho: concione efficaci exercitum ad fortitudinem animauit. Vos ne ſinatis me nunc in Regno meo ſuccumbere: qui hactenus ſemper extra ſolum meum vici? Superemur ne nos bene armati, ab iſtis maxima ex parte inermibus?
» Metuemus ne iſtos, qui multitudine quidem ſuperiores nobis ſunt, ſed non virtute? Cedamus
» ne iſtis, quibus ſola pro muro eſt audacia: nobis autem ſpes, in protectione diuina? Satius fuerit,
» nos glorioſe pugnantes occumbere: quam ſubiectos hoſtibus, ſeruilem vitam ducere. Sed nõ opus
» plura dicere: rem factis aggrediamur.

In hoſtes irruptio.

His in hanc ſententiam dictis: arrepto gladio, clypeo, & ſacra lancea: ipſe primus equum in hoſtile agmen vertit: optimi Imperatoris, & fortiſſimi militis, officio fungens. Tunc reliquo exercitu inſecuto, ſummis viribus dimicatum eſt: Vngarorum acies, perrupta, turbata, fuſa, ſtrata. Illi quoq;, qui Thierhaupti conſederant, pari clade inuoluti. Vngari in Lycum acti, præcipitati, ſummerſi: alueo fluuij, cadaueribus repleto. Qui in villas euaſerant: cum ædificijs combuſti. Nemo ferè euaſit: paucis captis, cæteris ad internecionem deletis. Factum eſt 4. Idus Aug. quo die & Boiorum exercitus, ab ea gente 48. annis circiter ante conciſus fuerat: quem diem in Faſtos Romanos relatum eſſe, Auentinus ait. Eſt autem D. Laurentio ſacer.

Vngarorũ deletio.

Poſtridie direpta ſunt caſtra hoſtium: maximus captiuorum numerus, liberatus: honor, ſuperis redditus per ſingulas Eccleſias (hortatione eius rei, ad matrem etiam Regis per nuntios facta) votaq;, quæ pro victoria ſuſcepta fuerãt, perſoluta. Ex auro, argento, ære, quod in præda erat, facta ſunt poſtea vaſa ſacra, & Eccleſiarum tintinnabula, ſiue campanæ. Bultzko Rex, & ſupradicti quatuor Duces, cum paucis capti fuere: quos Otho quidem conſeruatos volebat, ſed non ſiuere Sueui. Itaq; Reginoburgium ad Ducem Henricum miſſi ſunt: ibiq́; illi quinq; (alij, tres tantum dicunt: omiſſo etiam Rege Bultzkone) ante portam Orientalem, quæ Vngariam reſpicit, laqueis in patibulo ſuſpenſi: cæteri, apud Eberſpergum in foſſam abiecti, terraq; obruti. Fuit hæc victoria tanta: quanta nemo Regum, à ducentis annis potitus erat. Attamen, nec victoribus incruenta.

Præda, in vſus ſacros conuerſa.

Regum captiuorũ ſuſpenſio.

incruenta, luctusve expers. D. nanq́ Vlrici frater, comes Dilling. Theobaldus: & Regenvvaldus (al. Reginboldus) ex ſorore nepos (quem Auentinus patruum Berthæ facit: auiæ Hermanni Annalium Scriptoris, id eſt, Contracti) & gener Othonis Conradus (ſapiens ille, & VVormacienſis) Aichſtatenſisq́ Epiſcopus Starchandus, in lyco ſummerſus, ſublati fuerũt. Sic & gener Boiorum Ducis Henrici Burckhardus, Sueuiæ Dux. Conradum autem ſagitta, ex hoſte in collum eius allapſa, interemit: dum propter nimium ex pugnando calorem, buccula caſsidis ſublata, aurã captat: qui poſtea honorificè VVormaciæ ſepultus fuit. Starchandum S. Vlricus, Aichſtadium reuectum, lugens, vt omnium ſibi chariſsimum, omni cum honore humauit. Sic & fratrem ſuum Diepoldum, vel Theobaldũ (à quo, Schvvabmenchingæ ab hoſtibus obſeſſus, ereptus fuerat) Auguſtæ, in Templo D. Virginis, ante S. VValpurgis altare (inter veterem chorum, & S. Vlrici ſacellum) ſepeliuit. Michael verò, Ratisbonenſis Epiſcopus, vulnere in manu accepto, ægrè euaſit.

Interfecti ex partibus Othonis:

Otho, aſſerta hoc modo libertate Germaniæ: ab exercitu Imperator, & pater patriæ, ſalutatus eſt. Vngari autem, qui domi remanſerant: tanta ſuorum ruina infracti, ſeſe vallis, foſsis, ſudibus, per loca paluſtria muniuerunt: &, qui hactenus ad 55. annos, aſsiduè Germaniã incurſauerant: deinceps domi ſe continere, ſatis habuerunt: filio Toxi Geizone (al. Geiſſa) parente D. Stephani, Rege creato: qui, licet Chriſtianus non eſſet: tamen amicus Chriſtianis fuit, pace ab Othone impetrata. Hæc, ex VVitichindo, & Vrſperg. ac CrantZio, & Auentino. Quibus addam quædam, quæ alibi legi. Duabus pugnis Vngari fuere ſuperati. Primò, à S. Vlrico: qui cum valida manu in obſeſſores eruptionem fecit: cũ hoſtes fanum S. Afræ (antehac etiam afflictum) combuſsiſſent: quia tunc adhuc extra vrbem erat: ac ſequenti tempore, tum ipſum, tum ſepulcrum S. Symperti, ab illo reparatum eſt. Deinde, ab Othone victi ſunt: cui, relicta obſidione, obuiam perrexerant. Ibi, cum acies vtrinq́ conſtitiſſent (inquit Bonfinius Dec. 1. lib. 10.) tantis odijs & ardore ab vtriſq́ concurſum fuit: vt ſupra excreſcentem in medio cadauerum aggerem, diebus aliquot dimicarint: ſola tantum nocte, à pugna ceſſantes. Vult, licet Germanis victoria ceſſerit, & quidem cruentiſsima: Vngaros tamen ſuperatos dici non poſſe: quia nunquam ceſſerint: ſed obſtinatiſsimis animis, ad internecionẽ ferè depugnarint. Reliquorum tamen Vngarorum vires, eo bello adeo eneruatas fuiſſe: vt multos annos domi ſe abſq́ omni expeditione continuerint.

Vngari, poſthac quieti.

Additio, duabus pugnis victos eſſe Vngaros.

Henricus autem, Bauariæ Dux (qui ægrotabat tempore Vngaricæ irruptionis, vt ſupra dictum) eodem 955. anno, Calend. Nou. obijt. Cui liberos pepererat vxor Iuditha: Ludouicũ, Henricũ, Luitgardam, Helicam Monialem. Inuenitur & Hedovvigis, cap. ſequenti. Niſi eadem eſt cũ Helica, vt exiſtimo. Ei filius ſucceſsit Henricus II. qui vxorem duxit Giſelam, Conradi Regis Burgundionum filiam: D. Adelhaidis Auguſtæ neptem ex fratre. Inde natus, D. Henricus III. Boiorum Regulus, Rom. Imp. & Auguſtanus Epiſcopus Bruno: nec non Vngarorũ Regina Giſela.

Henrici Bauari obitus.

Cæterum poſt deuictos ad Lycum Vngaros, Otho hic primus, Auguſtanis poteſtatem fecit in comitiis amplificandæ ſuæ vrbis. Tũc enim mœnium circuitus, adhuc erat ita arctus: vt eorum comitiorum tempore, cum non omnes aduenæ intus locum haberent: extra, præter militaria tabernacula, conſtructæ fuerint ab Orientali parte, in ripa Lyci, ad hoſpitiũ peregrinorum, qualeſcunq́ etiã manſiunculæ ex lignis. Etenim iam ab Attilano inde oppidi huius excidio, longo tempore per Francorum Regum ſecula, Augſtburgum hiſce, qui ſequuntur, terminis, ſatis anguſtis, fuit incluſum: ſicut didici nuper ex egregiæ eruditionis iuuene Auguſtano, Marco Henningo: qui è nobilis quondam Medici Auguſtani, Achillis Gaſſari, M. Scr. Chronico, in ſuum vſum collegerat. Mœnia ſeptentrionalia, inquit, à ciuitatis primaria porta S. Mariæ (quam propterea tunc appellabant Burgenſem, vel Caſtrenſem portam) à tergo ædium Præpoſiti Mariani ſita, protendebantur vſq́ ad orientale S. Ægidij ſacellum (vbi nunc quoq́ ſunt, ſed ruinoſa) quod intra mœnia erat, ibiq́ altera porta, cum foſsis vtrinq́, & ſolitudo foris. Inde per ortum pergebant ad Cliuum, qui de muro appellationem accepit (Maurberg) *à quo directo ibant meridiem verſus, vſq́ ad angularem domũ, quæ ab hirundinibus nomen habet)* Schwalbeneck) *vbi ad tertiam portam telonium exigebatur. Dehinc, per ſuarium forum* (Ferhenmarckt) *vicumq́, cui vallis nomen eſt* (durch das Thälin hinab) *occaſum verſus, ad hortum Epiſcopi perducebantur: vbi rurſus oppidum, ad Burgenſem vſq́ portam circumflectebatur. Cuius rei etiamnum veteres muri, turreſq́ fiſſæ, indicium ſunt. Eſt & in hac ciuitate palatium egregium, alta cum turri, in via alta: Regia turris appellata: quæ Regiorum erat Legatorum Præfectorumq́ habitaculum. Ibi etiam ciues, antequã Perlachius mons amplificatione vrbis, & inædificatione Curiæ ac ſenaculi, frequentaretur: in peculiari quadam domo, deliberandi de ſuis rebus gratiâ conuenire ſolebant. Tantilla erat Auguſta tunc.*

Auguſtanæ vrbis incrementa.

Marcus Henningus.

Auguſtæ veteris termini.

Regia turris Auguſtæ.

Auguſtæ hodierna amplitudo.

Hodie verò, quanta ſit amplitudo eius: vel ex tot portis, maioribus & minoribus, facilè colligi poteſt. Nam ſi intra vrbem ſtes: hæ ſunt, & hoc ferè poſitu.

Ad Ortum (vbi intus eſt riuus quidam Lyci) porta Schvvibogia, ſeu fornicata.

Auiaria portula, Vogelthörlin.

Porta Iacobea, ab æde D. Iacobi. Schleifferthor & Parfüſerthor/ *interius.*

Oblatoria portula.

Steffingera portula. Ibi, S. Stephani cœnobium.

Ad Occaſum, porta Geggingera.

Intromiſſoria, Einlaß.

S. Crucis porta.

Klenckia portula.

Ad Meridiem, Rubra porta, vel Haußſtetterthor. *In hac parte, Templum S. Vlrici.*

Ad Septentriones, VVertabruckerthor. Piſcaria portula. Interior eſt Burgenſis porta: poſtquam, Eccleſia Cathedralis noſtræ Dominæ (vt vocant) ſeu Mariæ.

In medio vrbis, Perlachia turris: à qua non longè, Curia Senatus, & Tabularium vel cancellaria, ac prytaneum Patriciorum, Prytaneumq́ Mercatorum.

Longitudo equidem vrbis, fertur eſſe 3400. paſſuum: ambitus verò, 8682.

Textorum honor.

Cum autem ciuium extitiſſet ſumma fides virtusq́, in ſupradicto cum Vngaris prælio: Rex Otho, non modò ipſis conceſſit facultatem amplificandi vrbem: ſed etiam priuilegia & iura dedit vtilia. Textorum quoque tribui (in qua hodie circiter CIↃ IↃC. *Magiſtri, texendi lineum & laneum pannum, reperiuntur) permiſit vti, vt proprio Inſigni, ſcuto quodam: quod rubro & flauo colore decuſſatim diſtinctum eſt: propterea quod ex illo prælio, cuiusdam Vngarici Reguli à ſe oppreſſi, Clypeum & arma horum colorum, inter alia ſpolia in vrbem retulerant. Quod Inſigne etiamnum geſtant.*

à S. Vlrico Auguſta vrbs, amplificata.

Poſtea igitur S. Vlricus (vt de eo Bruſchius ſcribit) vrbem Auguſtanam ampliauit: incluſo Templo S. Afræ, & inſtaurato: quod antea deſolatum, extrà in vepribus ſteterat: in quo ſibi, viuus adhuc, ſepulturam elegit. Id hodie S. Vlrici Templum appellatur: magnitudine & dignitate præſtans: atq́ in ſumma parte vrbis ſitum. Ædificauit eo in loco, vbi Vngari cæſi fuerunt (nam tunc adhuc extra oppidum is locus erat) de ſuo, nobilium virginum Cœnobium S. Stephani: in perpetuam illius victoriæ memoriam. Cuius loci primam conſtituit Abbatiſſam, ſororem ſuam Eleuſiniam. Dicit Bruſchius, nomē huic Parthenoni factum eſſe S. Stephani: quod Regem Hunnorum captum, eodem in loco Vlricus S. Baptiſmate abluerit: cumq́, Stephanum nominauerit. Ergo is eſſet ille Bultzko: quem cum 4. Regulis, Ratisbonæ ſuſpenſum fuiſſe, ſuprà ex Auentino diximus. Conſtruxit idem Vlricus S. quoq́ Ioannis Baſilicā, vt eſſet Laicorū parochia.

Monaſt. S. Stephani.

Othonis II. natiuitas.

Eodem 955. anno inuenio: ex Adelhaide natum eſſe puerum: qui poſtea Otho II. appellatus, imperauerit.

LVITHOLFVS CONTRA BERENGARIVM. HEDOVVIGIS Eberſtainia. Galliæ R. Lotharius. Burcardus II. QVARTVS Dux Sueuiæ. Eſſelinga & Gryninga Zurichgææ. Anhuſiani ad amnem VVernicū Monaſterij fundatio, & Abbates eius. Cruces, in veſtibus. Priuilegium Othonis, Epiſcopatui Curienſi datum. Sclaui, ſiue Vandali, Chriſto adiuncti.

CAPVT IX.

Luitholfus Berengarium ingratum domat.

A*NNO 956. Luitholfus (qui Sueuiæ Dux fuiſſe, ſuprà dictus eſt) iuſſu patris Othonis, in Italiam cum robore militum expedito profectus eſt contra Berengarium. Hic enim dudum in Italiam reuerſus: beneficij ab Othone accepti mox oblitus, ab eo defecerat: Regnique propagandi cauſſa, exercitum Canuſium, Athonis vlciſcendi cauſa, & inde Rauennam, in Exarchatumque, adduxerat: Pontificem Max. & Epiſcopos, Comitesque Italiæ, in ordinem cogere inſtituerat. A Luitholfo igitur, multas res proſperè gerente, prælio fuſus eſt: atque in Hortam, Nouarienſis lacus inſulam, compulſus: & oppidis populisq́ permultis ſpoliatus. Sigon.*

Domina Hedovvigis, Henrici Aucupis Rom. Regis F. Eberhardi, Eberſtainij Comitis in

Sueuia,

Sueuia, relicta vidua (Bruſch. in Aug. diuit.) in Duello, arce Hegouiana, anno 956. vitam agebat. Munificentiſſima fuit in Augienſe Monaſterium. Duellum arx.

In Francia occidua, vel Gallia, Lotharius in regno ſucceſſit patri ſuo Ludouico: natus ei ex Othonis ſorore Gerbirga: regnans annos 31.

Anno 957. Luitholfus, dum bellum magno ardore perſequitur, repẽtina morte perit. Cuius rei ſuſpectus fuit Berengarius. Alij, in fronte læſum à filio eius Alberto, interijſſe tradũt. Cadauer, Mogũtiam relatum, ab Archiepiſcopo VVilhelmo apud S. Albanum terræ mandatũ eſt: & multis lacrymis, acerbisq; à patre defletum. Quo caſu Berengarius magis fuit inflatus (Othone præſertim iterũ in bellum Sclauorum duriſſimum auerſo) etiã Pontifici Ioanni XII. ſe ob ius ditionis cuiuſdam opponens. Fuit Luitholfus natione Saxo, factus à patre Othone Dux Sueuiæ. Ideo pro Inſignibus geſtauit ſcutum quadrifidum: in cuius prima & tertia parte, ſingulos albos equos, erectos ſiniſtrorſum: in cæteris verò, ternos leones nigros, ſaltantes dextrorſum. Luitholfo ſucceſſit quartus Alemãniæ Dux, BVRCARDVS II. *qui erat primi Burcardi & Dietbergæ, vel (vt alibi reperitur) Regelindæ, filius: ac ſecundi Ducis Hermanni priuignus. Ipſe, & anteceſſoris Luitholfi coniux Itha, erant ὁμομήτριοι: id eſt, eadem matre nati. Habuit duas cõiuges. Prior, fuit Luitgardis (aiẽte Bruſch. in Neresheim. Cœnobio) ſoror S. Vlrici: quã duxerat ante Ducatũ Sueuiæ. Altera verò, Hedovvigis, vel Hedavviga: Henrici, Bauariæ Ducis, qui frater Cæſaris Othonis erat filia, Hẽrici Aucupis neptis. Ea fuit Græcè & Latinè apprimè docta: formoſa, ſed ſeuera. Hac ducta, nõ diu vixit Burcardus: ſed egregiè dotatã reliquit virginẽ: vt ex Eccardo Stumpf. lib. 4. c. 38. ſcribit. Obiit ipſe 973. Tunc illa habitauit in caſtro Duello, vel Tuela: Monaſteriorũ S. Galli, & Augiæ maioris, Aduocata. Ædificauit Cœnobiũ in illo ſuo caſtro: vel (vt 3. Munſt. 252. eſt) artẽ ipſa & Burcardus conuertit in Cœnobiũ: cuius primus Abbas fuit VVazzemannus. Poſteriori tẽpore id fuit tranſlatũ Steinum ad Rhenũ, à Cæſare Henrico II. qui ẽt plurib: bonis ipſum donauit, anno 1005. Octob. 1. Locus enim hic, cõmodior erat: cum ante Monachi grauarentur arduo illo in Duellũ aſcenſu. Stumpf. lib. 4. c. 38. & lib. 5. c. 14. At antea quoq; Burcardus, & mater eius Regelindis, religioſi erãt. Monaſterio nanq; Zurichgoiæ Eremitico, vel Einſidelẽſi, attribuẽre Steinũ, Kaltebrunnã, Eſſelingã iuxta Gryningã, Lindoiam, & ex parte Manidorffum. Soror verò illius Itha, Schirmenſcham, & alia: filia Mechtildis, Grynouiam cũ aliis. Nã Sueuiæ Duces tũc adhuc Alemannicã Heluetiam (Turgœam & Zurichgœam) ex parte tenebãt 4. Stumpf. 38. & 6. Stump. 21. Duo iam apparẽt eiuſdẽ ferè tẽporis, Sueuiæ Duces, Burcardi appellati. Prior, qui in prælio Vngarico 955. periiſſe dicitur, capite præcedente. Alter, hic, qui 973. mortuus eſt. Et vterq;, Bauariæ Ducis Henrici gener perhibetur: prior, vt videtur in filia Luitgarde: alter, in Hedovvige, vel Helica, virgine manente, & rei Monaſticæ ſtudioſa. Sic & duæ in arce Duello Hedovvigæ, in hoc capite: prior, Henrici Aucupis: altera verò, Henrici Bauari, filia.*

Luitholfi mors & Inſignia.

Suen. Dux IV. Burcardus II.

Græcè docta Hedovvigis.

Duelli monaſterium, & id poſtea Steinũ translatum.

Eſſelinga & Gryninga.

Heluetica Alemannia.

Burcardi duo.

Hedovvigæ duæ.

Hæc de Burcardo II. ita reperi apud Scriptores, vt expoſui. Quib. ſubiiciã ẽt ea, quæ ex D. Oſualdo Gabelc ἰσοεικωτάτῳ cognoui, Lectori iudiciũ cõmittens. Fuit Burchardus hic (inquit) ex familia Helffenſteinia, eius nominis II. Sueuiæ Dux: Burchardi ab Vngaris ad Auguſtam occiſi, R. Luitgarde Dillingenſi Comitiſſa F. Regelinda autẽ, cuius ſuprà mentio fit, Burchardi prioris mater, ſecũdi huius auia materna, fuit. Quæ aũt ibi Burchardo II. tribuuntur cõiuges: nõ ipſius, ſed patris eius fuẽre coniuges: altera, vt iã dictũ eſt, Burchardi II. mater. Porrò, quòd Stumpf. Luitholfo Burchardum ſucceſſiſſe refert: id non de ſucceſſione, Luitholfi morte, inchoata: ſed de ea, quæ Luitholfi depoſitionẽ poſt ciuile contra patrẽ bellũ ſecuta eſt, ſucceſſione, intelligendũ eſt. Conſtat enim, ab eo tẽpore non Luitholfum modò, ſed ne filium quidem eius Othonem, Sueuiæ Ducatum adminiſtraſſe: niſi poſt Burchardi II. obitum. Hæc, ille.

Eſſelinga autẽ & Gryninga, quarũ ſuperius mẽtio eſt facta, nõ ſunt noſtræ VVirtembergicæ: ſed in Heluetica Alemãnia. Gryninga. n. hæc, caſtellũ eſt (id eſt, arx propriè cũ adiuncto oppido) ad lacum Greiffenſeham in Zurichgouia: ac tota eius ditio eſt longa 2. milliaria, lata 1. milliare: habetq; XI. Parochias: ſcil. Viſchenthalam, VValdam, Dyrtham, Bubikonem, Hynvvilam, Berenſchvvilam, VVetzikonem, Seegrebam, Goſſouiam, Hundbrechtikonem, & Eckam. Pertinuit olim ad Rapperſvvilenſes Comites: poſtea vtraq;, Gryninga & Rapperſvvila, ad Sangallenſem Abbatẽ venit: qui rurſus beneficij ſiue feudi loco, Comiti arcẽ & oppidũ Rapperſvvilã cõmiſit: & Gryningam cum territorio, Regenſpergenſi Baroni, circiter 1260 Chriſti. Tandem Gryninga facta eſt Comitum Habſpurgenſium, ac domus Auſtriacæ, tẽpore Cæſaris Rudolfi I. Ea ditio fuit nobilium Geſslerorum: qui totam Tigurinis 1418. vendiderunt. De VVirtembergica verò Gryninga, vide part. 3. lib. 3. cap. 12.

Gryninga.

Rapperſvvilẽſ. Comitatus.

Geſsleri nobiles.

Eſſelinga. *De Eſſelinga hæc ſcienda. Olim nobilium quorundam arces iuxta erant: quarũ nihil amplius reſtat. Vna, Holtzhuſenſium, inter Eſſelingam vel Oetvvilam, & Gryningam. Hodie, tãtùm villa eſt* (ein Maierhof) *ijq; nobiles, ad paupertatẽ redacti. Quorum quidam, duro agriculturæ labore ſe ſuſtentare coacti ſunt: alij verò, ſtipẽ noſtro ſeculo mendicare. Alter, Bollenſiũ, inter Guldinam & Eſſelingam. Stumpf. lib. 6. cap. 3. de Zurichgouia.*

Anhuſij Cœnobij fundatio. VVaſſertruhedinga. Altentruhedinġ. Comitatus. Lodẽburgicus Baronatus. *Anno 958. fundari cœptum eſt (Bruſchio ſcribente) Anhuſium, Benedictinum Cœnobium opulentum (in parte Sueuiæ Rhiaſa, pertinente ad Brandeburgicum Marchionatum Noricum: non procul VVaſſertruhedinga oppido olim eiuſdem nominis Comitum, nunc verò Brandeburgenſium Marchionum) ad VVernicum amnem, Aureatenſis diœceſeos ſitum. Fundator fuit Erneſtus, Altentruhedingenſis Comes: eiusq; ſororius Hartmannus, Baro de Lodenburg Miſnius. Cauſa fundationis fuit hæc. Exutus erat Comes Erneſtus propter inobedientiam, tota ditione ſua, à Rege Othone. Sed cùm Baro Lodenburgius Hartmannus (qui ſororem eius, quæ in Gynæceo Othonis vixerat, à non multo tempore in matrimonio habebat) pro ipſo diligenter apud Cæſarem, & Dominam Reginam, quibus clementibus vtebatur, elaboraſſet: factum eſt, vt Comitatus Erneſto reſtitutus fuerit: ea tamen conditione, vt is VVeſtenſem, aliosq; vicinos pagos, ad Anhuſenſe ſacellum conferret: vnde Cœnobium ibi Benedictinæ profeſſionis conſtrui poſſet. Cùm deinde Hartmannus quodam tempore, ab hoſtibus ſuis in Rhiaſa fugatus, vix in hoc Monaſterium euaſiſſet: memor poſtea beneficij, cùm moreretur, dexterum ſuum brachium eidem*

Brachiorum legatio. *Cœnobio legauit: idq; in ſacello D. virginis eſt humatum. Quod cùm vnus ex poſteris eius, Epiſcopus Herbipolenſis, Otho Baro Lodenburgius, cognouiſſet: imitatus eſt, & acceſſionem fecit. Nam cùm 1223. die S. Nicolai moreretur: brachium & ipſe ſuum dextrum eò legauit: vnà cum vno optimi vini Francici plauſtro, ſingulis annis ad hos cœnobitas tranſmittendo. Cæterùm Hartmannus Comes, cum aliis ſuis gentilibus, in Cœnobio Heidenhaimenſi cubat.*

Habuit initiò præpoſitos hoc Monaſterium, quorum nomina interciderunt: poſtea verò, Abbates: qui omnes ferè nobili genere nati fuère.

Catalogus eorum.

Anhuſiani Abbates.

1. *Marquardus. Obiit 1102.*
2. *Albertus. Obiit 1127.*
3. *Leopoldus. Obiit 1156.*
4. *Conradus. Obiit 1181.*
5. *Henricus. Obiit 1221.*
6. *Sigefridus de Lacu. Obiit 1246.*
7. *Rupertus. Obiit 1256.*
8. *Otho de lacu. Obiit 1261.*
9. *Sigefridus de lacu. Obiit 1274.*
10. *Henricus de VVitabo. Obiit 1283.*
11. *Otho de lacu. Obiit 1313.*
12. *Sigefridus de lacu. Obiit 1326.*
13. *Sifridus Peiſſer. Obiit 1354.*
14. *Vdalricus de lacu. Obiit 1376.*
15. *Vdalricus de Geuu. Obiit 1392.*
16. *VVilingus. Obiit 1402.*
17. *VVilhelmus de lacu. Interfuit Concilio Conſtantienſi. Obiit 1443.*
18. *Georgius de Schechingen, ex Elvvangenſi Abbatia accitus. Obiit 1481.*
19. *VVilhelmus Schechſius, nobilis de Pleinfeld: primus huius Monaſterij infulatus. Obiit 1499.*
20. *Georgius Dapifer de VVetzhauſem: qui anno 1490. ad ſepulchrum Domini peregrinatus fuerat. Ideo condidit in choro fani Anhuſenſis 1521. Dominicum ſepulcrum: teſtante marmoreo in pariete ibi monumento. Mutata religione à Brandeburgenſi Marchione: Aicheſtadium 1530. conceſſit: vbi adhuc 1548. vixit: Monaſterio interim præſidente Benedicto Mulbergero Lauffenſi: Monaſticæ iuuentutis antea pædagogo.*

Domini huius Monaſterij. *Fuit hoc cœnobium olim ſub tutela Dinckelsbühelæ, Nordlingæ, & Gamundiæ. Sed ciuili bello inter Germaniæ Principes, & Imperiales vrbes, anno 1450. flagrante: à Marchionibus Brandeburg. in poteſtatem redactum eſt.*

Eodem

Eodem 958. anno (al. 959.) Regni Othonis 22. cruces apparuerunt in veſtimentis hominum: quæ multis terrorem, & pœnitentiæ agendæ cauſam, attulerunt. Fuerunt, qui lepram veſtium eſſe dicerent: quia non paucos mortales lepra inuaderet. Herm. Contract. & M. Scr. Chronicon.

Cruces in veſtibus.

Anno 959. ab Othone priuilegium hoc Curienſi Epiſcopatui datum eſt: ſicut à nobili viro, Godefrido de Rammingen, Polyiſtore rerum Sueuicarum, accepi. Sine Diphthongis & Accentibus.

Godefridus de Rammingen.

In nomine ſancte & indiuidue Trinitatis. Otho, diuina fauente clementia, Rex. Si res Eccleſiaſticas à noſtris predeceſſoribus, videlicet Regibus, conſtitutas, augmentando ſollicite procurare ſatagimus: idcirco nouerint omnes fideles noſtri, preſentes & futuri: qualiter nos ob eternam mercedem, ac pro remedio anime noſtre, venerabili Epiſcopo Luitholfo, quaſdam res iuris noſtri in Rhetia Curienſi, in Comitatu Adalberti Comitis, in loco & ciuitate curia, ſancte Dei genitrici Marie, & ſancto Lucio confeſſori Chriſti, ibidem requieſcenti, que eſt caput Curienſis Epiſcopij, precepta contradimus: hoc eſt, dimidiam partem ipſius ciuitatis, cum tali diſtrictione & iure: ſicuti hactenus ad noſtram pertinebat poteſtatem: &, ſicut homines totius prouincie, cenſuales ac liberi, debitores ſunt: cum edificiis in muro, & aſſiduis vigiliis & cuſtodiis, intus & foris: & cum omni ſua pertinentia in curtilibus & ſtructuris, & Eccleſia ſancti Laurentij: & cum omnibus legitimis, ad eandem ciuitatem pertinentibus. Eodem quoq; tenore curtem, & Eccleſiam ſancti Hilarij, cum omnibus ſuis pertinentiis: Eccleſiam ſancti Martini, & vinea adiacēte, & cunctis ei pertinentibus. In Trimunte vico, capellam ſancti Carpophori, cum decimis, ac aliis pertinentiis: donamus ac tradimus ad Eccleſiam prefate Dei genitricis Marie, &c. Teloneum vero omne, quocunque modo à negotiatoribus exigatur, in ipſo loco, & integritatē monete, ſimiliter ad ipſam Eccleſiam condonamus, perpetualiter habendum, ac iuſte ſeruandū, Epiſcopis ibidem omnib. Iuſſimus quoq; hoc preceptum inde conſcribi: &, vt ſtabile in eternum permaneat, manu noſtra illud firmauimus: & ſigillo noſtro inſigniri precepimus. Actum Fritiſlare 17. Kal. Febr. An. incarnationis Dni. 959. Indict. 1. (fort. 2.) regnante Dno. Ottone an. XXIII.

Curienſi Epiſcopatui Priuilegiū ab Othone datum.

Præfuit Curienſi Epiſcopatui (teſte Bruſch.) ab anno 948. vſq; ad 969. non Luitholphus, ſed Hardobertus. De ipſo, antehac.

Anno 960. erat Eckardus, Augiæ diuitis Abbas, bonorum eius dilapidator, & vita libidinoſæ. Ideo pluribus annis pòſt, ab Othone abiectus. Venedi, vel Sclaui, ab Othone ſubacti (ſicut vicini eorum Dani, antea) & ad Chriſtianiſmum adducti, Eccleſiis & Monaſteriis ædificatis. Eorum metropolis, poſtea factum eſt Magdeburgum. Crantz in fi. lib 3. & lib. 4. cap. 14.

Venedi, ab Othone domiti.

LVNÆBVRGICI DVCATVS, ET REGNORVM, NAVARRæ ac Chriſtiani Polonici, initium. Bellum Othonis in Italia aduerſus Berēgarium, qui & debellatur. Otho, Romæ Imperator creatus. Henrici Kemptenij actiones cum Imperatore. IMP. ORIENT. ROMANVS III. Ioannis XII. Papæ deiectio. Ius eligendi Papam, penes Imperatorem. Monaſterium Samblaſianum. Romanorum perfidiam clementer Otho vltus.

Imp. Orientis, NICEPHORVS PHOCAS.

CAPVT X.

ANno 961. vt Saxonia maneret tutior à Venedis, ſeu Vandalis: ijdemq; in fide cōſeruarentur: fundatus eſt fortior Saxoniæ & Lunaburgi Ducatus: & Hermannus, Magiſter Aulæ Regis Othonis, primus ibi Dux factus. 4. Crantz. 15. & 16.

Saxonia Ducatus. Lyneburg. Ducatus.

Othonem Papa Ioannes, miſſis priore anno legatis in Saxoniā, cōtra Berengariū & Adelbertum, Eccleſiæ Rom. Italiæq; vexatores, euocauerat: orans, vt Caroli M. exēplo, vtranq; ab illorū ſæua tyrānide defenderet. Quo facto: ſe Auguſtalib. ipſum inſignib. ornaturū: dato, vt ſummo Eccleſiæ propugnatori, titulo Imperatoris. Otho igitur, natalitiis Dni. Ratisbonæ actis, an. 961. VVormaciæ comitia celebrat Principū Germaniæ: res conſtituit Regni: filium Othonē, ætate puerum, Regem appellat: ac die Pentecoſtes, Aquis coronat. Solebat enim, res periculoſas aggreſſurus, prius ordinare res ſuas, & inprimis Rempubl. vt, ſi quid de ſe fieret, his tamen proſpectum eſſet. Poſtea, magno peditatu & equitatu collecto, per Bauariam & Tridentinas Alpeis, ſecundo iam in Italiam tendit: ſecum habens vxorem Adelhaidem, Sigon. teſte. Ibi maxima gratulatione

Otho cōtra Berengarium & Adelbertū in Italiam à Papa vocatur. Comitia Othonis VVormaciæ. In Italiā ſecūda profectio.

Italicorum procerum exceptus, Papiam recipit: Regiam à Berengario antea deſtructam, reparat: à Mediolanenſi Archiepiſcopo, in æde D. Ambroſij inungitur, conſecratur, ferrea corona ornatur, ſacramento in Italiæ tutelam obſtringitur. Eum viciſſim magnis beneficiis Otho cumulat. Berengarius interim, vxor VVilla, & filij Adelbertus ac Vido, ſinguli diuerſis in locis ſeſe communiunt: Adelberto etiam Saracenorum (qui Cottiarum Alpium arcem Fraxinetum, iam 70. annos tenebant: Italiamq́ inde incurſare conſueuerant) opem implorante.

Othonis ſucceſſus, & Mediolani coronatio.

Nauarræ Regni in Hiſpania origo.

Circa hoc tempus, Nauarra Regnum in Hiſpania ortum eſt: primo eius Rege creato Eneco, vel Enequo: eò quòd, ex comitatu Bigorriæ oriundus, Saracenos Cordubam & Toletum tenẽtes, fortiter profligaſſet: eum caſtellam, & terram Legionis, ac Nauarram, diuexaſſent. Roder. Sant. part. 1. Hiſtor. Hiſpan. cap. 12. & Mich. Rit. lib. 3. Nauaria autem, vel Nauarra nomen, videtur Antonio Nebriſſenſi eſſe à vocabulo Hiſpanico Naua: planitiem arboribus nudam, quæ tamen circundata ſit ſyluis, ſignificante. Tales autem Nauas, complures in hoc Regno eſſe.

Otho & Adelhaidis, Romæ Imperatores coronati.

πολυχρονισμοί.

Anno 962. ineunte, ingreſſus Romam Otho (lectiſſimum habens ſecum exercitum: & inter alios proceres, Ducem quoque Sueuiæ Burcardum) lætiſſimis animis exceptus à Romanis eſt. Eum Pontifex Ioannes, ſe in Vaticana baſilicæ gradibus ſubmittentem, amplexus, in Templum deduxit: vbi ſacris magna cæremonia celebratis, ab Archiepiſcopo adductum iniunxit: & Imperiali diademate inſigniuit: omni populo certatim fauſtis vocibus, nouo Auguſto Imperatoriq́ felicitatem & victoriam acclamante: quod Græcis πολυχρονίζειν eſt. An non etiam Adelhaidi is honos contingit? Sine dubio. Ambobus ergo talis à Græcis πολυχρονισμὸς (fauſta multorum felicium annorum precatio) fuerit: vt ex Græcobarbaro Libyſtri M. Scr. libello, verſibus vulgaribus compoſito, loquar παρῳδῆσαι.

Ὄθωνος τοῦ πανευτυχοῦς, μεγάλου βασιλέως,
Τῆς περιφήμου καὶ λαμπρᾶς ῥωμαίας βασιλείας,
Ἐκ Γερμανίας τοῦ ῥηγός: καλῆς τ' Ἀδελαΐδος,
Συμβασιλίσσης τῆς λαμπρᾶς. τῆς πανευτυχεστάτης:
Πολλὰ τὰ ἔτη, καὶ καλά, πάσης φροντίδος ἔξω.

Iuramẽta Papæ & Imperatoris.

Conuiuia.

His ita factis: & Papa, & Imperator, ad aram S. Petri (inquit Sigonius) acceſſit: vbi ſe vterque ſolenni ſacramento deuinxit: hic, ſe in autoritate Romanæ Eccleſiæ ſemper futurum: ille, ſe nullo vnquam tempore partibus Berengarij, cæterorumq́ hoſtium, adhæſurum. Inde conuiuia vtrinque liberalia: & ab Imperatore, Pontifici oppida reſtituta: atq́ ampliſſima gemmarum, auri & argenti, munera data.

Hoc tempore, mihi dubium non eſt, quin ea ſint facta: quæ ex Herm. Æditùo, & aliunde, ſequuntur.

Papiæ conuiuiũ ſolenne.

Henrici Kempteniſ in eo factum audax, & fortunatũ.

Imperator Otho, cùm Papiæ eſſet (al. Romæ: ſed non rectè) Principibus die paſchatis ſolenne conuiuium parauit: in quo omnes cibos, ſibi appoſitos, tolli iuſſit, ac pauperibus diſtribui. Cibo itaq́ alio poſtea, dum ipſe paulùm ſeceſſiſſet, menſa eius onerabatur. Ibi filius Ducis Sueuiæ, de menſa Imperatoris fruſtum placentæ tollens (ein Fladenſtück) percuſſus eſt in caput à Dapifero (baculo, quem geſtabat) vt ſanguis efflueret. Quod cùm vidiſſet quidam eques ſtrenuus: cuius inſtitutioni creditus erat ille puer: facto improbo ſuccenſus, Dapiferum continuò interfecit. Rediens Imperator, videnſq́ quid factum eſſet: vehementer iratus eſt: ac, priuſquam accumberet, Militem occidi imperauit. Hic verò duro imperio perturbatus: de vita ſua laborare, ac dilationem ſententiæ obſecrare, propter ſummi Feſti ſolennitatem. Eſt quia Paſcha Dei (inquit Viterbienſis: ex quo Æditùus hanc hiſtoriam ſumpſit) Rex miſerere mei. Recuſauit Imperator (quia ſe iuramento obſtrinxerat) atque ſententiæ ſuæ executionem, abſque mora faciendam clamabat. Ibi homo de ſe actum eſſe cernens: fecit, quod interdum homines deſperati faciũt: vt omnia prius tentent, quàm animam dimittant. In Cæſaris barbam inuolat: manum pilis implicat: illum humi proſternit, premit, vrget, ſtrangulat, barbam euellit. Imperator (nemine liberandi cauſa accurrente: ne, ſi eum comprehendere conarentur, is prius Cæſarem confoderet) in tantas anguſtias coniectus: ſe dimitti orat, impunitatem promittit, ſanctè affirmat. Tum vix ſalute potitus: cùm reſpiraret, ſuiq́ eum ad ſupplicium hominis incitarent: nequaquam, inquit: quia digna facto meo paſſus ſum. Itaque aduerſarij fortitudinem laudauit: eiq́ vocato dixit, quæ Gotfridus ſcribit:

Iudicio ſiſti, legum ratione periſti.
Dum tibi non licuit: tegit me dextera Chriſti.
Non tua, ſed Domini verbera digna, lui.

Digna

Digna lui, quia Paſcha fuit, cùm parcere poſſem:
Mî libuit, quod non licuit: dedit vltio noſſe.
Porrò furore mei, digna flagella Dei.

Tum liberum abire permiſit: ita tamen, ne amplius in conſpectum ſuum rediret.

Læſor enim ſi quando redit: reminiſcimur iræ.
Si mala deliteant: liuor & ira ſilent.

Ille tamen nihilominus in curia manens, curam adoleſcentuli gerebat.

Nomen fuit huic nobili, Henrico de Kamptono, ſiue Kempten. In Zurichgouia autẽ (ſcribit Stumpf. lib. 2. cap. 6.) prope riuum Aam, eſt pagus & caſtellum Kampten: quondam Baronũ Kamptenſium ſedes. Vide part. 3. lib. 3. cap. 12.

Kempten, vicus & arx.

Poſthac Otho Berengarij VVillam, quæ in lacus Verbani inſula S. Iulij erat, in poteſtatem duobus menſibus redegit: ei tamen incolumi, ad maritum eundi poteſtatem dedit.

In Oriente, Conſtantino Porphyrogenneto mortuo, erat XXXVII. IMP. CÆS. FLAVIVS ROMANVS III. *Porphyrogennetus, P. F. Aug. qui A. 2. circiter imperauit.*

Romanus III. Porphyreg. Orient. Imp. 37.

Anno 963. innotuit Imperatori Occidentali: Papam Ioannem à ſe ad Berengarium Adelbertumq́ deficere.

Papa Ioannis defectio ad Berengarium.

Hunc igitur, & vxorem eius, in monte Ducatus Spoletani Feretro, vel S. Leonis oppido (quem locum opere præſidiisq́ ille valde communiuerat) obſedit: ſed totam per æſtatem fruſtrà. Itaque medio autumno, exercitus parte in obſidendo relicto. Romam cum altera contendit: à quibuſdam fidis Romanis accitus. Vnde Pontifex & Adelbertus, correpto S. Petri theſauro, profugêre.

Obſidetur vterq; ab Othone.

Cùm autem adhuc in illius loci obſidione Otho eſſet: illi, qui obſidebantur, quodam ardentis Sirij die, eruptionem fecerunt: Cæſare quietem meridie capiente. Tunc Alemannus eques (ille Henricus, de quo prædictum eſt) qui in tentorio, proximè hoſtem fixo, diuerſabatur: & in ſolio ſedebat lauans: conſpecta periculi magnitudine, nudus exilit: lancea & clypeo (Setzſchilt) correptis, clamat: Hic Römiſch Rich: *Hic, Romanum Imperium. Atque ita fortiter agens, quamuis cætera nudus, hoſtium progreſſum impediit: donec agmina Imperatoria concurrerent.*

Henrici ſuperioris Kemptenij virtus.

Regia pars creſcit: timet hoſtis, & inde receſſit.

Admiratus tunc præclarum factum Cæſar: Quis eſt ille, quærit, qui tam fortem ſe pro nobis præſtitit? Quo cognito: poſtridie Henricum accerſit, & interrogat:

Cæſari probatur.

Nonne tuis manibus noſtri periêre capilli?
Miles ait: Fateor, ſed erat mihi culpa remiſſa.
Surgit in amplexus equitis, mirabilis Otho:
Dicit ei, gaudere meis te rebus adopto.
Regia facta geris: ſemper amicus eris.

Romæ poſtea Otho, conuentum Epiſcoporum agens, de Ioanne P. abſente conqueritur. Illi grauiſſima hominis, arrogantis & nequam adoleſcentis, crimina proferunt: Vt, cùm Stephana patris concubina, cum Anna nepte ſua vidua, & cum duabus ſororibus, rem habuiſſe. In Eccleſia Tuterdina, Epiſcopum ordinaſſe puerum annorum decem: & Diaconum quendam in ſtabulo equorum, alieno etiam tempore. Vinum bibiſſe ad amorem Diaboli: in ludo aleæ inuocare auxilium Iunonis, Veneris, cæterorum Deorum gentilium. Tritenhem. & 6. Luitpr. 7. Proinde, Ioanne abiecto, Leo VIII. *creatus eſt Papa: & ius eligendi poſthac Papæ (quod Adrianus* I. *Carolo M. dederat: Adrianus verò* III. *Cæſaribus ademptum, ad Romanos tranſtulerat) Imperatori reſtitutum eſt. Verba Sigonius ponit, inter alia, hæc: Ego Leo ſeruus ſeruorum Dei, Epiſcopus, cũ toto clero, ac populo Romano, conſtituimus, ac confirmamus, & corroboramus: & per noſtrã Apoſtolicam auctoritatem concedimus atq; largimur D. Othoni primo, Regi Teutonicorum, eiuſque ſucceſſoribus huius Regni Italiæ, in perpetuum facultatem eligendi ſucceſſorem: atq; ſummæ ſedis Apoſtolicæ Pontificem ordinandi, &c. Et, vt ipſe ſit patricius, & Rex. Hæc, illi. Ecce dignitas Germanorũ, & in his Sueuorũ. Nunquã hoc fore exiſtimaſſet Cicero. Iulius Cæſar, Oct. Auguſtus, cæteri priſci Romani: vt his barbaris, quos appellabãt, populis, tanta poteſtas in Italia cõtingeret: atq; celſitudo Imperij Rom. ad eos transferretur. Sed Deus eſt, qui gentes elatas deijcit, iacentes erigit.* καθεῖλε δυνάστας ἀπὸ θρόνων *(ut inclyta Dei genitrix virgo loquitur)* καὶ ὕψωσε ταπεινούς.

Crimina in Papam Ioannem.

Papæ electio, Cæſari reſtituta.

Germanorum ad ſummos honores euectio.

Fuit hoc tempore confirmatum ab Othone, Monaſterium S. Blaſij in Nigra ſylua. Quãdo verò conditum ſit: annus mihi certus non eſt. De eo hæc ſunt in M. Scr. qui ſæpe à me citatur, Codice membraneo. Anno 962. Bruno Corbeienſis Monachus, cognatus Hermanni Ducis,

S. Blaſij Monaſt. in Hercynia ſylua.

fratri eius ſucceſsit Amalungo, Fardenſi Epiſcopo, mortuo. Reginbertus, Dei ſeruus, obiit. Iſte conſtruxit Abbatiam S. Blaſij in Sueuia.

Munſterus autem lib. 3. cap. 314. ſic. Fuit hoc Monaſterium primò fundatum ſub Othone primo. Erat enim tunc Baro quidam (Reginbertus) de Seldenbeuren (al. Feldenbeuren) qui bellis plurimùm occupatus, quodam die amiſit manum. Tunc pœnitentia ductus, egreſſus eſt Mundum: ac contulit ſe ad quoddam Eremitorium, ſitum ad fluuium Albim: qui quatuor milliaribus ſupra Baſileam miſcetur Rheno: deditq́; fratribus omnia ſua bona, & minorem iuriſdictionem. Obtinuit deinde priuilegium ab Othone Magno, anno 963. ſignatum manu Imperatoris, atq; datum Veronæ: quod poſtea fuit confirmatum per Henricum III. *anno 1047. & per Henricum quartum, anno 1065. in ciuitate Baſilienſi: atq; per Lotharium* II. *anno 1126. Barones verò, Maltho de VValdeck, & Burchardus de Aiſtet, dederunt huic Monaſterio villas Schönavv & Dotnavv: vbi hodie eſt argentifodina.*

S. Blaſius martyr.

De eodem Monaſterio, ſcribit Henricus Pantaleon part. 3. de illuſtr. viris German. vbi de Caſpare Molitore loquitur: qui fuerit Abbas huius Benedictini Cœnobij. Situm eſt, inquit, in Hercynia ſylua, milliare vnum ab oppido VValdshut. In eo loco, ſtatim poſt Diocletiani tempora, anno circiter 300. Chriſtiani quidam fuga elapſi, conuenerunt: & Anachoretarum vitam agentes, Deum laudibus celebrarunt. Hiſce cùm S. Blaſius, Cappadociæ Præſul, & ſub Licinio Cæſare anno 312. martyr, apparere viſus eſſet: atq; admonuiſſet, vt conſtanter pergerent, & Mundi minas contemnerent: ab eo, tanquam Patrono, ſuam habitationem denominarunt. Cùm poſtea Eremitæ ibi ferè 640. annos humilitate ſummâ, & duro manuum labore, vixiſſent: Reginbertus, Seldenburenſis iuxta Tigurinorum ditionem Baro, Cæſari acceptiſsimus Conſiliarius, manu in Vngarico apud Auguſtam prælio amiſſa: bonis ſuis omnibus cum fratre Conrado diuiſis: ſe in communitatem S. Blaſij contulit: ſuamq́; partem, Cæſaris voluntate, fratribus dono dedit: habituq́; eorum ſuſcepto, annos plures cum eis ſanctè vixit. Sic ex Prioratu, Abbatia, (multarum opum acceſsione) facta ibi eſt: Beringariusq́; Reginberto aſſentiente, primus Abbas. In quo Monaſterio, cùm ſupradictus Molitor, A. circiter 25. vixiſſet: XXXIV. *eius loci Abbas fuit creatus.*

Seldenburenſis Baronatus.

Alibi ſic inueniebam. S. Blaſij Monaſterium, erectum fuit à Reginberto de Feldenbüren. Fuerunt initiò Eremitæ: ſed mineralibus ditati, fecerunt Abbatiam. Antea dicti, Fratres ad Albam fluuium.

Polonia Rex primus Chriſtianus, Miecislaus.

Hoc tempore, primus Chriſtianus Poloniæ Rex fit Miecislaus, vel Mieczlaus: quaſi gladio nomen clarum acquirens: cùm initiò Mieſco diceretur. Cæcus natus fuit: & ex cõcubinis ſeptem nullam ſuſcepit prolem: ſed piorum ſuaſu Chriſtianam fidem ſuſcepit: ſpe ab eis facta procreationis. Ducta igitur Boleſlai, Regis Bohemiæ, Dambrovvka vel Dambroſca filia, filium Boleſlaum genuit: puerpera tamen paulò poſt partum moriente. Iuditha deinde Vngara ducta, Mieczlaum procreauit. Inſtituit, vt, dum in ſacro officio Euangelium legeretur: ſinguli viri gladios ad dimidium è vaginis educerẽt: quo ſignificarent: ſe ad pugnandum pro Euangelio, ad mortem vſq; paratos eſſe. Alex. Guaguinus, & Mart. Cromer. lib. 2.

Romanorũ in Othonem perfidia.

Berengarij & vxoris captiuitas.

Papa Ioannis adulterium, & exitium.

Anno 964. Romani, odio Germanici imperij, & ſpe prædandi, incenſi (impulſore reijculo illo Papa Ioanne) in Othonem & Germanos, caſtra trans Tiberim de more habentes, irruunt: ſed magna plaga affecti, obſides 100. dedêre: quos tamen Papa Leonis oratu Otho reddidit. Paucis diebus pòſt, Berengarius & vxor in deditionem venerunt: atque exulatum in Bauariam ab Othone miſſi ſunt: Bambergaeq; mortui, Regiè humati. Othone ex vrbe profecto: Romani rurſum perfidi, Ioannem reſtituerunt: qui ſæuiens, non pòſt multò, cùm extra vrbem cum adultera quadam ſe oblectaret: tempora eo vulnere eſt læſus, vt intra dies octo mortuus ſit. 6. Luitpr. 10. Subſtituêre Romani Benedictum Cardinalem Diaconum, in ſedem Pontificiam: ſed cum copiis vrbem Othone ingreſſo: in Germaniam exul eiectus eſt, & Leo reſtitutus.

Nicephorus II. Phocas, Orient. Imp. 38.

Conſtantinopoli, Romano III. *defuncto, ſucceſsit* XXXVIII. IMP. CÆS. NICEPHORVS II. PHOCAS, P. F. *Aug. imperans in annum ſeptimum.*

BVRCARDI

BVRCARDI SVEVI DVCIS, DE FILIO BERENGARII Adelberto R. in Italia victoria. Monaſterium Auguſtanum S. Vlrici. Conuerſio Danorum ad Chriſtum. Portatio ferri candentis. Romani inquieti, ab Imp. Othone puniti. Oppidum Steinum Acronij lacus. Virginale S. Stephani Auguſtæ cœnobium. Otho II. Corona Imperiali inſignitus.

CAPVT XI.

ANno 965. Otho, rebus Romanis & Italiæ compoſitis, in Germaniam rediit. Tum Longobardi, exemplo Romanorum moti (vt potius ſuperbum Italici hominis, quàm moderatum externi, Regnum paterentur, teſte Sigonio) Adelbertum, qui in Corſicam fugerat, ad recipiendum Italiæ Regnum reuocarunt. Ideo Imperator Burcardum, Ducem Alemanniæ, in Italiam cum lectiſſima militum manu miſit: præcepto dato, vt, quocunque in loco Adelbertus occurreret, acie cum eo confligeret. Qui cum Longobardis Imperatori fidelibus, & Sueuis, per Padum nauigans: eò, vbi illum eſſe audierat, applicuit. Quos in primo fluminis egreſſu Adelbertus aſſiliit. Ibi, prælio ſummis opibus commiſſo, frater eius Vido cum aliis multis occubuit. Ipſe verò, in fugam coniectus, agrè euaſit: atque in montanis quibuſdam ſeſe abdidit. Hac victoria lætus Dux, rebus pro tempore compoſitis, in patriam rediit: Imperatoriq́; rem geſtam ſignificauit. Sigon. & M. Scr. Burcardus Sueuus Adelbertum, Berẽgarij F. vincit.

De Monaſterio S. VDALRICI Auguſtano.

S. Vdalrici magnificentiſſimum, Benedictinæ profeſſionis Monachorum, cœnobium (deſcribente Bruſchio) intra vrbem Auguſtam, ſublimi loco meridiem verſus ſitum, tale ex vetuſtiſſimo S. Afræ fano, ab Epiſcopo S. Vdalrico (vt ſupra dictum) factum eſt, circa hæc tẽpora: Canoniciq́; Regulares, ab eo ibi conſtituti. Poſtea verò 1012. Henrici II. Cæſaris frater, Epiſcopus Bruno, canonicis eiectis, Abbatiam Benedictinam fecit: Templo eius, S. Vlrico dedicato: quod antehac fuerat S. Afræ non magnum ſacellum. S. Vlrici Monaſterium Auguſtanum.

Catalogus Abbatum.

1. Reginoboldus, Comes Dillingenſis, anno 1012. factus. Præfuit annos 3. Abbates eius.
2. Dego, 1015. annos 3.
3. Godeſgenus, 1018. non integros A. 2.
4. Frideboldus, 1020. A. 10. & aliquot menſes.
5. Henricus. Obiit 1044. cùm 14. A. præfuiſſet.
6. Theodo, A. 6. vſque ad 1050.
7. Adalbero, A. 15. Obiit 1065. Omnes, viri boni.
8. Theodomarus, iuuenis minus vtilis, ab Epiſcopo Erbicone intruſus. Præfuit A. ferè 16. Obiit 1080.
9. Sigehardus, A. 14. Obiit 1094. Bonus.
10. Hartmannus, Epiſcopo intrudente, A. 2. vſque ad 1096.
11. Berengarius, ab eodem intruſus, A. 11. vſque ad 1107.
12. Guntherus, non integrum biennium, inuaſor honoris.
13. Egino, 1109. A. 13. Egregius.
14. VVollemarus, 1122. A. 4. cum aliquot menſibus.
15. Vdalſcalcus, nobilis Maiſickius, 1126. A. 25. Præclarus. Obiit 1151. Maiſickij nobiles.
16. Hezilo, A. 13. Obiit 1164.
17. Vdalricus de Biberbach, nobilis, A. 10. Obiit 1174. Biberbach. nobiles.
18. Henricus II. de Maiſick, A. 7. Obiit 1181.
19. Manigoldus, A. 6. M. 8. D. 11. Obiit 1188.
20. Henricus III. A. 6. M. 6. Obiit 1195.
21. Erchenboldus, A. 8. Obiit 1203.
22. Vdalricus II. A. 6. Obiit 1211.
23. Henricus IIII. nobilis Balleshainius, A. 5. Obiit 1216.
24. Dietho vel Theodo, A. 9. Obiit 1225.
25. Luitfridus, A. 8. Obiit 1232.

26. *Hiltebrandus, A.12. Obiit 1244.*
27. *Goſvvinus, Thiethaimius nobilis, A.23. Obiit 1267. Omnes, laudati viri.*
28. *Theodoricus, Rhotius nobilis, A.21. Obiit 1288.*
29. *Sibotho, A.4. Deſtitit 1292.*
30. *Henricus* V. *de Hagenau, A.23. Innitus.*
31. *Marquardus Haglenius, 1315. A.18. Obiit 1333.*
32. *Conradus VVincklerus Auguſtanus, A.22. Obiit 1355. Eximius.*

Viſchachij nobiles.

33. *Ioannes, nobilis Viſchachius, A.11. Obiit 1366.*
34. *Fridericus Gummeringenſis, A.13. Obiit 1379. illaudatus.*
35. *Henricus* VI. *Gabelbachius, A.17. Ignauus.*
36. *Ioannes Lauginger Donavverdenſis, A.7. Obiit 1403. Vtilis Abbas.*
37. *Ioannes Ruſsinger Auguſtanus, A.24. Obiit 1428. Bonus.*
38. *Ioannes Heuter Auguſtanus, A.11. Obiit 1439. Voluptarius & prodigus.*
39. *Ioan. Hohenſtainius Bauarus, A.20. Reſignauit 1459. Bonus, ſed ſecors.*
40. *Melchior Steinhaimius, Doctor legum, ad A. 16. Obiit 1474. Vtilis. Fuit is ex nobili familia de Stammheim natus: qua nuperrimè extincta eſt in Iohanne VVolfgango, VVolfgangi F. Ac fuit idem Melchior Iohannis VVolfgangi huius, proaui frater germanus. Quod ex D. Oſualdo Gabelcouero, menſe Aug. 1592. acceptum, poſterius huc meritò inſerere debui.*

Stammhaimij nobiles.

41. *Henricus* VII. *Friſius Auguſtanus, A.8. Obiit 1482. Bonus.*
42. *Ioan. de Gyltlingen, A.14. Obiit 1496. Laudatus nobilis.*
43. *Conradus Mœrlinus Auguſtanus, A.14. Obiit 1510. Eloquens.*
44. *Ioannes Schrot Auguſtanus. Reſignauit 1527. Profuſus & Profugus.*
45. *Ioannes Kienlinus Auguſt. 1528. A.11.*
46. *Simon Gollius Auguſt. 1539. A.9. Obiit 1548.*
47. *Iacobus Koplinus, 1550.*

De quibus, quæ digna ſcitu erunt, ſuis annis ſequentur.

S. Egvvardus.

Obiit 965. S. Egvvardus: Epiſcopus Schleſuicenſis iuſſu Othonis M. factus: cùm antea Monachus Hirſaugienſis, doctus & probus, fuiſſet. Fertur is hominem in mari ſummerſum, coram populo in vitam reuocaſſe. Vnde appellatus à Schleſuicenſibus fuerit Gottmannus, hoc eſt, vir Dei.

Danorum ad Chriſtum conuerſio.

Anno 966. Dani, à Poppone Clerico (quem Bremenſis Antiſtes Adalgaſus, prædicandi Euangelij cauſa ad eos miſerat) ad Chriſtum conuerſi ſunt, docendo, portationeq́ ferri igniti. Cũ enim à multis doctrina eius contemneretur: interrogauit eos, an eam recipere vellent: ſi ipſe candentis ferri tactu illæſas manus ſeruaret. Aſſenſi ſunt. Igitur candentem laminam, quæ in Chirothecam formata erat, induit: illæſisq́ manibus, cùm aliquandiu retinuiſſet, ante Principis pedes poſuit. Ita illi doctrinam Chriſti ſunt amplexi. Hinc Dani, duelli conſuetudine abrogata: controuerſias portatione igniti ferri diiudicandas, in poſterum ſtatuerunt: Deo potius quàm viribus humanis arbitrium permittentes. Sigebert. & Saxo lib. 10. & parte virorum illuſtr. 2. Pantaleon.

Ferri igniti portatio.

Othonis tertia tranſalpinatio, vt olim loquebantur.

Imp. Otho, Romanis nondum quieſcentibus (Ioannem enim XIII. *P. expulerant: ſed præſidio, quo nixi fuerant, amiſſo, reſtituerant) tertiam profectionem in Italiam ſuſcepit: atq́ altero anno, in perturbatores pacis animaduertit: Conſulibus Italia expulſis: Tribunis plebis ſuſpendio enectis: Præfecto vrbis Petro, per vrbem in aſino facie auerſa circumuecto, virgis cæſo, in tetrum carcerem compacto. Multas deinde Venetis Eccleſiis immunitates indulſit.*

Staini op. inſtauratio.

Circa hoc tempus, oppidum Steinum, quod ad lacum Podamicum eſt (infra inſulam Steiniam, non procul à vetuſto oppido Gaunoduro: quod olim Romani irruptionibus Alemannorum oppoſuerãt) inſtauratum eſt à Sueuiæ Duce Burcardo: vt reſiſteret crebris Vngarorum irruptionibus in Germaniam. Sequenti tempore factum eſt Baronum Clingenſium: poſt quos, ad Clingenbergenſes nobiles tranſiit, arcis Duelli Dominos: de quibus anno 1412. ſe magna pecunia Steinenſes liberarunt. Tandem 1484. ſe in patrocinium Tigurinorum contulerunt. Stumpf. lib. 5. cap. 14.

Clingenſes Barones. Clingenberg. nobiles.

S. Stephani Gynæceium Auguſtæ.

Hoc tempore (teſte Bruſchio) S. Stephani Cœnobium, virginum nobili ſtirpe natarũ (non equidem ad perpetuam Monaſticen aſtrictarum: ſed canoniſſarum, vel ad nubendum liberarũ) conſtructum eſt à S. Vlrico, Auguſtano Epiſcopo: in Boreali loco, antea adhuc extra mœnia ſito: vbi frater eius Theobaldus, ab Vngaris interfectus fuerat.

Catalogus

Catalogus Abbatiſſarum eius, etſi mutilus, apud Bruſchium.

Abbatiſſæ eius.

1. *Eleuſinia, Dillingana Comes, germana ſoror S. Vlrici. Humata eſt in vicino S. Galli ſacello, ab ipſa condito.*
2. *Agnes. Iam multarum nomina Dominarum interciderunt.*
3. *VVilpyrgis, nobilis Thierhaimia. Obiit 1344.* *Thierhaimij nobiles.*
4. *Catharina Liechteneccia, 1350.* *Liechteneccij.*
5. *Catharina, ex celebri familia Pincernarum de VVinterſtetten.* *VVinterſtettij*
6. *Agnes ab Oſtenhaim.* *Oſtenhaimij nobiles.*
7. *Eliſabeta à Liechtenau. Obiit 1438.*
8. *Vrſula à VViler, nobilis viri Burcardi filia. Electa 1438. Laudabiliter præfuit annos 36. & obiit 1475.* *VVileri.*
9. *Anna Harſcherina, A.13. vtiliter. Obiit 1488.*
10. *Anna VVerdenſtainia, A.9. quæ exauctorata fuit.* *VVerdenſtainij.*
11. *Vrſula Barenſtettia: quæ electa 1497. præfuit ſumma cum laude 20. annos. Deceſſit 3. Februar. 1517.*
12. *Anna ab Oſtenhaim, A. ferè 5. Obiit 1521.*
13. *Agnes à Gyltlingen. Electa 3. Ian. 1522. præfuit A. 1. M. 5. Obiit 1523. Sepulta in ambitu S. Stephani.* *Gyltlingij.*
14. *Anna à Freiberg: patre nata Ioanne, equite aurigero: matre verò, Geneua de Rot. Electa 12. Iun. 1523. Seceſſit, mutata Auguſtanorum religione, Hochſtatum Danubianum 1537. Rediit, Pontificia religione redeunte, Auguſtam 1548. circa diem S. Galli: vbi adhuc anno inſequente Iubilæo vixit. Erat ſub ipſa in eo Parthenone, Catharina à Fridingen Hegenouia: corporis & ingenij bonis (inquit Bruſchius) præclara domina. Hæc anno Chriſti 1538. inde egreſſa, Doctori Paulo Conſtantino Phrygioni nupſit: diligentiſſimo Chronographo, ſacrarumq́ literarum in Academia Tubingenſi eximio Profeſſori: hero & nutritio meo (inquit idem) olim de me optimè merito: quem gratitudinis & honoris ergò, huic loco inſerendum cenſui. Hæc ille gratus. Hodie verò, quando hæc ſcribimus, filius modò dicti Phrygionis, Medicinæ D. Paulus, iam à multis annis apud VVirtembergicum noſtrum Principem cum laude artem ſuam exercet.*

Fridingenſis Catharina.

Paulus Conſtant. Phrygio.

Anno 967. Otho legatum Conſtantinopolin mittens: Nicephori ſiue priuignam, ſiue ſororem, Theophaniam, Othoni filio ſuo petiit in matrimonium. Venit hic quoq; (celebrato prius Feſto S. Michaëlis, Auguſtæ) per Tridentinam vallem in Italiam, patre iubente, Regali cum comitatu: ac deinde in feſto natalitio, noui anni exordio, à Papa Imperator, patri conſors, coronatus eſt.

Theophania, Othoni iuniori deſponſanda.

MAGNA GRÆCIA, GRÆCIS OB PERFIDIAM A Germanis erepta. Quartum Haſtiludium, Mattisburgi. Archiepiſcopus Moguntiæ Hatto, à muribus necatus. ORIENTIS IMP. IOANNES ZIMISCES. S. VVenceslaus. Græca Theophania, vel Theophano, Othoni iuniori nupta. Rudmannus, Augiæ diuitis Abbas. Priuilegiũ, ab Othone Curienſi Epiſcopatui conceſſum. S. Epiſcopi Auguſt. Vlrici, & Sueuiæ Ducis Burcardi, & Imp. Othonis M. obitus. QVINTVS Alemanniæ Dux, OTHO.

CAPVT XII.

ANno 968. ſpe Theophaniæ filio ſuo accipiendæ, Imp. Otho in Calabriam mittit partem exercitus, cum pleraq; nobilitate. Hos, aduentum ſponſæ opperientes, Græci, iuſſu Imp. ſui Nicephori ſecreto, opprimunt: aliis cæſis, aliis Conſtantinopolin miſſis. En perfidiam. Succenſuit ea re vehementer Imperator: ac ſequenti anno, filio cum validis copiis miſſo, Græcos aliquot ſecũdis pugnis exultantes in laqueos inſidiarũ attractos, plerosq; occidit: captiuos reliquos, truncatis ad ignominiam naribus, Conſtantinopolin miſit. Tunc Apulia & Calabria Græcis ereptæ, Occidentali tandem Imperio adiunctæ ſunt. Germani Duces, opima præda ditati, glorioſam reportarunt victoriã ad Othonẽ. Etiam Adelbertus, Italiæ Rex, prælio victus, inde eiect⁹ eſt: vt & Saraceni. Archiepiſcopo Moguntiæ VVilhelmo, fratre Othonis, mortuo: Fuldenſis Abbas ſucceſſit. Obiit etiam non multò poſt VVilhelmum, auia eius Mechtildis, Imp. Othonis mater. Ille, 6. nonas Mart. hæc verò, pridie Idus Mart.

Græcorũ perfidia in Othonẽ Imp.

Magna igitur Græcia, illis erepta.

Saraceni cum Adelberto, Italia eiecti.

Haſtiludium quartũ, Merſburgi Saxoniæ. *Anno 969. quartos equeſtres ludos ſolennes edidiſſe ſcribitur, Mersburgi ad amnem Salam, Marchio Miſniæ Ridacus: conuenientibus eò nationibus ad proximum poſt D. Andreæ Feſtum diem Dominicum.*

Reges quatuor, equites.

Rhenanus, Volcpertus Franckenſteinius.
Franconicus, Erneſtus Kunſpergius.
Bauaricus, Grunoltus Hoferus.
Sueuicus, VVilhelmus Nippenburgius.

Inſpectores armorum, galearum diſtributores.

Ex Rhenano circulo, VVolfgangus Fleckenſtainius, ſenior: Emerichus Neſſelrodius, iunior.
Ex Bauarico, Albertus VVeichſerus à Traubling, ſenior: Leonhardus Leitenbeccius, iunior.
Truchſeſſij. *Ex Franconico, Henricus Marſchalcus ab Oſtheim, ſenior: Philippus Adeltzheimius, iunior.*
Gemmingẽſes. *Ex Sueuico, Ioannes Truchſaſſius à Ringingen, ſenior: Bernolphus à Gemmingen, iunior.*

Fœminæ ad idem munus.

Ex circulo Francico: Gertrudis Leonrodia, vxor Philippi Gutenbergij.
Anaſtaſia Munſterina, vidua Alberti VVenckheimij.
VValpurgis Dunfeldia, virgo.
Ex Bauarico: Vrſula à Satzenhofen, vxor Henrici Haibeckenſis.
Anna Ferudenbergia, vidua Hiltpoldi Brenſpergij.
Hippolyta Braitenſtainia, virgo.
Ex Sueuico: Dorothea Biſchoffsheimia, vxor Sebaſtiani Diſchingij.
Heudorff. *Hiltegardis Heudorffia, vidua Berchtoldi Schvvendij.*
Ila Truchſeſſia ab Hofingen, virgo.
Ex Rhenano: Magdalena Pyrmontia, vxor Sigiſmundi à Leien.
Eliſabeta Pallantia, vidua Melchioris à Stein.
Mechtildis ab Hanf, virgo.

Arenarij, vel Moderatores pugnarum.

Francus, Gothardus Schvveinshauptius.
Bauarus, VVilleboldus Taufkirchius.
Rhenenſis, Conradus Kemmerer VVormacienſis.
Sueuus, Vlricus Freidingenus. Omnes, equites.

Ad ſepta circi.

Bauarus, Leonhardus à VVart.
Francus, Burcardus ab Harras.
Rhenanus, Thorringus ab Hagen.
Sueuus, Vlricus Freundſpergius.

Interfuerunt his concertationibus Sueui.

Fridericus, Baro VVeinſpergenſis.
Fridericus de VVeſterſtetten.
Et Bauariæ Dux Heinricus.

Poſt hæc, tribus per hæc certamina viris excellentibus, nec non futurorum alio tempore ludorum Regibus: gratia à fœminis ornatiſſimis huic rei deputatis, acta, honosq́ decens habitus.
Inde, chorea celebrata.
Tandem, teſtimoniis acceptus præſentia ad hos ludos ſua, & opera nauata, æquis animis domum reditio facta.

Imp. Otho, apud Sangallenſes. *Imp. Otho, hoc anno cum vxore Adelhaide Sangallum veniſſe dicitur (comitatus etiã Colonienſi Archiepiſcopo Brunone, fratre ſuo: & genero Hugone, multisq́ Principibus aliis) ac ſplẽdidè habitus eſſe. Sed erat ille adhuc in Italia hoc tempore. Ideo alio anno (vel antè, vel poſt) id factum eſſe videtur.*

Mures necãt Hattonem Archiepiſcopum. *Hatto, Moguntinus Archimyſtes, poſt 11. menſes irriti honoris, nuſquam à muribus tutus (ne in Rheno quidem: vbi turrim effugiendi cauſa ædificauerat, quæ adhuc extat) ab illis tãdem, vbiq́ cateruatim perſequentib. enect⁹ eſt: & in Tẽplo S. Albani, iuxta alios Archiepiſc. humatus.*

Cauſa

Cauſa hæc fuit: quòd tempore famis, turbam mendicorum ſibi moleſtam, ſpe alimentorum accipiendorum, in horreum concluſerat: igneq́; ſubiecto, concremauerat: ad vlulatum eorum dicẽs: Ecce, quàm iſti mures mintrant! Diuina ergo ira iuſta, quo genere peccarat, eo periit: quem ne Homericus quidem Σμινθεὺς (muricida, vel contra mures patronus) eripere potuiſſet.

Ioan. Tritenhem. & F. Petrus Merſæus. Sic & alij ἐγένοντο Μυόβρωτοι, à muribus deuorati leguntur: VVilderolfus, Epiſcopus Argentinenſis, anno 997. Iul. 12. & Popelus, vel Popielus, Poloniæ Rex, circ. 842. cum vxore & liberis: muribus nec armis, nec igne, nec perfugio illorum in turrim aquaticam, ſe arceri ſinentibus. *Alij, à murib. necati.*

Ipſe enim 20. cognatos (quòd metueret, ne propter Sardanapalicam ſuam vitam, ab eis Regno deiiceretur) venenata potione per vxorem ſuſtulerat. Cromerus & Guagninus. Sed Epiſcopus Herbipolenſis Henricus, Rotenburgius Comes ad Tubarum (qui circa 1000. Chriſti erat) fortunatior fuit. Cùm enim eodem, quo Hatto, modo, tẽpore difficilis annonæ, Mendicos in horreo combuſiſſet: ſceleris pœnitens, Romæ abſolutionẽ conſecutus, Tuicienſi Benedictino iuxta Coloniam Agrippinam Cœnobio extructo, pœnas euitauit. Bruſch. Vide ſequent. libri cap. 6. *Rotenburgẽſis Comitatus.*

Anno 970. Græci, ſuperiore clade in magna Græcia, culpa Nicephori accepta, irati: ipſum per Ioannem Zimiſcen occidendum curarunt. Tum idem hic factus eſt XXXIX. IMP. CÆS. FL. IOANNES ZIMISCES, P. F. *Aug. coronatus, exeunte anno, in die natali Domini. Imperauit A. 6. M. 6.* *Ioã. Zimiſces, Oriẽt. Imp. 39.*

S. VVenceſlaus, Dux Bohemiæ, à fratre ſuo Boetzlao interfectus eſt: vir tantæ demiſſionis animi: vt occultè per noctes, cum vno famulo, de ſylua humeris ſuis ligna ferret: atq; ante domos viduarum, pupillorum, & pauperum, poneret. Ædit. *S. VVẽceslaus.*

VVerinbaldus quidam, Hirſaugienſis cœnobita, eximiè doctus & religioſus, cũ ad gubernandum Epiſcopatum Spirenſem ſummis precibus inuitaretur, recuſauit, reſpondens: ſe, ſi Mũdo ſeruire voluiſſet: in hanc Monaſticæ vitæ ſolitudinem venire non voluiſſe. Eligerent ergo Epiſcopum, quem vellent. Se idonus ſuſcipere nec velle nec poſſe. Electus igitur eſt Baldericus: qui tribus Othonibus fuit ab intimis conſiliis: vt vir rerum gerendarum vſu maximus. Sub eo Canonici Spirenſes (vt & Moguntini ac VVormacienſes) cucullata vita abiecta, ſeculares fieri cœperunt: ſeorſim habitare, propria bona habere, prouentus annuos inter ſe diſtribuere. Bruſch. *VVerinbaldus, Hirſaug. Monachus.*

Anno 971. S. Vlricus Epiſcopus Auguſtanus, factus eſt VII. *Abbas Vtenburani Cœnobij. Qui confirmationem priuilegiorum eius obtinuit, cum nouis immunitatibus, ab Imp. Othone. Cùm autem non integrum annum præfuiſſet: reſignauit gubernationem. Auctor ipſe fertur; vt mures nec ſint, nec eſſe poſſint, in eo Monaſterio. Bruſch.* *Mures, à S. Vlrico pulſi.*

Hoc anno Imp. Otho, miſſa ſplendida Conſtantinopolin legatione, Theophaniam iterum Othoni F. ſuo petiit. Quam Imp. Zimiſces honorificè dedit, deducendam in Italiam. Quæ, ſequenti anno Romam adducta, vniuerſa ciuitate effuſa, recepta eſt. Virgo genere illuſtriſſima, ingenio & facundia præſtans, vultu elegantiſſima. Tum nuptiæ, magnificentiſſimo apparatu in octaua Paſchatis peractæ. Ipſa autem, à Papa Ioanne in gratiam ſoceri coronata eſt, & Auguſtæ titulo appellata. Inde Otho, Papiam profectus: & tandem, domum. *Theophaniæ, & Othonis F. coniugium.*

Anno 972. Imp. Otho Diuitaugienſem Abbatem Eckhardum, propter libidinoſam eius vitã deiecit: & Rudmannum (al. Rodomannum) ſubſtituit: qui etſi vtiliter Abbatiã adminiſtrauit, tamen vitiis non caruit. Nã non minus, quàm Eckhardus, ipſe quoq; nõ caſtus fuit, Cotelindæ Monialis amator. Inimiciſſimus ẽt iã antè erat Sangallenſi Abbati Burckhardo. Quadã itaq; nocte, in S. Galli Monaſterium irrepſit: vt cognoſceret, an ibi ẽt Monachi ſcortarentur: vt eos ad Cæſarem deferret. Verùm ab eis deprehenſus, malè verbis exagitatus fuit. 4. Stumpf. 38. Idem Rudmannus, Sangallenſes Monachos aliquando detulit ad Cæſarem (966. Stumpf) tanquam diſciplinæ monaſticæ contemptores, & luxurioſæ vitæ deditos. Ideo Cæſaris mandato, octoni Epiſcopi & Abbates viſitarunt vtrunq; Monaſterium. Venientes aũt in Sangallenſe, Henricus Archiepiſcopus Treuirenſis: & Epiſcopi, Theodoricus Metenſis, Baldericus Spirenſis, Anno VVormacienſis, Poppo VVirtzburgenſis: atq; Abbates, Kebo Lorſchenſis, Kero VVeiſſenburgenſis, Milo Elvvangenſis (Hardovvertum in Bruſchio inuenio) nihil criminis in cõuentu Sangallẽſi repererunt. Quorũ innocentiã ſciens Cõſtantienſis Epiſcopus Conradus: recuſauerat iam antea, quicquam expenſarum in illos Commiſſarios, ſeu Viſitatores, tolerare: licet Rudmannus hoc coram Cæſare popoſciſſet. Namq; in meritorum Sangallenſium cõmunionem Conradus fuerat inſcriptus. Ideo aduerſario reſponderat: Tute hoc intriuiſti: tibi omne eſt exedendum. *Abbates diuitis Augiæ, non caſti.* *Monaſteriorum viſitatio.*

Nihil mihi tecum commune erit: neque in cœlo, neque in terra. Et ita cum commiſſariis ad S. Gallum perrexerat: quorum defenſio, approbata fuit, vt dictum eſt. Abfuit eo tempore Alemannica Dux, Domina Hedovvigis, in Bauaria. Quæ poſterius reuerſa, negotio cognito, irata eſt: & conqueſta per literas de hac iniuria, patruo ſuo Imperatori, & filio eius Othoni. Innoxium eſſe Abbatem Burckhardum: ſe abſente & inconſulta, talem actionem in ſua ditione, & aduocationis iure, inſtitutam fuiſſe. .4. Stumpf. 38. Anno autem 973. (al. 968.) Burckhardus iam ſenex, Abbatiam permiſſu Othonis Notgero tradidit: qui munitionem Sangallenſis, & Monaſterij & oppidi, ab Annone ſuperiori tempore inchoatam (interdum 160. viris ſumma contentione opus facientibus) perfectiorem reddidit. Obiit, iuuenis adhuc, an. 981. in Nouembri: nec multò poſt, etiam Exabbas Burckhardus: & Notgerus Medicus, ex cuius ſorore Notgerus Abbas fuerat natus. Pater autem, fuerat ſuperioris Abbatis Cralochi frater. Fuère ergo fratres: Cralochus, Anno, & N. pater Medici Notgeri. Bruſch.

Hedovvigis, Aleman. Dux.

Notgerus Sueuus, Epiſcopus Leodienſis.

Eodem 972. anno, Rogerus ſiue Notgerus Sueuus, à Gerone Colonienſi Archiepiſcopo, conſenſu Leodienſis Capituli conſecratus ibi Epiſcopus eſt: ex familia illuſtri ortus, ſcientia & moribus clarus. Præfuit ſumma cum laude annos 35. Multa ædificia diuinis vſibus cõſtruxit. Obiit 5. Idus April. 1007. Merſſæus. Sed Tritenhemius ponit circ. 861. quendam ex Sangallenſi Monacho perdocto factum Leodienſem Epiſcopum, Notgerum: qui primus vſum Sequentiarum, in Ciſalpina Eccleſia contandarum, inuenerit. Hic non reperitur eo tempore in Catalogo Leodienſium Epiſcoporum. Errauerit ergo Tritenhem. qui 100. annis Notgerum citius ponit, quàm Merſſæus.


Quedlinburgi conuentus vtriuſque Othonis.

Anno 973. Othones ambo (teſte Schaffnab.) venère Quedlinburgum: ibiq; celebrarunt S. Paſcha 10. Cal. April. Eò venère Legati Græcorum, Romanorum Beneuentanorum, Bulgarorum, Sclauorum, Danorum, & aliarum gentium: cum multis & magnis muneribus.

Curienſi Epiſcopatui priuilegium datum.

Eodem anno, priuilegium quoddam Curienſibus Epiſcopis (ad Alemanniam antiquitus pertinentibus) Imp. Otho 1. dedit: cuius ſumma hæc eſt: verbis ex eo ferè iiſdem à me ſumptis. Otho Hartberto, venerabili Epiſcopo Curienſis Eccleſiæ, quaſdam ſui iuris res dederat. Nã huius Eccleſiæ loca, inuadentibus Saracenis, fuerant deſtructa. Ideo Imperator paupertati eius compatiendo, votumq; (à ſe, ſi feliciter in Italia rem geſſiſſet, factum) ſoluendo: Curtem ſuam in loco Zizuris vocato, in comitatu Rhætiæ, ſanctæ Dei genitrici, ſanctoq; Lucio confeſſori, pro remedio animæ ſuæ contulerat: & ex integro condonauerat: cum omnibus ad eam curtem iuſtè & legaliter pertinentibus: cum Eccleſia, decimis, curtilibus, ædificiis, mãcipiis, agris, pratis, vineis, ſiluis, paſcuis, alpibus, aquis, aquarúm ve decurſibus, fontibus, inſulis, piſcationibus, molendinis, mobilibus & immobilibus, cultis & incultis, exitibus, cambiis, & redditibus, quæſitis & inquirendis: omnibusq; ad eundem locum ritè ſubſiſtentibus. Nunc autem Hildibaldus, Hartherto Epiſcopus ſubrogatus erat. Tum quidam Arnoldus, Vlrici F. cõqueſtus fuit apud Othonem: eum locum ſibi contra fas fuiſſe ſubtractum: ac magis ad ſuam Eccleſiam, Schennines vocabulo, pertinere. Imperator ergo veritatis cognoſcendæ cauſa, ciues Curienſes Cõſtantiam vocauerat: Luuianum, VVolfradum, Rabbonem, Segianum, Egilulfum, Rudolfum, Richardum, Leõcianum, Vigilium, & alterum Vigilium, Valerium, aliosq; eiuſdem Comitatus optimos complures. Hi ſub præſentia Imperatoris, cæterorumq; eius primatum (Bernonis videl. Comitis Palatini, Cunradi, Vdalrici, Adalberti, Hucbaldi, Rikmuini, Gotefridi, Managoldi, Lanttoldi, VVolfradi, Luitoldi, Comitum, aliorumq; optimorum complurium) iurando confirmarunt: illam curtem tunc temporis, quando ipſam tradiderit, fuiſſe iuris ac poteſtatis Auguſti, eam tradendi, vel non. Igitur hãc donationem is renouauit, tali ratione: vt locus perhenniter eidem Eccleſiæ, omni inquietudine ſemota, cõſiſtat: ac nemini ſucceſſorum etiam, liceat inde aliquid ſubtrahere: ſed Eccleſia ſecuriter ac poteſtatiuè eadem curte maneat inueſtita. Ideo annulo quoq; ſuo, & propria manu, chartam huius rei firmauit.

Signum Domini Othonis Imp. Aug.



magni & inuictiſſimi.

Data XV. Kal. Septemb. an. Dominicæ incarnationis D CCCC. LXXII. Indict. XV. anno Regni Domini Othonis triceſimo quarto, Imperij autem XIII. Actum Conſtantiæ.

Quid

Quod Palatinus Comes hic nominatur: exiſtimo, ex Tubingenſium Palatinorum gente fuiſſe. Hi enim quondam multas circa curiam Rhetiæ poſſeſſiones habuerunt. *Tubingenſes Palatini.*

Eodem 973. anno, obijt plenus dierum, anno ætatis 83. die 4. Iul. feria 6. (teſte Herm. contracto) S. Vlricus, Auguſtanus Epiſcopus: quem honorificè ſepeliuit S. VVolfgangus, Epiſcopus Ratisbonenſis, propinquus ſuus: in S. Afræ, poſtea ab ipſo nomen adepto, Templo. Mater verò eius Dietburga, Sueuiæ Dux, VVitislingæ eſt humata. Vlrico ſucceſſit Henricus, Comes Geiſenhuſenſis: de quo, & ipſo VVolfgango, alias dicemus. Inſignia S. Vlrici, & comitatus Dillingenſis, ſcutum glaucum: in quo à dextræ partis imo, ad ſiniſtra ſummum angulum, albus quaſi aſſer, habens rubeos mæandros, vel ductus. In glauco extra aſſerem ſuperiore & inferiore, bini leones fului, ſiniſtrorſum ſalientes, alter poſt alterum, linguis exertis rubris. Kybergenſis verò comitatus ſcutum rubrum: in cuius medio tranſuerſus quaſi, priori ſimilis, aſſer: ſupra quem, & infra, ſinguli leones, quales priores. *S. Vlrici obitus.* *Dietburga.* *Inſignia S. Vlrici.*

Obijt quoq; hoc anno Burcardus, Sueuiæ Dux: in cuius locum ſubſtitutus ab Othone II. fuit OTHO V. *Alemanniæ (Sueuiæ, & poſtea Bauariæ) Dux (Vicarius Cæſaris,* Statthalter) *Othonis Magni nepos: natus ex Ludolfo Duce, & Hermanni Ducis filia Ida. Obijt deinde 982.* *Otho, Alemãniæ V. Dux.*

Anno 974. non alio, diem ſuum obijt (accepto ante Sacramento corporis & ſanguinis Dominico, magna cum tranquillitate) Imp. Otho Magnus. Licet enim alij, præcedente anno ſcribant obijſſe: ego tamen mortem eius, ad hunc annum refero: quòd idem faciat Vrſpergenſis, & Albertus Stadenſis. Deinde, quod S. Vlrico, Auguſtano Epiſcopo, 4. nonas Iul. præcedente anno, mortuo: ſucceſſorem eius Henricum Otho M. qui nonis Maij (4. feria ante Pentecoſten) obijt, conſtituiſſe, a Bruſchio ſcribatur. Poſtremo, quòd ſuperius priuilegium Curienſe, XV. Kal. Sept. DCCCC. LXXIII. *ab Othone I. datum fuerit.* *Othonis M. obitus.*

Sepultus eſt Magdeburgi, in Eccleſia ab ipſo conſtructa, ad S. Mauricium: licet in Memlebenio Turingiæ cœnobio ad amnem Vnſtrum ſito, mortuus ſit.

Primus ipſe venas argenti & æris, in Saxonia iuxta ciuitatẽ Goslariam inuenit. Friſing.
Denarij Italiæ Ottolini dicti, ab ipſo habent originem. Gotfr. Viterb.
Primum habent poſt Carolinos, pro iuſto legitimoq; Cæſare, hunc Othonem, qui Pontifici Maximo plurimum tribuunt: quod alij Cæſares, huius auctoritate benedictioneq; caruerint, quam hic Otho habuerit. Tũc & Francicum nomen, iunctiſſimum Germanico fuit.
Æmyl.

Argentifodinæ in Saxonia. *Ottolini Denarij.*

Finis libri quarti, in ſecunda parte Annalium Sueuicorum.

MARTINI CRVSII, GRAECAE ET LATINÆ LINGVÆ IN ACADEMIA TYBINGENSI PROFESSORIS, ANNALIVM SVEVICORVM, IN SECVNDA PARTE LIBER QVINTVS.

Diutius hic à contentione inſtitutæ in hiſtoria Sueuica decurſionis, impetum ſuſtinuimus: ſed id non ignauo aliquo otio factum eſt: verum excerpendæ ſtudio materiæ amplioris: ad ſecuturos aliquando annos operis diſpertiendæ: quam amici quidam, præſertim M. CHRISTOPHORVS RIDIVS, perquam diligens Latinæ Scholæ Schorndorffenſis Moderator, humaniter miſerat. Quem virũ, vt pietate & eruditione egregium, gratitudinis ergo nominare volui (ſicut de alijs quoque bonis & claris horum temporum viris, & antehac feci, & poſthac facturus ſum) quod ingenui & grati animi eſſe exiſtimem: eorum nomina nó tacere, à quibus aliqua didicerim: & qui me cognitione rerum præſenti inſtituto neceſſariarum, ſcituq; dignarum, inſtruxerint. Collectione igitur materiæ, quæ his pluribus diebus ad manus venerat, abſoluta: nunc ad propoſitum curſum redeo: quid ſub Othonis Magni ſucceſſoribus (filio ſcil. & nepote Othonibus) in Sueuia, & interdum alibi, geſtum ſit, hoc libro expoſiturus.

M. Chriſt. Ridius.

Gratitudo erga docentes.

IMP. TERTIVSDECIMVS OCCID. OTHO II, GENEALOGIA OTHONVM VEL DVCVM SAXONIÆ. SVEVIÆ DVCI OTHONI, etiam Bauaria committitur. Oppidi Schorndorffij principium, ſitus, incrementa, eiusq; præfectura. Nobiles Vrbachenſes. Ræmſia vallis. IMPP. Orientis, BASILIVS & CONSTANTINVS fratres.

CAPVT I.

Otho II. Imp. Occid. 13.

ANno 974. *ſucceſſit in Imperio Rom.* XIII. IMP. CÆS. OTHO II. IVNIOR, P.F. *Aug. cognomento Rufus, A. 10. vxorem habuit Græcam, vt ſuperiore libro dictum eſt, Theophaniam: ex qua liberi ei nati ſunt.*

Otho III. *Imp.*

Sophia, Abbatiſſa Gandershaimia.

Adelhaidis, Quedlinburgenſis Abbatiſſa.

Iutta, vel Iuditha: quam ex Monaſterio Ratisbonenſi rapuit, ſibiq; matrimonio iunxit, Vdalricus Dux Bohemiæ. Tritenhem. Hirſ. Monaſt. Alibi tamen inuenio, has tres filias Othoni ex quadam Auſtriaca Marchioniſſa natas eſſe.

Saxonicorum Ducum Genealogia.

DVCVM SAXONIÆ, EX QVIBVS OTHONES IMPERATORES, generationis ſeries. Bunting. & Stumpf. atq; Pantaleon.

1. VVitekindus: cuius vxores, Geua, Danica Regina: & Suatana, Bohemica Dux.
2. VVigpertus. Vxor, Sindacilda Friſia.
3. Bruno 835. Vx. Subila Suſanna Sueua.
4. Ludolphus 843. Vx. Ola Oſtrofranca.
5. Otho 880. Vx. Luitgarda, Imp. Arnulfi F.
6. Henricus Auceps Cæſar. Vx. Mechtildis. Henrici ſoror, Baba: à qua, Babenberga, vel Bamberga.
7. Otho Magnus Imp. 937. Vxores, Editha & Adelhaidis. Othoni frater erat Henricus: de quo, mox.
8. Otho II. *Imp. 974. Vx. Theophania.*
9. Otho III. *Vx. Maria Aragonia.*

Othonis

- *Othonis M. frater, Dux Bauariæ, Henricus:*
  - *Henricus HetZilo, Bauariæ Dux:*
    - *Bruno, Epiſcopus Auguſtanus.*
    - *Henricus II. Cæſar Claudus.*
    - *Giſela, Vngariæ Regina, Stephani R. vxor, ad Chriſtũ conuerſi.*
  - *Ludouicus.*
  - *Luitgardis, vxor Burcardi, Comitis Veringenſis & Helffenſtain. Ducis item Sueuiæ.*
  - *Hedovvigis, Burcardi ſecuti vxor, Sueniæ Ducis.*

Amplior progeniei Othonis M. Deductio.

- *Otho M.*
  - *Luitholfus, Sueuiæ Dux*
    - *Conradus II. Cæſ. — Henricus III. — Henricus IV.*
      - *Henricus V. Cæſ.*
      - *Conradus, Italiæ Gubernator.*
      - *Agnes, Friderico Hohenſtauffenſi nupta.*
      - *Luitgardis.*
      - *Sophia.*
    - *Otho, Dux Sueuiæ — Bruno Papa, qui Gregorius V. dictus eſt.*
  - *Luitgardis.*
  - *VVilhelmus Epiſcopus.*
  - *Otho II. Otho. III. Electorum Principum inſtitutor.*

Conradum II. Cæſarem, alibi ſic deriuatum inuenio. I. Conradus, Dux VVormaciæ, II. Otho, Dux Franconiæ. III. Henricus D. Fran. IV. Conradus II. Cæſar. V. Henricus III. Princeps Bauariæ, Rom. Cæſar.

Anno 975. erat Auguſtanæ Eccleſiæ Epiſcopus Henricus, Comes à Gaiſenhuſa: natus patre Burchardo, matre verò Adelhaide (teſte Bruſch.) Othonis M. ex fratre Henrico, Bauarorum Duce, nepte. Ac dicitur ab eo Imperatoreque Epiſcopatum accepiſſe: atque octo annos laudabiliter præfuiſſe: omnemque Comitatum ſuum, cuius ipſe extiterit vltimus hæres, dediſſe Eccleſiæ Auguſtanæ. Attamen cum Bauaro Henrico, Othoni II. ſe oppoſuit, vt breui ſequetur.

Auguſtanus Epiſcopus, Henricus Gaiſenhuſanus.

Hyems fuit dura, & importunè longa: adeo, vt nix magna idibus Maij recens, totam terram operuerit. Chron. Manuſcr.

Anno 976. ſucceſſor S Conradi in Conſtantienſi Epiſcopatu fuit Gaminolphus: qui eum laudabiliter quadriennium rexit.

Othoni Cæſari, initiò antea Henricus Boiorum Regulus (auctore Schnaffnab. & Auent.) conſilio Berchtoldi principis Schyrorum, ac ſuaſu Henrici Auguſtenſis Epiſcopi, nepotis Arnulfi ex filia aduerſatus fuerat: & à Fruxinenſi ſeu Friſingenſi Epiſcopo Abrahamo, Rex inauguratus Ratisbonæ: ſed eum Cæſar in ordinem coegerat. Idem Henricus tunc denuò ſe ei hoc anno oppoſuit. Sed cum Otho fines Boiariæ cum exercitu attigiſſet: Antiſtites Eccleſiarũ, Rectores Reipub. ciues ac populus Boiorum, bellum ciuile auerſantes, illum Ratisbonam introducunt. Tum Dux Henricus, proſcriptus eſt: Henricus & Berchtoldus Epiſcopi, capti, & in exilium acti: Regnumque Bauariæ, Othoni Duci Sueuorum, Luithulfi filio commendatum. Boius ad Charinos ſe contulit: rebellioneq; rurſus infeliciter tentata, captus, Treuerorumq; Auguſtam cum Epiſcopo Abrahamo relegatus, eſt. Auguſtanum Henricum eſſe reſtitutum, neceſſe eſt: quia poſtea cum Othone in expeditione contra Græcos & Saracenos fuit.

Bauaria, Sueuo Duci Othoni commiſſa.

In Gallia viuebat iam hoc tempore filius Hugonis Capeti Rupertus: qui ſequenti tempore Rex factus eſt Galliæ: vir doctus & pius: qui inter alia ſequentiam hanc compoſuit: VENI, *ſancte Spiritus: & emitte cælitus lucis tuæ radium.*

Rupertus, Capeti F.

Anno 977. Othoni Theophania filiam peperit.

Circa hoc tempus (vt ex quibusdam Scriptis exiſtimatur à Chriſtoph. Ridio: cuius initio libri huius meminimus) Schorndorffium, celeberrimum hodie in VVirtembergia oppidum, principium quoddam habuit: idque ab antiqua & honeſta nobilium virorum familia, qui Aurbachenſes appellantur. Eos ille perhibet fuiſſe in Ramſia valle homines prædiuites: adeo quidem, vt non ſolum Aurbachum (qui pagus ſpatio trium quadrantium horæ, ſupra Schorndorffam ſitus eſt) poſſederint: ſed arcem etiam Indenburgum (cuius locus adhuc monſtrari poſſit) imò tractum illum omnem qui ab Aurbachô patet Eberſpachum vſque (pagum in Filſana valle ſitum) & alterum inferiorem tractum, qui eſt per duo magna milliaria VVaiblingam vſque, tempore progreſſo tenuerint. Verum nondum ante quadringentos pluresve annos, hoc eſt, ante annum 1190. Schorndorffa oppidum erat: ſed adhuc ferè tantummodo villa: in qua Ruſticus habitans humum vel hortos pala ferrata foderet: quam populari lingua Schoram vocamus:

De Schorndorffæ op. origine.

Aurbachenſes nobiles.

cuius aciem, ſuperius pede impoſito mulieres in terram adigunt, olera ibi educantes. Ab huiuſmodi ergo inſtrumento ruſtico (quod ipſe quoq; agricola ille fabricaſſe fertur) poſtea, cum ex vna alterave villa, ſeu ruſtica domo, plurium ruſticorum collectione pagus eſſet factus, Schorndorffa nomen ei impoſitum eſt. Pagus enim, Germanicè Dorff nominatur. Ideo etiam, poſtquam iure ciuitatis ornatus is locus fuit (quod fortaſſe à Friderico II. qui Romano Imperio circ. 1230. præfuit, factum eſt) Inſignia talia accepit (etiamnum conſpicua) in quibus eſſent duæ foſſoria palæ, decuſſatim compoſita: ac poſteriore tempore, à VVirtembergicis proceribus, ſuperius, nigrum cornu. Hi enim ſatis maturè, de Aurbachenſibus non magna pecunia emerunt, cum ipſa præfectura: eò quòd bello illi exhauſti non neceſſario, quod cum Teccenſibus Ducibus geſſerant (ſicuti luxuriant animi rebus plerunq; ſecundis) vendere cogerentur.

Schorndorffæ nomen & inſignia.

Hæc, ex ſententia Ridij. Quibus non indecenter ſubiecero, quid D. Oſualdo Gabelc. noſtro videatur. Coniecturis enim, & ratiocinatione probabili, in antiquitate & obſcuritate rerum vti, cur non liceat? De Schorndorffenſi Prætura, inquit, ab Vrbachenſ. Nobilibus empta, dubius ſum. Nam VVürtembergenſibus Principibus, à CCCC. vel vltrà annis, ſubiecta fuit. Vrbachenſibus in valle Ramſana, & ad Nicrum, adde & in Zabergoia, opes magnæ fuerunt. Nihil tamen extare puto, quo doceri poſſit: Schorndorffij illos oppidi olim fuiſſe dominos. Hæc, ille.

Ruderſperga vicus.

Schorndorffenſes autem (vt rurſus ex Ridio didici) in rebus forenſibus, à domeſtico Iudice alium appellandi, quam eum, qui Ruderſpergæ eſſet, poteſtatem antiquitus non habuere. Poſterius verò, Schorndorffa muro cincta: vice verſa pagus Ruderſperga, oppido Schorndorffio (mater ſuæ filiæ) ſubiectus fuit.

Ramſa amnis.

Sita eſt Schorndorffa in valle Ramſia: quæ nomen habet ab amne Ramſa: Cuius origo eſt in ſumma illius vallis parte, ſupra ciuitatem Gamundiam: ac per vallis medium fluit: in latere ſeptentrionali trium oppidorum celebrium. Ea ſunt, Sueuica Gamundia, Imperialis ciuitas, ferè in ſummo fluuij Ramſæ ſita: & Schorndorffa, de qua hic dicimus: atq; VVaiblinga, quæ olim generoſis comitibus ſubiecta, peruenit poſtea ad VVirtembergicam familiam: & quidem, vt dicitur, tantum 6. millibus librarum obolorum (vt conſuetudo pecuniæ in his locis eſt) licet exiguitas huius precij, minus credibilis videatur. Sed exigua fuerunt olim precia rerum: ſicut plurimis ex contractuum literis exemplis conſtat.

VVaiblinga op.

Ramſana vallis.

Erat autem antiquis temporibus Ramſia vallis, vepribus & ſyluis valde impedita, atque inculta, imo etiam paludoſa. Itaq; nec via per eam erat aperta: ſed trans montes eundum: vt, Oppelsbaumum verſus, & aliorſum, per Schlichteram dictam ſyluam. Nondum vallis erat ita celebribus pagis frequentata, vt hodie: ſed villæ alicubi tantum, & tuguria, ſparſa: quibus per inſecuta tempora, cũ in vicos ſeu pagos excreuere, nomina à riuis (Alemannicè Bach, fortaſſis à Baccho) indita ſunt: vt, Mylbach / Walckerbach / Schlachtbach / Mietelsbach / Schornbach / Klaffenbach / Aichenbach / Winterbach / Weerbach / Grunbach / Gundelsbach / Beutelsbach / Groſſenheckbach / Kleinenheckbach / Schanbach / Enderbach / Strimpffelbach.

Vicorum nomina a riuo, Bach.

Situs porrò eſt Schorndorffæ inter duo iam dicta oppida, Gamundiam & VVaiblingam: qua parte vallis eſt latiſſima: biniſq; ab vtroq; oppido diſtat milliaribus. Locus eius, perquam frugifer eſt: & præ aliis VVirtembergiæ, quæ admodum montoſa eſt regio, oppidis, ſatis planus. Etſi autem aliquo modo montibus oppidum cingitur: tamen indicio militarium virorum, tormentorum iactus ei nihil nocuerint: cum tanto aggere & propugnaculis (de quibus forte aliquando pluſculum dicemus) munitum ſit. Qui enim agger terreus, centum pedes latus, globis bombardicis deijceretur? Cuius etiam muri profunditus ſiti ſunt, quam vt feriri poſſint. Regni alicuius opes citius abſumerentur. Miraretur obſtupeſcens hodie Iulius Cæſar, ac quiuis antiqui vrbium regionumq; deuaſtatores, & huius, & plurimarum aliarum Germaniæ munitionum, immanes ſubſtructiones.

Schorndorffæ munitio.

Vt autem commoditas Poſitus Schorndorffæ melius intelligatur: conſideranda ſunt alia oppida plura: quæ circum eam quoquo verſus ſita ſunt: quæ maioris cognitionis rerum Sueuicarum gratia commemorabo.

Oppida alia circa Schorndorffam.

Ad Orientem.

Gaildorffum, illuſtrium Lympurgenſium Baronum, ſemper liberorum, 3. milliaribus inde oppidum.

Murrhartum, oppidum & cœnobium, 2. magnis milliaribus diſtans, inter Orientem & Septentrionem.

Gamundia, 2. milliaribus, ab Oriente aliquatenus ad Auſtrum. Sub qua ſitum eſt Lorcha

cha cœnobium, 1. milliari magno, in colle Ramſia vallis amœno: ad ſiniſtram, ſi Gamundia Schorndorffa deſcendas, poſito.

Ad Meridiem.

VViſenſtaiga, illuſtrium Comitum Helffenſteinenſium ſedes, 3. milliar. à. Schorndorffa, quaſi inter Orientem & Meridiem.

Gœppinga, 2. milliar. & vallis Filſana milliar. 1. paululum Occidentem verſus, Kircheimum, *Ovva, & Tecka, 2. milliar. Sunt etiam non longè oppida à* Kircheimo, *VVendlinga & Nyrtinga: nec ab Ovva longè, Niffa. Diſtantia Schorndorffa à VVendlinga, eſt milliarium 2. à Nyrtinga, 3. ad Occidentem.*

Eßlinga, ciuitas Imperij Romani, 2. milliar. cum Neccarica valle, à Blochinga Marpachum deſcendendo.

Cœnobium Denckendorff, cum ſuis pagis.

Metropolis VVirtembergia, ac Ducum eius ſedes, Stutgardia, 3. milliar. paruis.

Canſtadium, 2. milliar. ſatis magnis.

Paulo magis ab Occidente ad Septentrionem, VVaiblinga, 2. milliar,

Ad Septentrionem.

VVineda, 1. milliar. magno.

Marpachum, 2. milliar. magnis.

Magis Orientem verſus, Backnanga, milliar. 2.

Summa, circiter 16. oppida: quæ pleraq; cum pagis ſuis, mercatum Schorndorffenſem frequentant.

PAGI porro, & villæ, ſub Præfectura Schorndorffenſi, magno numero hodie ſunt. VVeilera, VVinterbachum, Hebſackum, Rhorbrunna, Baiereckum, ManetZvveilera, Engelberga, Geraeſtetta, Veerbachum, Grunbachum, Groſſenheppachum, Kleinenheppachum, *Enderſpachum, Strimpfelbachum, Schnaita, Beutelſpachum, Ruderſperga, Oberndorffa,* Klaffenbachum, *Mittelſchlechtbachum, Hofa, Neckera, Linſpergum, Mannenbergum, Kunigsbrunna, Langenbergum, Michlauia, Schmalenbergum, LuitZenbergum, Aſpergum, Hundsbergum, Oberſtainenbergum, Hertingshofa, Rennerſvveilera, Oberaurbachum, Vnteraurbachum, Stainbrucca, Plidervviſa, VVellingshofa, VValckerſpachum, Pliderhauſa, VValthauſa, VVeitmarſum, Rattenhartum, Oberkirneckum, MonholtZa, Elsbetebergum, Aichelbachum, Hohengerna, Baltmarsvveilera, Thomatſchartum, Heginloha, Schlichtena, Aichſchieſſa, Crumhartum, Schanbachũ, Oberrota, Bacha, Haupersbrunna, Mittelſpachum, Schornbachum, Heslinvvarta, Cottvveila, Manshauptenum, Spechtshofa.* *Vici Schorndorffenſes.*

Ecce, quod pagi ſub vna tantum Schorndorffenſi gubernatione: cum Stutgardia ſit metropolis: ſecundum locum obtineat Tybinga, tertium Vracum, quartum Schorndorffa.

Pertinent item ad curationem Præfecti Schorndorffenſis, ambo hæc Monaſteria, cum ſuis pagis & villis, Lorcha & Adelberga. *Lorcha & Adelberga.*

Hi pagi & villæ, ſita ſunt in amœnis, aut aruis, aut pratis, aut vallibus: vel inter ſyluas, vel extra ſyluas.

Hæc, eò diligentius de Schorndorffa, nunc ſcripta ſunt a me, & poſthac alia ſcribentur: quod olim (anno 1536. vſq; ad 1540.) pater meus piæ memoriæ, Martinus Kraus Botenſtainenſis, ex Bambergenſi Epiſcopatu oriundus, Staineberga, quæ ſub hac Præfectura eſt, Euangelium Chriſti fideliter plantauit. Τῷ κυρίῳ δόξα.

Eodem hoc 977. anno, Imperio Orientis præerant XXXX. *loco,* IMPP. CÆS. FL. BASILIVS *iunior &* CONTANTINVS, *purpurigenæ, Pyſel.* AVGG. *vna A. 49 M. 4. patre Romano nati: ille* XX. *hic* XVII. *annorum. Curator eorum erat quidam Baſilius,* διὰ τὸ ἔτι νεάζον αὐτῶν τῆς ἡλικίας, καὶ μήπω βέβαιον τοῦ φρονήματος: *quod adhuc ætate ac prudentia minores eſſent. Cedren. Fratres Theophaniæ fuiſſe dicuntur.* *Baſilius & Conſtantinus Impp. Orient. 40.*

GALLICVS IN AVSTRASIOS MOTVS. PILEGRINVS, ET S. VVolfgangus Epiſcopi. Conſtantienſis Epiſcopus, S. Gebhardus. Monaſterium Petridomenſe, Petershuſium. Othonis Imp. res geſtæ in Italia, & clades à Græcis ac Saracenis, atque obitus. Sextus Dux Sueuiæ, CONRADVS. Epiſcopus Auguſt.

Ethico.

Caput II.

Bellum Gallicum.

ANno 978. Galliæ Rex Lotharius, vt Orientalem Franciã ſeu Regnum recuperaret, Lotharingiam occupat: & Aquisgrani Palatium captum, triduum obtinet. Verum Otho, Lotharingia recepta, Pariſiorum vrbem vexat: ſed in reditu multos ſuorum amiſit. Non abfuerunt ab hac expeditione Sueui. S. quidem VVolfgangus, Alemannus (vt paulò poſt ſequetur) Ratisbonenſis Epiſcopus, interfuit: Cæſarianisq̃, in reditu hæſitantibus, animum addidit: vado ad tranſeundum Axonam fluuium monſtrato. Pax facta eſt: Lothario Germaniam abiurante, ſeq̃, & liberos ſuos Imperatori commendante.

Tubing. Comitatus.

Hoc anno, igneæ acies 5. Cal. Nouemb. totam noctem in cœlo viſæ.

Mechtildis viuebat, comitiſſa Tubingenſis: quæ fuit vxor Cunonis, Zimmerenſis Baronis.

Pilegrinus, Epiſcopus Patauienſis. S. VVolfgangus. Pfullingenſis & Achalmenſis comitatus.

Annum circa 979. facta. Pilegrinus erat iampridem XXXI. Antiſtes Patauienſis Eccleſiæ, Laureacenſisq̃ Archiepiſcopus: qui digniſſimum meruit habere hoſpitem (teſte Bruſch. lib. 1. de Patauia) ac conuiuam, S. VVolfgangum Sueuum: paterno genere Comitem PFVLLINGENSEM & Achalmenſem: materno vero, Comitem Veringenſem: virum vitæ integritate ac doctrina, ſupra natalium ſplendorem, maxime conſpicuum. De quo Pilegrinus hic ſæpè exclamaſſe dicitur: O felicem Eccleſiam: quæ, Deo fauente, hoc donabitur Sacerdote. Hunc etiam ad Ratisbonenſem Eccleſiam, Epiſcopo carentem, commendatione ſua apud Othonem ſecundum (alij rectius, primum) promouit. Idem Pilegrinus, auctor fuit cuidam ſui ſeculi Verſificatori Germanico: vt is geſta Auarorum & Vngarorum, Auſtriam ſupra Anaſum, & omnem viciniam, latè deprædantium (quos, gigantes, noſtrate lingua Recken & Riſen, vocauit) celebraret: quomodo ab Othone M. victi & profligati eſſent. Defunctus eſt ipſe 11. Calend. Iun. 991. VVolfgangus verò, 994. De quo viro alij quoq̃, ſcribunt.

Recken.

Iterum de S. VVolfgango.

S. VVolfgangus (inquit Pantaleon) natione Sueuus, ex familia nobili Comitum de Pfullingen oriundus, natus eſt in VVellenburg Rhætiæ. Mater eius erat Bertruda, comitiſſa à Veringen: quæ poſtea in Sultzbach ſepulta fuit. Excultus bonis literis, terrenis bonis relictis: apud Treuiros Monachus Benedictini ordinis factus eſt. Fuit deinde (Merſſæo auctore) Henrici, LXX. Treuirenſis Archiepiſcopi, Sacellanus: ab Auguſt. Epiſcopo S. Vlrico, clericus ordinatus. Poſtea in Bauariam euocatus, ob contentiones in Eccleſia ortas ſopiendas, ad Patauienſem Pilegrinum diuertit: qui eruditione & virtute eius cognita: apud Othonem I. effecit, vt Ratisbonenſi epiſcopatui præficeretur, anno 968. Habebat Aulam ſuam Ratisbonæ, Dux Boiariæ Henricus II. Hetzilo, vel Rixoſus: qui de Epiſcopi VVolfgangi conſilio, D. Paulo Templum dedicauit: vbi filiam ſuam Brigittam, à S. VVolfgango baptizatam, Antiſtitem fecit: vt videlicet pudicè viuendo ſacratis ſuperioris inferiorisq̃, ibidem Monaſterij fœminis, exemplar, quod imitarentur, foret. Hæ enim (Auent. atteſtante) excuſſo pudicitiæ fræno, tunc populariter viuebant: nec ſe Monaſterij, ſed chori dominas, nuncupabant: nicht Kloſter / ſonder Cohrfrawen. Cum autem ſolus labores VVolfgangus obire non poſſet: patruelem ſuum Ramuoldum, virum doctiſſimum, in partem curarum aſſumpſit: Præpoſitum Eccleſiæ S. Æmerani conſtituens, mox etiam Abbatem. Profectus idem cum prædicto Pilegrino in Vngariam eſt, Rege Geizone vocante: vbi religionem Chriſti docentes, quinq̃ millia Vngarorum ſacro fonte expiarunt. Reuerſus in Bauariæ inferioris cœnobio Mellersdorffio altare conſecrauit. Cumq̃ 26. annos Epiſcopatum geſſiſſet: febri correptus (vt Merſſæus ait) obijt 994. & in æde Emeranica humatus eſt. Tandem etiam à ſummo Pontifice, Leone IX. (qui ab 1049. vſq̃ ad 1054. ſedit) vna cum S. Erhardo, in catalogum Diuorum receptus fuit.

Moniales male cinctæ. Chori dominæ.

Anno 980. Curienſi Epiſcopo Hildiboldo, ab Imp. Othone data eſt penſio vectigalium pontis clauennenſis in Prægallia, perpetuò poſſidenda. Bruſch.

Caſus ex vtero matris, S. Gebhardus. Petershuſium.

Eodem anno, S. Gebhardus, II. huius nominis (al. Eberhardus) Comes Brigantinus, Vthonis ex Dietburga filius: ex vtero matris mortuæ caſus: vir [illegible] & diſertus: electus eſt Epiſcopus Conſtantienſis: ac cum laude annos 16. præfuit. Obijt 996. & Petershuſij eſt humatus: in Monaſterij à ſe fundati Templo: ſub ara ante Chorum maxima. Multa contulit ad hunc Epiſcopatum. Idem fundauit Collegium Canonicorum Zurzachæ, de ſua pecunia: quod certis etiam prouentibus annuis dotauit. Idem. Alibi ſic reperi: Petershuſam, Monaſterium trans pontem ciuitatis Conſtantiæ, ædificatum eſſe ab Epiſcopo Gebhardo: ſed pontem, antea cir. 936. à comite Eberhardo Rhordorffenſi. Fuerat pater Gebhardi Vtho, tanta manſuetudine: vt etiam

Zurzacha Canonici.

ſylueſtres

ſylueſtres aues, ex manibus eius ederent: & feræ, timore poſito, propius ad eum accederent: Pantaleone teſte.

MONASTERIVM PETERSHVSIVM, ID EST, PETRI DOMUS. Ex eodem Bruſchio, & aliunde.

Benedictini ordinis eſt, ampliſſimum: ſitum è regione vrbis Conſtantienſis in Sueuis, cis pontem Rhenanum: in dextero ſcilicet latere Rheni, è lacu Acronio procurrentis. Fundatum eſt anno 980. quinquennij ſpatio, & dotatum munificentiſſimè (in vſum Monachorum, è cella Mainradi accitorum) à S. Gebhardo ſupradicto Conſtantienſi Epiſcopo, comite Brigantino & Zeringenſi. Idem conſtruere Templum eius cœpit 983. anno: poſitis ad quatuor Templi angulos, in fundamento, totidem Aureis Rhenenſibus. Abſolutum eſt 992. ac poſtea 5. Calend. Nouemb. à Gregorio V. qui 995. Papa factus eſt, conſecratum. *Rurſus de Petershuſiano Monaſterio.*

Epitaphium ſepulti in eo fundatoris.

Debita pars terre, fallentia tempora ſperne:
Et memorare viæ, quam teſtatur cinis iſte.
Gentis honos noſtræ iacet hîc, gentis dolor: atque
Præfuit hic vrbi, cuncto ſed profuit orbi.
Et quæ ſequuntur.

Diſtribuebantur in memoriam eius quotannis panes, in die Gebhardi, aduenientibus omnibus: qui appellabantur, Gebhardi panes, Gebharts Brötlin.

Fuit hoc cœnobium olim ita opulentum: vt LXXX. Monachos cùm Abbate aleret.

ABBATES EIVS.

1. *Beringerus, ab ipſo Gebhardo Epiſcopo, anno 992. conſtitutus.* *Pertershuſani Abbates.*
2. *Pezelinus.*
3. *Elenboldus: qui 1007. donatus eſt (tempore Henrici Claudi) pago Eppendorfio: ab illuſtriſſima Domina Hedovvige, olim Burcardi Sueuiæ Ducis coniuge.* *Hedovvigis.*
4. *VValtharius.*
5. *Sigefridus.*
6. *Erchenboldus.*
7. *Volmarus.*
8. *Albertus.*
9. *Siggo.*
10. *Arnoldus.*
11. *Meginradus.*
12. *Luitholdus.*

Nihil de multis his, in literis extat, Monachorum negligentia. (8–12)

13. *Theodoricus. Hoc Abbate ſpoliatum & vaſtatum eſt cœnobium 1087. ab Henrico comite ſacri montis: bellum cum Conſtantienſibus gerente. Arnoldum enim, S. Montis Comitem, Monachum Sangallenſem, cognatione ſibi iunctum, in eius oppidi Epiſcopatum intrudebat: idq; contra Gebhardum Zaringenſem, legitime electum. Qui ex Epiſcopatu tandem eiectus: poſt tredecim tamen annorum exilium, huius Abbatis Theodorici ope, anno Domini 1105. Epiſcopatum magno animo recuperauit. Quibus de rebus, ſuo loco pluribus.* *Hailigenberg. Comes, Henricus.*
14. *Bertholdus.*
15. *Conradus* I.
16. *Gebhardus* I. *Hoc Abbate conflagrauit 1159. totum cœnobium: quod ipſe tamen præclarè inſtauratum, priſtinæ dignitati reſtituit: ſubſidiis Monaſteriorum Hirſaugienſis & Zuifaltenſis.*
17. *Henricus* I.
18. *Eberhardus.*
19. *Conradus* II.
20. *Vdalricus* I.
21. *Henricus* II.
22. *Henricus* III.
23. *Diethelmus* I. *Baro de Caſtel. egregia familia ſupra Conſtantiam habitante. Diu Abba-* *Caſtel Baronatus.*

N

tiam geſſit: cœnobiumq́; hoc præclaris ſtructuris illuſtrauit. Factus poſtea 1306. Abbas Diuitangienſis: eius loci Monachos ſtrenuè reformauit.

24. *Vdalricus* II.

25. *Conradus* III.

26. *Burcardus* I.

27. *Ioannes* I.

28. *Ioannes* II.

29. *Henricus* IV.

30. *Burcardus* II.

31. *Henricus* V.

Infulatus Abbas.

32. *Ioannes* III. *Freius: in Concilio Conſtantienſi 1415. à nouo Pontifice, Martino* V. *Pontificalibus ornamentis donatus: & ſic primus Cœnobij huius infulatus Abbas factus.*

33. *Ioannes* IV. *Miſeldus.*

34. *Diethelmus* II. *Albinus.*

35. *Ioannes* V. *Hyrus, Conſtantienſis patricius. Lepra tandem infectus.*

36. *Nicolaus Roſchachius Conſtantienſis. Obijt 1488.*

37. *Martinus Brulinus, A.30. Non admodum bonus rerum Monaſterij curator. Obijt 1518.*

38. *Ioannes* VI. *Merckus Lindauienſis: poſtquam A.7. fuiſſet coadiutor Brulino. Fuit diligentiſſimus cœnobij œconomus, rerumq́; eius amplificator. Ædificauit loca Conuentualium, & ambitum Eccleſiæ, præclaramq́; intra mœnia Vberlingæ domum. Obijt 1524.*

39. *Andreas Berlinus Conſtantienſis, A.2. Obijt 1526.*

40. *Gebhardus* II. *Dornſperger Stockachenſis. Expulſus 1528. à Conſtantienſibus, Religionem mutantibus. Secedens igitur Vberlingam, in ædibus ſuis habitauit annos 9. Inde Suldorffum ſe contulit, in Parochiam ſuam: vbi manſit vſq́; ad 1548. annum: quo vidit magna cum mœſtitia concremari ab Hiſpanis Imp. Caroli* V. *vrbi Conſtantiæ inſidiantibus, totum hoc Monaſterium ſuum. Qua de re, ſuo anno.*

Hala Saxoniæ.

S. Conradus, qui fuerat Conſtantiæ Epiſcopus, hoc tempore relatus dicitur in numerum Sanctorum. Hala item, Saxoniæ ciuitas, condita.

Otho Imp. in Italiam profectus.

Imp. Otho, cum Theophania ſua, & multis Epiſcopis, Abbatibus, & Principibus, magnoq́; ex Sueuia, aliisq́; partibus Germaniæ, exercitu, in Italiam profectus eſt. Ibi conuentus egit, ius populis dixit: quæſtiones de ſeditionum auctoribus habuit: nouis feudorum titulis aliquot Proceres inſigniuit: Thedaldum Athonis F. Marchionem Mantuæ inſtituit. Romæ poſtea ingenti animorum alacritate acceptus (præſertim à Pontifice Benedicto VIII.) *natalitia ibi celebrauit: Sueuiæ Bauariæq́; Ducem Othonem, & Auguſtanum Epiſcopum Henricum, inter alios, itineris comites habens. Ex Sigon. & Auentino.*

Conuiuium Othonis Romæ cruentum.

Anno 981. quia Italicæ defectiones acciderant: Otho μνησικακῶν, iniuriarum memor, impunitas dimittere noluit. Itaq́; mirabile conſilium, & ad poſteritatem memorabile, capit. Ad apparatiſſimum Romæ in Vaticano, vel ad gradus S. Petri, epulum, Epiſcopos, Principes, ac ciuitatum legatos, qui honoris eius cauſa de more, aut ab eo iuſſi, aderant, inuitat. Cum ordine cuncti accubuiſſent: Præconis voce pœnam capitis denuntiat: ſi quis ad ea, quæ videret audiretve, aut vocem mitteret, aut ſede ſua ſe moueret. Ac ſtatim conuiuæ, armatorum cateruis circundati. Ibi cunctis trepidantibus: Imperatoris Scriba, vel Cancellarius, in violatores pacis, communisq́; turbatores quietis, inuectus, nomina eorum ex charta recitauit. Tunc horribili de eis pronunciata ſententia: in eos capitali ſupplicio, in conſpectu totius multitudinis, animaduerſum eſt. Cum reliquis deinde conuiuium, mira clementia, & ad lætitiam cohortatione, celebratum peractumque. At non nemo tunc, etſi vultu gaudium ſimulabat, longe abeſſe maluiſſet, ad Garamantas & Indos.

Qua de re verſus ſunt Viterbienſis.

Præco iubet, taceant, & ne quis abhinc moueatur.
Qui loquitur, qui ſe moueat: gladio feriatur.
  Turba timet Procerum: terror vbique datur.
Crimina ſcripta Ducum, quæ iuſſerat antè notari,
Ante ſuas menſas iubet Otto ſibi recitari.
  Damnat & obtentos crimine, lege pari.

Ex

Ex hoc facto, cognomen Sanguinarij, Ohoni apud Italos extitit. Alij hanc hiſtoriam referunt ad ſequentia tempora: poſt cladem Othonis ponentes, nec parum veriſimiliter, meo quidem iudicio.

Anno 982. cum Apuliam Calabriamq́ (quam Impp. Græci Baſilius & Conſtantinus, conductis Saracenorum, quos aliquanto antè inſula Creta exegerant, 979. anno vi recuperauerant) armis Otho Imperio Occidentis reſtituere cogitaret: ideoq́ inter alias ob hanc etiam cauſam in Italiam veniſſet: exercitum ex Francis, Germanis, Italicis, Romanis, valde auctum habuit. Geſſerat iam antea res aliquas non infeliciter. Vt, quod initio mox, cum ex Alpibus in Italiam deſcenderet: ex Iſtria & Dalmatia, per Sueuicum & Bauaricum Ducem Othonem, Græcorum præſidia depulerat. Hoc verò anno, Tarento egreſſus: ad oppidum Calabriæ venit, nomine Baſentellum. Ibi, ardentibus pugnandi cupiditate (vt Sigonius ſcribit) militum animis idibus Iulijs, cum exercitu Græcorum & Saracenorum, atrox commiſſum eſt prælium. Romani autē & Beneuentani, ἀντιμνησικακήσαντες τῷ Ὄθωνι, cruentæ illius Othonianæ menſæ memores, à ſignis receſſerunt: Imperatoremq́ ſuo auxilio, nec opinantem, nudauerunt. At hoc, non ſolum fidem erat fallere: ſed totam etiam Italiam in periculum adducere. Terrore nanque Germani tantæ defectionis perturbati: violenter incubantibus hoſtibus, fuſi, conciſi, fugati fuere. Ac victor exercitus, ſi rectà Romam contendiſſet, haud difficulter eius potitus fuiſſet. Occiſi nominantur inter plurimos fortiſſime pugnantes, Epiſcopos & Sacerdotes, Duces & nobiles, Auguſtanus Epiſcopus Henricus: & Fuldenſis Abbas VVernherus, ſeu VVerinharius, materteræ S. Vlrici Auguſt. Epiſcopi filius: nec non, vt milites inſignes, Vdo, Bertholdus, Gebehardus, Guntherius, ac Dux Otho. Qui fortè eſt Sueuiæ Dux, de quo aliquantò pòſt: fortaſſe tunc vulnere accepto, non longè poſt mortuus. Theſauri Imperatoris, capti & direpti. Ipſe, abiectis impedimentis, fugere contendit ad ſinum Carentinum, oppidumq́ eo in littore Roſſanum: vbi Auguſta Theophania, & Metenſis Epiſcopus Theodoricus, remanſerant. Perſequentibus verò Saracenis, in mare deſiliens, natatu elabi conatur. Sed ab hoſtium nauibus interceptus, inq́ nauim ſublatus: ſe militem gregarium ſimulat: Græcè cum eis colloquens, ac vim auri ſibi eſſe Roſſani dicens. Quo allato ad littus: dum illi pecunijs auidius intenti, Othonem minus obſeruant: ſaltu is ſe proripit: equum pernicem arripit: in eum ſe conijcit: velociſſime Roſſanum auolat: ad vxorem euadit. Ita diuinitus, beneficio ignorationis hoſtilis ſcientia linguæ Græcæ, vigore mentis, agilitate corporis, conſeruatus eſt. Omnibus autem tanta clade perculſis: Theophania (vt apud Sigebertum eſt) leuitate fœminea Græcaq́ inſultans: quare, inquit, ab exercitu meæ nationis victi eſtis? Ideo cœpit odio haberi. Ipſe quidem Otho, poſt hanc cladem nunquam amplius conſpectus eſt hilaris. Græci deinceps Apuliam & Calabriam, Magiſtratu quodam nouo impoſito, qui Catapanus appellabatur, presſerunt. Forte à κατεπάνω, à ſuperiore poteſtate. Pauci autem noſtrorum (teſte Auentino) qui effugerant, fame & æſtu Solis interierunt. Sed Otho, reparatis copijs, Saracenos ſumma vi perſecutus eſt: eorumq́ ſanguine mare tinxit. Qua etiam ex re cognomentum ſortitus eſt: nempe, Pallida mors Saracenorum. Otho Friſing. Romam deinde reuerſus: Othonem, Sueuorum & Boiorum Ducem, redire ad ſua iubet. Is verò, priuſquam fines Germaniæ attingeret, in Italia pridie Calend. Nouemb. vitam reliquit. In eius locum ſubrogatus eſt CONRADVS VI. *Sueuiæ Dux. Succeſſit Auguſtano Epiſcopo Henrico, Eutyches, vel Ethico, comes ab Alttorff, ex familia Guelphonum: quem alij Stuchonem vocant, nobilem de Altenmunſter facientes. Præfuit plus 6. A. & obijt 988. Bruſch.*

Apulia & Calabria amiſſæ, nempe magna Græcia.

Othonis, eam recuperare conantis, clades.

Otho, ab hoſtibus captus, ſed elapſus.

Græcè ſciens.

Theophaniæ leuitas.

Catapanus.

Otho, Saracenorum peſtis.

Sueuiæ Dux VI. Conradus.

Anno 983. diem ſuum obijt Imp. Otho: profluuio ventris, vt Auentinus ait: nec ſine veneni ſuſpicione, vt alius viſum eſt: idq́ 6. Idus Decemb. atque in Templo D. Petri, magnifico funere, conchaq́ marmorea, ſepultus eſt. Fuit antea Calabricam perfidiam Beneuentanorum vltus: improuiſo aduentu, oppido ipſorum capto, & hoſtiliter diruto. Sic & Romanorum perfidam tunc defectionem, illo cruento epulo, de quo diximus, vltus eſſe indicari meritò poteſt.

Mors Othonis.

Legitur apud Bruſchium, in Heptinacriano cœnobio, Euangeliorum librum bracteati operis aureum, elegantiſſimè ſcriptum, extare: ab Othone hoc donatum: in cuius exteriore parte tegminis, ſub pedibus S. Benedicti, imago ſit Othonis: & ſub S. Luitgeri Abbatis pedibus, Theophaniæ Auguſtæ icon.

Othonis liber.

IMP. QVARTVSDECIMVS OCCID. OTHO III. ABBATES, Sangalli Hymmo, Hirſaugiæ Lupoldus, Diuitis Augiæ VVitegouius. VVettenhuſanum Cœnobium. Marchionatus Burgouienſis, Nobiles à Rot & Ellerbach. Hirſaugienſis Monachus Adelbertus. Creſcentij, Rom. Conſulis, conatus. Poſt Lupoldum, Abbas Hirſaugiæ Hartfridus. Oſtachus, Hildesheimenſis Epiſcopus. Siccitas, fames, peſtilentia. Luitholphus, Epiſcopus Auguſtanus. VVilligiſus, Moguntinus Archiepiſcopus. HVGO CAPETVS, Galliarum Rex, Regum nouæ familiæ conditor.

CAPVT III.

De Imperio Rom. contentio.

OThone è viuis ſublato: de Imperij ſucceſſione, contentio plurium (etſi non eodem tempore, omnium) fuit. Nam in Italia, Creſcens vel Creſcentius, Romanis hanc dignitatem reſtitutam volebat: in Gallia, Rex Lotharius Lotharingiam recipere, & Cæſar fieri, ſtudebat: in Germania, Henricus Bauarus, ditionem ſuam receperat: puerumq́, XII. annorum Othonem, Othonis ſecundi F. ad ſe receperat: vt prætextu tutelæ, Imperio ſeſe inſinuaret. Quo nouo vulnere & poſt obitum mariti percuſſa Imperatrix Theophania: Papiam cucurrit ad Auguſtam Adelhaidem: à qua pari dolore ſuſcepta eſt, & conſolando ſuſtentata. Verum, illis aduerſariis omnibus fruſtra laborantibus: Factus eſt XIIII. IMP. CÆS. OTHO III. P. F. Aug. ad A. 18. Appellatus fuit, MIRABILIA Mundi, propter ſapientiam, quæ eius ætatem ſuperabat. Friſing. Vxorem habuit impudicã, Mariam Aragoniã (de qua poſterius) nec liberos poſt ſe reliquit.

Theophania.

Otho III. Imp. Occid. 14.

Redeo ad præcedentem annum.

Hymmo Abbas.

Anno 982. Abbas Sangallenſibus datus eſt Hymmo: vir Eccleſiaſticarum ceremoniarum & pomparum amantiſſimus: comparandis variis veſtibus & ornamentis: artificioſis in Templo pingendis imaginibus. Obijt 990. Cuius Epitaphium eſt:

Hîc bene maturo tranſit pater iſte ſub æuo,
Ad patriæ requiem: hîc obit Hymmo diem.
Hinc merito noſtri vigilanter habent memorari:
Plura loco Galli ſtant monumenta cui.

Abbatis laus.

Eodem anno, Lupoldus Ratisbonenſis factus eſt VIII. Abbas Hirſaugiæ, 6. Calend. Septemb. Indict. 10. venerabilis ſenex: qui præfuit A. 4. M. 3. vir columbinæ ſimplicitatis, & ſerpentinæ prudentiæ: verbo & exemplo fratres ædificans: forma factus gregi, quem pro Chriſto ſuſceperat paſcendum.

DE COENOBIO VVETTENHVSIO.

VVettenhuſanum cœnobiũ.

Eodem Anno 982. VVETTENHVSIVM, Marchionatus in Sueuia Burgouienſis Monaſterium (medio itinere inter Vlmam & Auguſtam, ad Camlachium amnem, ſitum) ordinis Canonicorum Regularium S. Auguſtini, fundatum eſt. Fundatores fuere, Conradus eques auratus, & VVernherus, fratres, Comites de Rochenſtain: ac verius mater eorum Domina Gertrudis. Cum enim petitione à filiis tantum agri obtinuiſſet, ob ſacrum locũ extruendum: quantum vno die circũmarari poſſet: perparuulum aratrum parauit: quo in ſinum recondito: id ſpatium, quod etiamnum huic cœnobio paret, circumequitando complexa eſt: vt Bruſchius teſtatur: à quo hi quoq́, benefactores loci eius commemorantur, equites aurati.

Aratrum perparuulum.

Conradus à Rhiethaim.
Conradus à Flachberg.
Henricus à Knœringen.
Eberhardus ab Hammerſtetten.
Burcardus Haller.

Sepulti in eodem Monaſterio.

Burgouienſ. Marchio.

Henricus, vltimus Marchio Burgouienſis: qui obijt 1283.

Et multi nobiles à Rot, cum vxoribus.

Rotenſes nobiles.

Vdalricus, cum coniuge Vrſula Burggrauiâ.
Conradus, cum duobus filiis: Henrico Sapiẽte, & Rudolpho.
Henricus, cum Adelhaide vxore.
Ioannes, cum Magdalena Marſallina.

Stepha-

Stephanus,cum Agnete VVeſterſtettia.
Georgius,cum Kunigunde *à Neideck.*
Ioannes,cum Otilia VVehingenſi.
Ioan.cum Vrſula Spatina.

Nobiles item ab Ellerbach,cum vxoribus.

Ellerbach. nobiles.

Ioannes, cum Eliſa.
Burcardus,cum Verena.
Puppelinus,cum D. Anna ab Aichelberg coniuge.
Et hi, itidem Ellerbachij nobiles: Henricus,VVolfgangus,& Georgius.

NOMINA PRÆPOSITORVM HVIVS COENOBII, hæc tantum nuda.

1. Henricus. 2. Egloſius. 3. Bertholdus. 4. Henricus à Rot. 5. Sifridus. 6. Henricus Raunerus. 7. Conradus. 8. Petrus. 9. Stephanus. 10. VVernherus. 11. Ludouicus. 12. Vlricus Hieber Ettenburanus: Latine ſatis doctus, optimus œconomus, Templi ruinam minitantis inſtaurator. Præfuit ab anno 1505. vſq; ad 1532. quo deceſſit.

Præpoſiti VVettenhuſani.

13. Georgius Freius: qui adhuc 1550. præerat. Quem Bruſchius moroſum ait: ſine dubio,quod non prompto animo res Monaſterij deſcripturo exhibuit: ſicut nec ego hodie à quibusdam,licet doctis, materiam ad Annales noſtros impetrare potui: quamuis nihil arcani periculoſive, mihi ſuppeditari peterem.

Quoniam Burgouienſium Marchionum facta eſt mentio: apponam ea,quæ libro 8. Migrat. gent. de hoc Marchionatu à Latzio notata ſunt. Horum primordia,inquit,repetuntur à Comitibus de BERGE *&* SCHELCKLINGEN*: cuius rudera Caſtri extant prope oppidum Ehingen. Quorum erant inſignia haud multum diſsimilia ab his: quibus Polhaimenſes Barones in Auſtria gaudent: ſectionibus albis rubriſq;,per tranſuerſum ductis,diſtincta. Porro Marchionatus iſte, hodie Auſtriæ Principibus paret: inter Auguſtam Vlmamq; octo milliariorũ ſpatio extentus. Continet valles inſigniores: Reiſchnavv, Synkethal, Schmutterthal, Zuſamthal. In quo diſtrictu olim Comitatus inſigniores fuerant: Rockenburg,Schvvabeck,Kirchperg. Hodie oppida caſtraq; cernuntur: Burgouia, Guntzburga, Ietinga, Knœringa, Zumarhuſen, Zuſmarhuſen,VValleshuſen,Gerſthuſen, Leipphaim, Thierdorff, Vſterbach, Biberbach, Aurbach,Viſchbach,Reiſſeſpurg, VVellenburg, Matteſies, Lamerdingen, Abelſingen, Norndorff, Zuſneck, Aterbang,Hiltobang,Seiferſperg, Dunckelſcharben,Oberndorff,Schmihen,Burtenbach. Cum Cœnobijs: Betahuſen (VVettenhuſen) Rockenburg,Vrſperg,Ottelſtetten,Salmashofen, Reitenbach, Schonfald, & Biblingen. Vide etiam 3. Munſt. 289. vbi dicitur, Marchionatum hunc nomen accepiſſe ab oppido Burgavv,ad fluuium Mindel ſito: & initium habuiſſe à fluuiolo Hetenbach prope vrbem Auguſtam: qui non procul à patibulo Auguſtano labatur in amnem VVertachum. Subijcit quoq; pleraq; enumeratorum modo locorum ditioni Reichnouienſi: in hoc Marchionatu contentæ: & vno milliario ab Auguſta initium ſumenti.*

De Burgouienſibus Marchionibus.

Nomen huius Marchionatus.

Anno 984. clarebat in Hirſaugienſi cœnobio vir nobilis (auctore Tritenh.) literis egregiè ornatus, Presbyter & Monachus, nomine Adelbertus. Hic propter vitæ & doctrinæ eminentiam, Abbas aſſumptus eſt Clingenſis Monaſterij: cui multos annos, verbo & exemplo præiens,digne præfuit. Erat ipſius ſcientia eruditionis,ac vitæ integritas,per omnem Germaniã clariſsima: ita, vt & Principes & Pontifices,eius vterentur conſiliis.

Adelbertus, Cling. cœnobij Abbas.

Anno 985. Diuitis Augiæ Abbatiam ſuſcepit regendam Vuitegonius: qui inter alia ornamenta,quæ huic cœnobio dedit, ſummum quoq; Templum pulchris ſtructuris decorauit: & D. virgini,tanquam cœlorum Reginæ (cum tamen Deus ſit Rex,& Dominus cœlorum: ac gloriam ſuam alteri non det, Eſa. 42.) Apoſtoliſq; Petro & Paulo, dedicandum curauit. Condidit & ſacellum S. Bartholomæi: alterumq;, SS. Eraſmi & Heraclij. Præfuit A. 12. Roma donatus à Pontifice vaſculo cryſtallino: de quo Burcardus,tunc Præpoſitus,ſic dicit.

VVitegonius, Reichenoienſis Abbas.

Tale fuit donum,quo non precioſius vllum:
Vas cryſtallinum,Chriſti de ſanguine plenum.

Apud Romanos,maximos ſpiritus gerens creſcens Nomentanus (cuius antea meminimus) hoc & ſequenti tempore (quando magna populi approbatione conſulatum adeptus eſt) non ſolum veteris libertatis reſtitutionem, ſed etiam Imperij conſecutionem, ſomniabat.

Creſcentis de Imperio Rom. conatus.

Anno 986. electus fuit Hirſaugienſi Monaſterio IX. Abbas, eodem die, quo Lupoldus de-

ceſſerat, 8. Calend. Decemb. HARTFRIDVS: natione Sueuus, annorum ferè 36. moribus cœnobiticis admodum ornatus: eruditione S. literarum clarus: ingenio ſubtilis, eloquio diſertus. Sed non multum vltra biennium præfuit. Nam 988. anno, maxima vbiq; peſtilentia ſæuiente, quatuor menſium ſpatio, LX. Monachi Hirſaugiæ ſublati ſunt: ac nouiſſime, paſtor oues ſequens, ipſe quoq; Abbas Hartfridus, 3. nonas Decemb. Remanſerunt Monachi 12. qui poſtea ſuas per diſcordias locum exteris dantes, cœnobium perditum iuerunt. Monachorum ſumma virtus (inquit Tritenhem.) humilitas eſt: maximumq; vitium, ſuperbia: ac præ alius dominandi libido.

Peſtilentia Hirſaugiæ. *Humilitas.*

Osdachus, Hildesheim. Epiſcopus.

OSDACHVS, ex Diuitis Augia Monacho, Epiſcopus Hildesheimenſis deſignatus eſt. Euocarat eum antea ad Bergenſis Cœnobij gubernationem ex Augia illa Othvvinus: qui & ipſe olim ibi cœnobita fuerat. Præfuit 4. A. & obijt 990. ſepultus in ſummæ Baſilicæ crypta, ſub choro pulchrè concamerata. Bruſch.

Kirchaimenſe virginũ.

Eodem 986. anno, cœnobium Kirchaimi ſub Teck, ſacrarum virginũ, fundatum dicitur. Quod creuit 1051. in eoq; 1214. Monachæ circiter 86. erant. Poſt quod tempus, certam viuendi regulam nactæ ſunt. Sepulta eſt in eo primi 1495. VVirtembergenſis Ducis, Eberhardi Barbati vidua, Barbara Mantuana.

Bohemiam ſubijcit Otho. Sclauonia.

Anno 987. Bohemiam (nominatam aliter Sclauoniam) Cæſar Otho, quam præcedente anno vaſtauerat, ad deditionem coegit. Schaffnab. In Gallia Rex erat Ludouicus V. A. 1.

Æſtas torrida.

Anno 988. æſtas erat ab idib. Iul. vſq; ad idus Aug. feruentiſſima. Inde frugibus ſiccitate pereuntibus, imo exuſtis: ingens fames & peſtis in Sueuia, alibiq;, ſecuta fuit. Vnde innumeris hominibus morientibus: illa etiam, de qua dictum, Hirſaugiæ funeſtatio extitit.

S. Vlrici canonizatio.

Luitholphus (al. Luitholdus) fit 24. Epiſcopus Auguſtæ: ac præfuit cum laude A. 7. M. 6. Subleuauit de tumulo, & Diuorum numero adſcripſit, S. Vlricum Epiſcopum Auguſt. permiſſu Pontificis Ioannis XVI. anno ſcil. 993. Obijt verò 27. Iul. 996. Bruſch. In M. Scr. quodam reperi: à Gregorio V. Papa, D. Vlricum inter Sanctos eſſe relatum.

VVilligiſus, Moguntiæ Archiepiſcopus. Rota VVilligiſi.

His temporibus, Moguntiæ Archiepiſcopatum gerebat VVilligiſus, patre Plauſtrario natus, in pago Saxoniæ Stroninga: vir doctrina & virtute excellens. Ideo charus fuit Othoni II. Cuius erat Sacellanus, Conſiliariusq; intimus: à quo & ad tantam dignitatem fuit perductus. Solebat is habere in ſuis habitaculis rotam depictam, cui inſcriptum erat: VVilligiſe, memento, quid ſis, & quid olim fueris. VVillick, Gedenck / wannen du kommen ſeyeſt: inquit Herm. Ædituus. At etiam ad Parietes, in oratorio ſuo, ſuſpendit rotas: vt humilis ſui ortus eſſet memor. Accurate ſemper illud claudebat: ita, vt multi putarent, magnum ineſſe theſaurum. Imperator verò quodam tempore intromiſſus, rotas vidit. Ideo rota poſtea data eſt pro Inſignibus ab Henrico II. Moguntino Archiepiſcopatui. Ipſe quoq; Othonem III. educauit, & inſtituit. Obijt 1011. cum ferè 50. annos præfuiſſet: ſepultus in magnifica, à ſe ædificata, S. Stephani Baſilica.

Hugo Capetus, Gall. R.

Hoc 988. anno Chriſti, HVGO CAPETVS (Carolo, Lotharingiæ Duce, Ludouici V. Regis mortui auunculo, qui ad Regnum aſpirabat, capto) primus ex Gallis, factus eſt Franciæ occidentalis Rex. Quippe nupta ei fuerat Adelhaida, Imperatricis Adelhaidæ filia, Othonis II. ſoror: Ita Galliæ Regnũ, poſt Meroueanos ſiue Clodoueanos, & poſt Orientales Francos Carolinos, in poteſtatem raptum eſt Pariſienſium Comitum ac Gallorum, poſt annos ferè 500 à Clodoueo. Defecit autem Carolinorum Regnum Germanicum vel Oſtrofrancicum, in Ludouico Arnulphi filio: Gallicum verò, vel VVeſtofrancicum, in Carolo, quem cepit Capetus. Ita Germani Gallicum Regnum amiſerunt. Quis id amplius eis reſtituet: vt ambo Regna ſub antiquiſſimo rurſum γαλατῶν vocabulo, & vnius poteſtate, comprehendantur? Imp. inclyto Carolo V. fortè id animi fuit: ſed nullum eius rei vidimus effectum. Huic Capeto, in Scripto quodam, anno abhinc 12. nempe 1578. obijciebatur: eum non conſecutum eſſe Apoſtolicam benedictionem: ſed vt Regnũ inuadendo, contempſiſſe. Hinc factum eſſe, vt poſteri quoq; eius, Rom. Eccleſiæ aduerſati ſint. Vnde data ſit occaſio variis hæreſibus pullulandi: vt VValdenſi & Lugdunenſi. Nam ex libertate Gallicæ Eccleſiæ, vt appellent, hæc mala nata eſſe. Ideo mirum non eſſe: quòd Reges Galliarum, infeliciter contra Caluiniani dogmatis ſectatores bellent. Signum etiam Dei aduerſi eſſe: quod Capetiorum partim vitiatis animis & corporibus naſcantur: alij nullam prolem procreent. Contra Carolinos (ex quibus Guiſij ſint) eſſe ingenioſos ac fortes: animorum & corporum vigore florere. Per Guiſios, vt verè Apoſtolicæ ſedis poſſidentes benedictionem, Eccleſiæ poſſe dignitatem ſuam reſtitui.

Galliæ, à Germanis auulſæ.

ABBAS

ABBAS HIRSAVG. CONRADVS. BERNVVARDVS Rotemburgotuberanus Comes, Epiſcopus VVirceburgenſis. Camburgenſis arx: ex qua, Monaſterium. Seltzæ Cœnobium. Duces Carinthiæ, Henricus & Conradus. Imperatricis Theophaniæ res geſtæ.

CAPVT IIII.

Hirſaug. Abbas, Conradus.

Caluenſis Comes, Monaſterii expilator.

MOrtuo peſte, vt præcedente capite diximus, Hirſaugienſi Abbate Hartfrido: anno 989. Indict. 2. 12. Calend. Mart. electus eſt X. Abbas, Conradus. Sed contra eum alij elegerunt quendam Euerhardum, hominem malum: qui non ſolùm Conradum multis contumeliis & iniuriis affecit: verumetiã è Monaſterio theſauros Eccleſiæ omnes abſtulit: calices, cruces, & quicquid ornamentorum erat. Idem, Comitem huius temporis Caluenſem (qui iam antea Monachis erat infenſus: eorumq; bonis, veluti cadaueri vultur, inhiabat) ad inuadendum Monaſterij poſſeſſiones (villas, curtes, agros, domos, & alia) incitauit. Sic is bona diripuit: & in ſtipendiũ ſuis militibus conuertit: dicens, ſibi fas eſſe repetere illa: quæ parentes ſui eò contuliſſent. Sic factũ eſt, vt miſerum Abbatem Cõradus ageret: paucosq;, quos habebat, Monachos, metu & inopia paſceret. Oriundus ex humili ſtirpe Franconiæ erat, ingenioq; ſimplicior: & religioni magis deditus, quã rebus ciuilibus: ac proinde debilior ad reſiſtendũ tyrannidi. Attamẽ Euerhardus, cũ ſe breui venturũ cõtra eum valida cũ manu, minitaretur: Deo impietatẽ non amplius ferente, morte interceptus eſt: & halcyonia quadam aſpirarunt. Nihilominus tamen bona ablata, reſtituta non ſunt. Ita bonus Abbas, paucis cum Monachis, in annos 12. pane doloris veſci coactus eſt. Quo mortuo, Monachi omnes ſunt eiecti: in locumq; eorum introducti, clerici ſeculares: qui Monaſterium inhabitantes: cum ſuis concubinis & meretricibus, quicquid reliquum erat, deuorarũt. Sic fiebat, vt Abbatia hæc (Trit. teſte) annos 63. vacaret. Sed de his rebus plura nunc dicere, ſuperſedeo.

Abbatia huius vacatio.

Roteburg. Comes Bernvvardus, Epiſcopus VVirceburgẽſis.

Eodem 989. an. (vt Bruſch. ſcribit) Herbipolenſi Epiſcopatui præfectus eſt Bernvvardus, Comes à Rotenburg ad Tubarum. Venerat is antè, ex Academia Pariſienſi, in Hirſaugienſe Spirenſis diœceſeos Monaſterium. Inde, à Leopoldo Abbate Herbipolim, in nouũ S. Andreæ Cœnobium miſſus. Vbi cũ religioſiſſimè vixiſſet: vnanimi Eccleſiæ conſenſu, ad Epiſcopatum vocatus eſt: cui ſumma cum laude præfuit A. 5. M. 8. D. 18. Deceſſit 20. Septemb. 995. ac ſepultus eſt in Eccleſia Herbipolenſi maiore: ſeu in Baſilica noua: quam ipſe & frater ipſius Ainhardus, ex paruo S. Chiliani ſacello, magnificum Canonicorum ſecularium Collegium, ædificauerat: liberaliſſimisq; viuendi ſubſidiis donauerat. Inueni alicubi, eum fuiſſe virum ſcientia S. ſcripturæ inſtructiſſimum: vitæq; meritis, apud omnes venerabilem: & in Epiſcopatus adminiſtratione, ſe præbuiſſe exemplo iuxtà, ac doctrina, paſtorem fidelem.

Simõ Eiſenus.

Excerptus ex vetuſtiſſ. Chronico M. Scr. (quod Clariſſ. vir, Simon Eiſenus V. I. Doctor, vix legere potuit) locus, & ad me cum aliis, ab ipſo miſſus. Bernhardus (inquit) ein Graff zu Rotenburg (welcher der 17. Biſchoff zu Würtzburg geweſen) iſt zu Achaia in Græcia *peſte* geſtorben / Anno 995. als er vom Keyſer Otten dem dritten / nach Conſtantinopel / vmb Keyſers Conſtantini Tochter zu werben / abgeſandt.

Bruſchius Bernvvardum appellat: & 16. Epiſcopum Herbipolis facit.

STIRPS EIVS, ex eodem Bruſchio.

RotẽburgoTuber. Comitum ſtirps.

- *Pater N.*
  - *Bernvvardus, Epiſcopus hic.*
  - *Richardus.*
    - *Ainhardus* — *Ainhardus.*
    - *Ruggerus.*
    - *Henricus.*
    - *Burcardus.*
  - *Ruggerus.*
  - *Ainhardus.*

Camburgi caſtri ædificatio.

Richardus, Othoni III. Imp. admodum charus fuit: & ab Auguſtano Epiſcopo Luitholpho, permutatione nactus eſt montem quendam, Halæ Sueuicæ vicinum: quem hodie Camburgenſem nominant. In cuius vertice conſtruxit magnificum caſtrum: quod de montis nomine Camburgum quoque (al. Comburgum, vel Chomburgum) nuncupauit. Filius autem eius Burcardus, patre mortuo, ex arce Camburgenſi (aſſentientibus fratribus eius omnibus) Monaſterium Benedictinum fecit. Qua de re, ſuo tempore copioſius.

Ainhardus verò, Epiſcopi Bernvvardi frater, cùm non haberet hæredes: Deo ſuo omnia decreuit offerre.

Igitur inſigne Templum in Tungenſi valle condidit: & aliud in Romuleo monte: Sacerdotibus ibi, qui Eccleſiæ ſeruirent, cõſtitutis. Herbipoli deniq, Epiſcopi fratris ſui conſiliis ac ſubſidiis, illam Nouam, de qua ſuprà dictum eſt, Baſilicam.

Seltza, vel Saletionis, Abbatia. *Eodem 989. anno, inſtituta fuit Abbatia Benedictina Saletionis vel Seltza (quod oppidum ab Argentina diſtat 6. milliaribus, in decurſu Rheni) ab Auguſta Adelhaide, vxore Othonis 1. filia Regis Burgundiæ Rudolfi: & Be[rt]hæ, Sueuici Ducis Burcardi filia. Ibi illa ſepulta eſt, & Canonizata. Munſt. lib. 3. cap. 153. In [...]s Cœnobij ædificatione, Architectus: cùm ligna breuius abſcidiſſet, quàm oportuiſſet: ferè p[...] ugiſſet metu Dominæ. Sed illa iuſsit eum manere: atque vnum extremum ipſa trahente, alterum Architecto (*ſtreck dich höltzlin*) ligna ſunt iuſtam longitudinem aſſecuta. Tantum potuit (teſtante fabuloſo libro Germanico vetuſto, de Bauaro & Auſtrio Duce Erneſto) illius matronæ ſanctitas, in Argentorenſi Epiſcopatu.*

Adelhaidis Auguſta.

Lignorum extenſio.

Theophania. *Eodem anno Henricus, Charionum Dux, moritur: & apud Altaichum inferius, iuxta patrem Berchtoldum ſepelitur. Hoc Henrico, atque Theophania Auguſta, & principe Boiariæ Henrico, efflagitantibus: Otho III. præſulibus & nobilitati Bauarorum poteſtatem dedit, oppida & arces aduerſus Vngaros conſtruendi & muniendi. Ducatum Charionum poſtea adminiſtrauit Conradus, frater Gregorij V. Pont. Maximi (de quo, poſterius) vbi tres & viginti annos compleuit: ac, relicto filio impubere Conrado, deceſsit. Auent. Theophania (vt apud Schaffnaburg. eſt) Romam perrexit: omnemq; illam regionem Regi (Othoni filio ſuo) ſubdidit. Eadem natalem Domini Romæ celebrauit.*

DE ALBA AVGIA COENOBIO. ARX HABSPVRGVM.

Argentoratenſia Templa, Thomanum & D. Mariæ. Sangalli Abbas Vlricus. Mors Theophaniæ Auguſtæ, & nobilis Sueui Manigoldi. Seditio Agricolarum Alemannorum. Halberſtattenſis Eccleſiæ dedicatio. Monaſterium S. Margaretæ VValdkirchenſe. Feſtum omnium animarum. Baſilica D. Virginis Auguſtæ. Bruno, Epiſcopus & Papa. Fœmineum Cœnobium Oberſtenfælda.

CAPVT V.

ANno 990. fundatum eſt (ſcribente Bruſchio) prope Raueſpurgum (Imperiale oppidum ad riuum Schuſſium: duobus milliaribus inde incidentem in Acronium lacum) Cœnobiũ

Augia Albâ, vel minoris, conditio. *Alba Augia (quaſi alba inſula, vel pratum) ab aliis Minor Augia dictum, Minderovv: in quo loco antea fuerat Eremitarum ſedes: nunc verò Pramonſtratenſis ordinis eſt Monaſterium magnificum. Fundator eius fuit Gebizo de VViſſenburg, opulentiſſimus eques auratus: eiusq; ſoror Loicardis, Henrici militis ex Aſenhuſa coniux. Gebvvilerus hunc Gebizonem, Habſpurgenſem Comitem perhibet: eiq; tres filios dat. Rapathonem, arcis Ergouianæ Habſpurgi conditorem (nõ longè à confluxu Limagi, Arolæ, ac Ruſæ) in ſublimi monte ſita, prope veterem Vindoniſſam, vel Bruggam Bernatium oppidum. Deinde, Rudolphum: & Argentinenſem anno 1007. Epiſcopum Berengarium, vel VVernharium: qui S. Thomæ ibi Templum, de cœlo tactum ac combuſtum, à fundamentis reſtituit, de ſuo. Cathedralem præterea Baſilicam D. virginis (è lignis olim, coctilibusq; lateribus, à Clodoueo, quondam Galliarum neophyto Chriſtiano Rege, conſtructam) demolitus, ab imo lapidibus quadratis, longè ampliorem & magnificentiorem eduxit. Erat initiò*

Pramonſtratẽſia Cœnobia, ἀνδρόγυνα. *Alba Augia, vtriuſque ſexus Cœnobium: vt cætera ferè Pramonſtratenſia omnia: ſed ſucceſſu temporis, Monialium locus Meſſenthal dictus, ob tollenda offendicula eſt abrogatus: caducaq; fœmella, eiecta.*

Benefactores huius Cœnobij.

Henricus Superbus, Saxoniæ & Bauariæ Dux, qui circ. 1130. vixit.

Ortolphus, nobilis miles de VViſſenburg, 1158.

VVelpho ſextus, Dux Altorffenſis, dans pagum VVittishofenſem, 1180.

VVelpho ſeptimus, Dux Spoleti, Sardiniæ Princeps.

Henricus VI. Imperator.

Philippus, Barbaroſſæ F. *Philippus Sueuorum Dux, poſtea Rom. Rex: donans 1197. Eccleſiam S. Chriſtinæ, arci Raueſpurgenſi penè contiguam, in apice montis ſitam.*

Rudolphus Habſpurgius, Rom. Rex, & vxor eius D. Anna, 1282.

PRÆPO-

PRÆPOSITI ET ABBATES eius, qui reperiuntur. *Præpoſiti minoris Augiæ.*

1. *Hermannus, primus Præpoſitus: electus 1145. præſidens A. 30. obiens 1175.*
2. *Ortolphus, nobilis VViſſemburgius miles, A. 5. ſponte ſua gubernationem reſignans 1180.* *VViſſenburg.*
3. *Albertus, A. 3. qui & ipſe reſignauit.*
4. *Vdalricus de Thann (eius familiæ, quæ hodie Dapiferorum à VValdpurg eſt) electus 1183. Præfuit A. 8. ac reſignauit. Sub eo fundatum eſt Præmonſtratenſium Monaſterium, milliari 1. ab oppido Biberaco, Schuſſenrietum.* *Thann.* *Schuſſenriet.*
5. *Ortolphus ſuperior, iterum, an. 1191. Tunc A. 12. laudabiliter agens, obiit 1203.*
6. *Conradus, A. 14. Tunc reſignauit.*
7. *Vdalricus 1217. A. 20. poſt quos & ipſe reſignauit.*
8. *Hermannus: electus 1237. præſidens 20. A. & ſe adminiſtratione abdicans.*
9. *Henricus: vltimus præpoſitus, & primus Abbas: pontificalibus ornamentis à Clemente* IV. *P. impetratis. Electus eſt 1257. præfuit A. 19. ac reſignauit. Sequentes iam omnes, ſunt Abbates.*
10. *VValtherus: electus 1266. præfuit A. 4.* *Abbates albæ Augiæ.*
11. *Henricus: electus 1270. præfuit 9. A.*
12. *Henricus de Anckenrut: electus 1279. qui cùm A. 5. præfuiſſet, ſe abdicauit.* *Anckenrut.*
13. *Henricus: electus 1284. præfuit A. 10.*
14. *Rudolphus: electus 1294. præf. A. 3.*
15. *Ioannes: elect. 1297. præf. A. 6.*
16. *VVernherus: elect. 1303. præf. A. 5.*
17. *Ioannes: electus 1308. præfuit A. 42. ac diligentia ſua Monaſterio ampliſſimas opes peperit.*
18. *Burcardus Holbinus: elect. 1350. præf. 9. A.*
19. *Henricus: elect. 1359. præf. A. 8.*
20. *VVernherus Rhut Conſtantienſ. elect. 1367. præf. A. 24.*
21. *Rudolphus de Kuppferbergo: elect. 1391. qui poſt 5. A. reſignauit.*
22. *Gerungus Curvvaldenſis: elect. 1396. præf. A. 27. ac reſignauit 1423. Interfuit Cõſtantienſi Concilio.*
23. *Ioannes Fuchſius: ex Marttorffo, Cõſtantienſis Epiſcopi oppido, natus. Præfuit feliciter & vtiliter A. 47. Erant ei duo fratres: alter Abbas Schuſſenrietenſis: alter Præpoſitus VValdſeehenſis.* *Marttorffum.*
24. *Nicolaus Hugolinus Buchornanus: elect. 1470. præf. A. 4.*
25. *Ioannes Sagittarius: ex Alendorffio, Baronum Kinſeckenſium oppidulo natus. Electus eſt 1474. ac præfuit A. 9.*
26. *Ioannes Geſterus Rauenſpurgenſis: electus 1483. Præfuit A. 12. ac gubernaculum vltrò alteri tradidit 1495.*
27. *Ioannes Villicus Vmendorffenſis, A. 28.*
28. *Iacobus Murarius Conſtantienſis: elect. 1523. ac poſt 10. A. mortuus, 1533.*
29. *Vdalricus Ephippiarius Rauenſpurgenſ. qui 1549. alteri gubernatione tradita: in oppido Imperiali Buchorne, quieti ſe tradidit.*
30. *Andreas Rhietmannus Vlmenſis: præſidens adhuc 1550. anno.*

Anno 991. Vlricus, Sangallenſis Abbas electus eſt: & ab Othone III. *ratus habitus. Dicitur pius vir fuiſſe, ceremoniarumq́ obſeruantiſſimus. Ædificaſſe quoq́ ſacellũ S. ſepulcri Dominici, cum S. Vlrici ſubterranea crypta. His temporibus ſe Monachi adhuc exercebant artificiis omnis generis: nec eorum quiſquam conſpiciebatur ocioſus. Sed ſtudia literarum paulatim refrigeſcebant: nimio ſcil. ceremoniarum ſtudio, & opibus affluentibus. Verùm enimuerò laudabilis fuit Vlrici adminiſtratio, per annos 5. qui 996. ex hac vita diſceſſit.* *Vlricus, Sangall. Abbas.*

Ignis hoc anno de Rheno aſcendit, & proximas villas combuſſit.

Theophania Auguſta, cũ filio Othone, paſchale feſtum Imperiali cũ gloria, Quedlinburgi peregit: præſentibus, Tuſciæ Marchione Hugone, & Duce Poloniæ Miſecone, aliisq́ Procerib. ac diuerſa munera Othoni dantibus: qui & ipſi, magnificis cũ donis dimiſſi ſunt, præter Hugonem. Hic enim remanens, ſecutus eſt officij cauſa Regem ac matrẽ, quocunq́ proficiſcerẽtur. Ventũ eſt (vt in Chron. M. Scr. ſæpe citato legitur) Niumagũ. Ibi Theophania, cõſummato in reb. laudatis vitæ ſuæ curſu, immatura morte diſſoluta eſt, XVI. *Calend. Iul. Inde lugubri filij ſui, cæte-* *Theophania.*

Colonia ſepulta. *rorumq́; ſuorum fidelium, comitatu, euecta eſt: delataq́; in vrbem Agrippinã atq; in æde S. Pantaleonis martyris (in apſide meridionali, vt ait Tritenhem. quam viuens bonis cumularat) ſicut ipſa voluerat, eſt ſepulta: idq́; à Colonienſi Archiepiſcopo Euergero: præſente filio, ac multa pro remedio animæ eius largiente fratribus.*

Additur ibi hoc Eulogium.

" *Hæc, quamuis ſexu fragilis: modeſta tamen fiducia, & (quod rarum in Græcia eſt) egregiæ conuerſationis, fuit: Regnumq́; filij, ſub cuſtodia virili ſeruabat: demulcens in omnibus pios: terrens & ſuperans exteros.*

Adelhaidis Augusta. *Inclyta verò Imperatrix Adelheidis, poſtquam de Imperatricis Theophaniæ morte comperit: triſtis protinus effecta, Regem, tunc* VII. *annos regnantem, viſitando conſolatur. Quem vice matris tam diu ſecum habuit: dum is proteruorum conſilio iuuenum (ſicut quõdam Amalaſunthæ filiolus Athalaricus, 1. part. lib. 9. cap. 1.) deprauatus, triſtem illam dimiſit.*

Manigoldus. Adelhaidis. *Eodem anno, plures Epiſcopi obierunt. Sed & Manigoldus, non infimus gentis Sueuicæ, in Saxonia obiit: ac propter fidele ſeruitium, Imperatrici Adelheidæ præſtitum ipſa comitante, in Quedlinburgenſem ciuitatem aduectus, ibiq́; honorificè ſepultus eſt. Qui honor, niſi præclarus Aulicus fuiſſet, ei non contigiſſet. Sed multò magis honorificum ei fuit: ſi, vt ſperamus, anima eius à S. Angelis (ſicut beati mendici Lazari) in ſinum patris omnium credentium Abrahami deportata fuit. Familia illius mihi ignota eſt. Deſidero hic etiam diligentiam Monachorum, aut Hiſtoricorum: quòd tanti viri res literis mandare neglexerunt. D. autem Oſualdus, illum omnino ex Comitum Helffenſteiniorum familia fuiſſe exiſtimat: Burchardi 1. Sueuiæ Ducis filium, ſecundi fratrem.*

Ruſticana ſeditio. *Anno 992. Ruſticorum ſeditio fuit in Alemannia, nolentium amplius tributum ſoluere: niſi decimas Sacerdotibus: & Magiſtratibus gallinam quotannis: pauculosq́; nummos. Ducem habebant ex Turgouia, Heinricum de Steino. Pugna commiſſa, Ruſtici victi ſunt: ſed & multi de Nobilibus occiſi. Ibi poſtea S. Petri ſacellum ædificatum eſt, tunc Paradiſi capella vocatum. Tempore autem Friderici* II. *Imp. (ſecta Nudipedum, & Regulæ S. Claræ, ortis) Cœnobiũ Monacharum factum eſt, Paradiſi dictum. Stumpf. lib. 5. cap. 16.*

Halberſtateſ. Eccleſiæ dedicatio. *Eodem anno, glorioſiſſima dedicatio Halberſtatenſis Eccleſiæ facta eſt, 17. Calend. Nou. à venerabili ſuo Epiſcopo Hildevvardo: vnà conſecrantibus 12. Epiſcopis, quorum hæc ſunt nomina. (vt ex modica tantùm particula videamus: quàm latè diffuſus iam tunc fuerit Chriſtianiſmus: quanta mutatio Germaniæ, iamdudum facta, ab illa vetere ante Caroli M. tempora: & quàm operoſa res, Eccleſiarum dedicatio) Nomina illorum Epiſcoporum, inquam, hæc ſunt.*

VVilligiſus, Archiepiſcopus Moguntinus.
Giſilerus Magadaburgenſis.
Lieuizo Bremenſis.
Aio Capuanus, & Ioannes Placentinus, Archiepiſcopi.
Præterea Luidolfus Auguſtenſis, cum Sueuico comitatu.
Hildoboldus VVormacienſis.
Hretrius (Bruſchio Rhetarius) Patherburnenſis.
Erpo Fardunenſis.
Vrſius Paduanus.
Hugo Cicenſis.
Hildericus Hauelburgenſis.
Reginbrecht Racisburgenſis, & Reinvvardus Tridentinus, Epiſcopi.

Abbates verò hi adfuerunt.

Manſo Caſſinus.
Thiermarus Corbeienſis.
Luitzo Luneburgenſis.
Ochtradus Mersburgenſis.
Lambertus Longhelus.

Adelhaidis. *Præſente Rege ſereno tertio Ottone: eiuſque auia Adelheidhe, atque amita Machtilde Abbatiſſa. Duce quoque Bernhardo, & Luidolfo Capuano Comite: & præfectis ac proceribus innumeris: atque incomparabili multitudine cleri ac populi: in laudem Dei, clamore proſequentibus*

tibus dedicantes prædictam Eccleſiam, & orando iuuantibus. Omnes Saxoniæ Principes aderant. Nunquam tanta fuit feſtiuitas.

XII. Calend. Nouemb. totum cœlum ter in nocte viſum eſt rubrum. Chaſma.

Ex Chronico M. Scr. in quo nomina propria hoc modo ſcripta erant.

Additur infra in margine eiuſdem Codicis: Maximum altare cõſecrauit domnus Hildevvardus Epiſcopus ſanctæ Trinitati, primoq́; ſuo (pro eius) militi Stephano: adornans illud, quaſi caput ſponſa, pro XII. lapidum compoſitione, XII. Epiſcoporum vnctione. Sub quo recondidit particulam S. crucis, & de præſepio eius, &c. Alij quoque Epiſcopi alia conſecrarunt Altaria: in quibus variorum Sanctorum reliquias recondiderunt. Interfuit autem Rex Otto, corona cæteriſq́; Regalibus indumentis ſollempniter (ſic ibi ſcribitur) veſtitus: qui & ſceptrum ſuum aureum, ad manum Pontificis, ſacrificij tempore obtulit. Auia quoque Adelheidis Augusta, cum gemma Regiæ ſtirpis perlucida Machtilda, Quidelingeburgenſi Abbatiſſa: & nepte ſua Hathevviga, Gerenrodhenſi Abbatiſſa, fama bonarum actionum illuſtri: precibus altare almis conſecrauit, & munere Regio honorauit. Altaris maximi conſecratio. Adelhaidis.

Nulla diphthongus in hoc codice eſt: vt nec in cæteris antiquioribus Manuſcriptis.

Erat tunc Cœnobium quoque S. Margaretæ Benedictinum, Monialium in VValdkirch: ſitum in Briſgoia, & in comitatu Birchilonis: fundatum à ſtrenuo Duce Birghardo Germanicarum Prouinciarum: conſentiente coniuge eius Hedovvige. Huic Imp. Otho priuilegium dedit (quale Corbeiæ quoque & Augiæ diuiti) vt eſſet Abbas à ſuſcipiendis hoſpitibus immunis. Dedit autem in Sabbach, anno 994. anno Regni ſui XI. Trãſlationem Cœnobij in Collegium, per Iulianum Cardinalem, & legatum Apoſtolicum, factam, Cæſar Sigiſmundus confirmauit an. 1434. Sic & inſtruentes Imperatores. Bruſch. M. Scr. VValdkirchẽſe Gynæceum.

Anno 993. (al. 1002.) Feſtum OMNIVM ANIMARVM *(teſtibus Trit. & aliis) à Cluniacenſi Abbate Odilone inſtitutum eſt. Cauſa fuit hæc: quòd in Sicilia eſſent loca flammas eructantia: quæ ab incolis vocabantur Ollæ Vulcani: vbi (redemptione ſcil. animarum facta per preces & eleemoſynas, præſertim Cluniacenſium Monachorum) exauditi eſſent eiulatus Dæmonum, & iræ, propter animas ſibi ereptas. Sigebertus ad annum 998. refert. At Matth. 25. duo tantùm loca poſt hanc vitam ſtatuuntur:* κόλασις αἰώνιος, *punitio æterna: &* ζωὴ αἰώνιος, *vita æterna. Pro purgatorio verò à peccatis in hac vita igne, ſtatuitur 1. Ioan. 1.* τὸ αἷμα ἰησοῦ χριστοῦ, τοῦ υἱοῦ θεοῦ καθαρίζον ἡμᾶς ἀπὸ πάσης ἁμαρτίας: *Sanguis Ieſu Chriſti, filij Dei: purgans nos ab omni peccato. Et in Symbolo dicitur: Credo remiſſionẽ peccatorum. Epheſ. aũt 2.* οὐκ ἐξ ἔργων, ἵνα μή τις καυχήσηται: *non ex operibus, ne quis glorietur. Matth. porrò 24. vetamur fidem adhibere* πλανητικοῖς σημείοις καὶ τέρασι, καὶ λίαν μεγάλοις: *ſignis prodigiiſq́; fallacibus, quamuis magnis. Nam Diabolus, iam inde ab initio* ψεύστης *eſt, mendax. Ioan. 8. Ideo etiam, vt à veritate ad ſuperſtitiones abducat, in Angelum lucis ſe transformat, 2. Cor. 11.* Animarum omnium Feſti inſtitutio.

Conſideretur quoque Canonizatio S. Vlrici, hoc anno facta.

« *Ioannes Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, omnibus Archiepiſcopis, Epiſcopis, & Abbatibus, in Gallia & Germania cõmorantibus, ſalutem in Domino, ac Apoſtolicam benedictionem. Cùm conuentus eſſet factus in palatio Lateranenſi pridie Calendas Februarias: reſidente Ioanne ſanctiſſimo Papa, cum Epiſcopis & Presbyteris: aſtantibus Diaconibus, & cuncto clero: ſurgens reuerendiſſimus Dominus, Dominus Luitolfus, Auguſtanæ vrbis Epiſcopus, inquit: Domine ſanctiſſime Præſul, ſi vobis placet, & omnibus Epiſcopis, & Presbyteris, hîc reſidentibus: libellus, quem præ manibus habeo, coram vobis legatur: de vita & miraculis venerabilis* VLDARICI, *ſanctæ Auguſtanæ Eccleſiæ dudum Epiſcopi: &, quod libitum vobis fuerit, decernatur: quia Spiritus ſancti teſtatur præſentia, & congregatio Sacerdotum: certum eſſe, quod legimus: quia nec poteſt veritas noſtra mentiri: cuius in Euangelio iſta ſententia eſt: Vbi duo vel tres, congregati fuerint in nomine meo: ibi & ego ſum in medio eorum. Quòd cum ita ſit (Nam nec huic tam exiguo numero Spiritus S. deeſt. Quantò magis eum nunc intereſſe credamus: quando in vnum conuenit turba Sanctorum? Sanctum namque eſt pro debita veneratione Collegium) cumque perlecta eſſet vita prædicti ſanctiſſimi Epiſcopi: ventum eſt ad miracula, quæ ſiue in corpore, ſiue extra corpus, geſta ſunt: videlicet cæcos illuminaſſe: Dæmones ab obſeſſis corporibus effugaſſe: paralyticos curaſſe: & quàm plurima alia ſigna geſſiſſe: quæ nequaquam calamo & atramento illuſtrata ſunt. Quæ omnia, lepida ſatis vrbanitate expolita recepimus: & communi concilio* Canonizatio.

decreuimus memoriam illius, id eſt, ſancti Vldarici Epiſcopi, affectu piiſſimo, & deuotione fideliſſima, venerandam. Quoniam ſic ADORAMVS *& colimus reliquias Martyrum & Confeſſorum: vt eum, cuius Martyres & Confeſſores ſunt, adoremus. Honoramus ſeruos, vt honor redundet in dominum, qui dixit: qui vos recipit, me recipit. Ac proinde nos, qui fiduciam noſtræ iuſtitiæ non habemus: illorum precibus & meritis, apud clementiſſimum Deum iugiter adiuuemur. Quia diuina ſaluberrima præcepta, & ſanctorum Canonum, ac venerabilium patrum, inſtant efficaciter documenta: omnium Eccleſiarum Dei, pio conſiderationis intuitu, imò Apoſtolici moderaminis anniſu, vtilitatum commoditatem, atque firmitatis perficere integritatem: quatenus memoria Vldarici iam præfati venerabilis Epiſcopi, diuino cultui dedicata exiſtat: & in laudibus Dei diutiſſimè perſoluendis ſemper valeat proficere. Si quis interea (quod non credimus) temerario auſu contra ea, quæ ab hac noſtra autoritate, piè ac firmiter per hoc noſtrum priuilegium diſpoſita ſunt, contraire tentauerit: vel hæc, quæ à nobis ad laudem Dei, pro reuerentia iam dicti Epiſcopi ſtatuta ſunt, refragari, aut in quoquam tranſgredi: ſciat, ſe autoritate beati Petri, principis Apoſtolorum, cuius nos immeriti vices agimus, anathematis vinculo innodatum. At verò, qui pio intuitu obſeruator extiterit: benedictionis gratiam à miſericordiſſimo Domino Deo noſtro multipliciter conſequatur: & æternæ vitæ particeps efficiatur. Scriptum eſt per manum Stephani Notarij, & Regionarij, & Scriniarij, S. Romanæ Eccleſiæ: in mēſe Februario, Indictione ſexta, Anno nongenteſimo nonageſimo tertio.*

Ego Ioannes, Romanæ Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ Epiſcopus, huic Decreto à nobis promulgato conſenſi, & ſubſcripſi.
Ioannes, Epiſcopus ſanctæ Anagninæ Eccleſiæ, conſenſi.
Benedictus, Epiſcopus ſanctæ Pipernienſis Eccleſiæ, conſenſi.
Dominicus, Epiſcopus ſanctæ Ferentinæ Eccleſiæ, conſenſi.
Creſcentius, Epiſcopus ſanctæ Syluæ candidæ Eccleſiæ, conſenſi.
Annizo, Epiſcopus ſanctæ Cerenſis Eccleſiæ, conſenſi.
Bonizo, Archipresbyter & Cardinalis S. Stephani, conſenſi.
Et alij plures.

Data tertio Kalendas Februarij, per manum Ioan. Epiſcopi ſanctæ Nepoſinæ Eccleſiæ, & Bibliothecarij ſanctæ ſedis Apoſtolicæ. Anno Pontificatus Domini noſtri Ioannis ſanctiſſimi XV. *Papæ octauo, in menſe dicto, & indictione ſexta.*

S. Scriptura dicit: Abrahamus non nouit nos. Et: Honorem meum alteri non dabo. Et: Dominum Deum tuum adorabis, & ei ſoli ſeruies.

Anno 994. concidit Auguſtæ ſumma D. virginis Baſilica: quam Epiſcopus eius vrbis *Adelhaidis.* *Luitholphus, auxilio D. Adelhaidæ Imperatricis, magnificè inſtaurauit: maiorem & illuſtriorē, quàm vnquam antea fuiſſet, faciens: iterumq́; D. virgini matri dedicans. Bruſch. Mors S. Epiſcopi Ratisbonen. VVolfgangi.*

Conrado, Burgundiæ Regi, mortuo filius ſuus Rudolphus Ignauus ſucceſſit.

Bruno Dux, Papa. *Bruno, Saxoniæ & Sueuiæ Dux (inquit Bruſchius) filius Othonis, nepotis Othonis M. ex Luithulpho filio, factus eſt 994. Epiſcopus Verdenſis. Hic patrimonium ſuum Deo & Eccleſiæ dedit: parthenonemq́; Vlſinenſem, in honorem B. virginis Mariæ, & S. Ioannis Baptiſtæ, condidit. Euectus eſt proximè ſequenti anno, in ſolium Pontificium Rom. & pro Brunone, nomē Gregorij V. accepit. Sedit A. 2. M. 8. D. 3. Sepultus ad S. Petrum.*

SANCTIMONIALIVM COENOBIVM Oberſtenfældenſe.

Oberſtenfæld. *Fertur Otho tertius 994. fundaſſe Parthenonem Oberſtenfældam. Alij auctorem eius faciunt Othonem quendam, Sueuiæ Regulum: qui in Crypta ibi ſub lapide in ſarcophago iaceat. Alij, à nobili quodam Beihelſtainenſi conditum tradunt: alij, à comite quodam Botvvarenſi. Ita nihil de illo certi eſt: cùm nulla ſepulcri inſcriptio, hoc doceat. G. VVideman. Situm eſt: vbi & Botvvara op. iacet, & amnis VVirtembergiæ defluit einſdem nominis.*

VVIRCE-

VVIRCEBVRGENSIS EPISCOPVS HEZZELINVS. LAVFſenſe, Onolzbachenſe, & Tuicenſe, Monaſteria. Oppidum Prægalliæ Clauenna. Othonis Italica contra Creſcentium expeditio. Epiſcopi, Gebhardus Auguſtæ, Lambertus Conſtantiæ. VVolfradus, Comes Veringenſis. Sangall. Abbas Gerardus. Quintum Haſtiludium, Brunſuigæ. De Nortmannis, Italiæ graſſatoribus: dominatum in Magna Græcia & Sicilia occupantibus.

Capvt VI.

ANno 995. Henricus, Comes Rotenburgotuberanus, cognato ſuo Bernvvardo, in Epiſcopatu Herbipolenſi ſucceſſit: cui prudenter vtiliterq́; præfuit A. 22. & ferè ſex menſes. Appellatus, propter breuitatem ſtaturæ, vt antea Comes, ita nunc Epiſcopus, Hezzelinus, id eſt, Haintzlin, paruus Henricus. Fundauit Herbipoli in ſuburbio, collegiatas S. Ioannis, & S. Stephani, Eccleſias. Onoltzbachij verò, magnificum S. Gumberti Cœnobium Benedictinum: poſtea factum, Canonicorum ſecularium Collegium: cuius ædis canonicus erat circiter 1550. Chriſti Caſpar Othmaier, Cantionum Muſicarum compoſitor ſatis celebris. Harum vnam 5. vocum, ſæpe hilares cecinimus:

Hezzelinus Epiſcopus. *Onoltzbach.*

Hinc abiens quoniam cogor tibi dicere, χαῖρε·
Fac valeas fœlix, dulcis amice, diu.

Idem Hezzelinus, vnà cum S. Henrico II. Cæſare (teſtante Bruſch.) conſtruxit ex caſtro Lauffenſi ad flumen Nicrum, Cœnobium: quod idem S. Henricus pago Kircheimo, aliisq́; adiacentibus prædiis, liberaliſſimè donauit, anno Domini 1003.

Lauffenſe Cœnobium.

Fuit Hezzelino frater, Colonienſis Archiepiſcopus, S. Heribertus: qui dicitur primus fuiſſe inter Colonienſes Epiſcopos, S. Romani Imperij Elector: Habuit alium etiam fratrem: ſed talem, qui Hartonis Moguntini exemplo, in magna difficultate annonæ, mendicos plurimos, in horreo concluſos, concremauerit. Verùm facti pœnitens, & Romæ abſolutus, iuſſu Pontificis, Tuitienſe, Benedictinorum Monachorum opulentiſſimum cœnobium, è regione vrbis Coloniæ, in altera Rheni ripa ſitum, adiuuante Hereberto condidit: ampliſſimisq́; muneribus ditauit. Quo in loco, antiquiſſimi Teutonum Regis Tuiſconis caſtrum fuiſſe, perhibetur. Poſtea, Diuitenſe Romanorum munimentum contra Germanos ibi fuit. 3. Munſt. 194. Vide præced. lib. cap. 12.

Elector primus Imperij. *Tuiſconis R. caſtrum.*

Eodem anno, Rex Otho Epiſcopatui & Eccleſiæ Curienſi in Rhætia, VValdone II. Epiſcopo, dono dedit totum oppidum Clauennam, in Prægallia ſitum: cum omnibus ad id pertinentibus bonis ac reditibus. Bruſch.

Prægallia.

Otho cum ingenti ex Germanis exercitu Alpeis emenſus, Veronam venit, & quò in Italia opus erat. Nanq́; Creſcentio Coſ. ibi ad potentatum graſſante: à Pontifice Ioanne, & Mediolanenſi Archiepiſcopo Landulfo, expulſis, opem rebus turbatis ferre exoratus erat. Regnum itaque ſæuis procellis agitatum, ibi tranquillum reddere: ſimul etiam Regni Imperiiq́; inſignia, more patrio auitoq́; ſuſcipere, volebat. Vtranque coronam accepit: Regiam, hoc anno Mediolani, ab Epiſcopo Landulfo: Imperatoriam verò, ſequenti anno Romæ, ipſe & Maria coniux (Aragoniæ, Sanctij Garciæ filia) magna cum pompa, à Gregorio V. propinquo ſuo. Nam Papa Ioanne, quem Creſcens metu reſtituerat, mox defuncto: alterum illum Otho fecerat 16. Calend. Iul. priore anno, Pontificem. Itaque viciſſim ab eo, 5. Id. Maij altero anno, coronatus eſt. Ex Sigon.

Othonis Italica contra Creſcentem profectio. *Vtranq́; coronam adeptus.*

De hoc Gregorio Auentinus lib. 5. ſic ſcribit. Dum Rauennæ Otto caſtra facit: nunciatur ei mors Epiſcopi Romani. Brunonem igitur, domeſticum ſuum ſacerdotem (virum apprimè ſtudioſum, atque perquam doctum: filium Ottonis, nepotem Conradi, ab Vgris ad Auguſtam Rhætiæ, ante annos vnum & quadraginta occiſi: pronepotem ex filia Luitgarda Imp. Ottonis Magni Cæſ. Auguſt.) pontificem Max. capit: Gregorium V. vocat: & 9. Calendas Iun. ab eodem Romæ inauguratur.

Bruno, Gregorius V. P.

Anno 996. Luitholpho ſucceſſit in Epiſcopatu Auguſtano Gebhardus: quem honorem ſumma virtute geſſit A. 6. ac 1002. Iul. 7. ex hac calamitoſa vita diſceſſit. Fuerat autem antea Sanct. Vlrici Sacellanus: & ſummi Canonicorum collegij Præpoſitus: poſtea verò, Elefancenſis in Rhieſa Cœnobij, Abbas laudabilis A. 6. Deſcripta eſt ab eo ſancti Vlrici vita. Bruſch. Lambertus quoque, Monachus Petershuſanus, propter religionis & honeſtatis ſtudium, hoc anno factus eſt Conſtantienſis Epiſcopus: quam dignitatem præclarè 13. annos adminiſtra-

Gebhardus, Auguſt. Epiſcopus. *Lambertus, Conſtantienſis Epiſcopus.*

uit. Obiit autem phthiriaſi, eodem Bruſchio teſte, 1009. Hermannus verò contr. 1018. obiiſſe ſcribit.

Viuebant hoc tempore iam, parentes Scriptoris Chronicorum Hermanni Contracti (de quo, ſuo tempore pòſt) VVolfradus, Comes Veringenſis ad Danubium: & puellula adhuc ætate, Hiltrudis: Poſterius, cum maturuiſſet, illi nupta.

Gerardus, Sangall. Abbas.

In Sangallenſi Monaſterio, Abbatia compos factus eſt Gerardus, vel Eccardus: arrogans (teſtante Bruſch.) & malus homo. Prudētibus enim ſenibus exauctoratis: miniſterio ſtultorum & profuſorum iuuenum vtebatur. Nec Monachorum querela (illum non ſeruare Regulam S. Benedicti: ſed Sacerdotia Simoniacè vendere, & bona Cœnobij diſſipare) apud Cæſarem Othonem aliquid efficiebant: cùm gratioſum Aulicum huius Muczonem, pecunia corrupiſſet Gerardus: vt is criminationes conuentus, apud Othonem eleuaret: flectens eum, vt cum admonitione clementiore Gerardum ad ſuam Abbatiam remitteret. Ideo verſus illorum, inter aliòs hi erant.

Otto, dum regnas: regnat pecunia tecum.
Plus eſt argenti tecum, quàm lex ſapientum.
Impie Rex Otto, cur fulmina te patiuntur?
Te regnate dolens, cur non tibi terra dehiſcit?

Venit non multò pòſt Comes Muczo: amplius gratia ſibi referri ab Abbate, quem tantopere in periculo iuuiſſet, petens. Tunc eum Gerardus præpoſitura præfecit S. Alexandri: qua erat prope Adorffum in Turgouia. Sed is impatiēs ſocietatis: breui Canonicos, qui erant numero duodecim, inde expulit. Tunc, iterum verſus, vel Paſquillus:

Cur tua te genitrix concepit, peſſime patrum?
Hoc ſcio, quòd totum cœlum fuit imbribus atrum.
Sed cùm te genuit: nox illa fuit tenebroſa,
Et, quos ipſe premis, dum morte fremis, lacrymoſa.

Præfuit iſte Abbas 11. A. Obiit 1007. Iun. 19. Bruſch. aut 1001. Stumpf. lib. 4. cap. 39.

Haſtiludium S. Brunſuigæ.

Eodem 996. anno, quinti ludi equeſtres Germanorum ponuntur: à LVDOLPHO, *Marchione Saxoniæ, & Brunſuigiæ Domino: in vico Brunonis, vel vrbe Brunſuiga, editi. Quò conuenēre ad proximum diem Dominicum poſt trium Regum, quatuor antehac dictæ Germanicæ nationes, vel circuli.*

Die lunæ, Reges quatuor, ſeu ludorum Præfecti, equites aurati.

Bauaricus, Hildepoldus Schonſteinius.
Sueuicus, Fridericus VVeſterſtettius.
Rhenanus, Guilielmus VValdenſteinius.
Francicus, Conradus Veſtenbergius.

Examinatores armorum.

Ex circulo Bauarico, Sigebothus Degenbergius, ſenior: Albertus Stauffer Thunauſtauffius, iunior.
Franconico, Henricus Grumbachius, ſenior: Richardus Roſenbergius, iunior.
Sueuico, Andreas Gundelfingius, ſenior: VVolfhardus Hohenahelfingius, iunior.
Rhenano, Henricus Helffenſtainius, ſenior: Sigiſmundus VValdeccius, iunior.

Ex Gynæceo examinatrices.

Franconicæ: Helena Andelauia, vxor Ioannis VVolfskalij.
Barbara Turnauia, vidua Georgij Schanckij à Roſberg.
Sibylla Redvvitzia, virgo.
Rhenanæ: Agnes Brauneccia, vxor Ioannis Hirshorni.
Guta Fuſtingia, vidua Viperti Pallantij.
Iuliana Handſchuchshemia, virgo.
Sueuicæ: Demuta Brandiſia, vxor Vlrici Bodmanni.
Eliſabeta Ellerbachia, vidua Georgij VVeldenij.
Felicitas Hohenahelfingia, virgo.

Bauaricæ:

Bauaricæ: Agnes Laimingia, vxor VVolſij Preiſsingi Zinbergenſis.
Margareta Fronhofia, vidua Henrici Nuſsbergij.
Anna Rhainerina de Rain, virgo.

Moderatores certaminis.

Francus, Conradus Seinsheimius.
Rhenanus, Sifridus Flersheimius.
Bauarus, VValther Mylbergius.
Sueuus, VVilhelmus Freiburgius.

Septorum obſeruatores.

Rhenenſis, Fridericus Schönbergius.
Sueuus, Ludouicus Ellerbachius.
Bauarus, VVilhelmus Rheinerus à Rhain.
Francus, VVolfgangus Rhotenhanius.

Interfuerunt Sueui ludis his.

Rudolphus, Dux Sueuicus.
Rudolphus de Stöffela.

Præparatio cuiuſque, die Martis: deinde certamina, die Mercurij.

Concurſum haſtis: gladiis res geſta: mutua ornamentorum capitis conſciſsio: interſepimentorum laxatio.

Acta die Iouis.

Præmia victoribus data: Regibus ludorum, gratiæ actæ: choreæ, decenti nobilitatem modeſtia, & erga fœmineum genus ornatiſsimum reuerentia, ductæ. Quarum prima, Sueuico primati Rudolpho data, cum vxore Ortholphi, Saxoniæ & Lunæburgi Ducis, nata Daniæ & Noruegiæ Regina.

Poſtridie, datis nominibus in Album comparitionis ad hoc honeſtiſsimum exercitium: teſtimoniisq́; virtutum ſuarum acceptis: quiſque amanter domum ſuam diſceſsit.

De Nortmannis Proceribus.

In Italia, hoc & ſequentibus temporibus, Nortmanni, vel Normanni, in Italia eſſe conſueſcebant. Qui poſtea Græcis & Saracenis, Neapolitanum Regnũ, ſiue Apuliam & Calabriam, atque Siciliam, paulatim eripuerunt. *Nortmanni, in Italia.*

Genus Normannicum, ex Gallica Normandia oriundum.

1. *Rollo, vel Rollonus, poſt ſui Baptiſmum Robertus appellatus, Normanniæ Dux, anno Domini 912.*
2. *Guilielmus: ex Rollone, & Caroli Simplicis R. filia Gilla, natus.*
3. *Richardus* I.
4. *Robertus, & Richardus* II. *Qui minuendæ in patria multitudinis cauſa, ex Nortmannia Franciæ profecti, Apuliam appetiuerunt. Multis autem rebus fortiter militiæ geſtis (dum Italicis inter ſe diſsidentibus, alteris contra alteros opem ferrent) ſucceſſus ſuos auxerunt.*

His defunctis: Normannis Duces fuerunt alij diuerſi generis, hoc ordine.

1. *Triſtanus Ciſtellus.*
2. *Ratmus.*
3. *Carolus, Capuæ Princeps.*
4. *Iordanus, filius eius.*
5. *Richardus, Iordani F.*
6. *Guilielmus Ferrobrachius (Tancredi Nortmanni F. Comitis de alta Villa) circa 996. Qui Siciliam occupauit: & bonam partem Apuliæ, Malocho (Græci Imperatoris in Apulia & Calabria Vicario) eripuit. Mortuus ſine liberis, Regnum fratribus reliquit. Qui fuerunt mul-* *Sicilia & Apulia, Nortmannorum.*

ii: Sarnus, Gotfredus, Drogo, Tancredus, Humfredus, Robertus (cognomento Guiſcardus, id eſt, vagus, tanquam mendicus oberrans) item Rogerius, Richardus, Gotfredus alter, Frumentinus, & Molugelus. Nanque 12. filios ex duabus vxoribus Tancredus procreauerat. Quorum aliqui ingreſſi Italiam fuerant: parantes ſibi opes & potentiam: inter quos præcipuus fuit iſte Ferrobrachius Guilielmus, factus tanquam Rex primus. Succeſſerunt ei fratres ordine.

7. *Drogo.*

8. *Humfredus.*

9. *Gotfredus.*

10. *Bagelardus, Gotfredi F.*

11. *Robertus, Gotfredi frater, cognomine Guiſcardus. Vixit circ. 1060. Chriſti, & obiit 1082.*

12. *Rogerius, Roberti F. cui frater Boëmundus, aduerſatus.*

Sed ſatis in præſenti, de Normannis: quorum initium aliquod ideo introduxi: quòd anno 1194. ab Imp. Henrico VI. Duce Sueuiæ, ex Apulia, Calabria, & Sicilia, rurſus eradicabũtur. Legantur de illis, Michaël Riccius Neapolit. de Siculis & Apulis Regibus: & Pandulphus Collenutius in Hiſtoria Neapolitana.

Maria Imperatrix, combuſta.

Otho, cùm in agro Mutinenſi ageret ſceleribus vxoris Mariæ compertis, eam combuſſit: quemadmodum poſterius narrabo. Deinde, in Germaniam rediit, tanquam rebus Italicis benè pacatis.

ALAVVICVS, ABBAS ET EPISCOPVS. ALEMANNIÆ Dux ſeptimus, HERMANNVS II. Creſcentij Rom. ſupplicium. Prærogatiua Cæſ. Rom. legendi & creandi, Germanis tradita. Imperij Rom. diuiſio in ordines & circulos. Membra principalia Sueuici circuli. Germaniæ Epiſcopatus. Ritus creandi Cæſaris Romani. Incrementa Sueuiæ & Germaniæ.

CAPVT VII.

Alavvicus, Abbas Diuitangienſis.

ANno 997. *Alavvicus, vel Aldouicus, cùm fuiſſet Diuitis Augiæ Monachus: factus eſt eiuſdem Monaſterij Abbas: idque ab Othone* III. *à quo etiam priuilegia conſecutus eſt. Præfuit A. 3. conſecratus Romæ à Papa Gregorio* V. *tum, cùm Imperatorem, Romam proficiſcentem, ſecutus eſſet. Succeſſit anno 1000. VVilderolfo, Epiſcopo Argentoratenſi, τῷ μνοθεύτῳ: electus & confirmatus ab eodem Othone, cui in primis charus fuit: vt ex Epiſtolis (inquit Bruſchius) patet: quas Cæſar ad eum, Abbatiæ adhuc præſidentem, ſcripſit. Inter quas vna eſt, 998. ad eum miſſa, inſignis, Latina: quæ docet eum rationem tractandi Monachos ſuos: & ad pietatem, vitaq; innocentiam, perpetuandam adhortatur. Cùm autem is, Epiſcopus Argentinæ declaratus, annos 8. benè præfuiſſet: obiit 1006. anno.*

Dux VII. Alemãniæ, Hermannus II.

Hoc 997. anno, ab Imp. Othone præfectus eſt Sueuis Dux VII. HERMANNVS II. *Huic filium è ſacro lauacro leuauit Pontifex Gregorius* V. *Dicitur habuiſſe in matrimonio Gerbirgam: filiam Conradi, Regis Burgundiæ. 3. Munſt. 311.*

In Gallia, Robertus Hugonis Capeti F. Rex fit ſolus, per A. 34. Alij Rubertum vocant: & eſt ille, à quo compoſitæ ſunt cantiones: Sancti Spiritus aſſit nobis gratia: &, Veni ſancte Spiritus. Eruditione, vita, & canendi voce, Rex præclarus.

Othonis reditus in Italiam.

In Italia, quia Creſcens Ioannem quendam Conſtantinopolitanum (hominem doctum, pecunioſum, arrogantem) conſenſu Romanorum, Pontificem fecerat: Gregorius Papa expulſus, in Germaniam fugit, calamitatem ſuam deplorans. Vnde commotus iuſta ira Otho: cum firmiſſimo Alemãnorum, aliorumq; Germanorum, robore, in Italiam rediit. Romani circumſeſſi, poſtquam aliquandiu acriter reſtitiſſent: tandem fame (quæ plerunque accidit obſeſſis) cogente: Ioannem, oculis erutis, naſo & auribus præciſis, aſino præpoſterè impoſitum (Sigonio teſtante) per frequentia vrbis loca circumduxerũt: portisq; patefactis, Imperatorem receperunt. Gregorio in ſedem, poſt decimũ exilij menſem reſtituto: arx, in quam Creſcens confugerat, obſeſſa eſt. Quæ ad extremũ dedita: Creſcentem, cũ Senatoribus duodecim, ſuſpendio contra fidẽ datam Tamnus quidam extra vrbẽ ſuſtulit: Imperatore id, poſt quã reſciuit, minus æquo animo ferente.

Creſcens ſuſpẽſus.

Inuaſor Pontificiæ ſedis (ὁ ἐπιβάτης τοῦ ἀρχιερατικοῦ θρόνου) poſt priora ſupplicia, de Capitolio quoq; (ſicut quõdam

dam M. Manlius Capitolinus, ante Christum 381.) præcipitatus fertur. Inde factum eſſe, vt nullus Pontifex amplius in Capitolium aſcendat. Sicut (opinor) ex Manlij propter affectationem Regni præcipitatione, Senatusconſulto poſtea cautum fuit, ne quis amplius ex Manlia gēte Marcus nominaretur. Liuius lib. 6. Decad. 1. Alij tamen eum, poſt illam mutilationem (ἀκρωτηριασμὸν) exulatum in Germaniam miſſum eſſe aiunt. Capitoliū, Papis inacceſſum.

Anno 998. Otho Rauenna, initio anni huius, Venetiis filiam Ducis eorum Petri Vrſeoli, è ſacro baptiſmate ſuſtulit: nec ſciri ſe à populo Veneto voluit ante abitum ſuum. Venetis amicus, Otho.

IMPERATORIS ROM. ELIGENDI poteſtas & comitia, ad Germanos tranſlata.

Imperator Otho, quia liberis carebat, cum Pontifice Gregorio egit: vt is ſanctionem ederet: qua ius Imperatorem eligendi, poſthac penes Germanos principes eſſet: ſicut hodie etiam eſt. Rem ſic ad effectum ambo perduxerunt. Videbant enim, quanta Itali & Franci, Imperij ad ſe trahendi cupiditate laborarent. Hinc bella ciuilia naſci: quibus fieret, vt Italia, & alia Occidentis regiones, irruptionibus Græcorum, & Saracenorum, aliorumq́ hoſtium, paterent. Imperij verò culmine, ad Germanos tranſlato: coniunctioneq́ Italiæ & Germaniæ facta: tantò facilius exteram vim propulſari poſſe. Sine dubio ex vetuſtate quoque repetebant: quantis perturbationibus Orientem & Occidentem olim impleuiſſet militum licentia: Imperatores pro libidine ſua creantium, & deiicientium. Quantæ item offenſiones & mala, adhuc haud rarò acciderēt: dum nulla certa præſidentes perſonæ, nullæ ſtabiles leges, eſſent ad Imperatores idoneos eligendos: atq́ ad illos, qui aut ſuis viribus, aut aliqua factione ſibi adiuncta, Imperium arriperent, cohercendos. His cauſis, vt omnino credibile eſt, Gregorius & Otho moti, ſanctionis de Imperatore, legitimè & ordine in poſterum, & quidem ex Germanis tantùm, deſignando, auctores & effectores extitère. Putant autem nonnulli ex doctis: ſeptem Electores, tunc etiam ab Othone inſtitutos eſſe: ſed ab aliis, veriſimiliora tradentibus, longè pòſt inſtituti iudicantur. Nihil enim magni, ſimul & inuenitur, & perfectum redditur. Antea verò, iam inde ab hoc Othonis tempore, penes omnes Germaniæ Principes, Comitiorum & Cæſaris creandi poteſtatem, rationemq́ fuiſſe, veritati conſentaneum eſt. Imperium Roman. ſtabiliter ad Germanos translatum. Electorum ſeptem inſtitutio.

Quid autem, temporibus Caroli Magni? Alicubi in M. Scr. inueni: tunc fuiſſe tantùm quatuor Electores Imperij: Moguntinenſem, Colonienſem, & Treuirenſem, Archiepiſcopos: & MAIOREM *domus Franciæ Palatinum, id eſt, Palatio præfectum. Quibus poſt mortem Henrici primi, adiunctos eſſe (propter Longobardos, Regem ſuum Italiæ reſtituere cogitantes) Saxonicum & Brandenburgicum Electores: longeque poſt, Regem Bohemiæ: Hæc, ibi.*

Carolus autem IIII. *longè pòſt (quia ab anno 1346. vſque ad 1377. imperauit) omnem totius negotij ordinationem, & cuiuſque perſonæ officia, in Aurea ſua bulla ſcitè deſcripſit. Sic Imperium, & Pontificia ſedes, ab Othone & Gregorio, contra exteros, & quoſuis aduerſarios, nō mediocriter firmata ſunt: tradentibus inter ſe non minus mutuas operas: quam olim Carolus M. & Leo P. fecerant.* Bulla aurea Caroli IV.

Olim, antequam Bullam auream Carolus IIII. *ederet: non ſolùm à ſeptem Principibus, ſed à quibuſuis præſentibus, Cæſarem lectum fuiſſe: oſtenditur ab Onuph. Panuin. in libro de Comitiis.*

Auentinus etiam de Septemuiris, inquit, & primariis Heptarchis: qui ſibi deligendi Imperatoris Romani Germaniciq́ partes nunc ſumunt: nihil penitus, ne verbo quidem vno, neque Hermānus, neq́ Romerius, neq́ Segibertus, neq́ Otho noſter, Guntherúsve Poëta: & cæteri quique proximi horum temporum, grauiſſimi diligentiſſimiq́ Scriptores, vllam mentionem faciūt: profectò non omiſſuri (ἐκὰν παραλιπόντες) tantam rem: ſi vti noſtro ſeculo ſunt, illa tempeſtate Principes illi, conſtituendi Cæſaris, legem ac Prærogatiuam accepiſſent. Res aliter eſt: nempe longo pòſt tempore inſtituta. Filios ſemper Parentibus, proximos ſanguine & affinitate, in demortuorum locum ſucceſſiſſe: ab omnibus communiter Ducibus, Dynaſtis, Satrapis, Epiſcopis, Præſulibus, ciuibus: populo Italiæ, Galliæ, Germaniæ: deſignatum eſſe Rectorem: vſus tum, rerum Magiſter, indicat. Ego illos demum poſt fata Friderici ſecundi inſtitútos, & à Gregorio X. Pont. Max. confirmatos, eſſe, compertum habeo. Hæc, ille.

Secutis ergo temporibus, ELECTORES *ſeptem ſunt inſtituti: (Sicut olim Interreges erant, longè ante Chriſti natalem, Romæ, qui Regem eligebant. Dionyſ. Halicarn. lib. 4.) Inter illos,* Interreges priſcorum Romanorum.

Electores ſupremi

Eccleſiaſtici 3. Archicancellarij, rerum Imperij actores.

Moguntinus, Germaniæ:
Colonienſis, Italiæ:
Treuirenſis, Galliæ.

Seculares 4. Cæſaris corpus tuentes.

Palatinus Rheni, Dapifer. Vetuſtè Pfallentsgraue.
Saxo, Protoſpatharius, enſem Cæſari præferens, ſignum iuſtitiæ.
Brandenburgenſis, Camerarius, cubiculi præfectus.
Bohemiæ Rex, Pincerna.

Rex Romanorum.

Ab eis electus, Rex Romanorum deſignatus Cæſar, ac futurus Imperator, dictus eſt. Imperator verò, & Auguſtus, tum demum habebatur: quando à Pontifice Max. inauguratus eſſet. Sed quòd Papalis conſecratio Imperatorem non conſtituat: teſtatur Krantzius lib. 3. Saxon. capit. 4.

Imperator etiam eſt, quem Papa non conſecrauit.

Dicant Italici Scriptores (de Henrico Aucupe loquens) ſi ideo Imperator non eſt: quia à Papa conſecratus non eſt: quis conſecrauerit Auguſtum, & omnes ab eo Auguſtos vſque ad Carolum Magnum: niſi ille, per quem Reges regnant, & Potentes iuſta decernunt? Si non eſt Romanorum Rex, aut Imperator, quia Italiam non tenet: Cedant hoc nomine Conſtantinopolitanis ex quibus pauci Italiam habuerunt. Cedant & noſtri temporis Imperatores. Proinde non fraudemus optimos Principes honore ſuo. Scimus, quo ordine Pontifices ad eam ſe conſecrationem ingerebant, &c. Reges gentium dominantur eis: &, qui poteſtatem in eas habent, Benefici vel clementes appellantur. Vos autem non ſic: inquit ad Apoſtolos, inter quos primus (κορυφαῖος) nominari ſolet Petrus, Dominus Ieſus, Luc. 22.

Reliqua Imperij Roman. membra.

INFERIORES GRADVS, velut quaternæ Imperij columnæ, annis abhinc plus minus 300.

Duces 4.

Brunſuicenſis, Bauarus, Sueuus, Lotharingus.

Landgrauij 4.

Turingus, Haſſus, Leuchtenbergius, Alſata.

Marggrauij, Marchiones 4.

Miſnenſis, Brandenburgicus, Morauus, Badenſis.

Burggrauij 4.

Magdeburgenſis, Noribergenſis, Rheinaccius, Stromburgenſis.

Comites 4.

Cliuenſis, Schvvartzenburgenſis, Cilienſis, Sabaudus.

Militares Comites 4. Heergraffen.

Flandrenſis, Tyrolenſis, Aldenburgenſis, Ferrarienſis.

Mareſcalci 4.

Bappenhaimius, Iuliacenſis, Miſnenſis, Vinſtigenſis.

Barones 4.

Lympurgenſis, Thuſius & Raronius (Dominus Tockenburgenſis) deinde VVeſterburgenſis, atque Aldenvvaldenſis.

Milites 4. Ritter.

Andlauum, Meldinga, Strondeckum, Fronberga.

Metropoles, vel vrbes 4.

Auguſta Vindelicorum, Aquisgranum, Metis, Lubecum.

Villæ 4.

Bamberga, Vlma, Haganoa, Seleſtadium.

Ruſtici 4.

Colonia Agrippina, Ratubona, Conſtantia, Saltzburgum.

Viculi

Viculi 4.

Ingelhaimum, Alttorffum, Liechtenoia, Denckendorffum.

Domini terræ 4.

Mediolanum, Scala, Padua, Mirandula.

Abbates principes 4.

Fuldenſis, Campidonenſis, VVeiſſenburgenſis, Murbacenſis.

Imperij montes 4.

Munſterberga, Fridberga, Haidelberga, Noriberga.

Burga 4.

Aldenburgum, Magdeburgum, Rotemburgum, Meckelburgum.

Venatores.

Hurna, Vracum, Schonburgum, Meſta prope Curiam.

Officia 4. Ducatus Sueuiæ hæreditaria.

Dapifer à VValdpurgo, Pincerna à Radach, Marſcalcus à Marckdorff, Camerarius à Kemnat.

Serui 4.

VValdeck, Hirten à Fulchen, Arnſperg, & Rabnoia.

Sed non omnia hæc adhuc ſunt.

IMPERII ROMANI, IN QVO PRÆCEDENTES GRADVS VEL ordines continentur prouinciæ ſeu circuli, decem numerantur. *Gradus X. Imperij Romani.*

1. *Francicus circulus*, Fränckiſch Kraiß.
2. *Bauaricus.*
3. *Auſtrius.*
4. *Sueuicus.*
5. *Rhenenſis.*
6. *Electorum 4. Palatini, Moguntinenſis, Colonienſis, & Treuirenſis.*
7. *Inferioris Germaniæ.*
8. *Superioris Saxoniæ. Ibi Electores 2. Saxonicus & Brandenburgicus.*
9. *Inferioris Saxoniæ.*
10. *Burgundia.*

Contenta in Sueuico circulo: cuius membra ſolius enumerabimus. *Sueuici circuli membra.*

Epiſcopi.

Curienſis, Conſtantienſis, & Auguſtanus.

Abbates.

Campidona, Augiæ maioris, S. Galli, Salmansvvilera, Bremgarta, VViſſenoia, S. Blaſij, Petershuſa, S. Petri in Hercynia Sylua, Schafhuſa, Staini ad Rhenum, CreutZlinga, Einſidela, Fabaria, S. Ioannis Thurtalenſis, Schuſſenrieta, Rockenburgi. Elchinga, Marchthala, Iſna, Munchſrhoti, Aurſperga, Ochſenhuſa, Schutterna, Dieſſa, Gengenbachi, Hirſaugia, Maulbrunna, Kynigsbrunna, Lorcha, Madelberga, Blabyra, Bebenhuſa, & aliorum plurium cœnobiorum.

Abbatiſſæ.

Lindauienſis, Buchaugienſis, Gutencellenſis, Rhotmunſterenſis, Heckbachenſis, Poundenſis.

Commendator generalis per Alſatiam & Burgundiam.

Principes.

VVirtembergenſis & Badenſis.

Comites.

Oetingenſis, Helffenſtainius, Tybingenſis, Fyrſtenbergenſis, Zollerenſis, Cimbrenſis, Sultzenſis, Montefortenſis, VVerdembergenſis, Kirchbergenſis, Sonnenbergenſis, Lupffenſis, Eberſtainenſis, Lœvvenſtainenſis, Brandiſius, Tiengenſis.

Barones.

Iuſtingenſis, Cundelfingenſis, Dieſſenſis, Dapiferi à VValdpurg, Rinſeckius, Stauffenſis, Geroltſeckius, Hohenhœvvenſis, Falckenſtainenſis.

Vrbes.

Auguſta Vindel. ſiue Rhætia, Vlma, Gamundia, Reutlinga, Eſlinga, VVila, Hailprunna, VVimpina, Hala, Dinckelſpühela, Bopffinga, Ola, Nœrdlinga, Gienga, Thonavverda, Biberacum, Kauffbeura, *Memminga, Campidonum, Leukircha, Iſna, VVanga, Lindoia, Rauenſpurgum, Buchorna, Vberlinga, Conſtantia, Pfullendorffa, Rhotvvila, Sangallum, Schafhuſa, Buchaugia, Cella, Offenburgum, Gengenbachum, Hamerſpachum.*

Hæc ideo enumeranda duxi: quod ſæpè aliquid de eis hiſtoricum, in Annalibus noſtris incidit. Item, vt amplitudo Sueuiæ, quanta hodie eſt, aliquo modo cernatur. Limites enim eius nunc ſunt:

Sueuiæ limites.

Ab
- *Oriente, Bauaria.*
- *Occaſu, Rhenus & Alſatia.*
- *Meridie, Alpes.*
- *Septentrione, Franconia.*

Quoniam Epiſcopatuum quoq; Germaniæ, plurima fit à nobis paſſim mentio: qui ad Eccleſiaſticam gubernationem inſtituti fuerunt: age horum etiam, ſicut antea Politicorum ordinum, enumerationem faciamus.

Archiepiſcopatus VII. Germaniæ.

Septem ſunt Archiepiſcopatus in noſtra ampliſſima patria.

1. *Moguntinus, ad Rhenum. Tranſlatus VVormacia Moguntiam: quod Geruilio, VVormacienſis Archiepiſcopus, Saxonibus rebellantibus, in militiam ad Turingiam defendendam profectus: Saxonicum Regulum (teſte Bruſch.) ſua manu, contra fidem datam, interfecit: à quo ſciebat antea patrem ſuum occiſum eſſe. Ideo in Monaſterium eſt intruſus: & translatio Epiſcopatus facta, ſub Gregorio* III. *Papa: qui circ. 734. vixit. Creſcens autem, S. Pauli Diſcipulus, primus Moguntiæ Epiſcopus ponitur, anno circ. 82. Domini.*

Creſcens, Moguntiæ Epiſcopus 1.

2. *Colonienſis, in Germania inferiore, ad Rhenum. Eius Epiſcopus primus, S. Maternus, circ. Chriſti 100.*

3. *Treuirenſis, in Lotharingiæ finibus ad Moſellam. S. Eucharius, primus eius Epiſcopus, circa 80. ſalutis: vnus ex 72. Chriſti diſcipulis.*

4. *Magdeburgenſis, ad Albim, in Saxonia inferiore. Epiſcopus* 1. *S. Adelbertus anno 960.*

5. *Salisburgenſis, in Bauaria, ad flumen Salſam, vel Saltiſium. Olim, Iuuauia:* Iuuit vt Italicos ſæua per arma viros: *inquit Celtis. Hunc Archiepiſcopatum Carolus M. ex Patauia tranſtulit Saltzburgum: cum dudum antea Patauiam ex Laureaco fuiſſet translatus. Laureaco autem* 1. *Epiſcopus præfuiſſet B. Laurentius, tempore S. Apoſtoli Petri. Cito nanq; Chriſtus, in Romanorum regionibus Danubianis & Rhenanis prædicatus fuit: ſed tardè Danubium & Rhenum tranſiit in Germaniam magnam.*

Chriſtianiſmus Germaniæ.

6. *Bremenſis, ad Viſurgim flumen inferioris Saxoniæ. VVillehadus. 785. præſul ibi* 1.

7. *Rigenſis, in Liuonia, ad mare Balticum. Eius fundamenta pius quidã vir Mainhardus, circ. 1200. iecit.*

Eſt item Archiepiſcopatus Babenbergenſis. Hic enim initio, Moguntino Archiepiſcopatui ſubiectus poſtea 1047. libertate fuit donatus à Papa Clemente II. *qui antea fuerat Babenbergæ ſecundus Epiſcopus, Suidegerus dictus, vel Suiggerus. Fundauit hunc Epiſcopatum Cæſar Henricus Claudus 1007.*

Sub Moguntino Archiepiſcopo, vel Metropolitano, ſunt comprouinciales Epiſcopi:
- *Curienſis. Cuius initium, circiter 440. Chriſti.*
- *Conſtantienſis. Cœpit ſub Rege Clodoueo M. circ. 500. apud Vindoniſſam.*
- *Argentinenſis. Conuertit Argentinam ad Chriſtum S. Maternus. Epiſcopus 1. S. Amandus, circ. 630.*
- *Spirenſis. Erat iam anno Domini 348.*
- *VVormacienſis. Sub Clodoueo circ. 500. cœptus.*
- *Herbipolenſis. Prædicauit ibi 680. Chriſtum S. Chilianus.*
- *Auguſtanus. Epiſcopus 1. Narciſſus, ſiue Soſimus, circ. 300. ſalutis.*
- *Aiſtetenſis. circ. 744. cœptus.*
- *Hildeshaimenſis. Guntharius 1. Epiſcopus. 814. ſub Carolo M.*
- *Badebergenſis. Fundatus circ. 794.*
- *Halberſtatenſis. circ. 780. inceptus.*
- *Verdenſis. Cœptus circ. 776.*

Sub

Sub Colonienſi Archiepiſcopatu ſunt Epiſcopatus:

- *Monaſterienſis, olim Mimigardeuordenſis, vel Mimigrodenſis. Eius Epiſcopus 1. fuit S. Ludgerus circ. 800.*
- *Traiectenſis. Epiſcopus 1. VVilibrodus circ. 700.*
- *Leodienſis, olim Tungrenſis. Epiſcopus ibi 1. S. Maternus, 102. Domini.*
- *Mindenſis. Herimbertus 1. Epiſcopus circ. 790.*
- *Oſnaburgenſis. S. VVihon vel VVitho, 1. Epiſcopus, 780.*

Sub Treuirenſi, comprouinciales, et Suffraganeatus titulo, Epiſcopatus ſunt circuli Rhenenſis:

- *Metenſis.*
- *Tullenſis.*
- *Virdunenſis.*

Sub Magdeburgenſi, Epiſcopatus comprouinciales, in ſuperioris Saxoniæ circulo:

- *Merſenburgenſis, in Turingia.*
- *Numburgenſis, vel Cizenſis, vel Mammillenſis, in Miſnia.*
- *Brandenburgenſis, in vetere Marchia.*
- *Hammelburgenſis, vel Hauelburgenſis, in Saxonia.*

Suberat olim & Miſnenſis: ſed poſtea munificentia Cæſarum ac Pontificum, libertate donatus fuit.

Sub Salisburgenſi, Epiſcopatus:

- *Tridentinus.*
- *Brixienſis. Inchoatus 1038.*
- *Patauienſis. Cuius antiquitas inde æſtimari poteſt: quod Erchenfridus, Laureaci 570. Domini anno Chorepiſcopus & Decanus, poſtea 608. factus eſt Patauienſis Epiſc. Numeratur autẽ IX. Laureacẽſis Epiſcopus.*
- *Friſingenſis.*
- *Viennenſis.*
- *Seccouienſis.*
- *Gurcenſis.*
- *Lauentinenſis.*
- *Chyemenſis.*

Olim etiam Ratisbonenſis ſuberat: poſtea verò ab omni Archiepiſcopali iugo exemptus, Papæ ſolius perhibetur eſſe.

Sub Bremenſi comprouinciales Epiſcopatus, vel Suffraganeatus:

- *Lybecenſis. Olim Aldenburgenſis: cuius Epiſcopus 1. fuit Marcon, ab Othone M. 940. ibi ordinatus. Aldenburgenſi Epiſcopatu Lybecam translato: Epiſcopus. 1. eius erat Geroldus Bauarus, anno 1160.*
- *Suerinenſis, in Mechelburgia. Epiſcopus 1. Berno, circ. 1150.*
- *Lebuſinenſis.*
- *Sueſuicenſis.*
- *Ratzemburgenſis.*
- *Hamburgenſis: olim Archiepiſcopatus, & Metropolitanus omnium aquilonarium prouinciarum: nunc, cũ Bremenſi vnus factus. Heridagus, à Carolo M. 1. illius Epiſcopus conſtitutus. Sed coniunctio hæc, circ. 831. facta.*

Sub Rigenſi, Epiſcopatus:

- *Reualienſis.*
- *Curienſis, vel Curlandienſis.*
- *Oeſelienſis.*
- *Derptenſis, & alij. Munſt. lib. 3. cap. 489.*

Sunt alij quoque Epiſcopatus in Germania:

- *Baſilienſis. Erat iam anno 238. Chriſti.*
- *Sedunenſis. Ibi 806. Theodulus erat Epiſcopus.*
- *Lauſannenſis.*

Sed ij Biſantino Archiepiſcopatui ſubſunt: qui non Germaniæ, ſed Galliæ, Archiepiſcopatibus annumeratur.

Et alij, à ſubiectione liberi: vt,

- *Caminenſis in Pomerania. Epiſcopus 1. Adelbertus, 1115.*
- *Vratiſlauienſis in Sileſia.*
- *Olmuntienſis in Morauia.*
- *Florentinenſis ad Albim.*

De Epiſcopatibus, ſatis. Redeo ad maieſtatem Imperatores legendi, Germanicæ nationi commiſſam, ac propriam dicatam.

Cæſaris, vel Regis Germaniæ, creandi ritus.

Creatio Cæsaris Romani.

1. Moguntinus Archimyſta, quando nouus Rex Occidentis legendus eſt: literis Electores, & cæteros Principes, Francofordiam ad certum diem conuocat. Hæc enim vrbs, ſuperiorem ab inferiore Germaniam diuidit.

2. Ibi in æde D. Bartholomæi, re diuina facta, in S. Euangelia iurant Electores: ſe citra amorem & odium, electuros Cæſarem Reipub. vtilem.

3. Francofurto diſcedendũ eis non eſt, Cæſare non deſignato. Niſi menſtruo ſpatio in aliquem legendum conſentiunt: periculum eſt, ne pane & aqua paſcantur: dum aliquem elegerint.

4. Qui deſignatus eſt Cæſar: ſe Principum & ordinum Imperij priuilegia confirmaturum, & conſeruaturum, iurat.

5. Pontifici Rom. deſignatus ille ſignificatur: vt ab eo ſcilicet approbetur.

Conditiones eligendi Cæſaris.

6. Idem renuntiatur publicè. Debet autem eſſe natione Germanus, liberæ conditionis, religionis Chriſtianæ: qui non habeat concubinam, ſed vxorem: nec ſit valetudinarius.

7. A Colonienſi Archiepiſcopo, Aquiſgrani, in Templo D. virginis, vngitur: non in capite (vt quondam Hebræi Reges) ſed in humero: nec, vt Monachus ſit: ſed, vt Maieſtas eius ſancta ſit.

Corona ferrea.

8. Ab eodem coronatur ferrea corona: tanquam inuictus, & vt hoſtes Imperij ferro domiturus: ac tenetur, ſtatim adminiſtrationem inire Imperij. Affectus fuit Carolus M. (ſcribente Munſtero lib.3.cap.199.) ſingulari fauore erga ciuitatem Aquas: id quod frequenti ſua ibi commoratione oſtendit: atque conſentientibus Imperij Proceribus conſtituit: vt Roman. Rex, in ea ciuitate primam Imperij coronam, eamq; ferream: ab Archiepiſcopo Colonienſi, in cuius ditione Aquiſgranum eſt, accipiat: argenteam verò, Mediolani: & auream, Romæ, ſuſcipiat.

Corona argentea.

9. Mediolani (antea, in pago Modoetia) ante S. Ambroſij altare, coronatur ab eius vrbis Archiepiſcopo argentea corona: quod debeat puritate virtutum excellere. Modoetia, aliter Modionum & Modona vocabatur, prope Mediolanum ſita. Sed & Moguntiacum ei nomen fuit: vbi quondam nobiliſsima Regina Theodelinda, Longobardi R. Agilulfi vxor, Regiam, aliaque magnifica ædificia, ædificauerat. Interdum argentea corona, primo imponebatur: poſtea verò, ferrea.

Modoetia.

Corona aurea.

10. Romæ, in æde S. Petri, ante D. Mauricij altare, aurea corona inſigniebatur à Papa: ob potentiam & maieſtatem eius ſignificandam: vt, quemadmodum omnibus metallis aurum præſtat: ita Imperium ipſius præcedat dignitate cuncta Regna. Tum demum Imperatoris nomine afficiebatur: antea, tantum Regis Romanorum: vt ſupra dictum eſt.

Inſignia Imperij.

Cæterorum quoq; ornamentorum Cæſaris, certa ſignificatio eſt.

Purpura.

Nam purpurea veſtis, ſiue rubrum ſcarlatum, ſignificat ardentem amorem: quo erga Deum & ſubiectos flagrare debeat.

Corona.

Corona aurea capitis, potentiam eius dominandi, eminere ſupra cunctos.

Sceptrum.

Sceptrum in dextram datum, poteſtatem regendi (τῶ σημαίνειν) tributam: cum vſurpatione tamen clementiæ in mandatis dandis.

Pomum.

Pomum in ſiniſtra aureum, dominatum innuit ſuper orbem terrarum.

Gladius.

Gladius, defenſionem iuſtitiæ, punitionem ſcelerum, & Imperij tuitionem. Hic gladius, ſecularis: alter verò, ſpiritualis: datus per Petrum ſcil. Pontificibus.

Solium.

Solium inauratum, in quo collocatur, ſignificat: Regnum eius debere aureum eſſe, plenum iuſtitia & miſericordia: atq; conſtantiam requiri in promiſsis.

Lancea.

Accedebat ad inſignia Imperij, etiam lancea: de qua dudum in ſuperioribus diximus. Inſignia autem illa (coronam, ſceptrum, pomum, lanceam) Tritenhemius Comment. de Princip. Bauar. ait, Noribergæ aſſeruari. Talia quondam, temporibus Tarquinij, Rom. Regis, ei ab Hetruſcis allata fuere: quibus illi ſuos Reges ornabant: corona aurea, ſella eburnea, ſceptrum cum aquila in ſummo, tunica auro & purpura diſtincta, & toga purpurea picta. Dionyſ. Halicarn. lib.3.

Vicarij Electorũ principũ. Bappēhaimij.

Habent Electores Principes, Vicarios officiorum ſuorum: ſi quis illorum non poſsit adeſſe. Vt, quòd tunc Calatini, hæreditarij Mareſcalci Rom. Imperij facti ſunt: ideoq; bis poſitos, enſes decuſſa-

decuſſatos, in ſuis Inſignibus geſtant. Ii nunc Bappenhaimij vocantur: fungentes múnere Electoris Saxoniæ, ſi is abſit. Hic Vicarius, ſemper eſt ex Bappenhaimia familia: & quidem, horum natu maximus. Auctor, Doctor & Canonicus Auguſtanus, Matthæus Bappenhaim. in libro: quem de familia Bappenhaimia ſcripſit: deducens ex antiquiſſimo Calatinorum Rom. genere. Mareſcallus autem, Præfectum equitum ſignificat, Comitem ſtabuli, conneſtabilium, ἱππαρχον. *Mareſcallus.*

Tranſlato ſic ſtabiliter ad Germanos Imperio: Sueuia, & reliqua Germania, cœpit iam magis, quam antea, oppidis, arcibus, pagis, frequentari, & egregiè ornari: aſpera & impedita loca expurgari, atq; excoli: terra eius, atq; adeo cœlum ipſum, miteſcere: vt Germania non amplius iam eſſet (multo minus hodie ſit) informis terris, aſpera cœlo, triſtis cultu aſpectuq;: ſicut à Corn. Tacito deſcribitur. Miraretur vero nunc ipſe Tacitus: atq; intuens, quantum hodie mutata eſſet ab illa priſca Germania, tacitè admiraretur, vel obſtupeſceret potius: ſi tot vrbes videret, magnas & munitiſſimas: tot arces, in locis altis: tot magnificas domos, ac Templa ampla celſaq;: tot pagos populoſos, prata læta, vineas ornatas, agros fertiles, hortos arboribus & herbis conſitos. Ad tantam verò multitudinem armorum, ferreorum militum, ac tonitrua æneorum tormentorum, ad doctrinam artium ac diſciplinarum, Tacitus, profectò tacitus inſtar lapidis ſtaret obſtupeſcens.

Germaniæ exornatio. *Tacitus, de vetere Germania*

Teſtimonium Marci Guazzi (in Chronicis ſuis de dignitate Imperij ad Germanos translata ſcribentis) de præſtantia Sueuorum & Germanorum.

Nel tempo felice de Romani, inquit, erano di puoca conditione, & puoco ſtimati, i Germani. Et cio ſi cognoſce, poi che puoche coſe di loro hanno ſcritto gli Autori. Vennero poi à tanto i Germani: che de Franchi, de Hiſpani, de Vngari, & d'altre nationi, triomfarono: Retia & Norica aſſaltaro: & Vennero ſino in Italia. Gulio Ceſare, domatore de le terre: ancho che gran choſe in terra Tedeſca habbia fatte: nientedimeno mai può redomare i S V E V I, *& i Suizzeri. Ne Ottauiano Auguſto: anchora che fuſſe fortunatiſſimo Imperatore. Molti de ſuoi furono tagliati à pezzi da Tedeſchi. Gran choſa è, che Romani, c'haueano il dominio del tutto: ſenza i Germani ſuſſidi non poteano far gran coſe. De quai la virtù, & la fede, era tale in battaglia: che la ſquadra loro, à cuſtodia di Ceſare ſe eleggeua. Poi più ſe dimonſtro la ſua grandezza, hauuto c'hebbe l' Imperio.*

Sueuorum & Heluetiorum præſtantia.

Hæc omnia de Imperio Germanico, ideo etiam prolixius commemoranda duxi: vt ſolium Regium Imperatoriumq;, præparatū ſit: in quo aliquando Hohenſtauffenſis quoq; noſtra VVirtembergia familia Ducum Sueuicorum inclyta, conſideat. Hæc, hactenus.

Hohenſtauffenſes.

Hoc etiam 998. anno (alij, ſequenti) Papa Gregorius, Othonis Imp. cognatus, 12. Calend. Mart. obijt: nec ſine Veneni ſuſpicione: quòd homini Germano, Germaniam exornanti, oblatum fuerit. Succeſſit in locum eius, Othonis III. *præceptor (vir doctiſſimus, præſertim in artibus magicis) Syluester* II. *(ante Gerebertus, vel Gilbertus, dictus) ac ſucceſſit Diabolo adiutore. Legatur B. Platina, & alij.*

Syluester II. Papa.

ADELHAIDIS AVGVSTÆ MORS. FABVLOSVS EIVS FIlius Erneſtus. Chriſtiani Vngarici Regni principium. Oſſium Caroli M. effoſſio. Comites Tybingenſes. Mors Othonis III. Impura eius vxor, combuſta. Auguſtanus Epiſcopus Sigefridus. Deſolatio Augienſis Monaſterij.

CAPVT VIII.

ANno 999. Adelhaidis Imperatr[illegible] Othonis Magni vidua, diem ſuum obijt: quā peruenisse ad magnam ſenectutem, [illegible] facile videre eſt: quod 932. anno nupta Lothario, Italiæ Regi, fuerat: poſtea verò 951. Othoni primo. Vixerat hoc defuncto ſic: quaſi non ſibi nata eſſet, ſed inopum tantum vſibus. His, quicquid potuit, impertiuit. Vidimus eam creberrimè (inquit M. Scr. Chronici ἀνώνυμος *auctor) more Ruſticarum ſuccinctam: ambabus pro dextra vtentem manibus: tam diu huic pio inſiſtere labori: quouſq;, vacillante inceſſu, non largitate, ſed corpore deficiens, neceſſario ſe reclinaret. Interim vrbem quæ Celſa dicitur, ædificans: collectis ibi Monachis, omnibusq; perfectis: emeritæ admodum ætatis, ad eum, quem ſemper ſitiuerat, 16. Calend. Ianuar. migrauit: atq; in Baſilica Saliſenſi (quam ipſa in honorem Apoſtolorum Principis conſtruxerat) honorificè ſepelitur.*

Adelhaidis Imperatricis mors. *Celſa C.*

De hac Adelhaide, liber Germanica lingua Poeticus, olim typis excuſus eſt: & Tritenhem. de origine Principum Bauarorum quædam habet: tanquam ipſa filium habuerit, Erneſtum nomine: cuius hortatu, Othoni I. nupſerit. Erneſto beneuolentiſſimum initio fuiſſe Vitricum Othonem: Der habe jhn vmbfangen *(ſic in vetere Dialecto Germanica)* mit den Armen ſiner waren münniglichen Liebe. *Ἀλλ' ἄτυς πιεστῦλίας. Sequitur, Vitrici amorem hunc, vitreum fuiſſe: calumniante Palatino quodam Henrico Erneſtum: quaſi Cæſaris vitæ inſidiaretur. Bello inter eos exorto, Othonem bis victum eſſe. Henricum poſtea, deprehenſum Spiræ in conclaui Cæſaris ſolum, ab Erneſto, & propinquo eius VVetzilone, interfectum eſſe: Cæſarem vix in ſacellum effugiſſe: Percuſſores fuga ſibi, tanto facinore edito, conſuluiſſe. Proſcriptus eſt deinde Erneſtus (inquit fabulator) & adempta ei omnis ſua ditio: cuius caput, Ratisbona.*

Erneſti, Adelhaidæ F. conflictatio cum vitrico Othone.

Ad ſepulcrum Chriſti peregrinatio.

Inde idem Erneſtus, & VVetzilo, ab Adelhaide argento & veſtitu occultè inſtructi (ἰσοδιαθέντες) multo cum comitatu, ſepulchrum Domini petituri, ſua peccata expiaturi, per Vngariam Conſtantinopolin deſcendunt: honorificè accipiuntur, ac magnis cum muneribus dimittuntur. Multa iuuentus Græca, vna cum eis Palæſtinam petitura, naufragio perit: vix Erneſto & VVetzilone cum ſuis euadente. Tum variam experiuntur fortunam. Nam quodã ipſi in loco, homines, inſtar gruum roſtratos, inueniunt: quorum Rex, ſponſus erat: erepta alij ſponſo pulcherrima virgine: quam tamen iſte γαμψόῤῥαμφος, Erneſto cæterisq; peregrinis conſpectis, cum ea ab epulo deduceretur noctu in thalamum, roſtro peremit (ne ſcil. ab illis ea ſibi eriperetur) ſed viciſſim ab eis peremptus eſt. Ferro hinc ſibi viam aperientes, multis barbarorum interfectis: vix in ſuam nauim euadunt.

Magnetum montes.

Veniunt inde nauigantes ad montes magnetum, ferrum attrahentium. Quorum flammis cæteri pereunt: ſoli Erneſtus & VVetzilo, atq; alij quinq;, euadunt. Sex deinde ipſorum, coniunctis identidem binis, inſuti pellibus bouinis, cum armis in corpore (ſeptimo, qui neminem inſuentem habebat, ad pereundum fame relicto) à gryphibus in longinqua terræ ſaxa alta, in nidos pullorum deportati, difficulter euaſerunt.

Gryphes.

Poſtea, rate facta, fluminis impetu per montem tenebricoſum, inter magnos ſonitus, vecti ſunt. Sed ſuccurrit eis lumen carbunculi, è ſaxo abſciſſi.

Cyclopes.

Repererunt inde Cyclopas ſingulorum in fronte oculorum, qui cum admiratione ſpectabant hos peregrinos binorum oculorum, tanquam quædam monſtra. (Sicut ſcilicet Pintzgoienſium Ruſticorum illi, qui ſtrumas habent: quando aliquem ſtrumæ expertem vident: derident eum, anguſtè clamantes: Ecce, Rupili, colla anſerina.)

Pigmæi & grues.

In regionem dehinc pygmæorum delati: qui ita à gruibus infeſtabantur: vt interdiu tuti non eſſent: ſed noctu arationes ſuas facere cogerentur: illas aues pugna victas, longè expellunt: & ſic pace, pygmæorum genti reddita: multo auro, argento, gemmis, ab illis donantur. Auxilio poſt hæc Regis Babylonij, quem deprecatione ex captiuitate Indorum exemerant, Hieroſolymam veniunt, & ſacra loca honorant. His geſtis, Romam Erneſtus (ſocios omittamus) nauigat: vbi à Pontifice abſolutionem peccatorũ ſuorum conſecutus eſt.

Reditus Erneſti, Noribergã.

Habitu exinde mendici, quòd à vitrico Othone ſibi metueret, Norinbergam venit: vbi ille Cæſar, conuentum principum agebat. Ibi cum ſe matri Adelhaidæ clàm aperuiſſet: ab ea interrogatus, cur ita canus ante ætatem eſſet, cauſam in ærumnas ſuas contulit.

Sölch grawe haar/ vnd alt geſtalt/
Kümpt mir von vbel manigfalt.

Poſtridie, ipſo natali Domini, Epiſcopo quodam de dilectione (quia de toto negotio præmonitus fuerat) verba in Templo faciente: ad pedes Cæſaris, ſpecie mendici, Erneſtus ſe abijciens, deprecantibus pro eo matre & Principibus, in gratiam à vitrico receptus eſt: à quo etiam omnem ſuam ditionem recepit.

In gratiam à vitrico receptus.

Seſſio autem Cæſaris & Dominæ, ibi deſcribũtur ſic Germanicè.

Cæſaris habitus.

Kayſer Otho was mit Hochzeitlichem Klayd köſtlich angelegt (als dann der Kayſer ſitt iſt an hayligen Tagen) vnd vff ſim Houpt trug er des Römiſchen Richs Krone: mit viel gebrängs der ſtoltzen edlen Fürſten/ Grauen/ Frien/ Rittern vnd Knächten: Vnd ſaß vff ein hohen zierlichen ſchönberaiten Künigſtule. Es war auch nach jhm angefürt/ ein zart ſorgfeltig Frow/ Adelheit die Kayſerin: mit auß dermaſſen ſchönem Klaid: Sonderlich einem köſtlichen Märderinen Mantel/ von Purpur/ vnd mit einer güldinen Spangen/ mit edlem Geſtain auß India/ vnd ſchönen Häfftlin von ſchönem lautern Gold: Daruon die gantze Kirch erlücht ward/ vnd von dem Sonnen widerglaſt. Sie ward gar ehrlich/ mit viel zierlichen edlen Frawen vnd Jungfrawen/ in den Chor eingefürt: vnd von jedermenniglich/ vmb jeren geraden ſtoltzen Lib/ vnd adelich geſtalt/ gelobt. Vnd ward näben den Kayſer/ auff den Künigſtul geſetzt.

Habitus Adelhaidis.

Poeſis ſuperiorum ſeculorũ.

Superiora & hæc, ideo recenſere volui: vt intelligatur, à Poetis aliisq;, vt Monachis, non

rarò

rarò ob charitatem erga aliquem inſignem, aut benemeritum hominem, quædam liberius, conficta eſſe: quod alias etiam antea notaui. Qualia ſunt miracula, quibus Sancti corruſcaſſe inuſitatis & incredibilibus narrantur. Exempli cauſa, in hoc ipſo libro.

Colligebat S. Adelhaidis quodam tempore micas in menſa: cumq́; Cæſar interrogaret, quid illa in manu haberet: reſpondit, Margaritas. Ac manu aperta, margaritæ erant. *Miracula Adelhaidis.*

Idem Cæſar, periculum obedientiæ eius facturus, iuſſit: vt ſe veſtibus exueret, cædendam virgis. Ipſa pallam exuente: radij Solis, corpori eius irradiantes, pro tegumento fuere, ne innocens cæderetur. Tunc Cæſar eam ſuppliciter veniam orauit. De Adelhaide, hactenus.

Romæ circa hoc tempus, hoc eſt factum. Cum Ducis Sueuiæ Herimanni milites, Monachorum S. Pauli prata occupaſſent: ab his ſæpe rogati, excedere noluerunt: donec fulmine quatuor ex eis percuſſi, cæteris fugam iniecerunt. Chronic. M. Scr. *Sueuici milites.*

Anno Domini 1000. Regno Vngariæ Chriſtiano initium datur: Stephano ibi facto 1. Rege, A. 30. *Vngari, Chriſtiani.*

Hoc tempore Otho ex Italia glorioſe redit in Germaniam: obuiam ei venientibus honoris cauſa, Francis, Sueuis, & aliis, cateruatim.

Conuentum deinde Aquisgrani, menſe Maio egit. Ibi admirationis cauſa Karoli M. Imp. oſſa, contra Eccleſiaſticam diſciplinam ſcire volens, vbi requieſcerent: rupto clam pauimento, vbi illa eſſe viderentur: reperit corpus in Regio ſolio, & varias res: vt, crucem auream, in collo eius pendentem: & partem veſtium nondum putrefactam. Quæ duo accipiens, res cæteras repoſuit cum veneratione. Sed inde vltio Iudicis æterni ſecuta eſt. Nam Karolus ei ſecundum quietem apparuit: atq; ſine hærede moriturum dixit. Chronic. M. Scr. Adelbertus, Palatinus Tubingenſis, Dominus Gernhuſæ, & Brentianæ vallis, viuebat. *Sepulcri apertio.* *Tubing. Palatinus.*

Ante ipſum erat circa 912. annum, Ludouicus Tubingenſis: qui Henrico 1. contra Vngaros affuit: vt & frater eius Ernfridus, Comes Herrenbergenſis. Quorum frater fuit Hunefridus, Comes Brigantiæ, pater huius familiæ. Soror ipſorum Mechtildis erat, Cunoni Zimbrenſi nupta.

Hos præceſſit Rolandus, circ. 840. Qui dicitur arces Herrenbergæ & Tubingæ extruxiſſe. Fratrem habuit Rodericum, Palatinum Rhætiæ ſuperioris: qui à Ludouico 11. Franciæ & Germaniæ Rege, ſede ſua priuatus, ad lacum ſe Podamicum contulit: vbi alias emit arces: Arguntzam, Tetnangum, Imeſtadium, Buccium. Cuius poſteri plura caſtella emerunt. Fratrem quoque habuit Cadelochum, ad Brigantium: & Aashelmum, Comitem Rhinecca & Feldkirchæ. Præterea Henricum, arcis VVerdenbergæ extructorem: à quo, Comites VVerdenbergij. Vxorem habuit Comitiſſam à Fadutz. Fratrem deniq; N. Comitem Beblingæ. *Herrenbergæ & Tubingæ arces.*

Antiquior his fuit Adelbertus, Comes Rotenſanius, anno 760.

Longe autem ante vixit Rabotus: anno ſcil. 419. Indict. 2. Tubingam muro cingens: quando Imperator fuit Theodoſius iunior. *Tubingæ murus.*

Primus denique Tubingenſis Comes, de quo aliquid fertur, Rabotus erat: qui 71. anno, cum Romanis in obſidione Hieroſolymitana fuiſſe dicitur. Hæc, ex chartis M. Scr. penes quas fides eſto.

Terræmotus 1000. anno fuit maximus: & cometa 19. Calend. Ianuar. circa horam 9. aperto cælo, tanquam facula ardens, cum longo tractu fulguris inſtar ſuper terram. Alij ad 999. referunt. *Cometa.*

Anno 1001. in Italiam redijt cum exercitu Otho: & Campaniæ caput Capuam, quã priore anno Saraceni ceperant, recepit, hoſte è finibus pulſo. Abbate poſtea Glaſſenſi Romualdo, ipſum, vt peccatum Creſcentis contra fidem datam interempti elueret, Monachum induere hortante: ſe facturum reſpondit: vbi Romanorum nouis ſeditionibus prius compreſſis, Rauennam rediiſſet. Ille eum, ſi Romam videret, Rauennam rediturum negauit. Sigon. *Othonis in Italiam reditus.*

Anno 1002. Romæ natalitiis celebratis. Otho componere res Eccleſiæ & Reipub. conabatur. Sed concitata ſeditione à Romanis (Imperij titulos ad exteros translatos eſſe, indignantibus) exire coactus eſt, aliquot militibus cæde amiſſis. Cumq; in Lombardiam pergeret: accepit chirothecas venenatas, tanquam amoris cauſa, à formoſiſſima (cum qua ipſe conſueuerat) vidua Creſcentis (quæ dolebat eius diſceſſu, cuius coniugium ſperauerat) miſſas. His ipſe ſenſim infectus, apud Paternum 12. Calend. Febru. (ſic Italus. Vrſpergenſi verò 5. Cal. Febru. 1001.) extinctus eſt. Cadauer eius aromatibus infertum, & ornatu Regio celatum, cum Imperij inſignibus, milites, etſi incurſationibus Italicorum ſæpe appetiti, tamen fortiter defenſum, *Chirothecis venenatis interitus.*

Auguſtam Rhætiæ deportarunt: cum quidem S. Burcardus, VVormacienſis Epiſcopus, à Moguntino Archiepiſcopo VVilligiſo (vt apud Bruſch. eſt) ob eam rem curandam miſſus fuiſſet. Sepulturacius. *Ibi in oratorio S. Vdalrici, in auſtrali parte Monaſterij S. Afræ, inteſtina illius in duabus lagunculis ſunt humata: reliquum corpus, Aquas deportatum eſt: & in Choro medio Templi S. Mariæ, ſemper virginis, honorificè ſepultum.*

Auguſtæ Epitaphium Othonis, in lapide Protrito.

Romani Imperij decus amplum, TERTIVS OTTO,
Oſſa in Aquis Grani, hîc viſcera clauſa tenet.

Hoc illi ſaxum dicauit Ioannes, comes de VVerdenberg, Epiſc. Auguſt. anno Chriſti 1480.

Maxima pars procerum (vt in Chron. M. Scr. ad verbum legitur) qui his exequijs intererant, Herimanno Duci auxilium promittunt ad appetendum Regnum: Henricum (Ducem Bauariæ) mentientes ad hoc non eſſe idoneum, propter multas rerum qualitates. Hic erat Dux Alemanniæ & Eliſatiæ: benè timoratus & humilis homo: ſed ſeductus eſt ab his, quibus lenitas eius placebat.

Hermannus, Sueuiæ & Alſatiæ Dux.

Nullos liberos, vt dictum eſt, reliquit Imp. Otho III. Vxorem enim Hiſpanam, libidinoſiſſimam & ſterilem habuit. Amauit ea in ſuo Gynaceo quendam iuuenem, veſtitu muliebri occultatum: ſicut olim Achilles, in aula Lycomedis, Principis inſulæ Scyri, virginali habitu latens, eius filiam compreſſit: Neoptolemo, ſiue Pyrrho, ex ea ſuſcepto: anno ante Chriſtum circ. 1192. Otho cum infamiam domus ſuæ reſciuiſſet: iuuenem in conuentu multorum Principum, veſtibus exui imperat: qui pro fœmina mas repertus, viuus igni crematus eſt. Veniam tamen adultera, à clemente marito conſecuta eſt. Sed improbitatem ſuam non correxit.

Maria Hiſpana, vxoris Imp. Othonis, ſcortatio et exitium.

Nam in Italia apud Mutinam, generoſus quidam Comes erat: cuius pulchra ſpecie, Maria iſta capta, eum in amorem ſui pellicere ſategit. Repulſam vero paſſa à viro honeſtiſſimo: amore ſe in odium vertente, ira furere cœpit. Inde, vt Viterbienſis loquitur:

Calumnia eius in Comitem generoſum.

Protinus aſcito queritur Regina marito:
Suggerit, vt Comitis caput amputet enſe petito.
Crimine mentito, credidit Otto citò.

Quam calumniam intelligens Comes: totam optime mulieri, vxori ſuæ, patefecit:

Dicens, opto mori, quam Regis obeſſe decori.
Se mihi proſtituit fœmina digna mori.

Obſecrat igitur vxorem: vt iudicio candentis ferri ſi res poſtulet, innocentiam ipſius purget. Hortante eum vxore, aliquo profugere:

Ille refert: Magis opto necem, quam ſons reputari.
Qui fugit, ille magis ſuſpicioſa trahit.

Accitus poſtea Comes iudicio capitis damnatur à credulo Imperatore, ac ſupplicio affectus perit. At feſtinandum non erat.

Nulla vnquam de morte hominis cunctatio longa eſt, *Iuuenale teſte.*

Roncaliæ. *Cum deinde ius viduis ad Roncalias ab Othone diceretur: venit & hæc miſera, Imperatoremq́; interrogat: qua pœna dignus ſit ille, qui hominem iniuſtè damnet, & capite mulctet? Reſpondit Otho, capitalem pœnam commeruiſſe.* *Viduis ius dictum.*

Intulit hæc: Tua te, Cæſar, ſententia damnat.
Fraude meum iugulaſſe virum te crimine pandam.
Si vis, iura coli: te decet inde mori.

Imp. Othonem vidua accuſat.

Obſtupuit, his auditis, Imperator. At quomodo, inquit, iſtud probabis?

Ecce caput comitis (inquit comitiſſa) paratum.
Fraude tua perijt: proprium cognoſce reatum.
Suſcipe iudicium, te perhibente datum.

Cæſare iure affectum eſſe dicente Comitem ſupplicio: illa geſtatione ignita lamina innoxia, contrarium euicit.

Mira viri bonitas: ratione poteſt ſuperari.
Fœmineis manibus ſe ſinit ipſe dari.

Attamen ad pœnam ſubeundam, deliberandi ſpacium petit: atq́; intercedentibus pro eo principibus vtriusq́; ſexus perſonis: impetrat dies, primo decem, deinde (identidem redeunte accuſatrice, eumq́; ad pœnas poſcente) octo, tum ſeptem, poſtremo ſex.

Nec

Nec tamen illa dedit: niſi Rex promitteret illi:
Quod prius ignitis pereat Regina fauillis.
Hoc vbi conuenit: vita redempta redit.

Tunc mulieri, ipſum abſoluenti, caſtra pro numero vadimoniorum dilatorum dedit: quorum Herm. Æditu us commemorat (in Hetruria ſitorum) nomina: Caſtrum decimum, Caſtrum octauum, Caſtrum ſeptimum, Caſtrum ſextum. Hæc, de hoc indicio. Mirum autem eſt: non reperiri aliqua miracula: quibus ille Comes, poſt innocentem mortem ſuam coruſcauerit: ſicut poſtea, imperante Henrico II. Eduardus Angliæ R. (teſtante eodem Ædit.) nouercæ ſuæ calumnia peremptus, miraculis coruſcauit. Fortè nihil contulerat in Monaſteria.

Vidua ſatisfactum.

Eodem 1002. anno, Auguſtanus Epiſcopatus fuit commiſſus Sigefrido: qui cum A. 6. & M. 6. præfuiſſet: obijt 1009. ſepultus in cathedrali D. virginis Baſilica, prope veterem Chorum, iuxta deceſſores ſuos, Luitholphum ac Gebhardum Epiſcopos.

Eodem anno, Conrado X. Hirſaugiæ Abbate (viro bono, docto, cultore monaſticæ diſciplinæ ſtudioſo) mortuo: cum nouus Abbas eſſet eligendus: Comes Caluenſis, cœnobij Aduocatus, armata manu obſtitit, ne vllius electio fieret. Præfecit Monachis Oeconomum ſuum hominem ſecularem: donec Abbas, quem ipſe promittebat, veniret. Qui ſi veniſſet: ſe omnia ablata reſtituturum Monaſterio. Id quod ad Calendas Græcas futurum erat. Re vera enim cogitabat aſtutus vir: vt, Monachis vel mortuis, vel expulſis: ipſe ad ſuum ius (inquit Tritenhemius) omnia reuocaret. Facile autem poſt triennium fermè, inter Oeconomum & fratres orta diſſenſione: anſam nactus homo auarus, Monachos omnes expulit: præter duos, qui Euerhardo (de quo ſuprà cap. 4.) dudum adhæſerant: parteſq; Comitis tutati fuerant. Illi, qui expulſi erant, Abbatem in exilio elegerunt: ſed is nunquam in poſſeſſionem venire potuit. Qui quoquouerſum diſperſi, iniurias ſuas quiritabantur. Sed nemo contra potentiorem opitulari volebat: aut poterat. Exactis deinde aliquot annis: illiſq; duobus etiam, qui remanſerant, ſublati: Monaſterium a Clericis ſecularibus inhabitatum eſt, & proſtibulum meretricum factum: quæ prauitas manſit vſq; ad tempora Comitis Adelberti: de quo dicetur ſuo tempore. Nebulones illi turpiſſimi, omnia delapidantes, ne precioſiſſimæ quidem Bibliothecæ, magno ſtudio auctorum (ſuperiorum temporum) Monachorum conſtructæ, pepercerunt: ſed vendendo libros precioſos hinc inde vili diſſiparunt, aſini indocti, & fuſtibus nati. Cœnobij autem conſeruatione neglecta: iam ſuper ſanctæ Eccleſiæ altaria pluebat: pecora inter mœnia clauſtri ſtabulabantur: deniq; omnia ad vaſtitatem inclinabant. Res, Comiti pergrata: vt ipſe bonis frui poſſet, nihil reddendo. Duratura erat hæc depopulatio, annos tres & ſexaginta. Nunc aliquantum inter quieſcamus.

Caluenſis Comitis iniuria in Hirſaugienſe Monaſteriũ.

Clericorum ſecularium ſcortatio.

Cœnobij vaſtatio.

Finis libri quinti, in ſecunda parte Annalium Sueuicorum.

MARTINI CRVSII, GRAECAE ET LATINÆ LINGVÆ IN ACADEMIA TYBINGENSI PROFESSORIS, ANNALIVM SVEVICORVM, IN SECVNDA PARTE LIBER SEXTVS.

Hoc libro deſcribemus res Sueuicas, & notabiles incidentes alias: quæ imperantibus duobus Auguſtis Henricis, Claudo & Nigro (Conrado etiam Saliquo, medio inter eius interiecto) factæ ſunt.

IMP. QVINTVSDECIMVS OCCID. HENRICVS II. ITAliæ Rex Ardoinus. Hermannus, Sueuiæ Dux, Henrico aduerſarius. Argentinæ per Alemannos occupatio, & direptio. Briſacum, dolo captum & direptum. Hermanno Rex Henricus reconciliatus. Octauus Alemanniæ Dux, HERMANNVS III. Tagino, S. VVolfgangi Diſcipulus, Magdeburgi Archiepiſcopus. Regis Heinrici expeditio Italica.

CAPVT I.

Ardoinus, R. Italia.

ANno Domini 1002. Othone tertio mortuo: in Italia Eporædienſis Marchio Ardoinus (in M. Scr. Chron. Hartunigus) Regiam & Imperatoriã dignitatem Italicis reſtituere conans, Rex ab eis declaratus Papiæ eſt: Arnulfo, Mediolanenſi Archiepiſcopo, aduerſante: quòd iniuſſu ſuo conuentus Papiæ, illius legendi cauſa, factus eſſet: id verò ius, ex antiquo D. Gregorij Pontificis decreto, ad ſe pertineret. Contra, in Germania factus eſt XV. IMP. CÆS. HENRICVS II. IVNIOR CLAVDVS, P. F. Aug. qui imperauit A. 23. M. 5. D. 21. concupiuerat equidem Marchio Ekkihardus (teſtante Chron.) in Regium thronum exaltari: ſed Lutharius Marchio, Giſelero Magdeburgenſi Epiſcopo, cæterisq; proceribus, è conſeſſu euocatis, perſuaſit: ne quenquam, ante comitia certi loci & temporis, Regem crearent. Ekkihardo dilatio moleſta fuit. Mi Luthari, inquit, quid aduerſaris? Et ille, Num currui tuo, refert, QVARTAM deeſſe rotam non ſentis? Ita interrupta eſt electio: & vera facta, antiquorum relatio: quòd VNIVS NOCTIS intermiſſio, fiat vnius anni dilatio: & illa, vſq; in finem huius vitæ prolongatio. Coactus eſt Ekkihardus acquieſcere. Sic regno excidit. Cæterum fuit Henricus filius Henrici ſecundi, Ducis Bauariæ: & Giſela, filia Conradi, Burgundionum Regis: nepos autem Henrici primi: qui, frater germanus Othonis M. fuit. Natus erat anno nongenteſimo altero abs ſeptuageſimo: vt in latino ſuo opere ait Auentinus: ſed, vt in Germanico, nongenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo: Abudiaci, villa & arce ad Danubium, 2. milliaribus ſupra Ratisbonam. Vxorem habuit Chunigundin Moſellanam: quam Pantaleon Sigefridi, Rhenenſis Palatini filiam fuiſſe dicit: M. Scr. Chronicon, ſororem Theodorici, Metenſis Epiſcopi. Ipſi ambo, perpetuam ſeruauere virginitatem: ac propter hanc, aliasq; virtutes, in album Diuorum inſcripti ſunt. Sacerdotes Monachosq; Henricus ditauit: poteſtatemq; venandi eis indulſit: vt ſcilicet prorſus eſſent à rebus ſecularibus auulſi: & vitæ Angelicæ, carnisq; experti, mancipati. Monachi enim (teſte Auent.) arrepta occaſione: ex paupertate, ſeuerioris religionis iugo excuſſo: licentius viuere cœperant: Myſtæ, & Auguſtiniani, atque ex atris albi, ex laneis linei facti erant.

Henricus II. Claudus, Occid. Imp. XV.

Mora nocet.

Henrici Imp. vxor, Chunigundis.

Monachi, ἀγγελικοί.

Anno 1003. primo vere, Rex Henricus exercitum, Othone (Carentinorum Principe: filio Conradi, qui in Vngarica Othonis M. ad Auguſtam pugna occiſus fuerat) Duce, in Italiam contra R. Ardoinum miſit. Qui ad Alpeis magno viciſſim exercitu occurrens, in Campo fabricæ Germanos vicit. Plerique Principes à Rege Henrico (teſte Schaffnaburgenſi) defecere: ſed poſt modicum correcti, in gratiam recepti ſunt. Inter eos fuit quoq; frater eius Bruno: nec non Alemannicus Dux Hermannus: qui, ipſe libenter fuiſſet Cæſar: de quo ex M. Scr. Chron. referam complura.

Ardoini de Germanis victoria.

Celebra-

Celebratis (inquit illud) diebus ordinationis ſuæ: Rex nouus Rhenum è Moguntia (vbi à VVilligiſo Archiepiſcopo inunctus & coronatus erat) tranſijt: & cũ maxima multitudine bellatorum, per Orientalem Franciam in Alemanniam irruit. Herimannus enim antea (collecto Alemannorum, & quorũdam Francorum, & Alſatienſium, exercitu) apud VVormaciam impedire tranſitum Henrici, ne Moguntiæ declarari Rex poſſet, tentatus fuerat. Sed Henricus, ſimulato in Bauariam reditu, quaſi tranſitum deſperaret: alio in loco Rhenum tranſierat, ac Moguntiam venerat. Coronam autẽ iam adeptus: depopulatione terræ, Ducẽ Alemannum ab inceptis conabatur auertere. Is autem, audito, ſuum agrum à Rege vaſtari: oppidum Argentinam, caput Ducatus ſui, cum Conrado germano fratre ſuo, copijs petit: quod eius ciuitatis Epiſcopus Vuicelinus (al. Aldouicus, vel Alevvicus) cũ Henrico contra ipſum ſentiret. Conſcendens itaq; muros (hodie non poſſet) in ciuitatemq; decurrens, nihil reliquit victus. Alemannorum enim turba, ad prædandum promptiſſima: inſcio Duce, maiorem etiam Eccleſiam, illam S. genitricis Dei Mariæ auguſtam, intrepide ingreſſa, omnẽ eius theſaurum diripuit: &, quod peius erat, igne domũ Domini conſumpſit. Tunc Antiſtitis militibus, Reinvvardo auctore, viriliter repugnantibus: maxima caterua hoſtium, proprijs haſtilibus perfoſſa corruit. Quod Herimannus inconſolabili queſtus mærore, diſceſſit: &, quia maior ciuium numerus reſtiterat, inultum reliquit.

Hermannus Sueuus, contra R. Henricum.

A Sueuis Argentina capta, & direpta.

Interim Regi apud Augiam inſulam, ad natiuitatem S. Ioannis Baptiſtæ commoranti, fama nuntiat: Ducem Herimannum aduentare, cauſa litem duello finiendi. Qui ſtatuit, hinc deſcendere: aduentumq; Ducis, cum iudicio pugnæ in pratis virentibus expectare. Ibi tunc celebrans Apoſtolorum Petri & Pauli diem feſtum: diuq; expectans, Ducem in incepto perſiſtere, nec velle, nec poſſe, comperit. Conſultum eſt ei à maleſuadis hominibus: vt in ciuitate Conſtantia, damnum Argentinenſis ciuitatis ſarciret. Nam eius oppidi Epiſcopus Lampertus, cum Curienſi Epiſcopo Odelrico (al. Henrico, vel Vrbero) Duci fauebat: ſed non tam ex animo, quam propter ciuitatis ad eius ditionem contiguum. Verum Rex, quod Deum timeret: & abſq; hoc victoriam ſperaret: illorum profana conſilia ſpreuit. Præſidia itaq; Ducis vaſtando circumibat: ſed ad extremum, miſerorum hominum gemitus clamoresq; miſeratus (ſciens, nihil eos in pertinacia Ducis peccaſſe) ab Alemannia abſceſſit: & in Franciam terram, vnicè ſibi dilectam, conceſſit. Hæc, in Manuſcripto hactenus, anno 1002. geſta referuntur.

R. Henrici clementia.

Iam verò quia in ſingulis Regnis anteceſſoris ſui, excepta Italia & Alemannia, Rex approbatus fuerat Henricus: primo vere (1003. anni) exorto: Herimannum Ducem, in Ciſalpinis partibus ſibi ſoli reſiſtentem, perſequi cogitabat. Erat hic Herimannus, filius Vdonis Ducis (Othonis) qui in Calabria cum multis (præced. libri cap. 2.) occubuit: quando Imp. Otho II. cum Saracenis pugnauit. Qui de vindicta Dei, quam Argentinæ commeruerat, multum timidius: populumq; ſibi moleſtum non amplius ſuſtinens: per interceſſores fidos, ſibi ſuiſq; fautoribus reconciliationem gratiæ apud Regem petebat.

Hermanni Ducis animus, ad pacem inclinans.

Antequam tamen conſilium faciendi hoc ab eo captum eſſet: Gebhardus, Alſatiæ Comes, accepto à Rege Comitatu quodam eiuſdem Ducis: cum domum rediret: iuxta vnum oppidorum eiuſdem, caſtra metatus eſt. A quo oppidani, vix pace vnius noctis impetrata: egreſſi poſtridie ſunt quaſi ad colloquẽdum: ſed reuera explorandum. E quibus quidam, velocitate pedum æquè, ac calliditate mentis, ſæpe probatus, propius acceſſit: ſigniferamq; lanceam, qua beneficium Ducis, idem Comes à Rege acceperat, coram tentorio eius affixam, eleuando circumſpexit: ad vltimum cum ea ſe in pedes coniecit: in oppidum ſecurus, cunctis eum incaſſum inſequentibus, pernicioſiſſimo curſu intulit. Magna tunc intus exultatio: porta, probè occluſa: Comes, tanquam honore ſuo amiſſo, irriſus. Tentare dulcibus ille verbis, ac magnis promiſſis, lanceam recipere. Sed cum id fruſtra fieret: tandem triſtis diſceſſit: tam ſpoliatus beneficio, quam militari ſigno.

Erant quoq; in munitiſſimo oppido, Brizach dicto, præſidij cauſa, Argentinenſis & Baſilienſis Epiſcopi. Horum milites quotidie pabulatum in vſum equorum, armati exibant. Qua re animaduerſa: milites Ducis, eo tempore, quo illi longius progreſſi erant: ſimili habitu, ſarcinatiſq; equis, ad oppidum cantantes pergebant. Tunc pro ſocijs à cuſtodibus portæ intromiſſi: proiectis illico oneribus, magna voce ſe hoſtes manifeſtant: epiſcopiſq; vix elapſis, quicquid occurrebat, diripiunt.

Briſacum op.

Poſt hæc verò Herimannus: pœnitentia (vt dictum eſt) ductus: tentato per deprecatores animo Regis, ac præmollito: Calendis Octob. Bruſellæ ipſe ſupplex ei factus, clementiam ac gratiam impetrauit: ſatis pro inobedientia, & damnis datis, fecit. Etiam Argentinæ ab eo ſatis-

Hermannus, Cæſari reconciliatus.

factum eſt: & Abbatia, quæ in ea ciuitate erat, reparata. Ita ſtatum ſuum retinuit: ac miles Regis effectus eſt: ſed non longo tempore poſt, fato functus.

Pacatis ferè hoc modo rebus Germaniæ: Regiam celſitatem firmiter Henricus retinuit: atque in Bauariam reuerſus: Ratisbonæ ab Eccleſia Præſule Gebehardo & Clero, cum totius populi tripudio, honorificè ſuſceptus eſt: diemq́ S. Martini hilarè ibi celebrauit.

Sueuiæ Dux VIII. Hermannus III.

Anno 1004. Cæſar Henricus, Alemanniæ terras, Hermanni Ducis ſui gubernatione nuper destitutas, filio ipſius eiusdem nominis, adhuc puerulo, ſub matris diſciplina viuenti, regendas commiſit: tanquã ſuo à linea materna cognato. Ita factus eſt Sueuorum Dux VIII. HERMANNVS III. *qui poſtea obijt anno 1012. Antea tamen quædam alia, atq́ Italica Regis expeditio, facta ſunt: de quibus referam.*

Archiepiſcopus Magadaburgenſis Giſelerus, 8. Kal. Febru. 1004. mortuus eſt: Regi Henrico charus, & fidelis in Saxonia Commiſſarius: licet ei antehac odio fuiſſet: quod Hermannum Ducem præponere voluiſſet. Tunc autem in maiorem Eccleſiam cunctis conuenientibus (teſtante M. Scr. illo Chronico) Rex Heinricus, baculo Arnulſi Epiſcopi, clerum & populum, cum redaenda ſummo Iudici ratione, Taginoni venerando patri commiſit: & eum in Cathedram Epiſcopalem ipſe conſtituit: præſentibus omnibus, laudes Dei canentibus. Hæc fuit χυεσrrie, ordinatio tertij apud Magdeburgenſes Archiepiſcopi: cum primus, nomine Adelbertus, anno 968. ab Othone M. per Moguntinenſem Archipræſulem conſtitutus fuiſſet. Fuerat hic Tagino (al. Daganus) clericus Ratisbonenſis Pontificis VVolfgangi Sueui, de quo antehac diximus: eiq́ tam charus, vt loco filij à primis annis nutritum, poſtea adultum, bonis ſuis omnibus præficeret. Inſuper Ducis & Imperatoris ei gratiam acquiſiuit tantam: vt, quando diuino iuſſu ipſe ex hac vita euocaretur: ille ſine dubio ſibi ſucceſſurus exiſtimaretur. Qui venerabilis Pontifex, conſummato huius exilij curſu admirabili ſanctitate: cum iam ad mortem ægrotaret: accerſitum Taginonem ita alloquitur. Pone, fili chariſſime, os tuum ſuper os meum: & accipe à Deo inſpirationem ſpiritus mei: vt, vbicunque ardore iuuentutis, genuina charitate es frigidus: à ſumma poteſtate Spiritus ſancti accipias temperamentum. Quod ſi meis fortè honoribus excideris: poſt decem annos, cum mea apud Dominum lucro commiſſa, maioribus pro certo lætaberis. Poſt hæc vir ſanctus, cum finem ſuum adeſſe in ſpiritu præſciret: iuſſit ſe in Eccleſiam portari. Expletisq́ ibi orationibus, & cæteris, quæ facienda erant, à fratribus: ſe & ſibi commiſſos, Deo commendans: pridie Kal. Octob. in pace ſpiritum emiſit. Igitur ille ab omnibus electus, ad Imperatorem Othonem III. venit. Hic verò Capellano ſuo Gebehardo Epiſcopatum commiſit. Cui Tagino viciſsim fideliter commiſſus: quamuis ab eo in honore haberetur: tamen morum eius inæqualitate non delectatus, ad Ducem Henricum reſpexit: eiq́ propter caſtitatem corporis & mentis perplacuit: cui etiam fideliter inſeruiuit, ipſum & conſortem Chunigundin honorans. Decennio itaq́ conſequendi honoris expleto: ad Magadaburgenſem Epiſcopatum ſublimatus eſt.

Tagino, Magdeburgi Archiepiſcopus.

Rex, Italicæ non immemor iniuriæ (Chron. M. Scr.) omnes ſuos fideles ad hanc vlciſcendam exhortatur. Martisburgo (Mersburgo) Magdeburgum venit: vbi S. Mauricij interceſſione, à Deo proſperitatem itineris petijt. Inde per Turingiam, & Orientalem Franciam, Ratisbonam proficiſcitur. Vbi habito Regali placito (conuentu, conſolatione) Henrico fratri Reginæ (Kynigundis) 12. Kal. April. cum omnium præſentium fauore, Ducatum Bauariæ cum haſta ſignifera dedit. Dehinc ad Auguſtanam vrbem appropinquans: ab eius Antiſtite Sigefrido honorabiliter introducitur. Ibi tunc duas noctes commoratus: Reginæ diligenti valedictione poteſtatem dedit, in Saxoniam abeundi, Archiepiſcopo Taginoni committens. Ipſe cum exercitu Tongam progreſſus: fratrem Brunonem, ſibi antea aduerſatum, tunc verò Vngarica interceſſione adiutum, in gratiam clementer recepit. Regina, Duce Taginone, Gerenrhotam venit: ibiq́ cum venerabili Abbatiſſa Hatvvige palmas ſolenniter peregit. Quarta feria Magadaburgum veniens: Cœnam Domini, & ſequentem Dominicæ reſurrectionis ſolennitatem, celebrauit. Rex verò, per multas viæ aſperitates Tridentum venit: vbi Palmas celebrans, exercitum à labore refecit. Conſedit Rex Hartvvigus, vel Aldoinus, magno cum exercitu in Veronenſi planitie: ita, vt Regi Henrico, tranſeundi eò nulla facultas eſſet: priuſquam à Carentanis, diuerſa in parte via patefacta eſt. Tum Veronam, Brixiam, Bergomum, Papiam, ſine incommodo venit. Papiæ ab Archimyſte, ac proceribus regionis, decenter exceptus eſt: cum cantu laudis admirabili ad Eccleſiam deductus: ac communi electione ſublimatus, in ſolioque Regali collocatus.

R. Henricus, Ratisbonæ.

Tonga.

Chunigundis Regina.

R. Henrici Italica expeditio.

Hæc

Hæc gaudia ciues (quòd Longobardis regimen Aldoini, gratius eſſe, quàm Henrici fore, videretur) improbi turbarunt, impetu nocte in palatium Regis facto: à quo tamen repulſi ſunt. Occubuit Giſelbertus, Reginæ frater, egregius iuuenis: ſed vltus eſt cædem eius VVolframus, Regis miles: in medium agmen proſiliens: & vnum ex eo, caſſide diſſecta, per iugulum interficiens. Interea Alemanni, cum Francis & Lutharijs, qui extra vrbem erant: reſcitis his malis, muros perfringunt, irruunt, oppidanos in domos vi reyciunt. Illi in earum verticibus ſtantes, tela deſuper fundere: ſed igni ſubiecto, mox conſumpti ſunt. Periit magna ex parte vrbs incēdio: à militibus ſpoliata eſt: ciues miſericordiam Regis implorarunt: quam conſecuti quoque ſunt. Hinc, multorum Italicorum deditio ſecuta. Ipſum Mediolanenſes cupidè exceperunt, nec libenter dimiſerunt. Reuerſus poſtea in Germaniam: Hermanno, Duce Alemanniæ præpoſito, vt antea diximus: natiuitatem Chriſti, Argentinæ celebrauit. In cuius feſti vigilia domus, in qua ipſe iura dabat, concidit: nemine, niſi vno Presbytero, & vna excommunicata matrona, extincto.

Giſelbertus, Chunegundis frater interfectus. *Papiæ incendium.* *Henrici R. in Germaniam reditus.*

SYNODVS EPISCOPICA R. HENRICI. MISSÆ EPISCOporum, vigiliæ & ieiunia Sanctorum. Abbates, Immo & Berno Augienſes, Burcardus Sangallenſis. Babenbergenſis Epiſcopatus fundatio. Ciuitas Babenberga. D. Georgius eques. Sudeti montes.

CAPVT II.

ANno ſalutis 1005. Cometa 1. Octobr. viſus eſt in parte Auſtrali: horribili ſpecie flāmas huc illuc iactitans. Secuta eſt dira fames (ex ea etiam peſtis) vbiq; terrarum. Alij ad præcedentem & ſequentem annum referunt. *Cometa.*

Hoc quoque tempore (teſte M. Scr. Chron.) magna Synodus in Saxonibus acta eſt Epiſcoporum Germaniæ, à R. R. Henrico & Chunigunde, vitiorum Eccleſiæ emendandorum cauſa. Decretum etiam eſt, vt in obitu alicuius Epiſcoporum: cæteri Epiſcopi infra 20. dies, niſi infirmitas corporis impediret, Miſſam pro defuncto celebrarent: idemq; vnusquiſq; Presbyterorum faceret: Presbyteri verò forenſes 3. Miſſas peragerent. Diaconi, & cæteri inferioris ordinis, 10. Pſalteria. Rex & Regina, infra 30. dies, mille quingentos denarios pro animæ redemptione erogarēt: & totidem pauperes paſcerent. Epiſcopi ſinguli, trecentos pauperes cibo reficerent: & 30. denarios expenderent: ac totidē lumina accenderent. Dux autem Bernhardus 1 ɔ pauperes paſceret. Vigiliam S. Ioannis, vigiliam Apoſtolorum Petri & Pauli, vigiliam S. Laurentij, & omniū Sanctorum: pane, ſale, & aqua, ieiunandas eſſe. Vigiliam aſſumptionis S. Mariæ, & omnes vigilias Apoſtolorum: ſicut in quadrageſima. Quatuor item tempora, ritu quadrageſimæ: excepta feria ſexta ante natalem Domini: qua pane, ſale, & aqua ieiunandum eſſe. Hæc, illi. Vtinam S. Biblia, Iudicem ſupremum viæ ad ſalutem æternam monſtrandæ feciſſent.

Synodus Epiſcoporum. *Miſſa pro defunctis.* *Vigiliæ & ieiunia.*

Tunc de ſolo egiſſent ſufficientiſſimo Chriſti merito: fiducia firma nobis applicando: ac fide bonis operibus, quæ à S. literis præſcribuntur, declaranda: Sacramentisq; à Chriſto inſtitutis cōfirmanda: non autem in noſtris benefactis confidendo: nec conſcientias infinitis traditionibus humanis onerando.

Sufficit enim Scriptura S. Ioan. 20. Hæc ſcripta ſunt: vt credatis, quòd hic Ieſus ſit ille Chriſtus: & vt credentes, vitam habeatis in nomine eius. Ioan. 5. Scrutamini Scripturas. Et 1. Cor. 1. Chriſtus eſt nobis factus à Deo ſapientia, iuſtificatio, ſanctificatio, & redemptio.

Anno 1006. fames per orbem terrarum, peſtilentiam tantam habuit Comitem: vt ſemiuiui abijcerentur in foueas cum mortuis, metu mortis. *Famis & peſtis.*

Immo, ex Prumienſi in Veſtria Abbate, Augienſis à Rege Henrico factus eſt: non voluntate congregationis huius, ſed coactu Regis. Eum tamen idem, vt Tyrannum, & Monaſterij depopulatorem, biennio elapſo rurſum expulit. Bruſch. *Abbates, Immo & Burcardus.*

Anno 1007. apud Sangallenſes, Abbatiæ præpoſitus eſt Burcardus II. (cū improbus Abbas Gerardus, menſe Iunio è viuis abiiſſet) magna cū gratulatione omniū. Profuit Monaſterio plurimū (teſte Bruſchio) reſarciens diligētiſſimè omnia: quæ à deceſſore tum neglecta, tum dilapidata fuerāt. Vocatus ſequenti tēpore à R. Henrico ad Saracenicam expeditionē (quæ gens Italiam ſæpe iamdudum vexabat: Sardiniam & Corſicam, longo iam tempore poſſidebat) profectus ad militiam cum Epiſcopo ſuo Conſtantienſi Ruthardo, vel Rodhardo, inuitus eſt. Obiit autem in *Saraceni.*

itinere peſtilentia: ſepulturamq́ in quodam Longobardiæ Cœnobio, quod Francorum Monaſterium vocabatur, accepit. Sed & Epiſcopum [illegible]thardum expeditio Saracenica ſuſtulit.

Bambergenſis Epiſcopatus origo. *Rex Henricus, quoniam à puero ciuitatem ſuam Bauenberg (quaſi dicas Montem pauonis) vnicè dilexerat & coluerat, in Francia Oriẽtali ſitam: eamq́ coniugi ſuæ Chunigundi in dotem dederat: ideo ibi Epiſcopium, vel cathedralem Eccleſiam, ipſa conſentiente, in honorem S. Georgij, & S. Petri Apoſtoli, fundauit: ac multa donatione (locorum circum oppidũ, in Bauaria, Auſtria, Styria, Carinthia, alibi) liberaliter ditauit. Quæ profuſio (ex aliorum præſertim detractione) Brunoni fratri eius, & Chunigundæ fratribus, Theodorico atque Henrico, non placebat. Sed obſtrepentes compeſcuit Henricus. Epiſcopum ibidem ſtatuit primum, Eberhardum, Cancellarium ſuum. Donauit eò plurimas Sanctorum reliquias, atque adeo integra corpora: præſertim*

S. Georgij vexillum. *tim vexillum S. equitis Georgij: quod poſtea in bellis Imperij, apud Cæſares & Principes maximo in precio fuit. Mirum certè: cùm talis Georgius, cum virgine & dracone, nunquam in rerũ*

Chriſtus, verè Georgius. *natura fuerit (ſicut Græci & Romani non rectè credunt) ſed Chriſtus ſit ille Georgius: qui virginem Eccleſiam, ſponſam ſuam: à ſæuiſſimo καὶ παμφάγῳ dracone Diabolo, haſta mortis ſuæ liberauit.*

Ioan. 15. Ego ſum vitis vera: & pater meus, ὁ γεωργός ἐστι, Georgius, id eſt, agricola. Ergo & Chriſtus, Georgius eſt: quia Ioan. 17. ipſe & pater ἕν εἰσιν, vnum ſunt. Nos ſumus θεοῦ γεώργιον, Dei ager, 1. Corinth. 3. quem agrum ipſe colit verbo ſuo, per Apoſtolos & pios miniſtros annuntiato.

Viri, diligite vxores veſtras: ſicut & Chriſtus dilexit Eccleſiam: pro qua ſe quoq; in mortem tradidit: vt eam ſibi glorioſam, ſine næuo & ruga, ſanctam & inculpabilem, aſtitueret. Epheſ. 5.

Adiunxi vos vni viro, cui virginem caſtam exhiberem, nempe Chriſto. 2. Cor. 2. Veni, oſtendam tibi ſponſam agni, vxorem eius. Apocal. 21.

Draco magnus ille, & ſerpens antiquus, Diabolus & Satanas vocatur. Apocal. 12.

Bambergæ, collegiatæ Eccleſiæ duæ. *Fundauit quoque Babenbergæ Henricus & Chunegundis, duas collegiatas Eccleſias (teſte Munſtero) duo magnifica Collegia (teſtante illo Saxonico, quod ſæpiſſimè citamus, Chronico M. Scr.) vnum ad meridiem, S. Stephani Protomartyris: alterum ad Septentrionem, S. Archangeli Michaëlis. In priore, Canonici Auguſtaniani (teſte Sigon.) conſtituti: in poſteriore, Benedictini Monachi. Extra oppidum eſt Cœnobium Benedictinæ profeſſionis, Mons Monachorum appellatum.*

Bambergæ ciuitatis deſcriptio. *Babenberga autem, vel Bamberga (teſtantibus ingentibus Chronicis, Noribergæ 1493. excuſis) Franconiæ præclara ciuitas eſt: in ſolo fertili ſita: quam amnis Radiantia, ſiue Rednicius, interluit: qui non procul Noriberga, cum Pegnicio fluuio miſcetur. Etiam in Moganum*

Radiantia fl. *ſeu Mœnum decurrens, plura Franconiæ oppida rigat.*

Bamberga nomen. *Extra illam eſt, ſupereminens ei, arx munita. Nomen autem habet Babenberga, à Baba (alij à Pauone autumant) quæ fuit Henrici 1. Cæſaris ſoror: quorum pater erat Otho: Luitholfo, Saxoniæ Principe, natus. Cuius Babæ filij erant, Reinoldus & Albertus. Priorem occidit Conradus, Dux Franconiæ, anno 906. Poſterior, eam ob cauſam, hunc Conradum, fratrem Ludouici Cæſaris, interfecit: & ab hoc Cæſare, in prædicta arce obſeſſus fuit: eiq; doloſè à Moguntino Epiſcopo Hattone, proditus obtruncatusq́. Qua de re, ſuprà libro 3. Alberti oppida & prædia, Imperio tunc ceſſerunt: quæ pleraq; Otho III. D. Henrico Regi tradiderat, & in primis Babenbergam: quam Henricus poſtea Epiſcopatu, aliiſq; ornamentis, decorauit: pulcherrimæ Eccleſiæ & Aulæ ibi fundatione. Credebatur, ibidem eſſe duas hydrias, de illis ſex Ioan. 2. Kanais hydriis: & gladium D. Petri, auriculæ Malchi notum. Generoſi porrò comitatus, quos ijdem Henricus & Chunegundis huic Epiſcopatui ſubdidêre, beneficia ſiue feuda ſua (vt Bruſchius ait) tenentur ab hoc Epiſcopo petere. Sic & quatuor ſeculares Imperij Romani Electores, feuda Electoratus ſui.*

Sericatus, Chunigundæ filius. *Quod ampliſſimum priuilegium, ſericatus D. Chunigundæ filius appellatur. Immunis, hic Epiſcopatus, ab omni iugo Epiſcopali poſterius factus eſt: vt Romanum ſcilicet Pontificem ſolum pro Domino agnoſcat.*

Eſt hæc ciuitas (inquit Műſterus) valde amœna: caret quidem mœnibus (ἀτείχιστος) ſed ha-

Pepones. *bet montes, colles, hortos plurimos, ſolumq; fœcundiſſimum. Copia ibi maxima, peponum & gly-*

Glycyrrhizæ. *cyrizæ, vel melleæ radicis: atq; aliàs etiam, multæ deliciæ.* Hett ich Nürnberg *(audiebam olim ſæpe circa Noribergam, puer)* ſo wolt ichs zu Bamberg verzehren.

Sudeti montes. *Sudeti montes (τὰ καλούμενα Σούδητα ὄρη, Ptolemæo) cenſentur eſſe (teſte Pirckeimero) qui*

nunc

nunc vocantur Montana Bambergenſia, & ditio Marchionum Brandenburgenſium: vbi oppida ſunt, Holfelda, Bareutum, Potenſteinum (vnde, meus ortus) Culmbachum, Hofa, cũ Voitlandia, ſeu Variſcis. Hæc, de hoc Epiſcopatu. Potenſteinum.

Hoc tempore Giſla, venerabilis matrona, mater Regis, obiit 12. Kal. Auguſt. Ratisbonæ ſepulta. Berno, Abbas.

Anno 1008. Berno, vel Bernhardus, Monachus Cœnobij Prumienſis, conſtitutus eſt Immonis ſucceſſor, in Diuitaugiẽſi Abbatia, à Rege Henrico: eruditus, diſertus, comis, pacificus vir.

Conſecutus eſt 1032. anno, ab Ioanne XX. P. omnium ſuorum priuilegiorum confirmationem, & Pontificalia cuncta. Sed & antea 1016. à Rege Henrico priuilegia: ad quem Epiſtolas ſcripſit de vera laude Regis. Tres item libros de Muſica, ad Coloniẽſem Archiepiſcopum Pilegrinum: Tractatum de aduentu Domini, ad Arribonem, Moguntinum Archiepiſcopum: Librũ de menſura Monochardi, & alia. Plura de eo, 1. Part. lib. 11. cap. 2. & infrà cap. 10. Muſica.

EPISCOPI CONSTANTIENSES RODHARDVS ET HAImo, Auguſtanus Bruno, Aiſtetenſis Gundeckarus. Cœnobium S. Vlrici: Templũ S. Mauricij. Solis & lunæ labores. Grando formidabilis. VVeiſſenhorn, Morſter, Niffen. Giſela, Henrici Cæſ. ſoror, Vngarico Regi Stephano nupta. Campidonenſis Abbas Stephanus. Hieroſolymarum ab Ethnicis occupatio. Chorea maledictorum annua. NONVS Alemanniæ Dux, ERNESTVS I. Italica Cæſaris Henrici expeditio aduerſus Ardoinum. Oppidum Nordlinga. Regnum Bulgariæ, Græcis ſubactum.

CAPVT III.

ANno 1009. Rodhardus Lamberto ſucceſſit in Conſtantienſi Epiſcopatu, à toto ibi Clero electus. Præfuit A. 4. Regi Henrico ita charus: vt ferè ſemper eum ſecum in aula haberet. Sequenti etiam tempore illum, & Sangallenſem Abbatem Burcardum, ſecum in Italiam duxit. Vbi cùm, Saracenis victis, Imperiũ, corona ac benedictione à Pontifice acceptis, in Germaniam rediturus eſſet: peſte in exercitu dira exorta: illi quoq; vterq; ſublati ſunt: Imperatoriſq; iuſſu, honorificè in Italia humati: an. Domini 1013. vt à Bruſchio: 1022. verò Ruthardus, vt ab Herm. Contracto, ſcribitur. Nihil noui eſt, diſcrepare interdum Auctores in numeris annorum. Hermanno autem, magis hoc loco credendum. Sed vide infrà 1023. anno. Rodhardus, Conſtantienſis Epiſcopus.

Eodem anno, Bruno Dux Bauariæ & Saxoniæ, Cæſaris Henrici frater germanus, electus eſt Epiſcopus Auguſtanus, conſentiente in eum toto Clero. Præfuit prudentiſſimè & vtiliſſimè (Bruſchio ſcribente) A. 22. Fecit ex Canonicorum S. Afræ collegio, Cœnobium S. Vlrici Benedictinum: cui primum præfecit Abbatem, doctũ & religioſum virum, Reginobaldũ: qui poſtea 1032. ad Spirenſis Epiſcopatus gubernationem euocatus eſt: ibiq; 8. A. cum ſummo laude præfuit. Omnem autem theſaurum, omnia ornamenta, ditiſſimi Afrani Templi, in Cathedralem D. virginis Baſilicam tranſtulit. Eodem epiſcopante: S. Henricus Imp. plurima donauit Cœnobio S. Vlrici inſignis prædia: multos etiam ampliſſimos pagos. Eiuſdem Cæſaris ſumptibus eſt ædificatum à Brunone Templum S. Mauricij Auguſtanum: & ab illo munificentiſſimè donatum. Quibus de rebus, & aliis, hoc Epiſcopo factis, ſuis temporib. plura dicemus. Obiit Bruno 8. Maij 1031. Ratiſbonæ in Comitiis, à Cæſare Conrado II. celebratis. Reuectus Auguſtam, in fano Mauriciano humatus eſt, inſigni mauſoleo: quod 1546. è medio ſublatum eſſe, Bruſchius ait. Alibi tamen, 1029. illum obiiſſe, reperio. Bruno Epiſcopus Auguſtan. S. Vlrici Cœnobium. S. Mauricij Templum Auguſtæ.

Hoc 1009. anno, Dominica palmarum, guttæ ſanguinis quibuſdam in locis, in veſtes hominum ceciderunt. Sol nebula horrendæ obſcuratus eſt: & colore ſtupendo mutatus, veluti ſanguineus, ac ſeipſo minor, terrorem intuentibus incuſſit. Eclipſis Solis.

Luna 3. Kal. Maij, feria ſexta, biduo tales minas oſtentans: tertio die vix ſuum lumen recepit. Grauis eſt ſecuta peſtilentia.

Rex Paſcha celebrauit in ciuitate Auguſta. Ibi cum electione omnium præſentium, paſtoralem curam Merſburgenſis Eccleſiæ, feria 3. poſt Paſcha Thietmaro cum baculo dedit. Cumq; Nouam vrbem Auguſta veniſſet: Thietmarus in octaua Dominica reſurrectionis, ab Epiſcopo Taginone & aliis, præſente Rege, Chriſmate in Sacerdotem 8. Kal. Maij perunctus eſt. Inde Rex, Danubio Ratiſbonam vectus. Chron. M. Sec. Noua vrbs.

Hieroſolyma, à Turcis capta.

Hieroſolymam, quæ 636. in manus Saracenorum venerat, Turca hoc 1009. ceperunt. At Dominici tamen ſepulcri, & Eccleſiarum montis Sion ac Bethleem, violatione temperarunt. Blondus lib. 3.

VVeiſſenhorn. Maurſtetten. Memminga, hoſpitale. Neiffenſes Barones.

Anno 1010. Henricus, Dominus in VVeiſſenhorn, Comes in Maurſtetten, Præſes prouinciæ ſuperioris Sueuiæ, fundauit Hoſpitale S. Spiritus Memmingæ, circa initium menſis Nouembris. Lazius lib. 8. Migrat. gent. coniungit Comites Maurſtettenſes & VVeiſſenhornenſes, ac Barones in VVirtembergia Neiffenſes: antiquiores Ducatus Sueuiæ Dapiferos appellans. Quorum primum ponit Egnonem: quem colligo circ. 1180. Chriſti vixiſſe. VVeiſſenhorna pertinebat olim ad Maurſtettenſem, vel Morſtettenſem, comitatum: qui iure coniugali deinde ad Neiffenſes Dominos venit. Hodie comitatui Kirchbergenſi & VVeiſſenhornenſi, Domini Fuggeri dominantur.

Vngarica, cũ Imp. Henrico pax.

Circa hoc tempus aderant Legati Vgrorum (perhibente Auentino) pacemq́; cum R. Heinrico, & perpetuum fœdus, componebant. Rectori eorum, ſoror ipſius Giſala, deſponſa, hac conditione: vt Deaſtrorum is ſuperſtitione exploſa, cum popularibus ſuis, Chriſti vnius veri & ſummi Dei cultum reciperet.

Stephanus, Vngar. R. Giſala, Regina.

Facto ſic ab illo, & in luſtrica aqua Stephano nuncupato: res ex ſententia geſta eſt. Appellatio ei Regis à Cæſare, cum Giſala (tanquam obſide & vinculo pacis: quod Germanico hoc vocabulo ſignificatur) data eſt. Ita in hac virgine, cuius eximia ſpecies erat, contigit illud Poëtæ.

Conueniunt rebus nomina ſæpe ſuis.

Fœminarũ honos apud veteres Teutones.

Apud veteres Teutones & Germanos, tantus fœminei ſexus honor erat (ſicut ex Corn. Tacito, part. 1. lib. 1. cap. 4. diximus) vt in bellis captiuitatem longè impatientius, fœminarum ſuarum nomine timerent: adeo, vt efficatius etiam obligarentur animi ciuitatum: quibus inter obſides, puellæ quoq; nobiles imperarentur. Ineſſe quinetiam eis ſanctum aliquid, & prouidum, putarent: nec aut conſilia earum aſpernarentur, aut reſponſa negligerent. Sponſam optimates

Equeſtris honos.

Boiorum, in Vgriam ſeu Vngariam deduxerunt: & Teutonico more, Stephanum armis, enſe, balteo militari, accinxerunt. Haben jhn Weerhafft gemacht / oder zu Ritter geſchlagen. *Nam apud Alemannos quondam (teſte eodem Tacito) iuueni arma ſumere, fas non erat: niſi ſolenni aliquo die, à conuentu Procerum & populi comprobatus eſſet: cumq́; in ipſo concilio, vel principum aliquis, vel pater, vel propinquus, ſcuto & framea ornaſſet. Hæc, apud illos toga, hic primus iuuentæ honos, erat. Ante hoc ipſe, domus pars videbatur: nunc verò, Reipublicæ. Giſala, religioſiſſima fœmina, Phrygionum ritu ſacras veſtes, ſuis manibus texebat, nebat, farciebat.*

VVoluerادus, Comes.

Hoc anno VVoluerادus Comes obiit, 4. Nonas Martias: inquit Herm. Contractus. Non fuit eius pater: ſed alius ipſe VVolferadi, Veringenſis Comitis, ex Hiltrude filius fuit.

Anno 1011. fato ſuo functus eſt Stephanus Taradus, Campidonenſis hactenus per 19. annos Abbas: qui aliquandiu etiam Lambertum, Conſtantienſem Epiſcopum, iuuerat in regenda eius prouincia. Vaſtauerat quoque, præfecti ſui Godefridi Greulichij (inquit Bruſch.) tunc in

VVageck caſtrum. Prædones nobiles.

VVagecko Abbatiæ caſtro reſidentis, auxilio, arcem Langenbergenſium nobilium: nõ admodum rem habentium: ſed ſuetorum ſemper conuectare nouas prædas, & viuere rapto. Succeſſor fuit Stephani, Eberhardus Hertenſtainer, ex nobili VVinedenſium familia: de quo, & cæteris Campidoni Abbatibus, iampridem part. 1. lib. 12. cap. 3. multa ſcripſimus.

VVilligiſus, Moguntiæ Epiſcopus (ille modeſtus, & animo humilis, Hamaxurgi filius) diẽ ſuum obiit. Herman. Contr.

Grando.

Grando glacialis ingens & horrenda, 3. Kalend. Aug. feria 2. luna 26. decidit: ventus ingens plurima ædificia ſubito turbine proſtrauit: ac multa alia intulit damna. Chron. M. Scr.

Hieroſolyma, Ægyptiorum facta.

Anno 1012. Calipha, Ægyptius princeps, cùm Chriſtiana matre natus, ab Aulicis pro Chriſtiano illuderetur: Hieroſolyma Turcis erepta, Templum Hieroſolymitanum ſolo æquauit.

Eccleſia Bamberg. conſecratio.

Eccleſia maior, vel ſumma Baſilica, Babenbergæ, manibus Ioannis Aquileienſis Patriarchæ, conſecrata eſt: Cæſare, cum 36. Epiſcopis præſente pridie nonas Maij. Chron. M. Scr. Sed ex Schaffnab. Funccius, à primo ſedis illius Epiſcopo Eberhardo: Bruſchius, à Benedicto VIII. *Papa, conſecratam faciunt.*

Kalb, Saxoniæ vicus.

In Saxonia vico Kalb, diœceſeos Magdeburgenſis, 18. viri, & 15. mulieres, nocte natalis Domini, rem diuinam Ruperto Presbytero faciente, choreas prophanis cum cantionibus in cœmeterio Templi perſtrepebant. Tunc Presbytero (cùm per Æditum monenti, vt deſiſterent

nocti

noƈti tam ſanƈtæ illudere, non obtemperarent) eis maledicente: placeat Deo, & S. Magno: vt ita cantantes maneatis per totum annum: imprecatio effeƈtum hunc ſortita eſt. Integrum quippe annum ſaltarunt, ſine intermiſsione, dies & noƈtes: abſq; cibo & potu, abſq; ſomno: non pluuia ſuper eos cadente: non frigore, non labore, eos afficiente: nec veſtimentis, neq; calceis, attritis. Nihil reſpondebant, interrogati. At etiam terræ immergebantur: primo, vſq; ad genua: deinde, ad femora vſq;. Filius quoq; Sacerdotis, volens ſororem ſuam de medio ſaltantiũ vi rapere, brachium ei euulſit: nec ipſa choream ideo deſeruit: vtpote non dolens, nec ſanguinẽ profundens. Anno tandẽ exaƈto, Colonienſis Archiepiſcopus Heribertus, in Cœmeterium veniens, eos ab execratione abſoluit. Fœminæ mox obierunt: viri etiam aliquot: reliquorum membra tremebant. Vincent. in ſpec. & Antonin. Volum. 2. Tit. 16. cap. 4. & Tritenh. in Hirſaug. Monaſt.

Chorea execratorum perẽnis.

In vrbe Auguſta, S. Benediƈti ordo, in Monaſt. S. Vlrici introduƈtus ab Epiſcopo Brunone eſt (cùm antea ibi populares Sacerdotes fuiſſent) conſtituto primo Abbate Reginobaldo (vt ſuprà diximus) Comite Dillingenſi. Idem Epiſcopus, ſacrum theſaurum, cum libris ac potioribus reditibus, ex Afranæ æde in ſummum matris virginis (τῆς θεομήτορος, ἢ παρθενομήτορος) fanum tranſtulit: amboq; Templa, quæ antehac vnum capitulum, & eoſdem Symmyſtas, habuerant, inter ſe ſeparauit. Cæſar autem Henricus, è ſua Boiaria pagos eò contulit 5. Hollenbach, Maierbach, Rotenbach, Schonbach, Todevviſen.

Auguſtana Templa, S. Afra, & S. Maria.

Eodem anno Hermannus, Sueuiæ Dux, mortuus eſt. De quo Vignierius ſcribens, Hermannus iunior, inquit, Sueuiæ ſiue Alemanniæ Dux, obiit: nullis reliƈtis liberis. Ob id Ducatus eius (Hermanni Contr. teſtimonio) attributus eſt Erneſto, Giſalæ Rodulfi Burgundiæ Regis ſororis marito. Quam tamen, neſcio qua ratione. Auentinus ſororem eiuſdem Hermanni fuiſſe, arbitratus eſt. Hæc, ille. Tunc ergo ERNESTVS, *Marchionis Adelberti Auſtriæ frater, à Rege Henrico factus eſt* IX. *Dux Alemanniæ: ac, Ducatui cùm 3. annos præfuiſſet: in venatione ab Adalberone quodam, cùm is à fera petita aberraſſet, ſagitta iƈtus interiit. Cuius talem γενεαλογίαν reperio. Hermannus* II. *huius nominis, Sueuiæ Dux, genuit ex Gerbirga, Conradi Regis Burgundiæ filia, Hermannum & Erneſtum: Erneſtus ex Giſela (oriunda ex poſteris Caroli M. ſorore Ducis Bauariæ HetZilonis) gemellos, Erneſtum & Hermannum. Aliter hæc Giſela, HetZilonis filia inuenitur, Henrici Cæſ. & Brunonis Epiſcopi ſoror: ita, vt ipſa fuerit maior Giſela, Sueuo Duci nupta: ſoror verò eius, minor Giſela, Vngariæ Regi Stephano. Herm. Æditnus. Auentinus verò ſic ſcribit lib. 5. Hermannus iunior, Dux Sueuorum, decedit. Hainricus Sueuis Arioniſtum (maritum Giſalæ conſobrinæ ſuæ, & ſororis ſuperioris Hermanni) imponit. Tanta varietas horum eſt. Ipſa autem Giſela, perhibetur nupta fuiſſe, 1. Brunoni, Marchioni Saxoniæ. 2. huic Erneſto. 3. Conrado ſequenti Cæſari.*

Sueuiæ Dux IX. Erneſtus.

Giſelæ duæ.

De ea Verſus.

Quando poſt decimam numeratur linea quarta:
De Carolo Magno proceſſit Giſela prudens.

Anno 1013. Haimonem, à Bruſchio dicitur, accepiſſe Epiſcopatum Conſtantienſis Eccleſiæ: qui laudabilem ſe præſtiterit A. 13. & obierit paralyſi anno 1026. Mart. 18. Is, mortuo Imp. Henrico, Principes eleƈtores noui Regis, inter ſe diſcordes & tumultuãtes, εἰρηνοποιῶν: ad pacem & concordiam, prudentia & auƈtoritate ſua reduxit. Bruſch. Sed Hermannus Contraƈt. eum 1022. Ruthardo mortuo ſurrogat. Vide infrà cap. 5. in anno 1023.

Haimon, Epiſcopus Conſtãtienſis.

In Italia, Ardoino R. ſucceſſu aliquot annorum elato: atque Henrici R. occupationibus, ad vaſtandum Mediolanenſem agrum inuitato: Archiepiſcopus eius vrbis Arnulfus, Regem Henricum auxilio accerſiuit. Is ergo hoc anno, magno cum peditatu & equitatu Germanorũ, eò traiecit: Ardoinum graui prælio ſuperauit: Papiam (vnde Ardoinus fugatus, Eporœdiam ſe contulerat) occupauit: ab Archiepiſcopo coronam accepit.

Henrici Cæſaris, in Italiam profeƈti, viƈtoria de Ardoino R.

Sequenti anno 1014. 13. vel 16. Kalend. Mart. (die dicitur Dominica) Henricus Romæ à Benediƈto P. cum conſorte Chunigunda coronatus & benediƈtus eſt: cùm, antequam in Templum introduƈtus eſſet: interroganti Papæ, num Romanæ Eccleſiæ patronus & defenſor, ſibi & ſucceſſoribus per omnia fidelis, eſſe vellet: hæc ſe facturum, deuota profeſsione reſpondiſſet. Ciuitatibus & Eccleſiis priuilegia renouauit: iura, quæ olim Pipinus, Carolus, Ludouicus, Othones, Romanæ Eccleſiæ conceſſerant, firmauit: & in Lombardiam regreſſus, Veronæ multa quoq; Longobardis indulſit: denique in Germaniam rediit: ac Pentecoſten in ciuitate ſua Bauenberch peregit: & priuilegia eius iuſsit inſcribi: quæ ſigillo ſuo, & iure Põtificis, muniuit. Erat hoc an. Gun-

Eiuſdem cum Chunigunde coronatio Romæ.

In Germaniã reditus.

Noriberga, ſub Bamberga. Nordlinga, ſub Ratisbona.

deckar vel Gunizo (Æditui Babenbergenſis filius) Aichſtadij Epiſcopus. Sub quo, plurima Epiſcopatui Aichſtadtano abraſa, Babenbergam ab Imp. Henrico collata ſunt: cum quibus, & Noriberga, & omnia loca ad dextram Pegneſi amnis ſita. NORDLINGA *quoque, Rhiæſæ oppidum, ſub hoc Epiſcopo, permutationis iure ab Aichſtadiano, ad Ratisbonenſem Epiſcopatum deuoluta eſt: Sigon. & Chron. M. Scr. ac Bruſchius.*

Captiui Bulgari excæcati. Bulgaria, Græco Imperatori ſubdita.

Græcus Imp. Baſilius, Bulgarorum Rege Samuele grauiſſima pugna ſuperato, captiuorum 15. millia excæcauit: quos, ſingulis cēturiis vno Ductore præfecto, ad Samuelem remiſit: isq; viſo miſerando ſpectaculo, dolore extinctus eſt: Bulgari triennio pòſt, bello infeliciter reſumpto, ſe Auguſto Græco dediderunt, Indict. 15. Cedren.

ALEMANNICO DVCE ERNESTO I. MORTVO: DVX Sueuiæ decimus, ERNESTVS II. Venandi ratio, & peccata confitendi. Ducum à Zæringen ortus. Ardoini abdicatio Italici Regni. Miraculum mulieris Sueuicæ. Saraceni in Lunenſium agro. Adalberonis, Carinthij Ducis, apud Vlmam clades. S. Colomannus. Babo, Abenſpergenſis πολύπαις Comes. Burgundiones, à Sueuis victi.

CAPVT IIII.

Venatio infelix Erneſti Sueui.

ANno 1015. diebus Pentecoſtes (vt in M. Scr. Chron. ſcribitur) Erneſtus (Ernoſt ibi vocatur) Dux Alemanniæ inclytus, ſucceſſor Hermanni pueri: cùm in ſylua quadam venaretur: ab vno militum ſuorum, quamuis nolente, ſagitta ceruum conficere conante, vulneratus eſt. Qui mortem ſibi imminere videns, ſuos conuocat: &, vt reo parcant, ſupplicat. Cùm autem Presbyter, cui peccata ſua confiteretur, nullus adeſſet: vnum ex militibus ſuis iuſſit accedere. Quo aſtante: omnes, inquit, accedite: ac commortalis veſtri, & peccatoris, facta, aure cordis percipite: &, vt curentur, vnanimiter ſuccurrite: abſentibusq; fidelibus, peccatricem animā meam, commendate. Vxorem quoque meam, vt pudicitiam ſuam conſeruet, & mei non obliuiſcatur, admonete. Hæc cùm dixiſſet illud, in quo vnquam ſe peccaſſe meminiſſet, cunctis præſentibus omne innotuit. Mox ex hac luce pridie Kalend. Iunij diſceſſit. Sepultus eſt VVirceburgi, iuxta patrem ſuum, Marchionem Auſtriæ Luipoldum, ſicut poſtulauerat. (Sic ne verius, quàm quòd præced. cap. filius erat Hermanni II. Ducis Sueuiæ? At alibi, Henrici filium fuiſſe inuenio, rebellis Marchionis Auſtriæ.) Iſte iuuenis (inquit Anonymus Chron. ſcriptor) felicem habuit animam: quòd, ſicut ipſe viuens teſtatus eſt, maluit coram multis erubeſcere: quàm in cōſpectu Dei reus apparere.

Confeſſio morientis.

Crœſi R. filius Atys, in venatione interemptus.

Fortuito venabuli iactu, Crœſi quoque, Lydorum Regis, filius Atys (in venationem contra magnum in Myſiæ monte Olympo aprum, multa damna dantem, egreſſus, ante Chriſti natalem anno 552.) ab Adraſto, Gordiæ Regis F. Midiæ N. (qui propter inuoluntariam fratris ſui cædem, in Crœſi aulam confugerat) occiſus fuit: eiq; ſi ad pœnas efferenti, Crœſus, quòd non dedita ille opera feciſſet, benignè ignouit. ἦν συὸς χρῆμα μέγα: καὶ τὰ τῶν ἀγροίκων ἔργα διαφθείρεσκε. Ὁ δὲ Ἄδρηστος, ἀκοντίζων τὸν σῦν: τοῦ μὲν ἁμαρτάνει: τυγχάνει δὲ τοῦ Κροίσου παιδός. εἶτα στὰς πρὸ τοῦ νεκροῦ, παρεδίδου ἑωυτὸν Κροίσῳ: ἐπικατασφάξαι μιν κελεύων τῷ νεκρῷ. Κροῖσος δὲ λέγει πρὸς αὐτόν: Ἔχω, ὦ ξεῖνε, παρὰ σεῦ πᾶσαν τὴν δίκην: ἐπειδὴ σεωυτοῦ καταδικάζεις θάνατον.

Ergo cautè in venationibus (vbi præſertim ſclopis petuntur feræ) agatur. Nec inſatiabilis venandi auiditas, vel θηρομανία, prodeſt.

Confeſſio peccatorum omnium.

Quòd iam ille Sueuiæ Dux, omnia ſua peccata enumerauit: non erat id neceſſe, erga homines: ex ſententia quidem D. Chryſoſtomi, concione de Publicano & Phariſæo: Οὐχ εἰς θέατρόν σε ἄγω, *inquit,* τῶν συνδούλων τῶν σῶν: οὐδὲ ἐκκαλύψαι τοῖς ἀνθρώποις ἀναγκάζω τὰ ἁμαρτήματα. τὸ συνειδὸς ἀνάπτυξον ἔμπροσθεν τοῦ θεοῦ: αὐτῷ δεῖξον τὰ πράγματα, καὶ τὰ τραύματα: καὶ παρ᾽ αὐτοῦ τὰ φάρμακα αἴτησον. δεῖξον τῷ μὴ ὀνειδίζοντι, ἀλλὰ θεραπεύοντι. εἰπὲ ἐκείνῳ: ἵνα ἀποθέμενος, ἐκεῖ καθαρὸς ἀπέλθῃς τῶν πλημμελημάτων: καὶ τῆς ἀφορήτου δημοσιεύσεως ἐκείνης ἀπαλλαγῇς. *Non cogo, inquit, te, confiteri palàm tua peccata omnibus, tanquam in Theatro. Confitere illa Deo: oſtende huic tua vulnera: ab ipſo medicamina pete. Oſtende non ei, qui poſtea probra tua diuulget, aut inſectetur: ſed illi monſtra, qui ſanat. Apud illum ſarcinam tuam depone: vt purus peccatorum diſcedas: & ab intoleranda illa enūtiatione liber ſis.*

Zæringenſium Ducum ortus.

De Erneſto hoc (qui ab Adalberone Comite, caſu ſit in venatu ictus) Auentinus addit: Ab illo Arioniſto Sueuo, eiuſque filiis Arioniſto & Hermanno, ZARINGII *(Zæringenſes Duces)*

Duces) originem trahunt. Illi enim Arioniſti & Giſala liberi, principatum obtinuerunt: priuigni Conradi, qui poſtea imperauit.

De iiſdem rebus, Erneſtus ſiue Ernuſtus, Vignierius inquit (ponens ad 1014.) Sueuorum Dux, venando, ab Adalberone Charionum Duce, interemptus eſt: ſuperſtitibus duobus liberis ex Giſala coniuge: Ernuſto ſcil. & Hermanno: qui principatum Sueuicum poſt illum obtinuerunt. A quibus, Ducum Zaringenſium genus emanauit: qui ſe ea fortè ratione, ex Regia Burgundionũ ſtirpe ortos prædicauerunt. Giſala verò, mater illorum, ſecundis nuptiis collocata Conrado Saliquo, Francorum Duci: ex eo Henricum II. Imperatorem futurum poſt patrem, anno 1017. ſuſcepit. Herm. Contract. & Auentinus. Hæc, verba illius. Miror, Adalberonem Carinthium Ducem, ab eo ſtatui interfectorem Erneſti: cùm in præcedentibus, miles & comes ponatur.

Erneſto autem illi primo, ERNESTVS II. prioris filius, ſucceſſit: factus ab Imp. Dux X. Sueuiæ. Hic rexit 15. A. prouinciam: & à vitrico ſuo, Cæſare Conrado, propter inobedientiam ſuam deiectus principatu fuit: & anno 1030. in prælio interfectus. Multa tunc paſſi ſunt proceres CALATINI (qui ab Attiliis Romanis orti ſunt: & ab ipſis, Bappenhaimij) ab Erneſto, quando is rebellis fuit: atque ex arce ſua Bappenhaimo, trans Danubium expulſi ſunt: poſtea tamen, Cæſare victore, reſtituti.

Dux X. Sueuiæ, Erneſt. II.

Calatini Proceres.

Bappenhaimũ arx.

In Italia, Imp. Henrici abſentia erectus Ardoinus, magnis copiis coactis: Eporædia egreſſus, occupauit Vercellas: Nouariam, Comum, atque Mediolanum ipſum, vexabat: nouum Haſtenſem Epiſcopum inſtituit: cùm ius hoc ad Mediolanenſem Archiepiſcopum pertineret. Arnulfus igitur, exercitu parato, Haſtam redegit in poteſtatem. Quo audito: Ardoinus, nimio animi dolore preſſus, ſe ſtatim Regno abdicauit: atque ſponte ſua in Monaſteriũ Taurinatis agri Fructerianum abdidit.

Ardoini R. exitus.

Anno 1016. in Sueuia prouincia, in comitatu Becelini Comitis, res terribilis accidit: quã idem Comes Imperatori, multis præſentibus, intimauit. (indicauit) Mulier quadã maritata, ſubita morte defuncta: poſt debitam curationem, à ſuis mærentibus eſt ad Eccleſiam delata. Tunc corpus à feretro ſe ex improuiſo erigens, omneſq; præſentes effugãs, virum ſuum ad ſe vocat, cum ſuis familiaribus. Quos dulcibus verbis conſolata, poſt hæc in pace quieuit. Conſtat, hanc mulierem multùm apud Dominum valuiſſe: cui poſt mortem guſtatam, iuſtum complere deſideriũ, & tunc ſine gemitu licuit ſomno pacis obdormire. Ex M. Scr. Chron. ad verbum.

Mortuæ mulieris locutio.

In Augia inſula (vt in eodem Chron. eſt) 17. Calend. Nouemb. naues nouem, hominibus promiſcui ſexus plenæ, aquis ſubmerſæ ſunt.

Summerſio hominum.

In Italia, Saraceni (eodem Chron. teſtãte) Lunenſem ciuitatem ac regionem occuparunt. Sed, Papa Benedicto claſſe Regem illorum à reditu intercludere tentante, ipſe tamen effugit. Exercitus eius maior pars relicta, magnam cladem Chriſtianis, triduo & trinoctio intulit. Attamen deleti tandem ſunt: & Regina eorum capta, atque capite plexa: ingens præda, parta. Aurum capitale, & gemmea ornamenta, Pontifex ſibi vindicauit: partemq; de iis Imperatori miſit: quæ mille librarum æſtimabatur. Rex Saracenorum, vxoris & militum amiſſione dolens: ſaccum caſtaneis plenum ad Papam miſit: prima æſtate ſe tot milites cõtra ipſum, ducturum. Qui marſupium milio plenum ei remiſit: ipſum, ſi veniat, tot loricatos contra ſe, inuenturum.

Saraceni in Italiam irrumpunt.

Sacci & marſupij miſſio.

Anno 1017. luna 6. Idus April. in plenilunio viſa eſt, ſicut noua vel prima: dieiq; hora 3. diu rutilãs. Imperator, cui antea bellum aduerſus Polonorum Dominum Bolizlaum fuerat, rurſum exercitu Poloniam petiit, ſed ſine ſucceſſu. Sequenti anno, pax facta.

Lunæ affectio.

Conrado, poſtea Cæſari, Giſla, Erneſti Ducis Sueuici vidua, nupſit. Is hoc tempore, cũ Conrado patruele ſuo adoleſcente, copiis coniunctis, apud ciuitatem Vlmam Adalberonem, Ducem Charionum, pugna victum, in fugam conuertit: qui paternum adoleſcentis Ducatum tenebat.

Giſela, Conrado nupta.

Vlma.

Peregrinus quidam S. Colomannus, in Auſtria apud Scotorunum (bey Stockeraw) *pro exploratore ab incolis in arbore diu arida, ſuſpenſus eſt. C[illegible]ius à quodam paulò pòſt inciſa, ſanguinem fudit: vngues quoq; & capilli excreſcebant: arbor [illegible]a viruit, floreſq; produxit. Quo cognito: Henricus Imp. (tunc in confinio Vngariæ & Auſtriæ verſans) corpus eius honorificè Mezelicuni ſepeliuit.*

S. Colomãnus.

Ex Chron. M. Scr. & Auent.

Hoc tempore vixit in Boiaria Babo, Abuſinæ & Rhoræ Comes: qui ex duabus vxoribus procreauit 32. filios, & 8. filias. Quodam is tempore iuſſus à Cæſare Henrico venire cum paucis ad venationem: filios omnes cum vno miniſtro adduxit. Reprehenſus ab Henrico, ſe tantùm

Babo, & 32. filij eius.

habere vnum famulum reſpondit. Cæteros,eſſe ſuos filios: quos omnes Cæſari donauit, bene educatos. Cæſar eos amanter complexus, præfecturis & prædiis ditauit. A quibus multa nobilitas propagata fuit. Auent.

Rudolphus, Burgund. Rex ab exilio reſtitutus. *Anno 1018. (al. 1019.) Rudolphus Burgundionum Rex, auunculus Aug. Henrici, à ſuis pulſus, ad ip[illegible] confugit. Tunc VVernherus, Argentoratenſis Epiſcopus, copiis ex Sueuia iuſſu Cæſaris conſcriptis, Burgundos prælio ſuperauit: Rudolphum vt in Regnum reduxit. Auent. Bruſchius autem ſcribit, Burgundiones anno 1019. ingenti prælio ab illo victos eſſe: Argentinenſem Epiſcopatum iniuſtè deprædantes. Hermannus Contract. ad 1020. refert.*

Henricus Cæſar, Baſilea. *Imp. Henricus, cum exercitu Baſulam ciuitatem (ſic M. Scr. pro Baſilea) veniens, in Burgundiam properauit: ideo, vt arbitror, vt Regnum auunculo ſuo, apud ſubditos non ſatis pacatos firmaret. Inde poſtea reuerſus, nihil de promiſſis percipiens: & parum ſibi reſiſtentibus nocens: colloquium in Sueuia de Republ. habuit: ac mox ſecundo Rheno, quòd res in locis inferioribus non ſatis fida eſſent, deſcendit.*

PAPA BENEDICTVS VIII. BAMBERGÆ. MAVRICIAnum Auguſtæ Ret. Collegium & fanum. Sextum Haſtiludium, Treueri. S. Kynigundis Auguſtæ puritas. Probandæ innocentiæ genera. Raptus virginis illuſtris ex Cænobio. Italica Imp. Henrici expeditio. Nortmanni, ab eo in Magna Græcia plantati. Mors Aug. Henrici, & ſaluatio. Ponderatio bonorum & malorum operum.

CAPVT V.

Papa Benedictus in Germaniã profectio. *ANNO 1019. Pontifex Rom. Benedictus, petente Auguſta Chunigũde, Babenbergam ad Imperatorem venit: à quo, magno cum honore ſuſceptus eſt. In itinere, conſecrauit Argentorati Eccleſiam S. Petri iunioris. Babenbergæ verò, magnificentiſſimam S. Stephani Baſilicam, Imperatoris ſumptibus extructam, in populoſo ordinum Imperij conuentu dedicauit. Pontifici autem quotannis dari de erectione huius Eccleſiæ debuêre, centum marcæ argenti, & phaleratus equus albus. Oppido tamen Beneuento, ei reſtituto: cenſus hic remiſſus eſt.*

Mauricianũ Auguſtæ Collegium. *Auguſtanus Præſul Bruno, collegium 40. popularium Myſtarum, & nouum fanum, S. Mauricio, Thebææ legionis Duci, fratris ſui Imp. Henrici iuſſu & expenſis, in medio ferè vrbis Auguſtæ condidit, & dicauit. Ab eo etiam venandi ius, vt Sacerdotalis ordinis amantiſſimo, & Epiſcopatus huius in Principatum Imperij euectionem, atque non contemnendam huius ciuitatis iuriſdictionem, precibus impetrauit.*

Haſtiludium 6. Treuiris. *Ad hunc annum, ſexti ludi equeſtres referuntur: à Conrado, Orientalis Franciæ Duce, Paſtea 1024. Cæſare, Auguſtæ Treuirorum facti: comparentibus ibi ad 6. diem Febr. Principibus & Proceribus nobilitatis Germanicæ, 4. prouinciarum ſiue circulorum.*

Reges ludorum, equites.

Ex Bauaris, Sifridus à VVart.
Rhenanis, Guilielmus Cronbergius.
Sueuis, Rudolfus à Stoffel.
Franconibus, Chilianus à VVolfskeel.

Quia verò magnus nobilium numerus conuenerat: ideo in duo is certamina diuiſus eſt: quorum vnum, die Martis: alterum, die Mercurij, perageretur: in vtroque trecentenis vicenis ternis, depugnantibus.

In priore certamine.

Moderatores in arena, vel ſabulo.

Rhenanus, VVolfgangus Baier Bopartius.
Franconicus, Iacobus Ehenheimius.
Bauaricus, Ortholphus Thoringius.
Sueuicus, Nicolaus Fridingenſis.

Curatores ad ſepta.

Rhen. VVilhelmus VValſenſteinius.

Franc.

Franc. Conradus Feſtenbergius.
Bauar. Hilspoldus Schonſteinius.
Sueuic. Fridericus VVeſterſtettenſis.

In altero certamine.
Sabularij.

Rhen. Ioannes ab Hirſhorn.
Franc. Antonius à Grumbach.
Bauar. Stephanus à Nuſberg.
Sueuic. Iacobus à Künſeck.

Septarij.

Rhen. Theodoricus Brumſerus.
Franc. Chilianus à Grumbach.
Bauar. Engelhardus à Thunauſtauffa.
Sueuic. Henricus Sachſenheimius.

Qui 16. omnes, erant equeſtri dignitate ornati.

Habuit & inſpectio armorum, atque diuiſio galearum, ſuos iudices, ex vtroque ſexu. Ex viris ſeniores & iuniores: ex Gynaeceo, maritas, viduas, & virgines: vt in ſuperioribus Haſtiludiis, moris fuerat.

Interfuêre Sueui, vel Alemanni.

Comites & Barones. VVelpho Altorffij & Bauariæ, Henricus VVerdenbergenſis, Theodoricus Heiligenbergenſis, Rupertus Kirchbergenſis, D. Theodoricus Hohengeroltzeccius, D. VVillepoldus Rapolſteinius, Baro Sigiſmundus à Stoffel, VVolfgangus à Brandis. *VVelpho.*

Candidati nobiles, nouitij.

Eberhardus Rechbergius.
Vlricus VVeſterſtettius.
Iobus Schillingius.
Karius (Eucharius) Huttenus.
Diepoldus à Reiſchach.

Reliqua omnia, de more fortiter, ornatè, humaniter, peracta: & ſic conuentus, dimiſſus.

Anno 1020. mortua eſt Itha: quæ fuit generoſa Comes ex Oeninga lacus Podamici (hodie pagus & Præpoſitura eſt) quæ fuerat nupta Comiti Altorffenſi Rudolfo: qui, nepos fuit illius Rudolfi: qui habuit fratrem S. Conradum. *Oening. Comitatus.*

Circa hoc tempus, Imperatrix Chunegundis: cùm ſuſpecta Imperatori de amore cuiuſdam militis eſſet: aſcendit candentes igne vomeres, aut laminas, nudis pedibus: vt ea re innocentiam ſuam demonſtraret. Cumq́ diceret: Sicut me, ô Deus, intactam à Domino meo Henrico, & omnibus aliis viris, nouiſti: ita me adiuua: vox ad eam facta perhibetur: Virgo Maria, te virginem liberabit. Ita vomeres illos pertranſijt 15. paſſibus illæſa. *Chunigundis Imperatricis innocentia probata.*

Sic Haraldus, probaturus, ſe Magno Hyberniæ populatore natum eſſe, nudis pedibus ſuper candentes laminas inceſſit. Saxo Gram. lib. 13. Danicæ hiſtoriæ.

Mulieris falsò de adulterio accuſatæ, è ſeptimo gladij ictu euaſio, legitur apud D. Hieronymum part. 3. Tract. 6. Epiſt. 23.

Purgationum à criminibus obiectis genera, olim plura fuerunt, præſertim apud Germanos.

Innocentia demõſtrandæ, ſeu purgationis, modi.

1. *Iuſiurandum, tactis S. Euangeliis.*
2. *Monomachia virorum.*
3. *Candens ferrum.*
4. *Aqua frigida, aut feruens.*
5. *Sumptio corporis & ſanguinis Domini.*

Monomachiam, candens ferrum, bibere aquam feruidam, improbat Antoninus part. 4. Tit. 15. cap. 34. quia ſit, tentare Deum.

Krantz. 8. Vandal. 30.

Quidam VVitembergę de incendio domus reus factus: Permiſſu Iudicum (cùm aliàs hoc in iure ſit interdictum) portauit ignitum ferrum, ſuę innocentię probandę cauſa, ſatis longè, ſine læſione. Quod ab eo proiectum, euanuit. Poſt annum alius, dum ſilicibus viam ſternit, reperit ferrum ignitum, manumq; lędit. Re ad Magiſtratum delata: comprehenditur: in quæſtionibus crimen incendij confitetur: ſupplicio rotę afficitur.

Hyemis aſperitas.

Hyems, hoc 1020. anno aſperrima, & diuturna fuit: multis hominib. vi algoris extinctis. Secuta eſt ingens peſtilentia. Chron. M. Scr.

Virginis raptus ex Monaſterio.

Anno 1021. Bracilaus (Vratiſlaus) Boëmię Ducis Odolrici F. Iuditham, ſororem Othonis de Suinforde, Henrici Marchionis filiam: de Monaſterio, vbi erudiebatur, rapuit. Perſequentium, quos comprehendit, aliorum oculos eruit, & nares abſcidit: aliorum manus & pedes amputauit. Ita cum paucis, & virgine, per noctem vix euaſit. Sed ne Teutonibus calumniandi Boëmos iuſta eſſet cauſa: ſalutato cum noua nupta patre, in Morauiam profectus eſt, ſibi ab eo traditam: Polonis inde fugatis, qui eam obtinuerant: captiuorumq; centenis venditis. Chron. M. Scr.

Terramotus magnus 4. Id. Maias factus eſt, feria 6. Herm. Contract.

Æſtas feruida.

Anno 1022. æſtas torrida: ſudantibus pauimentis, & columnis marmoreis, ceu aqua affuſa: Cæſare tunc comitia Aquisgrani agente. Expeditionem hic in Italiam parauit: quòd contra Græcos, qui Apuliam & Calabriam tyrannicè tenebant, Saracenicisq; auxiliis vti ſolebant, ea opus eſſet. Quibus temporibus Normanni quoq;, qui Italiam ingreſſi fuerant, Gręcis aduerſabantur.

Ehingę ad Nicrum, Sacellū & Gynaceum.

Anno 1023. fundari cœpit extra Ehingam (vt ex inſcriptione patet) transnicranam oppidi Rotenburgi partem, Sacellum, capella & vetus Parochia dictum. Cui adhęret παρθενὼν, cœnobiolum Sanctimonialium, Die Ober Clauß. *Huic pręerat anno 1577. Prioriſſa, Eliſabeta Diſtlina, nonagenaria fortaſſe: alacris & humaniſſima muliercula: vt tunc coràm ex ſermonibus eius cognouimus.*

Henrici Imp. expeditio in Italiam.

Troia, Apulię C.

Gręci, victi.

Ineunte vere huius anni, in Italiam Imp. Henricus, triplici cum exercitu venit. Vnum ipſe duxit: quo op. Apulię Troiam, quod à Catapano, Auguſti Gręci Vicario, ædificatum muniebatur, obſedit. Antiſtites, Poppo Aquileienſis, Pilegrinus Colonienſis, cæteros exercitus alia per loca ducebant. Troia, grauitatem obſidionis vlterius ferre non valens, deditionem fecit. Aliàs etiam, auxilio Normannorum, cum Gręcis non procul Salerno debellatum eſt. Copias, magnitudine æſtus fatigatas, Capua (cuius deliciis, amplius 200. ante Chriſtum annis, victorioſus Hannibalis exercitus emollitus fuit) Imperator recreauit. Ordinatis deinde rebus: ſæuiente æſtu, Romam, & inde in Germaniam, rediit: amiſſis peſtilentia multis: inter quos, & Sangallenſi Abbate Burcardo: atque, vt dicitur, Conſtantienſi Epiſcopo Ruthardo. Licet ambo in Catalogo Conſtantienſium Epiſcoporum, à Bruſchio ponantur 1013. mortui: cùm rectius poſiturus fuiſſet 1023. vt ſucceſſori eius Haimoni, non 13. ſed 3. annos, Epiſcopatus geſti, tribuiſſet. Vide ſup. cap. 3. in anno 1013. Henricus porrò Normannos, in illis Neapolitani ſecuturi Regni partibus, aduerſus Gręcorum incurſiones collocauit, vt ibi habitarent.

Normanni, Gręcorum incurſionib. oppoſiti.

Eiuſdem anni Idib. Aug. Indict. 6. Arribo Moguntinus Archimyſtes, Synodum celebrauit Seligeſtadij, in Monaſterio SS. Marcellini & Petri: ad pacem Cleri, & vtilitatē Eccleſiaſticam. Interfuêre multi Epiſcopi & Abbates: in quo numero, Auguſtenſis quoque Epiſcopus Bruno, & Euerhardus Bambergenſis. Trit.

Anno 1024. Henricus Claudus Imp. videns, ſibi adeſſe tempus ex hac vita diſcedendi: Epiſcopos & Principes ad ſe vocauit: ac, quia liberos non habebat, eos hortatus eſt: vt Conradum (qui & Cono) Franconię Ducem (qui à quibuſdam Sueuus appellatur) virum conſilio manuq; promptum, Imperio pręponerent. Propinquis deinde accerſitis, pręſente iugali Kynigunda: Recipite, inquit, quam mihi tradidiſtis, virginem veſtram. Eam in quodam priuilegio appellat, non conthoralem ſuam, ſed contectalem. Poſtea 3. Idus Iulias obiit, anno ætatis ſuę 52. atque Bambergę in cathedrali S. Petri Baſilica (ſcribente Bruſchio) à ſe fundata, magnifico Mauſoleo (vbi & coniux Chunigundis poſterius) humatus eſt. Id ſepulchrum auguſtiſſimum, & ferreis cancellis pulcherrimè communitum, in media ferè Eccleſia, hodie adhuc ſumma hominum reuerentia inuiſitur. Canonizatus eſt multis annis pòſt, nono Epiſcopo Babenbergenſi Egelberto pedum geſtante, anno Domini 1145.

Moriturus Henricus Imp. coniugem Chunigundam, cognatis virginē reſtituit.

Quare

Quare Cæſar Henricus cognomen habuit Claudi?

Quòd quodam tempore, quãdo cum Ardoino bellum in Italia gerebat, captus: cuſtodibus deceptis, elapſus fuerit: ac, cùm ſe de muro deieciſſet, crure læſo, deinceps claudicauerit.

Claudus cur dictus.

Aliam cauſam affert Herm. Æditus: quam, vt non iniucundam auditu, referam: Solebat Henricus in Eccleſia (inquit) quocunque veniret, prima nocte ſolus orandi cauſa manere. Sic etiam Romæ, in S. Mariæ maioris Templo pernoctare voluit. Ecce autem tibi ea nocte Chriſtus: qui in Pontificalibus ibi infulis proceſſit, Miſſam celebraturus. (in quem vſum?) Eum ſequebatur Leuita D. Laurentius: & loco Subdiaconi, S. Vincentius. Poſtea, mater Dei virgo, cum multitudine virginum & Angelorum. Poſt hos, Ioannes Baptiſta, cum Patriarchis & Prophetis. Poſtea Petrus & Ioannes, cum cæteris Apoſtolis & Euangeliſtis. Item, S. Stephanus cum Martyribus: D. Martinus, cum omnibus Confeſſoribus. Duobus igitur Angelis incipientibus Introitum: Suſcepimus, Deus, miſericordiam tuam: Omnes extenderũt digitos ad Chriſtum. Sed cùm cantaretur finis illius Introitus: Iuſtitia plena eſt dextera tua: Chriſtus, beata virgo, & omnes Angeli ac Sancti, verterunt ſe ad Henricum: in angulo Eccleſiæ deuotè auſcultantem: digitos extendentes in eum. Peracto verò officio vſque ad Euangelium, cum indicibili iubilatione: Angelus acceptum Euangelium, præbuit primò deoſculandum Chriſto: Deinde, B. virgini: & poſtea omnibus ordine. Tunc B. virgo innuit Angelo: vt porrigeret librum etiam Imperatori deoſculandum, dicens: præbe ei oſculum pacis: cui ſicut & mihi, placuit virginitatis perpetuæ ornamentum. Porrigente igitur Angelo Cæſari librum deoſculandum: non animaduertit: quia in viſione tantæ ſolennitatis, raptus fuit extra ſeſe. Tunc Angelus ipſum in neruo tangens, fecit eum claudum (ſicut ſcil. olim Patriarcham Iacobum) dicens: Hoc tibi ſignum dilectionis ſit: qua te Deus diligit propter tuam caſtitatem & iuſtitiam. Hinc vſque ad mortem claudicauit. Hactenus, ille. Bellè autem, niſi cui ſecus videtur, conſentiunt hæc cum eo, quod Hebr. 9. ſcribitur: Vna oblatione perfectos reddidit in perpetuum illos, qui ſanctificantur. Denuò ſe hîc Dominus Romæ, ſibiq́; obtulit. Et cum Dicto Galat. 3. Quotquot in Chriſtum baptizati eſtis: Chriſtum induiſtis. Non eſt diſcrimen inter Iudæum & Græcum, vel Barbarum: neque inter ſeruum & liberum: neq; inter maſculum & fœminam (ideo nec inter virginem & coniugatam: in negotio quidem iuſtificationis coram Deo.) Omnes enim vos eſtis VNVS in Chriſto Ieſu.

Chriſtus, Miſſam celebrans.

Denique cum illo, quod Paulus Rom. 3. dicit: Omnes peccauerunt, & deſtituuntur gloria Dei. Iuſtificantur autem gratis eius gratia: per redemptionem, quæ eſt in Chriſto Ieſu. Gratiam verò hanc, fide accipimus. Διὰ τοῦτο ἐκ πίστεως, ἵνα κατὰ χάριν: *Ideo ex fide, vt ex gratia iuſtificatio noſtri ſit. Rom. 4.*

Quid ſcribitur de morte S. Henrici? Eſtne ſaluatus?

Talia, quibus ſcitè is ornatur, & meritò: quia præclarè de Eccleſiis & Monaſteriis meritus. Difficilimè autem, & mirabili modo, ſaluatus eſt. Referam & ipſa hæc: vt partim terribilia, partim tamen iucunda.

I. Ex Hermanno Ædit. atque ex Antonini Volum 2. Tit. 16. cap. 4.

Cum Imp. Henricus, in caſtro Grun (al. Grona) decumbens, debitum carnis expleret: & corpus ad ſepeliendum in Babenberg duceretur: quidam S. Eremita, habitans in ſylua Turingorum: ſtans in oſtio habitaculi ſui veſperi, vidit maximam multitudinem prætereũtem. Quam admirans, vltimum eorum interrogauit: qui eſſent, & quò tenderent. Qui ait: Dæmones ſumus, & Babenbergam properamus, diſceptatum: ſi aliquid iuris habeamus, aut habere poſſimus, in animam Imperatoris, qui mortuus eſt. Quem vir ille deuotus adiurauit: vt rediens, euentum rei ſibi indicaret. Qui, peracto iudicio, rediit, & beato viro dixit.

Saluatio Imp. Henrici.

In morte Cæſaris fuimus: ſed nihil profecimus: quia ille exuſtus LAVRENTIVS, *ollã auream in ſtateram miſit. Cui aurem vnam fregimus: cùm aliud nihil poſſemus. Laurentium vocauit exuſtum: ollam verò, calicem aureum, precioſum & ponderoſum, S. Laurentio ab Henrico oblatum: qui ſeruatur in Merſburg, in Eccleſia maiore.*

Animæ ponderatio.

II. Verba Chronic. M. Scr.

Fertur, fuiſſe in illis diebus quendam Anachoretam ſanctarum virtutum. Ad quem prædictus Imp. Henricus, inuenta occaſione, crebro cum ſuo cliente clàm veniebat: & ſe eius oratio-

*nibus commendabat. Quem cùm intellexiſſet, orationis cauſa Hieroſolymam ire velle: commiſit ei Dominici ſanguinis calicem aureum magnum: duas ex vtroque latere anſas habentem: quod nos vulgo dicimus, Aures. Quem vt intingat terna merſione in Iordanem, vbi Chriſtus baptizatus eſt à Iohanne, præcipit Imperator, & rogat: dans ei pecuniam, quanta ſufficeret ad viam. Quid plura? Homo Dei, Hieroſolymam vadit: iuſſa facit, ter mergens calicem Iordanis in vnda. Poſt rediens per Conſtantinopolin, tranſibat per Bulgariam. Ibi erat quidam Heremita (*ἐρημίτης*) ſanctam gerens vitam. Ad quem veniens: poſt dulcia & ſancta colloquia ſuppliciter rogauit eum: vt pro incolomitate Imp. Henrici oraret Dominum. Ad quem ille, Non eſt, inquit, pro incolomitate eius orandum: quia ex hac conualle lacrymarum, tranſlatus eſt iam in requiem beatorum. At ille inſtat: rogans, vt dicat, vnde hoc ſciat. Et ille, Hac, inquit, proxima nocte (*πρόλογος*, vt in Comœdia) dum nec adeo vigilarem, nec omnino dormirem: ſuſtulit me alta viſio ad campum planum, nimiſq́ latũ & iucundum. Et vidi ibi malignos Spiritus teterrimos: quorum ex ore & naribus exibat ſulfurea flamma: qui Imperat. Henricum per Barbam (*πρότασις*) inuitum trahebant. Alij collum eius, furcis ferreis vrgentes, læti clamabant: Noſter eſt, noſter eſt. Quos à longe ſequebatur S. Maria, & S. Georgius (*ὁ πεπλανημένος*) qui triſtes, eripere eum volentes, cum eis litigabant: donec ſuſpenſa eſt in medio campo trutina: cuius capacitas latior fuit, quàm 2 milliaria. Ad ſiniſtram, maligna pars, magna & innumerabilia pondera, quæ ſunt mala opera, imponebat. At contrà, S. Georgium vidi* MONASTERIVM *magnum, cum toto clauſtro, imponere. Vidi aureas cruces, precioſis lapidibus graues. Plenaria quoque gemmis & auro grandia: candelabraq́ aurea, & thuribula, atque pallia immunera. Sed adhuc, maligna pars præponderabat (*ἐπίτασις*) clamans: Noſter eſt, noſter eſt. Tunc S. Maria accepit aureum calicem de manu S. Georgij (al. Laurentij) & concutiens caput ter, inquit (*καταστροφὴ, θεὰ ἀπὸ μηχανῆς*) certè non veſter, ſed noſter eſt. Et cum indignatione proiecit calicem ad parietem Eccleſiæ: & fracta eſt vna anſa calicis. Ad cuius tinnitum euanuit agmen ignitum. Et accepit S. Maria per manum dexteram, & S. Georgius (al. Laurentius) per manum ſiniſtram, Imperatorem: ducentes eum, vt credo, in cœleſtem habitationem. Tunc ille Hieroſolymita, corde reuoluens hæc, deſcendit ad ſarcinas: & inuênit fractam anſam calicis: qui vſque hodie habetur pro teſtimonio miraculi, Bauenberch in Eccleſia S. Georgij. (al. Mersburch, in Eccleſia S. Laurentij.) Hæc, in illo magno volumine: quibus Eccleſiaſtica & Monaſtica gens, non tantum pro ſumma liberalitate, grata eſſe erga benefactorem voluit: ſed etiam alios proceres & diuites, ad ſimilem & parem beneficentiam inuitare. Talis verò ψυχοστασία (vt lib. 8. Philoſtrati de vita Apollonij Tyanenſis vocatur) animarum ponderatio, & præponderatio, reuerendum patrem, cæcum Homerum, auctorem habet: Iliad. 22. ſcribentem de fatis Hectoris & Achillis, inter ſe de vita decertantium: quòd ijs ab Ioue in bilance poſitis: Hectoris fatalis dies, ad interitum vergeret.*

ψυχοστασία S. Henrici.

Ex Homero.

Verſus ſunt hi:

Καὶ τότε δὴ χρύσεια πατὴρ ἐτίταινε τάλαντα:
Ἐν δ' ἐτίθει δύο κῆρε τανηλεγέος θανάτοιο:
Τὴν μὲν ἀχιλλῆος, τὴν δ' ἕκτορος ἱπποδάμοιο.
Ἕλκε δὲ, μέσσα λαβών. ῥέπε δ' ἕκτορος αἴσιμον ἦμαρ:
ᾤχετο δ' εἰς ἀΐδαο: λίπεν δέ ὁ φοῖβος ἀπόλλων.

Imitatus eſt Virgilius Æneid. 12. in duello Turni & Aeneæ.

Iuppiter ipſe duas æquato examine lances
Suſtinet: & fata imponit diuerſa duorum:
Quem damnet labor, & quo vergat pondere lethum.

Nihil autem de tali ponderatione operum in ſacris literis: ſed in extremo iudicio, Matth. 25. aliud erit examen benefactorum: quatenus ſcil. recta in Chriſtum fidei indicia & teſtimonia erunt. Ioan. 3. Qui fidem habuit in filium Dei: habebit vitam æternam.

Epheſ. 2. Non ex operibus, ne quis glorietur.

SEXTVS DECIMVS OCCIDENT. IMP. CONRADVS II.

Irritus Auguſtani Epiſcopi Brunonis aduerſus Bambergenſem Epiſcopatum conatus. Guelphonis II. cum Sueuo Duce Erneſto, aduerſus Conradum Cæſarem machinationes irritæ. VVirtembergenſes Proceres. Orientis Imp. CONSTANTINVS, Baſilij frater. Italica Conradi profectio, ibique coronatio. Auguſta Vindelic. à Guelphone capta. Priuilegium Murrhartenſi Monaſterio ab Imp. Conrado datum. VVarmannus, Conſtantienſis Epiſcopus: & Sangallenſis Abbas Thietvvaldus. Guido, Muſicus Italicus. Brunonis Epiſcopi Legatum, & obitus. Imp. Orientis, ROMANVS ARGYRVS.

CAPVT VI.

Conradus II. Salicus, Imp. Occid. XVI.

Spirenſe Templum ſummũ.

Conradũ hunc oſtenditur, fuiſſe Sueuum.

ANNO 1024. *Principum comitiis habitis: lectus eſt* XVI. IMP. CÆS. CONRADVS *Saliquus, P.F. Aug. qui imperauit ferè 15. A. Fuit is, gente Francus: de quo tamen in Archiepiſcopus Merſſai ſic ſcribitur: Elegit Moguntinus Arribo, poſt mortem S. Henrici Claudi, Conradum Saliquum Sueuum: qui ſummum Templum Spiræ, maximis ſumptibus conſtruxit. Colonienſis autem Piligrinus, conſecrauit in Imperatorem, Conradum Sueuum, Aquisgrani. Genus eius ab Auent. ſic deducitur: Conradus, Filius Henrici, fratris Gregorij V. Pont. Maximi: nepos Ottonis Ducis: pronepos Conradi, occiſi ab Vgris, gener Magni Othonis. At ſup. lib. 5. cap. 1. diuerſam eius deductionem habes, hoc modo. 1. Otho M. 2. Luitholfus, Sueuiæ Dux. 3. Conradus Cæſar. 4. Henricus tertius.*

Baiblingen & Kalvv.

VVolfg. quoque Lazius Conradum, lib. 8. Migr. Gent. facit Sueuum. Quis neſcit, inquit, in ſtirpe Comitum à Baiblingen & Kalvv, quatuor ordine Imperatores Romanos floruiſſe? Cunradum ſecundum videlicet, Henricum tertium, Henricum quartum & Henricum quintum.

VVaiblinga.

Siſridus deniq́ꝫ, Miſnenſ. Præsbyter, ſic ſcribit: Conradus Dux Francorum, Regnum adeptus, regnauit annis 15. Hic deſcenderat de ſtirpe Clodouei (Magni) & duxit Giſelam de VVeiblingen (VVaiblinga) neptem S. Henrici Imp. vxoremq́ꝫ Arnolphi, Ducis Sueuorum: quæ peperit Erneſtum & Hermannum. Et hinc peperit Henricum: qui Aquisgrani vnctus eſt in Regem per Peregrinum, Colonienſem Archiepiſcopum. Hæc, ille. Ibi VVaiblingæ mentio: vnde, Hohenſtauffenſes Barones.

Præceptor Conradi initio fuit (teſte Bruſch.) doctiſſ. Haſſus, Burcardus (al. Brocardus) ideoque ei ſemper chariſſimus. Poſtea 997. à Moguntino Archiepiſcopo VVilligiſo, conſecratus VVormacienſis Epiſcopus: qui 1025. anno obijt.

Bambergẽſem Epiſcopatum libenter deſtruxiſſet Bruno, Auguſt. Epiſc.

Cognomen Saliqui Conrado fuiſſe dicitur: quod ortus eſſet à Francis Saliis (ſicut & Lex Salica) olim fluuij Sale accolis. Sublimatus autem ille in Regni ſedem: conſilio Brunonis Epiſcopi Auguſtani (qui ſemper felicibus actis fratris ſui Henrici Cæſaris inuiderat) Babenbergenſem Epiſcopatum meditabatur (vt in Vrſperg. & M. Scr. Chron. eſt) deſtruere. Nam idem Bruno promiſerat vxori eius Reginæ Giſlæ: ſe omnia prædia, hæreditario iure ad ſe pertinentia, filio eius Henrico traditurum. Locus igitur & tempus ſtatuitur, rei huius ad effectum perducendæ. Verum nocte, quæ eum diem præceſſit, Babenbergenſis Epiſcopus Euerhardus, ad tentorium & lectum Brunonis clam accedens: multis rationibus eum ab inſtituto reuocare conatus eſt, & abijt. Brunoni dormienti viſus eſt Imp. Henricus lecto aſtare: faciemq́ꝫ ſuam, barba ex vna parte euulſione turpificatam oſtendere. Quis, mi frater, auſus eſt (quærit Bruno) iſtud contra te facere? Tu feciſti, inquit Henricus: quia me, & Sanctos Dei, quos donis ornaueram, diſpoliare conſtituiſti. Deſiſte, ne magno tibi ſtet iſta temeritas. Experrectus Epiſcopus, cohorruit: ac poſtridie ad conuentum, vt promiſſa faceret, poſt longam expectationem inuitatus: venire ſe poſſe, propter infirmitatem corporis, negauit. Rogatus etiam, vt ſe in lecto ad conuentum portari ſineret, vt promiſſa præſtaret: ſe nolle, dixit: confitens aperte, ſe & in Deum, & in Sanctos eius, & in fratrem ſuum, peccaſſe. Ita conatus ſpoliandi Epiſcopatus Babenbergici, in fumum abijt.

Aduerſarij Conrado Cæſari, Conradus, Erneſtus, & Guelpho: ſed fruſtra.

Anno 1025. nouo Cæſari refragabatur Conradus, ſuus Patruelis, inuidens eius honoribus. Ipſum adiuuabãt, Sueuiæ Dux Erneſtus, Conradi priuignus: ac Dux Occidentalis Bauariæ Guelpho II. iuuabat Erneſtum, vt Conrado contingeret Imperium, VVernherus etiam, Argentinenſis Epiſcopus: & Comes VVernher à Kyburg in Turgouia: nec non Diepoldus Kalelevvenſis: qui

profugus poſterius, in ſylua latuit. Magnus erat ipſorum conatus: ſed nihil effecerunt. Poſtea tamen, Cæſare in Italiam profecto, ſe rurſum Erneſtus ac VVelpho commouere, ſicut audiemus.

VVirtembergenſes, Bentelſpachi.

Hoc tempore, VVirtembergenſes Domini (Maiores hodiernorum Ducum) Bentelſpachi, cum à Romanis orti eſſent, habitaſſe dicuntur: ſicut in quibuſdam chartis reperi. Ibi poſtea, eorum ſepulturæ, & collegij fundatio. Dicitur ibidem, eorum vnum petijſſe, montem ſibi dari à Cæſare. Illum reſpondiſſe, monſtrato monte: Der Wirt am Berg / *Ibi illum ædificaſſe arcem, & nominaſſe, VVirtamberg. Idem nomen, ſequentibus temporibus regioni eſſe inditum. At potius* αὐτόχθονες *ſunt, indigenæ Sueuiæ: & eorum primus inuenitur Emicho. Vide ſup. lib. 3. cap. 10.*

Conradi Coronatio in Italia.

Anno 1026. (al. 1028.) Conradus Rex filium ſuum Henricum, Regem Germaniæ fecit. Idem hoc 1026. anno, in Italiam profectus (comitantibus eum, Rudolpho Burgundionum Rege: ac Canuto, potentiſſimo Anglorum, Cimbrorum, Suecorum, Finnoniorum, Gotthorum, Scandinauiorum, Dynaſta) Mediolani, Regium diadema ab Archiepiſcopo accepit. Etiam Modoetiæ, exemplo Caroli M. & poſterorum eius, ſe coronari voluit: id quod poſtea multi quoque ſucceſſorum eius fecerunt. Quam coronam Mediolanenſes, inuidia conciti (Sigon. teſte) ad contemptum, palearem vocabant.

Conſtantinus, Orient. Imp. 41.

In Oriente, XLI. IMP. CÆS. CONSTANTINVS, *mortuo fratre Baſilio, ſolus ad triennium imperat.*

VVarmannus, Conſtantiæ Epiſcopus.

Conſtantienſi Epiſcopatui præfectus eſt VVarmannus: antea ex Dillingenſi & Kyburgio Comite, Monachus Augiæ diuitis. Erat ille magna gloria eruditionis: adeo, vt erudiendum acceperit Hermannum, Sueuiæ Ducem. Præfuit ſapienter & vtiliter A. 8. ac deceſſit 1034. ſepultus Conſtantiæ. Bruſch.

Conradus, Romæ coronatus.

Anno 1027. Rex Conradus, per Quadrageſimæ dies Romam profectus: & à Vercellenſi Epiſcopo Arderico (loco Metropolitani ſui, Mediolanenſis Archiepiſcopi, abſentis: cuius alias id munus erat) ad aram in Vaticana Baſilica adductus: in die Reſurrectionis, Auguſtalia Inſignia accepit. Cumq; res Italicas ſtabiliuiſſet: Eccleſiisq; ſua iura confirmauiſſet: in Germaniā redijt.

Guelpho Auguſtam expugnat & diripit.

Interea autem, dum ipſe in Italia verſabatur: Erneſtus, Sueuiæ Dux, Imperatoris priuignus: & VVelpho II. Comes, Ambronum & Landſpergi Bauariæ, Rauenſpurgi Altorffijq; Sueuiæ, Præfectus: pacem Germaniæ denuò turbarunt, præſertim VVelpho. Hic enim Auguſtano Epiſcopo Brunoni (filium Imperatoris Henricum III. apud ſe habenti: & bonis literis ac virtutibus erudienti) grauiſſimum intulit bellum: maximas prædationes & incendia fecit: caſtella & munitiones illius cepit, ac diripuit. Tandem ipſam etiam vrbem Auguſtam obſedit, expugnauit, exinaniuit. Eaſdem calamitates & Fruxinenſis ſeu Friſingenſis Epiſcopus, qui Brunoni opitulabatur, perpeſſus eſt. Imperator autem in Germaniam reuerſus: Vlmæ 1028. conuentum agens, & Erneſtum ac VVelphonem, ſe ei dedentes, pro dignitate vltus eſt: quòd pacem Imperij, ab eo mandatam, turbauiſſent. Ad condignam ſatisfactionem, ac reſtitutionem omnium bonorum, Auguſtanæ & vrbi & Eccleſiæ ereptorum, VVelphonem præcipuè, compulit: & ipſos in exilium aliquandiu relegauit. De Epiſcopo VVernhero fertur: cum à Cæſare, vt ſemper ei ſuſpectum, ſpecie legationis Conſtantinopolin miſſum eſſe: eiuſq; monitu, ab Imperatore Græco in inſulam relegatum, breui perijſſe veneno. Hoc artificio Cæſarem vſum eſſe: quod non auderet illum, potenti cognatione munitum, apertè Epiſcopatu deijcere. Hæc ferè, in Bruſch. & Auent. In VVeingartenſi autem Guelphonum Chronico M. Scr. additur: quod Guelpho, cum ad ſenectutem perueniſſet: & malorum, quæ Auguſtenſi atque Friſingenſi Eccleſiis intuliſſet, recordatus eſſet: emendationem ſui, cum magna cordis contritione anhelauerit. Examinationem proinde per iudicium aquæ frigidæ elegerit: in qua non aliud precium ſibi ſufficere exiſtimans, villas ſuper villas, cum omni iure ſuo, in ipſo examine accumulauerit: ac ſic recompenſando illatum damnum, ad perfectam purgationem peruenerit. Quas villas, ſecundum modum ac qualitatem damni, vtriq; Eccleſiæ ſine dilatione, in perpetuam poſſeſſionem donauerit.

Vlma in conuentu Imp. Cōradus aduerſarios vlciſcitur.

VVernheri, Argentin. Epiſcopi, ablegatio Conſtantinopolin.

Guelphonis pœnitentia.

Eodem 1027. anno, Imp. Conradus Murrhartenſe cœnobium donauit ſyluatico iure: literis datis, quarum ſententia eſt.

Murrhartenſi Monaſterio priuilegium à Cæſare datum.

In nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Conradus diuina gratia Romanorum Imp. Auguſtus, omnibus & ſingulis Dei, & noſtris fidelibus, notum facimus. Petentibus à nobis, chara coniuge noſtra Giſela Auguſta: & Aribone, Moguntinenſis ſedis Archiepiſcopo: ſyluam quādam iuxta Monaſterium Murrhartum (cuius Abbas, Adolfus eſt) in partibus Murrergoia » *& Kochengoia, Comitum Heinrici & Rugeri, ſitam (quæ extenditur ad ortum riui VVislauffa,*

vſq;

vſque ad Saſſenbergum: & ita per duos riuos, Heroldsbachum & VVeiſſachum, ad Aichelsbergum: & inde ad fluuium Muram: ab hoc ſurſum, per Lauteram vſq. Simersbachum: hinc ſurſum, donec Lautera in Muram fluit: ac circum per Lauteram Simersbachum vſque: inde ſurſum verſus vſq. ad medium montis Hochbeuri: atque ita recta procedendo, vſque ad ſemitam ducentem per Mainhartum: eademq. ſemita vſque ad fontem Steinerodum: & ſecundo flumine vſque ad Cochinaham: ac ſurſum ſecus Staigerbachum: & ſic per limites Franconiæ ac Sueuiæ, ad ſupradictum fontem VVislauffam) conſentientibus comitibus locorũ, Henrico, Rugero, altero Heinrico, fratre eius Poppone, Gunthero, Sigisboldo, Sifrido, Hatzone: omnibusq., qui antehac in prædicta ſylua venari conſueuerunt: tradidimus Megenhardo, Epiſcopo VVirtzburgenſi, ſucceſſoribusq. eius omnibus, ex hoc tempore in perpetuum, nomine foreſtarij vel ſyluatici iuris: firmiter hoc roborantes, ſub comminatione noſtræ animaduerſionis: ita, vt nemini fas ſit, vllam feram ſine permiſſu antedicti Epiſcopi & Abbatis, & eorum, quibus poteſtatem dederint, perſequi & capere. In quorum fidem, ſigillum & manum noſtram his literis ſubiunximus.

Signum inuictiſſimi D. Conradi Rom. Imp. Auguſti.

Vdalricus Cancellarius, loco Aribonis Archicancellarij recognouit.

Data 12. Kal. Auguſti, 10. Indict. Anno Domini 1027. anno Regni D. Conradi ſecundi 3. Imperij verò 2.

Actum Vlmæ feliciter. Amen. — *Vlma.*

Murrergoia, cuius in literis mentio fit, fortaſſe comitatus Leoſteinenſis eſt. — *Leoſtein. comitatus.*

De Rugero (al. Ruggero) vide infrà lib. 7. cap. 4.

Anno 1028. Sangalli Abbas lectus eſt Thietvvaldus: quem confirmauit Imp. In quod Monaſterium Giſela Auguſta, quodam tempore venit cum filio ſuo: decentiq. honore excepta, ſingulos fratres munerauit: & in confraternitatem eorum accepta, ſe illorum precibus commendauit. Valde vtiliter œconomiam adminiſtrauit: ſenexq. 1040. defunctus, magnum ſui deſiderium ſodalitati reliquit.

Giſela Auguſta, Sangalli. Confraternitas Monachorum.

Hec tempore in Italia vixit Monachus eruditiſſimus, Muſicus, nomine Guido (Vitus) Aretinus. Hic nouam flectendarum vocum diſciplinam (teſte Sigonio, & ante eum Sigeberto) quæ in hũc vſque diem obſeruatur, per literas ſyllabasq. (Vt, Re, Mi, Fa, Sol, La.) flexuris digitorum læuæ manus adiungendas, edidit. De eodem, Vincent. Volum. 4. lib. 26. cap. 14. Noſtrò tempore, non ita pridem (vt inueniuntur artes nouitate conturbandi cupida ingenia) quidam pro illis ſyllabis, literas A, B, C, D, E, F, (quæ ſic à diſcentibus, inter canendum exprimerentur) introducere voluit.

Muſicus Guido.

Anno 1029. Epiſcopus Auguſtæ Bruno (vt amicus quidam me ex Achille Gaſſ. docuit) ex patrimonio ſuo, primarium Cathedralis (in D. Mariæ Auguſtana æde) Chori altare, legato ampliſſimo, nempe Straubinga, dotauit: probantibus, Dietricho, Myſtarum Decano: & Manigoldo, Aduocato. Id autem tali fecit pacto: vt Canonici fratres, quotidie ante illud altare, 129. Pſalmum Dauidis, De profundis, pro anima ſua requie dicerent: anniuerſariumque depoſitionis ſuæ diem, ſemper 23. Aprilis in Cathedrali S. Mariæ fano peragerent. Legatum illud (Curtis ſcil. & fundi Straubingenſis, cum omnibus attinentiis: quæ per Vicedominum, Auguſtani Canonici poſſederant) Boiariæ Ducibus, Ludouico & VVilhelmo fratribus, vendita ſunt noſtro ſeculo, per Chriſtophorum à Stadion Epiſcopum, plus minus XXX. Aureorum millibus: conſentiente toto capitulo. Hinc appellatio eis contigit, Curia Auguſtpurgenſis, Der Augſpurger Hoff zu Straubingen.

Auguſt. Epiſcopi Brunonis legatum.

Dicitur Bruno, eodem hoc 1029. anno mortuus eſſe (etſi Bruſchius 1031. ponit) 8. Kal. Maij: & in Mauriciana æde, ſub ipſum Chori ingreſſum quieſcere. Id Mauſoleum, vſque ad 1541. annum Chriſti, ſpectabile manſiſſe. Inde humiliatum, atque denuo qualitercunque refectum, eſſe.

Eod. anno, Conſtantinopoli XLII. IMP. CÆS. ROMANVS IV. ARGYRVS *(al. Argyropolus) P. F. Aug. creatus eſt: qui annos 5. M. 6. imperauit.*

Romanus IV. Argyrus, Orient. Imp. 42.

BELLVM VNGARICVM ET ALEMANNICVM. DVX SVEuiæ vndecimus, Hermannus IV. Comitatus Mompeligartenſis. Nobiles Sueuiâ Freiberg. Templa Spirenſia. Origo Neapolitani Regni. Burgundici Regni ad Imperium Rom. adiunctio. Epiſcopi, Auguſtanus Eberhardus, Spirenſis Reginobaldus.

CAPVT VII.

Vngaricum bellum.

ANno 1030. *bellum Rex Vngariæ Stephanus Conrado Imp. fecit: quòd is Heinrico (Vngaricè Emerico) filio ipſius ex Giſela, Regnum Bauariæ auitum dare recuſaret. Vaſtatione vtrinq; facta: pax poſtea 1031. inter partes conuenit. Interea Dux Sueuiæ Erneſtus, & VVernherus Kyburgenſis Comes, in Alemannia 16. Cal. Septemb. occiſi ſunt. Quod ſic factum eſt. Placatus iam fuerat Erneſto Imperator: VVernhero verò arcem Kyburgum, poſt trium menſium obſidionem eripuerat. Hic fugiens, Erneſtum ad ſe attraxit: qui VVernhero obſecutus, denuò Cæſari rebellauit: ſed maior Sueuiæ pars, in fide Cæſaris manſit. Ideo Imperator ei Ducatum Alemanniæ ademerat: & rogatu Giſelæ, ad fratrem eius Hermannum detulerat. In Vngaros autem, hoc 1030. anno tendente Auguſto: rurſus turbas excitauit Erneſtus (VVernero, & alijs Proceribus, iuuantibus) caſtellum in Nigra ſylua Falckenſtainum obſidens, agrumq; depopulans. Comes verò Manigoldus (fortaſſe Veringenſis) exercitu è Sueuia coacto (præſertim ex Augiæ maioris ſubditis) nomine Cæſaris: pugnaq; die 17. Aug. commiſſa, aduerſarios vicit. Occubuere ambo, Dux Erneſtus (poſt cladem errans per latebras ſyluarum) & Comes Kyburgenſis. At etiam Adelbertus ac VVarinus, equites præſtantes. Deniq; ipſe quoq; victor Manigoldus. Erneſtus Conſtantiæ, Manigoldus Richenouiæ, ſepulti ſunt. Ioan. Stumpf. ex variis Scriptoribus.*

Alemannicũ bellum Conradi Imp.

Falckenſtainũ caſtellum.

Dux XI. Alemanniæ, Hermannus IV.

Succeſſit Dux Alemanniæ XI. HERMANNVS IV. *frater præcedentis Erneſti, præſidens A. 8.*

Mompelgard. comitatus.

His temporibus, aut non multò pòſt, erant Proceres Montiſpeligardenſes. Inde vnus, poſtea Comes Theodoricus fuit: qui anno Chriſti 1074. cœnobium S. VValtpurgis Benedictinum, in ſacro Foreſto non longè ſupra Strasburgum, conſtruxiſſe dicitur. Etſi alij referunt ad Fridericum, Ducem Sueuiæ, patrem Imp. Friderici, atque vxorem eius Iudithaam. Munſt. & Lazius. Hodie, illuſtriſſimis VVirtembergenſibus & Teccenſibus Dominis, hic comitatus ſubiectus eſt.

Freibergeri nobiles.

Eodem anno 1030. reperio, vixiſſe Dominum Thaman (Thomam) de Freiberg, equitem auratum: cuius vxor fuerit Margareta, Gundelfingenſis Baroniſſa. Eſt autem nobilis Freibergerorum familia, Sueuica, perantiqua. Cuius plura genera vidi ante biennium, in libro quodam illorum genealogico. Vnum, Eiſenbergenſium & Steiſſlingenſium (inter quos hic Thamas) alterum, Kirchaimenſium, Augelbergenſium, VVolfsbergenſium: tertium, Bauariam & Aſchauiam incolentium. Quidam, Muetingæ habitarunt in Rhotenthala. Alij Achſtetam arcem habitant: quæ inter Vlmam & Biberacum ſita eſt, ſpatio ternarum vtrinq; horarum.

De ortu autem huius familiæ, in libro prædicto ſcriptum in hanc ſententiam erat. Inuenitur (inquit) in veteribus Vlmæ Chronicis: Fribergenſes à quodam Romano Curio, cum alijs Romanis nobilibus expulſo, progreſſos eſſe: & poſtea in Curvvallia caſtellum ædificaſſe, cui nomen Friberg: ſitum 2. milliaribus ſupra Curiam, oppidum iuxta Rhenum. Ab ea arce illis nomen extitit. Primus, qui ibi habitauit, nominabatur Thaman à Friberg, antiquior videlicet illo ſuperius poſito Thamane. Vxorem habuit Annam de Brandis, Baroniſſam: alio nomine Ermenritin dictam.

Saxenſes Barones.

Contentio autem ſuperiori Thamani fuit, cum quodam Saxici generis Barone: qui & ipſe in Curvvallia habitauit: in quo certamine hic Fribergerus mortuus eſt, relictis duobus filijs. Saxus porrò ille vehementer oppugnans Margaretam viduam, coegit tandem eam vendere caſtellum cum bonis, ac diſcedere.

Rothenthala.

Collectis itaq; aliquot pecuniis: ipſa cum filiis in Sueuiam ſe tranſtulit, in locum nomine Rhotenthalam: vbi pagos & villas cum bonis emit: quæ nunc à cœnobijs Ochſenhauſano & Heppachienſi tenentur: pars etiam quædam, à Steinenſibus nobilibus. Ædificauit porro ſibi vidua domicilium Medingam: deinde arcem Vntermedingam, ad riuum Rhotum, quam appellauit Fribergam: quod nomen ei collapſæ, adhuc manet: vbi villa eſt, pertinens ad nobiles à Stein. In ea arce collocauit natu maiorem filiorum: qui duxit liberam Baroniſſam à Kirchberg.

Kirchberg. Barones.

adſe-

adferentē ipſi dotis loco Pfaffenhofam: & arcem, non longe inde diſtantē, Nevvahauſam Inſignia Kirchbergenſia. In ſcuto æthiops, cum flaua in capite corona: & cum flaua Epiſcopali infula in manu dextera. Alter filius, Baroniſſam ab Altenſteißlinga duxit: quæ ei pro dote attulit hanc ditionē. Inſignia Altenſteißlingenſia. In ſcuto, à dextra ſiniſtram verſus, ſtrigæ vel trabes albæ 4. & alternatim interpoſitæ rubræ 3. Nomina horū coniugum ponuntur: Herr Thaman de Freiberg, & Anna Kirchbergenſis: Herr Henricus de Freiberg, & Margareta Altenſteißlingenſis. Inſignia horū Freibergerorum. Scutum bicolor: cuius ſuperior pars, alba: inferior verò, glauca, cum nouē ibi vitellis oui, ſiue pilulis flauis: quorum 4. ſuprà, 2. infrà, in medio 3. Ex his 2. fratribus, multi nati ſunt filij: à quibus Nevvenſteißlinga eſt ædificata. Voluiſſem tempora ſingulis rebus adiecta fuiſſe: ſed deſiderabantur. Horū filiorum vnus, Herrgottus Sifridus de Freiberg, in Bauaria duxit nobilem vxorem, Annam de Aſch: quæ ditionem Aſchiam & arcem, ad eum attulit. Alius, Herr Hiltebrandus, vxorem habuit Euphroſynam de Angelberg. Alius, Leonhardus, Emerentiam de Haimerdingen, non procul ciuitate Memminga. Cæteri, alius alibi, benè & fortiter ſe geſſerunt. Habent ſepulturam honeſtam Heppachæ & Ochſenhauſæ.

Steißlinga alt. — Steißlinga nevv. — Angelberg. — Haimerdinga.

Vt iam ad Dominum Thaman, de quo dixi initiò, redeam: inſignia eius fuere nouem vitelli: vxoris verò Margaretæ Gundelſingenſis, ſcutum flauum: & in eo, crux bis interſtincta, vel geminata, rubei coloris. Ex eo coniugio natus eſt Burcardus eques: cui nupta fuit Leonora, Baroniſſa Riedenſis: nata ex Montefortenſi Comite Maria. De Freibergeris, in præſenti ſatis: alias, plura. Vide infrà part. 3. lib. 2. cap. 12.

Riedenſis Baronatus.

Eodem 1030. anno, tria maxima Templa ædificari à Conrado Imp. (fauente coniuge Giſela) cœpta ſunt: quorum ipſe primos poſuit lapides, 12. Iul. (pridie D. Margaritæ) in eius diei aurora, præſente Spirenſi Epiſcopo VValthero. Ea ſunt. I. ampliſſima Baſilica Spirenſis (quæ etiamnum habet conſpicua multorum Germaniæ Imperatorum, & Auguſtarum, Mauſolea) in honorem B. virginis Mariæ. II. præclarum S. Ioannis in ſummitate vrbis ſitum Templum. III. foris, in agro Nemetum, ex caſtro Lympurg (in quo nuper filiolum Conradum, ex præcipitio quodam decidentem, amiſerat) magnificum cœnobium. Omnia, maximis ſumptibus. Bruſch.

Templa tria Conradi Imp. — Spirenſ. S. Mariæ. — S. Ioannis. — Cœnobium.

In Africa, Piſani Carthaginem cum Rege ceperunt: quem Romam adductum, & Chriſtianis ſacris initiatum, poſtmodum dimiſerunt. Sigon. Fuerat Carthago 140. anno ante Chriſtum natum, à Scipione deleta: ſed a Cæſare 43. anno ante eiusdem natalem, inſtaurata. Poſterioribus temporibus, graſſantibus Saracenis, rurſus afflicta.

Carthago, capta.

Anno 1031. Eberhardus, vel Eppo, Epiſcopus Auguſtanus Brunoni ſucceſſit, magnus benefactor cœnobij S. Vlrici. Obijt pridie aſcenſionis Domini, 1048. Sepultus honorificè, præſentibus Henrico III. Rege, omnibusq́; Principibus Imperij.

Eberhardus, Auguſt. Epiſcopus.

Robertus & Richardus, Nortmannorum Duces, è patria in Apuliam profecti, magnam eius partem contra Græcos occuparunt. Hoc, ſemen Regni Neapolitani naſcendi fuit.

Neapolitani Regni ſemen.

In Gallia, Henricus Roberti F. factus eſt Franciæ Rex: qui 30. annos regnauit.

Anno 1032. Rudolphus, Rex Burgundiæ, ſobole carens: cum fatalem ſibi horam adeſſe ſentiret: ac propenſiore animo eſſet erga Conradum Imp. qui ſororem eius Giſalam habebat (Vignierio ſic ſcribente) quam in Odonem, Campaniæ Comitē: qui ex altera eius ſorore natus erat: Conradum, eiusq; filium Henricum, Regni opumq́; ſuarum hæredes ac ſucceſſores, teſtamento inſtituit: moriensq́;, coronam cæteraq́; Regni inſignia, ad eos tranſmiſit: id quod Odoni moleſtiſſimum fuit: ſed ab Imperatore poſterius ſubactus eſt. Ita Burgundiæ Regnum, Rom. Imperio acceſſit: & Burgundica Heluetia, ad Alemannicam Heluetiam adiuncta fuit.

Burgundiæ Regnum, Imperio Rom. adiunctum.

Genealogia vltimorum Regum Burgundiæ, ex 4. Stumpf. 36.

- *Conradus, Comes & Rector Burgundiæ.*
  - *Rudolphus, R. Burgundiæ & Italiæ. Vxor eius, Bertha: Ducis Burcardi Sueui F. quæ 936. nupſit Regi Italiæ Hugoni.*
    - *Burcardus Archiepiſcopus.*
    - *Conradus, Rex Burgund. Obijt 994.*
      - *Rudolphus R. Burg. Obijt 1032. tradens Conrado Cæſari Regnum.*
      - *Giſela, Conradi II. Imp. Vxor, vt ait Vignierius.*
      - *N. ſoror — Vdo, vel Otho.*
    - *S. Adelhaidis, nupta Lothario, Regis Italiæ Hugonis filio: poſtea verò, Othoni I. Imperatori.*
    - *Rudolphus, Dux Burgundiæ.*

Reginobaldus, Epiſcopus Spirenſis.

Eodem 1032. anno, Reginobaldus: qui Auguſtæ Rhet. Abbas ad S. Vlricum fuerat: vna mente ac voce Capituli Spirenſis, ad Epiſcopatus ibi gubernationem vocatus eſt: ac laudabiliter eam adminiſtrans A. 8. emigrauit 1039. ex hac mortalitate, Octob. 13. Sepultus eſt in Baſilica noua, cum maximo totius populi luctu: ad quem diligenter ſingulis diebus Dominicis conciones habuerat. Bruſch.

BVRGVNDIÆ DIVISIO. SVEVI, IN MARCHIA AVſtriæ. Epiſcopi, Conſtantienſis Eberhardus, & Curienſis Hartmannus. Imp. Orient. MICHAEL PAPHLAGO. Dierum feſtorum ab Auguſto Conrado celebratio. Nominum Reginarum mutatio. Adelhaida, Cæſaris Conradi II. mater: oppidum Hohenlohenſe Oringa, Collegium ibi Canonicorum, Comburgenſis Comes Burcardus, & Hohenlohenſes Proceres. Expeditio Imp. Conradi Italica. Zollerenſium Comitum origo, & incrementa. Burggrauij Noriberg. & Marchiones Brandenburgenſes. Duces Vrslingenſes & Schiltachenſes. Simeon, Monachus Græcus Treueris. Duodecimus Alemanniæ Dux, HENRICVS. Saraceni, in Sicilia.

CAPVT VIII.

Burgundia diuiſio.

ANno 1033. deliquium Solis fuit 3. Cal. Iul. hora 6. ac depulſus eſt à Burgundiæ vſurpatione Odo, Campaniæ dominus, armis Imp. Conradi. Dicitur, inde Burgundiam eſſe diuiſam in Ducatum & comitatum: quorum ille ad Galliam, hic ad Imperium Rom. peruenerit.

Chunigundis Imp. obitus.

Hoc anno Schaffnaburg. Chunigundem Imperatricem obijſſe ait: alij verò, 1037. aut 1039. 5. nonas Martias. Seceſſerat autem poſt mortem Imp. Henrici in confugienſem Parthenonem, Μονάζουσα.

Auſtria, Sueuorum.

Primum omnium (vt in Chronic. Carionis ſcribitur) his temporibus meminerunt Scriptores, Marchiæ in Auſtria: quam tum occupauit Albertus Sueuiæ Dux, frater maioris Ernesti. Neq; vero tum erat adhuc Ducatus Auſtriæ: ſed à Sueuis tenebatur: qui per vim Auſtriam Hungaris ademerant.

Hieroſolymitani Templi inſtauratio.

Circa hoc tempus, permiſſu Ægyptij Dominatoris, Argyrus Imp. Græcus, Hieroſolymitanum Templum inſtaurare cœpit: quod ſucceſſor eius Michael poſtea abſoluit. Cedren.

Eberhardus, Conſtantiæ Epiſcopus. Pax in toto Imperio.

Anno 1034. Eberhardus (al. Eppo) Comes Dillingenſis & Kyburgius (ſcribente Bruſchio) germanus frater Epiſcopi Conſtantienſis VVarmanni (Regius Capellanus, Chron. M. Scr.) præfectus eſt huic Epiſcopatui: cui benè præfuit 12. A. Sub eius gubernatione, comitijs Conſtantiæ habitis 1044. pax ab Henrico III. Cæſare conſtituta eſt inter omnes Imperij Principes & ordines: qualis deinde Germaniæ nulla fuit. Poſtea 1047. cum Henricum, in Italiam ſchiſmatis tollendi cauſa, quod inter tres Pontificatus riuales ortum erat, proficiſcentem, ſecutus eſſet: eoq; diſſidio ſublato, à nouo Pontifice Clemente II. (antea Suiggero, Babenbergenſi Epiſcopo) Henricus cum vxore Agnete, in natali Domini coronaretur: obijt eodem die Epiſcopus Eberhardus, ſubitanea morte: ac mox ſummo cum honore, ſub S. Petri porticu, terræ mandatus eſt.

Hizzo Palatinus.

Hizzo, Palatinus Comes (Chronic. M. Scr.) à ſua concubina, nomine Thietburga, veneni poculo, vt fertur, ſublatus eſt: Auguſtamq; deportatus, in Eccleſia S. Odalrici eſt ſepultus, 16. Kalend. Iunij.

Zoe. Michael Paphlago, Imp. Orient. 43.

Anno 1035. Imp. Argyro, inſidijs vxoris libidinoſiſſimæ Zoes, & adulteri Michaelis Paphlagonis, interfecto: ſucceſſit XLIII. IMP. CÆS. MICHAEL PAPHLAGO, P. F. *Aug. imperans cum Zoe, quam tamen in ordinem coegit, A. 6. M. 6.*

Feſtorum Cæſarea celebratio.

Anno 1036. Imperator incarnationem Domini (teſte Chron. M. Scr.) Argentinæ magnificè celebrauit. Purificationem S. Mariæ, Auguſtæ peregit: vbi & publicum conuentum habuit: in quo, Conrado patrueli ſuo Ducatum Carentinorum commiſit: à quo, priore anno Adalberonem Maieſtatis reum dimouerat: qui poſtea VVilhelmo comite interfecto, in caſtellum Eresberch latendi cauſa confugit.

Chunigundis Angla, Regina.

Imperator Paſcha Ingelenheimi feriatus eſt: Aſcenſionem vero Domini, Paderbrunnæ: Penteceſten, natiuitatemq; Ioannis Baptiſtæ, Niumagi. Vbi filio ipſius Henrico Regi, ex Dania venit ſponſa, Regina Chunihildis, Canuti Anglorum Danorumq; Regis filia. Quæ ibidem, in natali Apoſtolorum, Regalem coronam accepit: & mutato in benedictione nomine, Chunigundis nuncupata eſt.

Hac

Cæſarum conſuetudo laudabilis.

Hæc ideo commemoraui, vt videamus 1. quàm religioſè Cæſares in celebratione Feſtorum ſe geſſerint. 2. quomodo frequenter hinc inde, publicæ tranquillitatis vtilitatiſq; cauſa, peregrinati ſint: vt ne quis animorum morbus, ſeu motus, in Imperio exiſteret. 3. Interdum etiam Reginarum nomina, in coronationibus aut conſecrationibus, fuiſſe alijs nominibus permutata: vt hoc loco pro Chunihilde, Chunigundis. Sic poſterioribus temporibus, Imp. Conſtantinopolitani Manuelis Comneni vxor, natione Germana, pro Bertha fuit Irena apud Græcos nominata: Philippi verò, Rom. Regis, Sueuiæ Ducis, coniux: Conſtantinopolitani Imp. Iſaacij Angeli filia: pro Irena fuit, vt ſatis apud nos apparet, Germanis appellata Maria.

Nomina Reginarum, mutari ſolita.

Chunigundis Reginæ fortuna.

Cæterum antedicta Chunigundis, poſtea 1038. peſte in Italia perijt. Vincentij verò lib. 26. cap. 17. opinione: adulterij inſimulata, per adoleſcentem quendam ſuum, duello vicit calumniatorem gigantea ſtatura, poplite ſucciſo: ac tum, repudiato marito, ſe ad monaſticam vitam contulit.

S. Blaſij Monaſterium.

Eodem 1036. anno, dedicatum eſt Monaſterium S. Blaſij in Hercynia ſylua: vetus nominatum, ad differentiam noui, ibi deinde 1094. ædificati. Bruſch. in M. Scr.

Curienſis Epiſcopus Hartmannus.

Anno 1037. (auctore Bruſch. ſed videtur propter Indict. 4 alibi annotatam, factum eſſe praced. anno) Conradus Cæſar, Vlmæ priuilegia quædam dedit, & confirmauit, Curienſi Epiſcopo XXXII. Hartmanno, vel Artemanno, Baroni de plana terra, 7. Kal. Febru. Indict. 4. Regni 12. anno: cui antea etiam 1030. dederat priuilegia.

Adelhaidis, Conradi II. Imp. mater. Oeringa. Hohenlohenſis Comes Hermannus.

Adelhaidis, Conradi II. Cæſaris mater, Hohenlohenſi Domino nupta, Oeringæ erat: quæ ex Eccleſia parochiali Oeringana, Canonicum Collegium fecit (ein Stifft) *& rebus neceſſarijs dotauit. Sepulta fuit in Crypta eius Eccleſiæ, in lapideo ſarcophago. Munſterus lib. 3. cap. 19. Mater huius Conradi, inquit, Adelhaidis: mortuo marito Hermanno, Conradi patre: nupſit Hermanno, Comiti de Hohenlohe: ex quo duos peperit filios, Sigefridum & Eberhardum: eaq; ſepulta eſt tandem in Oringen Monaſterio, à ſe conſtructo. Hodie vero, eſt Collegium Sacerdotum.*

Subijciam literas fundationis & dotationis Collegiatæ apud Oeringenſes Eccleſiæ (quia multa ibi loca, & perſonæ notabiles) quas commendatione compatris mei M. Euſebij Stetteri, Anatolicæ apud nos Scholæ Moderatoris: 6. Calend. Aug. hoc 1590. anno, amicus mihi honorandus, Carolus Chriſtoph. Beierus, Scholæ Phorcenſis Rector, ætatis ſuæ LXIII. anno, cum alijs pluribus rebus, adiuuanda meæ Sueuiæ gratia, benigne miſit.

Oeringenſis collegiatæ Eccleſiæ literæ.

In nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Notum ſit omnibus, tam futuri, quàm præſentis temporis, Chriſti fidelibus: quòd ego Gebhardus, Dei gratia Ratisbonenſis Epiſcopus, matris meæ Adelheidis iuſtis petitionibus, votiſq; piis, & diuina inſpiratione conceptis annuens deſideriis: in Eccleſia prius parochiana in villa Oringen: quam ego & ipſa, iure propinquitatis, à piæ memoriæ Sigefrido & Eberhardo atq; Hermanno Comitibus, qui nouiſſimam inibi præſtolantur tubam, cum aliis eorum poſſeſſionibus hereditauimus: congregationem Canonicorum inſtitui: & ad ſubſidia eorum deputatis prædiis, ac facultatibus ipſius Eccleſiæ: quibus vel primitus conſtructa fuerat: vel iam dicti Comites, cognati mei, eam locupletauerant: hæc ex matris meæ prędiis, & meis, ſuperaddens: quatuor videlicet villas, quæ ſunt: Grenckburck, Pfalbach, Eichen, Ernſpach: cum aliis ſubſcriptis allodiis, libera & legitima donatione concredidi: cum omnibus ſuis appendiciis: hoc eſt, mancipiis vtriuſq; ſexus, areis, ædificiis, agris, campis, pratis, paſcuis, ſiluis, venationibus, terris cultis & incultis, aquis, aquarumque decurſibus, molis, molendinis, piſcationibus, exitibus, reditibus, viis, inuiis, quæſitis & inquirendis: omniq; vtilitate, quæ exinde prouenire poterit. Eo etiam ordine: vt, ſicut ego & Parentes mei, liberam inde poteſtatem habuimus: ſic & prædicti Canonici, liberam habeant poteſtatem: tenendi, tradendi, commutandi: vel, quicquid eis pro vtilitate Eccleſiæ placuerit, faciendi. Concambium etiam, quod prædictus Comes Hermannus fecit cum venerabili Meinhardo, VVirtzburgenſi Epiſcopo, totius Cleri & familiæ ſancti Chiliani: dans ei pro duabus partibus decimam ſępe dictę Oringenſis Eccleſiæ: quę prędeceſſorum ſuorum, & ipſius, eatenus iuri ceſſerat: tertiam partem ſemper habendo Parochiano: dimidiam villam Beckingen, cum vinea ibidem ſita, & duabus hubis in Sultzbach, & aliis duabus hubis in Heiligbrunnen, & quindecim mancipia vtriuſq; ſexus: vt in perpetuum ratum ſit, & firmatum, authoritate mea corroboraui: admonens Prepoſitum loci, & Canonicos: vt ex ipſa decima Epiſcopis VVirtzburgenſibus, & eorum Legatis, ſolitum ſeruitium perſoluendum meminerint. BVRKHARDVM *verò, Comitem de Cam-*

Camburgenſ. Comes Burckhardus. *burck, prædicto loco deſignaui: atque, vt ſtrenuus & ſtudioſus credita ſibi poteſtatis executor exiſteret: in aduerſis etiam defendendo, propugnando, rebelles inhibendo, murum ſe ex aduerſo opponendo: in proſperis verò blandiendo, fauendo, ſubueniendo, Clericis ſerenum ſeſe ingerendo: atque, vt ipſos, vel res eorum, ſiue colonos, nulla exactionum opportunitate (importun.) vel hoſpitandi moleſtia, grauaret: hac, inquam, de cauſa conceſſi ei, & ſucceſſoribus ſuis, in beneficium dimidiam villam* H A L L E, *cum omnibus appendicijs ſuis: & in villa* O R I N G E N *decem talenta illius monetæ. Qui ſi (quod abſit) inſolens Eccleſiæ inuaſor eſſe cœperit: & huic beneficentiæ noſtræ prouiſioni hoſtiliter contraierit: ab Epiſcopo Ratiſbonenſi, mox collatæ dignitatis munere priuetur: & alius, qui dignus ſit, Canonicis eligentibus, ab eodem Epiſcopo, cum prædicto beneficio, eius poteſtate vel honore inſignitus fungatur. Hæc ſunt autem omnia* L O C A: *in quibus prædia à me, vel à priuatis ingenuis viris, ſæpe dictæ Eccleſiæ tradita, & huic canonicæ à me deputata, ſunt. In* O R I N G E N, *duæ dotales hubæ: & quatuor non dotales, dimidiatæ villæ, quæ dicitur* B R E T F E L T. *Gransheim totum, Burckhardes vviſen totum, totum Elhouen, dimidium in VVillere, dimidium in Schvvabpach. Duæ hubæ in duabus villis, quæ ambæ dicuntur Bretzingen. Duæ hubæ, & dimidia, in Selbach. Tres hubæ in Bergeheim, dimidia huba. In valle inferiori, vna huba, & duæ areæ. In ſuperiori autem, quinque areæ. In Gruden, vna huba. In Phedelbach & Maſſelterbach, Eterbach, Selcbach, & Halle inferiori, triginta hubæ. Hohenſteigen, Ruggarthuſen, & toto in duobus locis, qui dicuntur VViſſerbach, quatuor hubæ. In Sindringen, qualia Ezgo habuit in vineis & agris. Decimationem etiam omnium villarum in ſylua, qua* O T T E N V V A L T *dicitur, conſtitutarum, & adhuc conſtituendarum. Timens verò, ne diuinum ſeruitium, in eodem loco penitus ceſſaret: * Canonica illa hæredum meorum iuri proueniret: Eccleſiam ipſam, cum omnibus ad ſe pertinentibus, ad altare S. Petri Apoſtoli Regenſpurg. in proprium tradidi, ea conditione: quatenus Epiſcopus locum ipſum, cum omnibus rebus ſuis, ab omni infeſtatione defendat: & res eiuſdem Eccleſiæ, ad nullos alios vſus, quàm ad vtilitatem illorum, Deo ibidem ſeruientium, prouenire permittat: nec ipſe inde ſibi quicquam iuris aut ſeruitij exigat: aut alicui beneficium tribuat: excepto, quod Præpoſitum, à ſaniore parte ipſius congregationis electum, ei inueſtire liceat.*

Halle villa. Hala Sueuica. Oringen villa.

Ottenvvalt Sylua.

Huius rei teſtes ſunt:

Hennenberck. *Boppo, Comes de Hennenberck.*

Rineck. *Hugo, Comes de Rinecken.*

Kalb. *Adelbertus, Comes de Kalb.*

Lauffen. *Boppo, Comes de Lauffen.*

Ingersheim. *Eberhardus, Comes de Ingersheim.*

Burckhardus, Comes de Camburck.

De Miniſterialibus etiam ſancti Petri, & ſancti Chiliani: Algerus, Adelhardus, Hartvvigus, Rupertus, Cinpoldus, Gotteslaus, Vdalricus, Bugo, Habardus, VVernherus, Adelbertus, Conradus, Sigehardus, Heroldus, Billingus, Radelholdus, Sigefridus, Dietmarus, Sigebaldouuinus: & alij multi Clericorum & Laicorum.

Si quis autem (quod abſit) hoc noſtræ conſtitutionis priuilegium infringere tentauerit: iram Dei omnipotentis incurrat: & æternæ damnationi ſubijciatur. Vt autem hæc, rata & inconcuſſa permaneãt: præſentem cartam ſcribi, & ſigilli noſtri impreſſione inſigniri, curauimus. Data VVirtzburck X V I. *Kal. Septemb. Anno Dominicæ incarnationis* M. X X X V I I. *Indictione* V. *Anno verò Imp. Domini Conradi Imp.* X I I. *qui & filij eius Henrici, ex quo Rex factus eſt,* X I I. *eſt.*

De

De Comite Chomburgenſi Burcardo, ſequent. lib. cap. 4.

In Templi Oringani Choro lapis viſitur, longè pòſt factus. Accepi à M. Valentino Claſſio.

Huius fundatrix Templi iacet hic tumulata, Cunradi Regis genitrix, Adilheida vocata. A. M. CC. XLI. IV. idus Febr. Recondita ſunt hic oſſa Domine noſtre Adilheidis.

Iacet hic proles Genitoris.

Hic iacent Oſſa
olim ſuffoſſa
huius in Eccleſie
locis vt reliquie.

Hic genitor prolis.

Oeringa, ab amne Ora nomen habet. Regio vocatur Origonia, das Orgôw. *Fuit illo antiquo tempore hac Eccleſia, extra oppidum Oeriganum ſita: quod nunc vetus ciuitas dicitur (auctore Georgio VVidemanno, in M. Scr. Chronicis Germanicis) atque poſtea ſub Friderico I. Imp. & Henrico Reginoburgenſis Epiſcopatus adminiſtratore, ſcripto confirmatum eſt hoc: qua hic Epiſcopatus bona, ſiue feuda (*Mannlehen*) circa Oeringam habeat: ſi de iis aliquid, emptione aut traditione, ad Decanum & Capitulum illius Collegij veniat: id debere ipſis perpetuo proprium manere. Qua gratia non parum incrementi huic collegio acceſſit. Nam multi, etiam inſignes homines, circa hanc collegiatam Eccleſiam domicilia rerum ſuarum collocarunt: agris colendis operam dederunt: tandem muro circumdederunt: vt iam peculiaris ciuitas eſſet: immigrante Senatu & Iudicio ex oppido exteriore in nouam ciuitatem. Vnde & ſuos patricios nacta eſt.* Oeringa. Origonia.

De Hohenlohensibvs, Id Est, Altæ Flammæ Heroibvs, in finibus Franconiæ & VVirtembergiæ habitantibus, Laz. lib. 7. Migrat. Gentium.

1. Hermannus, Primus Comes ab Hohenlohe: ex Adelheide Comitiſſa ab Egeshaimo, Theodorici primi Landgrauij Alſatiæ, ab Othone tertio conſtituti, filia, genuit Sigefridum & Gerhardum. Hohenlohenſes Domini.

2. Gerhardus, genuit Sigefridum II. & Erhardum, atq; Eberhardum.

3. Gottefridus dominus Romandiola, exul, primus ſe ab Alta flamma Comitem vocauit: agro in Francorum finibus comparato, ad Kocherum *amnem. Floruit ſub Friderico I. Imperatore. Inde poſtea, alij. Addam nunc tantum hoc: quomodo interdum à tenui principio, & improuiſa occaſione, Deus pauperes ad dignitatem extollat.*

Pagus eſt Hohenloha (inquit in M. Scr. Chronic. VVidemannus) diſtans 2. milliaribus à Rotenburgo ad Tubarum, in loco Gaa dicto, Auff dem Gew. *Ibi vir quidam olim habitabat, opificio plauſtrarius: qui filios quinque aut ſex habebat, forma elegantis pueros. Quodam autem tempore Cæſar Rom. (qui tunc, neſcio quis, regnabat) equo prateriens: cũ eos conſpiceret: Pro Deum, inquit, cuiusnam ſunt hi formoſi pueri? Principe viro digni eſſent: qui genus ſuum ijs propagaret. Putabat, nobilibus parentibus natos eſſe. Verum audito, hominem opificem eſſe patrem eorum: hunc ad ſe vocauit: pueros ab eo ſibi dari petijt: ſe educaturum eos ad vitam aulicam: eiſq; honeſte proſpecturum. Sic factum eſt: & Cæſar adoleſcentes, quod probi,* Hohenloha pagi plauſtrarius.

quòd induſtrij, dilexit: atq; Inſignibus nobilitauit. Ea erant duo nigri cercopitheci, in rota, in ſcuto albo: & dimidium modioli rota, ſupra galeam. Arces eisdem, oppida & pagi, aſſignata. Ipſi, vexilliferi ſunt facti (Bonerherren) & poſterius ditio Entſeba, ſuis Vexilliferis per generis eorum extinctionem orbata, ad Hohenlohenſem familiam, munere Cæſaris Friderici I I. peruenit. Eam inſecutis temporibus, Domini Gotfridus ac Gerlachus Rotemburgotuberanis vendiderunt.

Nortmannorũ incrementa. Anno 1038. & circùm, Nortmanni in Apulia, copijs à Nortmannia paulatim adductis, caſtella & vrbes vi ac fraude capiunt: vicinasq; gentes terrent. Sigebert.

Conradi Imp. expeditio in Italiam. *Peſtilentia domum repulſus.* Imperator hoc anno, in Italia eſt, cum magno exercitu: rebelles (inter quos & Epiſcopos) circa Mediolanum perſequens: Romam cum coniuge Giſala, & alia loca, accedens. Graui autem peſtilentia, cum circa Adriatici maris oram in reditu eſſet, per aeris corruptionem menſe Iulio orta: non modò plurimos milites amiſit: ſed ex Principibus etiam nonnullos. Chunigundem quidem Reginam, Henrici Regis vxorem, 15. Kal. Aug. Herimannum verò, Sueuiæ Ducem, 5. Kal. eiusdem menſis: id eſt, & nurum ſuam, & priuignum. Obijt etiam Cono, Francorum Dux. Vnde quidam, miſerias rerum humanarum deplorans, Rhythmum fecit (Othone Friſing. teſte) incipientem: qui habet vocem ſerenam proferat hanc cantilenam.

Ipſe Auguſtus, poſtea triſtis in Germaniam redijt.

Zollerenſium Comitũ origo. Hoc tempore, primus Zollerenſis comes in Sueuia, cœpit eſſe Ferfridus: de quo Pantaleon part. 2. de viris German. illuſtribus ſcribens: Ferfridus, inquit, ex nobiliſſima Columnenſium apud Romanos familia oriundus, virtute & pietate inſignis: cum ab aduerſaria factione (quoniam Germanorum Cæſarum, illa familia ſemper ſtudioſa fuerat) premeretur: eam contentionem pertaſus: omnia ſua mobilia bona collegit: atq; ad Germanos in Sueuiam ſe contulit. Ibi *Ferfrido in Germaniam Roma migrãte.* cum eius gentis mores & linguam didiciſſet: circa annum Domini 1040. ad Henricum, eius nominis tertium, Cæſarem venit: ſuam innocentiam declarans, aduerſariæq; partis iniquitatem. Cæſar ipſum bono animo eſſe iuſſit: atq;, vt in Germania maneret: ei montem illum, vbi poſtea arx Hohenzollera ædificata fuit (& ad radicem montis, oppidum Hechinga) cum adiuncto territorio donauit. Etiam quædam Imperij vectigalia aſſignauit. Sic comitem vectigalium, quæ *Zollerenſium nomen.* Germanice Zoll appellantur, conſtituit: ſed ea lege, vt ea omnia beneficij ſeu feudi nomine, cum ſua poſteritate ab Imperio poſſideret. Sic igitur arcis Hohenzollera extructio facta eſt: nomen ab altitudine loci, & à traditis vectigalibus, adepta. Hinc Rudolphus Cæſar (qui circa 1276. Chriſti regnauit) Hohenzollerenſem Comitem Fridericum, ſororium ſuum, Burggrauium Noribergenſem (cum ea familia defeciſſet) creauit. Sigiſmundus quoque Cæſar, Marchionibus *Burggrauius Noribergæ. Brandenburg. Marchio.* Brandenburgicis deſinentibus: Fridericum, Burggrauium Noribergenſem, in Conſtantienſi concilio 1417. Marchionem Brandenburgenſem, & Imperij Electorem, conſtituit. Munſt. lib. 3. cap. 381.

Etiam duo nobiliſſimi fratres, Principes de Spoleto (ſcribit Felix Malleolus, Dialogo de Nobilit. & Ruſticit.) tempore Conradi I I. Imp. de Sueuia Ducis, à Romanis ſibi vicinis, è Spoletano Ducatu expulſi, in Germaniam venerunt. Eorum vnus in Sueuia prope ROTVVILAM, Caſtrum VRSLINGEN fundauit: quia de progenie fuerat Vrſinorum Romanorum. *Vrslingenſ. Ducis. Schiltach. Rapoltzſtein.* Hic, Dux de Vrslingen, & demum Dux de Schiltach, communiter fuit appellatus. Alter verò frater, in Alſatiam profectus, Baroniam de RAPOLTZSTEIN prope Galliam acquiſiuit: & dimiſſo Ducali nomine, Baronis titulo contentus fuit, ipſe & poſteri eius. Vide infrà lib. 10. cap. 11.

Symeon, Græcus Monachus. Anno 1039. Cum S. Chunigundis, 5. Calend. Iun. obijſſet: etiam obijt Calend. Iun. S. Symeon Monachus, Treueris incluſus, Græcus: quem Poppo, Treuirenſis Archiepiſcopus, Hieroſolymam profectus, ex Oriente è monte Sinai ſecum adduxerat. Incluſerat ille ſe in quadã turri, Deo precibus & abſtinentia ſeruiens: variasq; Dæmonum tentationes vincens. Mortuus, coruſcaſſe miraculis dicitur: ideoq;, precibus Popponis annuente Papa, cœlitum conſortio eſt adſcriptus. Ait Tritenhemius, ſe tria folia è Pſalterio eius Græco habuiſſe: eaq; ſe magni feciſſe. Ita non-*Græcia, in Germania.* nunquam in Germaniam etiam aliquis Græcus, vetuſtis temporibus venit: nec dum ſciebatur: Græciam olim trans Alpeis in Germaniam migraturam eſſe.

Alemanniæ Dux XII. Henricus. Mortuo in Italia Duce Hermanno: factus eſt XII. Alemanniæ Dux HENRICVS, Cæſaris Conradi F. Idem & Burgundiæ Regnum, ab hoc ſuo patre habuit: huic traditum, vt ſupra didicimus, à Rudolfo. R. moriente ſine liberis hæredibus: quod Regnum pater armis ſubegerat: aduerſante ſibi Othone, Campaniæ Comite, Rudolfi è ſorore nepote.

Conra-

Conradus Imp. Traiecti in Friſiis Pentecoſten celebrans, repentino pridie nonas Iun. moritur. Primus ipſe, Spiræ ſepultus eſt, in Choro Templi à ſe conſtructi, ſub marmore, hac inſcriptione: *Conradi Imp. obitus.*

Anno Domini 1039. Conradus ſecundus, Imperator, ſecunda nonas Iunij obijt.

PROAVUS IACET ISTHIC.

Cum non idem ſentiant Scriptores de genere Imp. Conradi: ſubijciam genealogiam eius etiam ex Stumpf.

- *Conradus, Dux VVormacia, 955.* — *Otho, Dux Franconiæ.*
  - *Henricus, D. Franc. cuius vx. Adelhaida:*
    - *Gebhardus, Epiſcop. Ratiſbon. 1060.*
    - *Conradus II. Imp. Rom. 1039. Princeps præclarus.* — *Henricus III. Cæſar, Princeps, Bauaria, 1056.*
      - *Iuduba, Regina Vngariæ.*
      - *Mechtildis, Rudolpho Rheinfeldio deſponſata, Duci Sueuiæ.*
      - *Itha, Leopoldo Auſtrio.*
      - *Cæſar Henr. IV. 1106.* —
        - *Conradus.*
        - *Agnes, Friderico Hohenſtauff. nupta.*
        - *Cæſar Henr. V.*
        - *Luitgarda.*
        - *Sophia.*
      - *Conradus.*
  - *Bruno Epiſcopus: poſtea Papa Greg. V. 995.*
  - *Conradus, Dux Carinth. cuius vx. Mechtildis, 1012.* —
    - *Bruno Epiſc. VVirceburgenſis, 1045.*
    - *Conradus, Dux Charinth. 1035.* — *Conradus, D. Bauar. expulſus, erat D. Carinth. 1057.*
      - *Luitholdus, D. Carinth. 1090.*
      - *Hermannus, Epiſcopus Pataníenſ. 1084. At Bruſchius Almannum Saxonem ponit.*

Eclipſis Solis, XI. Calend. Septemb. 1039.

Maniacus, Imp. Græci in Calabria Catapanus, Normannorum auxilio Saracenis magnam Siciliæ partem cum Syracuſis eripuit: ſed recuperarunt illi altero anno. *Syracuſæ.*

SEPTIMVS DECIMVS IMP. OCCID. HENRICVS III. COEnobium Alba Augia. Comites Caluenſes. Ex Caluenſium Comitum familia perhibitus, Cæſar Henricus. Abbas S. Galli Notbertus. Ibi Monachus, Hermannus Contractus. Henricus, Baro de Hohenſtauffen. Comitatus Mompelgartenſis. In Oriente. Imp. MICHAEL CALAPHATES. Gebhardus, Comes Caluenſis. Iſnenſis Eccleſia. Seeburgum arx. Septimum Germaniæ Haſtiludium. Normannorum ſucceſſus in Magna Græcia.

CAPVT IX.

Henricus III. Niger Imp. Occid. XVII. Calenlevvenſis Comitu.

ANno 1039. *factus eſt* XVII. IMP. CÆS. HENRICVS III. NIGER, P. F. *Aug. qui imperauit A. 17. & ferè 5. M. Cæſaris Conradi Franci, & Giſelæ, filius ſanè perhibetur: ſed tamen ſunt, qui Sueuum fuiſſe volũt: & quidem ex comitum Calenlevvenſium, ſiue Caluenſium, familia, Comitis Diepoldi filium: cognatum Pontifici 1049. Leoni IX. qui antea fuerit Epiſcopus Tullenſis, Bruno nomine: matre Calẽlevvenſis, patre Dagspergenſis. Illum autem Auguſtanus Epiſcopus Bruno, literis & virtute erudierat Auguſtæ. Bruſch. de Alba Augia: cœnobium hoc, inquit, ordinis D. Benedicti, in Norico* (Weiſſenaw im Nordgów) *ad Schvvabachium amnem, 4. lapidibus à Noriberga, in Diœceſi Bambergenſi ſitum. Fundatum legitur à Gebhardo Comite, vt aliquibus placet, de Hirsberg, Bauariæ caſtello: alijs verò, de Calouia, vel Kalavv (hodie Kalb vocant) qui Aiſtetenſis Eccleſiæ Epiſcopus, tandem poſt conſanguineum ſuum Leonem IX. Comitem à Dagsperg Alſatam, Romanus etiam Pontifex factus, Victor ſecundus cognominatus eſt. Cœpit autem id Monaſterium anno Domini 1053. ſub Imperatore Henrico Nigro. Henricum dixere Nigrum, barba nigricante. Gotfrid. Viterb.*

Alba Augia Monaſt.

Dagsperg.

Natiuitas & fortuna (ſi minus vera: non tamen iniucunda lectu) Henrici huius. Ex eodem Gotfrid. & aliunde.

Caluenſ. Comes Diepoldus.

Anno 1024. Cæſar Rom. erat Conradus II. Francus: ſub quo capitale erat, publicè mandatam ab ipſo violare pacem. Violauit Comes Caluenſis Sueuus Diepoldus: ideoq; profugit in ſyluam Hercyniam, ſiue Nigram non longè à caſtro ſuo calua: latuitq; ibi in molendino vacuo, prope Hirſaugienſe Monaſterium, cum vxore, & modica familia. Rex, qui illis in locis venatus erat, nocte ingruente, ſuis alibi errantibus, in illa domo diuertit, ibique pernoctauit. Comes, qui Cæſaris præſentiam cognouerat, relicta partui vicina vxore, ſe ſubduxerat.

Filius eius, poſtea hic Henricus Imp.

Filius eſt comiti ſub eadem nocte creatus.
Suſcipiunt puerum forma ſpecieque beatum.
In ſomno Regi viſio magna fuit.
Vox ait: Ecce tuus, puer hic, erit vnicus hæres.
Omnia percipiet, quæcunque videris habere.
Hunc tibi tu generum poſteritate feres.

Doluit hoc inſomnio Cæſar: quia putabat, matrem eius eſſe mulierem ruſticam, aut moltricem. Miſit igitur duos armatos miniſtros, iuramento aſtrictos: qui infantem occiderent: & corculum eius exectum, fidei cauſa ſibi afferrent. Rapiunt illi: ſed, viſa tanta pueri pulchritudine, commiſeratione mouentur.

In puerum dum reſpiciunt: animus variatur.
Nam ridet, quocunque videt: riſuque precatur,
Ne cadat in fatum tam puerile caput.

Expoſitus.

Inſonti ergo parcunt, & bifidæ arbori (vt à feris tutior eſſet) imponunt: captiq; leporis cor exemptum, ad Regem afferunt: qui eos liberaliter remuneratus eſt.

Conſeruatus à Duce Sueuiæ.

Venans breui poſt eo in loco Dux quidam (Tunc Ducem agebat Alemanniæ Erneſtus II.) infantem reperit dum vagiret. (Verſus antiquus eſt de infantibus naſcentibus, aut recentibus.

E profert, aut A: quiſquis procedit ab Eua.
Mares videlicet A. proferunt, Fœmellæ E: tanquam ab Adamo & Eua orti.)

Educatus.

Repertum autem puerum Dux ille domum ſecum defert: &, quia ſterilem habebat vxorem, pro ſuo educandum decernit, Henricum nominans: facilè vxori perſuadens.

Finge.

Finge precor, partum: de te fateare creatum.
Quippe manu Domini ſuſpicor eſſe datum.

Obtemperat bona matrona: cubat in ficto puerperio: famam ſpargit, hunc ſuum eſſe partum. Sic puer hic habebatur pro Duce Sueuiæ.

Quindecimo autem anno pòſt, cùm veniſſet Rauenſpurgum Imperator ad Ducem: adoleſcentem hunc conſpicatus, inquit Duci:

Dic mihi, quis puer eſt? Meus eſt, Dux intulit illi.

Cæſar eum, inuitis Duce & vxore, abduxit in Aulam ſuam: quem plerumque ante ſe ſtare voluit, vt ingenioſum, bene moratum, ad omnia idoneum. Suſpicione interea orta, eum non eſſe ex Ducißa natum, quæ ſemper ſterilis habita eſſet: ac ne fortè ille eſſet: de quo vox in ſomnio locuta fuiſſet: *In Aulam Cæſaris trãslatus.*

Quis pater, aut mater, ſibi ſit: narrare coëgit.
Sum Ducis (ille refert) me Ducis Aula regit.

Imperatori res ſuſpecta erat. Proinde ad Imperatricem, Aquisgrani morantem, adoleſcentem cum literis mittit: in quibus ſeuerum mandatum erat, vt ipſum mox occideret, niſi ipſa perire vellet.

Fit puer, Vrias. Arripit ergo vias. *Vriæ epiſtola, ei data.*

Diuertit apud doctum quendam Sacerdotem: vel apud Spirenſem Decanum: humaniter excipitur: ei manticam ſuam, in qua illæ pernicioſæ literæ erant, ſeruandam dat. Cùm à cæna idem ſe dormitum contuliſſet: hoſpes, vt πολυπράγμων, cognoſcendi aliena cupidus: literas ſubtili modo, ſigillo ſaluo, aperit: periculum adoleſcentis ingens & certiſſimum videt: cohoreſcit, ſuccurrendi conſilium capit. Itaq; pro verbo Necabis, quod ibi ſcriptum erat, ſubtiliter eraſo, ponit: Ei filiam noſtram ſtatim dabis, ϗ [illegible]. *Conſeruatus.*

Id eſt:

Hæc Regis dum ſcripta legis, Regina: videbis
Hunc puerum: facies generum, charumque tenebis.
Si dare diſtuleris: hoſtia mortis eris.

Literis artificiosè clauſis, poſtridie hoſpes adoleſcentem comiter dimittit: ſuiq; memorem, vbi Rex factus fuerit, eſſe hortatur, atque orat.

Riſit ad hæc iuuenis: riſumque fuiſſe putauit.

Poſtquam, itinere decurſo, Aquiſgrani literas Imperatrici reddidit: illud omne, quod in eis imperatum erat, abſque longiore mora peractum eſt:

Nata maritata: ſponſalia ſunt celebrata. *Gener Imperatoris factus.*

Imperator poſthac eò veniens: cùm reſciſceret, rem longè aliter eueniſſe, quàm ipſe iuſſiſſet: magna ira percitus fuit. Tandem tamen placatus eſt: eoq; magis acquieuit, cum illuſtribus Comitibus Caluenſibus, generum natum eſſe cognouit. Quo preces pro ſalute patris adhibente: illum quoq; in gratiam priſtinam recepit. Ita exemplo ſuo didicit: neminẽ mortalium poſſe fato, hoc eſt, voluntati Dei, reſiſtere. *Cæſareo acquieſcit.*

Clamauit. Sancita Dei nequeunt vacuari.
Quod volui, iam non potui, Deus ipſe negauit.
Quæ Deus inſtituit, nos patiemur, ait.

Idem poſtea ſtatuiſſe perhibetur: vt, quia per Spirenſem Decanum, ab effuſione innocentis ſanguinis fuiſſet prohibitus: poſthac Reges & Imperatores, qui in huius Germaniæ partibus fato functi eſſent, Spiræ ſepelirentur. Cui rei magnifica illa τετράπυργος Baſilica, quam ab ipſo cõſtrui cœptam eſſe, ac poſt mortem eius abſolutam, conſtat, inſeruitura eſſet. Hæc, huc vſq;: quorum fides ſit penes auctores ipſorum. Comœdiæ quidẽ materiam non ineptam darent. Et tamẽ Miſnẽſis quoq; Presbyter Sifridus, ferè eadem ſcribit: Comitem, Leopoldum vocans, omiſſa familia eius. Ipſi verò Henrico, re vera duæ deſponſatæ illuſtriſſimæ fuère fœminæ. 1. Anglica & Danica, Chunthildis, vel Chunigundis: vt antehac dictum eſt. 2. Agnes, Pictauiẽſis & Aquitaniæ Principis ac Ducis VVilhelmi filia: à Moguntino Archiepiſcopo Bardone vncta: ex qua Rex Henricũ IIII. Imp. & Conradum Bauariæ Ducem, genuit. *Spiræ ſepulcra Regum.* *Henrici Cæſ. vxores.*

Anno 1040. Dietmarus (Curienſi Epiſcopatui priore anno præfectus Calend. Febr.) cõfirmatus Vlmæ eſt ab Henrico III. 10. Cal. Feb. Indict. 8. Obiit 1070. poſt laudabilem 30. annorum gubernationem.

Rex Henricus, purificationem S. Mariæ agens Auguſtæ (Chron. M. Scr.) placitum habuit (comitia) cum Ciſalpinis Principibus, de Reipubl. ſtabilitate.

Notbertus, S. Galli Abbas.

Notbertus, vel Norbertus, à Stoffeln, Abbas Sangallenſis hoc anno factus, bellator extitit poſtea, in ſenectute etiam extrema, ob caducorum bonorum poſſeſſionem retinendam. Geſſit autem bellum aduerſus Rumoldum, Epiſcopum Conſtantienſem (qui ab anno 1051. vſque ad 1068. præfuit) mutuis cædibus & incendiis.

Abbatiscella fundata. Exequiæ funebres.

Fuit Abbatiscellenſis Parochiæ fundator: & primus, qui in ſalutem animæ ſuæ, celebrari ſibi voluit poſt mortem EXEQVIAS funebres. Ampliauit Baſilicam Sangallenſem. Reſignauit Abbatiam iam decrepitus: orans, vt in ſuum locum eligeretur Præpoſitus Vlricus: quod & obtinuit apud fratres, atque apud Imp. Henricum IV. Obiit poſtea 1071. magno cum ſuorum luctu, & grata ſui recordatione, vt verſus hi teſtantur:

Conſtat, Nodbertum magna virtute refertum.
Lac fuit infantum, iuuenum Dux, norma piorum.
Ille timore Dei deſpexit cætera Regni. *Bruſch.*

Hermannus Contractus. Vering. Comitatus. Varini Sueui.

Floruit hoc tempore in Alemannia vir doctiſſimus, Hermannus Contractus: natus patre VVolferado, Comite Veringenſi, & matre Hiltrude. Excurrebat Veringenſis comitatus ab Alpibus Sueuicis, vltra etiam Danubium (cùm Comites illi fuerint fundatores Iſnenſis Monaſterij) ortus ex antiquis Sueuis Varinis: quod 49. genus Sueuorum, Part. 1. lib. 1. cap 3. poſuimus. Cùm autem Hermannus, omni membrorum deſtitueretur officio: ideoq́ue tractandis Politicis negotiis inutilis eſſet: à patre incluſus eſt Monaſterio S. Galli: in quo, & in Maiore Augia, vitæ decætu Monaſtico, omne vitæ tempus claudus, & membris cōtractus, traduxit. Vnde Contracti quoque agnomen ei hæſit. Attamen contractis ſuis manibus multos libros ſcripſit: vt, de Mundo, & eius euentibus: de Aſtrolabio, de Eclipſibus, de Computo, de Quadratura circuli, de Phyſionomia, de Muſica: cantus aſtricta & libera oratione: Vitas plurimorum Sanctorum, Chronicon, & alia. Tranſtulit etiam nonnulla Græcorum Philoſophorum, & Arabum Aſtrologorum, in Latinum ſermonem. Munſt. & Geſnerus. Ita priſcis temporibus, in Germania quoq́ue, interdū ſciētia erat Græcæ linguæ: ſed in Monaſteriis tantùm, & apud pauciſſimos Monachos.

Hermannus, linguarum peritus. Græca lingua.

De Hermanno illo, addit Hermannus Ædit. ornandi cauſa: et B. Virginem Mariam, cū is in Cœnobio S. Galli ſtudens, duriſſimi ingenij eſſet, optionem dediſſe: ſanitatis ne corporalis, mundanæq́ue proſperitatis: an ſcientiarum omnium, cum totius corporis, præterquam linguæ contractione, compos eſſe mallet? Illum poſterius præferentem, continuò ſcientiis ac S. literis, ceu fluuio quodam, exuberare cœpiſſe, interim toto corpore contractum.

Optio, Hermanno data.

Hohenſtauff. Baro Hēricus.

Circa idem tempus, Hēricus Baro Hohenſtauffenſis, & montis Eliſabetæ, ſub Henrico III. Cæſare vixit: Hat ſeine Cantzley zu Walthauſen gehabt. Vxorem habebat Hiltegardem, Comitem Helffenſtainiam, Comitis Vlrici iunioris filiam. Alibi Himelgardem inuenio nuncupatam, Comitiſſam Hohenlohenſem. Fundata fuit ab Hohenſtauffenſibus in pago Laureaco vel Lorcha, Eccleſia 12. Sacerdotum, & vnius Præpoſiti, liberali cum ſuſtentatione: qui precibus, & ſacris operationibus, Deo pro ipſis poſteriſq́ue, dies nocteſq́ue, inſeruirent. M. Scr. chartis.

Bohemiæ Dux Fratislaus.

Anno 1041. antè & pòſt, Henricus Rex, Bohemiæ Ducem Fratiſlaum (al. Prentzlaum) annua tributa recuſantem, bello domat: & Petrum, Vngariæ Regem, Stephani ex ſorore nepotē, ab Aba (al. Vuone) expulſum, poſt labores tandem 1043. in Regnum reſtituit. Inter alios Germanos ſine dubio etiam Sueuorum opera vſus.

Mompelgar. Comitatus.

Hoc tempore Fridericus viuebat: qui poſtea Cœnobium S. VValdpurgis, in foreſto ſupra Argentinam condidit: & Comitatus MOMPELIGARDENSIS auctor fuit. Vignier. citans Lazium: qui Theodoricum etiam ad 1074. ponit. Secundū Theodoricum habes infrà Part. 3 lib. 2. cap. 15.

Michaël Calaphates, Oriē. Imp. 44.

In Orienti, XLIIII. fuit IMP. CÆS. MICHAEL CALAPHATES, P. F. Aug. paucos menſes: quoniam ingratiſſimus in Zoën Auguſtam: à qua homo obſcuri generis, ad ſummos honores fuerat euectus.

Caluēſ. Comes Gebhardus.

Anno 1042. Gebhardus, Caluenſis Comes, factus eſt Epiſcopus Aichſtadianus. Poſtea verò 1054. Papa, nomine Victor II. Patrem Harduigum habuit, matrem Bitzellam: conſanguineus Henrici III. eiq́ue à conſiliis. Etſi enim ætate iuuenis erat: tamen doctrina, prudentia, morum grauitate, cum ſapientibus comparari ſenibus poterat. Cuno certè, vel Conradus, Bauariæ Dux, in Pannonias iter faciens: ei totius interim Bauariæ adminiſtrationem commendauit.

Cumq́ue

Cumq́; A. 13. Epiſcopatum bene geſsiſſet: ac defuncto Leone P. Cardinales, miſſa legatione ad Imperatorem, peterent alium Pontificem: electus in Pontificiam ſedem eſt Moguntinis in comitiis, vnanimi Epiſcoporum Germaniæ conſenſu, hic Gebhardus. Profectus ergo 1055. Romam, ibi conſecratus eſt, & Victor ſecundus appellatus. Multas vrbes & arces patrimonio Petri, antea per vim abſtractas, recuperauit. Concilium celebrauit Florentiæ: Cleri acerrimus cenſor, ac reformator. Anno verò Domini 1056. ab Imp. accerſitus, in Germaniam venit: natalem D. virginis celebrauit Goſlariæ. Ibi ægrotans Henricus grauiter: Henricum F. Regem Rom. conſtituit: eiusq́; coronationem, & à Papa hoc confirmationem impetrauit. Poſtea Imperator obiit: quem Pontifex auehendum Spiram, honorificeq́; ſepeliendum, præſens curauit. Inde Romam rediturus, ipſe quoq; graui morbo in itinere correptus, 28. Iulij 1057. obiit. Bruſch. De hoc Gebehardo Panuinius in Pontif. Chronico, Victor II. iunior, inquit, Sueuus Germanus: Gebehardus, Comes Calbenſis, Arduigi F. Epiſcopus Aiſtatenſis: Henrici III. Conſiliarius, & propinquus, ipſi, & eius filio Henrico IV. Auguſtis: ſedit A. 2. M. 3. D. 16. Alibi inuenitur: Victor II. in Bauaria, nobili familia Comitum de Calue natus.

Papa creatus, nomine Victor ſecundus.

Inſignia Caluenſium.

Planities ſcuti, flaua: leo ruber, tribus petris inſiſtens cæruleis: lingua eius, & corona capitis, item cærulea: tegmen galeæ, flauum & rubrum: ſuper galea, leo in tribus ſtans petris, eiuſdem cum priore leone coloris.

Inſignia Comitum de Caluu.

In villa Algoia Iſna, anno Domini 1042. (teſte Munſt. lib. 3. cap. 285.) 8. Kal. Ianuar. Eccleſia ab Eberhardo Epiſcopo Conſtantienſi, petente VVolfrado Comite Veringenſi, & Hiltruda vxore eius, conſecrata eſt. Poſtea verò 1086. vſq; ad 1096. à Manigoldo, dicti Eberhardi fratre, pro Abbatia, erecta & dotata (qua de re, inferius lib. 8. cap. 14.) ſed ab Henrico V. anno 1106. confirmata.

Iſna, Algoia villa.

Anno eodem 1042. viuebat VVilhelmus (vt in chartis quibuſdam, & ſequenti Haſtiludio, inueni) vexillifer vel Baro (Panerherr) Seeburgi: quæ arx non longè à VVirtembergico oppido Vraco abfuit: & ad VVirtembergicam familiam, ſub Comite Eberhardo II. venit. Hodie, ſic ſe habet. Seeburgum vicus eſt, milliari vno ſupra Auracum oppidum, in Alpibus Sueuicis. Extra eum in propinquo, aquæ vis craſsitudine viri ſubſilit perpetuò è plano. Hinc, tria molendina, ſufficienti cum aqua. Stagnum etiam, in proximo. Magna iuxta Petra. Addam, quæ ex D. Oſualdo Gabelc. habeo. Valde dubitat ipſe, vtrùm huius nominis Barones vnquam vixerint. De Nobilibus quidem conſtare: qui circa annos 1396. & 1399. vixerint. Hi, Ioannes, & ſorore Berchta, ſunt: & illius liberi, Craffto Clericus, Eliſabeta & Margareta, tum temporis adhuc innuptæ. Quorum Inſignia, vel eadem, vel ſimilia certè, fuerunt Nobilium à Stein & Stadion Inſignibus. Porrò reſtant adhuc arcis veſtigia, turris ſaxo inſidens, cum reliquiis murorum. Iuxta illam, pauca & exiguæ domunculæ, ad fauces Stagni: quod ex anguſtiſsima valle Seeburgenſi dicta, ad milliare ferè vnum extenditur ad ſuperiora. A Spathiis nobilibus, noſtra memoria ditioni VVürtembergenſi acceſsiſſe ait. De his, hactenus. Haſtiludio autem interfuiſſe hoc 1042. anno, VVilhelmus ſcribitur, vt dictum eſt.

Seeburgum.

Celebrati quippe eo anno ſunt ſeptimi equeſtres Germaniæ ſolennes ludi, edente Cæſare Henrico, Halis Saxonicis ad amnem Salam: quò nobilitas die proximo Dominico poſt Philippi & Iacobi, nempe 4. die Maij, ſtudioſè conuenit.

Haſtiludiũ 7. Halæ Saxoniæ.

Reges huius Haſtiludij, equeſtri dignitate ornati.

Francicus, Iacobus ab Elrichshauſen.
Rhenenſis, Michaël à Morſperg.
Sueuicus, Diepoldus de Reiſchach.
Bauaricus, VVunboldus à Cammerauu.

Certamina duo, inſtituta: vnum, die Martis, alterum die Mercurij: vtrunque ducenorum nonagenorum certatorum.

Prioris certaminis Moderatores arenarij.

Rhenanus, Theodoricus Boſen à VValdeck.
Franconicus, Bernhardus à Seckendorff.
Sueuicus, VValther ab Embs.
Bauaricus, Fridericus à Fraunhofen.

Alterius.

Rhen. Fridericus Reiſſenbergius.
Franc. Hiltebrandus Seinsheimius.
Sueuicus, Henricus Eptingius.
Bauar. VVilhelmus Ebron à VVildenberg.

Prioris certaminis curatores ſeptorum.

Ipſi illi ſupradicti Reges.

Alterius.

Rhen. Hartmannus ab Anvveil.
Franc. Hildepoldus à Rotenhan.
Sueuic. Hermannus à Boſvveil.
Bauar. Siboldus à Leubelſing.

Omnes erant honore equeſtri decorati.

Spectata ſunt antea galeæ, vel arma: adhibitis ex vnaquaque natione binis viris, & ternis fœminis: vt more receptum erat.

Interfuêre Sueui, vel Alemanni.

Caluenſis Albertus.

Comites. Mangoldus Helffenſteinius.
Albertus II. Calbenſis.
VVolfranus (VVolfradus) Veringenſis.
Conradus Hohenloius.
VVilhelmus, Baro Seeburgenſis: cuius ſupra mentio facta eſt.
Qui omnes die Martis, tempore pomeridiano decertarunt.

Die Iouis, etiam concurſum eſt: brabêa, viris virtute conſpicuis, per nobiles fœminas diſtributa: chorea, ſcitè ducta.

Inter cæteras fœminas, gratiæ ſunt actæ ab Hilda, Boemelburgia virgine, Sueuo Rudolpho à Reehberg.

Saltatio Imp. Henrici.

Cæſaris Henrici Nigri ſaltatio.

Præſultores Comites.

1. *Cum funalibus, vel tædis: Conradus Hohenloius, & Henricus Mansfeldenſis.*

2. *Sine funalibus: Richinus Dullingenſis, Sichardus Burckhauſenſis, VVolfranus Veringēſis, & Engelbertus VVaſſerburgenſis.*

3. *Cum tædis, proximè ante Cæſarem: Fridericus à Caſtel, Albertus II. à Kalb, Hartuigus à Tachau, Diepoldus à Lechſmund.*

Cæſar ipſe.

Vxorem Berchtoldi ducens, Hennenbergenſis Comitis.

Poſt eius maieſtatem ſaltantes Comites, cum funalibus.

Henricus Schvvartzeburgenſis, Ioan. Aldenburgenſis, Mangoldus Helffenſteinius, & Arnoldus Kamenſis ac Vochburgenſis.

Cæteris deinde rebus, pro conſuetudine laudabiliter peractis: ſinguli aues domus ſuas diuolauêre.

In Italia, Apuliam Nortmanni, ſæpius cæſis Græcis, ſui iuris faciunt: eminentibus inter eos Gulielmo, Dragone, Humfrido, Rogerio, & Roberto Guiſcardo, fratribus.

GISELÆ AVGVSTÆ OBITVS. HENRICI CÆS. NIGRI nuptiæ, ac moriones. Cœli inclementia. Conſtantinopoli Imperator, CONSTANTINVS MONOMACHVS. Pax Germaniæ, Conſtantiæ conſtituta. Barones Hohenſtauffenſes, & Beutelſpachenſes. Tertiusdecimus Alemanniæ Dux, OTHO II. Contignationis Boſenburgi collapſio. Pallantis cadauer, à Turno interfecti. Mompeligardum, obſeſſum. Dogma Berengarij de Euchariſtia Domini. Henrici Nigri coronatio Romæ. Conſtantienſis Epiſcopus, Theodoricus. Dux Alemanniæ decimus quartus, OTHO III. Imp. Henricus, in Augia diuite, & alibi. Humfridus Mompelgardenſis.

CAPVT X.

Giſela Auguſta mors.

A*Nno 1043. die Febr. 15. Auguſta Giſela, Conradi Imp. relicta vidua, deceſſit ex hac mortali vita, optima & laudatiſſima matrona. Sepulta eſt Spiræ iuxta mariti tumulum, ſub marmore, cum tali inſcriptione (teſte Bruſch.)* XV. KAL. MARTII *Giſela Imperatrix obiit.* HIC PROAVI CONIVNX.

Nuptiæ Caſ. Henrici. *Moriones, ab eis excluſi.* *Pauperũ commendatio.*

Henricus R. nuptias Ingelheimi, cum Pictauienſi Agnete celebrauit. Interfuêre frequentes Pontifices (Auent. teſte) Epiſcopi, Duces, Dynaſtæ: ex Germania, Italia, Gallia. Tunc, cùm turba hiſtrionum, & nebulonum dicacium, confluxiſſet: non modò nihil muneris eis dedit: ſed etiam ſine cibo & potu dimiſit. Dicebat enim, ſatis antea ſtultorum eſſe: ac Regiam liberalitatem, erga benè merentes de rebus Imperij, non erga inutiles homines, & peſſimorum exemplorum introductores, eſſe declarandam. Pauperes quoque homines, cum literis ſuis ad Magnates miſit: hortans eos, vt amore Dei, & maieſtatis ſuæ reuerentia, eis munera darent: quæ aliàs in Moriones & mimos diſpenderent. O magnum virum: ſed quem non multi Principum imitantur. Si ſimplices natura, & fatui homines, liberalioris ioci cauſa ab eis alerentur: non autem voluntate malitioſi, obſcœni, guloſi, paraſiti & pantomimi: res in reprehenſionem non incurreret.

Æſtas pluuioſa.

Totum tempus æſtiuum (auctore Herm. Contracto) in tempeſtates, pluuiasq́; hyemales, penè conuerſum, magnam frugum & vindemiarum (iamdudum vineæ erant in Sueuia) penuriam effecit. Maxima quoque peſtis pecudum, & hyems ſatis dura ac niuoſa, magnam vinearum partem frigore, in ſequentem annum perdidit: & frugum ſterilitas, famem non modicam effecit.

Conſtantinus Monomachus, Oriẽ. Imp. 45.

In Oriente, XLV. *erat* IMP. CÆS. FL. CONSTANTINVS MONOMACHVS, P. F. *Aug. qui cum vxore Zoë, & huius ſorore Theodora, Auguſtis, imperauit A. 13.*

Pax per totũ Imperium ab Henrico Caſ. facta.

Anno 1044. Henricus Rex, ex Vngaria, quæ rurſus pacanda fuerat, reuerſus: Synodum & comitia in ciuitate Conſtantienſi egit, Sacerdotum & Principum. Ibi cunctis, ſibi quid debẽtibus, omne remiſit: atque pacem inter principes ac nobiles, omnesque ordines, hactenus inauditam, cum in Sueuia, tum in omnibus Regni ſui prouinciis fecit. Abbas Vrſperg. Sed Herm. Contractus, ad præcedentem annum refert. Vterq́;, nuptiarum cum Agnete celebrationem poſt hunc conuentum ponit.

Hohenſtauff. Barones.

Hoc tempore, rurſus mentionem inuenio Henrici & Hiltegardis, coniugum: de quibus præcedente cap. dictũ eſt. Baro ille erat de Hohenſtauffen. His nati perhibentur, Fridericus (poſtea primus Dux Sueuiæ) & Otho (poſtea Epiſcopus Argentoratenſis) & Ludouicus. VValtherus etiam, Conradus, atq́; Adelhaidis.

Beutelſpach. Barones.

Hoc quoque tempore vixiſſe dicitur Henricus, Baro Beutelſpachenſis, Emichonis ex filio nepos: & obiiſſe 1048. Cui ſucceſſerit frater in ditione, Vlricus: qui liberos habuerit Conradum, Brunonem, & Luitgardam. Multa item paſſus fertur in perturbatione Germaniæ (vt & alij proceres) tempore Henrici IIII. *De illis ſup. lib. 3. cap. 10. Sed D. Gabelcouerus de vtroque dubitat: tum, an Beutelſpachenſes, fuerint Barones: tum, an hoc tẽpore circiter aliquis Beutelſpachẽſis fuerit, Henricus nominatus.*

Sueuiæ Dux 13. Otho II.

Anno 1045. OTHO *de VVitliſpach (Othonis tertij è ſorore nepos, Palatinus Comes) fit* XIII. *Dux Sueuiæ: committente hunc ei honorem hebdomade Paſchali, apud Goſlariam, Henrico Cæſare. Præfuit non triennium: ſed tamen laudabiliter. Obiit 1047. Herm. Contract. & alij.*

Caſus Boſenburg. cotignationis.

Cùm in ſuperioris Pannoniæ caſtro Boſenburgo Cæſar eſſet: cum multis principibus, aliiſque præcipuis hominibus: (inuitatus à Richlita, Adalberonis ab Eberſperg vidua: quæ

orabat Cæſarem, vt Boſenburgum, & prædia illius loci, quæ maritus ſuus precariò poſſediſſet: Guelphoni IIII. nepoti ſuo ex fratre, traderet) cùm ibi, inquam, eſſet Rex: ſubitò decidit ſuperius eius arcis ſublime & ruinoſum cœnaculum (teſtibus Auentin. & Bruſch.) vel ſolarium: in quo tota Aula epulandi cauſa conuenerat. Cæſar, apprehenſa feneſtra, ſingulari protectione Dei manſit incolumis. Reliqua tota multitudo (Principum, Epiſcoporum, nobilium, ac militum) corruit. Multi ſtatim expirarunt: multi, contuſi ſunt, aliterve grauiter læſi. Inter quos, ipſa quoque Hoſpita Richlita, breui periens: nec non Herbipolenſis Epiſcopus Bruno: qui 8. die pòſt expirauit: Herbipolinq́; cum ſummo luctu eſt reuectus: & in crypta ſummæ Baſilicæ humatus. Cui ſucceſſit Adelbero, Comes à Laimbach & Scherdingen: natus Bauaro patre Arnoldo, & Baroniſſa de VVeinſperg Regilla.

Spectrum Dæmonis. *Præſignificatum hoc malum fuerat ab atra forma Dæmone: qui Brunoni antè deſcendenti per catharractas Danubij (*Strudel bey Stockeraw*) dixerat: Heus Epiſcope, ſum tuus malus genius. Breui iterum me videbis. Sicut 40. annis ante Natalem Domini, Bruto Romano* φάσμα *(ſpectrum) dixerat:* ἐγώ εἰμι ὁ σὸς κακὸς δαίμων. ὄψει με περὶ φιλίππους. *Plutarch.*

Skennines Monaſterium. *Eodem anno, Indict. 13. & 3. Kal. Februar. Henricus III. Rex, orante Vdalrico Comite, Monaſterium Skennines Rhætiæ (in honore S. Sebaſtiani Martyris dedicatum: ſitum in pago Churvvalacha, in comitatu Eberhardi Comitis) & ſanctas Moniales, inibi Deo ſub canonica regula ſeruientes: nec non bona, & res huius Cœnobij omnes: in ſuum mundiburdium, tuitionē, defenſionemq́; accepit: rogante etiam dilecta ipſius cõiuge, Agnete Regina. Actũ Turegi. Tſchud. in Rhætia Alp. vbi integrum Diploma ponitur.*

Altitona Cœnobium. *Altitona (Hohenburg) Monaſterium Alſatiæ, dedicatum eſt in honore S. Mariæ, à Brunone, Leucorum vel Tullenſium Epiſcopo.*

Quidam Anonymus.

Pallantis cadauer. *Hoc tempore, Gigantis Pallantis, filij Euandri, cadauer (ſic exiſtimatum fuit) turribus altius, Romæ in via Laurentina effoſſum eſt: cum face, ad caput eius ardente: quæ nec aqua, nec flatu, extingui potuit: donec, ſupra flammam (Vincentius ſubtus) foramine acu facto, aër immiſſus fuit. Facies illius (vulnus, Vincentius ait) erat 4. pedum, & ſemiſſis. Poſtea in platea putrefactum eſt.*

Epitaphium.

Filius Euandri Pallas, quem lancea Turni
Militis occidit, mole ſua iacet hîc.

Vincent. lib. 26. cap. 34. & Kranz. 4. Metropol. 15.

Burgũdiæ adminiſtratio. Mompeligardum, nequicquã obſeſſum. *Eodem 1045. anno, duo Vicarij, nomine Cæſaris adminiſtrantes Burgundiam, Iurenſem & ſuperiorem: Reinaldus, Reginæ Rom. Agnetis auunculus, & Geroldus: ab Auguſto defecerũt: ac caſtrum, quod Mons Peligardus nominatur, obſederunt. Adueniente autem Cæſaris exercitu, ducente quodam Ludouico, turpiter fugere coacti ſunt. Qui etiam, nequid grauius ſibi accideret, poſtea clementiæ Victoris ſe permiſerunt. Herm. Contract. & Viguier.*

Anno 1046. Peſtilentia erat, vbiq; plurimos homines tollens.

Berengarius, de cœna Domini. *In Gallia Berengarius, Diaconus Andegauenſis, docebat: verum corpus & ſanguinem Chriſti, non eſſe in S. cœnæ pane & vino: ſed tantùm ſignificationem abſentis Chriſti habere: quamuis ipſe dicat: Hoc eſt corpus meum, Hic eſt ſanguis meus. Sic hodie, qui dogma Vlrici Zuinglij, & Ioannis Caluini, ſequuntur, illa adeſſe negant. Nam Chriſtum hominem aſcendiſſe in cœlum: & corpore ſuo nobiſcum non eſſe: cùm tamen Dominus dicat: Ego ſum vobiſcum omnibus diebus, vſq; ad conſummationem ſeculi: & τὸ ἐγὼ, pronomen Ego, de toto Chriſto, Deo & Homine, dicatur.*

Henricus R. & Agnes, Impp. coronati. *Rex Henricus, Normannis ditionem Papæ carpentibus: & quibuſdam, de Papali ſede cõtendentibus: ineunte autumno, cum coniuge Agnete Alpeis ſuperauit: Mediolani ferream coronam accepit. Deinde, in Feſto Natalitiorum, à Pontifice Clemente II. (antea Babenbergenſi Epiſcopo Suiggero) tunc & ipſo Papa conſecrato, cum vxore conſecratus fuit. Ibi, perfectis in Vaticano ſolennibus: Pontifex, Imperator, & Imperatrix, maximo hominum plauſu, in Lateranũ, coronis quiſque ſuis redimiti (Epiſcopis, Sacerdotibus, Senatu populoq; Rom. & equeſtri ac militari ordine, deducentibus) de more procedentes: omnium in ſe oculos, tanta maieſtatis ſpeculo cõuerterunt.* *Spectatio ipſorum.* *Nemo non donatus tunc abiuit: nemo à ſermone Principis triſtis diſceſſit. Domina*

Agnes

Agnes poſtea, filiam apud Rauennam peperit. Imperator, rebus Italiæ mediocriter compoſitis, in Germaniam 1047. (al. 1048.) rediit: Aſcenſionemq́; Domini, Auguſtæ Vindel. celebrauit: & Eberhardo (al. Ebboni) Epiſcopo eius mortuo, Henricum II. Capellanum ſuum, ſubſtituit. Sigon. & Schaffnab. & Vrſperg. & Contract. atq; Auentinus.

Anno 1047. electus eſt Conſtantiæ Epiſcopus, Theodoricus: antea Henrici Imp. Archiſacellanus: præpoſitus item Aquiſgrani, & Spiræ. Confirmauit eum, longè ſibi chariſſimum, Imperator hic. Præfuit 4. annos, afflicta valetudine præditus. Romam autem ardua de cauſa profectus, & inde reuerſus, obiit 22. Iun. 1051. ſepultus Conſtantiæ in S. Stephani Baſilica. Bruſch. *Theodoricus, Epiſcopus Cōſtantiæ.*

VVelfius, Comes Sueuigena, VVelfi dudum Comitis F. ab Imp. Henrico Dux Carinthiæ creatus eſt. Auunculus verò eius, Adalbero Dux, Henrici & Friderici frater, Epiſcopus Metēſis conſtitutus. *VVelpho Sueuus, Dux Carinthiæ.*

Otho, Dux Sueuorum, iuuenis obiit: qui prouinciam ſibi traditam, piè ac ſtrenuè rexerat. Herm. Contract.

Anno 1048. Imperator natalem Domini in Saxonia moratus (ſcribente Contracto) confeſtim per VVürciburgum (Herbipolin) in Alemanniam venit: & Vlmæ colloquium habens, OTHONEM *de Suinfurto Marchionem (Marchionis Henrici, & Marchioniſſæ Gerbergæ, filium) Sueuis Ducem conſtituit. Hic erat Otho* III. *&* XIV. *Dux Alemanniæ: ac Ducatum geſſit A. 9. cuius vxor fuit (Auentino teſte) Petriſſa, Nariſcorum ſanguine procreata, Othonis ab Amerthal filia. Paſcha Imperator celebrauit Ratisbonæ cum Othone Sueuiæ, & Preciſlao Bohemiæ, Ducibus, aliisq́; multis Principibus. Inde reuerſus in Alemanniam, Augiam noſtrā (inquit Contract.) intrauit 8. Calend. Maias. Ibi nouam S. Marci Euangeliſtæ, patroni noſtri (vnus Mediator Dei & hominum, eſt Chriſtus, 1. Timoth. 2.) Baſilicam, à Domino Bernhardo Abbate conſtructam, ſe præſente (præſens) à Theodorico Conſtantienſi Epiſcopo dedicari fecit. Et eiuſdem Sancti feſto, in letania maiore apud nos acto: Aſcenſionem Domini Turegi (Tiguri) Penteceſten autem Solodori, celebrauit: habitoq́; ibi cum Burgundionibus colloquio: per Franciam Orientalem in Saxoniam remeauit.* *Otho III. Sueuiæ Dux XIV.* *Feſtorū ab Imperatore celebratio.* *Imperator, in Augia diuite.*

Per idem tempus Bernhardus, Abbas Augiæ, vir doctrina & moribus inſignis, anno promotionis ſuæ XL. *in ſenectute bona morbo confectus,* VII. *Idus Iun. (Sic Contractus: Bruſchius verò, Septimo Iunij, quod tamen idem eſt) diem vltimum clauſit: & in Baſilica S. Marci ſepultus, quieſcit. In cuius locum Vdalricus, ex Decano Abbas, fratrum electione, & Imperatoris approbatione, conſtitutus eſt. Praerat quaſi 23. A. etſi 1069. anno mortuus: quia vacabat poſt eum Abbatia integrum annum: Monachorum ambitioſis, conuenire in ſucceſſoris electione nō valentibus: bonis verò, bonum Vlricum deſiderantibus.* *Bernhardi, Augienſ. Abbatis, mors.*

Imperator, ingruente hyeme, Argentoratum venit: & inde prope Natalem Domini Vlmam: poſtea, in Bauariam. Natalitia Friſingæ, & S. Mariæ purificationem Ratisbonæ, egit: Conradoque, Bauariæ Duce conſtituto, circa Quadrageſimam in Saxoniam receſſit. Contract. *Imperatoris profectiones, & ἀνάπαυλαι.*

Henricus II. *(auctore Bruſch.) vir eximiè doctus, formoſus, robuſtus, ſurrogatus Epiſcopo Auguſtæ Eberhardo, vel Epponi, ab Imp. Henrico* III. *eſt: cuius iam diu fuerat Cancellarius, & intimus Conſiliarius. Præfuit A. 16. Inſtituit Henricum* IV. *Ædificauit palatium Epiſcopale: Cathedrali D. virginis Baſilicæ contiguum. Arcem item Falckeſtainum, in Algoia ſitam. De exitu illius triſti, ſuo loco.* *Auguſt. Epiſc. Henricus II.*

Hoc tempore viuebat Humfridus de Mompelgart (ſcribente Herman. Ædituo) auunculus Luitoldi & Cunonis, Sueuicorum Comitum de Achalm. Qui à Pontifice factus erat Archiepiſcopus Rauennæ. De quo Sigonius (de Regn. Ital. lib. 8.) ad annum 1047. Clemens II. *Papa, inquit, ipſo annitente Henrico (quod aſſiduis iamdiu piorum omnium votis expoſcebatur) inſignem ac memorandam inprimis labentis Eccleſiæ reformationem (potuiſſet eum egregiè iuuare D. Lutherus, ſi tunc vixiſſet) aggreſſus eſt. Quæ nulla aut opportunior vnquam, aut maioribus difficultatibus (ſi non tantùm mores Eccleſiaſticorum, ſed etiam doctrina, fuiſſet emendanda) impeditior fuit. Quippe Eccleſia Dei grauiter, iam propè per ducentos annos ægrotans: & multa, & ea valida remedia, requiſiuit: vſque adeo, vt ad extremum, ne ignem quidem, & ferrum (quæ vltima inſanabilium morborum, ſunt medicamenta) repudiarit: cùm cæteris* *Mompelgardenſis Humfridus.* *Achalmenſis Comitatus.* *Reformatio Eccleſiæ.* *Eccleſiæ corruptio.*

ſanatis membris: caput ipſum, nempe Imperator, ſalutaria omnia Conciliorum decreta (at Verbum Dei eſt ſupra Concilia. Hoc conuertendi ſunt homines: non traditionibus humanis, nec gladiis & haſtis) reſpueret: nec, quaſi mentis impos, egregiè conſulenti Medico obtemperaret.

Concilium Epiſcoporum in Laterano. [illegible] Simoniaci. Sacerdotiorũ nundinatio. Cæſaris de Papa creatione poteſtas.

Igitur ad rem tantam inſtituendam, concilium Epiſcoporum Clemens in Lateranum vocauit. Cui interfuerunt, Herebertus Archiepiſcopus Mediolanẽſis, Eberardus Aquileienſis, & Humfridus Rauennas: paulò antè ab Henrico ex Italia Cancellario, Vidgero ſubrogatus. Inde contentione orta de præſeſſione Archiepiſcoporum: Humfridus literis, ea de re prolatis, illam diremit. Reliquis diebus, cauſa Simoniacorum agitata: omnis ſacrorum ordinum nũdinatio, improbata. Imperator, Patricius Romanus factus à Romanis: & decretum, ne poſthac ſine ipſius auctoritate Romanus Pontifex crearetur.

BRVNO IX. PAPA, ALEMANNVS. ADELBERTVS, CALuenſis Comes. Hortatio Hirſaugienſis Cœnobij reſtituendi. Epiſcopi, Engelbertus Patauienſis, Gebhardus Ratiſbonenſis, Gregorius Vercellenſis, Rumoldus Conſtantienſis. Henricus IIII. natus. Ehingenſis familia nobilis. Henrici Cæſ. bellum contra Vngaros. Azzo, Eſtenſis Marchio. Abbatia Scaphuſana. Hiltrudis, Hermanni Contracti mater. Abbatiſſæ quædam, & reliquiæ Sanctorum. Adelhaidis, Achalmenſis Comitiſſa.

CAPVT XI.

Sueuus, Leo IX. Papa.

ANno 1049. Bruno, Leucorum Epiſcopus, ab Imperatore electus Papa, Romamque miſſus, ſummo honore ſuſceptus eſt: & in Quadrageſima ordinatus, Leonis IX. nomen accepit. Leo hic, Germanus fuit, & Sueuus: natus ex familia Comitum Alſatiæ Egeshaimenſi: ſed matrem, Comitiſſam Caluenſem habuit: Henrici III. cognatus: atq; Adelbertus, Caluenſis Comes (de quo, breui) ex ſorore eius fuit natus. *Caluẽſ. Comes Adelbertus.*

Augienſ. Abbas Vdalricus. *Hic Leo, in proximo ſui pontificatus Paſchate, Vdalricum, Augienſis Cœnobij prouiſorem, Romam venientem, Abbatis benedictione conſecrauit (teſte Contracto) & Monaſterij eiuſdem priuilegia, antiquitus à ſede Apoſtolica tradita, ſua auctoritate confirmauit, & innouauit, Indict. 2. 7. Kalend. Aprileis. Idem in hebdomade poſt Albas, Synodum Romæ cum Epiſcopis Italiæ, emendationis Eccleſiaſticæ gratia egit. Idem Synodum Papiæ, in hebdomade Pentecoſtes. Autumnali etiam tempore, cùm tranſiiſſet Alpes, magnam celebrauit Synodum Remis, cum Galliarum Epiſcopis. Aliam item, Moguntiæ, ferè 40. Epiſcoporum, coram Imperatore, & Germaniæ Principibus. De qua Synodo Albertus Stadenſis, Multa ibi ſancita ſunt, inquit, in vtilitatem Eccleſiæ: inter quæ, Simoniaca hæreſis, & nefanda Sacerdotum cõiugia (parcius, mi Alberte) holographa Synodi manu perpetuò damnata ſunt. At 1. Tim. 3. & 4. D. Paulus contradicit: Epiſcopus ſit vnius vxoris maritus: Dæmonum doctrina eſt, prohibere coniugium, & genera quædam ciborum. Poſtea Alemanniam Papa iniens, in diuite Augia Feſtum S. Clementis (tunc aram S. Alberti conſecrans) & Dominicam ante aduentum Domini, 6. Cal. Decemb. egit. Inde per vrbem Auguſtam Bauariamq; tranſiens, natalem Domini Veronæ coluit.* *Synodi Papales.* *Sacerdotum vitia.*

Eo autem tempore, prius in caſtro Caluuenſi fuit, apud Adelbertum Comitem, nepotem illius, qui Hirſaugienſe Cœnobium deſtruxerat. Hic enim Comes, cognito auunculum illum ſuum, per ſuam ditionem tranſiturum: obuiam ei properans (vt à Tritenhemio ſcribitur: licet is ad ſequentem 1050. annum referat) humilimis precibus obtinuit: vt vniuerſalis Eccleſiæ Pontifex, in hoſpitium humilis nepotis ſui diuerteretur. Ille igitur caſtellum ingreſſus, & perhumaniter exceptus, more ſuo doctrinam ſalutarem ſeminabat: animos hoſpitum ſuorum ad amorem cæleſtis patriæ excitans. Cũ poſtea cognouiſſet de veteris Monaſterij Hirſaugiẽſis præſtãtia, ſecutâq; eius deſolatione, nec non de reliquiis S. Aurelij: tempore vaſtatæ per Nortmãnos Galliæ (ſup. lib. 3. cap. 3.) ſub terra abſcõditis: terra ſolum in diuerſis Eccleſiæ locis fodiendũ curauit: tãtiſper, dũ repercuſſu malleorũ locus deprehenderetur ſubter cauus. Tunc humo non ſine magna difficultate, remota: inuenta eſt camera ſubterranea: & in ea ſarcophagus, admodum benè diſpoſitus. Quo reperto: iuſſu Papæ, gratiæ ſunt flexis genibus Deo actæ. Aperto deinde ſarcophago: inuenẽre S. confeſſoris Aurelij oſſa, ſericis inuoluta pannis: pulchrè in figuram corporis debito collocata ordine: atque ad caput eius, tabulam plumbeam cũ his verbis: CORPVS S. AVRELIJ *Epiſcopi, tempore Arnulphi Regis repoſitum, Herderado Abbate, 8. Calen. Sept. Tum Papa cum gemitu* *Papæ Leonis hoſpitatio apud Caluẽſem Comitẽ Adelbertum, in arce Caluenſi.* *S. Aurelij reliquiæ, exhumatæ.*

dixit:

dixit: Væ illis, qui locum hunc, tanti præſulis ſanctificatum meritis & præſentia, deſolarunt. Ac clauſo ſarcophago, ne reliquiæ hæ ſubtraherentur: in caſtellum ad Comitem rediit. Poſtridie, vocatis Comite, & pia uxore eius VVilrude: cæteris, præter Cardinales ſuos, excluſis: Heſterno, inquit, vidimus die, chare nepos, ſacras confeſſoris Chriſti reliquias, honore debito ſpoliatas: cum tamen amore cœleſtis patriæ, locus ille à progenitoribus tuis fuiſſet cultui diuino, & ſacræ monaſticæ religioni, dicatus. Tuus verò auus genitorq́, Monachis expulſis, officinam ſanctarum virtutum, introductis vitæ diſſolutiſſimæ ſecularibus Clericis, in ſpeluncam omnium vitiorũ commutarunt. Tu quoq́ illorum te ſacrilegio polluiſti: Deum & Sanctos eius, impia crudelitate, & crudeli auaritia, ſuccenſus, ſpoliare non timuiſti: tuam propaginem grauiſſimo ſcelere innodaſti: vt aut poſt paucas generationes deficiat: aut in hac vita miſerabilis euadat: æternis poſt mortem ſuppliciis crucianda. Quare pro cognatione, qua nobis iunctus es: & pro officio paſtoralis noſtri culminis: tibi ſub anathemate diſtrictè mandamus, ſalutis tuæ rationem habentes: vt Clericos iſtos expellas: Monachosq́ & Abbatem, ſecundum Regulam D. patris Benedicti, quemadmodũ prima fundatio requirit, omniaq́ ablata bona, ſine mora reſtituas: & alia, quæ tanto operi neceſſaria erũt, de tuis facultatibus impendas. Hac oratione Pontificis, Comes compunctus: ad genua eius accidit: ſe grauiter peccaſſe confitens, veniam orans, omnia ſe pro viribus facturum promittens. Sic Papa ab ipſo diſceſſit.

Oratio Papæ, vt Comes Adelbert. Monaſt. Hirſaugienſe reſtituat.

Engelbertus, Pataujenſis Epiſcopus, ab Imperat. Henrico venandi ius, in prædio S. Stephani, & Alberti Marchionis Comitatu, Gemundæ in Sueuis impetrauit. Bruſch. lib. 2. de Pataujâ.

Gamundia.

Anno 1050. patruus Imperatoris, Epiſcopus Ratisbonenſis, Gebehardus (qui Campidonenſem Abbatiam nuper beneficij loco acceperat ab illo) adiutus à Bauariæ Duce Conrado, & Adelberto Marchione, aliisq́ Principibus & Epiſcopis, Vngaros ſternit fugatq́.

Ratisbon. Epiſc. Gebhardus.

Papa Leo, poſt Paſcha Synodum Romæ egit: Roma egreſſus, aliquot Principes & ciuitates, tam ſibi, quàm Imperatori, iureiurando ſubiecit: Beneuentanosq́, à rebellione nõ deſiſtentes, excommunicauit. In autumno Synodum Vercellis habuit: Hunfridumq́ Archiepiſcopum, ob quãdam inter Rauennatem & Romanam Eccleſias contentionem, ab officio ſuſpendit. Inde Gallias, & Epiſcopatum ſuum in Leucorum ciuitate, reuiſit. Contract.

Leonis Papæ res geſtæ.

Agnes Imperatrix filium Imperio peperit, Henricum IV. Schaffnaburgenſis 1051. natum ſcribit, 3. Idus Nouemb.

Henrici IV. natiuitas.

Kilberga (pago ſemimilliarij à noſtra Tybinga) habitabat hoc tempore vir nobilis, Rudolphus ab EHINGEN. *Sic in libro M. Ser. Etſi D. Oſualdo dubium eſt: an Ehingeni nobiles eo tempore fuerint huius pagi poſſeſſores. Conſtare nanque, ante 200. annos Nobilibus Lœſcheris dictis paruiſſe. De egregia Ehingenorum familia, ſuis in locis dicemus multa.*

Kilberga vicus. Ebingeni nobiles. Lœſcheri.

Anno 1051. Imperator, & Leo Papa, cum multis Epiſcopis & Principibus, apud Auguſtam Vindelicam conuenientes (auctore Contracto) purificationem Dei genitricis celebrarunt: ibiq́ Rauennate Archiepiſcopo apud Papam reconciliato, & amico diſceſſu facto, Papa Romam eſt reuerſus.

Imperator & Papa, Auguſtæ.

Coloniæ ab Archiepiſcopo Herimanno, Auguſti filius Henricus baptizatus eſt: cui iam antea Goſlariæ, principes iureiurando fidem ſubiectionemq́ promiſerant.

Leo poſt Paſcha Synodo Romæ collecta: Gregorium Vercellenſem Epiſcopum, propter adulterium (cum vidua quadam, auunculi ſui ſponſa, admiſſum) & propter periuria, abſentem & neſcientem, è communione Eccleſiæ remouit: ſed non multò poſt venientem, & ſatisfactionem promittentem, priſtino muneri reſtituit.

Epiſcopi adulterium.

Theodorico, Conſtantienſi Epiſcopo, poſt longam ægrotationem 10. Kalend. Iulias mortuo: Imperator Rumoldum, vel Rumaldum (antea Goſlarienſem præpoſitum) ſubſtituit: qui 17. annos præfuit. Erat natura paulò contentioſior: ſed pietate, animique dexteritate, commendabilis. Henrico quidem Imp. ita charus (teſte Bruſch.) vt is filiam ſuam Mechtildem, ei educandam erudiendamque crederet. Hæc poſtea, cùm eſſet nubilis: cùm parentum, tum Epiſcopi, conſenſu & conſilio, nupſit Comiti Rinfeldiæ Habſpurgiq́ Rudolpho, Duci Sueuiæ. Concidit ſub hoc Epiſcopo, anno ſequenti 1052. ſummum Templum Conſtantienſe (Thumkirch / oder Münſter) quod tamen ipſe egregiè reſtituit: pulchrius & fortius, quàm antea fuerat, exædificans. In quo ipſe quoque, anno 1069. mortuus, magnificè ſepultus eſt. Ad eum extat 1. Parte Decreti Grat. Diſtinct. 52. epiſtola Alexandri II. Papæ, mãdantis ei, ne admittas quen-

Rumoldus, Cõſtantiæ Epiſc. Ei Cæſaris filia educãda data. Templi ruina.

dam ad officium Sacerdotale: priuſquam ſubdiaconus ſit factus. Ordinem enim conſeruandum eſſe.

Rauennas Archiepiſcopus Hunfridus, veneno (vt aiunt) ſubitò periit. Contract.

Henrici Imp. bellum in Vngaria.

Imper. Henricus, in autumno bellum Regi Vngarorum Andreæ facit: ipſe, per Carinthiæ fines, cum valida manu Sueuorum, Saxonum, Francorum, Polonorum, Lōgobardorum, tranſiens: per Ratisbonenſem verò Epiſcopum Gebehardum, & VVelfum, ac Brecislaum, ſeptentrionalem Danubij partem, depopulans. Pacem tandem Andreas, cum Marchione Adelberto facit.

Eſtenſis Marchio Azzo, vel Adelbertus.

Azzo, ex illuſtri Germanorum familia, ab Imperatore fit Marchio Aſtenſis. Is ex Chunigunde, vnica Guelphorum filia in Altorff, Guelphonem IV. genuit: quem Henricus IV. Ducem Bauariæ anno 1071. fecit.

Abbatiſſæ.

Ambæ Abbatiſſæ, Lindaugienſis & Buochaugienſis, vno penè tempore defunctæ ſunt. Ideo nobilis, prudens, & religioſa vidua, Iuota vel Guota, vtriq; loco ab Imperatore præfecta fuit. Contract.

Scaphuſana Abbatia. Scaphuſa op.

Anno 1052. (Bruſch. 1056.) Abbatiam Benedictinæ diſciplinæ, quæ Scaphuſæ eſt, fundauit Comes Nellenburgius Eberhardus, vxorem habens Idam Comitiſſam. Scaphuſa autem oppidum diu antè fuerat: à ſcaphis dicta, id eſt, nauibus. Etenim naues, quæ eo vſque per Rhenum deſcendebant, ibi euacuabantur, propter catharractam Rheni: ac bona ſeu merces, per terram vehebantur vſque poſt catarrhactam. Vide 5. Stumpf. 17. Obtinet ciuitas hæc (inquit Munſterus) latus Rheni Germanicum, iuxta ſyluam Hercyniam. Putant quidam, nominatam eſſe de oue, Germanicè Schaaff: *quòd Inſignia ciuitatis niger aries ſit in luteo ſpatio. Aliis placet, dictam eſſe à naue, Germanicè* Schiff *&* Scheff / *quaſi* Scheffhauſen: *quòd ibi, antequam oppidum & pons conſtructa eſſent, ſtatio nautum & traiectus fuerit. Habet circumcirca fundum valde fœcundum: exciſisque Nigræ ſyluæ arboribus, plantatæ ſunt in eo ſolo vites: & ex ſolitudine factus eſt paradiſus amœnus. Tanta vis culturæ eſt. Oppidi murum ad meridiem alluit incluſus Rhenus: ad Septentrionem lenis aſcendit mons, vbi horti & vineæ: quarum vinum, optimum eſt. Loco traiectus naualis, hodie ligneus pons eſt. Paulo infra ciuitatem, Rhenus montium & rupium impedimentis coarctatus, per aliquot gradus, tandem ingenti impetu, ac terribili ſtrepitu, ex alto 40. aut 50. cubitorum præcipitat, tanta vi: vt tota aquarum moles, in ſpumam & nebulam reſoluatur. Vocatur Germanicè,* der Lauffe / *curſus. Fuit Schafhuſa tempore Friderici II. Imp. ciuitas Imperialis. Poſtea, 1320. oppignerata Duci Auſtriæ, vnà cum Rheinfelda, Neuuenburgo, & Briſaco. Deinde, tempore Concilij Conſtantienſis, circ. 1416. libertati ſuæ reſtituta. Tandem fœdus cum Heluetiis inijt: primò, ad aliquot annos: deinde, in perpetuum.*

Catarrhacta Rheni. Catadupa.

Nellenburg. Comes Eberhardus.

Monaſterium, quod ibi eſt, antiquum, fundatorem habuit, Comitem Nellenburgenſem Eberhardum, ex Sueuia: & appellatum eſt ratione naualis traiectus, Nauium domus, Schiffhauß. *Extructum fuit magnis impenſis: aduectis ingentibus columnis lapideis: quarum adhuc 12. in Templo viſuntur, longæ denos ſeptenos pedes: in circuitu, nouenorum pedum. Conſecrauit id Monaſterium Leo nonus: conſanguineus memorati Comitis Eberhardi, anno 1052. Conſtructa ſunt eo tempore tria magnifica cœnobia: S. Blaſius, in Nigra ſylua: S. Aurelius, vel Hirſaugia: & S. Saluator, qui locus* Schaffhauſen *hodie nominatur. Eberhardus ille, & vxor, tandem vitam Monaſticam amplexi ſunt. Cella, cui ipſa ſe incluſerat, poſt mortem eius commutata fuit in Cœnobium S. Agnetis. Reliquit Comes Eberhardus filium Burckhardum: qui Hirſaugienſem Abbatem VVilhelmum arreptum, tranſtulit Scafhuſam, fecitq; Abbatem.*

Hiltrudis, matris Hermanni Contracti obitus. Aleshuſa.

Eodem 1052. anno, 5. Idus Ian. finem viuendi reperit mater Hermanni Contracti, Domina Hiltrudis: VVolfradi Comitis vxor: religioſa fœmina, mitis, liberalis: marito, ſeptemq; liberis, ſuperſtitibus: anno ætatis ſuæ circiter LXI. coniunctionis verò cum marito, XLIV. Sepulta eſt in pago Aleshuſa, ad lacum Buchaugienſem, milliaribus ferè 2. à Biberaco. Condita eſt ſub Capella S. Vdalrici, quam ipſa conſtruxerat: in ſepulchro, quod ipſa ſibi præparauerat. Cui Epitaphium ſcripſit pius filius Hermannus.

Matri Epitaphium ſcriptum.

Mater egenorum, ſpes auxiliumque ſuorum,
Hæc Hiltrud tumulo debita reddit humo.
Quæ præpollentes generoſa ſtirpe Parentes,
Nobilitans claris extulerat ſtudiis.

Commu-

Communita fide, ſpe tuta, vigens pietate,
Felix hanc vitam deſeruit miſeram.
Cùm menſis Ianus quintas deuolueret idus:
Mouit permultas morte ſua lachrymas.

Leo Papa expeditioni, quam Imp. Henricus contra Vngariæ Regem Andream ſuſceperat, interfuit: cum eoq; in Germaniam rediit.

Imperatrix Conradum filium Henrico peperit. Conradi ex Agnete Auguſta natiuitas.

Reliquiæ B. Zenonis confeſſor... ...bario ſiue VValthero, natione Sueuo, Veronenſi Epiſcopo, in Alemanniam ad villam VLM... *(teſte Contracto) träſlatæ ſunt, ad Eccleſiam S. Crucis: ibiq; in æde S. Vdalrici recondita: v... & plurimis claruiſſe miraculis dicuntur: Poſtea verò repoſitæ ſunt (Herm. Ædit. ſe..e) in eodem oppido, apud Dominos Teutonicæ domus.* B. Zeno. Vlma villa.

Pontifex Leo inuenit ...bonæ corpus S. Dionyſij Areopagitæ: probauitq;, id eſſe, & ibi manere debere, in Templo ...ni: olim ab Imp. Arnulpho, ex Pariſiorum vrbe eò tranſlatũ, S. VVolfgangum, eiuſdem vrbis Epiſcopum, de tumulo leuauit. Vrſperg. S. Dionyſius Areopag. S. VVolfgangus.

Conſtantiæ Baſilica S. Mariæ (vt antea quoq; memoratum eſt) corruit. Contract.

Adelhaidis hoc tempore viuebat: generoſa Comes Achalmenſis, ſupra Reutlingam. De qua Domina, ſic in M. Scr. Zuuifaltẽſis Monaſterij vetuſto membraneo libro legebam. Leo IX. *Papa, ad Auguſtum (Imperatorem Henricum) tendens, cingulum ſuum, manibus ſuis (vt fertur) Adilheide Comiti generoſe (ſine Diphthongis) Achalmenſi, matri Liutoldi Comitis, qui poſtea Zuuifaltenſe Monaſteriu... ...ndauit, tradidit: cùm quodam tempore ad Auguſtam tendens, per hanc regionem proficiſc... ...r: atq; Zuuifalte, itineris neceſſitate, ab illa detentus pernoctaſſet. Id cingulum, inter reliq... ...s Sanctorum ibi aſſeruatum fuit.* Achalm. Comitiſſa Adelhaidis.

PEREGRINATIO HIEROSOLYMITANA. CALVENSIS arx, & Albaugienſe Cœnobium. Schiſma inter Græcos & Latinos. Leo P. à Nortmannis victus. Abbatiſſa Hadamuta, & Neuburgenſis Parthenon. Mors Leonis P. & Hermanni Contracti. Anno, Archiepiſcopus Coloniæ. Ratisbonenſis Epiſcopi Gebhardi, & Ducis Guelphonis, contra Cæſarem conſpiratio. Cæſ. Henrici III. mors. ORIENTIS Imp. MICHAEL STRATIOTICUS.

CAPVT XII.

ANno 1053. Comes Veringenſis VVernherus (Cõtracto VVerinharius) VVolfradi F. & Sãgallenſis Hiſtorici Hermanni Cõtracti frater, Monachus Richenaugienſis, iuuenis doctus, ad ſepulcrum Domini in terram ſanctam (rem tunc nondum admodum vſitatam) ſocio Monacho Liuthario comitatus, peregrinatur clàm: ſed per literas remiſſas, veniam Abbatis nactus. Morte autem interceptus eſt reditus eorum. Idem propoſitum ſecuti ſunt poſterius, Richardus Rheinaugienſis Abbas, & Henricus item Augienſis Monachus, charitate Chriſti. VVernh. Hermanni Cõtracti frater. Hieroſolymam profectus.

Alba Augia, Benedictinum Cœnobium Norici, fundatum eſt à Gebhardo, Epiſcopo Aichſtadiano, poſtea 1055. Papa Victore II. *de quo ſup. cap. 9. dictum eſt: quem, Comitem quoq; Kalũeſem è Sueuia fuiſſe, ſcribitur. Cuius familiæ ſedes, arx vetus, in oppido VVirtembergico Kalua, ad Nagoltum fluuium ſito, fuit. In qua arce complures carceres adhuc ſunt, & quidem eorũ duo pertriſtes: vnus, vbi captiui ſub impluuio verſari cogebantur (quia pro tecto tantùm ferrei cancelli ſuperintecti) alter, ſub turri alta & rotunda: vbi captiuus nec iacere, nec ſedere commodè poterat: ſed & incuruatus ſtare cogebatur. Vocatur etiamnum,* der Keſſelthurn. *Metuo, ne prædones, quidam ex vetuſtis illis fuerint Comitibus: & captiuos ibi excruciauerint ob* λύτρα *extorquenda: ſicut alibi etiam permultæ arces prædonum, per Germaniam, diuerſis ſeculis fuerunt: atque illarum multæ, ideo deſtructæ. Prædictum Monaſterium Albaugienſe, poſtea circ. 1130. renouatum eſt, & amplificatum, à Pomeranorum Apoſtolo (quos prædicando Chriſto, ad pietatem conuertit) Babenbergenſi Epiſcopo* VIII. *S. Othone: qui 1189. de tumulo eſt leuatus, & in diuorum numerum relatus.* Alba Augia Norici. Calua arx. Pomeranorũ Apoſtolus Otho.

Alttorffenſe Cœnobium, igne conſumptum. Contract.

Schiſma ortum eſt inter Leonẽ, P. Rom. & Michaëlem Cerulariũ, Conſtantinop. Patriarcham: improbantib. Græcis, quod Latini Azymis (infermẽtatis particulis) in cœna Domini vtãtur: & quod in Quadrageſima, obſeruẽt Sabbata: ac quod ſuffocatis veſcãtur: & quòd credant, Azymorũ cauſa, inter Oriẽt. & Occid. Epiſcopos ſchiſma.

Sp. Sanctum etiam ex filio procedere. Sed caput omnis diſſenſionis, erat de Principatu vtriuſq; Epiſcopi: quòd Imp. Conſtantinus Monomachus ſuo Patriarchæ primas aſſignauerat.

Papa & Cæſar VVormaciæ.

Imperator & Papa, poſtquam cũ multis Epiſcopis & Principibus, Natalitia Chriſti VVormaciæ egerunt: inter ſe permutationem quandam fecerunt bonorum: quæ hic in Germania, ille in Italia, habebant. Cùm aũt idẽ Pontifex multa de iniuriis Nortmannorũ, res S. Petri ad ſe attrahentiũ, cõquereretur: ab Imperatore robur Germanicæ militiæ accepit. Fuerant initio Nortmanni Italicis accepti: ſæpe ipſorum auxilio cõtra Græcorũ & Saracenorũ incurſiones vtentibus. Poſtea verò plurib. eorũ ad Italiæ vbertatẽ è patria accurrẽtibus: Italicos ea res grauauit. Quippe illi, viribus adaucti, ipſos indigenas bello premere, poſſeſſiones & vxores auferre, res Eccleſiarũ diripere, ſummã exercere crudelitatẽ, auſi ſunt. Non certè nec Pontifici, nec Imperatori, niſi tantũ verbotenus, cedebãt. Tranſiens ergo, inſtructus, per Alemanniã Papa: Purificationem S. Mariæ, Auguſtæ egit: Mantuæq; Quinquageſima acta: nonnullis ſuerũ, orto inibi tumultu, occiſis: infra dies Quadrageſimæ, Romã redit. Habita deinde poſt Paſcha Synodo: in Nortmãnos, vti propoſuerat, exercitũ mouet. Illi pacem petere: ſubiectionẽ, & officia ſua, ei promittere: modò Pontifex ipſis, quæ iniuſtè eripuerant, in beneficij loco relinqueret. Recuſante Papa: ſic ad bellum prælumq; ventũ eſt. A pontifice ſtabant (Sigõ. teſte) Rodolfus, Beneuenti Princeps, paulò antè ab eo inſtitutus: & Varnerius (VVernherus) Sueuus Dux, ab Henrico ſummiſſus. A Nortmannis, Comes Apuliæ Hunfridus, Ricardus, Robertus, fratres. Caſtris vtrinq; in Apuliam promotis, 14. Cal. Iul. (Contracto auctore: ſed 9. Cal. Iul. Sigonio) fortiſſimè dimicatũ eſt. Ceſsère primò Nortmanni: ſed collecti denuò, Pontificios ex improuiſo aggreſſi, ita circumuenerunt: vt Lombardos in fugam coniecerint: Sueuos, & cæteros Germanos, occidione (etſi non inultè) occiderint. Victoria itaq; ſed valde ſibi etiã luctuoſa potiti ſunt. Obſeſſus ab eis Papa in quodam caſtello: deditione facta, hoſtibusq; in communionem Eccleſiæ, quæ eos excluſerat, receptis: 9. Cal. Aug. Beneuentum ab Hunfrido incolumis deductus eſt. Accepta tanta clades eſt (inquit Contractus) occulto Dei iudicio: ſiue quia tantum Sacerdotem, Spiritalis potius pugnæ, quàm carnalis, & pro rebus caducis decuiſſet: ſiue quòd multos nefarios homines, & ob varias noxas è patria eiectos, atque cupiditate prædæ confluentes, ad expugnandos item ſceleſtos duxerat: ſiue diuina iuſtitia, propter alias etiam cauſas, quas ipſa nouit, noſtros plectente.

Nortmanni, Italiæ moleſti.

Pontifici Leonis aduerſarij.

Copiæ Papales ab illis cæſæ.

Et Papa ipſe, captus.

Cladis cauſa.

Et hoc, & ſuperiore anno, frugum penuria fuit non modica. Contract.

Hadamuta Abbatiſſa.

Neoburgenſe Gynæceum.

Hadamuta de Nuinburgo, Abbatiſſa venerabilis (quæ locum ſuum prius penè dilapſum, intra & extrà laudabiliter inſtaurauerat) aliam pro ſe deſignans, ſororibus piè admonitis, vitæ valedixit 4. Cal. Nouemb. Idem Bruſch. autem, Neoburgenſe, inquit, Monialium generis nobilitate conſpicuarum, inſigne Cœnobium Auguſtanæ Diœceſeos, ordinis S. Benedicti, in eiuſdem nominis elegantiſſimo oppido, tribus milliaribus ſupra Ingolſtadium, ad Danubium ſitum eſt. Quod fundatum legitur ab Imp. S. Henrico Claudo, & coniuge eius D. Chunigunde Palatiniſſa, anno Domini 1007. Indict. 5. 17. Kal. Maij.

Nobilium prædonum arces, à Cæſare exuſtæ.

Hẽricus puer, Rex German.

P. Leonis mors.

Anno 1054. Imperator, habito Ratisbonæ colloquio: per Alemanniã tranſiens (vt in Chronico Contracti eſt) furibus infeſtus (harpyijs, nobilibus prædonibus) nonnulla eorum conuenticula (arces) exuri iuſſit. Turegi poſtea initio Quadrageſima fuit. Aquiſgrani autem filiolum ſuum Henricum, opera Archiepiſcopi Colonienſis Hermanni, Regem Germaniæ conſecrauit.

Leo P. dolore animi in morbum incidens, Beneuento Capuam, & inde Romam, deportatur: atque 16. Kal. Maij ibi mortuus eſt: & in Baſilica S. Petri humatus. Succeſsit ei Gebehardus, Eiſtetenſis Epiſcopus, Victor II. dictus.

Et Hermanni Contracti.

Riſchachius VVernherus.

Obiit & Hermannus Contractus, ille perdoctus Comitis VVolferadi filius, in prædio ſuo Aleshuſa: vbi & ſepultus dicitur. Cuius tenerrima, & in cineres iam reſolui incipientia, oſſa (inquit in Conſtantienſi Epiſcopo Lamberto Bruſchius) mihi ſuperiore (1548.) anno oſtendit, ampliſſ. ac doctiſſimus vir, Ioannes VVernherus à Riſchach: ordinis Teutonicorum prouincialis cõmendator per Baliuiam Alſatiæ: Aſchenhuſij in Sueuia habitans.

Theodora, Cõſtantinopoli Imperatrix.

Imp. Orientis Conſtantino Monomacho, circa Kal. Decemb. mortuo: THEODORA AVGVSTA *Imperium tenebat A. 1. M. 9. Miſerat Conſtantinopolin Imp. Henricus (tunc in Italia verſans) legatum, Othonem Nouarienſem Epiſcopum. Eum Domina Theodora ſequenti anno, ſuis Legatis adiunctis, ad amicitiam renouandam Imperatori remiſit.*

Colonia Archiepiſc. Anno, vel Hanno.

Sonnenberg. Comitum.

Anno 1055. cõſecratus eſt Coloniæ Archiepiſcopus S. Anno, 5. nonas Martij: ex ſuperiori Germania oriũdus, ex nobilitate Sueuiæ nõ poſtrema, ex Comitibus de Sonnenberg: natus patre VValthero, & matre Engela. Habuit auunculum, canonicũ Badenbergenſem; cuius inſtitutione & diſci-

& diſciplina (Merſſao teſte) talis euaſit: vt merito ſuæ familiæ, imo totius patriæ, decus appellaretur. Pater eum militiæ deſtinauerat: ſed auunculus, videns iuuenis religioſam indolem, ad Eccleſiaſtica officia induxit. Propter eruditionem ſuam, Gymnaſij Bambergenſis factus fuit Rector: ſed Imp. Henricus eum in Palatium vocans, conſiliis eius plurimum eſt vſus. Erat ſtatura procerus, vultu venerabilis, eloquens, inediæ patiens, iuſtitiæ tenaciſſimus, Dei timens, in egenos liberalis. Fratrem habuit VVeſſilonem (Iuanni Pomario in Magdeburg. Chronico, VVernerum) quem Magdeburgenſem conſtituit Archiepiſcopum: qui ei Eccleſiæ 14. annos bene præfuit: & anno 1080. die 8. Aug. in prælio Henrici IV. cum Rudolpho Sueuo ad Vnſtruden amnem, inter fugiendum occiſus, & Magdeburgi in S. Mariæ cœnobio humatus, eſt. Hanno autem, mortuo Henrico III filium eius Henricum IV. quem Colonia de voluntate Procerũ educauerat, Regem Rom. vnxit: cuius etiam tutor ac Vicarius per Imperium factus fuit. Scabinis ſex, qui iniuſtam ſententiam de paupercula vidua tulerant, oculos eruit: ſeptimo, cuius filium è baptiſmo ſuſtulerat, vnum tantum effodiens, vt cæteros domum reduceret. Faſtigiis domorum, in quibus illi habitabant, lapideum caput imponi iuſſit, oculis carens: vt ſic ab iniquis iudiciis poſteros deterreret. Sepultus fuit in cœnobio Sigebergenſi, à ſe fundato: quò ante, corpus S. Benigni Martyris ac Sacerdotis, ex Sueuia aduexerat. Tranſlatio verò corporis Annonis, amplius centum annis poſt mortem eius facta eſt, per quendam Cardinalem, & D. Petrum, Lunenſem Epiſcopum. Baculo eius ligneo inciſum erat.

Schola Bambergenſis.

Scabinorum pœna propter iniuſtitiam.

Iudicum iniuſterum pœna.

S. Benignus.

Tityre, coge pecus: cæcos ne ducito cæcus.
Moribus eſto grauis: Rector fore diſce ſuauis.
Aſtu ſerpentis, volucris tege ſimpla gementis.

Epiſcopi officia.

Eodem anno, Gebehardus Ratisbonenſis Epiſcopus, & VVelfus Charinorũ Dux, facultatem redeundi ex Italia nacti ab Imperatore, in patriam redierunt. Quibus ignorantibus, milites ipſorum aduerſus Imperatorem coniuraſſe dicuntur: Cum certè illi non ignorauerint. Epiſcopo dolebat, ſibi Templum S. Haimerani ademptum eſſe, & liberum factum. Dux verò, ipſe & alij, ægrè ferebant, Hainricum puerum Imperio præfici, rudem rerum, & Pædagogi indigentem. Conradum ergo, qui è Bauaria eiectus erat, & in Vngaria degebat, Bauariæ præficere cogitabant. Sed eum repentina peſtilentia illic ſuſtulit. VVelfus eodem morbo laborare cœpit. Ergo, fido nuntio miſſo in Italiam, veniam petijt: omnes conſcios nominatim aperuit: quæ in Boiaria apud Lycatios, Atheſinos, Ambrones, & in Sueuia, poſſidebat: Abuſiacum, Schongouiam, Landspergum, Rauenſpurgum, Alttorffum: Cæſari Teſtamento legauit. His peractis, obijt: & in Alttorffenſi cœnobio ſepultus eſt. Auent. & alij.

Gebhardi Epiſcopi, & Ducis VVelfi, aduerſus Cæſarẽ conſpiratio.

Guelphonis poſſeſſiones, & obitus.

Henricus deinde ex Italia per Bauariam reuerſus, Natalitia apud Turegum celebrauit: ibiq́; Marchionis Othonis filiam, Henrico F. ſuo deſponſauit. Gebehardum Epiſcopum Ratisbonenſem, læſæ Maieſtatis conuictum, Achalmenſi Comiti Cunoni cuſtodiendum commiſerat: qui eum VVulfilingæ & Stofelæ, aliquandiu captiuum tenuit: ſed Cæſari poſtea reconciliatum, honorificè ad ſua remiſit. Chron. Zuifalt. & alibi.

Gebhardi Epiſcopi pœna.

Achalm. Comes Cuno.

Anno 1056. paſſim magna fames & egeſtas erat: & multa multis in locis calamitates: ita, vt Imp. Henricus curis conficeretur. In morbum igitur delapſus: declarato Henrico F. Imperij ſucceſſore: teſtamentoq́; Agneti coniugi cura pueri commiſſa: petita ab omnibus venia offenſionum, ablatis reſtitutis, odiis condonatis: 3. idus Octob. Goslariæ, anno ætatis 39. vita exceſſit: oculos eius Pontifice max. Victore, quem ipſe Roma euocauerat, claudente: præſentibus, Aquileienſi Patriarcha, Ratisbonenſi Epiſcopo patruo: aliisq́; plurimis illuſtribus, Laici & Eccleſiaſtici ordinis, perſonis. Hi omnes (præſertim Victore P. curante) funus Spiram comitati ſunt, inſigni pompa. Ibi 5. Kal. Nouemb. (in Feſto Simonis & Iudæ) prope patrem in Regum Choro ſepultus eſt: addita Inſcriptione hac, teſte Bruſchio:

Fames paſſim.

Imp. Henrici mors.

Sepultura eius

ANNO DOMINICÆ INCARNATIONIS *1056. Henricus tertius Niger, tertiò menſis Octobris obijt.* AVVS HIC.

Cœpta erat illa Baſilica Spirenſis, à patre Conrado ædificari: perrexerat ipſe in ædificatione eius: ſed Henricus F. poſtea abſoluit.

Conſtantinopoli (Theodora Auguſta, defuncta) factus eſt XLVI. IMP. CÆS. FL. MICHAEL SENIOR STRATIOTICVS, P. F. *Aug. qui imperauit A. I.*

Michael Stratioticus, Imp. Orient. 46.

Finis libri ſexti, in ſecunda parte Annalium Sueuicorum.

MARTINI CRVSII, GRAECAE ET LATINÆ LINGVÆ IN ACADEMIA TYBINGENSI PROFESSORIS, ANNALIVM SVEVICORVM, IN SECVNDA PARTE LIBER SEPTIMVS.

Complectitur liber hic tempus 22. annorum: ab anno 1. vſque ad 22. annum Henrici IV. quid eo interuallo temporis, in Suenia, vel à Sueuis factum ſit. Ibi, de Rudolpho Sueuico Duce: primò, Cæſaris amico: poſtea, conſilijs Gregorij VII. P. Rege contra illum creato. Ibi, de cœnobij Hirſaugienſis reſtitutione, & incrementis. Ibi, de Zæringenſibus Ducibus: de comitibus Rotenburgenſibus ad Tubarum. Ibi, de Halæ Sueuicæ origine, & progreſſibus. Excommunicatio & abſolutio Cæſaris Henrici. Alia deniq; multa, cognitu iucunda & vtilia. Diligenter cognoſcamus.

DECIMVS OCTAVVS IMP. OCCIDEN. HENRICVS IV. Alemanniæ Dux, RVDOLFVS de Rheinſelden. Imp. Orientis, ISAACIVS COMNENVS. Roberti Guiſcardi Nortmanni res geſtæ. Monaſterium Hirſaugienſe, inſtauratum. Fabarienſis Abbas Immo. Hugo, Palatinus Comes Tybingenſis: & horum Dominorum ortus, ac ditio. Fridericus antiquus, Baro Hohenſtauffenſis. Nortmannorum incrementa in Italia. Imp. Orient. CONSTANTINVS DVCAS.

CAPVT I.

Henricus IV. Imp. Occid. XVIII.

Agnes, mater eius.

ANno 1056. ſucceſſit Henrico III. filius ſuus, XVIII. IMP. CÆS. HENRICVS IV. SENIOR, P. F. Aug. qui A. ferè 50. imperauit. Apud Aquas Graneas, ingenti procerum numero atq; apparatu, in ſolio Regio, more Francorum collocatus eſt. Summa tamen rerum, tutelaq; eius, ex Teſtamento penes Agnetem matrem Auguſtam manſit: quæ prudenter, iuſtè, induſtriè, Imperij habenas quinquennium rexit.

Dux Alemanniæ, Rudolfus Rheinfeldenſis.

Anno 1057. Othone Schvvinfurtenſi, 4. Kal. Octob. ſine liberis mortuo: & Schvvinfordiæ apud Parentes ſuos humato: factus eſt Dux Alemanniæ, RVDOLFVS, Comes Rhinfeldenſis: vltimus Vicarius Sueuiæ Cæſareus. Huic, vt Regi ex affinitate magis deuinciretur, ſoror illius nuptui data eſt, tenera adhuc ætate: ſed tradita Epiſcopo Conſtantienſi Rumoldo nutrienda: fieret

Dum matura viro, plenis dum nubilis annis.

Berchtoldo Zaringenſi inuito.

Nomen ei Mechtildis erat: propter quam etiam Imperatrix mater effecit: vt Sueuiæ Ducatus Rudolfo committeretur: licet ab Henrico III. annulo dato, promiſſus fuiſſet Berchtoldo, Zaringiæ Duci. Obijt verò illa puella 1060. Domini. Berchtoldus autem, cum ſibi ademptus eſſet Ducatus Alemannicus, grauiter tulit. Domina verò Agnes, vt leniret hominem, ac ſedaret: ei Carinthiæ Ducatum dedit. At ne ſic quidem ſtabilis pax erat. Rurſus enim Ducatus ei vel nepoti ex fratre eius, ereptus, & Luitholfo conſanguineo Cæſaris datus, fuit. Valde itaq; offenſus eſt is Berchtoldus, aduerſus Regem & Rudolfum. Otho etiam, Boiariæ Dux, deiectus: Cunradus, genere Sueuus, à militibus Regis interfectus: & tanquam à Rege iuſſum eſſet, ei crimen impactum. Conſpiratio hinc, Othonis in Saxonia: Berchtoldi, in Sueuia. Rudolfus quoq; ſequenti tempore, inſtinctu Papæ, Imperium contra Henricum appetens: cum 22. annos rei Alemannicæ præfuiſſet: in prælio manu amiſſa, mortuus eſt. Quoniam autem tractum Rhenenſem Alemannis detraxerat, ad Berchtoldum Zaringenſem transferens: reliqua Alemannia, Friderico Hohenſtauffenſi poſtea à Cæſare Henrico, in hæreditatem commiſſa eſt. Sed his de rebus, diſtinctius audiemus ſuis temporibus.

Nix & grando.

Cum immenſa vis niuium antea per hyemem cecidiſſet: geluq; magna pars vinearum perdita fuiſſet: æſtate huius anni, lapides etiam miræ magnitudinis, mixti grandine, de cælo cecide-

ceciderunt: & nonnulli homines, fulmine perierunt. In Additamento ad Chron. Herm. Contracti.

Conſtantinopoli, cum circa Kal. Septemb. Michael Imperio ſe coactus abdicaſſet: factus eſt XLVII. IMP. CÆS. FL. ISAACIVS COMNENVS, *P.F. Aug. imperans A.2. M.3. Hic* τῷ νομίσματι ἑαυτὸν ξιφήρη ἐνεχάραξεν: *imaginẽ ſuã in moneta impreſſit cũ gladio in dextra. Zonar.*

Iſaacius Comnenus, Imp. Orient. 47.

Anno 1058. in Italia, Robertus Guiſcardus Nortmannus (Sigonio teſte) Baielardo Humfridi fratris filio pulſo, cum Apuliæ comitatum inuaſiſſet: ſolitis huic genti incurſionibus, Eccleſiæ res affligebat. Idem, Siciliæ Regnum obtinuit (Matth. Palmerio teſte) Saracenis expulſis: quod fratri ſuo Regerio tradidit. Henricus II. Auguſtæ Epiſcopus, ſummum conſilij locum apud Imperatricem habuit. Id nonnullis Regni principibus, eius inſolentiam non ferentibus, multum diſplicuit.

Siciliam occupat Robertus Guiſcardus.

Hoc anno, peſtilentia ſublati ſunt plurimi homines & pecora.

Anno 1059. Rodolphi, Alemannorum Ducis, nuptiæ cum Mathilda, R. Henrici ſorore.

Hirſaugienſis cœnobij, poſt 57. annorum vacationem, inſtauratio cœpta eſt. Nam cum Adelbertus Comes (ſicut à Tritenhemio ſcribitur) vt vir fortis, diues, curis ſecularibus totus immerſus, hortationis & comminationis auunculi ſui, Papæ Leonis IX. ac iuriſiurandi ſui, paulatim obliuiſci videretur: verita coniux eius, pia VViltrudis: ne res tandem ad nihilum recideret: neu vir ſuus in æternam damnationem incideret: neve ad propaginis eius totius interitum, ſecordia & contemptus hic redundaret: illum admonitionibus, exhortationibus, obſecrationibus, identidem vrgere non deſiſtebat. Vix tandem ille importunitate vxoris perpulſus: veterem B. Aurelij Eccleſiam, à Comite Erlafrido 229. annis antè fundari cœptam, de conſilio prudentium Architectorum, deſtrui iuſſit. Erat enim, ſatis ampla quidem illa: ſed minus firma, & ſtabilis manſura: vtpote lignea contabulatione, & priſca ſimplicitate, conſtructa. Locum ergo ad nouum Templum extruendum, ex demonſtratione peritorum, purgari & præparari comes præcepit: nec non lignorum ſaxorumq́; copiam, ex vicino monte conuehi.

Hirſaugienſis Monaſterij inſtauratio, incepta. VViltrudis impulſu.

Anno 1060. Indict. 13. fundamenta huius Eccleſiæ, quæ adhuc cernitur, S. Aurelij, iacta ſunt. Cùm autem ea ædificatio, propter cunctationem Adelberti comitis tardè procederet: tandem, multùm ſolicitante & inſtante ſecuto Wilhelmo Abbate, anno 1071. conſumata eſt.

Secuta fuit poſtea 1082. TERTIA, *nempe noui (in alio loco)* MONASTERII HIRSAVGIENSIS, *fundatio. Prima enim, à S. Helizena: Secunda, à Comite Erlafrido, facta fuerat.*

Hæc erat tertia huius Monaſterij fundatio.

Helizena cella, & ſuperiore loco poſitum antiquum cœnobium, ad ripam fluuij Nagolti dextram ſunt: nouum autem & hodiernum Monaſterium, ad ſiniſtram eſt: è regione Helizeniæ cellæ: & reſpectu hodierni Monaſterij, antiquum illud trans pontem eſt. De quo nouo Monaſterio, rurſum ſuo loco dicemus. Kalua oppidum, aliquantò ſuperius eſt, ad meridiem: Thermæ Cellenſes, aliquantùm infra Hirſaugiam, ad Septentrionem.

Gebhardus Sueuus ab Helffenſtein, factus 1060. Epiſcopus Salisburgenſis, præfuit A. 28. & inſtituit Gurcenſem Eccleſiam. Obiit. 1088. Munſter.

Helffenſteinius Gebhardus, Epiſcopus.

Eodem anno conſecutus eſt priuilegia (inquit Bruſch.) Bruſellæ in Brurenio Sueuiæ tractu, ab Henrico 4. Cæſare, Immo Fabarienſis Abbas. Vni horum ſigillorum, ab vna ſuperficie inſcriptum eſt:

Fabarij Abbas, Immo.

Roma caput Mundi, regit orbis fræna rotundi.

In altera ſuperficie:

CHRISTE PROTEGE HENRICVM REGEM.

Fabarium autem cœnobium D. virginis, Benedictinum, Curvvahalæ pagi Rhætiæ Curienſis, fundatum fuit, ſuadente Meldenſi Epiſcopo S. Pirminio (qui & Augiæ diuitis, & Fauarij præſentis, Abbas primus fuit) anno Domini 734.

Hugo, huius nominis primus, Adelberti vel Alberti (cuius mentio, ſup. in anno 1000. facta eſt) F. Comes Palatinus Tubingenſis, Comes Ruckenſis, Dominus Gerenbuſæ & Brentzthaliæ, hoc tempore viuebat. De quo plura, qualiacunq; ſint, comm[illegible], vt ſcripta inuenio. Licet enim, citare alios: aut in rerum obſcuritate, probabili coniectura vti. Audax eſt, qui falſa fingit, & aſſeuerat: quod longe à me abeſt. Quod ſemel de huiusmodi omnibus dictum volo: quando non potui habere certiora documenta. Dantur igitur Hugoni (in Tabula, quam quidam

Tubingenſis Palat. Hugo.

ſtudioſus Antiquitatis, DAVID *VVollaber, vici VVeilera in Schorndorffenſi præfectura incola, Præfectis, atq; Magiſtratui apud nos Tybingenſibus, proximo autumno donauit: cui fidem habeat, qui velit) fratres hi: 1. Vlricus, Palat. Tubing. & Dominus Brentzthalia. 2. Henricus, Palat. Tübing. in ciuitate Tybinga habitans, in Rheno periens 1089. cuius vidua Adelhaidis, comitiſſa Craichgoienſis, mœrore eſt extincta.*

Progenies illius Hugonis.

Filij huius Hugonis, erant: 1. Hugo ſecundus: ex quo, Hugo tertius. 2. Sigeboto, Gerenhuſa 1095. habitans: vxorem habens Adelhaidem, Alſatiæ Landgrauiam. 3. Anshelmus, Tybingam 1095. incolens: cuius vxor erat Baroniſſa quædam Gryningenſis Berchta: ex quibus nati filij, Hugo quartus, & Henricus: viuentes circa 1099. Ex Henrico, & Camburgenſi comitiſſa Adelhaide, Manigoldus, Palat. Tubing. & Dominus Rucka atque Gerenhuſa. Sed & Sigebotoni, atque ſuperiori Vlrico, liberi nati ſunt: quos in præſenti omitto.

Albertus, 1000.
- *Hugo I. anno 1060.*
  - *Hugo II. anno 1095. cuius fil. Hugo III.*
  - *Sigeboto, 1095.*
  - *Anshelmus, 1095.*
    - *Hugo IV.*
    - *Henricus, 1099. Ex quo, Manigoldus.*
- *Vlricus.*
- *Henricus, 1089. Vide infrà li. 8. c. 13.*

De Palatinis Tubingenſibus, Lazius Migrat. Gent. lib. 8.

Tubing. Comitum ditio, & origo.

A Palatinis Tubingenſibus, inquit, Comites de Tubingen & Herrenberg deſcenderunt. Ad quorum obedientiam pertinebant: Tubinga, ad amnem Neccarum, cum proximo agro: Blauthal, Vilſthal, valles notiſſimæ VVirtembergiæ: cum caſtris eorum finium, Gernhauſen & Blauburen: vbi & cœnobium condiderunt. Habebant hi Palatini in Briſgouia, pariter arcem & Dominium Liechteneck: & in Rhætia, caſtrum Ruck. Vnde & primordia petunt: à comitibus videlicet de Rubro vexillo Rhætiæ altæ: à quibus & Montfortij Comites, VVerdenbergenſes, Brigantini, Veldkirchenſes, atq; de Rheineck, profecti ſunt. Horum Palatinorum multa ſuperſunt fundationes: videlicet Blaubeuren in Vilſthal, Bebenhuſen prope Tubingam, Anhuſen in valle Brentiana, & Marthal ad Danubium: vbi & tumuli ipſorum viſuntur.

Rubri vexilli Comites.

Hugonem, vocat Comitem Palatinum Rhætiæ altæ: Dominum caſtri Ruck ibidem: de quo prouerbium ortum ſit: Hüt dich / Rück: Daß dich Herrnhauſen nicht erdrück. *Ait, cum adieciſſe primum auitæ in Rhætiæ ditioni* TVBINGAM *Neccari, cum proximis agris.*

Liechteneck.

Cæterum Liechteneceiam arcem, per matrimonium modò 1370. circiter anno, Verenæ Friburgenſis, Godefridus Palat. Tubingenſis aſſecutus eſt: cum ipſi iam Bloburam, Tubingam, Herrenbergam, Bublingam, Syndelſingam, Aſpergam, & reliqua fere omnia, alienaſſent.

Hohenſtauff. Baro Fridericus.

Hoc tempore viuebat Fridericus quoq; dictus antiquus, Baro Hohenſtauffenſis, Henrici & Hiltegardis F. de quibus ante hac dictum eſt. Hic Fridericus, poſtea Henricum IV. Imp. in bellis fideliter ac ſtrenue iuuit, ab eo Dux copiarum factus. Filiã deinde Imperatoris Agnetem accepit, cum Ducatu Sueuiæ & Franconiæ: ac de Sueuiæ Ducatu, bellum habuit aduerſus Zeringenſem Ducem Berchtoldum, Rudolphi Anticæſaris generum. Titulo vtebatur: Friderich von verhencknus Göttlicher miltigkeit/der Schwaben vnd Francken Hertzog. *Sueuiam tandem contra Berchtoldum obtinuit: ſed ita, vt ei Præfectura Tigurina in feudum concederetur. Item Mortnauia, Alſatia, Briſgoia. Ipſa autem Hiltegardis, adiuuante filio Othone, Argentoratenſi Epiſcopo, cœnobium S. Fidei fundauit Seleſtadij: Templo eius, ad ſimilitudinem Dominici ſepulcri extructo. Sed de his rebus, alias plura.*

Hiltegardis vxor. S. Fidei Monaſterium. Ducatus Sueuiæ Inſignia.

Inſignia Ducatus Sueuici: tres leones rubri, in ſcuto luteo: ſupra ſcutum, galea rubra & lutea: ſupra galeam, corona lutea: coronæ deniq; inſiſtens, aquila albicans.

Peſtilentia multi extincti ſunt hoc anno. Hyems longa, niuoſa, dura: fames, multorum interfectrix.

In Gallia, Philippus patri Henrico in Regno ſucceſſit: cui præfuit A. 49.

Normanni creſcunt in Italia.

In Italia, Normannorum potentia iam magna erat. Nam præcedente anno hæc facta ſunt. Robertus Guiſcardus, vltrò ſe Ducem Apuliæ & Calabriæ appellauit: pontificiaq; ditioni imminebat. Campaniam Richardus frater eius, Capuam adeptus, vexabat. Papa, & ſi eos diris deuouerat: tamen viriũ in ſe parum cernens: illos, execratione ſublata, vexilloq; tradito, feuda-

tarios

tarios ſibi ligiosq́ fecit: id eſt, beneficiarios & fideles: Roberto, Apuliæ Calabriæq́ Ducatum: Richardo verò, Capuanum Principatum, confirmans.

Ex Sigon.

In Oriente, imperare cœpit in annum octauum, XLVIII. IMP. CÆS. FL. CONSTANTINVS DVCAS, P.F. *Auguſtus.*

Conſtantinus Ducas, Orient. Imp. 48.

BERCHTOLDVS ZÆRINGENSIS. IMPERATRICI AGNETI dominatus, & filius Henricus, adempti. Tempeſtates aeris & terræ, ijs temporibus. Pugna ſancta de primatu ſeſſionis. Miſerabilis mors Henrici Epiſcopi Auguſtani. Succeſſor eius, Embricus. Fanum, ſepulcrum, & corpus, SS. Hilariæ atque Afræ. Baltzhuſius & Schvvabeccius comes, Schvviggerus. Epiſcoporum & Procerum peregrinatio Hieroſolymitana. VVormacienſis Epiſcopus περγάσιος Adelbertus: & Argentoratenſis, VVernherus. Noui Monachi, in Hirſaugiam introducti: & Abbas, Fridericus. Equeſter honos Henrici Regis.

CAPVT II.

ANno 1061. Agnes Auguſta (Conrado, qui Carentanis ſolo nomine Ducis præfuerat, mortuo) Berchtoldo Sueuigenæ Zaringenſi, Ducatum Carinthiæ dedit: cum ei Ducatus Alemanniæ ademptus, & Rudolpho Rhinfeldenſi commiſſus, fuiſſet. Quæ Carinthiæ Rectura, licet quoq́ Berchtoldo poſtea fuerit erepta: nihilominus tamen ille hunc principatum (vt Auent. ait) cum poſteritate, tituloтenus vſurpauit. Eadem Domina Ducatum Bauariæ (quem poſt mortẽ Conradi filij ſui, vſq́ ad id tempus ipſa adminiſtrauerat) Othoni, è Saxonia clariſsimis natalibus oriundo (viro tum ciuili prudentia, tum militari diſciplina, inclyto) in fidem commendauit.

Berchtoldus Zæring. Dux Carinthiæ.

Otho, Dux Bauariæ.

Burchardus & VVezil de Zolorin occiduntur. Sic eſt in Chronico Herm. Contracti adiectum. Nihil additur: nec cauſa cædis, nec autor eius: nec aliquid, vnde intelligatur, num Comites Zollerenſes fuerint. Tanta ſæpenumero eſt Monaſticæ ſcriptionis negligentia.

Anno 1062. terræmotus 6. idus Febru. & fulgura tonitruaq́, circa oppidum Conſtantiã facta ſunt. Peſtilentia & interitus multorum ſubſecutus eſt.

Terræmotus.

Tantiſper Auguſta Agnes (Auent. ſcribente) muliebri filij tutela, rectè ſapienterq́ ſummæ rerum præfuit: Hainrici Auguſtani Epiſcopi potiſsimum vſu conſilijs & opera. Cæteri inuidere, clanculum mordere (ita homines ſunt, ſæpe præſertim purpurati) conuentus agere: Auguſtam Pontificemq́ criminari: eos inceſtus inſimulare: alia id genus vociferari. Quæ (malum) inquiunt, dementia eſt iſta: quod tot ſapientiſsimis & fortiſsimis Principibus, tot ſanctiſsimis & eruditiſsimis Epiſcopis, nationi orbis Reginæ, victori gentium populo, vna mulier dominatur? Varium & mutabile ſemper, fœmina. Nunc dat, nunc aufert, dominatus: modò hoc, modò illud, ſtatuit. Ingens dedecus & ludibrium, bellicoſæ Germaniæ. Tempus eſt, vt Cæſar, qui iam adoleſcit, non in Gynæceo effœminetur: ſed in ſenatu Principum ſit: armis tractandis, negotijsq́ Regiis exequendis, inſueſcat. Hæc, illi. Colonienſis proinde Archimyſta Anno, patruelis Cæſaris Ecbertus, Boiorum Dux Otho, Imperatricem cum filio, Goslaria, vbi hyemauerat, Nemetum Auguſtam ſiue Spiram educunt. Adoleſcentem Heinricum, cum hilarior poſt cœnam eſſet, ad Rhenum ſecum expatiari hortantur: ad ſpectandam nauim, aulæis, auro, argento, imaginibus, ornatiſsimam: vbi eſt inſula diui Sudberti. Illo cum eis nauim ingreſſo: ex compoſito nautæ ſoluunt: repente Remiges in remos incumbunt: nauis in altum prouehitur. Cæſar, ſe ad exitium duci ratus, in flumen exilit, iamque ſubmergebatur. Confeſtim verò Ecbertus, & ipſe in flumen inſilit. Sic ambo in nauem recipiuntur. Optimates Regem circumſiſtentes, cauſam facti edocent, blanditiis placant, Coloniam Agrippinam deducunt. Interea populus in ripa diſcurrere, vociferari, minitari: tanquam crimine læſæ Maieſtatis commiſſo. Anno tumultum, & inuidiam facti, orationibus ſedat. Interea paucorum potentia, filio à matre abſtracto, creſcebat: qui non facile homines ad Cæſarem admittebant. Teneræ ætati parcendum eſſe: venationibus, & corporis voluptatibus, indulgendum.

Agneti Imperatrici poteſtas per inuidos adempta.

Eidem Henricus F. ademptus.

Auguſta verò, tam graui affecta contumelia: eandemq́ fortunam, quam olim Gotthica Amalaſuntha in filio ſuo Athalarico (1. part. lib 9. cap. 1.) in ſuo filio Henrico experta: neceſsitatem in rationem vertit. Nam neque filium ſequi (Schaffnab. teſte) neq́ iniurias ſuas

Patientia Agnetis, & obitus.

quiritari, voluit: ſed ignominiæ vulnus, remediis patientiæ & ſilentij ſanando, priuatim deinceps viuere conſtituit. Pertæſa quoq; calamitates huius vitæ: domeſticisq; edocta malis: quam citò, ſpirante Domino in florem gloriæ temporalis, hic exareſcat: ſeculo renunciauit, in contubernio ſacratarum fœminarum Fruteriæ viuens. Poſtea ſe Romam contulit: multisq; annis ibi religioſe exactis, magna liberalitate in pauperes vſa, vitæ finem fecit: atq; in fano S. Patronellæ, marmoreo ſepulcro condita eſt.

Frigus ingens.

Anno 1063. medio Aprili, per quatuor dies hyems ſæua, niuoſa, ventoſa, aues & pecora, in Sueuia & alibi extinxit: arborum & vinearum maximam partem perdidit.

Seſsionis primæ cauſa pugna in Templo.

Rege Henrico Natalem Domini, & deinde Pentecoſten, Goslariæ celebrante: orta eſt vtroq; tempore, grauis contentio inter Hildesheimenſem Epiſcopum Hezelonem, & Fuldenſem Abbatem VVideradũ, veſperi in Eccleſia, περὶ πρωτοκλισίας, ἢ πρώτης ἕδρας, de prima ſeſsione. Primò, pugno & fuſtibus: poſtea verò, gladiis: Templo & altaribus, ſanguine & cæde imbutis: Rege puero, pacem fruſtrà mandante: ac tandem fuga ſibi cum ſuis conſulente. Culpa, poſtridie omnis in Abbatem verſa. Vide Schaffnaburg.

Mulier quædam, iuxta ciuitatem Conſtantiæ, infantem bicipitem, nec non cætera membra aduſq; clunes gemina habentem, peperit. Additione Herm. Contracti.

Epiſcopi Auguſt. mors miſerabilis.

Obijt hoc anno miſerè, Epiſcopus Auguſtanus Henricus. Præſtabat is acumine ingenij, robore & venuſtate corporis. Ideo ab Henrico III. cui multos annos fuerat ab intimis conſiliis, Eccleſiæ Auguſtanæ præpoſitus fuit. Verum inſolenter ſe gerendo, faſtu & ſeueritate animos hominum à ſe alienauit. Præterea, remotis arbitris, nimium familiaris eſſe viſus eſt vxori Imperatoris Agneti. Quam offenſionem cum Epiſcopus ſenſiſſet: ſe in munitiſsimam arcem ſuam Falckenſtainum contulit. Hanc vero Henricus IV. obſidens, tanta vi oppugnauit: vt illum ad ditionem cogeret: vitæ tamen condonationem ei pollicitus. Deſcendit ille ex arce cum 10. viris, quos præſidio habuerat. Hos Rex impunè dimiſit: ſed Epiſcopum tamen, coleis eius lignea cuſpide transfixis, miniſtris Auguſtam abducendum dedit. Verum mortuus eſt is ex eo vulnere, priusquam eo perueniret, pridie S. Barbaræ. Schaffnab. & Bruſch. Πάθος profectò δεινόν. τραχύνει γὰρ, ὁ τόπος. διὸ, τὸ τραῦμα, ἄλγιον.

Alicubi in M. Scr. chartis inueni: eum cum S. Vlrici Templum, amplius ædificare vellet: reperto corpore S. Afræ (etſi hoc ſucceſſori eius ab aliis tribuitur) & anniuerſariis S. Vlrico ferijs inſtitutis: voluiſſe ſibi ſeruare pecunias: quas ex agris paſsim confluens populus ad cultum diuinum contulerat: ſed à Papa, ad quem accuſatus fuerat, coactum eſſe reddere. Ideo in calamitatem, de qua dictum eſt, diuinitus incidiſſe.

Embricus, Epiſcopus Auguſtanus.

S. Martini ἱερὸν.

Anno 1064. Embricus (al. Imbricus, vel Emicho) Comes Leiningenſis, Præpoſitus ſummi Templi Moguntiæ, conſtituitur (Bruſch. & Achil. Gaſ. teſte) Epiſcopus Auguſtanus, ab Henrico IV. præſente, in Feſto purificationis Marianæ. Præfuit honeſtè A. 14. Hic anno 1070. Cœnobium ac delubrum D. Martini (quod 1538. in Pontificiam S. Martini Scholam mutatum eſt) virginibus velatis erigendum ſacrandumq; conceſsit: Portneris, Auguſtanis patricijs (qui omnes vixere) ſuas ad id ædes deuouentibus. Nonnulli tamen hanc Eccleſiolam, iam olim S. Hilariæ donum fuiſſe: & à S. Narciſſo, in honorem SS. Apoſtolorum Philippi atque Iacobi conſecratam, putarunt. In qua & Mauſoleum dictæ Hilariæ, vſque ad præſens ſeculum fuit monſtratum. Per cuius cauernam homines (neſcio, cuius deuotionis aut ſuperſtitionis gratia) repere ſoliti ſunt. Ea ædicula, cum ruinoſa eſſet, inſtaurata fuit ab Epiſcopo Embrico: ac poſtea 1263. ſororculis tertiæ S. Franciſci Regulæ, cum adiacente area, à Cathedrali capitulo vendita.

S. Afræ corpus.

De eodem reperi Embrico: quod, cum deſtrueret fanum S. Afræ: corpus huius repererit integrum, in lapideo ſarcophago. De quo, particulam pollicis petenti Epiſcopo Colonienſi dederit: ac ſarcophagum clauſerit. Poſtea, Cæſari Henrico, Eccleſiam Spiræ ædificanti, etiam articulum de illo pollice roganti donarit: ſarcophagumq; ſtatim clauſerit. Ita bis ille ſarcophagus recluſus fuit. Conſtruxit idem Embricus Sacellum S. Gertrudis. Ampliauit Monaſterium S. Vlrici: magnificumq; Templum eiuſdem abſoluit, & conſecrauit, Domini 1071. anno. Autor fuit illuſtri comiti de Baltzhauſen & Schvvabegck Schvviggero, & fratribus, Templum & Præpoſituram S. Petro ac Felici (al. Felicitati) 1066. conſtruendi, ſupra Perlacum. Munificentiam exercuit ſingularem erga pauperes, viduas, & pupillos. Cæſari Henrico ita dilectus: vt ab eo ſemel quotannis inuiſeretur. Diſcordiis inter principes ſedandis magnam diligentiam adhibuit: vt, Saxonibus cum Cæſare Henrico componendis. Item propter negotia inter Cæſarem & Papam, captiuitatem apud Longobardos, ad quos à Cæſare miſſus fuerat, pertulit: ſed facile eloquentia ſua ſe libera-

Baltzhauſen et Schvvabeck.

liberauit. Reliquit hanc lacrymarum vallem 3. Aug. 1077. ſepultus in Cathedrali Auguſtæ Eccleſia, ante ſacram crucem. Magdeburgenſi Epiſcopatui VVernerum, Capellanum ſuum, Cæſar *VVernerus Epiſcopus.* *præfecit: Friderico, Canonicorum ibi Præpoſito, qui electus fuerat. Monaſterienſis Epiſcopatus dignitati præfecto. Sueuus erat ille VVernerus, Annonis Colonienſis Archimyſtæ frater, ex Comitibus Sonnenbergenſibus: vel ex familia Turgouiæ Landenbergenſi.*

Eodem 1064. anno, Eccleſia S. Saluatoris (quod Monaſterium, Schaffhauſen *hodie* *Schafhuſanũ Monaſterium.* *nominatur) dedicata fuit per Rumaldum, Epiſcopum Conſtantienſem: magnificeq́ per comitem Eberhardum Nellenburgenſem (de quo, præced. lib. cap. 11.) dotata. Eò 12. Monachi, & Abbas, vocati ſunt: illi, tanquam 12. Apoſtoli: hic, tanquam ſaluator. Munſt. lib. 3. cap. 81. Percrebuit hac tempeſtate (auctore Auent.) in Germania conſtans opinio: imminere fatum excidij, orbi terrarum: & adfore tempus, quo mare & terra, cœliq́ regio, correpta igne flagraret: & operoſa Mundi machina laboraret.* *Extremi diei inſtantia.*

Anno 1065. Epiſcopi Germaniæ, VVilhelmus Traiectenſis, Sigefridus Moguntinus, Guntherus Babenburgenſis, Otho Ratisbonenſis: alijq́ multi, tum Germani, tum Galli. Eccleſiaſtici & ſeculares proceres: hominum numero circiter 7. millium: Hieroſolymam, viſendi S. ſepulcri gratia, profecti ſunt: ſed magna inter Arabes pericula ſuſtinuerunt, amiſsis (Trit. teſtante) circiter 5. millibus. Cauſam ponit Lambertus Schaffnab. quod magnitudinem opum ſuarum, gentibus, per quas iter habuerint, incõſultius oſtentauerint. Barbaros enim, ex vrbibus & agris, ad ſpectandum viros tam illuſtreis confluxiſſe: ac primo peregrinum cultum, magnificumq́ apparatum, valde admiratos, poſtea deſiderio ac ſpe prædæ illectos, fuiſſe. Obijt in reditu, ægrotans in Carinthia, Babenbergenſis Guntherus: qui eloquentia, & multarum linguarum cognitione, illuſtris fuerat. Vna fuit & Altmannus Saxo: qui Pataulenſem poſt reditum Epiſcopatum rexit. Nam adhuc abſens, huic muneri deſtinatus fuerat: à Salisburgenſiq́ Archiepiſcopo S. Gebhardo (qui genere comes Helffenſtainius erat: & cum ipſo in Pariſienſi Archigymnaſio vixerat) conſecratus eſt. Bruſch. in Patauia. Adelbertus (al. Adelbero) comes ab Habſpurg (germanus frater Rudolphi, Sueuorum Ducis, Rheinfeldiæ & Habſpurgi comitis) electus eſt ex Monacho Sangallenſi, VVormacienſis Epiſcopus, 23. Octob. 1065. cui officio præclare præfuit annos 5. vno quidem pede debilis: ſed ſtupendæ craſsitudinis, & edacitatis, homo. Obijt 6. Aug. 1070. pinguedine corporis ſuffocatus: honorifice in ſummo Templo VVormaciæ ſepultus. Schaffnab. & Bruſch. *Hieroſolymitana peregrinatio.* *VVormacienſis Epiſcopus. Adelbertus.*

Eodem anno 1065. anno, electus fuit (auctore Bruſch.) VVernharius II. ad Epiſcopatum Argentinenſem regendum: Comes Habſpurgenſis, Gebizonis F. qui præfuit A. 14. Obijt autem 1078. anno: vel ab Henrico IV. Imp. Conſtantinopolim ablegatus, & in itinere interemptus: vel ſubita morte (vt Tritenhemius vult) interceptus: cum partes Imp. contra Papam defendens: infeſto animo aduerſus Hirſaugienſe cœnobium, id ſpoliaturus & diſsipaturus, tenderet. Tunc enim, cum in equum aſcendiſſet: ab altero eius latere, mortuus decidit. Quo terrore milites perculſi, in illos inuadere Monachos abſtinuerunt. *Argentin. Epiſcopus VVernharius.*

Hirſaugienſi ædificatione tardius, quam pro voluntate piæ VViltrudis, procedente: hæc Domina, quæ remiſſum & inconſtantem animum viri ſui nõ ignorabat: verita, ne aut ipſa, aut ille, ante perfectionem operis moreretur: ei perſuaſit, vt, non expectata conſummatione operis, Monachi adducerentur: quorum ipſe conſilio quoq́ ad id abſoluendum vteretur. Ex Monaſterio igitur Solitariorum (olim, Ad Eremitas, dicto) in Nigra ſylua ſito: ac præ cæteris Sueuiæ Monaſterijs laudato: petente per legationem comite Adelberto: ab Abbate miſsi ſunt 12. fratres, cum venerabili viro Friderico: quem ſibi præfecerunt Abbatem. Venerunt hi anno Chriſti 1065. Indict. 3. pridie nonas Decemb. anno à deſolatione primi Monaſterij 63. anno verò à prima Monaſterij fundatione 227. comiteq́ excepti à Comite Adelberto ſunt: incredibili verò cum gaudio, à Comitiſſa. Suppeditata eis ad ſuſtentationem, neceſſaria omnia: Monaſterium, in poſſeſsionem illorum ſempiternam traditum. Dicentibus vero Abbate & fratribus: hanc traditionem non ſufficere: niſi ea ab Epiſcopo fieret, palam in Eccleſia, præſentibus nobilibus & locupletibus teſtibus: non placuit hoc comiti: vt qui Monachos, & res ipſorum, in ſua cuperet habere poteſtate. Diſsimulans tamen, reſpondit: ſe, abſoluto opere, omnia facturum, quæ ratio poſtularet. Nec dum poſſeſsiones, a progenitoribus raptas, niſi pauciores, ipſis reſtituit. Monachi autem magno Zelo ſuum officium faciebant: beneficam habentes Dominam comitiſſam. Nec tamen Eccleſia, cum quibuſdam habitaculis, citius, quam decennio, nempe 1071. abſoluta fuit. *Hirſaugienſe cœnobium nouis Monachis conſeritur.*

Vndecimus igitur Monaſterij huius Abbas, a prima fundatione, fuit hic FRIDERICVS: *Fridericus eorum Abbas.*

natus ex antiqua & nobili familia Suevica: in literis, curatione Parentum, inſtitutus: in cella S. Meinradi Monachus factus. Mediocris erat ſtatura, facie plena, corpore robuſto: capillis ſubnigris, canis aliquot intermiſtis: capite per circuitum capillato. In lectione ſacrorum, ieiunÿs, vigiliis, precationibus, aſſiduus: humilis in vita: in pauperes benignus. Præfuit A. 3. M. 8. fratribus cucullatis 12. & deſuper cappatis. Cum autem ob ſtudium conſeruandæ diſciplinæ, in odium illorum veniſſet, eorundem malitia factum eſt: vt ab Aduocato Monaſterÿ, comite Adelberto, remoueretur: vt ſuo tempore dicemus.

Pictura in pariete noui cœnobÿ, reſtaurationis Monaſterij Hirſaugienſis: per Leonem Papam, in ſella ſedentem, mandata: & per Adelbertum Comitem, eiusq; vxorem & liberos, coram Papa in genua procumbentes, promiſſa, ac poſtea præſtita: ſubiectis his verbis.

Hic Leo Papa nonus, natione Alemannus, ex Comitibus de Eglisheim ortum habens: ad interceſſionẽ VVilíaæ, Duciſſæ Poloniæ, vxoris Adelberti, comitis de Calvv, prædicti Leonis auunculi: mandat eidem Comiti, ſub interminatione Diuini iudicÿ: vt ablata Monaſterio bona, cum expulſis inde fratribus, loco reſtituat: in priſtinum decorẽ ſimul, ac honorem, erigat. Quod Adelbertus, conſentiente vxore, & liberis eorundem: Brunone, Adelberto, Gotfrido, Vta & Irmigarde: ſe omnia ſponte facturum, humiliter promittit: atq;, Deo fauente, ſtrenuè cuncta impleturum deuouet. Auunculi: pro, Nepotis.

Equeſtri honore decoratus R. Henricus.

Eodem anno, Henricus Rex accinctus eſt gladio, Goslariæ: anno Regni ſui 9. ætatis autem 14. & Dux Gotfridus (Lotharingiæ, puto) Scutarius eius eſt factus.

Idem Henricus, in cœnobium Albam Augiam Brigantinam, vel Maiorem, veniens, priuilegia quadam diſtribuit. Iam tunc id Monaſterium erat: etſi poſtea 1098. melius conſtitutum.

Richardo, capuæ Principe, vrbi Romæ vicina loca appetente: Rex Henricus cum magno exercitu Auguſtam venit: in Nortmannos iturus, & coronam a Papa capturus. Sed tunc res non ſucceſſit.

EPISCOPI TREVIRENSES, CVNO ET VDO, SVEVI. VVILhelmus Nortmannus, Rex Angliæ. Dux Veneta, Cale, delicatiſſima. Stirps Zæringenſis, & ex hac Duces Alemannici. Orientis Imp. ROMANVS DIOGENES.

CAPVT III.

Anno Archiepiſcopus, Imperij Vicarius. S. Conradus, Treuir. Epiſc.

ANno 1066. S. Cuno, vel Cunradus, natione Suevus (de Phullingen, aut Pfullingen: inquit Herm. Æditutus) cum conſtitutus eſſet à Colonienſi Archiepiſcopo S. Annone (tunc Imperij Romani Vicario) Epiſcopus Treuirenſis: ab impijs ſubditis (ſcribente Merſſæo) in carcerem coniectus eſt: atque in loco Vrtzich, de altiſſimo monte tertium præcipitatus: cumque illæſus manſiſſet: gladiis eorum trucidatus eſt. Factum, auctore Theodorico, vrbis Comite: quod ille ſine auctoritate huius ordinatus eſſet. Comes pœnitens, in peregrinatione Hieroſolymitana obijt: cæteri mali omnes mala morte perierunt. Chron. M. Scr. Cubat Cuno, per Theodoricum Virdunenſem Epiſcopum translatus, Dolegij: ſiue in fano S. Mauricij Theologienſi, Benedictino in Lotharingia Monaſterio: quod olim celebris ſacrarum & prophanarum literarum Academia fuit: à Dagoberto, potentiſſimo Franciæ & Auſtriæ Rege, anno 627. conſilio & auxilio B. Modoualdi,, Treuirorum Archiepiſcopi, conditum: & à filio Dagoberti Sigeberto abſolutum: tandem etiam ab Epiſcopo Pyrminio decoratum.

Vdo, ſucceſſor eius.

Succeſſit Cunoni Vdo, itidem Suevus, ex claro ſtemmate Nellenburgenſium comitum: Cæſaris & Cleri ſuffragiis eo promotus. Vir fuit facie venuſta, diſertus, procerus, aſpectu venerabilis: atque omnino tanto honore dignus. Cum autem XI. A. præfuiſſet: anno Chriſti 1077. obijt: & in Templo D. Petri ſepultus eſt.

Bertha, ſponſa R. Henrici.

Nuptias celebrauit Rex Henricus IV. cum Bertha, Othonis Italiæ Marchionis & Adelhaidæ filia, apud Tribarias: oppidum tunc non procul Francofurto ad Mœnum. Alij ad ſequentem annum referunt.

Erdfordia.

In Turingia, Erdfordia ſumpſit incrementa mœnibus & turribus, vt Imperialis ciuitas.

Cometa per totum orbem diu apparuit, noctibus 14. circa Paſcha.

Anglia R. VVilhelmus.

Anno 10. Henrici Regis, VVilhelmus Dux Nortmanniæ, Regnum Angliæ (Rege eius Haraldo victo, & occiſo) occupauit. Natus erat ipſe patre Roberto. Hic enim, cum aliquando

in Feſto

in Feſto quodam vidiſſet puellam nobili genere natam, ac ſpecioſiſſimam, cum aliis in quadam Chorea honeſte ſaltantem: eius pulchritudine captus, eam nocte ſequenti ſecum cubare voluit: quam deinde vnicè dilexit: aliquandiu iuſtæ coniugis loco habens. Ex qua filium genuit, iſtum VVilhelmum: cuius futuram magnitudinem mater ſomnio præuidit. Tunc enim inteſtina ſua, per totam Normanniam & Angliam extendi, ſibi videre viſa eſt. Qua item hora natus eſt puer, & humũ primùm cepit: ambas manus puluere pauimenti impleuit. Obſtetrix fauſto omine acclamauit, eum fore Regem. Antonin. Volum. 2. Tit. 16. cap. 5. Somniũ matris eius.

Hoc tempore, Venetijs Dux XXX. præerat Dominicus Syluius: qui habebat vxorem, Nicephori (Conſtantinopolitani poſtea Imp.) filiam (al. ſororem) venuſtiſſimam, & ſupra modum delicatam, ac delicijs exquiſitiſſimis deditam. Nolebat ea communi aqua ſe ablui, ſed rore cæleſti: quem ſerui eius quotidie colligebant magno labore: ex eoque artificioſas balneas conficiebant. Cibos tangere nolebat: ſed minutiſſime conciſos, aureis furculis aut fiſtulis abſorbebat. Cubiculum & veſtes eius, omne genus aromatum & thymiamatum redolebant. Dominus verò cælorum, tanto ipſam fœtore infecit: vt eo & cubiculum, & tota Aula, compleretur: adeo, vt nemo ſeruorum & ancillarum ferre poſſet: niſi forte ancilla viliſſima, nec ſine odoramentis. Ita diu excruciata, tandem miſerabili exitu conſumpta eſt. Bergom. ex Petro Damiano, & Vincent. Gallo. Calo, Venetiarum Dux delicatiſſima.

Hæc fœmina, à M. Guazzo appellatur Cali, Καλὴ, Pulchra. De qua ſic ſcribitur ab eo.

CALI, GRECA DONNA,
Oltra modo delicata. *De illa, Marcus Guazzus.*

Sorella di Niceforo, Imperatore Greco, & moglie di Domenico Siluio, Doge di Venetia, fu Cali: tanto delicata, & ſuperba: che ſdegnauaſi di lauarſi con acqua commune: ne toccaua cibi con le ditta: ma ſolamente con forcinette: ò vogliano dir, pironi d' oro. Tanta varietà d' odore ſpiraua in ſuo letto: che per troppa ſoauità quelli, che ſi vi accoſtauano, vſciuano fuori di ſe medeſimi. Coſa ammiranda al Mondo, & à Iddio, & al Mondo ſpiaceuole. Et in ſegno di cio, venne quella ſua ſuperbia & delicatezza, à mutarſi in tale infermita: che colei, à cui era à noia, vſar l' acqua commune, elemento nobiliſſimo: non ſolo con acqua, ma con niun' altro ſoccorſo, non ſi potea lauarla marcia: che fuori vſcina del ſuo puzzolente corpo. Et coſi tra tanta miſeria ſe ne morì per diuina volontà, & giuſta ſentenza. Et in cio ſpecchianſi le ſuperbone, le laſciue, & le oltra modo delicate, donne.

VINCENT. Spec. lib. 26. cap. 53.

Omnis caro, quanto tenerius & mollius educatur: tanto deterius in putredinem vertitur. Vt illa Veneti Ducis vxorcula Græca, tempore Henrici IV. Imp.

Anno 1067. Romæ Hiltebrandus Cardinalis effecit, vt Decretum fieret: ne cenſeretur iuſtus ille Eccleſiæ Antiſtes: quem clerus, aut populus, aut Rex, iniuſſu Papæ declaraſſet. Sigon. Papicum decretum, derogans Imperatoris auctoritati.

In Oriente, Conſtantino Duca nonis Iul. mortuo: vxor eius EVDOCIA PIA FELIX *Auguſt. imperauit cum aliquot filiis Cæſaribus, menſes 7. dies 9. ac poſtea nupſit Romano Diogeni.* Eudocia Imperatrix.

Anno 1068. circiter, Bertoldus primus Dux Zæringenſis (inquit Vignierius) comitem Kyburgenſem ſororium ſuum (orta graui inter eos diſſenſione) ex Briſgoiæ poſſeſſione deiecit: eamq́; ſibi aſſeruit. Deinde, cum abſq; liberis moreretur: Bertholdum ſecundum, nepotem ſuum ex Birtilone fratre ſuo, habuit ſucceſſorem. Bertoldus I. Zæring. Dux.

GENEALOGIA MAGNATVM ZÆRINGENSIVM. VIDE 3. MVNST. 261. & 7. Stumpf. 28. Conculi & cum Genealogia: quam Abbas S. Petri, Petrus Gremmelspach, 1507. collegerat. *Zæring. Dominorum Genealogia.*

1. Luthardus, comes Habſpurgenſis, Dominus in arce Altenburg & Scharpfenſtein: omnino, inter Nigram Syluam & Rhenum.

2. Huius filij: Gebizo, Bezo vel Bezelinus, & Bertilo vel Birtilo. Priores duo cœnobium Sanctimonialium Sultzbergenſe, in villa Sultzberg (olim, monte ſalſuginis, Saltzberg) circ. 1060. ædificarunt: in quo & ambo ſepulti.

3. Bezone, & Gemmenfrida Sonnenbergia, nati ſunt. 1. Berchtoldus cum barba (infra lib. 9. cap. 3.) PRIMVS: *Dux Zæringiæ, poſteaq; Carinthiæ. Mortuus eſt ſine hærede, & in cœnobio*

Hirſavv ſepultus: à quo Præpoſitura conſtituta eſt in villa VVilhaim: quam poſtea filij eius, Monaſterio S. Petri ſubdiderunt. Vxorem habuit Richvvaram, Marchioniſſam Carinthiæ, etiam Hirſaugiæ ſepultam. 2. Margarita, comitiſſa Kyburgenſis.

Birtiloni dantur tres filij. 1. Bertholdus SECVNDVS: *Marchio Zeringenſis, gener Rudolphi Ducis Sueuiæ. Vxor, Agnes, comitiſſa Rhinfeldiæ, Duciſſa Sueuiæ. Ita Bertholdus primus & ſecundus ſunt patrueles: etſi Vignierio (vt paulo ante dictum) Bertholdus ſecundus ſtatuitur primo Bertholdo nepos ex fratre. Nomen autem Marchionis Zeringenſis habuit: quòd ei Ducatus Carinthiæ, a Rege Henrico ademptus eſſet: ac Luitholfo datus, cognato Regis. Rudolphus ei poſtea Ducatum Sueuiæ promiſit, ſed fruſtra. In Briſgoia, & circa Nigram ſyluam, regnabat. Ei ſequenti tempore Cæſar Henricus præfecturam Tigurinam dedit, vt quieſceret. Sepultus eſt 1090. in loco Conſtantiæ: vbi Monaſterium S. Petri fundauerat. 2. filius Birtilonis, Hermannus: primò, Marchio Zeringenſis: poſtea verò, cum clam ab ea dignitate profugiſſet, Abbas Cluniacenſis: qui 1074. obijt. 3. Gebhardus, Monachus Hirſaugienſis: poſtea, Conſtantienſis Epiſcopus 1082.*

Friburgum Briſgoiæ.

4. *Bertholdo ſecundo nati plures liberi. 1. Rudolphus, in adoleſcentia mortuus. 2. Bertholdus* TERTIVS, *cognomento Diues, Dux Zeringenſis: qui ex pago Briſgoiæ, oppidum* FRIBVRGVM, *anno Domini 1118. & 1120. ædificauit. Poſtea 1122. Molsheimi Alſatiæ in pugna quadam eſt occiſus: nullis ex vxore (Bauara Sophia, vel Ducis Saxoniæ Henrici filia) relictis liberis: niſi fortè Luitgarde filia, vt alicubi reperi. Infra 1110. anno. Nupſit illa deinde Leopoldo, Marchioni Auſtriæ & Styriæ. 3. Conradus, Zaringiæ Dux, Comes Hohenbergenſis & Rhinfeldiæ, Rector Burgundiæ, anno 1113. Obijt 1152. Vxor eius, Clementia Franca nobiliſſima, de Caſtro Nammeccenſi. Sepulti ſunt omnes apud S. Petrum, ante crucem, in ſepulcro Parentum ſuorum: vbi & filius Conradi, Conradus. Extruxit ſummum ille Templum cum turri. 4. Agnes, comitiſſa Burgundiæ: Reginoldi vxor, VVilhelmi comitis mater.*

Friburgum Vchtlandiæ. Trachenfels arx. VVaſgoia. Ovva.

5. *Conradi proles multa. 1. Agnes, comitiſſa Vracenſis. 2. Conradus, præproperè defunctus. 3. Rudolphus, Epiſc. Lauſannenſis (al. Leodienſis) obiens 1190. 4. Berchtoldus* QVARTVS, *Zaringiæ Dux, Comes in Hohenberg, Burgundiæ Rector, 1152. qui condidit 1179.* FRIBVRGVM *Vchtlandiæ. Vxorem habuit Hedvvigam, vel Heilvvigam. Humatus eſt, ipſe & frater Rudolphus, apud Petreum Monaſt. ante crucem. S. Hugo, Briſgoiæ adminiſtrator, obiens ãn. ... 6. Albertus, Dominus Trachenfelſæ, arcis in VVaſgoia, pone VVeiſſenburgum. Deceſſit ſine liberis. Incipit VVaſgoia, vbi ad montes deſinit Alſatia: & inter oppida arceſq; multas, etiam Imperialem ciuitatem VVeiſſenburgum habet. Lib. 3. cap. 149 Munſt. Gemmelſpachius hunc Albertũ vocat Ducem Zaringiæ & Teck: qui Ovva ſit ſepultus. 7. Clementia, Ducis Saxoniæ Henrici vxor: qui 1162. ipſam Conſtantiæ remouit.*

Burgdorff.

6. *Bertholdi quarti progenies. 1. Agnes, comitiſſa Vracẽſis & Furſtembergica, Aegonis vxor, Friburgi humata. 2. Bertholdus* QVINTVS, *& vltimus: conditor vrbis* BERNÆ *1191. Vxorẽ habuit Annam Kyburgiam 1185. & 1198. Obijt 1218. Deinde 3. Anna, vxor comitis VVernheri a* Kyburg: *ad quẽ ipſa caput Vchtlandiæ, vel minoris Burgundiæ, Burgdorffum attulit, oppidũ & arcẽ. Ibi tractus ille Auenticenſis eſt: in quo Epiſcopatus Geneuẽſis et Lauſannẽſis continetur.*

Vracenſ. comitatus.

Comitiſſa Agnes Vracenſis, Berchtoldi quarti ſoror (cuius paulò antè mentionem fecimus) comiti Vracenſi Aegoni peperit filios Conradum & Berchtoldum: qui, regnante Sueuiæ duce Philippo, Monaſticam vitam profeſſi ſunt. Ipſa, Ovva humata.

Synopſis huius ſtirpis.

- *Luthardus.*
  - *Bezo.*
    - *Bertoldus I.*
    - *Margarita.*
  - *Gebizo.*
  - *Birtilo.*
    - *Bertoldus II.*
      - *Rudolfus.*
      - *Berchtoldus. III.*
      - *Conradus.*
        - *Agnes Comitiſſa Vrac.*
          - *Conradus.*
          - *Bertholdus.*
        - *Conradus.*
        - *Rudolfus.*
        - *Berchtoldus IV.*
          - *Agnes.*
          - *Bercht. V.*
          - *Anna.*
        - *Hugo.*
        - *Albertus.*
        - *Clementia.*
      - *Agnes.*
    - *Hermannus.*
    - *Gebhardus.*

Hæc breuiter, de hac illuſtri familia Alemannica. Ex qua ſi quid amplius particulare dicendum venerit: ad ſua tempora referetur.

In monte autem, qui dimidiatum milliare à Friburgo Briſgoiæ diſtat, caſtellum deſtructum

ctum fertur extare, olim Zæringen dictum, ex quo ducibus Zæringenſibus nomen extitiſſe exiſtimatur. Alij, à Monaſterio Bauariæ Zæringen, ex arce facto, dictos putant.

Zæringen caſtellum.

Oſnaburgenſi Epiſcopatui præpoſitus eſt Bernhardus, origine Sueuus: qui laudabilem ſe præbuit annos 20. Glires etiam, cum terræ nocerent, ad annos aliquot expellens. Obijt hic (συμβιὼς ἀπέλλων) 1088. Merſſæus.

Glires.

In Italia, Robertus Nortmannus erat potens: confirmato ipſi ſuperiore anno Ducatu Apuliæ & Calabriæ à Pontifice Alexandro II. qui conſilium ipſius cauſa Melſi conuocauerat. Sigon.

Robertus Nortmannus.

In Oriente, XLIX. IMP. CÆS. FL. ROMANVS DIOGENES, P. F. *Aug. imperauit cum Eudocia & Priuignis, A. 3. M. 8. D. 12.*

Romanus Diogenes, Imp. Orient. 49.

VERINGENSES COMITES. CAROLVS, EPISCOPVS CONſtantienſis. Abbas Hirſaugiæ, VVilhelmus, & res ab eo geſtæ. Conuerſorum fratrum Monaſterialium mores. Epiſcopalis Simonia, πλεονεξία. Comites Rotenburgo tuberani: & de Chomburgenſis Monaſterij fundatione, conſultatio, ac præparatio. Halæ Sueuicæ mentio. Seruorum exauctoratorum inuitus diſceſſus: ſicut feles feneſtræ inhærens, non facile deijcitur.

CAPVT IIII.

ANno 1069. obijt VVolfradus (ſcriptore Bruſchio) Veringenſis Comes: pater Hermanni Contracti, 1054. mortui.

Veringenſes Comites.

Genus eorum hoc eſt.

- *N. Comes Veringenſis.*
  - *Volfradus, qui obijt 1069. Sed uxor Hiltrud. 1052.*
    - *Luitboldus, qui obijt infans 1040.*
    - *Hermannus Contractus, 1054.*
    - *Manigoldus.*
    - *VVolfradus, qui obijt 1065. 6. Idus April.*
  - *Manigoldus (quẽ Munſterus li. 3. ca. 285. Coſmogr. fratrem Eberhardi, Epiſc. Conſtantiẽſis facit) fundator Iſnenſis Cœnobij. Obijt 1104. ſed uxor Leuthildis 1106.*
    - *VValtherus, 1109. (al. 1108.) mortuus in bello ad Idungshemium.*
    - *VVolfradus --- VVolfranus, qui obijt 1130. & habuit in matrimonio Berthã Helffenſteiniam.*
  - *Irmingardis --- Manigoldus.*

Habitabant hi comites in Sueuicis Alpibus, & ad Danubium ſupra Riedlingam. Quibus extinctis: oppidum Iſnenſe, ac cœnobium eius, & fere tota eorum ditio, ad Dapiferos Schærenſes vel VValdpurgenſes, fortunatos Algoiæ Barones, deuenit: à quibus anno 1386. Iſna Imperio acceſſit, vt ſuo tempore cognoſcetur.

Ditio illorum. Iſna op.

Hoc 1069. anno, magna contentio erat inter Conſtantienſem Epiſcopum Rumoldum, & Abbatem Augiæ diuitis Vlricum: quod eius priuilegia ſibi officere Epiſcopus putaret. Sed vterq; eo anno diem ſuum obijt.

Succeſſit Vlrico Meginradus, vel Menradus, Saxo, pecuniæ ad Cæſarem beneficio: ſed parum idoneus: de quo part. 1. lib. 11. cap. 2. Rumoldi vero locum cepit Carolus, gente Turingus, Canonicus Magdeburgenſis: à Rege Henrico, ſine Capituli conſenſu, illatus. Erat is charus initio canonicis: vt ingenio, ſuauitate morum, dignitate corporis ac faciei, præſtans. Poſtea verò, inuiſus: tanquam Simoniaca hæreſi ad Epiſcopatum illapſus: & pleroſque Eccleſiæ theſauros ſuffuratus. Ideo eum, à Pontifice ordinationem vel confirmationem ſui, enixè petentem, contrà de criminibus modo dictis, Romæ accuſauit canonicorum Senatus: Synodusq; Moguntiæ, iuſſu Papæ Alexandri acta (etſi a Cæſare Henrico præſente defenſum) exauctorauit, anno 1071. Menſe Auguſto. Ita tantum 2. A. præfuit: ac Magdeburgum reuerſus, eodem anno 27. Decemb. mærore animi contabuit. Bruſchius & Schaffnab.

Conſtantienſis Epiſcopus Carolus.

Eodem 1069. anno, factus eſt Duodecimus Hirſaugiæ Abbas, vir ex nobili Bauarorum proſapia ortus, nomine VVILHELMVS. *Cuius deſcriptionem prolixã Tritenhemius ponit: ſi forte cui non ſit moleſta cognitu: cum non omnia omnibus, nec ſæpe ſine cauſa, placeant. Sed videmus hic, quid Tritenhemio, eiusq; ſimilibus, in Abbate probetur. Animo igitur humilis*

Hirſaug. Abbas VVilhelmus.

erat VVilhelmus, religione commendatus, Muſicus & Mathematicus præclarus, Scripturarum cognitione inſignis. Statura procerus: in anteriori capitis parte caluus: in occipitio, capilli rari. Facie aliquantum producta, & cærulei albiq; coloris. Voce grandi, digitis longis, toto corpore extenuato. Adductus fuit, conſentiente & adiuuante Comite Adelberto, ex Ratisbonenſi S. Haimerani Monaſterio, anno 1068. ſed altero demum anno, in Abbatiæ ſede collocatus. Præfuit 22. annos perbene. Initio autem recuſauit illam dignitatem: cognita Deceſſoris ſui Friderici deiectione iniqua. Monachi enim, diſciplinæ eius impatientes, Comiti eum ficto fornicationis crimine calumniati fuerant. Ipſe patienter ferens, in exiliũ abijt: & ab Abbate Lauriſſenſis Monaſterij Vdalrico humaniter exceptus eſt, fortunam eius indignam commiſerante. Deniq; in Præpoſituram Ebernisbergenſem prope Haidelbergam ſe conferens: ſancta ibi vita acta, mortuus eſt: ferrea circa corpus eius catena reperta. Volebat VVilhelmus redire Ratisbonam: cum exhortatus & deprecatus fruſtrà de reſtituendo Friderico comitem fuiſſet. Sed prouolutis ante genua eius fratribus: & obſecrantibus, ne ipſos deſereret lupis deuorandos: vix tandem manſit. Non tamen ab Epiſcopo ſuſtinuit ordinari: nec in loco Abbatis ſtare, nec reſidere: quandiu Fridericũ ſciebat ſuperſtitem eſſe. Mortuo verò nõ multo poſt: ſui ordinationi aſſenſus eſt: ſed ita, vt Monaſterium omnino traderetur libertati: nec amplius in Aduocatorum comitum poteſtate eſſet. Comes cum eo ad Regiam Curiam proficiſcens: literis Monaſterio libertatem conceſſit, ſed fallacibus, nec à VVilhelmo mox intellectis. Anno igitur ſalutis 1069. Indict. 7. in die aſcenſionis Domini noſtri Ieſu Chriſti, nempe 4. nonas Iunij præſentibus multis nobilibus, Clericis & Laicis: ab Henrico, Spirenſi Epiſcopo, ſecundum morem in Abbatia collocatus & confirmatus eſt. Multi deinde diuites & boni, cognita eius illuſtri virtute: ſe, & bona multa, in hoc cœnobium contulerunt.

Calumnia in Fridericum Abbatem.

VVilhelmi Abbatis ordinatio.

Caluenſis Comitis Adelberti fallaces literæ.

Monaſteria, partim ab ipſomet, partim à Diſcipulis eius, in diuerſis regionibus fundata ſunt ſeptem. 1. Cella S. Gregorij in Richenbach. 2. S. Gregorij Martyris in Nigra ſylua, Conſtantienſis Diœceſis. 3. in Bauaria, ad honorem S. Martini. 4. Erfordia, in honorem Apoſtolorum Petri & Pauli. 5. Ad duplicem aquam (Monaſt. Zvvifaltenſe) in honorem S. Mariæ. 6 in villa VVeilhaim: poſtea conuerſum in Montem S. Petri. 7. in Carinthia, Lauenſe dictum. In qua Monachos ex ſuo cœnobio miſit.

Monaſteriorũ 7. fundatio ex Hirſaugienſi.

Cum autem a comite Alberto, XV. tantum Monachis σιτηρέσιον, ſiue ſuſtentationis ſubſidia, prouiſa eſſent: Abbas VVilhelmus, oblationibus fidelium, Monaſticæ vitæ profeſſores ad numerum CL. perduxit: quos ſub diſciplina ſua, Deum quotidie laudantes habuit. Noſter verò illuſtriſſimus & clementiſſimus Princeps, hodie in ſtipendio S. Auguſtini Tybingenſi, adoleſcẽtes, S. Theologiæ ſtudioſos, CLX. benigne alit. Inter quos, amplius C. ornati ſunt Magiſterij philoſophici, per hoſce proximos annos, honoribus. Hi ſunt noſtri Monachi: qui Eccleſiis præficiuntur: qui ex verbo Dei, Veteris ac noui Teſtamenti, viam in cœleſtem patriam pure docent: quibus vxores licet ducere: & in matrimonio, quod Deus in Paradiſo ſtatim hominibus inſtituit, primusq; νυμφαγωγὸς (ſponſæ adductor ad Adamum) fuit, caſtè viuere.

Monachorum Hirſaug. numerus.

Monachi hodie Tybingenſes.

Habuit etiam VVilhelmus, barbatorum fratrum, quos conuerſos vocãt (Laibruder) ſatis magnum numerum: quorũ vſum ipſe vel primus, in Germaniæ cœnobijs inſtituit, vel antiquatum renouauit. Eorum erat hæc vita & mores, βίος καὶ πολιτεία. Laboribus manuum inſiſtẽtes, temporalium rerum curam, ex mandatis Seniorum agebant: Monachiſq;, contemplationi & precibus continenter deditis, ad ſuſtentationem corporum, neceſſaria procurabant. Conueniebãt nocturnas ad vigilias, cum ſumma feſtinatione & reuerentia: ſuas preces deuotiſſime dicebant: omnia cum ſilentio ſingulis noctibus agebant. Ne autem nimia vigiliarum prolixitate grauarentur: breuiter eis Matutinæ cantabantur. Quibus expletis: licebat vel ad ſtratum redire: vel, dum Monachi nocturnos in Choro complerent, manere. Mane ſummo, quotidie Liturgiam vel Miſſam audiebant. Qua finita: conueniebant ad capitulum culparum: vbi pro commiſſis negligentijs ſe proclamantes, pœnitentiam à Magiſtro condignam capiebant. Deinde, ſi cui placebat: confitebatur crimina ſua Sacerdoti: vt diem tantò feruentius in amore Dei perageret. Tum ad opus ſibi iniunctum quiſq; tendens: mutua charitate feruente, ſtrenue laborabat. Habebãt omnia communia: Senioribus promptiſſimè obediebant: decimoquarto quoq; die, & in maioribus feſtis, cõmunicatione Sacramenti Domini fruebantur. Tritenh. in Hirſaug. Monaſterio.

Barbati fratres vel conuerſi.

Conuerſorum mores.

Conabatur hoc tempore Rex Henricus, coniugem ſuam Bertham, tanquam ea frui non valens, dimittere. Sed per Papæ Alexandri Legatum Petrum Damianum, ab incœpto reuocatur. Sequenti anno vxor ei filium peperit. Schaffnab.

Bertha, R. Henrici vxor.

Anno

Anno 1070. Epiſcopi tres, Moguntinus, Colonienſis, & Babenbergenſis, Romam euocati venerunt: quòd ſacros ordines Simoniacè venderent. Verùm accepto ab eis iureiurando, non ampliùs facturos: pacificè domum dimiſſi ſunt. Babenbergenſis autem, multis precioſis Pontifici donis oblatis: efferatam aduerſum ſe (inquit Schaffnaburg.) mentem eius, ad tantam manſuetudinem reduxit: vt, qui non ſine periculo honoris & gradus ſui euaſurus putabatur: non ſolùm impunitatem criminis, quòd obiectum fuerat, conſequeretur: ſed etiam pallium, & alia quædam Archiepiſcopatus Inſignia, ab ſede Apoſtolica pro benedictione perciperet. Ita bene euaſerunt. *Simonia Epiſcoporum.* *Munerũ vis.*

Δώροισίν τ' ἀγανοῖσιν, ἔπεσσί τε μειλιχίοισιν: *vt meus cæcus Homerus faciendum ſatis oculatè ſuadet.*

Henricus verò Rex, citatus & ipſe ad cauſam de Simonia, criminibusque aliis, dicendam: Alcibiadis Athenienſis prætulit conſilium: τὸ, ἐξὸν φυγεῖν, μὴ ζήτει δίκην: *Dum potes fugere, ne committe te periculo iudicij.* *Henrici R. Simonia.*

Hoc circiter tempore, aut pòſt, cœptum eſt agi de condendo prope Halam Sueuicam Monaſterio CHOMBVRGO, *vel Komburgo. Qua de re, cùm multa ſunt in Germanicis Manuſcriptis, laborioſi Collectoris rerum Halenſium, Georgij VVidemãni, Syndici aliquãdo Chomburgenſis, anno 1553. viuentis: excerpam inde, quæ huc ſpectant.* *De Chomburgenſi Monaſt.*

Antiquis temporibus amnis Kochen (qui Sueuiam à Franconia ſeparat) Chohe dictus fuit: & caſtellum, vel arx cum oppido (vbi nunc collegium Chomburgum eſt) initiò de fluuio Chohe, Choemburgum fuit appellatum: id quod ex literis fundationis, ac libris, qui reponuntur ad rerum memoriam, reperiri VVidemannus ait. Extincto autem morte, genere nobilium, qui hoc Chomburgum tenebant: arx & oppidum Epiſcopatui Auguſtano, vt feudi domino, ceſſit. inſecuto tempore, per concambium (ſic permutationem vocabant) ad Comites Rotenburgenſes fluminis Tubari (è ſanguine Ducum Franconiæ deriuatos) tranſijt. Hi primò appellati fuère de fluuio Taub (qui nunc Tauber vocatur) DOMINI *de Taub, id eſt, de columba. Vnde albam quoque columbam, expaſſis alis, ſuper galea geſtarunt. In ſcuti verò thalaſſico campo, caput aureum leonis habebant, cum trabe aurata in ore. In Rotenburg. verò German. M. Scr. Chron. ſic ponitur:* Das Feld/ blaw: darinn ein güldener Sparr/ von oben herab/ gleich der mitte: vnd auff dem güldenen Sparren/ ein güldiner Löwenkopff: auff dem Helm/ ein ſtehender Vogel mit außgebreiten Flügeln. *Kochẽ fluuius.* *Choemburgũ.* *Rotenburgenſes Comites.* *Taub fl.* *Domini de columba.* *Inſignia illorũ Comitum.*

Genealogia ipſorum. 1. Ex ſententia VVidemanni, & aliunde.

Comes N.
- *Ruggerus (al. Rugerus) cuius filius,*
  - *Albertus.*
  - *Ruggerus.*
    - *Embardus, VVirceburg. Epiſcopus.*
    - *Burcardus, tandem Monachus.*
    - *Hainricus, vx. Geba, διγαμ.*
    - *Ruggerus. Obiit, in peregrinatione Hieroſolymitana.*
- *Richardus.* — *Richardus.*
- *Embardus.*

2. Ex ſententia Bruſchij (puto, rectius) ſup. lib 5. cap. 4.

Comes N.
- *Bernvvardus, VVirceburg. Epiſcopus.*
- *Richardus: montem Chomberg permutatione ab Epiſc. Auguſt. accipiens, & arcem ibi habens.*
  - *Ainhardus, conditor Templi Tungenſis & Romulei. Ex eo natus, Ainhardus, VVirceburg. Epiſcopus.*
  - *Hainricus.*
  - *Burcardus: qui ex arce fecit Monaſt. Chomburgum.*
  - *Ruggerus.*
- *Ruggerus.*
- *Ainhardus.*

Vocabantur hi proceres (vt dictum eſt) Domini de columba, Die Herrn von der Tauben. *Poſtea, à ciuitate, Comites Rotenburgenſes.*

De Comite Burckhardo, ſuperioris lib. cap. 8. De Ruggero, eiuſdem lib. cap. 6.

Erat porrò ſacellum quoddam prope arcem Chomburgum: ad honorem Dei, & S. Bartholomæi, ædificatũ: quod noſtro ſeculo, iuxta periſtylium vel circuitũ Monaſterij, S. Mariæ capella

Quercus Comitum 3. Rotẽburgenſium. erat, ruinam minans. Propter id ſacellum, magna ſtabat quercus: ſub cuius patulis ramis, tres fratres generoſi, arcis habitatores, tempore æſtiuo ſedere, & auram ſuauem capere, ſolebant. Burcardus, Henricus, & Ruggerus. Ad hos aliàs ferè quotidie, vt ad iuuenes hilares ac iucundos, equites & nobiles viri, ex vicinia veniebant.

Somniũ Burcardi. Poſtea verò quadam die, Burcardus ſub illa quercu obdormiens, videre ſibi viſus eſt loco arcis, pulchrum Monaſterium: & quendam in Pontificio habitu, virgam manu tenentem, illudq; in duo Cœnobia diuidentem: in monte ſedentem, qui è regione eſt: qui nũc paruum Chomburgum, & S. Ægidij, appellatur. Quod viſum Burcardus admiratus, fratri ſuo Ruggero narrauit: qui illud diligenter conſiderauit. Eandem ſpeciem quædam religioſa mulier, infrà habitans ad montem Chœmbergum (nunc Stainbachum appellatum) ſibi in prædicto ſacello, inter prandendum, vigilanti oblatam fuiſſe (ὡς ὕπαρ, ϗ οὐκ ὄναρ) retulit, eodem die, quo Burcardo dormienti.

Sonus campanarũ in pago. Fertur quoq;, incolas pagi Heſſenthalæ, nocte natalitiorũ Chriſti, magnarum campanarũ ſonum audiuiſſe: quo excitati, ſurrexerint. Quid ſi terra tunc mouit: ac terræmotu, campanæ cõpulſatæ fuerunt? Tunc, ſi famæ credendum eſt, euntes illi Stainbachum ad vigilias natiuitatis Domini: cùm ad Haſethalericum cliuum veniſſent: viſi ſunt ſibi multos cereos ardentes in arce *Cerei ardentes.* Chomburgo videre, & Choralem cantum audire. Quam rem admiratos, dicitur exiſtimaſſe: vigilias Chriſti in S. Bartholomæi ſacello agi. Portas igitur arcis pulſaſſe, vt ad illas intromitterentur: ſed cunctos inhabitatores, præter vigiles, ſomno ſopitos fuiſſe, nihil ſcientes. Re peruulgata, quoſdam dixiſſe Stainbachenſes: ſibi eadem viſa & audita eodem tempore eſſe. Nonnullos verò, deriſiſſe.

Chohengoius Comes. Alio die Comes quidam Chohengoius, VVeſtæ habitans: cum Comite Burcardo Chomburgum verſus equitans: cùm ad montem Chambergum veniſſet: pileo detracto, ſe reuerenter erga montem inclinauit. Cauſam facti rogatus, eam ſe neſcire dixit. Burcardus verò ſui propoſiti ſciens: Faxit Deus, inquit, ne fruſtrà te inclinaueris.

Hala Monaſt. S. Iacobi. Die dehinc Pentecoſtes, cùm tres illi Comites fratres, in Sacello S. Bartholomæi, Liturgiam (Monachis Benedictinis Iacobei Monaſterij Halæ, decantantibus) auſcultarent: cùm in cantione Sequentiæ Sancti Spiritus aſsit nobis gratia, vẽtum eſſet ad verſiculum, Infunde vnctionem tuam: illi ad lacrymandum commoti ſunt: ac ſacello egreſsi, quercum illam ſubierunt: atque illius viſi, quod Burcardo ibi oblatum fuerat, recordati: de Monaſterio condendo conſilia tractarunt, ac ſic ſatis concordarunt. Quò minus tamen mox ædificatio fieret: impedimentum interuenit, quòd expeditioni Saxonicæ Regis Henrici, intereſſe cogebantur Comites Henricus atque Ruggerus. *Deliberatio Rotẽburg. Comitum de Monaſterio condendo.*

Reuerſus inde domum: Comes Burcardus aliquot religioſos fratres, ex Halenſi S. Iacobi Monaſterio, ſecum habebat: qui in ſupradicta S. Bartholomæi capella, horas canonicas agerent. Vt antehac, ita hic rurſus, apparet antiquitas ciuitatis Halæ: quæ & tunc, & poſterius diu, appellabatur. Villa, tanquam nondum muro circundata.

Sicut autem Burcardus religioni vacabat: ita contrà frater Ruggerus equites multos alebat: qui belluabantur, & illudebant familiæ Burcardi. Ita mora tunc quoq; ædificationi Monaſterij interueniebat.

Conuenit poſtea inter fratres: vt Ruggerus Italiam peteret: & cum aliquot miniſtris, Romæ degeret. Interea verò Burcardus, caſtellum Chomburgum demoliretur, cœnobiumque conſtrueret.

Breui igitur Burcardus, familia tum ſua, tum Ruggeri, conſilium ſuum & fratrum de Monaſterio extruendo, aperuit. Idem etiam, quia Monachi atque equites, non poſſent inter ſe *Miniſtrorum ablegatio.* alteri alteros ferre, ſuos equites dimiſit: ſalario perſoluto, & honorario addito. Sed cum Ruggeri familia nollet diſcedere: niſi ab eo ipſo reuerſo dimitteretur: & VII. Kalend. Maij (quando ædificationis opus inceptum eſt) poſt prandium ante arcem ſedens, colloquia miſceret: Burcardus, per miniſtros fidos porta veſtibuli clauſa: illis veſtimenta ipſorum, de turri portæ deiecit, & abire iuſsit. Aliter, lapides ſuper eos deiectum iri. Cunctantibus, & maledicentibus: lapides in eos miſsi ſunt. Tum multis tandem cum conuiciis, dirisq; imprecationibus, in malam crucẽ abierũt.

Etſi autem iam VVidemanni Scripta aiunt: laborem ædificationis Monaſterialis, anno 1070. captum, ac 1082. (nempe 12. annis) abſolutum, eſſe: tamen certius mihi eſt, ab anno 1079. vſque ad 1089. (nempe 18. annis) à principio ad finem veniſſe. Idcirco rem ad illud tempus reſeruabo.

ORIGO

ORIGO HALÆ SVEVICÆ, SITVS, NOMEN, PARTES, SAlina, & alia. Amnes Cochen, Bilera, Rhotus. Comites Cohengoienſes, vel VVeſtenſes. Nobiles Cohenburgenſes.

CAPVT V.

QVoniam præcedente capite, mentio antiquæ & honeſtiſſimæ ciuitatis HALÆ *Sueuicæ incidit: non præter rationem eſt, quædam ſitu digna (adiuuantibus honoratis viris, Georg. VVidemanno, M. Ioan. Heroldo, & aliis) de ipſa hoc loco commemorare.*

Sita eſt Hala (olim villa, hodie Imperialis ciuitas) ad fluuium Kochenum, vel Kocham: cuius fluuij origo eſt ſupra Imperiale oppidum Olam, non longè à Monaſterio Kynigsbrunna. Diuidit idem Halam: fluensq́; 12. milliaria, VVimpinæ in Nicrum influit: inter Neckerſulmam & VVimpinam, prope pagum virorum nobilium Kochendorffenſem. Oppida alia Sueuica, ad Kochen ſita ſunt: Ola, Gailndorffa (Semperliberorum Baronum Lympurgenſium) Ingelfinga, Niderhalla, Forchtenberga, Sindringa (ad Comites Hohenlohenſes pertinentia) & Neuuenſtat, VVirtembergium oppidum.

Cochera fl. deſcriptio.

Antiquitas quidem magna eſt vrbis Halenſis: non tamen ſciri poteſt, quanta. Nam in conflagratione illius, quæ anno 1376. Domini accidit, monumenta literarum priſca perierunt omnia. Satis tamen conſtat, terram ibi fuiſſe olim ſyluoſam, aſperam, incultam, nec à latrociniis tutam: atque vbi nunc ſalina eſt (Sula nomine) vallem ante IↃ C. *annos, aut haud paulò amplius, cum lacuna putentis aquæ fuiſſe: quò feræ beſtiæ currentes, ſalſuginemq́; lingentes, hominibus ſalinam in notitiam adduxerint. Eam vallem fertur ad comitatum Kochengoiæ pertinuiſſe: ad quam lacunam Comites Kochengoienſes, vel Schongoienſes (cui regioni nunc Roſengarta nomen eſt) caſas aliquot ædificaſſe: ac ſalem inde, rudiore adhuc modo, elixaſſe. Erant ij Comites, ex genere Sueuicorum & Franconicorum Ducum orti: dicti & VVeſtenſes Comites. Illo ſale transrhenanos homines, qui ad Galliam pertinuerint, vſos eſſe, rumor eſt, inde aſportantes. Ex iis caſis, progreſſu tẽporis, villam euaſiſſe: poſtea, oppidũ Halam: cui nomen hoc ab* ἅλας, *id eſt, Sale, inditum ſit: aut quòd ab hominibus, ſal auehentibus, dictũ ſit Inſul: fortè, iuſtum ſal. Ac manet huic ſalinæ hodie nomen Sula. Album autem eſt id ſal, ideoq́; minus acre: ac Noribergam etiam exportatur. Halam autem primò fuiſſe vicum, aut villam: teſtatur inferius eius ad murum molendinum: quod etiamnum Dorffmyla vocatur. Ait VVidemannus, ſe vidiſſe literas, Caroli* IV. *ſigillo firmatas: vbi ſcribatur, comitatum Kochengauienſem, vltimo Comite mortuo (anno 1378. ſcil.) ad ſe, vt Cæſarem Romanum, veniſſe. Quoſdam ſcribere, illos Proceres, etiam Comites de VVeſthaim (pago) appellatos fuiſſe: &, vbi nunc fanum Kochenvveſthaimenſe ſit, eos arcem habitaſſe. Inchoato autem ſalinario Halæ opere: poſterius etiam domus trans amnem Kochenam conſtructæ ſunt: vbi nunc Ioannitarum Collegium & ædes eſt. Inde parua villa (*ein kleins weiler*) extitit: quam inſecutis temporibus muro cinxerunt. Hodie itaq́; ibi pars quædam huius ſuburbij eſt: quæ adhuc,* Im Weiler/ *appellatur.*

De Halenſi ciuitate.

Sula, Salina.

Kochengoiẽſes Comites.

Schongoienſes.

Roſengarta.

VVeſtenſes Comites.

Halæ ciuit. origo.

VVeſthaim.

Aucto iam nomine & commodis huius Salinæ: plures ea cauſa nobiles homines, permiſſu Kohengoiorum Comitum, eò ſe contulerunt, velut ad metalli fodinam. Hi præter alias domos, etiam ſeptem lapideas turres inædificarunt: quæ nunc etiam Halæ ſunt. Hinc nuncupata fuit Hala, ciuitas ſeptem pyrgorum ſeu burgorum, vel Heptapyrgium, Zun Sieben Bürgen. *Horũ præcipuè vnum cum atrio, propter S. Michaëlis Eccleſiam ſitum, Berlerhofa nominatur: in quo Burgo vel arce, S. Brigitta Sueca, Romam petens, circ. 1363. Chriſti diuertiſſe perhibetur. Quæ curia, quoniam poſtea Beginarum, vel conuerſarum ſororum, habitaculum fuit: Nunnenhofæ vocabulo dicta eſt. Extrà quoque circa Halam, multi nobiles viri habitarunt, intra vnius milliarij complexum: vt ex ruinis arcium, quæ ad Cocham, alioſq́; fluuios, ſtetêre, manifeſtum eſt.*

Nobilium migratio Halam.

S. Brigitta.

Nunnenhof.

Amnes autem Halenſis tractus, tres numerantur. 1. Coha, ſeu Kochenus, Halam interluens. 2. Bilera, è lacu non longè à vico Adelmansfelda, iuxta villam Bileram naſcens: & tribus milliaribus infra Halam, iuxta pagum Geiſlingam, in Kocham *ſe exonerans. Multæ ibi olim arces: hodie, tantùm Tamenberga, Sunthaimum, & Felberga. 3. Rhotus, à rubedine terræ. Ortum habet prope arcem Beringerſvveileram: ac circiter ſeſquimilliare profluens, ſupra oppidum Gaildorffum* Kocheno *miſcetur. Habitarunt ibi quondam nobiles, de Rhot dicti: quorum poſtremus, Fridericus à Rhot, in Turcica 1542. in Vngariam expeditione, diarræa & ardore linguæ interiit. Cuius ditio Dominis Lympurgenſibus, vt feudum, ceſſit.*

Fluuij ad Halam tres.

Sed cum noſtra memoria, imago picta huius vrbis, ac deſcriptio, populari lingua, fuerit edita: inde ponam præcipua quæque: infrà parte 3. lib. 6. cap. 8. plura aliunde poſiturus.

Hala vrbis deſcriptio.

Hala, ciuitas Imperij Romani, agrum ſeu ditionem habet vnius permagni milliarij Germanici, quoquo verſus.

Etſi ager, durior eſt: tamen exaratur & excolitur inde, quantum ſatis eſt, frumenti & vini. Satis etiam aquæ ſuppeditant piſciculorum.

Foſſa & viua ſepes (ein Landgrab vnd Hegzeune) *Halenſe territorium ambit.*

Arces circa Halam.

Arces olim in hoc tractu, ſupra XL. *quarum nonnullæ reſtant: cæteræ aut bellis, aut dominorum ſuorum extinctione, collapſæ.*

Fuit hæc regio, ante conditam Halam, locus ſylueſter: vbi nobilium domicilia erant, in arcibus dictis: antequam ſe Romano Imperio ſubieciſſent. Victitabant ibi (in montibus & paluſtribus locis) venatu, pecore, piſcibus: donec, regione expurgata, villa & oppidum Hala factum eſt.

Cocher, per Halam.

Diuidit fluuius Coha, vel Cocher, Halam in duas partes: in vrbem & ſuburbium: quæ ambæ ponte carnificis (ſic dicto) coniunguntur. Vbi hic pons attingit ſuburbium: ibi ædes S. Ioannis eſt. Vbi vrbem: iuxta ibi ſcaturigo vtiliſſima ſalis eſt, quæ Sul vocatur, & ortum ciuitati dedit. Ex eo puteo XV. *hauſtoriis hauritur aqua ſalſa. Ea canalibus in ſalarias ſartagines, quæ in ſalariis tabernaculis ſunt, defluit. Sunt autem* CXI. *circ. tales ſartagines, elixando ſali ſeruientes. Vnde multis hominibus ciuitatis, alimonium & victus ſuppetit. Vbi autem nunc ſalarius puteus eſt: ibi lacuna quondam ſalis acerba erat: quam feræ (quibus hæc ſolitudo abundabat) accurrentes lambebant. Cuius beſtiarum multitudinis, ac varietatis etiam, hoc ſigno eſſe poteſt: quòd multis ſeculis pòſt, Halæ in effoſſione terræ, cornu monocerotis repertum fuit. Ex illo autem lambendo, ſalis hæc conficiendi ratio emerſit: Comitibus VVeſtenſibus, in loco, vbi nunc Parochialis Eccleſia eſt, ante* IↃCCC. *annos tuguria conſtruentibus.*

Salina Halæ.

Nomen Halæ.

Nomen Halæ, hinc eſt: quòd Franci occidui, Rheni accolæ, cùm ſal in ſuum vſum inde auferrent: dixerunt, Salſum. Hinc elixatores ſalis, primam ſyllabam loco accommodarunt, Hal pro Sal nominantes: poſteriorem ſyllabam Sum, fonti ſalario Sulæ appellantes. Sed à ſeptem arcibus, quæ tunc ibi erant, locus nuncupatus eſt, ad ſeptem arces vel pyrgos. Earum præcipua, nomen habebat Hal. Inde nomen huic vrbi inhæſit.

Halæ tres partes.

Halæ partes, tres ſunt, propioribus ad nos temporibus: propter quas conſules eius, ciuitatum Magiſtri (Stettmaiſter) *appellantur.*

1. Vetus Hala: vbi Templum S. Michaëlis eſt: & Iacobeum γυμνοπόδιον *(Nudipedum Monaſterium) ædificatum à VVeſtenſibus Comitibus, antequam Hala iura ciuitatis haberet: deinde, à Templariorum ordine habitatum: quibus 1306. deletis, Nudipedes id tenuêre.*

2. Trans Kocham: vbi, Ioanniticum fanum & commendatura, ac D. Catharinæ ædes eſt.

3. Gelbingera platea: vbi, forum boarium, & pecora.

Vexillũ Halenſium.

Signum ſiue vexillum Halenſium, in expeditionibus Imperij, inter antecurſores & rorarios eſt (in dem vorzug/vnd verlornen hauffen: ἐν τοῖς, ὡς ἄν τις εἴποι, προδρόμοις καὶ ἀπεγνωσμένοις) *cuius vexilli duo colores ſunt, ruber & flauus: ſymbolum vitæ & mortis.*

Moneta eorũ.

Licet Halenſibus, cudere monetam argenteam & auream: in qua eſt manus & crux, in aquila: quibus ſignificantur tres perſonæ ſacroſanctæ Triadis.

Templum S. Michaëlis.

Cupro tectum eſt parochiale D. Michaëlis fanum. Situm eſt in foro: à quo, gradibus 44. circum conſtructis lapideis, ad longos è ferro cancellos aſcenditur: & trans eos in cœmiterium Templi itur. Horum graduum latitudo, infrà eſt 172. pedum: in medio, 140. ſuprà verò, 80. pedum. A cœmeterio in Eccleſiam, 7. gradus: ab Eccleſia in chorum, 8. gradus: à choro, vſque ad ſupremam aram, 3. gradus. Columnæ chori, 10. ſunt, & 2. portæ. Item 1. adytum, vel ſacriſtia, & 9. ſacella. Ipſius Eccleſiæ, ſeu longæ domus, 10. columnæ, & 8. portæ.

Chomburgũ.

Chomburgum, nobilium quorundam à Cohenburg fuit: quibus emortuis, Rotemburgenſibus Comitibus venit. Ex his Burcardus, arce deſtructa, Monaſterium 1079. exorſus eſt: quod

quod extremam manum 1089. accepit. Ex quo, anno 1488. ſeculare collegium (ein Weltlicher Stifft) *factum eſt, Monaſtica cucullâ abiectâ*: πολλῶ τῦ χαίρειν, τοῖς μοναστικοῖς ἀμφίοις καὶ ῥάκεσι πεφρασμένα.

BAVARIÆ DVX PRO OTHONE, GVELPHO IIII. HIRſaugiæ Cœnobium, liberè Monachis addictum. Prædia eius. Epiſcopus Conſtantienſis, Otho. Abbas Sangallenſis, Vlricus II. ſed Diuitaugienſis, Rupertus: deinde, Eccardus. Monaſterium Banthum. Sebaldus Norbergenſis. Orient. Imp. MICHAEL PARAPINACIVS. Cimbrenſes Barones. Rudolfus & Otho, contra R. Henricum. Auguſtani Epiſcopi Emichonis ædificatio.

CAPVT VI.

ANno ſupradicto 1070. Rex Henricus Othoni Ducatum Bauariæ abſtulit: ei antehac à matre Regis Imperatrice datum. Inquietus enim iſte erat homo, omnia turbans. In locum eius (adiuuante Rudolfo, Sueuiæ Duce) præfecit Ducem Bauaris Guelphonem IIII. *virum bellicoſum & ſtrenuum, natione Sueuum. Is ſacramenta Cæſari dicit: Othonem, cuius filia ſibi deſponſa fuerat (ſcribente Auentino) ſocerum, iuriſiurandi religione abdicat (Schaffnab. valde improbante) filiam cum repudio remittens: Iuditham Anglicam Reginam, viduam (nobiliſſimi Flandriæ Comitis Balduini filiam) vxorem ducit. Otho, etſi deprecatione aliquid à Cæſare recepit: tamen ingratiſſimus deinde extitit: atque ad Saxones profugiens, Dux belli factus eſt. Cæſarem Guelpho contra Saxones aliquoties fideliter iuuit: ſed non ad extremum cum ipſo manſit. Dux Lotharingiæ clariſſimus, Godefridus, obiit: cui F. Godefridus, vel Gozzelo, ſucceſſit: præſtantis animi adoleſcens, ſed corpore paruus & gibboſus.* *Bauariæ Dux, VVelpho IIII.*

Anno 1071. Induct. 9. ſtructura Eccleſiæ Hirſaugienſis, ante decennium fermè inchoata (ſcribit Tritenhem.) conſummata eſt: vnà cum habitaculis Monachorum, eodem tempore inchoatis. Eadem pridie nonas Septemb. per Henricum, Epiſcopum Nemetenſem ſeu Spirenſem ordinarium, in cuius parœcia Monaſterium eſt conſtructum, dedicata fuit: Adelberto Comite, eiuſque deuotiſſima VViltrude, ac VVilhelmo Abbate, petentibus. Vide ſequentis lib. anno 1082. Cùm autem VViltrudis, ex viro ſuo reſciuiſſet: quàm vafrè Abbatem is in literis, libertatem Monaſterij ſpectantibus, circumueniſſet: ipſa clàm id VVilhelmo indicandum curauit: eumque nouas literas ſuper libertate Cœnobij flagitare hortata eſt: & ad id ſe aduerſus virum & filios adiutricem fore, eſt pollicita. Doluit Abbati vehementer fraus & infidelitas illa: ac ſe ad Deum tota mente conuertit. Tum magnæ ſubitò calamitates, & à filiis, & ab externis, Comiti acciderunt: vt, quò ſe verteret, neſciret. Conſilio tamen vxoris, & Eccleſiaſticorum virorum, admiſſo (non aliter ei prædicentium euaſionem è malis, niſi libertate Monaſterio plena reſtituta) vocato ad ſe Abbate VVilhelmo: priores literas aboleuit: omniq; iuri ac proprietati ratione aduocationis, vel alterius cuiuſcunq; iuriſdictionis, pro ſe filiis, & hæredibus ſuis, in perpetuum, firma conteſtatione, coram vxore, filiis, aliisq; multis, renunciauit. Conſcriptæ hac de re, nouæ literæ: & à Rege Henrico IIII. *approbatæ, ſigilloq; eius munitæ. Quas ad verbum Tritenh. in ſuo Chron. ponit, valde longas. Ex quibus quædam tamen referam.* *Hirſaugienſis Eccleſiæ noua ædificatio, abſoluta.* *Et à Comite plenè libertati reſtituta.*

In nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Henricus diuina fauente clementia Rex. «
Omnium ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelium, præſentium ſcilicet ac futurorum, cognoſcat induſtria: quod in Regno noſtro, Regulare quoddam Monaſterium ſitum eſt: in prouincia ſcilicet, quæ dicitur Teutonica Francia, in Epiſcopatu Nemetenſi, in pago VVernegau dicto, in comitatu Ingersheim: in ſylua, quæ dicitur Nigra: iuxta fluuium, qui dicitur NAGALTHA: *quod Hirſaugia, ſiue S. Aurelij cella, nuncupatur: vbi & idem Sanctus corpore requieſcit: quòd à tempore Ludouici Pij Regis, in honore S. Petri, & Aurelij Epiſcopi, conſtructum honorificè, & Deo* «
dicatū fuit, ab Erlafrido quodā nobili Senatore, & religioſo: & à Nottingo filio eius, reuerēdiſſi «
mo Vercellenſi Epiſcopo, aliisq; Parentibus Adelberti Comitis de Caſtello Caluue: ſed deinceps à «
poſteris eorum diſſipatum eſt. Nunc autem idem Comes Adelbertus, inſtinctu Dei tactus: nec «
non coniugis ſuæ VViltrudis crebris precibus adhortatus: Monaſterium ipſum iam reſtaurauit: «
&, quæ aliquandiu inibi defecit, vitam Monachicam reparauit: & prædia, quæ illuc anti- «

Literæ de ea re. *Francia Teutonica.* *Nagoltha fl.*

» *quibus à parentibus ſuis tradita ſunt: ſed partim à poſteris ipſorum inuaſa: partim & à ſeipſo*
» *quaſi iure hæreditario poſſeſſa ſunt, reddidit: & inſuper de propriis, tot ac tantas prædiorum il-*
» *luc impenſas contradidit: quò ſeruitium Dei nunc à quindecim fratribus, ſub Regula S. Benedi-*
» *cti inibi procurandis, gratia Dei peragi & ſtabiliri poſſit: coniuge ipſius prænominata: filiis Bru-*
» *none, Adelberto, Gotfrido: & filiabus Vta & Irmengarde: ſibi in hoc, & in omnibus his inſtitu-*
» *tis, conſentaneis, &c.*

» *Et ne vnquam à poſteris ſimiliter, vt à Parentibus ſuis, Dei ſeruitium deinceps illic de-*
» *strui poſſit: prudenter prorſus decreuit, & inſtituit: eandem Cellam cum omnibus ſuis pertinen-*
» *tiis, nunc collatis, & dehinc deferendis: ab hac die & deinceps, omnino non ſubdi, nec ſubeſſe iu-*
» *go alicuius terrenæ perſonæ, vel poteſtatis: niſi ſolius Abbatis dominationi, ordinationi, & pote-*
» *ſtati. Et ſic totius libertatis iure & priuilegio eam adampliauit: & ob Regni cœleſtis hæreditatẽ,*
» *in Chriſto omnimodis ſtabiliter ſublimauit, &c.*

» *Hoc totum reuera felix negotiator prudenter effecit: primùm, ob ſpem ac præmium vitæ*
» *æternæ, ob remiſſionem peccatorum, ob ſalutem corporum, & ſempiternam requiem animarum:*
» *& ob quotidianam memoriam ſuiipſius, coniugis ſuæ prænominatæ, filiorum & filiarum ſuarũ:*
» *nec non omnium Parentum, poſterorum, conſanguineorum, amicorumq́ ſuorum: & omnium*
» *ad curam ſuamq́ pertinentium. Ob memoriam quoque Regum, Epiſcoporum, Principum: & om-*
» *nium prædictæ cellæ ſtatum & honorem diligentium, ac defendentium: & omnium Chriſti fi-*
» *delium, &c.*

Priuilegia Hirſaug. Monaſterij. *Sequuntur deinde hæc. 1. vt libera poteſtas Abbatis conſtituendi quouis tempore, penes fratres ſiue Monachos ſit. 2. vt non pareatur nec Regi, nec Epiſcopo, libertatem Monaſterij labefactare conaturis. 3. vt reprobetur Aduocatus, qui Monaſterium grauare aggrediatur. 4. mulcta plurium auri talentorum, ad fiſcum Regis inferendorum: ſi quis manſum, aliudve, Cœnobio auferat. 5. vt vnus Aureus,* BYZANTIVS *dictus, ſingulis annis Romam ad altare S.* *Byzantius Aureus.* *Petri, ab Abbate in Paſchate perſoluatur: vt libertatis & traditionis ſtatuta, tantò perenniùs inconuulſa amodò permaneant: & vt prædictum Cœnobium, ſub Romanæ Eccleſiæ mundiburdio & maieſtate, ſemper ſtabiliatur & defendatur. 6. ſi quis Teſtamentum hoc, vllo modo infringere præſumat: Comes obſecrat & teſtificatur Apoſtolicum Pontificem, per Chriſtum, & per* *Execratio trãſgreſſoribus.* *S. Petrum Apoſtolum, & S. Aurelium Epiſcopum, & per omnes Sãctos Dei, & per tremendi iudicij diem: vt illum tradat Satanæ: vt Deus auferat memoriam illius de terra viuentium: & deleat nomẽ eius de libro vitæ. Et, vt cũ Datham, & Abirom (quos terra aperto ore deglutiuit: & viuos infernus abſorbuit) perennem incurrat damnationem, &c.*

Noluerunt iſti ſubeſſe Magiſtratui, ſed prorſus liberi eſſe. Attamen libenter bonis temporalibus, ab illis aucti ſunt. Paulus verò Rom. 13. inquit: Omnis anima poteſtatibus excellentibus ſubdita ſit. Et Petrus 1. Epiſt. 2. in eandem ſententiam.

Prædia & villæ, ad Hirſaugiam olim pertinentia: & à Comite Adelberto nunc reddita.

Lutzenhart, Altburen, Nagalthart, Huſtetten, Deckenphrunt. Et quæ ſunt ſita ad Gilſtein, ac Stambeim. Item villula Summenhart, Lutzenhart, ad S. Candidum. Ad Mettlingen, Meuchingen, Gretzingen, Muchlingen, Mercklingen, Grunpertzuuiler, aliquot hubæ.

Addita his à Comite.

Ottenbrunn, poſſeſſiones ad VVile, villula Gretzenbach & Blanda. Ad Biberbach, Bottenach, Thambach, VValaheim, Gumprechtſvviler, aliquot hubæ, & iugera vinearum. Eccleſia ad Toffingen & Malſcha. Actum 7. Iduum Octob. an. Domini 1075. Indict. 13.

Profecto deinde Romam Abbate VVilhelmo: prædicta omnia ſunt Diplomate Pontificis Gregorij VII. *(antea Hiltebrandi dicti) corroborata: & Monaſterium in protectionem Pontificiæ ſedis receptum.*

Hodie 1590. ſub Caluenſi Præfectura, ſequentia omnia ſunt: ſuis inferioribus præturis, vel officiis, ſubdiuiſa.

1. Vnderm Calwerampt.

Calvv oppidum, Deckenpfrund, Dachtel, Mettlingen.

2. Zavel

2. Zauelſtainer ampt.

Zauelſtain (*op. 14. domorum*) Tainach (Zauelſtainer Vorſtatt) *vbi Salſidula balnea.*

3. Sommerharter/ ampt.

Renta (*duæ domus, & fanum*) Breitenberg/ Obercolwang/ Schmie/ Emburg/ Rotenbach/ Würtzbach/ Naißlach/ Holtzſprunn/ Spechhart/ *cũ riuum.*

4. Spechharter ampt.

Spechhart *vltra riuum,* Weltinſchwan/ Oberrid/ Winberg/ Altzenberg.

5. Newenweiter ampt.

Neuwenweiter / Aichhalden / Hoffſtetten / Fautſperg / Maiſtern / Hienerberg/ Aichelberg.

6. Zwerrenberger ampt: vbi regimen alternis annis, VVirtenbergiæ & Marchionatui.

Zwerrenberg / & Hornberg.

7. Altburg.

Partim VVirtembergenſe, partim Neuterberſchenſe (ſunt nobiles) vbi tamen ſuperior poteſtas, VVirtenbergenſium.

8. Sequentes denique vici, Caluenſi præfecto tuendi.

Stamhaim/ Ottenbrunn/ Reichenbach/ Eberſpbühel / Vnder Altenburg / Agenbach/ *caupona & molendinum Hirſaugienſe.*

Deiecto in Synodo Moguntina (vt ſuprà diximus) Conſtantienſi Epiſcopo Carolo Otho, Goslarienſis Canonicus, Epiſcopus ſubſtituitur, Moguntiæ præſes. Ibi ergo mox confirmatus eſt, & conſecratus (præſente Rege Henrico, & Epiſcopis) ab Archiepiſcopo Sigefrido. Conſecratione peracta: Rex eum Conſtantiam amandauit, familiaribus ſuis dicens: Conſtantienſes noluerunt doctum & ſapientem Epiſcopum (innuens Carolum) habeant ergo ſibi iſtum fatuum. Præfuit 3. annis: & à Gregorio VII. eiectus eſt Epiſcopatu: quòd ab Henrico ſtaret contra ipſum: defenderetque SACERdotum coniugium, Pontificiſordens. Exturbatus autem eſt per Rudolphum (Rom. Regem ex Duce Sueuiæ, à Papa Hiltebrando factum) & per eius aſſeclas (Hermannum, Ducem Saxoniæ: & Bertholdum, Marchionem Zæringenſem) Pontificij fulminis executores. Tunc ſe Baſiliam contulit: vitaq; reliquum ibi abſoluit: vbi quoq; mortuus eſt, & terræ mandatus. Dederat quidem ei Rex Henricus exulanti, Cilimbrenſem Epiſcopatum: ſed eum nec poſſedit nec uidit. Miſit loco eius, Conſtantiam quendam Rupertum, deinde Bertholdum, Sacellanos ſuos: ſed neuter à Clero receptus fuit. Sex tamen annis, alter alteri ſuccedentes, per vim aliqua parte Epiſcopatus potiti ſunt: poſtea verò rurſum eiecti: non quòd ita Clero eſſent inuiſi: ſed propter inteſtina bella Cæſaris Henrici, & Pontificis Gregorij. Bruſch.

Otho, Conſtantienſis Epiſcopus.

Coniugium Sacerdotum.

Apud Sangallenſes Abbatiam conſecutus eſt Vlricus 2. cui præfuit ab anno 1071. *vſq; ad* 1076. *flagrantibus tempore eius in Germania Hiltebrandicis machinationibus: agente Rudolpho Sueuo aduerſus Henricum Cæſarem. Et tamen inter medias has procellas (Bruſch. teſte) hic Vlricus erat pecuniarum, vt nerui bellorum, collector diligentiſſimus: ſed quaſi ſucceſſor eius Vlricus 3. egregiè decoxit, aduerſans Anticæſari Rudolpho. Vnde Verſus.*

Vlricus, Sangall. Abbas.

Tertius Vlricus tenet aurum: quod ſibi amicus
Præcedens cumulauit: mox quod & ipſe vorauit.
Extractum cella rapuerunt horrida bella.

In Diuite Augia factus eſt Abbas, Rupertus: qui Bambergæ Abbatiam geſſerat in Monte Monachorum. Pecuniæ autem grandi ſumma, Augiæ dignitatem à Rege Henrico emit. Erat auaritiæ prorſus deditus. Sed Præpoſitus & aduocatus Augienſes, minis armorum exterritum fugarunt. Ita canis Æſopicus, vtramq; Abbatiam amiſit, Schaffnab. ait, quòd compulſus à Rege, baculum paſtoralem (quem non vt paſtor, ſed vt mercenarius, vſurpauerit) multa cum amaritudine reddiderit. Ait idem, nomen Monachorum valde illa tempeſtate fuiſſe à Pſeudomonachis infamatum: qui, omiſſo rerum diuinarum ſtudio omnem operam in pecunijs acquirendis inſumpſerint: & Eccleſiaſticas dignitates, illarum profuſione emerint. Mirabatur Mundus, inquit: vnde tantus pecuniarum ſcateret fluuius: vnde Crœſi & Tantali opes, apud crucis ſcandulum, & paupertatis titulum, præferentes. Occiſus tandem eſt Rupertus in Monaſterio Alſatiæ Gengenbach (cui à Babenbergenſi Epiſcopo præfectus fuerat) propter auaritiam, ab illius cœnobij miniſtris.

Diuitaugienſis Abbas Rupertus.

Monachorum auaritia.

VV In Fran-

Bantum, & Bantbenſes comites. Alberada Abbatiſſa.

In Franconiæ prææalto monte, Banthum (vulgò Banß) Caſtrum (Baronum olim Banthenſium: poſtea per matrimonij contractum, Marchionum Vohenburgenſium) comitatum eſt in cœnobium Bantzum, Benedictinum, Herbipolenſis diœceſeos, ab illuſtri Domina Alberâde, comitiſſa de Bantho: cùm maritus eius chariſſimus, D. Hermannus, Marchio Vohenburgenſis, VVirceburgi in haſtiludio, lancea equeſtri confoſſus, infelixq́; ruens, media reſupinus arena, periſſet. Sed non accidit hæc calamitas illi Heroidi ſola. Filius enim etiam eius, puer Henricus, trocho dum in glacie Mœni ludit: eâ rupta, mergitur incautus, medijs abſumptus in vndis. At dulciſſimam quoq; filiam ipſius, Blanduſinam, centaurus quidam Rapotto noctu rapuit: fruſtrato excubitore, & aheno vecte reuulſo.

Ipſa grauis ſenio, & quaſi triplice fulmine tacta.
Ferro orbata viro, nato vndis, virgine raptu.
Fortunæ exemplum, Euripi remeabilis inſtar.
Cœlo animam reddit: Triados ſacræ humata prope aram.

Quæ omnia, cultiſſimo carmine deſcripta ſunt à Clariſſ. viro, Conrado Dimero I.C. & conſiliario Francico, in Banthenſis Monaſterij hiſtoria. Vide infrà li 1. partis 3 c.13. non minus calamitoſam Heroidē, VVilpurgim Kelmyntziā.

S. Sebaldus.

Clara fuit hoc tempore memoria S. Sebaldi, Noribergæ, & S. Haimeradi in Turingia Monaſt. Haſſungenſi, per Germaniam & Gallias, teſte Tritenhemio. Et iamdiu nunc eſt primaria Eccleſia Norbergæ, nomini S. Sebaldi dedicata.

Michaël Ducas Parapinacius, Imp. Orient. 50. Mich. Pſellus.

In Oriente, ſecutus eſt L. IMP. CÆS. FL. MICHAEL DVCAS PARAPINACIVS, P.F. Aug. imperans A.6. M.6. Agnominatus ſic ἀπὸ τοῦ λιμοῦ, à fame, quæ ſub ipſo acciderat. Ipſe, omiſſa Reipub tractatiōne, ſummo philoſophorum (τῷ ὑπάτῳ τῶν φιλοσόφων, καὶ ὑπερτίμῳ) Michaëli Pſello operam dabat. Hic Pſellus, περὶ ἑρμην. Sect. 4. Ariſtotelis, ſic ipſe de ſe ſcribit. ᾧ (Philopono) καί τις πολλοῖς ὁμοίως ἐκεῖνος (Ammonium, qui negat τὸ ὑπάρχον eſſe: & Philoponum, qui affirmat eſſe τρόπον τινὰ ὄν) γεγονὼς φιλόσοφος, συνήσεται τὸ καὶ φιλοσόφων ὕπατον, Σχολάζοντες (Pampmatius) ἴσως φιλολογώτατος. Ergo τὸ φιλοσόφων ὕπατος, nomen dignitatis fuit: quaſi dicatur, Doctor philoſophiæ.

φιλοσόφων ὕπατος.

Turcæ, in Aſia minore.

Aſia minor, à Turcis inuaſa eſt. ſed & Antiochia, capta.

Eccardus comes Nellenburgenſis, Abbas Augienſis. Vibo, Treuir. Archiepiſcopus.

Anno 1072. Augienſem Abbatiam excepit (ſcriptore Bruſch.) Eckardus 2. Comes à Nellenburg: Eberhardi Comitis, & Dominæ Idæ, filius: illius ſcilicet, qui Monaſterium Schafhuſenſe 1052. vel 1056. fundauit. Erckardo germanus frater, Treuirenſis Archiepiſcopus Vibo: quem Merſſæus Vdonem Sueuum vocat: ex præclaro dicens ſtemmate Comitum Nellenburgenſium ortum: ac talem fuiſſe, vt eius humeris, tanti moles regiminis tutò imponi potuerit: ſtatura procerum, facie venuſtum, facundum, venerabilem. Qui denique, ſtrenuè & deuotè ſua prouincia adminiſtrata, anno 1077. huic monumentaneæ vitæ valedixerit. Cæterùm Eckardus, præfectus eſt Abbatiæ adhuc iuuenis, petente patre Eberhardo, ab ipſo Cæſare Henrico. Rexit illam 17. A. & adhæſit ἀχαρίστως Rudolpho Regi, contra Henricum: à quo Rudolphus, Sigmaringum (Sueuiæ oppidum ad Danubium) obſidente, ex vniuerſa Sueuia eiectus fuit. Bellum cum Sangallenſi Abbate Vlrico 3. geſſit. Anno autem 1077. Romam petiturus, capitur apud S. Dominicum. Sed auxilio Pontificis, & comitiſſæ Mathildis vel Mechtildis, iterum dimittitur. Interim rumore de obitu eius ſparſo: Sangallenſis Vlricus Augiam vi occupat. Ac ſæpe pugnatum eſt inter vtriuſque cœnobij ſubditos: aliquando verò cruentiſſimè prope Felthaimium: vbi VVezilo Burglenſis comes, à Zæringenſi Marchione Bertholdo interfectus eſt. Euocatus tandem eſt Eckardus à Guelphone, qui Auguſtam 1088. ceperat, ad Epiſcopatus Auguſtani gubernationem. Verùm dum eò tendit: lethali morbo correptus, ſe reuehi ad Augiam ſuam iuſſit: vbi paucis diebus pòſt, iter vniuerſæ carnis confecit, anno 1089.

Sigmaringum.

Burglenſis comes.

Cimbrenſis Baro VVernher.

Hoc 1072. anno vixit (3. Munſt. 326. Zimbrenſis Baro VVernherus: cuius vxor fuit Sophia, Comitiſſa Veringenſis. Eum anteceſſerunt tres Maiores: Adelbertus 912. Georgius circ. 940. Cuno 978. De quibus, ſup lib. 3. cap. 7.

VVernhero ſubiunguntur, tanquam duo filij: Mangualdus, cum vxore Adelhaide, Baroniſſa à VVartenberg: & Gottfridus cum coniuge Agnete, Hohenbergenſi Comitiſſa.

Gottfrido, tanquam duo filij, 1082. ſubiunguntur: Georgius, cum vxore Adelgunde, Hohenclingenſi Baroniſſa: & Gottfridus, cum coniuge Eliſabeta, Duciſſa in Teck.

In his nunc ſubſiſtamus. Sequetur lib. 9. cap. 17. Albertus.

Delatus erat Dux Sueuiæ Rudolfus ad Regem Henricum, tanquam ei Regnoq; inſidians.

Mater

Mater verò Henrici ex Italia, Rudolfi oratu Alpeis tranſgreſſa, eos VVormaciæ in gratiam reduxit. Dux, qui antea vocatus, comparere dubitarat, cùm iam comparuiſſet: pacificè à Rege dimiſſus, ſe ad ſua retulit: certus, non ex integro abolitas ab animo Regis inimicitias, ſed tamen ademptam interim nocendi facultatem, eſſe. Schaffnab.

Rudolfus, Sueuiæ Dux, Regi Henrico ſuſpectus.

Othonem Rex Henricus vſque quaque perſequebatur: Otho viciſſim, quicquid poterat, ferro flammaque perdebat. Eius impulſu Saxones in Regem coniurarunt: & maximorum ſcelerum, apud ſedem Apoſtolicam accuſabant: ac ſocios ſibi multos aſciſcebant.

Otho cum Saxonibus, contra R. Henricum.

Embricus vel Emicho (Henricus) ex comite Leiningenſi Auguſtanus Epiſcopus (vt eſt ſuprà capit. 2. dictum), duas turres campanarias, ſacræ fabricæ expenſis (auctore Achille Gaſſaro) imò ſimplicis plebeculæ eleemoſynis, lateribus Cathedralis Templi (D. virginis) adiunxit, valuasque Eccleſiæ fecit. Vnde ibidem & portæ illi, quæ rectà in Auſtrum ſpectat, parerga cum multis Diuorum imaginibus, priuatis expenſis (prout adſculpta adhuc Inſignia teſtantur) deuotionis ergò adiuncta ſunt, à duodecim indigenarum fabrorum patribusfamiliâs: qui vulgò Domeſtici appellabantur (Die zwelff Haußgenoſſen) ac tunc temporis, ſimul etiam ſtatuariam tam in ſaxis, quàm in lignis exercebant. Factum illud eſſe ab Emichone, Germanicum Chronicon Auguſtanum excuſum ait anno 1072. Gaſſarus verò 1075.

Embricus, Auguſt. Epiſcopus.

Haußgenoſſen XII.

ABBAS CAMPIDONENSIS, CONRADVS NEVBRVNNER.
Saxones, ab Henrico IIII. alienati. Sueuiæ Dux Rudolfus, ei Rex opponendus. Gregorius VII. Papa optimus, pacificus. Mompeligardenſis Theodoricus. Henrici R. & Saxoniæ Principum, funeſtæ diſcordiæ. Saxones, magno prælio ad fluuium Vnſtrum victi. Rex Henricus ad Pontificem à Saxonibus accuſatus.

CAPVT VII.

ANNO 1073. *Abbas Campidoni electus eſt (Bruſchio, & M. Ser. libro teſte) pontificante Romæ Alexandro 2. Conradus Neubrunner. Ceſſit bellum contra nobiles quoſdam: qui propter paupertatem graſſabantur in prætereuntes Campidono & Grynenfurto: totique circumcirca viciniæ oneri erant: nempe Gotthardus Aichenberger, in arce Aichenbalda habitans: Felix, ex arce Stephanſrieda: Otho, ex arce VVinberga: Theobaldus à Schæer, in arce Hertzenburgo: & Hiltebrandus Menginger, caſtellum Hundeſmorum incolens. Quæ latibula non procul aberrans à cœnobio Vtenburæ: quorum ruinæ hodie conſpicuuntur in denſiſſimis nemoribus. Eas arces hic Abbas omnes, cùm non eſſent firmæ, citius, quàm vno anno, diruit: eiectis etiam in exilium ipſis prædonibus. Qui ſanè falsò traduxerunt illum apud Cæſarem: vt hic aliquandiu parum clemens erga Abbatem eſſet: ſed breui tamen, veritatem edoctus, reconciliaretur. Vlciſci ſua damna cupiens ille Menginger: ex arce Meßkirch (al. Jeſuskirch) prope Sulgouam ſita, excurrebat in agrum Campidonenſem, vrens & prædans. Verùm poſt duos menſes, cum ſeptem ſocijs captus à Burcardo Hochtannero, equite aurato, Campidonenſis Monaſterij Præfecto in vico Richenbachenſi: inde in arcem Hillermontanam abductus, poſtridie cum complicibus capite plexus eſt, in colle prati Suickeriani, menſe Aprili. Exauctoratus poſtea 1092. hic Abbas eſt: quòd non admodum feliciter adminiſtrationi præfuiſſet: eiq́ Vdalricus Lindegrun ab Oſenbach/ ſucceſſit.*

Neubrunner. Campidoni Abbas.

Gryneſurtum.

Nobiles graſſatores extirpati.

Hiltebrandi Mengingeri exitium.

Rex Henricus, Bertholdo Duci Carnotenſium (Carinthiorum) Ducatum ſine legitima cognitione (inquit Schaffnaburg.) abſenti abſtulit: & cuidam propinquo ſuo Marquardo (al. Luitholfo) tradidit.

Carinthia Ducatus.

Rudolphus, Sueuiæ Dux, tumultum aliquem Reipub. moliri timebatur. Sed diſcurrentes vtrinque frequentes Legati, & illum à præcipitanter in arma ruendo, & Regem ab importunè laceſſendo cunctantem, inhibebant.

Inter Rudolphũ & Cæſarem, animorũ alienatio.

Cœpit hoc tempore Rex Henricus caſtella montibus & collibus Turingæ Saxoniæq́ imponere, præſidijs firmata: quibus vt victui neceſſaria magis ſuppeterent, permiſit occultè, ex propinquis locis prædas agere. Inde poſtea belli Saxonici origo extulit. Nam in toleranda ab illis iniuriæ inferebantur populo.

Caſtella R. Henrici noua.

Item in ciuitate Auguſtana diem palmarum agens: Rudolphum Sueuum aliosque de quibus rumor erat, eos ſtudere nouis rebus, in gratiam recepit. Sanctum Paſcha, Ratisbonæ: Pentecoſten, rurſus Auguſtæ, celebrauit.

Inter Cæſarem & Rudolphum reconciliatio.

Papa nouus, Gregorius 7.

Alexandro 2. mortuo, in Pontificatu ſucceſſor fuit Hiltegrandus, μετονομασθεὶς Gregorius Septimus Rege inconſulto: qui tamen, vt dicitur, poſtea annuit. Gregorium ſe nominari voluit (Stumpf. libr. 2. Heluet.) vt qui imitatione Gregorij VI. cœptum de inueſtituris Epiſcoporum contra Cæſares negotium exequi vellet: ne hi amplius Epiſcopos & Abbates conſtituendi poteſtatem haberent: quaſi eos gratiâ aut pecunia conſtituerent. Sed non potuit in Pontificum poteſtatem hoc ius redigere: verùm Paſchalis ſub Henrico V. Quod cum Fridericus I. poſtea Imperio reſtituere conaretur: in maximas turbas incidit. Lutherana ex verbo Dei religioni, res felicius ſucceſſit. etc.

Epiſcoporum & Abbatum conſtitutio, Cæſaris.

Sueui, gratioſi apud R. Henricum, non Saxones.

Saxonum in ipſum conſpiratio.

Scribit Schaffnaburgenſis, Regi Henrico occultè in animo fuiſſe: Saxones delere, & in locum eorum, Sueuos introducere. Hanc enim gentem, ei fuiſſe acceptiſſimam: & eorum plerosq;, obſcuris ortos Maioribus, ab eo ampliſſimis honoribus elatos: ac primos in palatio eſſe factos: ad eorumq; nutum, cuncta Regni negotia diſpoſita. Ideo Principibus inuiſum eſſe factum: quòd, his poſthabitis, ſolos circum ſe Sueuos aſſiduè haberet: Saxonibus, ſeruilis conditionis reputatis. Hinc principũ Saxoniæ in eum conſpiratio: præſertim Othonis, quondã Bauariæ Ducis. Accedebat Bucco, Halberſtatenſis Epiſcopus: & Herinmannus, frater Saxonici Ducis Othonis, ſuperiore anno mortui: Wetzel/ *Magdeburgenſis Archiepiſcopus: atq; complures Epiſcopi alij. Legationes hinc inde miſſæ de compoſitione, irritæ. Volebant deſtructa eſſe caſtella, quæ contra ſe conſtructa exiſtimabant. Id non impetrabant. Ad Regem venerunt Epiſcopi, VVirceburgenſis Adelbero, Babenbergenſisq; Herimannus. Poſtea quoq; euocati, Sueuorum Dux Rudolphus, Epiſcopiq; Bauariæ, Sueuiæ, & Rheni. Qui cum in villam Capellã, non longè ab Herueldia, veniſſent: Rex ad pedes eorum prouolutus, eis ſalutem ac dignitatem ſuam commendabat. Cum Saxonibus etiam ſe Turingi coniunxêre. Conſilium agitabatur de Rudolpho Sueuo, Rege contra Henricum creando. Sed hic recuſabat: niſi id, integra ſua exiſtimatione, à cunctis principibus decerneretur. Henricus VVormaciam intrauit: honorificè à ciuibus contra Epiſcopi milites obſiſtentes, receptus. Hac ipſe vrbe munitiſſima potitus: ea poſtea ὁρμητηρίῳ, ſede & arce belli, vſus eſt.*

Et Turingorum.

S. VValpurgis cœnobium.

Anno 1074 Comes Mompeligardenſis Theodoricus (de quo ſup. anno 1041.) Monaſteriũ S. VValpurgis Benedictinum, iuxta Argentinam in nemore ſitũ, pro duobus hominibus fundauit. Alij fundatum tradunt à Friderico Duce Sueuiæ, patre Friderici Imp. & ab vxore ipſius Iuditha, pro quatuor Monachis. 3. Munſt. 144. Tandem 1164. ab ipſo Barbaroſſa Abbatia completa factũ eſt. Sepultus eſt ibi Barbaroſſæ pater Fridericus 1146. Papa Hiltebrandus, diebus Quadrageſimæ conuentu in Laterano conuocato (præſente filia Marchionis Italici Bonifacij Mathilde, potente ipſius patrona) de Sacerdotijs (teſte Sigon.) ita cauit: vt qui à Laico inueſtituram Eccleſiæ acciperet: & qui daret, & qui acciperet, anathemate plecteretur. Tunc Epiſcopos ſocietate piorum remouit, Othonẽ Ratisbon. Othonem Conſtant. Bernhardũ Loſan. Comites item, Vdalr. & Eberhardum: quorum conſilijs Rex Henricus Eccleſias vendidiſſe arguebatur. De clericis ſanxit, ne vxores ducerent. Qui verò haberent: aut eas aut Sacerdotium, dimitterent: nec quiſquam ad Sacerdotium vocaretur: qui non perpetuum cælibatum profiteretur. Tunc literas ad Cæſarem ad omnes Epiſcopos, ad principes (præſertim Bertholdum Zaringenſem, Rudolfum Sueuum, VVelphonem Boium) & ad vxores eorum, miſit: præcipiens, vt fœminæ à contubernio Sacerdotum remouerentur: & ne Laici Miſſas coniugatorum Sacerdotum audirent; nouo exemplo, Sigeb. teſte. Qua in re, à peſſimo Patauia Epiſcopo Alemanno (teſte Bruſchio libr. 2. de Patauia) fuit ſtrenuè adiutus: Patauienſi in Epiſcopatu, coniugia Sacerdotum diuellente. Ex præcepto ſcil. D. Pauli: Epiſcopus eſto vnius vxoris maritus. Et: Qui non poteſt continere, matrimonium ineat. Cumque coniugium numeretur inter 7. Sacramenta Græcorum & Latinorum; negauit Gregorius hoc Sacramentum Sacerdotibus. At hodie quoq; Græcis Sacerdotibus vxores ſunt. Sed Papa Hiltebrandus verbum Dei, pedibus conculcauit. Er hats für ein Geſpött gehalten. *Itaq; Clerici vehementer fremere: Malle ſe Sacerdotium, quam coniugium, deſerere. Compararet Angelos Papa, qui Eccleſias regerent. In conuentu verò Erdfortienſi, menſe Octobri, Moguntinus Archiepiſcopus, niſi Papa propoſitum vrgere deſtitiſſet: à Sacerdotibus diſcerptus fuiſſet.*

Mathildis, Papæ amica.

Inueſtitura Eccleſiæ.

Coniugium Sacerdotum, prohibet Gregorius 7.

Sacerdotum propugnatio coniugij.

Caſtella R. Henrici, à Saxonibus oppugnata.

Cùm Henrici caſtella Saxones oppugnarent: & ipſe Epiſcopos ac principes, ad ſubueniendum ſibi conuocaret: pauci Epiſcopi, & frigidis animis, venêre. Sed Archiepiſcopus Moguntinus & Colonienſis. Epiſcopus Argentoratenſis & VVormacienſis: præterea Duces omnes Baioariæ, Sueuiæ, Lutharingæ (auctore Schaffnab.) Moſellæ regionis, & Carentinorum, milites etiam Fuldenſis & Herueldenſis Abbatum, vehementer ei contradixêre: nolle ſe arma contra innocentes, &

iniquè

iniquè preſſos ferre. Ipſe VVormacia egreſſus 6. Kal. Febru. Herueldiam cum exercitu venit. Quo die ad dextram læuamq́ Solis partem, duæ columnæ aurei coloris viſæ ſunt, iris autem præcedente nocte ſub galli cantum, cælo ſereniſſimo. Frigus erat validiſſimum, ſiccitas dura terræ, flumina in glaciem conuerſa. Inde, panis inopia, molarum vſu impedito. Longa tractatio de pace, inter Regem & Saxones. Tandem ea eſt facta (Henrico cedere coacto) & caſtella diruta, ne qua Regi facultas belli inſtaurandi relinqueretur. Sed nimius vulgi Saxonum furor, ea in re fuit: filiolo etiam eius, & fratre effoſſis, & oſſibus diſperſis: ædificijs quoque ſacris deſtructis, & theſauris direptis. Ideo in auctores à Principibus (qui Regis offenſionem, tanquam pace violata, metuebant) grauiter animaduerſum: & legatio ad Cæſarem, ſui purgandi cauſâ miſſa. Ipſe verò irâ efferatus, eos ad Apoſtolicam ſedem accuſauit: vt qui Eccleſiæ, altaribus, & mortuis, non peperciſſent. Profectus etiam ad Rhenum: Principibus, quos conuocare potuerat, de impietate Saxonum queſtus eſt; eosq́ ad vlciſcendum eam, auxilio ſibi ſupplicibus precibus aſciuit. Itaq; Dux Sueuorum Rudolphus, primus ei ſuam operam contra Saxones promiſit. Habuerant quidem contra Sueui fœdus cum Saxonibus. Sed cùm hi nuper in pacificatione cum Rege, ipſos non conſuluiſſent, ſed obliuione tranſmiſiſſent: Saxonibus hoc origo extitit maximorum malorum. Nam ex amicis, hoſtes eis Sueui facti ſunt atrociſſimi. Itaq; Rudolphus, à Saxonibus deceptus, quoquo modo potuit, Cæſari reconciliatus eſt. Abſq; quo fuiſſet: Rex forſitan copias aduerſus hoſtes non reperiſſet. Hoc verò ſucceſſu auctus: Bohemorum quoq; auxilia, Bauarorum, & aliorum ſibi adiunxit. Aſtuto inſuper conſilio (teſtante M. Scr. Chron.) Saxones à Saxonibus diuulſit: dum ſingulatim eorum Principes ad ſe vocans: tanquam ipſorum conſilio ad res graues vſurus: blandè ſingulos appellauit: ad iuuandum ſe induxit: & iurare coëgit, ſe nemini hoc ſecretum prodituros. Coacti ſunt facere: aliter non admittebantur. Ita fiebat, vt in hac parte pater eſſet, in aduerſa filius: in hac frater vnus, in altera alter. Eodem modo, militares quoq; viros euocatos ſuarum partiũ faciebat. Portenta tunc multa, in Saxonia. Vt, quòd in Magdeburgenſi prato, tanta coruorum concertatio viſa eſt: vt alij relinquerentur ab alijs exanimes. In loco Sſideraburgo dicto, ligneum Chriſti crucifixi ſimulacrum, tantum ſudoris emittebat: vt ne mappulis quidem terſum deſiſteret.

Oſtenta in cælo.
Pax inter Cæſarem & Saxones, Caſtellis dirutis.
Saxonum importunitas.
Querela R. Henrici de illis.
Sueui, à Saxonibus alienati.
Strategema Cæſaris, diſſidium inter Saxones faciẽtis.
Portenta.
[Coruorum pugna.]
Crucifixi ſudatio.

Circa hoc tempus, multi è Scotia (quorum præcipuus, Marianus Scotus, inſignis Poëta & Philoſophus) Ratisbonam, & in alias ciuitates Germaniæ, venêre. Recepti ſunt: Templa, eis condita: ſacras literas interpretabantur, docebant, ſcribebant. Auent. lib. 5.

Scotorum multorum in Germaniam migratio.

Anno 1075. Bernoldus Sueuus, Presbyter Conſtantiæ, vir literis & virtute clarus, vixit. Scripſit inter alia librum Eccleſiæ inſeruientem: cuius inſcriptio eſt. Ordo Romanus. Tritenh.

Bernoldus Preſbyter.

Conradus quidam, vir nobilis Sueuus, Vltraiectenſis Epiſcopus factus eſt, ope Henrici 4. cui & adhæſit. Occiſus anno 1099. à quodam Phryſio Latomo. Merſſ.

Rex Henricus, valido cum exercitu ex Alemannis, Boiarijs, alijsq́ Germanis, & Bohemis, Saxoniam ingreſſus: prælium ad amnem Vnſtrutum committit: ac ſtrage non modica vtrinque facta, victoriam tandem aſportat. Quo in prælio virtus Rudolphi, Alemanniæ atque Burgundiæ Ducis, pro Rege pugnantis, enituit. Vrſpergenſ. Duces, qui Henrico adfuerint, ab Auentino memorantur: Rudolphus. Dux Sueuiæ atque Burgundiæ: VVelpho, Boiorum præſes: Erneſtus, orientali Boiariæ limiti præfectus: Gotfridus, Germaniæ, atque Lotharingiæ inferioris inter Moſam & Rhenum, Rector: Boiemi, cum valida manu. Pugnam deinde deſcribens, Saxones, inquit, ingenti ex omni Saxonia numero comparato, in Turogorum (Turingorum) fines procedunt: Vniſotardum (Vnſtrotum) flumen tranſeunt: in altera ripa caſtra faciunt. Apparentibus ferratis Cæſaris aciebus: primus, Rudolphus, deinde Boij, VVelpho atque Erneſtus, equis calcaria ſubdunt: in hoſtium cuneum, vbi confertiſſimi erant, impetu quàm maximo poſſunt, prouolant: haſtis, telis, clauis, arcubus, reſiſtentes proſternunt. Fit prælium anceps: Saxones fortiter reſiſtunt: nemo pedem refert: multi vtrinque occumbunt. Ex noſtris, Erneſtus Auſtriacus, Albertus & Dietpoldus, Dynaſtæ: ex Saxonibus, Saxoniæ Regulus Gebhardus (qui pater fuit Lotharij, poſtea Cæſaris) cum pluribus occidunt. Mox Cæſar, qui cum reliquis copijs in ſubſidijs erat, cum recentibus & integris irruens: hoſtes defatigatos & ſaucios perturbat, proſternit, in fugam conijcit. Ingenti vi pulueris, Cæſarianos paulisper remorante: multitudo Saxonum, Vniſotardum nando, pedibus, aut vado, tranſit. Gotfridus, Cæſaris iuſſu, hoſtes, qui adhuc citrà erant, ne eis ſpatium ſe colligendi daretur, inſequitur, cædit, diſſipat. Magno numero interfecto, amnis cadaueribus oppletus erat. Tranſit igitur, tanquam ponte:

Henrici R. victoria Saxonia ad Vnſtrutum, virtute Rudolphi Sueui.
Prælij illius deſcriptio.

VV 3 illosq́ue,

illosque, qui vltrà erant, pari modo ſternit: donec nox pugnam diremit. Caſtra dehinc, direpta: commeatus interceptus: caſi ſtratiq́, ſpoliati. Accidit hæc clades Saxonibus, anno 1075. quinto idus Iunij, feria quarta (diem Mercurij vocamus) Rudolphoq́ in hoc labore palma tribuitur.

Prælium inſecuta.

Cæſar receptui cecinit: copias in caſtra reduxit: virtutes pro concione collaudauit: munera viris fortibus diſtribuit: corpora cæſorum humari, ſaucios curari iuſſit: Saxoniam poſtea vaſtauit, Templis parcens: ac tandem Principibus abeundi facultatem fecit, paucis ſecum militibus retentis.

De hoc prælio, Schaffnaburg. inter alia multa.

Quia nec ſitus loci, inquit, nec multitudo patiebatur: vt vno eodemq́ tempore omnibus vna fieret manus conſerendi copia: datum negotium eſt Duci Rudolpho: vt ipſe cum ſuis prima acie confligeret: peculiari ſcilicet Sueuorum priuilegio, quibus ab antiquis iam diebus legilatum eſt: vt in omni expeditione Regis Teutonici IPSI exercitum præcedere, & primi committere, debeant.

Sueui, præliorũ inceptores.

Cæteris iuſſum, vt propter aſſiſtentes pugnantibus, prout res poſceret, auxilio concurrerent. Rex in quinta erat legione: quam ex lectiſſimis, & erga ſe admodum ſpectatæ fidei iuuenibus, ſtipatam, ornatiſſimamq́, inſtituerat. Ita paulatim ſeruatis ordinibus, ad caſtra Saxonum procedebant: qui nihil minus, quàm hoſtem ita citò affore, putauerant: ideoq́ animis ſecuri, ſe ad curam corporum conuerterãt. Trepidi ergo arma rapiunt: pauci loricis corpora muniuit: nec legiones anguſtia temporis ordinare ſinebat, nec militem adhortari, nec caſtra ſtationibus munire. Denſiſſimo tamen globo ſtipati, tumultuariè ſummo niſu lati, prorumpunt: quorum impetum Sueui ſuſtinere, ne ad horam quidem vnam potuiſſent: niſi pedem iam referentibus, Dux VVelfus cum Baioarico exercitu ſuccurriſſet.

Gladiaturâ præſtãtes, Saxones.

Prima certaminis procella haſtas & lanceas conſumpſit: reliquã partem gladij (qua pugnandi arte plurimũ excellit miles Saxonicus) peragunt (præcincti ſinguli duobus vel tribus gladijs) terribili hoſtibus vi, & ferocitate. Ibi clariſſimus Baioariorum Marchio Erneſtus (multis ex Vngaria victorijs inſignis) vulneratus grauiter eſt in caſtra ſemiuiuus relatus, ac poſtridie mortuus.

Nellenburg. comites.

Ibi Engilbertus comes, ibi duo filij Eberhardi comitis de Ellenburg *(al.* Nellenburg *) ibi quàm plurimi nobiles ex Sueuis, quã plurimi ex Baioarijs, corruerunt: paucíq́ admodum, ſine vulneribus prælio exceſſerunt.*

Rudolphi Sueui fortitudo.

Rudolphus Dux, multis ſæpe gladijs impetitus: quanquam tenaciſſimæ loricæ præſidio, ictus omnes fruſtraretur: multis tamen ex aſſidua contuſione membrorum affectus eſt incommodis.

Et Othonis, ex parte Saxonum.

In Saxonico exercitu, præclariſſima virtus extitit Othonis, quondam Baioariæ Ducis: officio ſtrenui militis, & optimi Ducis, omni in parte, pugnando hortandoq́, fungentis. Protracto à medio die ad horam nonam certamine: exercitus Sueuicus & Boiaricus iam terga verſurus erat: cùm Rex ſequentibus nuntijs, de periculo ſuorum edocetur. Tum repente ab vno latere Herimannus Comes Glizbergius, ex alio Babenbergenſes milites, ſigna inferunt.

GlitZbergius. comes pro Cæſare.

*Tum & Dux Bohemorum ac Gozzelo Lutharingorum Dux, equos cum ſuis ad curſum incitant. Ibi iam non amplius (*buff buff buff*) conſiſtere Saxones (quicquid Otho faceret, increpando cohortando, obſecrando) ſed in diuerſas partes aufugere, amiſſis etiam caſtris. Principes tamen & nobiles, præter duos mediocri loco natos, peritiâ locorum, & velocitate equorum, atq́ caligine aëris, adiuti, effugerunt.*

Saxonum clades.

In vulgus pedeſtre, vltra modum ſæuitum eſt: fluuio etiam Vnſtruto, plurimos præcipiti fuga incidentes, hauriente. Cædi nox finem fecit. Exultatio de victoria, ingens: ſed mox eorum, qui ſuos cognatos aut Dominos perijſſe cognorant, luctus quoq́ acerbus: ac de effugio Principum hoſtilium, arma reſumpturorum, magnus dolor. Factum non longè ab Hohenburgo. Rex II. Kal. Nouemb. Gerſtingam vênit: quo & Epiſcopi, ac comites frequentes: atque Theodoricus, Dux Moſellæ regionis: & cum florentiſſimo exercitu, Lonthaׂringius Gozzelo. Alij Duces (Rudolfus Sueuus, VVelpho Bauarus, Carintius Bertholdus) auxilium Regi negabant: ſe pœnitere dicentes tanti antea fruſtrà fuſi ſanguinis: offenſi etiã implacabili Regis ingenio, vt Schaffnab. ait. Saxonum & Turingorum exercitus, non longè à Northuſa conſederat. Tractatum de pace per legatos (inter quos à partibus Regis, Auguſtanus Epiſcopus, & Dux Gozzelo) non ſemel: ac vix tandem dediderunt ſe Cæſari, Saxones atq́ Turingi proceres:

Saxonum & Turingorum deditio.

Wenil/ *Archiepiſcopus Magdeburgenſis: Bucco, Epiſcopus Halberſtat. Otho, Dux olim Bauariæ: Magnus, Dux Saxoniæ: Herimannus Comes, Patruus eius: Frider. Palat. comes Diedericus, comes de* Cadalcburg: *Adelbertus, comes Turingiæ: Rudeger, Sizzo, Berenger, Bern. comites: nec nõ, multitudo nobiliũ. Deditio, ſine vlla exceptione facta: eaq́ cũ magno gaudio Cæſarei exercitus: quòd non denuò cum his manũ conſerturi eſſent:*

Victoria Cæſaris, luctuoſa fuit.

qui prima congreſſione, extinctis penè omnibus Sueuiæ ac Baioariæ luminibus, luctuoſam victoribus victoriam reliquiſſent. Rex aſſeruandos commiſit Principibus ſuis: donec de eis communi conſilio deliberaretur. Poſtea, per Sueuiam Bauariã, Burgundiam, Galliã, & Italiam, deportandos curauit.

curauit. Ipſi verò, partim beneuolentiâ aſſeruantium Procerum, partim fugâ, partim pecuniâ cuſtodibus data, in Saxoniam reuerſi ſunt: rebellionem pararunt: Cæſarem extremæ iniuſtitiæ, grauiſſimorumq́ ſcelerum, apud Pontificem accuſarunt: alium Regem Imperio (vt quod beneficium eſſet vrbis æternæ) præfici orarunt. Dedititiorum fuga. Cæſaris ad Papã ab eis accuſatio.

PAPÆ HILTEBRANDI INIVRIÆ IN LEGATOS HENRICI R. EXcommunicatus à Papa Henricus. Defectio Epiſcoporum & Principum ab Henrico. Defenſio R. Henrici. Eiuſdem ad Papam inſtituta profectio. Gottefridus Lotharingus Bilioneus. Conradus, primus VVirtembergenſis Comes.

CAPVT VIII.

ANNO 1076. grata fuit Gregorio Papæ Saxonica accuſatio: eamq́, potentiæ ſuæ augendæ, Cæſarum verò minuendæ, idoneam indicans: occaſionis capillos auidè apprehendit: Saxonibus, ſibi rem curæ fore, reſpondit. Nitebatur viribus Normannorum, à Cæſare ſuis rebus metuentium: & Dominæ Mathildis, quam ſibi familiarem fecerat. Legatos deinde Cæſaris, crimina ei à Saxonibus obiecta purgaturos, in vincula conijcit: nuditate, frigore, fame, ſiti, excruciat: per vrbem cum ludibrio circumductos, Româ pellit: id quod plerisq́ Myſtis, atq́ S. P. Q. R. diſplicuit: & ipſe Rex Henricus, in Epiſtola ad Colonienſem Archiep. Annonem grauiter conqueritur. Legatos Cæſaris P. Gregorius improbè tractat.

His de rebus, illuſtriſſima Alexij Comneni (Imperatoris poſtea Conſtantinópoleos) filia, Anna Comnena, Alexiados meæ M. Scr. (etſi admodum mendoſæ) lib. 1.

Ὁ μὲν πάπας κατηγόρητο τὸν ῥῆγα ἐνέχοντα τὰς ἐκκλησίας ὑποχείρια διδόντα· ἀλλὰ δωρημάτων ἀποδιδόμενον· καὶ ἀναξίοις τὴν ἀρχιερωσύνην καταπιστεύοντα. Criminationes mutuæ inter Papam & Cæſarem.

Ὁ δὲ ῥὴξ, τυραννίδος τὸν πάπαν ἐγκαλεῖ· ὡς ἄτερ γνώμης αὐτοῦ, τὸν ἀποστολικὸν ἐξαρπάσαντα θρόνον. Καί τι καὶ ἀπηρχυνθήκει· καὶ ἰταμωτέροις πρὸς αὐτὸν ἐχρήσατο λόγοις· ὡς, εἰ μὴ ἐκστῆ τῆς αὐθαιρέτου προεδρίας, μεθ᾽ ὕβρεως ἀπωσθεὶς ἀπελαθήσεται. Τούτων ἀκούσας τῶν λόγων ὁ πάπας, κατὰ τῶν πρέσβεων εὐθὺς ἐμεμήνει· καὶ αἰκισάμενος πρότερον ἀπανθρώπως· εἶτα καὶ κείρας τὰς κεφαλὰς, καὶ ἐπικείρας τοὺς πώγωνας· καὶ ἄλλο τι προσεξεργασάμενος ἀτοπώτατον,, καὶ βαρβαρικὴν ὕβριν ὑπερβαλοῦσαν, ἐξῆκεν. ἔνθεν δ᾽ ἂν τὴν ὕβριν εἶπον, εἰ μή με καὶ γυναικεία καὶ βασιλικὴ ἐπεῖχεν αἰδώς. Addit: Καὶ τοὔνομα εἶτ᾽ ἀλλάξαιμι, καὶ τὸ ἐνθύμημα, τοῦ βαρβάρου, μήτοιγε τοὔργον· ὅπερ καὶ τὸν γραφικὸν κάλαμον, καὶ τὸν χάρτην ἐμόλυνα ἄν· εἰ τὸ πραχθὲν κατὰ μέρος διεξῄειν. *Detonſos ait à Papa Legatos: & aliâ tam barbara contumelia affectos: quam exponere, fœmineo & Regio ipſa vetetur pudore: qua ipſe etiam calamus, & papyrus, inquinata eſſent.*

Venerunt Goſlariam (qua ciuitate, tanquam ſede Regni Henricus R. oblectabatur) legatià Pontifice Hiltebrando: denuntiantes Regi (Lamperto ſcribente) vt ſecundâ feria ſecundæ hebdomadæ in Quadrageſima ad concilium Romæ indictum adeſſet: de criminibus, quæ obijcerẽtur, cauſam dicturus. Aliter ſciret ſe abſque omni dilatione, eodem die de corpore S. Eccleſiæ abſcindendum eſſe. Rex contrà, in Dominica Septuageſima, VVormaciæ concilium habendum Epiſcoporum Abbatumq́ curauit: vbi Hiltebrandum papam abdicarunt, mittẽtes Epiſtolam (Vrſperg. teſte) ſic concluſam: Quia ergo & introitus tuus, tantis iniurijs eſt initiatus: & Eccleſia Dei, tam graui tempeſtate per abuſionem nouitatum tuarum periclitatur: & vitam per conuerſationem tuã tam multiplici infamia dehoneſtaſti: obedientiam, quam tibi nullam promiſimus, nec de cætero vllam ſeruaturos eſſe renuntiamus. Et quia nemo noſtrûm, vt tu publicè declamabas, tibi hactenus fuit Epiſcopus: tu quoq́ nulli noſtrûm amodò eris Apoſtolicus. Hæc, illi. Noluit verò huic Synodo Hirſaugienſis Abbas VVilhelmus intereſſe. Papa his rebus cognitis, Henricum, Regio Germaniæ Italiæq́ titulo, & iurato Principum populorumq́ue obſequio abdicauit: atque vnà cum Sigefrido Moguntino, VVilhelmo Traiectenſi, & Pabenbergenſi Ruperto, Epiſcopo opis diris deuouit: Cæteris eadem minans, niſi Romam ſui purgandorum cauſâ venirent. Primus fuit hic Germanicus Cæſar, à Pontifice horrendè deiectus. Banno, tanquam fulmine, Papa contra Henricum vſus, creſcendi efficaciſſimum contra Imperatores inſtrumentum introduxit: ſed id hodie ἄσκοπον καὶ ἀπρακτον, *fulgur ex pelui, exiſtimatur. Formulã excõmunicationis, apud Plat. in Greg. VII. habes.* Citatur Rex à Papa Romam. Ipſe contrà per Epiſcopos ſede mouet Papam. Excommunicatur à Papa Cæſar. Banni vis.

Modus & forma Excommunicationis, poſterioribus temporibus. Decreti 2. cauſa 11. Quæſt. 3. cap. 106.

Debent XII. Sacerdotes Epiſcopum circumſtare: & lucernas ardentes in manibus tenere: quas in concluſione Anathematis vel Excommunicationis, proijcere debent in terram, & conculcare pedibus deinde, Epiſtola per Parochias mittatur continens excommunicatorum nomina, & cauſam excommunicationis. Excommunicationis modus, cauſa, & origo.

Fundamentum & finalis cauſa Excommunicationis.

Canonica inſtituta, & S. Patrum exempla ſequentes: Eccleſiarum Dei violatores, authoritate Dei, & iudicio S. Spiritus, à gremio S. matris Eccleſiæ, & à conſortio totius Chriſtianitatis, eliminamus: quoad vſq́ reſipiſcant, & Eccleſiæ ſatisfaciant.

Polydor. Vergil. De inuent. rerum lib. 4.

Quòd noſtri Pontifices ſolent contumaces, hoc eſt ſuperbos, ac idcirco iuris contemptores minimeq́; obedientes, aut delictum aliquod delinquentes, excommunicare, vt vulgò dicunt: illuque ſimul interdicere ſacris: hoc ex Iudæis ſumptum eſt: quorum moris fuit, tres ignominiæ causâ extra Synagogam, id eſt, congregationem, eijcere: qui dicto minus audientes, contra legem, vel Pontificum, ſeu populi mandatum, aliquid feciſſent. Sic & 1. Cor. 5. S. Paulus, nouercæ ſuæ corruptorem exterminauit. Hos religionis hoſtes, D. Cyprianus Abſtentes appellat: quod cæteri homines ab eis abſtinere debeant. Dicerem ego ſic appellatos eſſe: quòd abſtineatur, id eſt, repellant, & coërceantur à ſacris. Etiam Ethnici Bannum habuerunt. Si quis aut priuatus, aut populus, Druidum decreto non ſtetit: ſacrificijs interdicunt. Hæc pœna, apud Gallos eſt grauiſſima: quia tales, pro impijs habentur. Vide Iul. Cæſ. lib. 6. de Bello Gallico. Equidem ſi Pontifices nonnunquam ſua ſorte contenti viuerent: melius aliquando cum rebus humanis ageretur. Iacob. Spiegel. Epiſt. nuncupat. Ligurni ad Ferdin. Cæſarem.

Defectio Principum à R. Hērico.

Perlato & diſſeminato in Germaniam Henricū flumine Pontifico ictum eſſe: pleriq; Principum ab eo defecerunt: &, vt ab Eccleſia damnatum, auerſati ſunt. Nec mirum. Nondum enim tunc Deus tenebras Eccleſiæ ſuperfuſas, Euāgelij luce illuſtrauerat: nondum plenè intelligebatur illud Apoſtoli: ὁ ἀντικείμενος, καὶ ὑπεραιρόμενος ἐπὶ πάντα λεγόμενον θεόν: *Ille oppoſitus, ille ſe efferēs ſuper omnem dictum Deum. Erant autem Henrico iam aduerſarij: Rudolphus, Sueuorum & Burgundiorum Regulus: ſenectute venerabilis, domi foriq; præclarus: cui Cæſaris ſoror nupta fuerat.*

Nomina aduerſariorum eius.

Deinde, Bertholdus à Zaringen, gener Rudolphi: & Guelpho, Bauarorum Dux. Præterea, Archimyſtes Moguntiæ Sigefridus: & Hermannus Mediomatricum, Albertus Vangionum, Adalbero VVirceburgenſium, Altmannus Pataujenſium, Gebhardus Sueuius Iuuauienſium, Epiſcopi. VVilhelmus deniq;, Hirſaugienſium Monachorum Antiſtes. Hi omnes, desertâ Cæſaris obediētia, cum Saxonibus iam ſentientes conuentum Vlmæ (Schaffnab. perhibente) egerūt: ibiq; 17. Kal. Nouemb. Triburiæ (zu Trebern) conueniendum, Reiq; publicæ conſulendum, decreuerunt. Quod & factum eſt: præſente Pataujenſi etiam Altmanno, Papæ Vicario: Rege Henrico ſummoto.

Vlmæ conuentus ipſorum.

Germania, ciuili bello à Pontifice repleta.

Sic Germaniam ciuili bello, cognatosq́; inter ſe principes odijs, Gregorius P. repleuit: ac Sueuiæ, malorum congeries infuſa fuit: vt ſuis temporibus cognoſcetur. Diſtractio quoque magna religionis, propter coactum cœlibatum, inter Sacerdotes atq; Laicos. Vrſpergenſis, circa 17. Cal. Octob. colloquium maximum ait Oppenhaimi factum eſſe: vbi penè totius Regni Principes, ſed maximè Saxonum & Alemannorum, ſubiectioni Regis renuntiauerint: cauſam prætendentes, eum ad Pontificiam ſatisfactionem vocatum non veniſſe: ideoq́; è communitate piorum eiectum eſſe.

Ex epiſtola Regis, locus. *Henricus nō vſurpatiuè (auß eigner vermeſſenheit) inhibemus* ſed pia Dei ordinatione, Rex: Hiltebrando, non iam Apoſtolico, ſed falſo Monacho.

In P. Hiltebrandum.

In ipſam Regiam poteſtatem, nobis à Deo conceſſam, exurgere non timuiſti: quam à nobis auferre auſus es minari (iam etiam abſtulerat) quaſi nos à te regnum acceperimus: quaſi in tua, nō in Dei manu ſit regnū vel imperiū. Quia Dominus noſter Ieſus Chriſtus, nos ad regnum, te autem non vocauit ad Sacerdotium. Tu enim his gradibus aſcendiſti, ſc. aſtutia & fraude. Me Sanctorū patrum traditio ſoli Deo iudicandum docuit: nec pro aliquo crimine, niſi à fide (quod abſit) exorbitauerim, deponendum aſſeruit. Ipſe verò quid verus Papa beatus Petrus, clamat? Deum timete, Regem honorificate. Ego Henricus, Rex Dei gratiâ cum omnibus Epiſcopis noſtris, tibi dicimus: Deſcende (de Apoſtolica vendicata tibi ſede) deſcende.

Locus ex Bennone, Cardinalium Archipresbytero.

Præter voluntatem & conſilium Cardinalium, extra ordinem iudicandi ſacris Canonibus determinatum, Imperatorem in nulla Synodo canonicè accuſatum, præcipitanter excommunicauit: in qua excommunicatione nullus Cardinalium ſubſcripſit. Vt primùm ad excommunicandum Cæſarem, de ſede ſurrexit: ſedes ipſa nouiter lignis fortiſſimis compoſita, ſubito Dei nutu terribiliter ſciſſa eſt in plures partes: vt manifeſtè daretur intelligi: quanta ſeſſor ille, tam periculoſa excommunicatione & præſumptione, quamq; terribilia ſciſmata ſeminaret contra Eccleſiam Chriſti.

Cogitur neceſſitate R. Henricus aſſentiri Saxonibus & Sueuis, vt deſertus ab omnibus ferè.

Sueui deinde, & Saxones (cùm Rex eis multis modis factus eſſet per Legatos ſupplex: ad omnia paratus, quæ vellent poſthac ab ipſo fieri: modò non prorſus deijceretur) per Legatos reſponderunt Regi: tametſi nec belli, nec pacis tempore, ei iuſtitiæ fuiſſet curæ: ſe legibus cum eo acturos: & quanquam crimina ipſius luce ſint clariora: rem omnem, integram cognitioni Pontificis Rom. reſeruaturos. Veniret ergo in die Purificationis Mariæ Auguſtam, ad cauſam dicendam. Quòd ſi ante diem anniuerſarium excommunicationis ſuæ non abſolueretur: fore, vt abſque retractatio-

ne in

ve in perpetuum cauſâ cecidiſſet. Miſer Henricus gratanter omnia aſſenſus eſt: VVormaciam etiam, præſidio educto, Epiſcopo aperuit: ipſe aliquandiu Spiræ ſe tenuit. Suevi Saxonesque, ouantes patriam repetiêre: legationeq; miſſa (in qua, Manigoldus Veringenſis Dynaſta, Hermanni Contracti frater) Papam de re geſta edocuêre: rogantes, vt ad diem dictũ non dedignaretur Auguſtæ eſſe. Henricus verò, longiorem moram Pontificis, & ne annuus excommunicationis terminus prius exiret: paucis ante natalem Domini, cum vxore, & filio paruulo, Spira egreſſus eſt: vt Papam citius ſubire conciliaret: nemine ex omnibus Germaniæ illuſtriore viro comitatus: excepto vno (auctore Lamperto) & ipſo nec genere nec opibus, conſpicuo. Fortè is, Baro Hohenſtauffenſis Fridericus fuit. Paucos in itinere reperit beneficiorum, quæ in eos felici fortuna contulerat, memores. Feſtinabant & alij excommunicati Romam, ardentiſſimâ abſolutionis cupiditate: nec tamen cum Rege coniuncti, Pontificis metu. Erat autem tunc ea hyemis ac frigoris magnitudo, ac durabilitas: vt à die S. Martini, fluuius Rhenus glaciali ſoliditate conſtrictus, penè vſque ad Kal. Aprilis, pedeſtri itinere tranſmeabilis maneret: ac pleriſque in locis vineta, exiccatis frigore radicibus, exareſcerent.

Veringenſis Manigoldus.
Hohenſtauff. Fridericus.
Frigidiſſima hyems.

Rex, cùm hoc anno (adbuc paulò felicior) Paſcha Traiecti celebraret: Ducem Lotharingiæ, filium ſuum Conradum fecit. Marchiam verò, Antvverpham appellatam, GOTEFRIDO, conſobrino Ducis Gozzelonis (qui nocte quadam in ἀφεδρῶνι ſedes a ſpiculatore quodam, per inſidias Flãdrenſis Comitis Ruberti, vt putabatur, διὰ τῆς ἕδρας confoſſus, 4. Kal. Mart. obierat) Gotefrido, inquam filio Euſtachij comitis, impigro, & ad rem militarem acerrimo adoleſcenti, tradidit.

Gozzelonis in latrina interitus.
Gotefridus, Euſtachij F.

Dictum eſt ſuprà lib. 3 cap. 10 de aliquot VVirtembergenſib. Proceribus. Ex quibus viuebat circa hunc 1076 annum Conradus: cui primo contigit, VVirtenbergenſem Comitem appellari. Hunc Pantaleon ait, ob inſignem corporis & animi fortitudinem, in magna auctoritate fuiſſe: & contentiones, quæ inter Henricum & Rudolphum, deteſtatum, in ſedandis Germaniæ turbis, quãtum potuerit, elaboraſſe: in quo conatu, à fratre quoq; ſuo Brunone (Hirſaugienſi, primùm Monacho, poſtea Abbate) fuerit adiutus. Quo ſtudio, irrito cadente, ſuæ tamen ditioni prudenter præfuerit, eamq; amplificauerit. Parentes ei fuiſſe, in Genealogia quidam Scr. video: Albertum, Dominum VVirtembergenſem ac Levvenſtainenſem: liberalem Monaſterij S. Blaſij in Hercynia ſylua dotatorem: & Luitgardem Bauaram, Comitiſſam VVolfratshuſanam atq; Schyrenſem, Comitis Valaienſis Engelberti ſororem. Alia charta filiam fuiſſe dicebat. Conradus hic, Hirſaugienſe cœnobium largè dotaſſe dicitur: & habuiſſe tres vxores. Primam, VVertrudem, Eberſtainiam comitiſſam, 1072. Secundam, Hedovvigem, Comitiſſam VVittelſpachiam Bauaram, 1080. Tertiam, Bertradam, Comitiſſam quandam, 1105.

VVirtenberg. Comes primus, Conradus.
Bruno, frater eius.
Vxores Conradi.

Filij tribuuntur Conrado 1. Vlricus, ſtrenuus heros.

2. VVernberus, 1121 Qui dicitur cum Cæſare Henrico V. in Haſſiam abijſſe: Monaſteriumque Brattenau fundauiſſe.

3. Ioannes, Aulicus Miniſter Friderici luſci, Duces Sueuiæ, circ. 1131. Vxor ei fuit Anna (al. Anna Maria) Marchionis Rudolphi ſenioris Badenſis filia, circ. 1140.

4. Henricus, in Aula Cæſaris Lotharij viuens, 1130. 1100. al.

Obijt Conradus anno 1121. Vide rurſum de eo ſequent. lib. cap. 16:

Ita hoc loco ſunt hi.

Albertus, cuius vxor Luitgardis, genuit: Conradum & Brunonem. Conradus, Vlricum, VVernberum. Ioannem, Henricum. Sed poſtea lib 9. cap. 5. ex alijs M. Scr. Ioannes dicitur Vlrici filius, & Vlrici alterius frater. Quo in loco, de eorum progenie plura.

HENRICI R. IN ITALIAM PROFECTIO. EIVS POST DVRAM POEnitentiam à Pontifice Hiltebrando abſolutio. Sueuici Ducis Rudolphi, Regis cõtra Henricum creatio. Se rurſum Henricus erigit, Rempub. capeſſens. Epiſcopus Auguſt. Sigefridus 2. Sangallenſis Abbas Vlricus 3. Rudolphus, in Saxoniam pulſus.

CAPVT IX.

ANNO 1077. Dux Polonorum, viſis Germaniæ diſſidijs, Regium diadema nomenque ſibi ſumpſit: quod Germanos Principes malè habebat: quia Poloni multos iam annos, tributarij Teutonicis Regibus fuerant. Schaffnaburg.

Poloniæ Dux, Regem ſe facit.

Rex Henricus, relicto recto in Italiam itinere, in Burgundiã declinauit. Reſciuerat enim, Duces Rudolphum, VVelfum, & Bartholdũ, omnes Italiæ aditus (Cluſas vocant) appoſitis cuſtodibus, occupaſſe. Natalẽ Dom. Veſõtione celebrauit: honorificè ab auũculo ſuo comite VVilbel. cuius in il-

R. Henrici profectio in Burgundiam.

in illis locis florentiſſimæ opes erant, habitus. Cum deinde in ſummo frigore, & glaciei lubricitate, difficillimè Alpium altiſſima & perículoſiſſima iuga (montem videlicet Ciniſium S. Bernhardi montem) cum vxore ſuperaſſet: ſummo honore ab Italiæ Epiſcopis (Theobaldo præſertim & Gilberto, Mediolanenſi atque Rauennate Archiepiſcopis) & à Comitibus, vt Regiâ magnificentia dignum erat, ſuſceptus, exercituq́ auctus, eſt.

In Italiam per Alpeis tranſcenſio.

Sperabant quippe auxilium ab eo contra Papam, & aduerſus varias Italiæ ſeditiones ac latrocinia. Interim Pontifex quoque Hiltebrandus, acceſitu Teutonicorum Principum Auguſtam petiturus: cum indiuidua comite ſua Mathilde (quæ virum ſuum Gozzelonem, Lotharingiæ Ducem, iampridem deſeruerat) Roma exiuerat. Verùm cognito, Henricum in Italiam traieciſſe, & exercitu fultum eſſe: conuerſo itinere, Canuſij, Apuliæ oppido, cum Mathilde ſibi ſubſiſtendum duxit.

Mathildis, & Gregorij Papæ, Canuſium aduentus.

Interea Rupertus (al. Robertus) Epiſcopus Babenbergenſis, per Bauariam in Italiam iter agens à Duce VVelphone captus eſt: & in caſtello munitiſſimo, à natalitijs Domini, vſq; ad Feſtum S. Bartholomæi ſeruatus: veſteſq́ eius Eccleſiaſticæ, & ornatus, Babenbergam remiſſa.

VVelpho Rupertum Epiſcopum Bamberg. Caſarianum capit.

Sic Verdunenſis Epiſcopus Theodoricus, & ipſe Conſtantis erga regem fidei, dum ipſum paulò pòſt ſequi in Italiam voluit: captus eſt ab Adelberto comite, de caſtello (inquit Schaffna.) quod dicitur Calevvo (Kalba) & ſpoliatus omnibus, quas ſtudioſiſſimè longo itineri comparauerat, impenſis. A quo habitus in cuſtodia diu: tandem magno redimendi ſui precio dato: & iureiurando de nulla, nec ſpirituali, nec corporali, vindicta ſumenda, addito: liberè abire permiſſus eſt.

Adelbertusq́, Calnēſis Comes, Theodoricum Verdunnenſem Epiſcopum.

Poſt hæc, Epiſcopi & Laici, quos Papa de corpore Eccleſiæ reſecuerat: cùm, eluſis cuſtodibus, Italiam intraſſent: nudis pedibus, lanea ad carnem veſte, ieiunio ad pœnitentiam excocti, abſoluti à Pontifice ſunt. Henricus deinde, Domina Mathilde, Azzone Marchione Ateſtino, & Cluniacenſi Abbate Hugone, interceſſoribus ac deprecatoribus: in prædicti caſtelli, triplici muro ſepti, medium ambitum difficulter admiſſus omni comitatu foris relicto, cultu Regio depoſito, nudis pedibus in frigore magno, ieiunus à manè vſque ad veſperam perſtabat: Romani Pontificis (ex D. Paulo Rom. 13. ordinationem Dei, honorantis) ſententiam expectans. Nullo verò reſponſo accepto: idem hoc ſecundo ac tertio die fecit. Quarto dehinc demum die (5. Cal. Februar.) in conſpectum illius admiſſus: poſt multa hinc inde diſceptata: his tandem conditionibus anathemate abſolutus eſt: vt die & loco, quemcunq; Sanctiſſimus deſignaſſet: euocatis ad generale concilium Teutonicis Principibus: adeſſet, & ad accuſationes intentatas reſponderet: ipſo Papa, ſi ita expedire videretur, quæſtionem exercente: vbi ille, ad huius ſententiam, vel retineret Regnum, vel amitteret: nec vllam à quoque vindictam in perpetuum eſſet exacturus. Interim quoq; nullo Regio cultu vteretur: nihil in Repub. gereret: neminem ſeruitijs ſuis obſtrictum haberet: purgatis criminibus, ſi in Regno maneret: ſubditus Romano Pontifici ſemper, dictoq́ audiens, eſſet. Si contra hæc ageret: irritam fore anathematis abſolutionem. Das hieß dem Rappen das Muß eingeſtrichen. Accepit miſer peccator hæc omnia gratanter. Res ab Epiſcopis & principibus, allatis Sanctorum reliquijs, religione iuriſiurandi eſt confirmata, ipſum hæc facturum. Ita ſublatâ excommunicatione, Papa Miſſam celebrauit: ſeq́ à Simoniaca hæreſi, alijſq́ criminibus, purum eſſe, Sacramenti ſumptione oſtendit: &, vt idem Henricus faceret, hortatus eſt: qui ad legitimam cauſæ ſuæ cognitionem prouocans, renuit. Pontifex poſtremò, prandio adhibitum, ad ſuos è caſtello dimiſit. Succenſuerunt ei Italici Epiſcopi valde: quòd contra dignitatem ſuam, hæretico Papæ, & omnibus probris contaminato, ſe hoc modo ſubieciſſet. Ipſe per extremam ſe neceſſitatem excuſauit. Nunc ſolutis anguſtijs, quibus incluſus ab inimicis ſuis fuiſſet: omnem deinceps curam, ad vindicandas ſuas, & illorum iniurias, collaturum. Id etiam, cohortationibus ad ſuos frequenter habendis, induſtriè fecit. Confluxerunt ad eum, quòd iam abſolutus eſſet, rurſus Germanici complures Epiſcopi inter quos, Baſilienſis Burcardus, Liemarus Bremenſis, Eppo Citicenſis: Laici autem, Vdalricus, Bertholdus. Interea Moguntinus, VVirceburgenſis, & Metenſis, Epiſcopi: Rudolfus, VVelfo, Bertholdus, & alij Principes pleriq́ conuentum ad 3. idus Mart. in oppido Pfortzhaimo (non Forcheimo) indixêre, conſulendi Reipub. causâ: eodemq́ Papam, quoniam ab Henrico circumuentus, Auguſtam non veniſſet, inuitarunt. Ipſe reſpondit, ſibi non tutum eſſe, in Germaniam venire. Proinde illi, ipſi ſuis rebus, & Regno Frantico, conſulerent. Hactenus Lamperti hiſtoria.

Pœnitentia Excommunicatorum, & abſolutio.

Sic & Regis Henrici, quarto poſt ſtationem in niuibus die.

Papa, accuſator & Iudex.

Omnia Rex promiſit.

Epiſcopis Italicis hoc improbantibus.

Rurſus quidam Henrico Germani fauent.

Pfortzhaimi conuentus Principum contra ipſum.

Sueui deinde Saxoneſq́ (quia ex Papa intellexerant: Henricum, ab Anathemate tantùm liberatum eſſe: non autem reſtitutum in Regnum) Rudolfum (Rathhülff) Sueuorum & Burgundionum Ducem (Sueuiæ Ducatui Vchtlandia, vel Burgundia minor, adiuncta tunc erat)

Vchtlandia.

Regem

Regem Rom. Pfortzhaimi creant: ſed hac lege (quemadmodum Auentinus ſcribit) vt comitia Pontificia abiuraret: clientelas Epiſcoporum abdicaret: nec, velut hæreditario iure, filios ſuos ſucceſſores declararet. Coronam inde auream & gemmatam, Moguntiæ in media Quadrageſima, per Archimyſtam Sigefridum capiti eius imponunt: à Papa miſſam, & hoc verſu inſcriptam:

Rudolphus, Regi Henrico Rex contrarius creatus Pfortzhaimi.

Petra dedit Petro: Petrus, diadema Rodopho.

Vel, vt Stadenſis habet:

Petra dedit Romam Petro: tibi Papa, coronam.

Cùm autem Sigefridus inungeret & coronaret nouum Regem: ecce tibi (Auent. teſte) fauſtum omen, ciues Moguntinenſes. Hi, armis correptis, & Archiepiſcopum & Rudolphum, tãquam Henrici R. proditores, vrbe exigere conantur: ſed à præſidio Rudolphi profligantur, multis in Templo occiſis. Dominis illis, peracta re diuina, in palatinis ædibus cœnam capientibus: ecce rurſus ciuium agmen, ecce pugna. Occumbunt Rudolphi milites: faces in prætorium iactantur: interficiatur, clamant, ſceleratus Tyrannus, & ſacrilegus Epiſcopus. Hi verò, viſa tanta vi tanta animorum acerbitate, non reſiſtere: ſed tenebris noctis ſe tegere. Inde in Saxoniam elapſi ſunt.

Coronatio eius, Moguntiæ.

Ciuium tumultus cõtra ipſum.

De hoc tumultu, in Chron. M. Scr. auctoris anonymi (Henrico ſemper iniqui) ſic inuenitur.

Rudolfus cùm in ciuitate Mogontia Regalem vnctionem percepiſſet: in ipſo vnctionis die, quo ſcilicet in introitu Miſſæ, tota fidelium Eccleſia, ſub nomine Hieruſalem ad ſpiritualem lætitiam inuitatur (vnde & eodem die, inter fideles haberi ſolet ludendi, etiam à Religioſis haud ſpernenda conſuetudo) prandio noui Regis finito: iuuenes eius ad communem ludum, duplicem ob cauſam venerunt: tum Regiæ conſecrationis, tum maximè antiquæ conſuetudinis. Vrbani verò, magis fauentes Henrico, miſerunt quoſdam ex ſuis iuuenes: vt Curialium ludo ſe miſcerent: & qualibet arte materiam belli conſtruerent. Itaque vnus ex ipſis, cuiuſdam nobilis ex curia cruſinam gulam ornatam, quaſi furtim præcidit: & quaſi furtim volens abſcondere, receſſit. At ille, cuius veſtis dehoneſtata erat, eum inſecutus, colaphum dedit: ſuiq́ veſtimenti particulam recepit. Tunc vrbani in ſubſidijs, ad hoc ipſum collecti, inermes illos incurrerunt armati: & multos ex eis acriter vulnerauerunt: aliquos etiam occiderunt. Arma etiam Curialium, dum illi circa Regem frequentes eſſent, ipſi præripuerant. Talia Rex videns, nolebat ſe pro ſuis periculo dare: ſed qui circa eum erant: tumultum propter eum fuiſſe inceptum, cognouerunt: eumq́ de Palatio deſcendere non permiſerunt. Cunctus ergo exercitus cum Curialibus, ſe in maiorem Eccleſiam S. Martini contraxerunt: conſilijsq́ & armis muniti, magno impetu exierunt: & vrbanos aut occiderunt, aut ceperunt: præter eos, qui ſe fugæ credentes euaſerunt. In craſtino omnes ex vrbe maiores, ante Regem ſupplices venerunt: & de his, quæ geſſerant, ſupplicia, quæ Rex volebat, dederunt: &, vt in perpetuum fideles ei manerent, iurauerunt. Sed Rex non habens eis fidem, diſceſſit: & in Sueuiã abiens parumper ibi moratus eſt: & Reſurrectionem Dominicam in ciuitate Auguſta celebrauit. In Pentecoſte, Erpesfort venit. Mersburgi, principum Apoſtolorum ſolemnitatem celebrauit. Hæc ille. Quid eſt Cruſina gula? Torquis ne, an alia pars veſtimenti?

Rudolfus porrò Ducatum Sueuiæ Burgundiæque, genero ſuo Berchtoldo Zæringenſi tradit: collectoque exercitu, caput antiquæ Franciæ Herbipolin, menſe Auguſto obſidet: Adalberonem, qui à ciuibus expulſus fuerat, in Epiſcopatum reſtituere nitens. Berchtoldus in Sueuia, VVelpho & Luithulfus in Bauaria, prætextu pietatis vaſtant Cæſaris oppida pagos, arces: Epiſcopos, nobilitatem & ciues, Cæſari fideles, infeſtant: cædibus & incendijs graſſantur.

Berchtoldus Zaringenſis, Dux Sueuiæ & Burgundiæ.

Henricus per Argentinenſem Epiſ. tanto tumultu cognito, ex Italia in Bauariam, magnis difficultatibus (anguſtijs Alpium ſibi præcluſis) venit: Carinthijs ſummoto Luithulfo, Henricum (ſic Auent.) Odagrium verò, vel Ottacarum, Ozionis filium, Styrijs præfecit. Ratisbonam deinde venit, ibique ſubſiſtit. Hoſtes, audito inexpectato Regis reditu, obſidionem Herbipolis ſoluunt: aliquandiu ad fluuium Neccarum, contra Henricum caſtra habent: inde in Saxoniam ſe conferunt: Epiſcopi arces Alpinas petunt. Rex dehinc Guelphonem Neoburgi obſidet: in deditionem redigit: arctâ cuſtodia aſſeruat. Alemanno, alijsq́ aduerſarijs Epiſcopis ſuas ſedes reddit: ſed ipſi ingrati, eum ne aſpicere quidem voluerunt. Hoſtium tandem ipſe inſidijs & acerbitate coactus: cultum Cæſareum, & Inſignia Imperij, reſumpſit. Bauaria dehinc rebus ordinatis, Sueuiam petijt: Ducem huius Berchtoldum deturbauit:

Cæſaris Henrici ex Italia Ratiſbonam aduentus.

Guelphonem ſubigit.

Cæſareum cultum reſumit.

Berchtoldum, Sueuiæ Ducem, deijcit.

Hugonem, copiarum eius Ducem, in vincula conjecit: caſtella & oppida (inter quæ

& Ty-

Tybingam & alia oppida, capit.

& Tybingam (obſedit: multa expugnauit ac diruit. Berchtoldo, ægritudine animi extincto: Sueuis Fridericum de Stauffen, filia Agnete in matrimonium data, impoſuit. Quibus de rebus, rurſum ſuo loco.

Stauffenſem Fridericum, Ducem & generum facit.

Dornberg. Comes Sigefridus, Epiſcopus Auguſtanus.

Eodem 1077. anno, Sigefridus ſecundus (auctore Bruſch.) Comes (al. Marſi alcus) Dornbergenſis, electus eſt à maiori parte canonicorum ſummi collegij, Epiſcopus Auguſtanus. Contra quem à cæteris conſtitutus eſt Epiſcopus, quidam VVigoldus. Sigefridus Auguſtæ, VVigoldus Fieſſæ, reſidebant: vbi vterq; ſibi ex vicinis Regulis quærebat auxilium, ad Epiſcopatum obtinendum. Sic per ſeptennium acerrimè diſceptatum eſt, cum ſumma rerum Epiſcopatus iactura.

Luitboldus, S. Galli Abbas nequicquam deſignatus.

In locum eius, Vlricus 3.

Apud Sangallenſes, Luitboldus deſignatus erat Abbas. Quem cùm Rex Rudolphus confirmari vellet: maior autem pars Monachorum, Henrico adhæreret: quodam die baculus paſtoralis (quo Rudolphus ei Abbatiam dederat) confractus eſt inuentus in Choro Baſilicæ. Cæſareani igitur eum eiecerunt: ſed humaniter excepit Diuitaugienſis Eccardus, Rudolphi partes ſequens: reſtitutionem ei pollicens, ſed fruſtrà. Ideo non numeratur inter Abbates Luitboldus ſed electus eſt à Cæſare Henrico, & à Sangallenſibus fratribus, vnâ mente Vlricus 3. Carinthiæ Ducis (Marquardum Bruſchius & Stumpfius vocant) filius, Cæſaris cognatus, anno 1077. menſe Septembri. Is, vt ferox iuuenis & bellator: dum ſe Rudolpho, & Abbati Eccardo, alijsq; Sueuiæ proceribus, oppoſuit: omnes à deceſſore ſuo Vlrico collectos theſauros, ἀφειδῶς (ſine parſimonia, inquit Ammianus Marcel.) dilapidauit. Eccardo in Italia capto: Vlricus etiam Augienſem Abbatiam arripuit. Ei fruſtrà Zeringenſis Dux Bertholdus, Bertholdi filius, aduerſatus eſt, Stumpf. lib. 4. cap. 43. De hoc Eckardo, ſuprà anno 1072.

Rudolphi in Augiam diuitem venit.

In Saxoniam expulſus.

Rudolphus in Reichenaugiam venit: Conſtantiæ Epiſcopum Othonem. (de quo ſup. 1071. anno) vt Regi Henrico addictum, expulit. Verùm Henricus eum Sigmaringi obſeſſum, rurſus in Saxoniam eiecit. Comes Lentzburgenſis, nomine Henrici cepit Legatum Pontificium, Maſſilienſem Abbatem: vnaq; doctum Monachum, nomine Chriſtianum, & Lentzburgi in turrim coniecit: Henricus verò poſtea dimiſit.

Annonis Archiepiſcopi mors.

Agnetis Auguſtæ obitus.

Hoc quoque circiter tempore, mortem cum vita commutarunt: Anno, Colonienſis Archiepiſcopus: & Henrici R. mater, Domina Agnes: mœrore, Romæ mortua: atque in S. Petronellæ de humata.

Finis libri ſeptimi, in ſecunda parte Annalium Sueuicorum, pridie inclyti & ſalutaris natalis, Domini noſtri Ieſu Chriſti, anno 1590.

MARTINI

MARTINI CRVSII, GRÆCÆ ET LATINAE LINGVAE IN ACADEMIA TYBINGENSI PROFESSORIS, ANNALIVM SVEVICORVM, IN ſecunda parte LIBER OCTAVVS.

LIBET hunc librum producere ad finem vndecimi à Chriſto nato ſeculi. Quare etſi tantùm XXIII. annorum tempus is complectitur: prolixitate tamen, altero tanto maior eſt, quàm ſinguli præcedentium librorum. Quod, mirum videri non debet. Vt enim Sueuicarum rerum nunc exiſtit maior copia: ita vt longius & clarius, velut ex immenſa quodammodo ſyluę, exaudiatur iam earum ſonus: mirum videri non debet, magnitudinem deinceps librorum creſcere. Hoc in libro, Anticæſarum Henrici & Rudolphi certamina ponuntur: de Friderico Hohenſtauffenſi, de Ducibus Zæringenſibus Guelphnoibusq;, de comitibus Achalmenſibus, & alijs, dicitur: Monaſteria, Hirſaugienſe nouum, Chombur genſe, Zuifaltenſe, Blabyrenſe, Alperſpachenſe, & alia, commemorantur: Hieroſolymitana deniq; Gottefridi Bilionei expedito admiſcetur.

QVAMOBREM RVDOLPHVS, CVPIDIVS SE REGI HENRICO IIII. oppoſuerit. S. Anshelmus, Cantuarienſis Archimyſta. Henricus Rex ad Vnſtrutum amnem victor Rudolphi. Curienſes Epiſcopi, Henricus & Nordenbertus. Sueuiæ calamitates in bello ciuili. Orientis Imp. NICEPHORVS BOTONIATES. Querelæ Germanorum (Saxonum & Sueuorum) aduerſus Henricum ad Hiltebrandum Papam. Pugna inter Henricum & Rudofum ad Fladecheimum. Rhætiæ & Sangalli afflictiones.

CAPVT I.

COgnouimus præcedente libro, Rudolphum Sueuiæ Ducem, creatum eſſe Regem cõtra Henricum 4. à Papa Hiltebrando exculcatum. Cur ille ſic ab affine ſuo defecit? Cur ita cupidè contra eum in arma ruit, ſicut audiemus? Quoniam ſæpius ei inſidiatus erat Henricus: ſi vera ſunt, quæ in Chron. M. Scr. inueniuntur. His, qui fortiter pro ipſo in Saxones pugnauerant (inquit is membraneus codex) antehac pro triumphalibus donis mortem inferre molitus fuit. Itaque cum tribus fortiſſimis viris armatis, quãdam domum deſertam medio noctis intrauit: & vnum ex militibus Rodolphi, Sueuorum Ducis, ſecretò introduxit. Qui cùm, viſis gladijs, obſtupuiſſet: Rex quoque multis eum promiſſionibus onerasset: vt Rodolphum Ducem occideret: ille non amore promiſſorum donorum ſed timore præſentium gladiorum, hoc ſe facturum, iuramento confirmauit. Manè, cùm Dux de virtute & fide laudatus à Rege cum multa ſuauitate dimiſſus abiret: ille velociter inſequitur: & lanceâ prætenſa, per mediam turbam feſtinans, alto clamore ſe occiſurum minabatur Ducem. A militibus verò circundatus, & cauſam interrogatus: illud, quod nocte præcedente geſtum erat, expoſuit: & proiectis armis, Duci, quòd eum occidere coactus iuraſſet, aperuit.

Quamobrem infeſtior in R.

Henricum Rudolphum.

Alio tempore, cùm idem Dux Reginam manu ſua à Monaſterio duceret: Rex ſagittario cuidam præcepit: vt eum iuxta Reginam ſagittâ conficeret. Sed ab ipſo ſagittario Dux præmonitus: inuenta quacunque occaſione, feſtinus à Regina receßit.

Tertio loco, cùm cauſæ quædam coram Rege agerentur: & Dux cum paucis ſuorum intereſſet: nunciatum eſt ei, à duobus Regis famulis, ianuam cum nudis gladijs obſideri: qui eum egredientem confoderent. Ipſe occultè ſuos quoq; cum gladijs adeſſe: & horum aliquot cubiculum intrare, cæteros pro foribus ſtare, iußit. Deinde ad ianuam accedens: tales, inquit, nollem vidiſſe ianitores: neque poſthac volo videre. Nec vnquam voluit amplius ad curiam Regis venire.

Hæc ille Anonymus Scriptor, qui addit, etiam Duci Zaringiæ inſidiatum eſſe. Dixiſſe

quoque aliquando ad ſuos, de Epiſcopis. Iſti ſunt, qui Regni mei diuitias habent: & me meoſque in paupertate relinquunt. Inuadite igitur ipſos ſuiſque rebus eos ſpoliate. Fuiſſe eidem in cubiculo ſemper multas ſecures, lato ferro ſplendentes: quibus nec clypeus, nec galea, poſſet reſiſtere. Sed prudentiâ Colonienſis Archiepiſcopi Annonis à quodam conſciorum admoniti, periculum illius diei fuiſſe euitatum.

Ita hic Auctor (vt tunc Saxones ac Sueui) fauet Rudolpho: Stadenſis verò Abbas (vt tunc Francones & Rhenenſes) Henr. Ait enim, lætatas eſſe aduentu Regis & Italia contra Rudolfum inſperato, omnes ciuitates Rheni: & alios: fuiſſeq́ cum eo famoſum illum Ducem Godefridum: qui ſequenti tempore Hieroſolymam eripuerit Saracenicæ genti.

Anno Domini 1078 & deinceps, magna amicitia fuit inter Hirſaugienſem Abbatem VVilhelmum (Tritenhemio teſte) & inter S. Anshelmum, Cantuarienſem Archiepiſcopum: qui ſuperiore anno Româ (quò ob iura Eccleſiæ ſuæ defendenda profectus fuerat) rediens, Hirſaugiam diuerterat: & ſumma cum reuerentia ibi exceptus fuerat: deq́ diuinis Scripturis, & vita religioſa humili animo, amanter cum Abbate & Monachis contulerat. Idem tamen & ipſe, Sacerdotum coniugium improbauit: quod S. literæ non faciunt. Abbas autem VVilhelmus, Papæ Hiltebrando: Caluenſis verò Comes Adelbertus, Regi Henrico, fauebant.

Anshelmus, Cãtuarienſis Archiepiſcopus. **Caluenſium Comes Adelbertus.**

Saltzburgenſis Abbas Diemo, expulſus è ſuo Monaſterio: quòd nihil rei cum excommunicatis habere vellet: ſe in Hirſaugienſe cœnobium contulit. Poſt annos aliquot, Archiepiſcopatum Saltzburgenſem cepit. Deinde, ad S. Sepulcrum cum alijs proficiſcens multis: in itinere à paganis occiſus eſt, ipſe, & peregrinatores plerique. Hoc anno, ad 7. idus Auguſti, tertio die ſeptimanæ (die Martis: τῷ ἄρεως, am Erichtag) grauis pugna inter ambos Reges (iuxta Strouui, vel Vnſtrotum fluuium vel apud Medel Richſtatam) commiſſa eſt. Saxonicus enim exercitus cum Rudolfo congregatus: miſſa legatione, Sueuos adeſſe hortatus eſt: vt viribus coniunctis, aduerſarios aut in ſuas partes hanc ire cogerent: aut bello attererent. Henricus verò, re cognita: cum copijs ſuis opinione celerius, medius interuenit: hoſtes inuaſit fudit, terga vertere compulit. Rudolphus, vix fuga elapſus. Bernhardus (al. VVecilo) Magdeburgenſis Archimyſta, belli ciuilis incentor, à popularibus interfugiendum occiſus eſt. Capti verò, Sigefridus Moguntiæ Archiepiſcopus, & Merſburgenſis Epiſcopus VVernherus: qui ambo, cùm iam ſuſpendendi eſſent, interuentu Cæſaris ſeruati ſunt, ac dimiſſi. Eorum autem ea gratitudo fuit: vt ſe rurſus ad Rudolfum contulerint. Captus quoque fuit VVormacienſis Epiſcopus Albertus: qui ne aſpicere quidem Henricum voluit. Ideo arctiore cuſtodia aſſeruatus eſt: ſed cuſtodibus pecunia corruptis, ad Rudolfum euaſit. Saxoniæ etiam Dux Magnus, & patruus eius Hermannus, interierunt. VVilhelmus, comes de Camburch, ab Euerhardo Barbato, Principe prænobili, ex improuiſo captus, euaſit, illo pereunte. Etiam alij ex partibus Henrici periêre: Poppo, vir ad admirationem fortis: & Theobaldus, atque Henricus de Lechsgemund. Rex Henricus, victoriam hanc adeptus, hyemandi causâ in Bauariam conceſſit.

Diemo, Saltzburg. Abbas. **Rudolphus, ab Henrico ad Vnſtrotum fl. victus.** **Capti, Epiſcopi.** **Chemburg. Comes, VVilhelmus.**

Factus erat Curienſis Epiſcopus (ſcriptore Bruſch.) 8. annis antè, Henricus quidam: antea Monachus Diuitis Augiæ. Interfuerat illi Concilio: in quo, è communione Sanctorum expunctus fuit Papa Gregorius: licet ipſe huic Pontifici magis, quàm Cæſari Henrico, faueret: ſicut hoc oſtendit, quòd Rudolphum poſtea & ipſe Regem contra Henricum lêgit. Verùm id Henricus egregiè cultus eſt: excitatis aduerſus Epiſcopum furoribus Guelphonicis: qui Curienſem Rhætiam anno 1078. rapinis & incendijs miſerè vaſtarunt. Propter quam cladem, paucis menſibus poſt, Epiſcopus mœrore animi interijt.

Curienſ. Epiſcopus, Henricus.

Hoc & ſequenti tempore, miſerabilis erat conditio Sueuiæ, vel Alemanniæ: tanto ibi bello ciuili, ab Hiltebrando P. excitato. Sic enim lego in M. Scr. Zvvifaltenſi libro. Henricus IIII. Sueuis ei repugnantibus, cum ferociſſimo & crudeliſſimo Bœmorum exercitu irruit: igne & ferro cuncta vaſtauit: vrbes ſubuertit: Eccleſias ſolo æquauit. Vbicunq́ tuguriolum aliquod ab igne remanſerat: ibi nec vna boum vngula, nec vllum pecus, ſuperfuit. Tanta paupertas Alemanniæ accidit: vt, iumentis orbati, octo vel decem viri combinati, more boum, aratris terram ſulcarent: ſemina ſpargerent: in futurum de victu ſibi prouiderent. Ideo in tali penuria, Zvvifaltenſe cœnobium poſtea (vt ſuo anno dicetur) inchoatum, multos annos magna paupertate conflictatum eſt: veſcentibus hominibus hordaceo pane, aut auenaceo, & inſulsâ interdum ſorbitiuncula. Sic, ibi. Circa quod tempus (vt ſub finem ſuperioris libri meminimus) Tybingam quoque obſediſſe Henricus perhibetur.

Sueuiæ miſerabilis ſtatus. **Homines, pro bobus aratorib.**

Orientis

Orientis Imperium occupauit (Michaële Parapinacio eiecto) LI. IMP. CÆS. NICEPHORVS BOTANIATES, P.F. Aug. A.3. & pluſculum.

Niceph. Botaniates, Orient. Imp. 51.

Anno 1079. Germaniâ ſit miſerandum in modum, conſilijs pontificis Gregorij diſtracta: vterq; Rex, Henricus & Rudolfus, opem ab illo petebat per legatos. Papa, qui nimium ſibi intriuiſſe videbatur: menſe Febru. (vt in Saxon. Chron. M. Scr. eſt) Bernhardo Rom. Eccleſiæ Diacono & Bernhardo Maſſilienſi Abbati, per literas mandat: vt vtrumq; Regē moneant: ſecuritatem vt ij Pontifici præſtent, tutò in Germaniam veniendi: & ipſorum cauſam diligenter diſcutiendi: vter iuſtiores rationes regnandi habeat, vt is regnet.

Papa Hiltebrandus, vtriuſq; Anticaſaris cauſa cognoſcenda ſe offert.

Diſplicuit hoc Rudolfo, & complicibus eius: quòd magna ſpe, quam in Apoſtolica petra poſuerant, ſibi decidiſſe videbantur. Itaque literis ſæpius ad Pontificem miſſis, de ſuis cladibus conqueſti ſunt. Inter alia multa, Nobis terribili interminatione, inquiunt, ne Henrico ſicut Regi, ſeruiamus, interdixiſtis: & omnes Chriſtianos à vinculo iuramenti, quod ei fecerunt absoluiſtis: eumq; vinculo anathematis alligaſtis. In his omnibus, Paternitati veſtræ, ſicut nunc patet, obediuimus Ideo ipſe tantam in nos crudelitatem exercuit: vt plures ex noſtris, amiſſa omni ſubſtantia, animam in hoc certamine ponerent: & filios exhæredes, & ex diuitib. pauperes, relinquerent. Qui autem reſidui ſunt: de vita cotidie ſolliciti, vitæ ſubſidia penè omnia amiſerunt.

Rudolphi literaad ipſum. in quanta mala Germani ſint coniecti.

Et in alijs literis. Quid ad nos, vt diſcutiamus: ſi illi iuſtitiæ faueat ad opprimendum Regnū: cui vos Regni gubernacula, iam ante triennium, Synodo iudicante, interdixiſtis? Nonne magis oportuit, vt diſcuſſio iudicium illud præcederet, quam nunc tandem ſubſequatur? Si autem prædictus ille nondum diſcuſſus eſt, ſed adhuc diſcutiendus: qua ratione, vt indiſcuſſo homini, Regalis dignitas, ex dignitate Apoſtolica, ſine vllo conditionis additamento interdiceretur? Quare Regi alteri obedire iuſſi ſumus: poſtquam certum fuiſſet, iuſtum non poſſe regnare?

Et poſt alia. Si ab incepto itinere retrorſum redire & ob difficultatem diuerticula quærere vultis, non ſolùm vulnerata non ſanatis: ſed, quæ ſana ſunt, vulneratis. Nam ſi ea diſſimulando, quæ iam veſtra ſtatuit auctoritas, in media tempeſtate, quam pro vobis incurrimus, nos derelinquitis: teſtes ſunt ſuper nos cælum & terra, quòd iniuſtè perditi ſumus.

Das hieß die armen Sachſen vnd Schwaben ins Schweißbad gefurt.

Sic totus ille conſumitur annus (inquit idem Chronicographus) vt penè nil aliud memorabile ageretur: niſi quòd Legati Apoſtolici frequenter venientes & nunc his, nunc illis, Apoſtolicum fauorem promittentes: ab vtriſq; pecuniam, quantam poterant, Romano more ſecum detulerunt. In margine codicis:

Ædificamentum non eſt in amore potentum: Gratia magnatum neſcit habere ſtatum.

Hoc 1079. anno (teſte Vrſperg. ſed 1080. ad 6. Kal. Feb. Feria 2. (Saxonico Scriptore) iterū inter Reges prælium eſt commiſſum, in loco, qui dicebatur Fladechaim, hyeme perquam aſpera. Ibi in primo congreſſu Saxones terga verterunt. Tum Dux Bohemia Fratrizlaus, regalem lanceam Rudolphi adeptus eſt: quæ exinde permiſſione Regis Henrici ſemper quemuis illius gentis Ducem, in omni feſtiua proceſſione præcedere ſolita eſt. At Rex Henricus, in ſua caſtra reuerſus: de armigeris, quos reliquerat, penè nullum inuênit. Vna quippe ex legionibus Saxonicis in primo congreſſu pugnam deſerens: quia obſcurus erat aër, furtim caſtra Regis inuaſit: adoleſcentes ibi deprehenſos ſtrangulauit: ac multis cum ſpolijs aufugit. Rex autem, dimiſſo exercitu, in Frāciam Orientalem cum paucis diſceſſit.

Prælium Anticaſarum ad Fladecheimum. Lancea Rudolphi.

Circa hæc tempora, Sangallum quoque nec non Rhætia afflicta fuêre. Sangallenſe enim oppidum & Monaſterium (vt Bruſchius ſcribit) Rudolfinus exercitus expugnauit, & diripuit. Ædificata etiam ab eis fuit arx in ſublimi monte, nomine Pernegia, ad vtrunque ſupradictum locum retinendum. Poſtea verò, Rudolpho debellato, iterum euerſa eſt. Qualibus de rebus, infrà cap. 4. quoque. Nihilominus deinde ſub Rudolfi ſucceſſore contra R. Henricum Hermanno, quies Sangallenſibus non fuit: ſed inde expulſus eſt Abbas Vlricus 3. Henrici ſtudioſus: & in loco eius locatus 1083 quidam Diuitaugienſis Monachus VVernherus. Sed vicit tandem Vlricus: auxilio Regis Henrici factus 1086. Aquileienſis Patriarcha: qui ſic & Abbatiæ Sangallenſis compos fuit. Tunc in ſuburbio Sangallenſi fanum S. Fidis condidit. Obijt 1117.

Sangalli & Rhætia afflictiones.

Rhætiam Rudolfus (inquit Stumpfius lib. 4. Heluet hiſt. cap. 44. & in vita Henrici 4.) Bauaro VVelphone iuuante, miſerè depopulatus eſt: filio Comitis Curienſis Othonis victo, & ſibi ſubiecto tempore verno. Poſtea comes VVecilo de Byrglen, à Berchtoldo iuniore Zaringenſi confeſſus fuit, habitante in Briſgoia, & nigra ſylua. Ipſe & VVolfo, Sangallenſibus (Henrico adhærentibus)

Byrglenſis Comes VVecilo.

rentibus) bona ſua eripuerūt, apud ſe ſita: ita vt Monachi fame coacti, multa Eccleſiæ ornamenta venderent. Tunc Abbas Vlricus, & adiutores, copijs collectis, oppida Marcdorffum & Brigantium, Comites & nobiles viros, ceperunt. Fuit inter captiuos, nobiliſſimus Sueuus, Comes Brigantinus Marquardus. Berchtoldo Rudolfus Agnetem filiam ſuam collocauit: doti promiſſo & Sueuiæ Ducatu. Contrà, hoc 1079. anno, R. Henricus ſuam F. Agnetem, Friderico Hohenſtauffenſi deſpondit (vt rurſus poſtea cap. 4. dicetur) promittens, ſi fidelis erga ſe maneret, Ducatum Sueuiæ. Hinc tanto maior æmulatio inter Principes.

Agnes, R. Rudolphi filia. Agnes, R. Henrici filia.

Ducatus & Comitatus, hæreditarij facti.

Tempore itaque Henrici 4. Ducatus Sueuiæ, & multi illi comitatus, in quos iam olim is diuiſus fuerat, cœperunt propter fidelia procerum in eum merita, iam magis hæreditate tranſire ad poſteros: cùm id antehac non perinde fuiſſet: ſed Cæſares modò huic, modò alij, tales honores & procurationes mandare ſoliti eſſent.

De Guelphonibus ſuprà Bruſchius dixit: eos 1078. ab Henrico in Curienſem Epiſcopum immiſſos eſſe. Hoc loco Stumpfius Guelphonem Bauarum, Henrico 1079. aduerſarium facit. Ita quoque non ſolùm in Saxonia hoc tempore ſed in ſuperiori etiam Germania bellum & miſera deuaſtatio fuit.

Nordenbertus, Curienſis Epiſcopus.

Eodem 1079. anno, Nordenbertus (al. Volipertus) Comes Summuntorienſis Bauarus, Canonicorum Auguſtenſium Præpoſitus, homo gloriæ ſitientiſſimus, Epiſcopatum Curienſem à Bauaris Guelphonibus emit largitionibus. Præfuit tamen vtiliter annos ſex. Epiſcopatu poſtea 1085. in Synodo Quedlinburgica, à Saxonum Duce Hermanno, poſt Rudolphum à quibuſdam Epiſcopis Rege lecto, priuatus eſt. Ædificato poſthac de ſua pecunia Heppachenſi Monaſterio, vitam anno 1087. finiuit. Bruſch.

TERTIÆ FVNDATIONIS COENOBII HIRSAVGIENSIS INSTITVtio, Chomburgenſis Monaſterij fundatio. Paruum Chomburgum, ſiue cœnobium Ægidianum. VVignandus de Caſtel, Moguntinus, rei Chomburgicæ ſtudioſus.

CAPVT II.

NVNC de quibuſdam Monaſterijs ſcribemus: quæ ſupradicto 1079. anno, aut circiter, vel inſtituta ſunt ædificari, vel ædificata ſunt: de nouo ſcilicet Hirſaugienſi, & de Chomburgēſi.

DE HIRSAVGIENSIS COENOBII MAIORIS ET HODIERNI ædificatione: quæ eſt TERTIA fundatio.

Cum Monachorum numerus, Abbate VVilhelmo, vehementer creuiſſet (quemadmodum Trit. ſcribit) ita, vt loci anguſtia apud S. Aurelium eos difficulter caperet (erant enim plus C. L. Monachi: & conuerſi ad XL. cœpit ille cum fratribus cogitare de Monaſterio aliquantùm amplificando. Sed cùm is locus, anguſtior ratione ſitus eſſet: conſilium cepit, nouum Monaſterium trans fluuium Nagoltum, in loco editiore nonihil, ideoq; ſalubriore, conſtruendi. Ad quod peragendum, magna copia lignorum & ſaxorum congeſta eſt: plurimiq; diuites & nobiles, multa conferre liberaliter cœperunt: cùm viderent laudabilem vitam Monachorum, in primis VVilhelmi Abbatis. Quod autem ita multi homines, Mundo renuntiarunt, ſeque ad monaſticam vitam contulerunt: cauſa fuit eo tempore execratio & anathema Regis Henrici: quo ipſum & ſuos, Papa Hiltebrandus percuſſerat. Quo factum eſt, vt nemo ferè poſſet tutò in ſeculo (vt loquuntur) conſiſtere: quin aut Regis partibus conſentire: aut contradicendo experiri vindictam, cogeretur. Inde cauſa plurimis data eſt (non modò inferioris conditionis, ſed potentibus etiam, hominibus laicis) cùm ad alios Abbates, tum ad hunc VVilhelmum, in cœnobia, tanquam ad aſyla quædam, perfugiendi. Hæc, adhuc præparatio ædificationis eius: ſed ædificatio ipſa, & perfectio, poſterius cognoſcetur.

Hirſaug. Monaſterij tertiæ ædificationis præparatio.

DE CONSTRVCTIONE CHOMBVRGENſis Monaſterij.

Cùm hoc cœnobium conſtruendum eſſe iam decretum eſſet Rotemburgenſibus ad Tuberum comitibus, Burcardo & fratribus (vt præced. lib. cap. 4 diximus) Comes Burcardus, omnia ædificia caſtelli & arcis Chomburgi (G. VVidemanno ſcribente) quæ inhabitaturis Monachis profutura non eſſent, deſtruxit. Itaque annno 1079. Indict. 2. 7. Kalend. Maij, 4. feria, incepit ædificationem Monaſterij, primum lapidem ponens: atque id amplius 10. annis (nempe, ad annum vſque 1089.) cum Dormitorio, Refectorio, & Periſtylio (Schlafhaus/ Refenthal/ vnd Kreutzgang) magnis ſumptib. & laboribus perfecit: tribus tamen turrib. tantùm ad 10. cubitorū altitu-

Chomburg. cœnobij ædificatio.

altitudinē eductū. Conſecratio ibi facta fuit (præſentibus fratribus, Burcardo, Hainrico, & Ruggero: nec non Comitis Hainrici vxore Geba, & multis nobilibus viris) anno 1088. Indict. 11. 12. Kal. Ianu. ab Adalberone VVirtzburgenſi Epiſcopo ad honorem S. Trinitatis, S. Crucis, S. matris Dei, S. Nicolai, Sanctorumq; omnium.

Diſciplina in hoc Monaſterium (quod Ruggero ex Italia reuerſo perplacuerat) Benedictina introducta eſt: ac ſucceſſu temporis, Comes Burcardus, vnus conuerſorum, ibi religioſè vixit.

Dedit Moguntinus quoq; Archiepiſcopus Ruthardus literas de hac fundatione: in quibus tales quidam Articuli ſunt.

1. Illos tres Comites fratres, omnia bona, quæ antea ad arcem Chomburgicam pertinuerint, tradere nunc huic Monaſterio propria: nec hunc Dei cultum, neque à ſucceſſoribus ſuis, neque ab alijs vllis abrogandum eſſe. Fundationis literarum capita quædam.

2. Licere conuentui, Abbatem idoneum, quemcunque velint, vel ex ſeſe, vel aliunde, creare ſecundum Regulam S. Benedicti.

3. Abbati non licere, cuiquam ſeculari vlla cœnobij bona oppignerare, nec vendere. Aliter, Monachos poteſtatem alius Abbatis legendi habere.

4. Fas eſſe Abbati & fratribus, Aduocatum ſeu Patronum (ein Vogt / oder Schirmhärrn) quemcunque velint (modò non auarum & rapacem, ſed probum & iuſtum) ad iura Monaſterij tuenda, ſibi aſciſcere. Quam præfecturam tamen ille ſemper ab Imperio Romano, nec hæreditariò, accipiat. Sin is Patronus Subpatronum (ein Afftervogt) ſibi ſubſtituat: aut rebus Monaſterij, perſoniſuè, incommodet, contumeliamuè inferat: licitum eſſe, talem fucum repudiare.

Nomina Teſtium in illis literis.

Adelmannus, Abbas S. Albani.
Gotholdus, Collegij Præpoſitus.
Embricus, Camerarius.
Arnoldus, Cuſtos.
Anshelmus, Præpoſitus.
Volckardus, Decanus.
Ioannes, Magiſter.
Embrichus, Cantor.
Eulogius, Præpoſitus.
Richardus, Præpoſitus.
Drochmarus, Guntherus, Gotſchalcus.
Zeiſolphus, Reſegus, Laici.
Comes Gerhardus.
Comes VVigerus.
Rudiger de Huſen, & frater eius Henricus.
Henricus de Nevvenſtadt.
Comes Gotmar.
Comes Henricus.
Hainricus, Dieterichus, Sifridus, Volmarus, Embrichus, Hartmannus, VVolframus, Marquardus, Albertus, VValtherus, Arnolphus, Anshelmus, Vlricus.
Comes Ludouicus.
Heidrotus, Gunthарus, Henricus, Markhardus, Giſelbertus, Erneſtus, Ebenrichus, Giſelbrotus, Statthalterus, Embricus. Dudo, Embrichus, Vlricus, Stephanus, Volcknandus, VVolframus, Zeisholfus, Richardus, Hunbrechtus, Arnoldus, VVigandus, VVolfhertus, Sigilus, Nanno, Ernſt, Hainrich, VVigand. Aro, VVolfbert, Lutzmann, VVolfbert, Geb, Hartvvin, Bontz, VVendel.

Videmus hîc varia nomina veterum Sueuorum & Germanorum: ſicut & alibi. Nondum videlicet tunc Chriſtiana illa nomina (Hebraica) Græca, Latina: Ioannes, Petrus, Vincentius) introducta erant. Ponuntur hîc quoque nomina propria ſine cognominibus. Nomina veterū Germanorum.

Vixit deinde nobilis quidam vir Moguntiæ, nomine VVignandus (al. VVigandus) de Caſtel: qui habitabat in arce Caſtel, contra Moguntiam ſita. VVignandus de Caſtel. apud Moguntiam, Chomburgenſi Monaſterio fauens.

Habebat is vxorem, appellatam Adelhaidem. Erant ambo, pietatis & honeſtatis amantes. Ipſe habens Moguntiæ veterem domum lapideam, quæ ruinam minabatur, cùm etiam deijceret:

XX 3 repe-

reperit in muro luculentum theſaurum. Ignorans autem, cuius fuiſſet: nec ſciens, quomodo collocandus eſſet: cùm de noua Chomburgi fundatione, ipſe & vxor inaudiuiſſent: ibi tres pulchras, turres incbotas, ſed comitis Burcardi morte imperfectas; eſſe: fratrem eiusq; Comitem Henricum, cogitare de cœnobio ſacrarum fœminarum (quod olim, paruum Chomburgum, nunc S. Ægidij, nominatur) è regione prioris Monaſterij ædificando: motus ea re, eſt animus amborum religioſorum coniugum: vt illum theſaurum, cum omnibus ſuis bonis (liberis enim carebant) ad vtriusq; Chomburgi perfectionem converterent. Sic tres illæ lapideæ turres, quæ adhuc cernuntur, perfectæ ſunt: fœmineumq; S. Ægidij cœnobium, anno 1108. extructum eſt: conferente Henrico quoque Comite ſumptus. VVignandus in Magno Chomburgo, vxor in Paruo, vitam monaſticam amplexi ſunt.

S. Ægidij, vel paruum, Chomburgum.

Obijt ipſe poſtridie S. Martini (neſcio, quo anno) & Chomburgi ſepultus eſt, cum Comitibus Burcardo atq; Henrico, tertioq; Abbate Herdvvico, in ſepulcro fundatoris: cuius anniuerſarius dies, adhuc celebrari ſolitus. Sepultus ibidem & Comes Embardus, Epiſcopus VVirceburgenſis. Iuggerus verò, in peregrinatione Hieroſolymitana obijt: nec eius ſepulcrum ſcitur. Vxor VVignandi [illegible] *Adelhaida, atque comitis Henrici coniux Geba, in Ægidiano Parthenone humatæ ſunt. Sic & Bertha: eiuſdem Henrici, vel (vt alij volunt) Comitis Lobenbuſani Engelharti ſoror: nec non Sophia, & Gutha, & Irmelgardis, atq; aliæ præcipuæ Nonnæ.*

Sepultura fundatorum Chomburgenſium.

De comite Henrico, etiam hæc (in Rotemburgo tub. M Scr. Chron.) reperio: cum nullis liberis ex conſorte Geba ſuſceptis, fanum S. Ægidij in Paruo Chomburgo ædificaſſe, 4. altarium. Magno verò Chomburgo dediſſe oppidum Neunburgum (nunc nõ amplius extans) & pagos Gebſattel, Viſchbach, Sulczbach, Otterbach, Thalam, & Marckarthoſam. Ciuitatem quoque Rotenburgum, Imperio Romano tradidiſſe: eò quòd liberos non haberet. Diu fuiſſe patronum Eccleſiarum, VVirtzburgenſis, Chomburgenſis, & Oeringauienſis. Deinde, Ducem fuiſſe. Eo mortuo: poſtea Fridericus, Regis Conradi 3 filius Sueuus, ſe Ducem ſcripſit Sueuiæ, & de Rotemburgo.

Henrici, Comitis Rotenburg. merita in hæc duo Monaſteria.

Primam Prioriſſam perhibet VVidemannus, in Sanctægidiano fuiſſe Agnetem quãdam: eò propter virtutes ſuas à Cæſare Henrico Lutetiâ traductam: ac ſororibus præfectam: vt eæ viuerent ex præſcripto S. Scholaſticæ: quæ ſoror quondam fuit S. Benedicti. Huius Agnetis ſigillum ait repertum eſſe in foßione cellæ vinariæ (per petram, infrà ad hortum S. Ægidij) ex ære factum: in quo fuerint duæ palæ: cum maiuſculis his in orbem literis.

Agnes, Prioriſſa Sanctægidiana.

S. AGNETIS. DE PARIS.
PRIORISS. S. EGIDII.

CHOMBVRGENSES ABBATES, BENEFACTORES, ET patroni. VValdbotti. Abbates: ἀββαῖ, ἀρχιμανδρῖται.

CAPVT III.

1. Chomburg. Abbates.

HEmmo. Dicitur ex Monachis Lorchenſibus fuiſſe: qui & Lorchæ mortuus ac ſepultus ſit: cùm poſt aliquot annos ibi ſuos conuentuales inuiſeret. Lorchenſe autem Monaſterium, modò 1102. Domini conditum eſt, vt cognoſcemus. Serius ergo Hemmonem Chomburgum accepit.

2. Adelramus (al. Adelbertus) ſub quo prædictum S. Ægidij Gynæceum, cœptum & perfectum eſt: vbi ipſe etiam humatus.

3. Herdvvigus qui pro tertio fundatore (poſt Burcardum & VVignandum) habetur: vt qui plurimos fratres & ſorores, in vtroque Chomburgo congregauerit: eisq; optimo exemplo præiuerit. Monaſterium, & hortum circum id, muro incluſit: magnum candelabrum cupreum inauratum, ςεφανοειδὴς (figurâ coronæ) Fundatorum ſarcophago (in quo & ipſe humatus) de catena ferrea impendens, fecit. Eſſe dicitur ambitus (circumferentia) eius, circiter 20. pedum.

Candelabrum magnum, ſeu corona.

Epigramma huius coronæ: quod 7. April. 1559. M Ioannes Philippus Goeltzerus, M. Conradi pater, Syndicus Chomburgenſis, ad me miſit.

De illo Epigrammа.

Semper vt ad cœlos niſus extendat anhelos:
hac ope virtutum proſpexit iter ſibi tutum:
Viribus has ſcandens totis Hartuuigus ad arces:
iſtud præclaro qui fecit opus Nicolao:
Quo patre magnorum ſibi præmia dante laborum:
gaudeat in celis ſerui mercede fidelis.
Arte metallorum viſus cum paſcitur horum:
querere mens curet, quid opus ſibi tale figuret.

Turri-

Turribus & muris fundate non ruituris
myſticat Eccleſie ſtructuram circulus iſte:
argento ferro, confectus, & ære ſub auro.
Monſtrat Apoſtolicum turris bis ſena Senatum:
Per totidem metas ſua pandit imago prophetas:
qui pacis verè fundamina prima dedere.
Vrbe ſalutari plebs digna coëdificari,
ordine fraterno collucet, & igne ſupremo.
Signat opus fidei nitor aureus illitus eri.
Innuit argentum Verbi cumulare talentum.
Durities ferri commendat vim patiendi.
Ignis, ad ardorem ſeruare videtur amorem.
Cardine ſupreme ſcandenti in alta cathene
Spes deſignatur, qua virtus queque leuatur.
Et patris & fratrum petit hoc quicunque theatrum:
ſe fabrice tali meriturus conſabricari.

Epigramma in coronam Comburgenſem renouatam anno
M. D. LXX.

Longo obducta ſitu, nec non rubigine turpi,
Corroſa hæc pridem tota corona fuit.
Neuſtetterus eam iuſſit renouare Decanus:
picturaque ſacrum condecorare domum.

Fecit idem Abbas duas tabulas: in quibus imago Chriſti, extremi iudicij, & XII. Apoſtolorum Quarum vna, in anteriore altari Sanctægidiani cænobij ſtat: altera verò, anterius in alto altari Chomburgenſi: multò maior, imagines extantes babens: multis exornata gemmis diuerſi generis. Auream item crucem fecit, cubiti altitudine, digitorum quatuor latitudine, multis gemmis inſertis: quarum præcipua in medio, cani coloris Gammahu, gallinacei oui magnitudine; faciem & pectus Æthiopis habens. Hæc gemmà cùm mille florenorum æſtimata fuiſſet à quodam gemmario: Monaſterioq; ad decimas quaſdam, ære alieno grauatas, redimendas, pecunia opus eſſet: miſſus fuit cum cruce Syndicus cænobij, Georgius VVidemannus (quem ſæpe in noſtro opere citamus) in vrbem Auguſtam (vbi prima comitià Imp. Carolus V. agebat) vt illam gemmam venderet. Sed cùm non plus centum florenis vendi poſſet: curauit crucem Herbipolenſi Epiſcopo, D. Conrado à Tungen, offerendam. Cui ea perplacuit: voluitq; totam emere. Verum cùm ipſam diligentius contueretur: vidit in poſteriore eius parte, encauſtis cæruleis hos verſus. Tabulæ pictæ. Crux aurea. Gammahu gemma.

AVRI GEMMARVM SPECIALE DECVS VARIARVM,
SVMAT MAIESTAS PIA, QVOD COLLEGIT EGESTAS.
SVDOR ET HERVVICI PLACEAT DIVE GENITRICI.
SERVET ET HOC EDIS NICOLAVS, TVTOR PLEBIS.
IN COMMVNE BONIS VIGIL INSIT CVRA PATRONIS:
AVFERAT VT SI QVIS, STVDIIS ILLECTVS INIQVIS:
PENA MARCESCAT, QVÆ NVLLO FINE QVIESCAT.

Hoc Epigrammate & execratione lectis: non amplius emendam ſibi crucem Epiſcopus exiſtimauit: ſed eam voluit perpetuò manere in ſuo Monaſterio, ex voluntate Abbatis Herdvvigi: promittens aliaſe ratione, inopiæ cænobij conſulturum. Interea tamen aliunde pecunia contigit: qua decumæ illæ redemptæ ſunt. Cogitabat ille de auro Toloſano non tangendo: nec de memoria Fundatorum delenda.

4. *Albertus (al. Guntharus) qui fanum S. Oſualdi, & Xenodochium, Chomburgi condidit.*

Gernotus (al. Gernandus) qui poſt triennium laudabilis gubernationis ſuæ, Fuldam poſtulatus eſt Abbas. Vixit circiter 1156. Chriſti: & obijt, priusquam Romæ à Pontifice confirmaretur. Ideo non recenſetur inter Fuldenſes Abbates. Sepultus in Fuldenſi Baſilica. Sic & VValdramum, comitem Veldentiæ, Spirenſem Epiſcopum (qui 1336. mortuus eſt) ob hanc cauſam deteriore conditione fuiſſe inuenio: quòd non fuiſſet à Papa conſecratus & confirmatus. Nam ſimulacrum quidem eius eſt ſuper ſepulcro, in cænobio prædicatorum; verùm inſula, non in capite eius. ſed iuxta ipſum.

6. Engelhartus Leo. Hic ex conuentuali Chomburgenſi lectus fuit. Obijt XI. Kal. Ianuar. & Halæ ſepultus eſt in San Iacobeo.

7. VVernherus. ὀλιγόβιος. Circa hoc tempus oſſa Fundatorum, comitum Burcardi & Henrici fratrum, VVignandi de Caſtel, & Abbatis Hertvvigi, exhumata fuerunt: & in lapideo ſepulchro Chomburgicæ in Baſilica, repoſita ſunt ſub corona illa inaurata.

Senfftij nobiles. 8. Rudigerus. al. Beringerus, ex familia Sulmaiſterorum Halenſi. Et tunc etiam Senfftij, feudo huius Monaſterij obnoxij ſunt.

Nusbaumum. 9. Volckardus (al. Volckerus) qui obijt in viſitatione præpoſituræ in Nusbaumo: vbi & terræ mandatus eſt. Nusbaumum autem, Monaſteriolum & fanum eſt: conditum ex arce Nusbaumo, ad Grieſam fluuij Iagſti ſita, à duobus equitibus, Marquardis nomine, patre & filio, circa Domini annum 1136. Qui tradiderunt id Chomburgenſibus, omnibus cum reditibus: ea conditione, vt ſemper duo Chronburgenſes fratres, Monaſticam diſciplinam ibi plantarent. Quærebant ſcilicet homines ſtudioſè viam in cœlum. Chriſtus autem ſe dicit eſſe viam, veritatem, & vitam: & ad ſe, non aliorſum, iubet venire, laborantes & oneratos peccatis omnes. Ceſſerunt illa bona per aliquot annos Xenodochio Chomburgico: deinde verò, alijs. (Vitæ æternæ ſtudium.)

10. VValtherus. Obijt 3. Kal. Ianuar. & Murrharti ſepultus eſt.

11. Conradus Prenſius: qui ſenectute preſſus, Abbatia renunciauit.

12. Conradus Entzſevvius, vel de Entenſehe.

Entzervij. Rudera Caſtelli Entzſevvæ, poſt Michelbachum in ſylua ſunt, Fiſchenthalam verſus. Conceſſit hic Entzſevvius Halæ, cœnobiũ S. Iacobi Franciſcanis, anno 1237. Sub hoc Abbate ſtatutũ factum eſt, de nullo in conuentum Chomburgicũ recipiendo: niſi πατρόθεν καὶ μητρόθεν, vtroq; Parente, nobilis eſſet. Antea namq; etiam ignobiles recepti fuerant. Hinc accidit, vt ijdẽ nobiles, in Choro Monachi eſſe vellent: in cãpo, equites, loricas ſub cucullis induti, ceu quædam ἀμφίβια ζῶα. Vnde cœnobio multa offenſiones & detrimenta oborta. Sequuntur igitur nunc Abbates nobili genere nati. (Nobilium mutuum receptionis ſtatutum.)

Eltershoff. 13. Eberhardus Philippus Eltershouius. Obijt 8. Kal. Febru.

14. Embricus Bebenburgius.

Scheffl ai. 15. Henricus Schefflaius. Obijt anno 1241.

Hohenſtain. 16. Berohtoldus de Hohenſtain. Obijt 17. Kal. Ianur.

Morſtain. 17. Sifridus Morſtainius. Obijt 9. April. Literas hic ſigillo confirmauit nomine Monaſterij, an. 1304.

Heſenthal. 18. Henricus Heſenthalius. Obijt 17. Kal. Decemb.

Sulmaiſter. 19. Beringer Sulmaiſter. Murrharti in periſtylio ſepultus.

20. Conradus Hohuſius. Al. De Ehuſa.

Bilriet. 21. VVolfranus Bilrietius. Al. De VVillried. cum hoc, dimidium caſtelli Bilrietæ, & omnes reditus, ad Chomburgum venerunt. His temporibus, quatuor Parochiæ (Tungenthalia, Gebſattelia, Steinbachia, & Kœntzelſaia) cœnobio Chomburgenſi incorporatæ ſunt. Cui rei vt aſſentiretur VVirceburgum: ei Chomburgum quatuor Parochias (Reinvvolsbergiam, Michelfældiam, Steinkirchiam, & Kreglingiam) cum earum decimis, dedit.

Munckhaim. 22. Conradus, ex Munckhaimia (vt putatur) familia. Hic 1324. anno, 4. idus Martij, dum Monaſterij commoda augere cupit: grauiter ab Halenſibus vulneratus eſt, & captus: ſed per Moguntinum Archinuſtam Matthiam, Buchekium Burgundiæ comitẽ, liberatus: Haleq; ſatisfactionis conſecutio facta eſt. Habuit etiã Lympurgenſes & Hohenlohenſes Dominos, aduerſarios, propter arcem Nagelsbergam: quæ prope Kuntzelſaiam ſita eſt. Ceſſit ea, mortuo vltimo Nagelsbergio (familia, Leſcheni fuêre dicti) Chomburgenſibus, ratione feudi. Defendit verò Conradum Treuirenſis Archiepiſcopus Balduinus (comes Lutzelburgenſis, Henrici 7. Cæſ. frater) tunc Moguntinæ ſedis procurator. Præfuit hic Abbas 41. annos. (Abbas, vulneratus. Leſcheni.)

23. Rudolfus Gundelshouius.

Sieder. 24. Henricus Sieder, Monachus Chomburgenſis: qui extruſit anteceſſorem Rudolfum, pacis causâ cedentem. Sed Henrico poſt 10. A. mortuo: Facta ſunt hæc tempore Vrbani V. qui circa 1366. papa fuit. Multa paſſus à vicinis Rudolfus eſt, vir probus: & pacis causâ non omnia conqueſtus eſt patrono ſuo Adolfo, anno 1380. Spirenſi Epiſcopo, adminiſtratori Moguntiæ. Humatus eſt Chomburgi in D. virginis ſacello.

Feldner. Spieſſij. 25. Erchinger Feldnerus: qui obijt 1399. ſepultus in Chomburgico ſacello S. Ioannis. Anno autem 1549. die omnium Sanctorum: quando nobilis vir Ioannes Spieſſius (familiæ ſuæ vltimus) in eodẽ ſacello ſepeliebatur: viſus eſt hic Abbas Erchinger in ligneo loculo, in terra ſerica veſte indutus, nondum corruptus:

26, Ernfridus

26. *Ernfridus Velbergius: qui deceſſit 1421. die S. Timothei. Eo præſidente: Hohenſteinij Domini ædificarunt fratris ſui gratiâ, Chomburgi monaſticam vitam degentis, ſacellum ibi S. Michaëlis: cum duabus lapideis turribus perſpicuis, ſupra portam interiorem.* Velberg.

27. *Gottfridus Kochenſtettius (al. Sifridus de Stetten) cuius tempore Bemburgius quidam Chomburgenſibus erat hoſtis, & ciuitates contra Zollerenſem arcem. Cùm itaque vaſtarentur res Chomburgo ſubditorum: Abbas neceſſariò armatus cum equitibus exibat: armis & haſta pro ſuis propugnabat. Obijt 1431.* Kochenſtett.

28. *Ernfridus Velbergius 2. Hic anno 1468. pridie S. Bartholomæi, permiſſu Rudolfi Scherenbergij (qui poſtremus fuit huius nobilis generis) Epiſcopi Herbipolenſis, aperuit lapideum ſarcophagum, oſſa Fundatorum Chomburgi continentem, in tribus tranſuersè diuiſis thecis, in totidemq́; coriaceis ſaccis, ſingulis ſeorſim iacentibus cum quatuor plumbeis tabulis.* Scherenbergij. Sepulcri apertio Oſſa fundatorum

In prima tabula primæ thecæ, vel interualli ſcriptum erat: ſecundo die Septemb. obijt Comes Burchardus, fundator huius loci.

In ſecunda: XVIII. Feb. obijt comes Hainricus frater D. Burchardi, fundatoris huius loci.

In tertia tabula ſecundæ thecæ ſeu ſpatij: Die XII. M. Nouemb. obijt Monachus Vignandus.

In 4. tabula ſecundæ thecæ: Die XXI obijt piæ memoriæ Herdvvigus, 3. Abbas huius loci.

Hæc omnia, ſuis rurſum locis repoſita ſunt: & addita plumbea tabula: quo anno & die, quo Abbate & teſtibus, apertum fuerit ſepulcrum: atq; cuncta denuò concluſa ſunt. Ædificauit hic Abbas ſacellum ſuper oſſuariam Chomburgi. Ibi in lapideo ſarcophago iacet: anno 1476. die S. Paſchatis mortuus.

29 *Andreas Triefsbuſius, huius ſtirpis vltimus: Monachus probus & ſimplex: qui, prædone quodam cœnobiũ infeſtante ſe abdicauit munere ſuo. Obijt 1484. Chomburgi in Templo ſepultus.* Triefsbuſij.

30. *Hiltebrandus Cruchbaimius (al. Crailsbaimius) qui opponentibus ſe ipſi conuentualib. mœrore confectus obijt Halæ, domi ſororis ſuæ. Quieſcit Chomburgi in D. virginis ſacello, an. 1485.*

31. *Sigfridus Holczius, conuentualis Neresbaimius. Sub quo Abbate, anno 1488. Pontificante Innocentio 8. imperante Friderico 3. epiſcopante VVirceburgi Rudolfo Scherenbergio: Monaſterium hoc, in collegiũ ſeculare mutatũ eſt: Prælatis commiſſum quinq; Præpoſito, Decano, Scholaſtico, cantori, & cuſtodi. Vltimus hic Abbas & primus præpoſitus (ceu Ianus bifrons) defunctus eſt. 1504. die S. Baptiſtæ decollati: Chombergi in caſtella S. Petri humatus. Sed cùm adhuc viueret, in adiutorẽ præpoſituræ ſibi adhibuit. Petrum de Luſſſes canonicum VVirceburgenſem: magnæ prudentiæ & auctoritatis virum. Qui à VVirceburgenſi Epiſcopo, reſtitutionem Chomburgenſibus impetrauit omnium ſuorum Eccleſiaſticorum & ciuilium feudorum. Obijt die palmarum, A. 1522.* Collegium ſeculare ex hoc monaſterio factum. 1. Præpoſiti eius. 2.

Succeſſit ei in præpoſituræ munere, Marchio Brandenburgenſis Gumbertus: qui Romæ familiam alens, Chomburgum nunquam vidit. Anno autem 1527. cùm Germanos, Romam fœdè diripientes, mitigare niteretur: ab eis captus eſt, & Aula eius direpta. Deportatus dein ab eis Neapolin: altero ibi anno, propter aëris inſolentiam mortuus eſt. 3.

Secutus eſt in præpoſitura Philippus Schachius Lympurgenſis. 4.

Daniel Stieber, VVirceburgenſis canonicus: qui adhuc 1550. vixit. Quem alij ſecuti ſunt vt, Hildericus, & Henricus Kœrius. 5.

Decanorum nomina. 1. Fridericus à Buchelberg. 2. Erbardus à Schaumberg. 3. Henricus à Cœllen. 4. Georgius à Truppach 5. Craſſto à Riexingen. 6. Eucharius à Fronhofen. 7. Eitel Tritwein. *8. Gernandus à Schvvalbach. 9. Eraſmus Neuſtetter, cognomento Sturner: Eccleſiæ, Bambergenſis & VVirceburg. Canonicus, eques Francus: vir eruditus, cui à doctis viris libri plures dedicati ſunt.* Decani.

BENEFACTORES aliquot Chomburgenſis Monaſterij: Benefactores Chomburg. Collegij.

Vtemporo, Amacdern.

Albertus à Bilriet, eques. Qui diuiſione bonorum cum fratre facta, dimidium arcis Bilerietæ (ad amnem Bileram ſupra pagum Kreſſtelbachum ſitæ) cum pertinentijs ſuis, & cum equeſtri balteo, ad hoc cœnobium contulit, Monacho inibi induto.

Henricus Mulſingus.

Henricus, Archipresb. VVirceb. & duo fratres eius, de Altorff. dicti, VVinter & Richilo.

Sigelochus, & mater eius.

Egesbertus de Heſſenthal.

Egesbertus, de Odlechſdorff.

VVipertus de VVichſerſhaim, & vxor Engilia.

Gutta

Gutta de Bockſberg.
Sigillo de Grellenſtatt.
Palatinus Ludouicus, & coniunx eius Adelhaida.

Sed & hi:

Conradus Santzenbachius.
Fridericus Scheffaius.
Gottfridus Klingenfelſius.
Ruggerus Sulczius.
Craffto & Albertus Reinvvolſpergij.
Comes Engelhartus Lobenhuſius: cucullam ante obitum ſuum Chomburgi indutus. Fratrem habuit Ludouicum: qui vnà cum Henrico Schnevvaſſero, altare B. virginis Chomburgenſis (auff dem liechten Chor) *dotauit. In hoc Monaſterio ſepulti.*

Aduocati illius. PATRONI, vel Aduocati: προστάται, παράκλητοι.

Comes Henricus, Fundatoris Burcardi frater.
Comes Engelhartus de Lobenhuſa.
Archiepiſcopus quidam Moguntinus.

Frid. Dux Sueuiæ. *Dux Sueuiæ & Franconiæ Frider.* 1106. *Interdum, ſedes Romana: temporibus Pontificum, Clementis, Martini, & Innocentij. Nonnunquam Romanus Cæſar, vt, Conradus* 3. *rogatu conthoralis ſuæ Gertrudis, anno* 1138. *epiſcopantibus, Adalberto Moguntiæ, & Embrichone VVirceburgi. Vt, Carolus* 4.

Ioannes de Turn: qui putatur Comes fuiſſe Krautenſis, cognomine VValdbottus: eò, quòd tunc fuerit à Cæſare conſtitutus: vt hinc inde, cum manu militari excurreret contra raptores, in ſyluas (in die Wäld) *& contra prædatorias arces. Tales enim emiſſarij (quæ conſuetudo quondam fuit) VValdbottl nominabantur,* ὑλωροί. *Rurſus quidam Moguntinus Archiepiſcopus.*

Comes Hohenlohenſis.

Comes VVirtembergicus: qui Chomburgum à tributo nouo, quod à quodam Lympurgico introducebatur an der Halßſtaigen/ *liberauit.*

Hala Sueuica.

Sub Innocentio P. & Friderico 3. *Imp. & Rudolfo Scherenbergio, VVirceburgenſi Epiſcopo, patronatus hic ad VVirceburgicum Epiſcopatum, & ſecundariò ad Lymburgenſes ſemper liberos Barones, deuênit.*

HILTEBRANDVS P. DEIICIENS, ET DEIECTVS. LITERÆ EIVS AD R. Rudolfum: & huius interitus in pugna. Friderici Hohenſtauffenſis exaltatio apud Henricum Cæſarem. Contentio inter hunc Fridericum, & Bertoldum 2. Zæringenſem. Alemannia Turegumq́;. Inter Abbates, Eccardum Diuitaugienſem, & Vlricum Sangallenſem, concertatio. Genus Friderici de Hohenſtauffa. Octauum haſtiludium, Auguſtæ Rhæticæ.

CAPVT IIII.

„ ANNO 1080. *cùm Papa Hiltebrandus Henricum, inualeſcentem contra principes, iterum*
Excommunicatio Henrici Cæſ. à P. Gregorio repetita. „ *atq; iterũ, eorum oratu diris deuouiſſet: magnis rurſum turbis Germania impleta eſt. Ego au-*
„ *ctoritate Apoſtolica (inquit ille) mihi à Deo delata, Henricũ Regio Germaniæ titulo iterũ ſpolio:*
„ *& Chriſtianorum obedientia priuo: atq; omnes religione iuriſiurandi, quo ſe illi obſtrinxerunt, ab-*
„ *ſoluo. Contrà verò vt Rudolfus à proceribus Germaniæ, in Henrici locũ declaratus, Regnum ad-*
„ *miniſtret ac tueatur: nomine noſtro omnibus, qui fidem ei præſtiterunt, omniũ peccatorũ remiſſionem veniamq́; & in hac, & in futura vita, concedo. Hæc, à Sigonio cõmemorata. Sed quid Chriſtus, ad ipſa? Reges gentium hu dominantur: &, qui poteſtatem in eas habent, clementes Domini appellantur. Vos autem, NON SIC. S. Petrus neminem Regum, de ſolio deiecit: neminem, qui non eſſet Rex, in Regio ſolio locauit.*

De morte Henrici vana prædictio. *Idem Hiltebrandus, feriâ ſecunda Paſchatis (Bennone & Sigeberto teſtibus) in Eccleſia S. Petri, de ambone publicè clamauit: Regem Henricum, vſq; ad proximum S. Petri feſtum, ſine dubio moriturũ: aut à Regno penitus deijciendum: ita, vt nõ poſſet amplius deinde ſex milites congregare. Addidit, ſe nullo modo habendũ pro Papa ſed ab alteri auellendũ: ſi hæc nõ fierent. At cùm poſtea nihil tale factũ eſſet: vulgo indocto perſuaſit, ſe non de corpore, ſed de anima Regis, prophetaſſe.*

Brixiæ contrà Noricæ (Vrſpergenſi teſtante) in conuentu XXX. *Epiſcoporum exercituq́; Procerum Germaniæ & Italiæ, iuſſu Henrici congregato: ab Apoſtolica ſede deiectus eſt,*
„ *Hiltebrandus. Quia (inquiunt) illum conſtat non à Deo electum; ſed à ſeipſo, in fraude ac pecu-*
nia

nia impudentiſſimè obiectum: qui Eccleſiaſticum ſubuertit ordinem: qui Chriſtiani imperij perturbauit Regnum: qui Regi Catholico ac pacifico, corporis & animæ intentat mortem: qui periurum defendit Regem: qui inter concordes ſeminauit diſcordiam: inter pacificos, lites: inter fratres, ſcandala: inter coniuges, diuortia, &c. iudicamus canonicè deponendum, & expellendum. Actum 7. Kal. Iulij, Feria 5. Indict. 3.

Viciſſim Gregorius, R. Henrico exauctoratus.

EPISTOLA HILTEBRANDI AD R. RVDOLPHVM.

Gregorius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Rudolfo Regi: & omnibus, ſecum in Regno Saxonum commanentibus, tam Epiſcopis, quàm Ducibus & comitibus, maioribusq́ ac minoribus, peccatorum abſolutionem, & Apoſtolicam benedictionem.

Cùm veritas ipſa dicat: omnium qui propter iuſtitiam perſecutionem patiuntur, Regnum eſſe cælorum: & Apoſtolus clamet, neminem, niſi qui legitimè certauerit, poſſe coronari: nolite, filij mei, in hoc qui vos iā multo tempore exagitat, bellico furore deficere: nolite per illius fallentis perſonæ mendacia, de noſtro fideli adiutorio dubitare: ſed magis magisq́ pro tuenda veritate Eccleſiaſtica, pro defendenda veſtræ nobilitatis libertate: labori iam citius finiendo incumbite: & ex aduerſo aſcendite: vos & corpora veſtra, quaſi murum pro domo Iſraël opponendo. Chro. membran. M. Scr.

Confirmat Rudolfum R. & ſocios, P. Gregorius.

Bellum inter Henricum & Rudolfum (verba Stadenſis Abbatis Alberti) ixta fluuium Elleſtrā geritur: in quo Rudolfus vulneratus in manu dextra, fugit Merſeburgū (non longè à Lipſia) mortiq́ iam proximus dixit ad familiares ſuos: Videtis dextram meam, de vulnere ſauciā. Ecce hæc eſt manus qua Domino meo Henrico fidem firmaui ſacramento. Sed iuſſio Apoſtolica, pontificumq́ petitio, me ad id deduxit: vt iuramenti tranſgreſſor, honorem mihi indebitum vſurparem. Quis igitur finis nos exceperit, videtis: quia in manu, vnde iuramenta violaui, mortale hoc vulnus accepi. Viderint ergo hi, qui nos ad hoc inſtigauerunt, qualiter nos duxerint: ne fortè deducti ſumus in præcipitio mortis æternæ. Et hæc dicens, diem clauſit extremum.

Rudolfi R. in prælio, cum R. Henrico commiſſo, interitus.

De eodem, Helmodus Chron. Sclauorum lib. 1.

Congregauit R. Henricus exercitū grandē, vt expugnaret Rudolphū: fuitq́ cū eo Godefridus ille, q poſtea liberauit Hieruſalē, ac multi potentū. Pugnauerūt, Reges inter ſe: & victa eſt pars Rudolphi: cecideruntq́ Saxones & Sueui. Rudolp. in manu dextra vulneratus, fugit Marcipolin, &c.

Et Gottfrid. Viterb.

Dū fugit Henricus, comitū fugiente caterua:
miles ei ſignum media ſtatione reſeruat,
dicens: Quo grader is? Reſpice, victor eris.
Hoc ego Rudolphū gladio tibi dico peremptū.
Rex negat euentum: ſed eum trahit ille retentū.
Dum tractus rediit: victor & ille fuit.

De eodem, Chron. M. Scr.

Factum eſt hoc prælium 4. idus Octob. Feria quinta. Saxones (qui alicui illius loci, magna præda potiti erant) poſtea ad caſtra ſua reuerſi, repererunt imminutam magnam partem gaudij ſui. Nam Rex Rudolfus, amputatâ ſibi manu dextera: aliud quoq́ lethale vulnus, vbi venter ad ilia deſcendit, ſuſceperat. Magis tamen, quàm ſuum, populi caſum dolebat. Auditâ verò ſuorum victoria. Nunc, ait, lætus patior: ſiue viuēs, ſiue moriens, quicquid voluerit Dominus. Ergo, vt eos, quos de morte ſua videbat dolentes, conſolaretur: ſe in præſenti non moriturum, fidenter promiſit: ſuiq́ poſtponens curam, ſuis vulneratis oſtendebat: quæ deberet adhiberi medicina. Qua fortitudine ſimul ac pietate, Principes commoti: concorditer ei omnes ſpoponderunt: vt, ſi Dominus omnipotens vitam illi ſeruare vellet: etiamſi vtrâq́ manu careret: nullum alium, eo viuo, Saxoniæ Rectorem eligerent. Quâ ille fide multum lætatus, felici eſt morte reſolutus: & apud Merſburch *honorificè humatus. Hæc, ibi.*

Epitaphium eius.

Rudolfi Epitaphium.

Rex hoc Rudolfus, patria pro lege peremptus,
Plorandus meritò, conditur in tumulo.
Qua vicêre ſui, iacet hic ſacra victima belli.
Mors ſibi vita fuit: Eccleſiæ cecidit.
Rex illi ſimilis, ſi regnet, tempore pacis,
Conſilio, gladio, non fuit à Carolo.

Henricus autem R. cum poſterius audiuiſſet, Rudolfum Regali pompa eſſe ſepultum: idq́ plerisq́ moleſtum eſſet, tanquam Henricum dedecoraret: ſi Tyrannus poſt mortem etiam ſuam Regijs Inſignibus honoraretur: Mittite, inquit ille. Ego verò optarem, omnes meos hoſtes ſic ornatos iacere. Ioan. Cuſpin. ex Oth. Friſing. 1. de Fried. Imp. 7.

Henrici R. dictū de Rudolfi ſepultura.

Mortuum inuenio Rudolphum Octob. 16. Eum iuuerant Achalmenſes quoq́ comites, Cono & Luitoldus.

Achalm. Comites.

toldus. Qui multis ſuorum militum amiſſis, domum redierunt: ſuoq́ tempore Monaſterium Zuifaltam fundauerunt, vt cognoſcemus.

Rapoto comes.

Interierat illo prælio Rapoto etiam fidus Regi Henrico comes. De quo idem M. Scr. Chronicon, Dum præſules, inquit, qui Henricum adiuuabant, cum ſuis Clericis, Te Deum laudamus, gaudentes canebant in caſtris: ecce Rabodo, vnus de ſummis principibus partium Henrici, apportabatur occiſus. Quem qui ferebant: de longè, Fugite, fugite, clamabant.

R. Henricus, contra Sueuiam & Tubingam. Frider. Hohenſtauffenſis, R. Henrici gener.

Dicitur Rex Henricus, hanc victoriam adeptus, in Sueuiam reuertiſſe: eam denuò vaſtaſſe, Tubingamq́ obſediſſe. Strenuum autē ſe vſq, in omni hoc Regis Henrici aduerſus Rudolfum bello, Fridericus Hohenſtauffe Baro præſtitit. Huic Henricus ſuam ex Regina Bertha filiā Agnetē (vt aliâs quoq dictum) virginem longè ſpecioſiſſimam dedit: Ducatu Sueuiæ (quem Rudolfi genero Bertholdo Zaringenſi eripuit) addito: ad quem Franconiæ poſtea gubernatio acceſſit. Procreauit ille ex hoc coniugio filios: Fridericum vnioculum, & Conradum, Romanum poſtea Regem.

De hoc Friderico, Friſing. I. de Frid. 8.

Ea tempeſtate, inquit, comes quidam, Fridericus nomine, ex nobiliſſimis Sueuiæ comitibus originem trahens, in caſtro Stoyphe dicto coloniā poſuerat Hic cùm eſſet conſilio prouidus, armis ſtrenuis ad curiam Imperatoris aſſumptus, per multos dies ibi militarat: ſtrenuiſſimiq́ ac nobiliſſimi militis officium implens: in omnibus periculis ſuis viriliter Imperatori aſtiterat. Videns Princeps ergo Reip. tam dubiū ſtatum: vocato ad ſe ſecretò præfato comite: ſic eū alloquitur. Virorum optime, quē inter omnes in pace fideliſſimū, & in bello fortiſſimū, expertus ſum: cerne, quomodo Romanus orbis, tenebris inuolutus fide vacuus, ad facta nefandiſſima cōcitatur. Nec Parentibus re-

Verba Henrici ad ipſum.

» *uerentia, nec Dominis debita ſubiectio, ſeruatur: factioſa iuramenta, quæ cōtra leges diuinas & hu-*
» *manas in angulis fiunt, Diabolo inſtigante, pro ſacroſanctis habentur. Cùm omnis poteſtas à Deo ſit: qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit. Aſſurge igitur: & ad debellandos Imperij hoſtes, viriliter accingere. Neq enim priorum meritorū tuorum immemor exiſto: nec futurorum ingratus ero. Filiam quippe, quam habeo vnicam, tibi in matrimonium tradam: Ducatumq́ Sueuiæ, quē Bertolfus inuaſit, concedam. Sic itaq prædictus Fridericus, Dux ſimul Sueuorum, & gener Regis factus, ad ſua redijt: ac Bertolfum tandem pacem petere coëgit. Hæc, Friſingenſis.*

Honhenſtauffenſium exaltatio.

Fridericum, comitem vocat: cùm Stauffenſes, hactenus Barones fuerint. In Sueuia Barones quidam erant (inquit Nauclerus) de STAVFA, belli pacisq́ artibus illuſtres. Ex his Fridericus erat: cuius fides virtusq́ apud Imp. Henricum tanta fuit: vt ei filiam Hagnem, vxorē daret. Hæc & alia, ille. Semina tunc iacta ſunt Imperialis dignitatis ad Sueuos transferendæ: quam hæc ſtirps (ex caſtro Hohenſtauffa, vel ex oppido VVaiblinga, ortum ducens) ad CXX annos magnificentiſſimè adminiſtrabit: Siciliam cum Apulia obtinebit: Conſtantinopolin deſcendens, & in Aſiam tranſiens, armis potenter Saracenos fatigabit: vt ſuis locis, διὰ βελοῖσος, *oſtendemus. Hîc enim modò, aliqua maior diligentia Germanorum in ſcribendo apparebit. Antea, non ita multa de Sueuicis rebus annotarunt Germani. Stauffenſibus verò Proceribus exaltatis; cum demum oculi eorum magis aperti ſunt (in barbarica etiam eruditionis caligine) & plura notari cœperunt.*

Bellum inter Berchtoldum Zaring. & Fridericum Hohenſtauffenſe, ac tranſactio. Exfeſtucare. Tigurum, à Sueuiæ Ducatu ſeparatum.

Diſplicuit autem Berchtoldo Zaringenſi Berchtoldi filio, vehementer: Ducatum Sueuiæ, Friderico Hohenſtauffenſi datum eſſe: ideoq́ armis ad ſe redigere conatus eſt. Verùm fortiter eum Fridericus inde arcuit: atq, Cæſare Henrico agente, res ita compoſita fuit: vt Bertoldus, ſiue Bertolfus, Ducatum Sueuiæ exfeſtucaret (quo Verbo Friſingenſis vtitur: id eſt, tanquam feſtucam ex oculo ſuo remoueret, hoc eſt, abdicaret. Sic intelligo) & comitatum præfecturæ Tigurinæ acciperet. Sic liberatū fuit Tigurum ſiue ſeiunctum, ab adminiſtratione Sueuiæ. Tigurum autem (quod olim Turegum nominabatur) nobiliſſimum vocatur ab eodem Friſingenſi oppidum: in faucibus montium Italiam verſus. ſuper lacū, vnde Lemannus fluuius fluit, ſitum. Id, Imperatorum ſeu Regum (Franciæ) olim coloniam ait fuiſſe: tantaque, vt à Maioribus perhibitum ſit auctoritatis: vt Mediolanenſes, ſi quando ab Imperatore ad tranſalpina vocarentur iudicia: ibi ius accipere debuerint. Vnde, ex honoris aliarumq́ue commoditatum abundatia, in porta eius ſcriptum fuerit:

Turegum. Alemanniæ nomen. Nuntius rei triſtis.

Nobile Turegum, multarū copia rerum. Ab illo etiam fluuio Lemanno, totā prouinciam, Alemanniam vocari. Non rectè totā Teutonicam terrā, Alemanniam dici: ſed hoc nomen, tantū prouinciæ, quæ à Lemanno dicatur, nempe Sueuiæ, conuenire. Fuit Berchtoldus ille (eodem ſcribente) ea fortitudine & moderatione: vt, ſi nuntius triſtia afferens, ea dubitaret exponere: ipſe ad eum diceret: Dic, dic. Scio, lætis ſemper comitari triſtia, & triſtibus læta.

Turegi nomen.

Addam de Turego, quod alicubi reperi: dictum eſſe quaſi Duregum, Germanicè Zürich: *quod ſignifi-*

ſignificet duo Regna, zwey Reich*: quoniam olim duos Reges habuerit: Sueuum, & Burgundionem, vel Arelatenſem. Cumque flumine Lemanno diuidatur: dicitur, maius oppidum eſſe conditum à Rege Sueuorum Sueno (à quo Sueuiæ nomen ſit) minus verò, à Dureco vel Thurico, Rege Arelatenſium.*

De contentione illa inter Fridericum & Berchtoldum, Nicolaus Vignierius.

Amplius de diſsidio inter Fridericum & Berchtoldum.

Zeringenſium ditio, & titulus.

Lis, inquit, quæ magnis odiis inter Fridericum à Stauffen, & Berchtoldum Zaringiæ Ducem, ob Ducatum Alemanniæ perſeuerabat, Imperatore arbitro, ita compoſita eſt: vt Friderico tota Sueuia, Bertholdo autem Briſgoiæ ciuitates, & nonnullæ prouinciæ in Alſatia, cum Nuictlandia & præfectura Tigurenſi (quam Aduocatiam tunc dicebant) tituloq; Burgundiæ Ducis, remanerent. Sed ex Annalibus Friburgenſibus conſtat: Zaringenſes Principes, non ſolùm Ducis: ſed etiam Regis, aut potius Rectoris Burgundiæ & Arelatenſis, titulo vſos fuiſſe: idque, vt Nauclerus cenſet, Imperatorum aſſenſu: licet, præter titulum, nihil aliud inde emolumenti perciperent. Cæterùm, cùm Nuictlandia, totaque Heluetiorum regio, ſub poſteriorum Regum Burgundicorum Imperio conſtituta fuerit: iis deficientibus, Sueuici Duces, quicquid in ea obtinuerunt: vel Cæſarum beneficio, vel alio quopiam iure, ſibi attribuiſſe videntur. Hæc, ille. At longè etiam antè, Burgundiam adhuc Regibus tenentibus: partes hodiernæ Heluetiæ, Turgouia & Zurichgouia, ſub Alemannia vel Sueuia continebantur: quemadmodum antehac non ſemel ex noſtris Annalibus clarum fuit. Scribebat ſe Bertholdus (6: Stumpf. 15.) ein Kaſtenvogt zu Zürich*. Sed & Ducem Zaringiæ. Sequenti tempore, Fridericus Dux Sueuiæ, rebelles ſoceri ſui vicit, propè Hœchſtetam Danubij, Guelphonem & ſocios. VVigoldum deinde, à Guelphone factum Pſeudoepiſcopum Auguſtanum, expulit vrbe: Templo S. Mauritij combuſto. Ipſe ſcil. & Conradus Comes de Rod: Guelphonem, qui res turbabat, quando Cæſar Henricus in Italia erat, ad Danubium pugna ſuperarunt: VVigoldumq; poſtea eiecerunt. Quibus de rebus ſuo loco.*

Friderici Sueui res aliæ geſtæ.

Hœchſtet.

Hohenſtauffa ſitus.

Hohenſtauffa (hodie muri tantùm, tanquam oſſa ſine carne) cum pago ſubiecto Stauffa, eſt VVirtembergici Ducatus noſtro tempore: ſita inter Gœppingam & Gamundiam, in altiſſimo monte. Ideo miror, quomodo Stumpfius lib. 4. Heluet. Chron. cap. 44. ſcribat: Friderici huius Stauffam, inter Spiram & VVormaciam eſſe ſitam. Habuit Fridericus fratrem Ludouicum: à quo condita fertur arx Stauffenecca: quæ è Stauffa alta facilè cernitur. Licet de fratre Friderici Ludouico, non ſatis conſtare, alicubi legerim: ſed certum eſſe, huius nominis fuiſſe propriam familiam, Stauffenecciam: quam tamen, num à Friderici fratre Ludouico ſit orta, ſciri non poſſe. Vſos tamen eſſe Stauffeneccios iiſdem ferè Inſignibus: quibus Stauffenſes ante adeptum Sueuiæ Ducatum: leone ſcil. vel leopardo potius, erecto. Arcem autem Stauffeneccam, ad Rechbergios, partim dotalitio, partim emptionis titulo, perueniſſe A. 1333. Sic, ibi. Cæterùm, alias etiã Stauffas eſſe, iampridem diximus. Vt eſt Stauffa prope Dillingam: & Stauffa, Hegoiæ arx: combuſta 1499. cum arcibus Fridinga & Steuſſelinga, ab Heluetiis: Imp. Maximiliano, & Sueuico fœdere, eam gentem oppugnantibus.

Stauffeneck.

Eccardus, Abbas Diuitaugienſis.

Dictum eſt præcedente libro, de Augiæ diuitis Abbate Eccardo II. eum in Italia fuiſſe captum: ſed fauente Papa, & eius Domina Mathilda, dimiſſum. In Alemanniam ergo reuerſus: armis hoc 1080. anno Abbatiam ſuam, quam ei Sangallenſis Vlricus III. eripuerat, recuperauit: ac tribus expeditionibus, Sangallum magnis incommodis affecit: quorum tertia Cœnobium occupauit, Monachis metu dilapſis: non tamen retinuit. Sequenti ergo anno, circa Pentecoſten, quartam eò ſuſcepit expeditionem: & ex nouo caſtello, quod in vicino mõte ædificauerat, Berneccumq; nominauerat, ſe plurimum ſperabat damni illaturum. Sed Vlricus, milite ex Turgoia & Zurichgoia collecto, breui illud, rurſum deſtruxit: vt Stumpf. in vita R. Henrici ſcribit. Suprà quoq; de talibus rebus diximus.

GENEALOGIA Dominorum Hohenſtauffenſium aliquò vſque, ex M. Scr. chartis, & aliunde. Correxi monitu amico D. Oſualdi Gabelc.

Stauffenſium Genealogia.

Primò, Henricus ponatur, Baro de Hohenſtauffen, 1050. Qui in pago Lorcha, Eccleſiam 12. Sacerdotum, cum præpoſito, fundauit: qui rem diuinam quotidie peragerent ad ſalutem defunctorum huius familiæ: quorum oſſa poſterius à Conrado III. Rege, è pago in Monaſterium Lorchenſe tranſlata ſunt. Vxor eius, Agnes (nõ Hiltegardis, vt alibi inueniebam) Comitis Helfenſtainij Vlrici iunioris F. 1065.

Secundò, Henrici filius fuit Conradus. Ei nupta erat Hiltegardis (al. Himelgardis) Comitiſſa Hohenlohenſis.

Liberi horum. 1. Ludouicus, vt putatur: arcis Stauffenecca conditor. 1080.

2. Gualtherus, Baro Stauffenſ. in monte S. Eliſabeta, inter Lorcham & Schorndorffam. 1075. Sepultus eſt cum Ludouico in Monaſt. Lorcha.

3. Adelhaidis, Baroniſſa Stauff. 1080.

4. Cordula. 1075. Ortemburgij Comitis Theodorici vxor.

5. Fridericus Antiquus, primus Dux Sueuia. 1080. Ab ineunte atate deditus militia. Fundauit Monaſt. Lorcham 1102. quo & obiit. Militauit fortiter & fideliter ſocero ſuo, Regi Henrico IV. praſertim contra ψευδοβασιλέα Rudolfum. Illo mortuo, vxor Agnes Marchioni Auſtria S. Leopoldo nupta fuit. 1105.

6. Otho, Epiſcopus Argentinenſis. 1084. Qui matris ſua auxilio, Seleſtadij prapoſituram S. Fidis fundauit.

7. Conradus. 1070. Hic aliquandiu cum fratre Friderico, Hohenſtauffa dominatus eſt, ac cælebs obiit.

Dabant Manuſcripta duas Hiltegardes, vel alteram Himelgardem, Baroni Henrico vxores: qua alibi vna tantùm Hiltegardis, vel Himelgardis, videbantur. Sed fideliter me D. Oſualdo monente, ſic emendaui. Nam altera Hiltegardis, Conradi vxor fuit: qui in M. Scr illis non erat. Prior verò vxor, non Hiltegardis, ſed Agnes, nomen habuit.

Tertiò, Friderico Antiquo & Agneti, nati ſunt hi liberi.

1. Fridericus ἑτερόφθαλμος, vniocul us, vel luſcus, Dux Sueuia. 1126. Qui habuit vxores: Iuditham, Ducem Bauaria, Henrici Nigri vel VVelphonis F. 1115. & Agnetem (al. Gertrudem) Friderici Comitis Bipontini Sarbruccijq; F. 1125. Illius tempore cæptum eſt (ab ipſo, & patre eius) op. Gœppinga adificari. Ibi acidula.

2. Conradus, Dux Sueuia & Franconia: poſtea, Rex Rom. cuius vxor, Comitiſſa Sultzbachenſis Gertrudis. 1140. Filij, Henricus, Fridericus, & alij.

3. Lucia, vel Luitgardis: nupta Conrado, Duci Saxonia: Marchioni Miſnia: fundatrix Elchingenſis ad Danubium Cœnobij. Spangenbergius 2. Quernfurt. Chron. 42. ait: virum eius fuiſſe March. Conradum Landſpergenſem: anno 1131. vel 1132. in expeditione Lotharij Italica interfectum.

Additur alicubi 4. etiam Hermannus.

Quartò, Friderici vniocul i proles.

1. Ex Iuditha, Fridericus Barbaroſſa, Imp. Rom. 1153.

2. Ex Agnete: Clementia, nupta Ludouico, Landgrauio Turingia: & Conradus, Palatinus Rheni, 1170. Habuit Fridericus Barbaroſſa etiam Iuditham ſororem. 1150.

Conradi vxor, Agnes: filia Conradi Palatini Rheni. Filiam habuit Conradus Agnetem: ſepultam in ſuo Monaſterio Stadeno: Cuius vir fuit Henricus, Brunſuicenſis Dominus, ac Palatinus. 1227. Qui alteram poſtea duxit vxorem, Landsbergenſem Agnetem. Titulus Conradi. Von Gottes gnaden Conrad / Pfaltzgraff bey Rhein / Hertzog zu Schwaben / vnnd in Francken: deß heyligen Römiſchen Reichs Ertztruchſes vnd Churfürſt: der Gottshäuſer Wormß / Würtzburg / Straßburg / Speir / Fulden / vnd Weiſſenburg / ꝛc. Probſt vnd Kaſtenvogt. *Habitauit Haidelberga: quam & amplificauit, & ornauit, Obiit 1186. Sepultus in Monaſt. Schænavv Othenvvaldenſi, 1. milliario ab Haidelberga.*

ARBOR HACTENVS poſitarum perſonarum.

- *Henricus. vx. Agnes.* — *Conradus. vx. Himelgardis.*
  - *Ludouicus.*
  - *Gualtherus.*
  - *Adelhaidis.*
  - *Cordula.*
  - *Frider. Antiquus.*
    - *Fride. Luſcus.*
      - *Fridericus Barbaroſſa.*
      - *Conradus* — *Agnes.*
      - *Clementia.*
      - *Iuditha.*
    - *Conradus.*
      - *Henricus.*
      - *Fridericus, &c.*
    - *Lucia, vel Luitgardis.*
    - *Hermannus.*
  - *Otho.*
  - *Conradus.*

Referebat

Referebat Fridericus Antiquus originem ſuam, ad priſcos Francorum Reges (ortu Germanos) Clodoueum, & Carolum Magnum. Fridericus quoque Barbaroſſa gloriabatur (teſte Vrſpergenſi) ſe de Regia ſtirpe VVAIBLINgen*ſium progenitum eſſe: quos conſtat de duplici Regia proſapia proceſſiſſe, Clodoueorum & Carolinorum.* Friderici Antiqui origo.

De hac familia, Felix Fabri in M.Scr.in hanc ſententiam.

Fuerant Stauffenſes, primò nobiles mediocres. Poſtea, propter virtutem bellicam, à Cæſaribus inter Barones & liberos relati. Tum Fridericus, Henrici IIII. *gener adſcitus. Fratres eius, Otho Epiſcopus Argentinenſis, & Conradus, in florida ætate defunctus. Qui Othoni Epiſcopo, poſt mortem fulgenti ſpecie apparuit: eiq; ſuum obitum, mox futurum, prædixit: fratris verò Friderici exaltationem, ſupra omnes anteceſſores de Stauffen. Ac, ne videretur eſſe vanum quid: arcana quædam dixit, quæ tres illi fratres, iuxta ſepulcrum Caroli M. Aquiſgrani dixerant. Eorum autem vnus dixerat: Ecce, fratres, hic ſepultus eſt Germanus fortiſſimus, Carolus ille nobiliſſimus. O ſi & nos eſſemus de ſanguine & virtute ipſius. Dixit ergo mortuus Conradus: ſtirpem Friderici eſſe inſerendam Caroli trunco. His dictis, diſparuit: ac breui Epiſcopus Otho obiit. Friderici autem ſtirps, cùm duxiſſet Henrici* IIII. *filiã, inſerta Carolinis eſt (quòd Henricus eſſet ex genere Caroli M. & Clodouei) prout Pyramus oſtendit literis: quæ hodie prominet in modum turris iuxta VVaiblingam. De his, hactenus.* Spectrũ mortui.

Refert Ruxnerus octauos equeſtres ludos, ad hunc 1080. Chriſti annum: Auguſtæ actos à quodam mihi ignoto Duce Sueuiæ Hermanno: niſi eſt ille Lotharingus (qui etiam Zaringenſis & Carinthius dicitur) Hermannus: alliarius biennio pòſt contra Henricum IIII. *à Saxonibus deſignatus Rex. Bruſchius tamen Auguſtam ait anno 1084. à Leopoldo Auſtrio Marchione, & Sueuorum Duce Hermanno, eſſe captam.* Haſtiludium octauum Auguſtæ.

Præfecti eorum Ludorum, vel Reges, quatuor equeſtri dignitate ornati.

Sueuicus, Rudolfus Rechbergius. Rechberg.
Bauarus, Ambroſius Mylbergius.
Rhenenſis, Conradus Allendorffius.
Francus, Rheinardus Leonrodius.

Interfuêre Sueui.

VVelpho, Dux Boiariæ.
Fridericus, Sueuiæ Dux.

Comites, VVilhelmus Monfortius, Rudolfus VVerdenbergius, VVolfhardus Veringenſis, Fridericus & Ludouicus Helffenſtainij, Rudolfus VVeiſſenhornius, VVilhelmus Eberſtainius, Leopoldus Caluenſis, Hermannus Hohenlohenſis, Egon Friburgenſis, Fridericus Pfirtenſis. Caluenſ. Leopoldus.

Barones: Eberhardus Hohenhevvius, Paulus Brandiſius, Philippus Stoffelius, VVilhelmus Zimbrenſis, Andreas Iuſtingenſis, Rudolphus VVeinſpergius, Henricus Stauffenſis, VVolfgangus Hohengeroltzeccius.

Armorum inſpectrices Sueuicæ: Agatha de Ems, Georgij Merſpurgij marita: VVilrudis Roſenbergia, vidua Albani de Freundſperg. Brigita de Landavv, virgo.

In arena miniſter Sueuicus, pugnæ prioris, Sigiſmundus de Klingenberg, eques: poſterioris, Albertus de Landavv, eques.

Ad funes, in pugna priore, Rudolfus de Rechberg, eques: in poſteriore, Ioannes de Blumeneck, eques.

Primum gratiarum actionis brabêum, dedit Gertrudis de Eltz, Theodorici de Helffenſtein vxor, Gotthardo de Andelovv, vt Sueuo.

R. HENRICI IN ITALIAM PROFECTIO, CARROCIVM PATAuinorum. Orientis Imp. ALEXIVS COMNENVS, & filia eius Anna. Alemanni, adhuc cum Saxonibus contra R. Henricum. Hermannus AntiCæſar. Epiſcopus Conſtantienſis Gebhardus. TERTII Monaſterij Hirſaug. extructio, ac perfectio. Huic ſubiecta Cœnobia, Richenbachenſe, Schonreinenſe, & Rhodenſe. Benedictina Cœnobia. Diuitis Augiæ, & Sangalli, concertationes. Auguſtam VVelpho capit, Imp. Henricus recipit. Roma capta ab Henrico. Epiſcopus Argentinenſis Otho.

Caput V.

Italiã R. Henricus cum exercitu intrat.

ANno 1081. cùm Papa Gregorius loca Italiæ præſidiis firmaſſet: cumque in natalitiis Domini, ſubitò vehementiſſimus ventus coortus eſſet: ita, vt Orbis exitium inſtare videretur: Rex Henricus, magnis delectibus Germanorum habitis: primo vere in Italiam tranſcendit: & obuia quæq́ reſiſtentia protriuit. Patauium ſui ſtudioſum nactus: propinqui ſui Epiſcopi Milonis, & Berthæ Reginæ, rogatu, libertate & vſu Carrocij donauit: Patauiniq́ Carrocium ſuum, Bertham nominarunt. Sic & Cremonenſes, eodem honore affecti. Eſt autem Carrocium (auctore Sigon.) currus ingens: rotis grãdioribus, & axibus firmioribus, fultus: purpurea pariter vndiq́ veſte conſtratus. In eo cõtabulatio, inſtar quadratæ turris locabatur. In medio, eximia proceritate malus erat excitatus: multis à faſtigio rudentibus ipſi contabulationi, ad nautici mali ſimilitudinem, alligatus. In ſummo, crux aurea: infra crucem, antenna magna, vnde vexillum explicabatur. Trahebant hunc currum boues excellentis formæ, candida veſte inſtrati. Cura eius, clariſſimo genere & virtute viro committebatur: qui inſigni lorica, enſe, & aureo balteo, ſtipendioq́ publico, donabatur: ac militum lectiſſimorum cohorte ſepiebatur. Aderant & Sacerdotes, cùm rei diuinæ cauſa: tum, vt lethifero vulnere laborantibus, ſi accideret, ſacra ſubminiſtrarent. Sex item Tubicines, cum totidem militaribus equis. Inuentum hoc fuit Mediolanenſium, & ſumma expeditionis ſignum. Henricus deinde Romam obſedit: ac ſequẽti anno vrbem ibi Leoninam, in poteſtatem adduxit.

Carrociũ, Bertha nominatũ.

Alexius Comnenus, Oriẽt. Imp. 52.

In Oriente, Botaniatæ Imperio per dolum erepto: fit LII. IMP. CÆS. ALEXIVS COMNENVS, ISAACII AVG. F. P. F. *Aug. qui imperauit A. 37. & aliquot menſes. Cuius res geſtas filia ſua, illuſtriſſima D. Anna, pluribus libris Græcè deſcripſit: de quibus ego tantùm primos 8. (multis in locis mutilatos) ex Auguſtana Bibliotheca (miſſu nobilis & prudentiſſimi viri, D. Ioannis Baptiſtæ Hentzelij, Conſularis & Septemuiri Auguſtani: filius eius lectiones noſtras hîc Tubingæ audientibus) anno 1575. menſe Maio perlegi: ab inclyta illa Republ. 1559. comparatos. Sic autem Alexius ad Imperium peruenit. Obſederat vrbem Conſtantinopolin: & à Nemitzorum Duce (quem Anna Alexij F. Gilpractum vocat: alij verò, Arſionem) per portam Garſiam (Bulgarorum portam Blondus Decad. 2. lib. 3. vocat) intromiſſus, eam cum Imperio obtinuit (Botaniate, eo ſe abdicare coacto) & Auguſtus cũ vxore Irene, Ioannis Cæſaris Ducæ nepte, à Patriarcha coronatus eſt. Capta verò vrbe: nec bonis ciuium, nec ſacris profaniſq́, fœminis, parſum eſt.* Μέχρι γὰρ ἐκχύσεως αἱμάτων *(inquit Zonaras)* προὐχώρησε τὸ κακόν: καὶ παρθένοι δὲ ὑπὸ τῶν στρατευομένων, ἀσεβῶς ἐμιάνθησαν: καὶ γυναῖκες ἀνδράσι συνεζευγμέναι, πρὸς βίαν ὑβρίσθησαν: καὶ θεῖοι ναοὶ τὸν κόσμον αὐτῶν ἐσυλήθησαν: καὶ οὐδὲ τῶν ἁγίων κειμηλίων ἀπέσχοντο. *Talia erant huius Alexij, & cum eo Iſaacij, Comnenorum, Imperij auſpicia:* σχοινόδια, εἰσιτήρια, ἐπιβατήρια. *Ea autem, Indict. 4. anno Chriſti 1081. menſe Aprili, magna feria S. Paſchatis quinta:* am Grünendonderſtag. *Quod his verbis à D. Anna dicitur:* ἡ δὲ ἡμέρα, πέμπτη ἦν, ἡ μεγάλη: καθ' ἣν τὸ μυστικὸν πάσχα θύομεν: ἐπινεμήσεως τετάρτης, ἔτους ϛ φ 90. *(ſic in loco corrupto legendum exiſtimo)* μηνὸς ἀπριλλίου. *Vt annum ponat Mundi 6590. ſicut hoc 1591. Domini anno, Græci ponunt Mundi annum* ζ ρ́ *id eſt, 7100. Quorum amborum de annis Mundi numerorum differentia, ſunt 510. anni. Ideo illa vrbis occupatio, anno Domini 1081. accidit.*

Hentzelij, Patricij Auguſtani.

Quomodo Imperiũ Alexius, adeptus.

Arſion, Alemannus.

Arſion ille, Alemannus (Germanus) dicitur fuiſſe, & Armon vocatur, ab Antonino: qui rem diligenter deſcribit Volum. 2. Tit. 16. cap. 5. §. 3. Implorauerat ſcil. quidam eloquens & benè moratus vir, auxilium Roberti Guiſcardi in Apulia: ſe Michaëlem Parapinacium profitens, Imperio iniuſtè à Nicephoro Botaniate ſpoliatum. Collegit Robertus copias, eius reſtituendi cauſa. Botaniates etiam copias contrà parauit, Duce Alexio. Alexius verbis & muneribus exercitum ſibi concilians: eiſq́ ſtipendia negari à Nicephoro mentiens, ita ab ipſis Imperator factus eſt, & vrbem diripuit (ſæuitia & libidinibus triduum durantibus) feriis paſchalibus. Eum poſtea Robertus aliquoties bello vicit.

Nemetzi.

Νέμιτζοι, Nemetzi/ *Germani ſunt, vel Alemanni: fortaſſis à Nemetibus, id eſt, Spirẽſibus. Nemet Vngaricè, Nimetz Sclauonicè, Numitſch (ait Schiltberger) Armenicè, Germanus eſt.* ἔθνος οἱ νέμιτζοι *(Zonaras inquit)* κελτικόν.

Alexius Comnenus, Imp. Orientalis (ſcribit Auent.) qui Michaële Parapinacio, & Niceph. Botaniata, auxilio Sueuorum Teutonumq́ conducticio, rebus deturbato, Conſtantinopolitanum inuaſerat atq́ tenebat Imperium: poſtea Romani Cæſaris, cæterorumq́ Occidentalium Principum, opem implorauit aduerſus Turcas. Exinde, ſuo tempore expeditio Chriſtianorum in Orientem ſequetur maxima.

Saxones & Alemanni, non benè erga R. Henricum animis affecti, in Orientalem Franciam ad colloquium venientes: non ſine magna eius regionis clade, ad ſua redierunt.

Alemanni & Saxones, adhuc R. Henrico infenſi.

Prælium 3. Idus Auguſti commiſſum eſt inter Alemannos & Bauaros iuxta Danubium, apud Hohoſtein: vbi Palatini Comitis Cononis (al. Conradi de Rod ad Oenum) filius Cono occiſus eſt. Vrſperg. & Chron. membr. M. Scr. Eſt illa pugna Friderici, Ducis Sueuiæ, iuxta Hæchſtetam: cuius mentio, præced. capite facta eſt.

Henricus, huius nominis V. Rex, natus.

Henrici V. natiuitas.

Anno 1082. Herimannus quidam (teſte eodem Vrſperg. ac M. Scr. Chron.) vir præpotens ac nobiliſſimus ex Germania, à Saxonibus & Alemannis, pro Rudolpho interfecto Rex conſtituitur. Cui cùm in ſuis partibus, id eſt, in Lotharingia & Lytzelburgo, nemo rebus bellicis & diuitiis poſſet æquari: ſumpto Regis nomine, tam ſuis, quàm alienis, breui cœpit deſpectus haberi. Conſecratus fuit Goſlariæ, à Moguntino Archiepiſcopo Sigefrido. Scribit Stumpſius, illum Iſlebiæ in Turingia electum fuiſſe. Quo in loco cùm copia allij naſceretur: cum à ſequentibus partes Cæſaris Henrici, alliarium Regem ludibrij cauſa fuiſſe nominatum. Sic fieri ſolet, quando vocationem ſeu ſtationem quis ſuam relinquit, & alienæ ſe ingerit. Tunc auctoritatem priorem amittit. Ergo, quod ſis, eſſe velis, nihilq́; malis. Dicitur tamen pugna quadam victor fuiſſe Friderici Hohenſtauffenſis: ſed Ducatu exuere non potuiſſe.

Hermannus, Cæſari Henrico Cæſar oppoſitus.

Alliarius Rex nuncupatus.

Eodem anno Gebhardus, tertius huius nominis, Dux Zaringenſis, Berchtoldi ſecundi frater, Monachus Hirſaugienſis: commendatione Abbatis ſui VVilhelmi, nec non fratris ſui, electus eſt Epiſcopus Conſtantienſis: quam electionem Pontificius Legatus Petrus, Epiſcopus Albanus, approbauit. Præfuit in ſummis periculis (Bruſchio teſtante) difficultatibusq́; annos 10. Poſt quos omni genere moleſtiarum, à ſatellitibus Imp. Henrici affectus eſt: atque, Sangallenſi Abbate Conſtantiam obſidente, ſedem Epiſcopalem reliquit: ac 13. annos (Arnolfo interim epiſcopatum gerente) exulauit. Poſtea, turbis paulatim quieſcentibus: auxilio Pettersbuſani Abbatis Theodorici, anno 1105. Epiſcopatum recepit: vbi tranquilliore deinde per annos 11. fortuna vſus eſt. Quibus Cathedralem Eccleſiam, ab Epiſcopo Rumoldo inſtaurari cœptam, feliciter & præclarè abſoluit. Obiit 1116. anno.

Gebhardus, Epiſcopus Conſtantienſis.

Dictum eſt ſuprà 1071. de noua Hirſaugienſi Eccleſia conſtructa. Subiicio hæc etiam ex Tritenhemio.

Cœpit hoc 1082. anno, Indict. 5. Hirſaugienſis Abbas VVilhelmus, anno ſui regiminis 13. Monaſterium maius conſtruere (in quo poſt Euangelium Abbatem Ioan. Parſimonium piæ memoriæ, hodie reuerendus & clariſſimus vir Abbatem æquè pium agit, S. Theol D. Antonius Varembylerus: Clariſſ. & ſuſpiciendi, propter 71. annos ætatis ſuæ completos, pij ſenis, Nicolai Varemb. V. I. Doctoris, & ordinarij apud nos in Acad. Tybingenſi Profeſſoris Codicis, filius digniſſimus) maius Hirſaugiæ Cœnobium, inquam, VVilhelmus Abbas conſtruere cœpit (cùm vetus illud, & anguſtius eſſet, & aquarum inundationibus infeſtaretur) atque nouem annis perfecit: ita, vt decimo anno Eccleſia eius fuerit conſecrata: infrà 1091. Ad quam ædificationem, cùm alij diuites ac nobiles, tum Marchionis cuiuſdam Hermanni, qui ſe in Cluniacenſe Monaſteriũ contulerat, vxor, plurimum contulit: plus etiam collatura, niſi propter offenſionem quãdam retraxiſſet manum. Huius autem ædificij (inquit Tritenhemius) non alios artifices habuiſſe credendus eſt: quàm Monachos ſuos. Quippe, cùm fermè ducẽti eſſent numero: erant inter eos latomi, fabri lignarij & ferrarij, omninoq́; architecti peritiſſimi.

Hirſaug. Monaſterij tertij ædificatio, & abſolutio.

Anno 1083. idem Abbas VVilhelmus, Cellam Gregorij in Richenbach fundauit, hac occaſione. Nobilis quidam vir, nomine Berno ſenior, prædiolum ſuum in Nigra ſylua ſitum (in loco, qui à riuo, ibi in Murgam influente, Richenbach vocatur) S. Aurelio Hirſaugienſi, præſentibus multis teſtibus, in hæreditatem æternam tradidit: id vnicè poſtulans, vt ibi Monaſterium ab Abbate VVilhelmo conſtrueretur. Capto igitur concordi ſeniorum conſilio: miſit Abbas Monachos 3. & Laicales 5. in illud prædiolum, nemore denſiſſimo hiſpidum: vt, ſylua eruta, locoque purgato, petitioni Bernonis ſatis fieret. Qui cùm 1082. circa Idus Maij veniſſent eò: haud paucos dies, pro tugurio tegebantur viridi abiete. Eorum vnus erat Erneſtus: qui, ceu pater ſecundus, ad ædificationem impenſas maximè dedit. Ideò eius parentumque memoria, ibi in poſterum inſtituto VVilhelmi Abbatis celebrata. Iactum porrò fundamentum Eccleſiæ eſt Anno 1083. & ea, triennio abſoluta. Dedicata deinde M. LXXXVI. à Gebehardo, Conſtantienſi Epiſcopo. Loci eius, termini. Occidentem verſus,

Cella Gregoriana fundatio in Reichenbach.

vſque in medium Murge. Septentrionem verſus, vſque in Richenbach. Meridiem verſus, vſque in Mügeſpach: & vſque in verticem montis, qui Brugberg dicitur: in quo etiam cella erat, ad eiuſdem Gregorij honorem: ad quam idem Berno ſenior dederat vnam Hubam in Viſchbach. Inſtitutus autem in hoc Monaſterio Prioratus Benedictini ordinis, Conſtantienſis diœceſeos eſt: isq́, à tempore fundationis in conſecuta tempora, Hirſaugienſi Abbati immediatè plenoque iure ſubiectus: ita, vt ipſi poteſtas fuerit data, inſtituendi ac deſtituendi Priorem eius loci, Monachosq́ conſecrandi.

De hac Richenbachenſi fundatione, in Regiſtratura illuſtriſſima Badenſi (teſte Bernh. Iobino) in hanc Latinam ſententiam ſcriptum Germanicè eſt. Anno 1080. vixit Berno, Sichburgius & Haigerlochius Baro. Hic, vxore ipſius (Baroniſſa Kirnbergica) mortua: & fratre Arnoldo, ſe non benè gerente: liberis cùm careret: villulam ſuam Reichenbachiam, ante Nigram ſyluam ſitam ad Nicrum, in Cœnobium mutauit: teſtibus Alberto & Hartprechto, Baronibus Zimmerenſibus, fratribus: Berchtoldo Stauffenbergio ad Rhenum, equite aurato, & Melchiore de Appenvveiler: Geroldo & fratre de Stertzingen, aliisq́ nobilibus viris. Monaſterio cum Eccleſia ædificato: Berno inibi vitam tranſegit, vt conuerſus. Hæc, ibi. Ex illa Stauffenbergica familia, quidam fuit Petrus de Stauffenberg, Dæmonis fœminæ amator: ſicut libellus rhythmicus populari lingua de ea reextat.

Reichenbach.
Stauffenberg.

Idem planè ius, quod in Richenbachenſe Cœnobium, habuit Hirſaugia Abbas in hæc duo quoque Monaſteria: nempe in Prioratum Schönreini, in Franconia ſiti, ad VVürtzeburgenſem diœceſin pertinentis: & in Præpoſituram Rodæ, vel Rotæ, vel Mynchroti, in Comitatu Ottingenſi, ad Auguſtanam diœceſin ſpectantis.

Schœnrein, Prioratus.
Rodenſis Præpoſitura.

Schœnreinum, ſub imperio præſentis Cæſaris Henrici IIII. (vt ex liberis D. Parſimonij prædicti, ad me ante biennium datis, didici) à duobus fratribus, Ludouico & Beringero, Turingiæ Comitibus, Hirſaugienſi Abbati VVilhelmo, & huic Monaſterio, traditum eſt: qui VVilhelmus, & ſucceſſores, id ædificarunt. Sed cum anno 1525. in bello Ruſticano, deuaſtatum fuiſſet: ab Abbate Hirſaugiæ Ioanne, cõſenſu Regij in VVirtembergia regiminis, Comiti Philippo de Rheineck venditum fuit.

Præpoſitura Rodana (eodem venerabili Abbate Parſimonio ſcribente) circiter 1220. Chriſti, ope Comitis Hermanni Liningenſis, & Comitis Diemonis de Bratſeleden, ab Hirſaugienſi
» *Abbate, condita eſt: teſtibus literis, in quibus ſic ſcriptum eſt. Hermannus de Lyningen, & v-*
» *xor eius Adela: & Diemo, Comes de Bratſeleden: in Epiſcopatu Auguſtienſi, in Rota, & in circū-*
» *iacentibus villulis, centum Hubas pro ſe, & omni cognatione ſua, Deo, & beato Petro Apoſtolo*
» *Hirſaugiæ, tradiderunt: ea ſcil. conditione, vt prouidente Abbate Hirſaugienſi ſeruitium Dei ſe-*
» *cundum Regulam S. Benedicti ibidem inſtituatur. Volunt quidam, Cœnobium Monacorhotum eſſe 500. abhinc annis, à VVilhelmo Abbate ædificatum, & Monachis Hirſaugienſibus conſitum. Sit ſanè, ſi ita libet. Attamen certum eſt, Hirſaugienſi Androni fuiſſe ſubiectum: ſcribente Tritenhemio, Præpoſituram in Rode, Auguſtienſis diœceſis, immediatè ad ius Monaſterij Hirſaugiēſis pertinere: cuius Præpoſitus, Abbati Hirſaugienſi pleno iure ſubiectus ſit. Poſſedit VVilhelmus Abbas plures etiam prioratus Benedictinos, ſub iuriſdictione ſua: qui ſucceſſu temporis in Abbatias mutati, ab iuriſdictione Hirſaugienſis Monaſterij fuerunt alienati.*

Benedictinorū Monachorum dilatatio.

Valde dilatatus in Europa fuit Benedictinus ordo. Et ego me Benedictinū profiteor: quia credo in ſolum IESVM CHRISTVM, *qui eſt benedictus in ſecula: qui Marc. 1. dicit: Pœnitentiam agite, & cum fiducia credite Euangelio. Atque Ioan. 3. Qui credit (non hiſtoricè tantùm, ſed confitendo & innitendo) in filium Dei: is habet vitam æternam. Talis autem, quomodo magis benedictus eſſe poſſet? Credidit, Rom. 4. Abrahamus præter ſpem Deo: nec debilitatus eſt fide, hoc eſt, non dubitauit. Ipſe autem eſt pater omnium credentium. Ergo Benedictinorum, in Benedictum credentium, pater: qui ſine dubitatione debent credere. Ecce iam felicitatem & gloriam Benedictinorum, cùm Dominus dicat: Venite benedicti patris mei, Matth. 25. accipite (vt filij) hæreditatem. Sed per fidem filij Dei ſumus, & proinde hæredes, ac benedicti: Non igitur meritis noſtris datur vita æterna: cùm ſimus per gratiam, fide apprehenſam, filij: vt ne benefactis noſtris gloriemur, Epheſ. 2. ſed δωρεὰν datur: quòd iuſti reputamur gratis, ex gratia Dei: quam fide nobis applicamus, noſtramque facimus, Roman. 3. Eam tamen fidem benefactis, ſicut bonam arborem bonis fructibus, demonſtramus. Quos fructus & opera, tanquam τεκμήρια vel ſigna veræ fidei, non mortuæ, Dominus intuens: id eſt, ex poſteriori de priore iudicans: dicturus eſt benedictis, ſiue Benedictinis ſuis: Eſuriui, & dediſti mihi cibum, Matth. 25.*

Veri Benedictini.

Aliter,

Aliter, ſi Deus nobiſcum in iudicium intret: (quod Pſal. 143. Dauides deprecatur) conſiſtere non poterimus. Nam etiamſi omnia fecerimus, quæ nobis mandata ſunt (nedum, quæ homines præter verbum Dei bona opera ſibi excogitant, Deut. 4. & 12.) tamen inutiles ſerui ſumus, Luc. 17. Si enim volet homo benefactis ſuis contendere cum Deo: non poterit afferre, ne vnũ quidem, ad mille obiectiones Dei, Iob. 9. Cum vniuerſa iuſtitia noſtra, inſtar panni mulieris, fœdiſſimi ſit. Eſa. 64. Sola ergo χάριτι πιστολήπτῳ, gratia per fidem apprehenſa, Benedictus & Benedictinus ſum. Nec verò ego ſolus: ſed omnes in Chriſtum credentes. Hi ſunt verè Chriſtiani Monaſtici ordines. ἕκαστος ἐν τῇ κλήσει, ἐν ᾗ ἐκλήθη, ἐν ταύτῃ μενέτω. *Quiſq; in ea vocatione, qua vocatus eſt, maneto, 1. Cor. 7. Quiſq; in ſua ſtatione, in ſua profeſſione, in ſuo opificio. Tunc erit illud: Quicunq; inuocauerit nomen Domini (in vno Mediatore Chriſto, 1. Timoth. 2.) ſaluabitur, Act. 2. Ioel. 2. Ergo omnes & ſinguli Chriſtiani, qui Deum ex fide in Chriſtum inuocant, ſaluantur, & benedicti ſunt. Nullum enim diſcrimen eſt, nec in ſacerdote, nec in Laico: nec in viro, nec in fœmina: ſed omnes, vnus homo in Chriſto Ieſu, Gal. 3. Benedictini ergo ſunt ipſi omnes, abſque vlla ſeparatione Chriſtianorum à Chriſtianis. Hæc, veriſſima ſunt: hæc, credenda ſaluandis ſunt. Vel concidat omne cœlum, neceſſe eſt: adeoq; ipſum Dei verbum (quod eſt omni cœlo durabilius, imo æternum) nec vllam vim habeat, qua conſiſtat. Quod dicere, aut opinari, ſummæ impietatis & dementiæ ſit.*

Syndelfing. Eccleſia S. Martini.

Hoc 1083. anno, 4. Nonas Iul. dedicata eſt Eccleſia Syndelphingenſis, à Godehardo, Iuuauienſi Archiepiſcopo, & Adalberone VVirceburgenſi: in honore S. Trinit. & S. Crucis, & S. Dei Genitricis Mariæ, omniumq; Sanctorum: præcipue tamen S. Martini, Epiſcopi & Confeſſoris. Crypta illius dedicata eſt 1107. Kal. *Nouemb. à Conſtantienſi Epiſcopo Godehardo: in honore S. Trinit. S. Crucis, S. Mariæ: præcipuè S. Ioannis Bapt. Inditæ, multæ reliquiæ Sanctorum, altaribus. Subiecta erat hæc Eccleſia Epiſcopo Conſtantienſi. Ei enim Præpoſitus quotannis dabat vnum Ferconem argenti. Lib. Syndelfing.*

Monaſteriorũ vaſtationes.

Eodem anno, Hermannus anti Cæſar Henrici, ex Augia fecit Abbatem Sangalli VVernharium quendam: quem arcuit Abbas Vlricus III. *de quo alias diximus: contra omnes ſuos hoſtes cũ R. Henrico perſeuerans. Idem & Diethelmum, Tockenburgiũ comitem, tum hoc, tum ſequenti anno, armis compeſcuit. Eodẽ altero anno, Abbas Vlricus à Berchtoldo Zaringenſi Duce, & Augienſi Abbate Eccardo, terræ populationem in æſtate paſſus eſt: ſed eis vicem reddidit. Eodem Burcardus, Comes Nellenburgenſis, Eccardi frater, Sangallenſem agrum & ipſe depopulatus eſt. Stumpf. lib. 4. cap. 44. Tantas turbas Hiltebrandus in Germania, excommunicatione R. Henrici excitauerat.*

Auguſta, à Guelphone capta.

Eodem quoq; anno VVelpho (inquit Vrſp.) Baioariorum antea Dux, Auguſtam ciuitatem ſummo mane intrauit: Sigefrido Epiſcopo vix euadente. VVigoldum quendam, eiuſdem loci canonicum intronizauit: id eſt, in ſede Epiſcopali poſuit. Factam alicubi lego Calend. Feb. hãc Auguſtæ occupationem. Bruſchius ad 1084. annum refert: & copioſius deſcribens, Accidit, inquit: vt, Henrico in Italiam profecto, vrbs Auguſtana per proditionem à Leopoldo, Auſtriæ Marchione: & Hermanno, Sueuorum Duce (eſt ne ille Alliarius?) caperetur, & diriperetur tota: ac magna eius pars incendio vaſtaretur, vna cum Epiſcopali palatio, & multis (inter quæ etiam S. Iacobi) Templis. Diſcedentibus verò his primis hoſtibus: mox venit ex Faucenſi oppido VVigoldus quoq; Epiſcopus: rapiens, quicquid inueniret reliquum: miſere etiam tractans Canonicos: qui ei non dederant ſua ſuffragia. Das war ein Beiſſchaff. *Ita onuſtus & ipſe præda, Fieſſam reuertit.*

Fieſſenſis VVigoldus.

Romam capit R. Henricus.

In Italia, Rex Henricus Romam cepit 4. Nonas Iun. feria 6. ante octauam Pentecoſtes: dum miles quidam, muro conſcenſo, cuſtodias à Romanis neglectas videns, tacitus manu contubernales acciuit. Sic Henricus, exercitui introitu patefacto capitolium tenuit. Conceſſerat Hiltebrandus P. Laterano relicto, in caſtellum Creſcentij, ſiue domum Theodorici. Romani ab eo defecerunt: quod nollet in colloquium cum Cæſare de compoſitione venire. Ceſſit vero ab vrbe Henricus ſequenti anno: cum Robertus Guiſcardus magnis cum copiis, Papæ accerſitu, accederet. Rediit tamen poſtea Roberto degreſſo, & Pontifice Salernum abſcedente, in vrbem: ibiq; & ipſe, & vxor Bertha, à nouo Papa Clemente, Coronam & benedictionem Imperialem, in Dominica Paſchatis acceperunt. Aderant eo tempore legati ab Imp. Græco, Alexio Comneno, cum auro & argento, vaſis & ſerica veſte precioſis: opem (vt exiſtimo, & vt ſupra dictum eſt) aduerſus Turcicas graſſationes, petentes.

Coronatur ipſe, & Bertha coniux, ab Antipapa Clemente.

Anno 1084. Henricus Imp. relicto Clemente Antipapa cũ præſidio: diſceſſit: Taruiſij fœdus

Venetias ingreditur.

Auguſtam recipit.

S. Vlrici cadauer.

cum Veneto Duce Vitalio Faletto renouauit: filiam eius è Baptiſmo ſuſcepit: Venetias ingreſſus, Reipub. eius deſcriptionem laudauit. Auguſtam deinde, ab Alemannis occupatam, recepit. Qua de re Bruſchius: Reuerſo in Germaniam, inquit, Henrico: dederunt pœnas ſuæ audaciæ graſſatores illi Principes, Leopoldus & Hermannus. Imperator Auguſtam venit: & cum eo, etiam Epiſcopus Sigefridus. Qui iam quietem ſe habiturum ſperans: cœpit omnia, quæ erant vaſtata & collapſa, inſtaurare. Inter quæ & Templum S. Vlrici (ſicut in M.Scr. monimentis reperi) cuius exuſti ruderibus obrutum erat ſepulcrum S. Vlrici, vt vix tandem reperiretur. Repertum eſt corpus eius ſacra veſte amictum: & iuxta, libellus argenteus, ac multarum reliquiarum arcula. Quæ omnia ſunt in cupreo ſarcophago repoſita. Alibi ſic ſcriptum vidi. Auguſtæ illati fuerunt à Leopoldo Auſtriæ Marchione, & Altorffenſi comite Guelphone, ignes: non ſine plurimorum ciuium occiſione, Calend. Febr. 1083. Sed VVelſone Hæſteta ad Danubium ſuperato, menſe Auguſto, à Duce Sueuiæ Friderico: ciuitas 1084. Imperatori reſtituta eſt.

Otho Hohenſtauff. Epiſcopus Argentoratenſis.

Seleſtadium. S. Fidis Præpoſitura.

Eodem anno, Otho Hohenſtauffenſis (cui dat Bruſchius matrem Himelgardem: alij Hiltegardem: comitem de Alta flamma, piam fœminam) conſtitutus eſt Argentinenſis Epiſcopus ab Imp. Henrico: ſicut hic & fratrem eius Fridericum à Stauffen, generum ſibi aſciuerat, Sueuiæq́ Ducem creauerat. Interfuit poſtea hic Otho expeditioni cum Godefrido Bilioneo Hieroſolymitanæ (aliis multis Germaniæ præſulibus & Principibus, eandem ſequentibus) cumq́ Hieroſolyma, Saracenis erepta fuiſſet: ac Godefridus, ibi primus Rex 1099. creatus: ipſe feliciter domum redijt: & cum fratre ſuo Friderico, ac matre, Seleſtadij Præpoſituram S. Fidis (vt alias quoq́ diximus) conſtruxit, liberaliſſimeq́ dotauit. Vbi Eccleſiam, Dominici ſepulcri appellatam, fecit: quod ad ſimilitudinem Hieroſolymitani templi conſtructa eſſet. Vide infra cap. 13. vbi potius ante Hieroſolymitanam profectionem, hæc fundatio facta intelligitur. Obijt anno 1100. poſtquam A. 16. præfuiſſet ſumma cum laude.

Excommunicatio Gregoriana noua.

Roma, præſidio Germanorum peſtilentia dira abſumpto: Clemens P. à Romanis, ſe in libertatem vindicantibus, expulſus eſt: & ab Hiltebrando, ipſe & Imp. Henricus, denuò diris deuotus.

MOGVNTINA CONTRA HOSTES IMP. HENRICI SYNODVS. DE ciuitate Hailprunna. Monaſterium SYNDELFINGENSE. Comites Caluenſes & VVirtembergenſes. Berchtoldus, nobilis vir de Ehingen. Ruckerus, Spirenſis Epiſcopus. Nortmanni, Apuliæ & Calabriæ Domini. Annæ Comnenæ Conſtantinopoli natiuitas.

CAPVT VI.

Moguntiæ Synodus Imp. Henrici contra P. Hiltebrandum.

Pax Dei.

Antiſynodus Quedlinburgi.

ANno 1085. Synodus magna erat Moguntiæ, in Monaſterio S. Albani martyris: præſidente VVezilone Archiepiſcopo: præſente Imperatore, & Legatis Antipapæ Clementis, contra Gregorium P. Sed Hirſaugienſis Abbas VVilhelmus, literis Imperatorijs vocatus, intereſſe noluit. Tunc Epiſcopi, qui rebelles Imperatori, deijciendi iudicabantur. Ibi etiam communi conſilio, conſtituta pax Dei. Vrſperg. & Tritenh. Alibi ſic etiam inuenio: In Synodo Moguntina, excommunicatur Anticæſar Hermannus, & Gebhardus Conſtantiæ Epiſcopus. Mox Synodus, Quendelburgi: vbi Henricus Cæſar excommunicatur, Otho Epiſcopus Conſtantienſis, & ſocij eorum.

Hiltebrandi P. mors.

Hailprunna ciuitas.

Hiltebrandus ſeu Gregorius Papa, Salerni 8. Calend. Iun. expirauit, ibiq́ ſepultus eſt, ὁ βέλτιστος. Moriens autem, confeſſus eſt: ſe valde peccaſſe in paſtorali cura: & ſuadente Diabolo, odium & iram contra genus humanum concitaſſe. Diſſoluit vincula omnium Bannorum ſuorum Imperatori, & omni populo Chriſtiano. Vincent. lib. 26. cap. 82. Gebhardus, Epiſcopus Conſtantienſis, tempore magnæ famis, Eccleſiam S. Petri dedicauit in Hirſouue plene ædificatam. Sic Herman. Ædit. addens, Indict. 8. At totum cœnobium, 1091. demum anno perfectum & conſecratum eſſe, Tritenhem. ſcribit. Hailprunna, Sueuiæ ciuitas ad fluuium Nicrum, antehac pagus, hoc tempore muro cincta eſt. VVolfg. Iobſt. in paruo Theat. vrbium. Aſſumpta tunc eſt ad Imperij ciuitates.

IOANNES LAVTERBACHIVS P. CORONATVS, SCHOLÆ HAILprunnenſis Rector: Martino Cruſio, Academiæ Tybingenſis Profeſſori celeberrimo, amico ſuo, S.

Quòd petis à me antiquitatis monumenta vrbis noſtræ: ea, ſi extarent, libenter tecum commu-

communicarem. Petijt idem ante multos annos Munſterus P. mem. & D. Nicolaus Reuſnerus, qui deſcripſit Imperij vrbes. Verum cum conflagratione curiæ, ante annos centum & ſupra, perierint illa, quæ ad poſteros conſeruabantur: nihil eſt, quod ſperes. Ea, quæ habentur, non ſupra centum annos excurrunt. Dabo tamen operam, vt quædam conſcribam. Vale in Chriſto Ieſu: qui te clementer in ſenecta tua grandi, tueri & conſeruare non dedignetur. Hailpronnæ IX. Kal. Nouemb. A. CIↃ. IↃ. XIIC.

Apud G. VVidemannum in Calendario, ſic reperitur.

Hailprunna, Niceri oppidum, nomen habet à fonte ibi ſalubri: ad quem concurſus olim fuit infirmorum: quorum alij potu eius, alij lauatione, curati dicuntur. Ex pago, κωμόπολις (ein Marckt) poſtea verò, oppidum, cum Gœppinga, circ. 1129. factum. Nomen Hailprunnæ. Gœppinga.

Munſt. Coſmogr. lib. 3. cap. 333.

Hailprunn, quaſi ſalutaris fons, vulgo Heleprunn, ad ripam Neccari condita: ſecundum quoſdam anno Chriſti 1085. ciuitatis induit formam. Alij verò ſcribunt eam mœnibus clauſam ſub Friderico II. Amœnus eſt ſitus eius: habet egregiam ex fœcundo ſolo commoditatem: creſcente ibi magna præſtantis vini copia.

Circa hoc tempus, Syndelfingenſe Monaſterium conditum eſt: vel 1083. vel 1085. Nam vtrunq; inuenio. Syndelfingenſis cœnobij fundatio.

De eo, Nauclerus part. 2. Gener. 37.

Fundatum eſt, inquit, anno Domini M. LXXXIII. ad inſtantiam Alberti Comitis, & vxoris eius VVilkæ, Duciſſæ ex Polonis, Syndelfingenſe cœnobium: qui primum ibi inſtituerunt Monachos Benedictinos. Mox verò translati fuerunt hi ad Monaſterium Hirſaugienſe Spirenſis diœceſis: & Canonici, loco illorum in Syndelfingen inſtituti. Deinde verò poſt aliquot ſecula, anno ſalutis M. CCCC. LXXVII. ad inſtantiam Eberhardi, inclyti Comitis in VVirtemberg, & Montispeligardi, ſenioris: nec non nobiliſſimæ Dominæ Mechtildis, genitricis ipſius, ex Palatinis Rheni, Archi Ducis Auſtriæ, Patronorum Eccleſiæ prædictæ: præpoſitura Syndelfingenſis, cum 8. Canonicatibus, & totidem Præbendis, auctoritate Apoſtolica translata eſt ad Eccleſiam S. Georgij in Tubingen, eiusdem Conſtantienſis diœceſis, Moguntinæ prouinciæ. Tubingã trãslatio eiusdem. *Quod autem quidam volunt: Adelbertum iſtum, Eccleſiæ Syndelfingenſis fundatorem, fuiſſe ex Comitibus Palatinis de Tubingen: in nulla reperitur authentica ſcriptura: ſed videtur ſatis probabile, comitem ex Calu fuiſſe, vel ſaltem filium. Habuit enim Adelbertus de Calu filios, Brunonem, Adelbertum, Gotfridum Palatinum: filias, Vtham & Hirmegardem: pro vt in Hirſaugia reperitur. Et, quod Monachos in Syndelfingen inſtitutos, legimus illorum tempore ad Hirſaugienſe Monaſterium translatos: id indicat, vtrunque Monaſterium ſub Alberti fuiſſe protectione. Vterq; etiam Albertus habuit vxorem, VVilgam appellatam. Legitur quoq;, fundatorem Syndelfingenſis Monaſterij Albertũ, vna cum vxore ſua VVilga, apud Hirſaugiam eſſe ſepultos: quod ſignificat, eum fuiſſe Aduocatum vtriusq; loci. Longè porrò pòſt, Comites Palatini de Tubingen, facti ſunt Syndelfingenſis loci Domini: & id forte ex ſucceſſione: licet arma habuerint ab armis Comitũ de Calu diuerſa. Hi enim leonem, illi vexillum, geſtauere. Tandem autem vterq; comitatus peruenit ad excelſos VVirtembergenſes comites. Hæc, ex illo.* Caluenſ. Comes Adelbertus. Syndelfinga, Comitum Palat. Tubingenſium.

De his rebus, plura: quæ partim M. Euſebius Stetterus: partim Sixtus Maierus, affinis meus: mihi Germanicè Scripta impertiuerunt. Sequenti autem tempore, eadem ex libro vetuſto M. Scr. correxi, & multis auxi.

Albertus (Adalbertus) dictus Azimbartus (Albrecht im Bart / ſcilic. barbatus) Comes Caluenſis, & vxor eius VVillica, ſeu VVilca, Ducis Poloniæ filia, caſtellum habuere in monte prope vicum Syndelfingam. Eo deſtructo, Monaſterium & Eccleſiam ibi ædificarunt: in quo Monachos conſtituerunt Benedictinæ profeſſionis, itemq; Monachas. Poſtea vtroſque tranſtulerunt Hirſaugiam: & hinc collocarunt apud Syndelfingam Canonicos regulares, vel chorales Dominos S. Auguſtini. Monaſterio autem ſic loco caſtelli conſtructo: curarunt ſibi etiam domum ædificandam Syndelfingæ, ſecus D. Martini Templum: in qua domo vſq; ad mortem ſuam vixerunt. Hirſaugiæq;, ſicut viui voluerant, humati ſunt. Dimidium vero vici Syndelfingæ (latine Villa dicti) attribuerunt huic Martiniano Templo: quod anno 1083. ab Archiepiſc. Iuuauienſi (qui erat Sueuus ab Helffenſtain. 3. Munſt. 371.) Gebhardo, & ab Herbipolenſi Epiſc. Adalberone, IV. nonas Iunij conſecratum eſt. Alterum Syndelfingæ dimidiũ, Albertus ſorori ſuæ Vthæ (al. Iuttæ) reliquit. Quæ cuidã Duci nupta, peperit ex eo filias duas, Vthã et Luitgardẽ. (Quæ Genealogia non conſentit cũ aliis: quia Vtham ſiue Iuttã, Godefridi filiã, & Alberti Plura, de Syndelfing. Collegij extructione. Vta, Adelberti comitis ſoror.

neptem, faciunt, Guelfoni nuptam, &c.) Vtha Spoletano Duci Guelphoni nupſit: vnde natus eſt Guelpho: qui anno 1164. Tubingam obſedit: ſed ope Friderici, Ducis Rotemburgenſis (ad Tubarum) qui Conradi III. Cæſaris filius fuit, & cuiuſdam Zollerenſis comitis, à Tubingenſi Palatino profligatus fuit. Luitgardis, equiti cuidam tranſalpino, Verlio appellato, per vim collocata fuit: ex quibus natus eſt Philippus: poſtea Syndelfingæ v. Præpoſitus. VVilca autem, fundatrix huius Eccleſiæ, tradidit nepti ſuæ Vtha in dotem Schoinburc, cum Miniſterialibus & attinentiis. Cella item, & nemus, & attinentia. Villam Merchelingam, atq; Gruningen, cum attinentiis. Item Kiſilovve, Hedelfiſhane, Munigolfiſhane, Ovviſhane, Heckirovve, Kanniſtat, Bliningen, Entringen, Moringen. Vendidit vltimo Henrico Imp. circa 1092. Miniſteriales in Bernehuſen, & reliquos: vt ille prouideret ſibi de ſuſtentatione neceſſaria, per vitam ſuam, cum centum hominibus vtriuſq; ſexus. Vtha autem prædicta, & filio eius VVelphoni, hæredibus veris deficientibus: ad Henricum Imp. filium ſororis VVelphonis ſenioris, omnia prædicta ſunt deuoluta: poſtea verò, ad alios. Obijt 16. Kal. April. Comes Adelbertus: & VVilca 4. Kal. Septemb. Agebatur memoria ipſorum ſolenniter: Canonicisq; præſentibus dabantur quini Solidi de Camera. Neſcio, quibus annis mortui ſint.

Caluenſium Comitum hæredes, Comites Tubingenſes. Patroni Syndelphing. Collegij.

Extinctis autem pluribus annis poſt Albertum, Comitibus Caluenſibus: in eorum bona ſucceſſere Tubingenſes comites: vt genere propinqui, & hæredes proximi. Loca eorum hi occuparunt: præſertim Syndelfingam & Bæblingam: factiq; ſunt Aduocati, vel Patroni, canonici ibi collegij. Etſi vero Aduocati canonicorum erant Tubingenſes comites: parum inde fructus ipſis acceſſit. Rudolphus enim comes quædam eis detraxit circ. 1260. annum: ſed horum quotannis poſtea ſex argenti marcis compenſationem fecit. Obijt is Viennæ, & Bebenhuſæ humatus eſt. Filius eius Rudolphus, dictus Scharer, aduerſatus & ipſe eſt 1290. anno canonicis: ſed ſequenti anno eis ſatisfecit.

Canonici eius, ex quibus familiis.

Fuerunt multi in hoc collegio comites & nobiles (præſertim Tubingenſes & VVirtembergenſes) qui fuere canonici & Præpoſiti: inibiq; ſepulturæ mandati ſunt. Vt, Comes Rudolphus de Tubingen. anno 1272.

*Comes Vlricus de VVirtemberg, 1332. Item comitis Ludouici VVirtembergici filius naturalis Vlricus, qui fuerat Metzingæ Eccleſiaſtes (*ein Kirchherr*) ideoq; Metzinger cognominabatur: qui circa 1421. Præpoſituram geſſit.*

Nobiles familiæ, ex quibus canonicos & præpoſitos hoc collegium habuit, plures erant: VVurmlingenſes, Hailfingenſes, Altingenſes, Gyltlingenſes.

Item Cuppingenſes Barones. Etiam Illingi, Neuhuſij, Bernhuſij, Mengisheimij: & alij nobiles, Syndelfingæ humati.

Vlricus Rechbergenſis.

Sepultus ibi quoq; eſt D. Vlricus de Rechberg, eques, dictus de Syndelfingen: cum comitiſſa Tubingenſi Agnete, vxore ſua. Hic generoſis VVirtembergicis comitibus, Eberhardo & Vlrico, ſua Sindelfingenſia. 1351. vendidit: curiam quandam fratri ſuo Ioanni de Rechberg dedit. Sic & comes Tubingenſis Gottefridus (Gatz) comiti VVirtembergico Eberhardo, vendidit 1369. Syndelfingam & Zauelſtainum, cum arce, pagis, & incolis.

Syndelfingæ & Zauelſtaini venditio. Tybingam translatum, hoc Canonicorum collegiũ.

Anno deinde 1477. Collegij Syndelfingenſis translatio Tybingam, & ſecularium canonicorum inſtitutio Syndelfingæ, facta eſt: Pontificis & Cæſaris conceſſu, Sixti atq; Friderici.

Præpoſiti.

Præpoſiti antea Syndelphingenſes.

1. *Buoggo Presbyter.*
2. *VVolframus.*
3. *Fridericus, anno* M. C. XXIV. *Palantino Comite Gotefrido, Aduocato villæ Syndelphingenſis.*
4. *Gotefridus.*
5. *Philippus, Comitiſſæ Lutgardis F.*
6. *Adelbertus de VValbuch.*
7. *Fridericus de Ibelingen. Obijt 12. Cal. Maij, Denckendorffæ Monachus factus.*
8. *Conradus de Halſingen.*
9. *Luthardus de Gruningen. Obijt 1238.*
10. *N. de Gozzelingen. Præfuit 1243.*
11. *Dithricus de Ibelingen.*
12. *Vlricus de Cuppingen. Obijt 1253.*

13. Con-

13. Conradus de Bernhuſen. Obijt 1275.
14. Hainricus de Halſingen, nepos Prædicti Conradi ex ſorore. Obijt 1297.
15. VVernherus de Bernhuſen, filius fratris prædicti Conradi Præpoſiti. Obijt 1332. pridie Kal. Septemb. & honorificè ſepultus eſt in ambitu huius Eccleſiæ.
16. Vlricus de VVirtemberg. Obijt 1348. 7. idus Martij.
17. Vlricus de Gyltlingen, per A. 48. Obijt 1396. Iun 3.
18. Vlricus de Stuggardia.
19. Vlricus de VVirtemberg. (Rector antea Mezzing. Eccleſia) 1421.
20. M. Ioannis de Botbor, S. paginæ Profeſſor, Studij Pariſienſis. Obijt 1433. Nouemb. 16.
21. M. Heinricus Tegen, Decretorum D. ſtudij Bononienſis. Domum nouam, quæ poſt Præpoſitura fuit, conſtruxit. Plura Anniuerſaria, pro ſe, & Parentibus ſuis, ordinauit. Obijt 1457.
22. Iohannes Tegen, nepos prioris, S. Canonum Baccalaureus.

Syndelſinga autem, (quæ villa 1122. erat) muro circumdata eſt, ac ius oppidi accepit, 1284. anno. Audiui ante multos annos: Syndelſingam dictam eſſe quaſi συναδελφίγγων; quod duo ibi condita fuerint cœnobia: vnum, in oppido: alterum, extra oppidum: tanquam fraterno amore iuncta.

COMES QVIDAM CALVENSIS,
ἐθελόπτωχος, willig arm.

Fertur, quendam comitem Caluenſem olim fuiſſe: qui, cum opum & voluptatum abundantia circumflueret, ad vxorem ſuam dixerit: Oportet me paupertatem experiri. Aliter perierò totus. Itaq; coniugi valedixit: ac paupere habitu ſumpto, diſceſſit (in Heluetiam verſus) & in pago quodam (Deislinga nomen habet) bubulcus factus eſt. Boues (aut Oues) pauit in monte quodam, omni diligentia: &, quanquam pecus pingue effecerat: tamen, quod ſemper in vno illo monte pauiſſet, munere ſuo priuatus à Ruſticis, ac dimiſſus, fuit. Reuerſus ergo Caluam, ante fores vxoris (tunc nuptias cum alio celebrantis) petijt ſtipem, vel eleemoſynam. Cumq; ei afferretur fruſtum panis: accipere recuſauit, niſi Dominæ poculum etiam cum vino ſibi mitteretur. Quo accepto, & poto: annulum aureum (ſponſaliorum arrham) in ſcyphum deiecit: & ſilentio in priorem pagum redijt. Ibi grex boum (cui alius paſtor interea inutiliter præfectus fuerat) ei rurſum commiſſus ab agricolis eſt: cui muneri ad exitum vſq; vitæ ſuæ præfuit. Cum autem morti vicinus eſſet: ſe, quis eſſet, illis hominibus aperuit: &, poſtquam mortuus eſſet, ſe à bobus iuſſit exportari: ibiq;, vbi hi conſiſterent, humari, & fanum ædificari. Quod ſic factum eſt: fanumq; de nomine Comitis huius, cui Oberto, vel Huperto, nomen fuerat, appellatum eſt Huperti fanum, zu Sanct Hupreċht. *Eo dehinc peregrinationes hominum fieri, Miſſæq; in memoriam illius celebrari, ſolitæ ſunt: licetq; cuiq; Caluenſi ciui, qui ibi præterit, fores pulſare.* Comes Caluen. Bubulcus.

GENEALOGIA QVAEDAM COMITVM DE KALVV.

Anno 645. Helizena nobilis fœmina Caluenſis.
Anno 830. Erlafridus, & filius eius Nottingus.
A. 948. Albertus, Comes Leoſtainius & Caluenſis, in Haſtiludio Conſtantienſi.
A. 1000. Diepoldus.
A. 1042. Albertus, in Torneamento Halæ Saxonicæ.
A. 1076. Comes Albertus Caluenſis cepit Epiſcopum Verdunenſem, & Guelphonem Bauarum.
A. 1080. Leopoldus Caluenſ. Comes, in Torneamento Auguſtæ.
A. 1082. nouum Hirſaugiæ Monaſterium, ab Alberto ædificatum. Idem erat & Tybingenſis Palatinus. Syndelſingæ quoq; cœnobium is conſtruxit, VVilhæ maritus. Potius tamen diuerſi videntur hi eſſe Alberti.
A. 1114. Gottefridus, Palatinus Tybing. & Comes Caluenſis, ditiſſimus. Cuius filia Itha (al. Iuditha) circa 1126. Guelphoni, Raueſpurgenſi comiti, nupſit.
A. 1127. Comes Albertus de Kalue, auxilio Raueſpurgenſis Guelphonis, arcem VVirtembergam combuſſit.
A. 1139. Regis Conradi Miniſterialis erat Comes Albertus de Kalue.
A. 1164. Caluenſes Comites, Guelphoni aderant in obſidenda Tybinga.
A. 1165. Comes Albertus intererat Haſtiludio Tigurino.

EX LAZIO.

Hartvvigus. Vxor, Biezela.
- *Hartmannus:*
- *Adalbertus. Vxor, VViltrudis,*
- *Comitiſſa Habſpurgenſis* —— *Adalbertus II. Vxor eius, VVilha Polona, an. 1075.*
  - *Adalbertus III.* —— *Adalb. IV. poſtremus familiæ: mortuus ante Itham, VVelphonis vxorē.*
  - *Gotfridus. Vx. Luitgardis, Bertoldi III. Zaring: filia. Hinc, Itha, VVelphoni nupta. Sed ſupra ea dicitur nata eſſe ex Itha, Gotfrido vel Adelberi ſorore. Alibi, ex ipſo Gotfrido.*
  - *Irmegardis, nupta Rudolpho, Brigantino Comiti.*
  - *Itha.*
- *Gebehardus, Epiſc. Aiſtetēſis: poſtea Papa Victor. II. an. 1055.*

Aliis autem videtur, VViltrudem & VVilham, eſſe vnam & eandem mulierem Polonam: & duos præcedentes Adalbertos, eſſe vnum & eundem Adalbertum. Niſi idem hic Adalbertus (ex duobus Adalbertis vnus) primò habuit VViltrudem Habſpurgenſem: poſtea vero, VVilham vel VVillicam Polonam. Mihi verius videtur VViltrudem Adalberto II. VVilham verò Adalberto III. nuptas fuiſſe.

De his hactenus. Vide infrà lib. II. cap. 3.

Ebingenus Berchtoldus. *Anno ſupradicto 1085. viuebat vir nobilis Berchtoldus de Ebingen, eques auratus. Qui cum in Aula Bauarici Ducis VVelphonis fuiſſet Miniſter: villam (*ein Maierhoff*) quam in Ramfrideshofen habebat, tradidit S. Gregorio in cœnobium Richenbachenſe: vt quotannis ageretur dies ibi in memoriam vxoris ſuæ Hedvvigis.*

Ruckerus Epiſcopus Spirenſis. *Spirenſem Epiſcopatum gerebat laudabiliter Ruckerus: ex familia illius ciuitatis vetere Hutzmannorum ortus. Ei dedit Imp. Henricus 1086. Hornbachenſe cœnobium, in Briſgoia ſitū: & cœnobium Kauffungenſe: oppidum item VVaiblingum: deniq; omne ius in Iudæos, ſub Epiſcopatu Nemetum habitantes. Hic Ruckerus amplificauit ciuitatem Nemetum: pago, qui Spira dicebatur (tunc extra mœnia, ad fluuiolum eiusdem nominis ſitus) mœnibus incluſo: totamq; iam, magnificè extructam vrbem Spira nomine primus appellauit. Quod Bruſchius anno 1084. factum ſcribit.*

Robertus Guiſcardus. *In Italia, Nortmannus Robertus Guiſcardus (potens Apuliæ & Calabriæ Dux: Alexij, Imp. Græci, pluribus prœliis victor) acuta febri correptus, anno ætatis LXIII. deceſſit, ſucceſſore Rogerio F.*

Poſteritas Roberti, ex ſententia Caſp. Peuceri, & P. Æmilij lib. 6.

Robertus Guiſcardus.
- *Rogerius*
  - *Simon.*
  - *Rogerius: Siciliæ primus ſe Regē nuncupās, Calabriæ princeps.*
    - *Conſtantia, Henrico VI. Imp. Sueuo nupta.*
    - *VVilhelmus Malus* —— *VVilhelmus bonus.*
    - *Tancredus nothus* —— *Rogerius adoleſcens: cui D. Irena nupta fuit Imp. Græci Iſaacii filia: poſtea R. Philippi Sueui vxor.*
- *Boemundus: ſecutæ expeditionis Hieroſolymitanæ ſocius.*

Eiuſdem R. Guiſcardi poſteritas, ex ſententia Pandulphi Collenut. lib. 3. & fortè verius.

Tancredus:
- *Robertus Guiſcardus — Rogerius — Guilielmus, à patruo Rogerio 1123. Apulia & Calabria ſpoliatus.*
- *Rogerius — Rogerius, Guilielmi ſpoliator:*
  - *Rogerius:*
    - *Tancredus ſpurius — Rogerius.*
    - *Conſtantia.*
  - *Guilielmus malus — Guilielmus bonus.*

Sic collegi ex Collenut. Probabiliter: etſi in poſtremis Rogeriis & Guilielmis, aliquid ſibi ipſe contradicere videtur: tanquam Guil. malus, Tancredi auus ſit.

Anna Comnenæ natiuitas. *Conſtantinopoli nata eſt* ἐν πορφύρᾳ *(in* PVRPVRA. *Sic appellabatur domus Auguſtarum puerperarum)* ANNA COMNENA *(de qua, præced cap.) Cæſariſſa: patre Alexio, & matre Irena, Auguſtis: die ſabbati, matutino tempore, anno Domini 1086. patre Alexio, appoſitè tunc peregrè redeunte.* Τίκτεται τούτοις παιδίον *(inquit ipſa lib. 6.)* θῆλυ: ἐμφερὲς, ὡς ἔλεγον, κατὰ πάντα τῷ πατρί. ἐγὼ δὲ ἄρα ἦν τοῦτο. καὶ, ὥς γε τὴν βασιλίδα καὶ μητέρα, ἔν τισι λόγοις διηγουμένης ἤκουον: πρὸ τρίτης ἡμέρας τῆς τοῦ βασιλέως (ἐκ πολέμου) εἰς τὰ ἀνάκτορα εἰσελεύσεως, ταῖς ὠδῖσι συνεχομένη: σταυροῦ τύπον τῇ γαστρὶ ἐνσημήνασα, ἔφη: μεῖνον ἔτι, παιδίον, τὴν τοῦ πατρὸς ἄφιξιν. *Et ſic factum eſſe, ſcribit.*

VVIRCEBVRGI OCCVPATIO. INTER EPISCOPVM GEBHARDVM & Abbatem Vlricum, Alemannos, contentio. Bohemiæ Regnum, inchoatum. Rietheimius Nobilis. Carthuſienſes, exorti. Hermanni R. interitus. Africanorum Saracenorum clades. Auguſtæ Berthæ laudatæ mors. Sueuica vrbis Auguſtæ vaſtatio. Mechtildis Meervvoltina. Clari Priores Hirſaugienſes. Illuſtriſſima Domina Mathildis, Paparum amica. Henrici Imp. excommunicati ab Vrbano P. Italica expeditio. peſtilentia Lotharingiæ.

Anno

CAPVT VII.

ANno 1086. Henricus Imp. Saxoniam vaſtabat. VVirceburgum à Saxonibus & Alemannis obſidebatur. Ad quam liberandam, Imperator copioſum peditatum & equitatũ adduxit: pugnaq́; iuxta Bleichfeldum commiſſa, diſceſſit ſine victoria: quippe à parte ſuorum equitum proditus. Mox vrbe ab hoſpitibus 3. idus Aug. capta: Epiſcopus Adalbero, qui ab Henrico eiectus fuerat, reſtitutus eſt: præſidiumq́; militare, cum eo relictum, exercitu domum diffluente. Verum paulò poſt, eadem vrbs ab Imperatore recipitur: expulſoq́; denuo Adalberone (Imò capto, ſed clementer dimiſſo) cum ſuis: Meginhardus, quem hoſtes eiecerant, reſtituitur. Vrſperg. & Stadenſis, atq́; Auentinus.

VVirceburgũ Imp. Henrico ereptum.

Odium grauiſſimum inter Conſtantienſem Epiſcopum Gebhardum, & Sangallenſem Abbatem, Vlricum, nobilesq́; ipſorum, adhuc flagrabat: propter ſtudia eorũ erga Anticæſares, Henricum atque Hermannum: & propter Carinthiam, fratri Vlrici Luitolfo ab Henrico antehac conceſſam, Berchtoldis Zæringenſibus ereptam. Eodem anno, Henricus hunc ſibi charum Vlricum Aquileienſi patriarchatui præfecit.

Diſsidium inter Epiſcopum Gebhardum, & Abbatem Vlricum.

Regni Bohemiæ initium factum eſt. Vladislaum enim (al. Vratislaum) Boemorum Ducem, Imp. Henricus, in celebri conuentu Principum Moguntiæ, Regem declarauit. Æneas Syl. de Bohemia cap. 22. Nam ille in prælijs aduerſus Rudolphum, ſtrenuum ſe adiutorem Henrico præbuerat: & in eo, quod 1079. Commiſſum fuit, Lanceam Regiam Rudolfi nactus erat: quam omnibus deinceps Bohemiæ Regibus præferendam inſtituit. Krantz. 7. Saxon. 7. *Hoc quoq́; tempore, aut paulò antè, primus vrbis Auguſtanæ præfectus* (Stattvogt) *inuenitur Fridericus à Rietheim. Hic morti vicinus, fratribus Chori ad D. virginem, quæcunq́; per tumultum horum temporum occupaſſet, reſtituenda curauit. Cui mox Aſchvvini, Comitis Schvvabeccenſis & Baltzhuſenſis Præfecti vel Aduocati prouinciæ Augũburgenſis* (des Landvogts) *autoramento, Dietboldus à Niffen, in ciuitatis ſuppræfecturam annos plus minus* XL. *ſucceſsit. Achill. Gaſſ. M. Scr.*

Bohemiæ Regni initium.

Rietheimius Fridericus.

Conſpectus eſt eodem 1086. anno, apud Auguſtanos coruus albus.

Coruus albus.

Aquarum inundationes, multæ & maximæ, præſertim in Italia. Auium domeſticarum (gallinarum, anſerum, anatum, pauonum) efferatio, & domo in ſyluas auolatio.

Gallinarum efferatio.

Carthuſienſium Monachorum ordo, in Gratianopolis diœceſi, ab Epiſcopo eius loci S. Hugone, ex ſomnio quodam fundari cœptus eſt: Brunone Colonienſi, Magiſtro in Theologia Pariſienſi, promouente. Trit. in Monaſt. Hirſaug.

Carthuſianorũ origo.

Anno 1087. Imperator Sueuiam fœde deuaſtat, caſtella diruit, hoſtibus terrorem inijcit. Sigebert. Tunc credo potiſsime factum eſſe illud: quod ſupra anno 1078. poſuimus: vt homines, araturi terram, in locum boum vel taurorum ſuccederent.

Hermannus ille alliarius, falſò Regis nomine depoſito (teſte Vrſperg.) permiſsione Imperatoris ad ſua reuerſus: poſt non multos dies, in cuiuſdam caſtelli ludicra obſidione (num illi, qui intus erant, animum defendendi haberent) vel ruina portæ, cum multis oppreſſus eſt: iactu lapidis per mulierem de turri, interemptus. Metis ſepultus. Stumpf.

Henrici alliarij Rx interitus.

Comes Sancti montis (Hailigbergenſis) Henricus, Conſtantienſibus bellum inferens, Petershuſam deprædatus eſt.

Fuerat, extruſo per Alliarium Vlrico, Sangallenſibus obtruſus quidam Diuitis Augiæ Monachus, VVernherus. Sed videns is iam maiorem Vlrici potentiam: deſtitit à retinenda Sangallenſi Abbatia. Quoniã etiam Vlricus caſtellum Tuelam, ſiue Duellium, antea Zæringenſi Berchtoldo eripuerat, & aliquandiu tenuerat: ideo & Berchtoldus, illo abſente, Sangallenſem agrum deuaſtauit Stumpf.

Duellium arx.

Hos fructus identidem proferebat Hiltebrandi P. ſementis, etiam poſt eius mortem.

In Italia Victor III. *Pontifex, vt Saracenorum Africanorum inſolentiam frangeret: de conſilio Cardinaliũ & Epiſcoporum (teſte Sigon.) ingentem ex omni Italia exercitum conuocauit: ac vexillo beati Petri tradito, noxiſq́; omnibus relaxatis, in Africã miſit: ac per eos, centum hoſtium millia cecidit: vrbemq́; eorum maximam cepit. Quæ victoria, eodem die in Italiam nuntiata eſt: quo in Africa, parta. Gonfaloniere della Chieſa, Signifer Eccleſiæ, vel Papa.*

Saracenorum in Africa clades.

Vexillum S. Petri.

Anno 1088. 6. Cal. Ianu. ineuntis anni, Auguſta Bertha diem ſuum obijt: quæ primo Moguntiæ ſepulta eſt: Poſtea vero Spiræ in tumulo Giſelæ. Epithaphium, hoc eſt.

SEXTA KAL. *Ianuarij, Bertha Imperatrix obijt. Hic* PROAVI *coniunx, hic Henrici ſenioris.*

Bertha Cæſariſſa mori.

De hac Bertha quid Itali ſcribunt, audiamus.

Bertha filatio.

Cum Henrici IV. uxor Bertha, Patauij moraretur: ruſtica quædam mulier, & ipſa Bertha nominata, filum ei dono obtulit tenuiſſimum: quod in vrbem venale portauerat. Accepit hilarè Regina: cognitoq; nomine mulieris, & animo indignã amplius inope colu iudicauit. Procuratore ergo ſuo in pagum Montagnonem, eius patriam, miſſo: ei tot iugera, quot illo filo extenſo circumdarentur, dari iuſſit terræ ex publico. Quo exemplo excitæ aliæ mulieres, filum afferebant & ipſæ, quod donarent. Ipſa verò renuens: Abijt tempus, inquit, quando Bertha filabat. Hinc prouerbium ortum eſt Patauinis, de temporis mutatione loquentibus. Ab hac muliere & nobilis gens fertur dicta de Montagnono.

Montagnonus.

Bernardin. Scardeonius in Annalibus vrbis Patauij: qui & in Eccleſia ibi cathedrali Dominam Bertham defunctam iacere ait: cum tamẽ Spiræ iaceat, vt ſupra dictum eſt. PATAVII IN BASILICÆ *cathedralis pariete ingredientibus læuo, Epitaphium inter duas imagines.*

BERTHA ET HENRICVS REX
PRÆSVLIS ET CLERI PRÆSENTI PRÆDIA PHANO,
DONAVIT REGINA IACENS HOC MARMORE BERTHA,
HENRICI REGIS BATAVI CELEBERRIMA QVARTI
CONIVX, TAM GRANDI DONO VENERANDA PER ÆVVM.

Patauii libertas.

Ab eodem Cæſare & Bertha, Patauium (olim ter vaſtatũ: Ab Attila Hunno, Totila Gotho, & Agilulpho Longobardo) in gratiam ſui propinqui, Patauienſis Epiſcopi Milonis, libertate donatum eſt. Inde, in ſignũ libertatis, armato cavvocio vti cœperunt in bello, Bertha nominato. Hinc Dictum hoc ortum puto, quo terrentur inquieti pueri: Schweig/ oder die eyſene *Bertha* kumbt.

Auguſtã Suéui (contra Hẽricum) deuaſtant, Duce VVelfone.

Auguſta vrbs (teſte Vrſperg.) inſidijs Sueuorum in cœna Domini capta, ſecunda feria Paſchæ deſtruitur. Et Sigefridus, eiuſdẽ vrbis Epiſcopus, cuſtodia mancipatur. VVigoldus verò inuaſor (ἀντιβάτης) *eiuſdẽ Eccleſiæ, intra paucos dies moritur. Quibus de rebus Bruſchius ſic ſcribit. Vix abierat quadriennium, ex quo Cæſar Henricus Auguſtam receperat: cum noui hoſtes veniunt: Guelpho videl. Bauarorũ Dux: ſummaq; vi Auguſtanam vrbem oppugnat. Quam cum aperta virtute vincere non poſſet: ad fraudes & proditiones confugit: quibus poſt pauculos dies vrbe potitus eſt. Is vrbem diripuit, incendit, ac vaſtauit miſerrimè: muros omnes diſiecit, ac ſolo æquauit. Epiſcopum Sigefridum cepit: & Rauenſpurgum abduci, & in carcerem conijci, mandauit. Habebat Epiſc. apud ſe fidelem quendam Miniſtrum, virum nobilem, Vdalricum Pincernam de* BLANCKenberg. *Is defenſurus Dominum ſuum: & hoſti ſe pro eo obiiciens (ſicut Clitus olim pro Alexandro M.) à Guelpho trucidatus eſt. Qui in ſumma Baſilica D. virginis, terræ mandatus: poſtea ab Epiſc. Sigefrido, Auguſtam redeunte, hoc monumento donatus eſt.*

Blanckenbergius heros.

Pontificis fidi vitam tego dum Sigefridi,
  Vdalricus ego: ſic tibi notus ero.
VVelpho ferens aciem, gladio me ſtrauit inermem.
  Ne patiar gladios, tu pete, tartareos.

Ceperat Guelpho Epiſcopum non aliam ob cauſam: quam quod nollet is habere Guelphones pro Aduocatis ac defenſoribus Epiſcopatus Auguſtani: cum ſemper anteceſſores Epiſcopi, Aduocatum ſuo arbitratu ſibi conſtituiſſent, quem voluiſſent. Capto autem Sigefrido: venit ex oppido Fauenſi VVigoldus: Guelphonem pro Aduocato ſe libentiſſime habiturum pollicens. Sed viſa vrbis non direptione ſola, ſed totius etiam dilaceratione: Fieſſam redijt: vbi animi mœrore confectus, poſt pauculos menſes obijt: ſepultus in cœnobio S. Magni. Auentinus ſcribit in illa Auguſtæ expugnatione, & populum & Sacerdotes prædæ fuiſſe: Complures, qui in Templũ maximum confugerint, ab irato hoſte ibi contrucidatos: Epiſcopum Sigefridum ab ara abſtractum: in vincula coniectum eſſe. VVigoldum Hiltebrandinum, auctorem huius belli, Epiſcopum ciuibus impoſitum: poſtridie, licet homicidio pollutum ſacrificaſſe: ſed vix ſacris peractis, morbo correptum eſſe, & expiraſſe. Pro illo igitur Guelpho VVernherum quendam, Epiſcopatui Auguſtano præfecit. Sed & is mortuus eſt, priuſquam Auguſtam intrauiſſet. Accerſiuit ergo ex Augia diuitis cœnobio, Eccardum Abbatem, comitem Nellenburgenſem. Sed hic in itinere morbo lethali correptus, domumq; reuectus, paulo poſt ex hac vita diſceſſit: quemadmodum ſuperiore libro dictum eſt. Dum Guelpho de alio ſubſtituendo diſpicit: Monachus quidam Campidonenſis proſilit: qui in Italiam, de Epiſcopatu conſequendo laborans, proficiſcitur: ſed ipſe quoq; in itinere mortuus eſt. Tandem triennio poſt vrbis deuaſtationem elapſo: Sigefridus magna pecunia

Epiſcopatus Auguſt. à quibusdam infeliciter affectatus.

redem-

redemptus, ad Epiſcopatum redire à Guelphone permiſſus eſt: Verum die S. Barbaræ, anno 1096. huic mortali vitæ valedixit: non multa tranquillitate (vir meliore fortuna dignus) per 18. muneris ſui annos vſus. Lutoldus Regenſpergenſis, patronus quidam Sangallenſis Monaſterij, ſed Abbati Vlrico ſemper contrarius, occiditur à ſuis inimicis. Ita Vlricus, vt antea Anticæſare: ita nunc alijs grauibus aduerſariis, liberatus eſt.

Ainhardus (al. Emmenhardus) comes Rotenburgotuberanus, Richardi comitis nepos, à Cæſare Henrico conſtitutus eſt Epiſcopus Herbipolenſis.

Conſecrauit Chomburgenſe Monaſterium (vt ſupra cap. 2. diximus) Adalbero VVircepurgenſis Epiſcopus, qui ante Ainhardum geſſit eum Epiſcopatum.

Nobilis quædam vidua hoc 1088. anno, erat, nomine Mechtildis Meervvoltina: habitans in paruula arce Stain: ad amnem Cocham, inter CuntZelſaium & Ingelfingam, ſita. Hæc fanum ædificauit in honorem Dei, & D. Martini: quod cum arce Staino, commodisq́; omnibus, tradidit cœnobio apud Chomburgum Ægidiano, ibi Monaſticum habitum induta. Sperabat ea, collatione pecuniæ & bonorum ab aliis futura, in Staino quoq́; παρθενῶνα, ſeu Gynæceum, extructum iri. Sed ſpes, irrita fuit. G. VVideman.

Meervvoltina Mechtildis.

Claruit hoc tempore apud Hirſaugienſes Adelbertus Monachus: qui ſub Abbate VVilhelmo, Prioris officium annis non paucis ſtrenue geſſit. Qui licet corpore debilis eſſet: mente tamen ſemper ad Deum erectus erat. Ei ſucceſſit in Prioratu, ab Abbate VVilhelmo ordinatus, Dietbericus Monachus: vir omni honore dignus: poſtea Abbas Monaſterij Petershuſani apud Conſtantiam. Succeſſorem in Prioratu habuit venerabilem ſenem, Monachum Othonem: qui paucos quidē menſes, Prior: plures verò annos, cellarius Monaſterij fuit. Eum ſecutus eſt Prior, Gebhardus, vir nobilis: ſingulari in rebus gerendis prudentia. Poſtea factus eſt Abbas huius loci. Tritenheim.

Hirſaugiæ Priores, viri clari.

Pontificiam in ſedem promotus eſt Vrbanus II. antea vocatus Otho, Epiſcopus Oſtienſis: Gallus natione, Milonis filius: ex oppido Caſtillionis, Remenſis diœceſis.

D. Mathildis, vt Gregorium & Victorem acerrime ſuis opibus iuuerat (inquit Sigon.) ſic Vrbanum ſe defenſuram profeſſa: auctoritate eius, VVelfoni Bauariæ Duci matrimonio copulata eſt. Glück zu auff die Hochzeit/vnd gut Bier.

Mathildis Papicola, Guelphoni nupta.

Rogerius, Apuliæ Dux Capuā occupauit: & omnes ciuitates Eccleſiæ Tibur vſq́;, ac Velitras, ſe dedentes, in fidem accepit. In Siciliam etiam traiecit, ac Syracuſas cepit. Blond. lib. 3.

Rogerij Normanni res geſta.

Anno 1089. Vlricus Baro de Lupfen, ex præpoſito Abbas Augiæ diuitis eſt XXXIV. VVelphonis iuſſu, Capitulo conſentiente, factus contra Imp. Henricum. Conſecrauit eum Vrbanus P. in concilio Placentino: præſente Gebhardo, Conſtantienſi Epiſcopo. Bruſch.

Lupfenſis Vlricus, Abbas.

Imp. Henricus ſecundas nuptias Coloniæ celebrauit, cum Regis Ruſſorum filia Praxede (al. Adelhaide) vidua Marchionis Vdonis. Al. Henrici Marchionis de Stadhe.

Henrici Imp. vxor ſecunda.

Vrbanus P. Synodum Melfi agens: confirmatis Hiltebrandi & Victoris actis, Henricum & ſocios ipſe quoq́; deteſtatus eſt: Rogerum verò, ſe fidelem ei fore promittentem, Ducem Apuliæ ac Calabriæ confirmauit. Ergo hic Papa, nihilo deceſſoribus mitior erga ſummam poteſtatem erat: illud nimirum D. Petri ad amuſſim imitatus, quod 1. Epiſt. 2. eſt: Subditi eſtote omni humanæ creaturæ (κτίσει: hoc eſt, Magiſtratui à Deo ad vtilitatem humani generis creato atq́; inſtituto) ſiue ille ſit Rex, tanquam eminenti: ſiue ſint Duces, tanquam ab eo mitti ſolitis: ad vindictam maleficorum, & laudem bene agentium.

Idem, etiā ab Vrbano P. excōmunicatus.

Irritatus eo facto Pontificis, Henricus, Italicā expeditionem repetijt. Quo altero anno profectus, ferme ſeptē annos illic manſit: varia certamina, aduerſus Mathildem præſertim, expertus.

Ergo cum exercitu in Italiā profectus.

Eodem 1089. maxima peſtilentia fuit (Sigeb. teſtante) cum alibi, tum maxime in occidentali parte Lotharingiæ: vbi multi, ſacro igne interiora conſumente, computreſcentes: exeſis membris, inſtar carbonum nigreſcentibus: aut miſerabiliter moriebantur: aut, manibus ac pedibus putrefactis, truncati, miſerabiliori vitæ reſeruabantur: multi verò, neruorum contractione diſtorti, tormentabantur.

Peſtilentia dira.

Athenis etiam olim talis, tam dira, peſtis erat, 2. lib. Thucyd.

Τὸ μὲν ἔξωθεν ἁπλομένῳ σῶμα, ὐκ ἄγαν θερμὸν ἦν: ὄτι χλωρὸν, ἀλλ' ὑπέρυθρον, πελιδνὸν, φλυκταίναις μικραῖς καὶ ἕλκεσιν ἐξηνθηκός. Τὸ δὲ ἐντὸς οὕτως ἐκάετο: ὥστε μήτε τῶν πάνυ λεπτῶν ἱματίων καὶ τῶν σινδόνων τὰς ἐπιβολὰς, μήτ' ἄλλό τι, ἢ γυμνὸν, ἀνέχεσθαι: ἥδιστά τε ἂν ἐς ὕδωρ ψυχρὸν σφᾶς αὐτοὺς ῥίπτειν. *Item*, κατέσκηπτε τὸ κακὸν καὶ ἐς αἰδοῖα, καὶ ἐς ἄκρας χεῖρας, καὶ πόδας. καὶ πολλοὶ στερισκόμενοι τούτων, διέφυγον. εἰσὶ δ' οἳ καὶ τῶν ὀφθαλμῶν. Τὺς δὲ καὶ λήθη ἐλάμβανε παραυτίκα ἀναστάντας, τῶν πάντων ὁμοίως: καὶ ἠγνόησαν σφᾶς τε αὐτοὺς, καὶ τοὺς ἐπιτηδείους.

Lucret. lib. 6. vertic.

Nec nimio quoiquam poſſes ardore tueri
Corporis in ſummo ſummam feruiſcere partem:
Sed potius tepidum manibus proponere tactum:
Et ſimul vlceribus quaſi inuſtis omne rubere
Corpus, vt eſt, per membra ſacer cum diditur ignis.
Intima pars homini vero flagrabat ad oſſa, &c.
Atque etiam quoſdam cepere obliuia rerum
Cunctarum: neque ſe poſſent cognoſcere vtipſi.

MONASTERIA, ASYLA. LIVTOLDVS ET CONO, COMITES Achalmenſes. Monaſterij Zuifaltenſis fundatio, & ex Hirſaugienſi plantatio. Dotatio eius ab iiſdem illuſtribus Achalmæ comitibus. Auia, Achalmenſis Comitiſſa. Vici veteres, nunc Tybingenſis & Vracenſis Præfecturæ, & alij. Salica, Manſus, Huba.

CAPVT VIII.

Monaſteria, pro aſylis.

Zuifaltenſes libelli, de eo Monaſterio.

His & ſequentibus temporibus, quibus Germania tot bellis culpa Pontificum perturbabatur: nec frater à fratre tutus erat: nec quiſquam ſciebat, qua hora ſibi futurũ eſſet, vt trucidaretur: homines Monaſteria conſtruebant, eoq; bona ſua conferebant: quò tutum receptum, tanquam in aſyla quædam, haberent: ſi id modo vel ſic fieri poſſet: idq; præcipuè in Sueuia faciebant. Erant etiam iam antea multa cœnobia condita: ſed Monachi ab inſtitutis S. Benedicti longè degenerauerant. Ideo, reformatio ſecuta, per nouos ordines & ſocietates. Nunc igitur primum, de fundatione & progreßibus Zuifaltenſis Monaſterij ſcribemus: ſuis vero annis, de aliis cœnobiis conditis. Hæc autem, quæ de Zuifaltenſi, non tam ex Bruſchio ſumemus: quam ex antiquis membraneis libellis: quos ex illo Monaſterio, cuius Abbatem hodie Georgius Rhavv agit, mihi impetrarunt clariſsimi & humaniſsimi viri: ALEXANDER *Camerarius, Med. D. Laudatæ Reutlingenſis ciuitatis Phyſicus: & M.* ISRAEL *VVielandus, Tußlingenſis Eccleſiæ paſtor: amici mei colendi. Quæ etſi plura erunt: & nonnulla ſuperuacanea videri poterunt: ego tamen memoriam nobilium, & aliorum honeſtorum hominum (vt etiam alias in noſtro Sueuicæ hiſtoriæ opere) conſeruandam, nec obliuione temporis interire ſinendam, cenſeo. Præſertim, re forſan non ingrata ijs futura: qui adhuc ex illis familiis reſtant. Simul etiam permultorum locorum, quæ adhuc hodie ſunt, vetuſtas animaduertetur. Auctorem autem eorum, quæ in membranis, quas dixi, continentur, video fuiſſe* BERTOLDVM, *tertium Abbatem, anno* CIↃ. C. IIXL. *ſcribentem: etſi eum in Catalogo Zuifaltenſium Abbatum, quem Bruſchius habet, non reperio.*

Zuifaltenſis cœnobij conditores.

Achalm, mons & arx.

Anno igitur Domini 1089. Monaſterium Zuifaltum, ſiue Zuifaltaha, fundatum eſt ab illuſtribus comitibus de Achalm, LIVTOLDO *(al. Luitholdo) &* CONONE *(al. Cunone) germanis fratribus, in prædio ſuo Zuifaltaha. Vbi Hirſaugiæ Abbas VVilhelmus (huic fundationi ab illis adhibitus) villam ſatis populoſam, totam deſtruxit: ſuiſq; manibus Monaſterio ſpatium dimenſus eſt. Vocatur latine, Ad duplices aquas: à duobus riuis, Aich cognominatis: & in ipſo Monaſterio concurrentibus. Vocatur etiam Zuifildenſe, antiquè. Magnificum eſt, & opulentum Benedictinæ diſciplinæ Monachorum cœnobium, Conſtantienſis diœceſeos: nõ longe à Danubio, inter Hettingam & Riedlingam oppida, tribus milliaribus ſupra Vlmam, in Alpibus Sueuiæ ſitum. Fuiſſe antea dicitur (vt Hermannus Ædit. perhibet) in monte Achalm, ſupra Reutlingam Imperiale oppidum. Vnde, cum aliò translatum fuerit: fulguribus & tonitribus eum montem, frequenter poſtea concuſſum fuiſſe: eo quod olim conſecratus fuiſſet: ſicut & mons, vbi eſt caſtrum Hohenvviel, eo malo laboret: quod inde cœnobium translatum ſit (ſicut apud Felicem Fabri reperi) eo, vbi eſt oppidum Stainum. Extat adhuc illic vetuſta arx Achalma, VVirtembergicæ ditionis: quam ante paucos annos, longo aſcenſu ſuperato, contemplati libenter ſumus. Cæterum ſtirps Comitum prædictorum hæc fuit.*

Achalmenſes Comites.

1. Rudolphus, de caſtello Achalmen: cuius vxor erat Adelhaidis, de caſtello VVilfelingen: al. Mumpelgart, vt in margine membranæ ſcriptum erat. *2. Eorum liberi.*

VVerinherus: qui dicitur Argentinenſis Epiſcopus fuiſſe: ſed non inuenio in catalogo.

Rudolfus, in iuuentute occiſus.

Egino: qui poſſeßiones in Alſatia habebat. Vxor ei fuit Sophia: quæ poſt eum Conrado de Habechisburg nupſit.

Hun-

Hunfridus: }
Beringerus: } *qui cis & vltra Rhenum bona poſſidebant.*

Liutoldus: }
Cuno: } *quibus ditio erat apud Zuifaltam, & circum. Item, in Rhatia circa Curiam.*

Mechtildis, mater Burcardi, Othonis, Cunonis, & Bertholdi, ex comite Lechsgmyndenſi. Bertholdus Burcardum genuit. VVillibirga: quæ fuit mater VVerinheri (VVernheri) comitis de Gruningen.

Rudolphus ſenior fratrem habuit nomine Eginonem: Adelhaidis vero coniux, fratrem Hunfridum, Rauennæ Epiſcopum.

Filij Rudolphi VVerinherus Epiſcopus, & frater eius Egino. Imp. Henrico IV. *adhæſerant: & in eo ſchiſmate (à Catholicis: vt ait Auctor libri, inſectator Henrici) perierant. Ideo non fuerunt eorum nomina libris Zuifaltenſium Monachorum inſcripta: ſicut cæterorum anniuerſaria, qui cum Pontifice ſtēterant.*

Vernherus, Epiſcopus Argentinenſis.

De hoc VVerinhero accipiendus eſt locus Tritenhemij: qui in Hirſaug. Chron. his fere verbis extat. Rex Henricus, cum S. VVilhelmum Abbatem, & fratres Hirſaugienſes, conſtantes in Rom. Pontificis obedientia, ſibiq; excommunicato contrarios eſſe cognouiſſet: in publico ſuorum principum conſeſſu præcepit Hirſaugiam funditus deſtrui: & bona eius, in ſtipendiū militibus erogari. Ad hoc facinus perpetrandum, VVernerus, Epiſcopus per Simoniam conſtitutus ad Eccleſiam Argentinenſem, milites ſuos cohortatur: vt obſequium Regi præſtiturus, & prædam ingentem conſecuturus. Milites id facere recuſantes vrgens, præceſſit loricatus in equo, minarum plenus contra Monachos Hirſaugienſes: ſed ſubito vlulās decidit, morte ſubitanea præoccupatus. Ita milites amplius conari veriti, receſſerunt. Rex verò odio Hirſaugiam perſequi non deſtitit, quoad vixit. Hæc, ille. Ex quibus iā cauſa patet: cur non inter Argentinenſes Epiſcopos VVerinherus recenſeatur.

Hirſaugienſibus Imp. Henricus, contrarius.

Mater Adelhaida: (quæ cum fratre ſuo Hunfrido, Rauennate Epiſcopo, Præpoſituram Emburach, & villam Sabſach, Artinenſi Eccleſiæ contulit) ibi ipſa cum Eginone, Liutoldi comitis patruo, & filiis ſuis, VVerinhero Epiſcopo, Eginone, & Rudolpho (iuuenili in ætate occiſo, in contiguis locis) in Eccleſia S. Mariæ, ante altare S. Laurentij, humata quieſcit: maritus verò Rudolphus, Zuifalti iacet.

Adelhaidis & Rudolphi Achalmenſium ſepultura.

SYNOPSIS FAMILIÆ HVIVS.

N. { *Egino.* / *Rudolphus vx. Adelhait.* } —
- *VVerinherus Epiſcopus.*
- *Rudolphus.*
- *Egino.*
- *Hunfridus.*
- *Beringerus.*
- *Liutoldus.*
- *Cuno.*
- *Mechtildis*, {
  - *Bertholdus* —— *Burcardus.*
  - *Cuno.*
  - *Burcardus, Epiſcopus Vltraiectenſis.*
  - *Otho.* }
- *VVillibirga* —— *VVerinherus, Grœning. Comes.*

Dicit Auctor hic: Henricum IV. *(quem vocat Tyrannum, & nefandiſſimum) quinquies eſſe victum: nempe ad Vnſtrut, Strovve, Elſtir, Hochſtetin, VVirciburc. Quibus in locis, etiam Liutoldum & Cononem (eius hoſtes) multos ſuorum amiſiſſe. Hac igitur cauſa, quod maxima confuſio Germaniæ, & nec vicinus à vicino, nec pater à filio, tutus eſſet, incubuiſſe ad Monaſterij conſtructionem, vt tutiores eſſent. Vertiſſe neceſſitatem in voluntatem: & animæ ſuæ conſulere voluiſſe: ſicut talibus temporibus, alia quoq; cœnobia in Sueuia ſint condita.*

Henrici Cæſ. clades 5.
Cauſa, cur Liutoldus & Cuno Monaſterium Zuifalt. condere voluerint.

PRIMITVS ANGELICA VITA (ſic à Μοναστικὴ APPELLABATVR)
per Hirſaug. Abbatem VVilhelmum, in hoc loco plantata.

Miſit is XII. *Monachos, &* V. *barbatos fratres, anno 1089. in feſtiuitate S. Michaelis, præparatum hunc locum ad ſalutem animarum. Qui ſtatim, vt locum ſanctum in deſcenſu Alpium aſpexerunt: iuſſu patris VVilhelmi de iumentis deſcenderunt: nudipedes letaniam cum magna cordis deuotione cecinerunt. Ingreſſi autem Reginæ cœli (ſic B. Mariam vocant) Templum: ymnum (hymnum) Aue Maris ſtella, dulciter modulati ſunt: humiliter ſalutantes ſibi habitantem.*

Ex Hirſaug. Monaſterio, Zuifaltenſe plantatum, ab Abbate VVilhelmo.

Initio autem per Priores regebantur: & in magna paupertate, religioſam vitam ducebãt. Vicini ditiores, eis ſubſidia vitæ miniſtrabant: & omnia vendentes, ac precia ad pedes illorum ponentes in communione ipſorum manere ſtudebant. Anno deinde tertio fundationis, numero fidelium aucto: petentibus Abbatem, datus eſt ab Abbate VVilhelmo Noggerus, in media Quadrageſima: cum antea Prior eis præfuiſſet VVezilo. Fuerat Noggerus, primò Sacerdos apud cellam S. Meginradi, vel Einſidelam. Poſtea, Monachus Hirſaugiæ laudatus eò, quando reparabatur, inter XII. *Monachos veniens: qui omnes poſtea Monachorum Rectores facti ſunt. Eodem autem anno, quo Noggerus Abbatiam ſuſcepit, VVilhelmus obijt: ſcilicet 3. (al. 4.) nonas Iul. anno 1091. fundationis verò Zuifaltenſis Monaſterij tertio.*

Liutoldi comitis ad hoc Monaſterium collatio bonorum.

A LIVTOLDO COMITE ACHALMENSI, HVIC Monaſterio tradita.

In VNDINGIN, *taberna, & ipſius villæ dimidium. Quibus de duobus, charta vetus hæc eſt. Notum ſit omnibus, tam futuris, quam præſentibus, qui auditu perceperint: iniuſtam, & pro nihilo habendam eſſe querimoniam, quam habent fratres de* MIERINGEN, *pro prædio ſito*

Deredingen.

TAREDINGIN *& Vndingin: quod quia à progenitoribus ſuis quõdam in proprietate habitum*
» *ſit: iure hæreditario ſuum eſſe affirmant. Vnde eò, quòd iniuſtè ablatum ſibi æſtiment: aduerſus*
» *eiusdem prædij poſſeſſores ſæpe conqueruntur. Hoc autem modo, hoc ordine, rei euentus huc vſq;*
» *ad præſens tempus deuenit. Tempore Cuonradi Imperatoris, & Henrici ſucceſſoris eius (1025. &*

Auia, Comitiſſa Achalmenſis.

1040. Chriſti) in Regno, Auia (nomen proprium mulieris: ait Scholion ſuperſcriptum) eorundem fratrum conſilio, & effectu cognatorum ſuorum, miſſa in Longobardiam, legitimo ibidem tradita eſt marito. Interim frater eius domi relictus, paralytica infirmitate per compagem mem-
» *brorum reſolutus, prædictum prædium, quod tunc temporis ſui iuris erat, abſq; omni contradi-*
» *ctione tradidit in proprietatem Rudolpho comiti de Achalmin: tum quia infirmitate debilita-*
» *tus, tum quia conſanguinitate ei erat coniunctus: ea tamen pactione vt ſibi, quoaduſq; viueret,*
» *in loco filij neceſſaria vitæ ſuppeditaret. Prædicta ſoror eius contempto, cui legitimo ſociata erat,*
» *marito à Longobardia reuertens, prædium ſupradictum, quaſi iniuſtè ſibi ablatum, à Rudolpho*
» *repetijt. Sed quia legalia iura propter turpem abiectionem mariti perdidit: contradicentibus le-*
» *giſperitis, minimè recepit. Quippe quæ maritalem caſtitatem amiſit: etiã iura hæreditaria per-*
» *didit. Prædictus autem Rudolphus, licet poſſet obtentu rationis recuſare, ſi vellet: miſericordia*

Immihauſen.

tamen motus ſuper eam, tradidit ei prædium, quod habuit apud HIMINHVSEN, *& quinq; Hu-*
» *bas Vndingin: ob comprimendam eius, licet iniuſtam, pro hac re querimoniam, & amicitiæ*
» *fœdus redintegrandum, & perpetuò conſolidandum: ante omnia affirmans, vt de cætero pror-*
» *ſus ſe abdicaret. His ita ſub teſtimonio plurimorum aſcito, ritè peractis: idem prædium, quod à*
» *prædicto fratre eiuſdem mulieris percepit: poſtea nullo repoſcente, in quouis colloquio Ducum aut*
» *Comitum, in proprietate retinuit: filiiſq; ſuis, nemine refragante, in hæreditatem reliquit. Simi-*
» *liter etiam ipſi per totum vitæ ſuæ tempus, nullo repoſcente, retinentes, deinde huic Monaſterio*
» *perpetuò adhæſurum tradiderunt.*

Alia, à ſupradicto Comite tradita.

Villa ALTINBVRC: *ex qua columnæ Templi Zuifaltenſis exciſæ ſunt. In ea villa erant cum aliis hæc, quæ tradita ſunt. Manſus* XIV. *Molendinum* I. *Capella item S. Nicolai, ibidem ſita: ab Argentinenſi Epiſcopo VVernhero, antequam in ſchiſma caderet, conſecrata.*

Apud ONFRIDINGEN, *dimidia pars Eccleſiæ: &* I. *Salica, Manſus 4. complectens:*

Salica.

Salica, ein Rawfeld *(vt exiſtimo) durus tractus: ſalebroſa & aſpera terra: quia in ſequentibus, Alpes nominatur.*

Manſus.

Manſus, fortè ein Manſmat*: pars Salicæ, hoc loco.*

Manſus (inquit in quibuſdam M. Scr. Laurentius Friſius) à manendo dicitur. Quatuor Monaſteria Herbipolen. Eccleſiæ, manſa ſunt: Amerbach, Nevvenſtat, Gluchtern, Murrhart. Duo manſi (inquit idem) continent LX. *agros, id eſt, iugera. Sic ille.*

Apud DARODINGEN, XII. *Hubæ.*

Huba.

Huba, pars fundi ſeu villæ, in plures partes aut hæredes diuiſæ.

Curtis.
Hofa.

Auentinus lib. 7. ſic ſcribit: Huba & Manſus, bigis arari ſolet: curtis & Hofa, quadrigis. Hæ ſunt duæ claſſes ruſticorum prædiorum.

Item 2. Nemora, & 2. Molendina, in eodẽ pago Derendinga. Præterea, dimidia pars Eccleſiæ,

VVeila.

cũ decimis & familia. Altera pars dimidia, ad Eccleſiã in vico WILON *pertinebat, vt putabatur. Quodã enim tempore, quidam VVilonenſis Clericus, alterã etiam partẽ Zuifaltenſibus eripere*

pere conabatur, quaſi ea pertineret ad VVilonā, cū decimis. Zuifaltenſes contra, vtramq; partem ſibi vendicabant. Dicebant enim aduerſario: quendam de Darodingen Presbyterum, equum emiſſe à VVilonenſi Presbytero: eiq; dimidiam partem Eccleſiæ conceſſiſſe: donec equum redderet, aut 30. Siclos Vlmenſis monetæ daret. Venditore autem poſt paucos dies mortuo: Eccleſiā manſiſſe non redemptam. Verum allegabant octo Presbyteros, teſtantes de veritate rei. Eos enim omnes Eccleſiam Darodingenſem, cū Eccleſia S. BLASII, à Liutoldo Comite, & à patre eius Rudolfo, habuiſſe: nulla eius parte VVilonam pertinente. Horū erant hæc nomina: vbi obſeruandi, pagi. *Vlmenſis moneta.* *Blaſisberg.*

Sigebolt de TVZZILINGEN. *Tuſſelingen.*

Burcart de MOERINGEN.

Gerhart de GOMADINON.

Hugo Romanus. Puto de ROMANISBACH.

Richinzo de ARGOVVE.

Diemo de BVHILE. *Biehel.*

Eberhart de DARodingen.

Landolt de LVSTENOV. *Luſchnavv.*

Hinc diu vtrinque certato: cùm Zuifaltenſes nollent moleſtias iuris experiri: tandem IVDICIO FRIGIDÆ AQVÆ (Scriptore membranei huius libri Bertholdo, aliiſq; Monachis & Clericis, præſentibus) probatum eſt: ad Zuifaltenſe Monaſterium, nō ad VVilonam, illam Eccleſiam, cum decimis & omni iure, pertinere. Sed propter negligentiam Prælatorum, indiſcuſſum remanſit. *Aquæ frigidæ probatio.*

Data eſt ab eodem Comite Liutolfo iuxta eundem vicum, Eccleſia quoq; S. BLASII in ſupercilio montis cuiuſdā ruinoſæ ciuitatis poſita (Heut/S. Bläſis Berg) nulli alteri Eccleſiæ ſubdita: & 2. Manſus iuxta montem: vnuſq; apud KRESBACH villam. *Creſpach.*

Apud VNDINGIN, 14. Manſus, & 1. taberna. Paſcua latiſſima: & dimidium iuris ſuper villam.

Apud SCEPHBUCH, 10. M.

Apud DVSZILINGEN, 1. M.

Ad STVBICHAHE, 4. Huba.

Ad SIGGINHVSEN, 2. H.

Ad NVVVINHVSIN, 1. M.

Ad PHVLLINGEN, 2. M. & pratum, Aſthabe dictum. *Pfullingen.*

Apud HVSEN, Molendina 3.

Apud VVIMINISHEIM, 6. H. 2. Molendinas & ſylua plus 20. Manſuum.

Ad IMMINVVILARE, 2. H.

Ad VVILLINGISENGEN, 4. M.

Ad BVCHHVSEN, 1. M.

In territorio Curienſi, in villa LVPINIS, quartam partem Eccleſiæ tradidit. *Rhætia Curienſis loca.*

Salicam terram 1. cum 5. vineis: quarum 1. maxima, nominabatur Cultura. 2. Cluſa. 3. Caſtella. 4. Giſinvvingart. 5. erat paruula.

Item 4. Vinitores, cum beneficiolis propriis, ad vineas excolendas.

Tertiam quoque dedit partem ex naulo: per Rhani fluminis nauigationem ibi inſtituto.

Decimas ſecundum morem illius regionis, ex 3. Hubis in eadem villa conſtitutas: à parētibus eius, ad Monaſterium S. Galli traditus.

In proxima villa, quæ FLASCONIS dicitur, 2. vineas. Item in montanis propè poſitis, amplas Alpes, vel ſalica terra agros.

Alpes & ſalica terra, hoc loco indicātur eſſe idem: id eſt, terra inculta, aut lapidoſa: qualis, in Alpibus. *Alpes, ſalica terra.*

Ex his Alpibus, ex decimis, ex diuerſis areis, ex mancipiorum ſeruitiis: Procurator villæ daturus erat omnia vaſcula vino neceſſaria quotannis: cum trecentis caſeis Alpinis, ſuum precium habentibus. Et hæc omnia, cum ſibi ſubiectis ad villam FOZZAHA.

Ad Brigantinum vel Podamicum lacum, idem in plauſtris neceſſaria deportaturus.

Dedit denique prædium quoddam, à fratre ſuo Eginone, ſibi in Alſatia inter cætera relictum, EBIRISHEM vocitatum: in confinio Rapoldiſtein ſitum. Quod à raptoribus diu Cœnobio ablatū: ſed auxilio VVerinheri, filij ſororis eius VVillibirgæ, Comitis Gruonin- *Alſatiæ prædium.*

genſi, per Imp. Henricum (opinor V.) fuit reſtitutum: verùm paucis pòſt diebus, eidem Henrico LX. libris argenti venditum.

Prædia, Quæ Comes Cuno tradidit.

Collatio Comitis Cunonis ad Zuifalt. Monaſterium. Carrada. Barbati fratres.

Apud Nvvvinhvsen, & in proximo monte Colberg, XXX. Manſus. 1. Molendinum. 2. Nemora.

Stvbicha & Kachunrain. 2. magna prata. 1. Vinea 70. iugerum: quæ tamen tūc temporis non omnia erant exculta: ſed ſequenti tempore, benè. Vino ſcil. ibi plurimo, nato: nempe XXX. vſq; ad L. carradas: id eſt, carros ſeu vehicula. Vineam excolebant 12. barbati fratres (Bärtling/ Laienbrüder) & 3. Monachi.

Nemora, eundem montem cingentia. Paſcua vberrima. Pomaria, omni fertilitate iucūda. Omnia LXIV. Manſuum.

Turgoiana bona.

In pago etiam, Dvregovve appellato (iuxta VVolfelingam caſtellum ſuum ſito: vbi ipſe magnas opes ex materna hæreditate habebat) in villa Bvoch, XX. M. cum parochiali Eccleſia.

Item, apud Dietinkofen, 12. M. & quarta pars Eccleſiæ.

Præterea, quarta pars piſcationis copioſa in fluuio, qui Lindimacvs appellatur.

Hæc Duregouienſia (Buoch & Dietinkofen, in Turgovv) poſt obitum Cunonis, ob certas cauſas fuerunt vendita, de conſilio Comitis Liutoldi: & in varios vſus diſtracta. Remanſerunt tamen plus centum mancipia (Leibeygen Leut: manente adhuc ſeruitute, quam olim Francorum Rex Chlodoueus introduxerat) ad Dietinkofen pertinentia: quæ non fuêre vendita.

Hæc ſunt bona, quæ illi duo generoſi Achalmenſes Comites, Cono & Liutoldus, Deo Deiq; genetrici, ad hoc Monaſterium obtulerunt: quæ à Zuifaltenſibus Monachis, quos illi præ omnibus aliis ſibi inſtituerant hæredes, poſſeſſa ſunt.

Cæteri fratres eorum, Mundo dediti (inquit Scriptor libri) poſſeſſiones, quas cis & trans Rhenum habebant, præ anima ſua dilexêre.

Plures collationes.

PLVRA AB ILLO CONONE ET LIVTVLDO, AD Clauſtralium ibi ſuſtentationem collata.

Ipſum oppidum initiò, in quo Monaſterium eſt, Zuifaltaha dictum, totum: cum 4. Molendinis, & 4. villulis vicinis: quæ ſunt, Bach, Brunnon, Stainkart, & Govvibere.

Item 5. Nemora adiacentia: Redin, Haibere, Hailigonholtz, VVilunhalda, & Buhil.

Item magna pars mōtis nemoroſi, qui vocatur Tvtisbvch (Tuchsbuch) qui inter Monaſterium & Danubium ad meridiem poſitus, verticem in altum attollit: qui & poſtea, propter incurſantes populos, & de terminis rixantes, vallo & foſſa à Clauſtralibus, ab illorum limite diſiunctus fuit.

Dimidia ferè pars montis Emiriberg (Emerberg) qui Orientem ſpectat.

Eccleſia plebeia in Zuifaldenſi loco, multarum decimarum: quarum duæ partes, Laicis cedebant: tertia verò, duobus Clericis, eius curatoribus cum populo. Villæ huic Eccleſiæ erant ſubditæ XVI. Bratinfelt, Bach, Brūnnon, Stainekart, Grute, Sundirinbuch, VViminishaim, Govvibere, Govvingen, Hulſſtetin, Giſingen, Hohinberc, Honhulevvè, Kazzunſtaige, Eilenhuſen, Vplumare.

Tradita quoq;, villula Haitinhuſin, ex maxima parte.

Item, pars de ſuperiore VVilzingen, vbi & riuulus.

Omnia hæc, ad centum Manſus.

Eccleſia item apud Digirinfeld. Copioſa vtriusq; ſexus familia.

Hæc fratri illorum VVerinhero, Argentinenſi Epiſcopo (qui nuper in ſchiſmate, id eſt, diſcordia inter Papam & Imp. perierat) ſorte omnia obuenerant: cuius ipſi hæredes facti, ea huc contulerunt.

Roſenacker.

Has donationes eorum, Bauariæ Dux Guelfo, & alij Principes, conuentu apud Rotinakir habito, ſolenniter ratas habuerunt. Ex quibus omnibus facilè intelligitur: quæ & quanta Comitum Achalmenſium ditio fuerit.

SPIRENSIS

SPIRENSIS EPISCOPVS IOANNES CRAICHGOIVS. HIRSAVgienſis Monaſterij abſolutio. Mors Abbatis VVilhelmi, & eulogium eius. Confraternitates Monaſteriorum. Eulogium S. Benedicti. Trium Hirſaugiæ fundationum Alemannica deſcriptio. Nomen Hirſaugiæ. Gebehardus, Hirſaugienſis Abbas. Monachus ſub eo Conradus.

CAPVT IX.

ANno 1090. Berchtoldus, Zaringenſis Marchio, defunctus eſt.

Craichgoia Comes, Ioannes.

Tubing. Palatinus Hēricus.

Eodem anno, vſque ad 1104. Epiſcopus Spirenſis fuit Ioannes, nobilis Craichgoia Comes: patre VVolframo, matre Aczela Imp. Henrici IV. filia, natus: qui Epiſcopatum cum laude rexit. Huic erat frater germanus, Comes Zeiſolphus: qui filiam ſuam vnicam Adelhaidem, Tubingenſi Palatino HENRICO *deſponſauerat. Qui Henricus cum Lugubri caſu, in flumine quodam (dicitur Rheno) periiſſet: etiam* ADELHAIDIS *vxor, animi dolore extincta eſt, ſine liberis. Sic totus comitatus ad Ioannem Epiſcopum deuolutus, mox ab eo in Spirenſem Eccleſiam, augendæ pietatis ſtudio collatus eſt. Bruſch. Iſtum Henricum, alibi inueni, adhæſiſſe Rudolfo R. contra R. Henricum: ideoque Tubinga obſeſſum ab eo fuiſſe, ſed fruſtrà.*

Hirſang. Monaſterium abſolutum.

Anno 1091. maius Cœnobium Hirſaugienſe (vt Tritenhem. ſcribit) ante octennium (ſupra 1082.) à patre VVilhelmo inceptum: impenſis Marchioniſſæ, manibus fratrum, ſub eius obedientia militantium, nono à fundationis initio conſummatum eſt. Completis tunc omnibus neceſſariis rebus: VVilhelmus Templum à ſuperiore parte altaris: vſque ad valuas occidentalis plagæ, pauperibus hominibus compleuit: clauſiſque ianuis, ipſemet maxima cum humilitate, dum cibo paſceret eos, ad menſam miniſtrauit. Eodem anno Eccleſia quoque, ipſo procurante, à Conſtantienſi Epiſcopo Gebhardo dedicata eſt: præſentibus Epiſcopis, Nobilibus, Abbatibus, multis eximiis hominibus: in honore SS. Apoſtolorum Chriſti Petri & Pauli. Petente deinde eodem Abbate aliquas reliquias τῶ κορυφαίω τῶν ἀποστόλων, D. Petri Apoſtoli: Cluniacenſis Abbas S. Hugo, per Priorem ab illo ad ſemiſſum, partem de capillis huius Principis Apoſtolorum (von S. Peters Kopff ein Schopff) *ad ipſum miſit.*

VVilh. Abbatis obitus.

Obiit deinde VVilhelmus IV. nonas Iul. eiuſdem anni, Indict. 14. anno ætatis ſuæ LXV. ſuſcepti verò regiminis 22. poſteaquam antea die prædictorum Apoſtolorum, Miſſam celebraſſet (ſuſtentatus à fratribus, cùm præ debilitate ſtare non poſſet) dicens illud Pauli: Scio, cui credidi: & quarto die pòſt fratres ad continuum Dei amorem, ad feruorem Monaſticæ religionis, ad obſeruantiam mutuæ dilectionis, & ad curam hoſpitalitatis, cohortatus eſſet: ac tertio die pòſt, in Oratorium D. virginis deportatus, ex Miſſa coram eo celebratione, corpus & ſanguinem Chriſti, de manu Sacerdotis deuotiſſimè accepiſſet: denique ſacro inunctus oleo, ad cellam ſuam reportatus eſſet, fratribusq́; valedixiſſet. Interfuère funeri 2. Epiſcopi, Abbates 5. & Clerici cum populo multi. Exequiæ eius per dies 5. celebratæ: quibus completis, in medio nouæ Eccleſiæ humatus eſt. Reliquiæ S. Petri, quas Hugo Cluniacenſis miſerat, ſuper illius ſepulcrum poſitæ: eædemque, poſtquam ſinguli Monachi reuerenter eas oſculati eſſent, in ſcriniolo aſſeruatæ.

Epitaphium, erecto lapidi in extremitate inciſum.

Anno milleno nonageno primo, quarto nonas Iulij, obiit venerabilis pater & dominus, dominus VVilhelmus Abbas, & primus fundator huius Cœnobij Hirſaugienſis.

Confraternitates.

Coruſcaſſe miraculis dicitur: & plurimorum Monaſteriorum confraternitates (communicationem precum ac meritorum) Hirſaugienſi collegio, ipſe & alij pòſt, conciliaſſe: vt,

Monaſterij Schaffhuſani.
Augienſis.
S. Mariæ ad Eremitas.
Rinaugienſis.
Zuifaltenſis.
S. Georgij.
Iſnenſis.
Ocſenhuſani.
S. Blaſij.

VViblingenſis. Omnia Conſtantienſis diœceſis.
Chomburgici, diœceſis Herbipolenſis.
Monaſterij Ottenbyrenſis.
Beſſelbrunnenſis.
Neresheimenſis.
Elchingenſis.
Deckingenſis. Omnia Auguſtenſis diœceſis.
Petershuſani, apud Conſtantiam.
S. Vlrici, Auguſtæ.

Confraternitatum uſus.

Vſus huius fraternæ confœderationis erat: vt, quoties defunctus aliquis de tali Monaſterio, Hirſaugienſibus annuntiatus fuiſſet: pro eo mox fierent orationes, vigiliæ, Miſſæ, diſciplinæ, & eleemoſynæ: quas pari ratione ab aliis quoque pro ſe fore poſt mortem, ſinguli expectabant. Itē vt aduenientes vltro citroq́, non alieni haberentur: ſed, tanquam domeſtici, omnibus charitatis officiis exciperentur.

Latro verò ille, qui cum Chriſto crucifixus erat, ſtatim in Paradiſo erat cum Domino: S. Stephanus, qui clamabat: Domine Ieſu, ſuſcipe ſpiritum meum, ſtatim in vita æterna erat: neuter illis laboribus poſt mortem vſus, nec indigens. Arbor enim, vt ceciderat, ita manebat, & ita manet.

PICTVRA FVNDATIONIS NOVI ET MAIORIS HIRSAVgienſis Monaſterij (per VVilhelmum Abbatem, & Comitem Caluenſem Adelbertum, factæ) ibi eſt in pariete (vbi & S. Benedicti imago) habens hæc ſibi verba ſubiecta.

VVilhelmi Abbatis eulogium.

» *Beatus VVilhelmus Abbas, & fundator huius Monaſterij Hirſaugienſis, nobili Baioariorum proſapia ortus: anno Domini 1082. paſtoralis autem curæ ſuæ 13. temporibus Henrici Regis Germanorum quarti: creſcente numero Monachorum, ſuo ſub Magiſterio Deo militantium: ex conſenſu nobilis & generoſi viri Adelberti, Comitis de Calvv iunioris: vxorisque*
» *ſuæ VVilikæ, ac liberorum eorundem: poſt libertatis, emunitatis, bonorum, redditiuum, iurium,*
» *prouentuum, ac reliquarum Monaſterij poſſeſſionum: quæ quaſi hæreditario iure idem Comes,*
» *vt Aduocatus Monaſterij, iniuſtè poſſederat, in integrum reſtitutionem: propter anguſtiam lo-*
» *ci exterioris & tranſpontani Monaſterij, nouum & maius,* HIRSAVGIA *vocitatum: in*
» *honorem beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum, à fundamentis, per manus fratrum barbato-*
» *rum & donatorum penè trecentorum, ſua ſub obedientia Deo militantium, conſtruere fecit.*
» *Quod quidem ſumptibus maximis, per annos 9. laborioſiſſimè conſummauit: atque in decimo*
» *ipſam Eccleſiam pauperibus repletam, eoſdem largiter reficiendo, conſecrari fecit, anno Chri-*
» *ſtianorum 1091. ſexto nonas Maij. Hic eſt VVilhelmus iſte ordinis S. Benedicti Zelator maxi-*
» *mus: qui iam penè collapſam, per Germaniæ tractum, Monaſteriorum religionem, ad priſti-*
» *num vigorem reformationis reuocans: centum & triginta in diuerſis locis Abbates ordinauit:*
» *nec non centum & ſuprà, tam per ſe, quàm ſibi ſubiectos fratres, Monaſteria deformata refor-*
» *mauit. Inſuper octo à fundamentis Monaſteria conſtruxit: hoc eſt, Hirſaugienſe maius: San-*
» *cti Gregorij, quod Reichenbach dicitur: Sancti Georgij Martyris in nigra ſylua: ſancti Marti-*
» *ni in Bauaria: Erphefurt in Turingia: Zvviſalten: VVilheim in Sueuia: & Lauenſe in Carin-*
» *thia. Verùm Schafhuſen, Petriſhuſen, & Kambergenſe, iam penè deſtructa reſtaurauit. Præ-*
» *dictus autem Comes, ſponte nonnullas villas, curtes, manſos, redditus, prædia, & quædam de*
» *auro & argento precioſa iocalia dona: in ſuæ ſuorumque omnium ſalutem, & remedium ani-*
» *marum ſempiternum: Deo & ſanctis eius, Petro & Paulo, Apoſtolis obtulit. Tranſla-*
» *tio verò congregationis facta eſt anno Domini milleſimo & nonageſimo ſecundo. Hæc, ibi.*

Quoniam iam Benedictinam Regulam, ſiue S. Benedicti inſtituta, Hirſaugienſe collegium, aliaque plurima priſcorum temporum Cœnobia, ſequebantur: ideo illius etiam Benedicti, qui primus ad certas viuendi leges Monachos congregauit, eulogium ponam: ſicut apud Hirſaugienſes extat.

S. Benedicti eulogium.

S. BENEDICTVS, ſedens inter duas pictas fundationes huius Monaſterij: cui ſequentia verba leguntur ſubſcripta.

Sanctiſ-

Sanctiſſimus Benedictus, Abbas, Archimandrita, Dux & Princeps Monachorum Occidentalium: diuino illuſtratus Spiritu, à Sublacu ad Caſſinenſe caſtrum: quod antiquitus Bacrum, ſiue Aurum, dicebatur: duobus cum Angelis, in forma iuuenum comitantibus, atque viam demonſtrantibus, peruênit: vbi maxima in abſtinentia ſe ſemper coartans, Quadrageſimali potiſſimum tempore, vitam ſecretius agebat, ſanctimonia plenam: ita, vt plurimos opinione ſanctitatis ſuæ, Romanorum nobiles & potentes viros, ſeculo abrenuntiantes, conuerſationis gratia ad ſe trahebat. E quibus Maurus & Placidus, facile primatum obtinere meruerunt. Extendit autem palmites ſuos vitis illa fœcundiſſima, à mari vſque ad mare: & à flumine vſque ad terminos Orbis terrarum: ita, vt viginti ordines ſub eius Regula militare videantur. Quam quidem Regulam beatus Papa Gregorius Magnus, in concilio Laterano approbans, in hæc verba confirmauit. Ego Gregorius, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Præſul, ſcripſi vitam ſancti Benedicti: & legi Regulam, quam ipſe Sanctus propria manu ſcripſit, Laudo & confirmo eam, per diuerſas partes Italiæ: &, vbicunque Latinæ literæ legerentur, percepi, vt diligentiſſimè obſeruarent: quicunque ad conuerſionis gratiam acceſſuri eſſent, vſque in finem Mundi. Et confirmo duodecim Monaſteria: quæ ipſe ſanctus Pater conſtruxit.

Hactenus XII. *Abbates hi præfuerunt Hirſaugienſi Cœnobio: à prima vſque ad tertiam fundatione: quorum ſucceſſio ibi depicta eſt.*

Luitbertus, Gerungus, Reginbodo, Harderadus, Rudolphus, Dietmarus, Sigerus, Lupoldus, Hartfridus, Conradus, Fridericus, & VVilhelmus.

VERSVS SVPRA IMAGINES eorum.

Iſtis ſub patribus florebat regula morum.
Lubrica præſentis ſpreuerunt gaudia vitæ.
Per varios caſus, mille & diſcrimina rerum,
Scanderunt cœlos.
Chriſto confixi fuerant, Mundoque ſepulti.
Exemplo verboque gregi florentia ſemper
Paſcua præbebant.

DESCRIPTIO FVNDATIONVM VTRIVSQVE MONASTERIJ Hirſaugienſis, veteris & noui, populari lingua: in nouo Templo extra Chorum extans. VETERIS, ad S. Aurelium.

Anno Domini 830 hat der Wolgeborn Herr Erlafridus/ Graff zu Calwa: vnd der hochwürdig Herr Notingus ſein Son/ ein Biſchoff zu Vercell: Gott dem allmächtigen zu lob vnd ehr: vnd den lieben heyligen/ Petro/ Paulo/ Aurelio/ vnnd Benedicto: jhr Haab vnd Gut vbergeben: darvon laſſen ein Kloſter bawen auff jhr Eygenthumb vnnd Boden: der genannt iſt der Hirſchplan/ an der Nagolt gelegen. Diß man noch auff dieſen Tag da jenſeit ſicht/ vnd im baw iſt. Darinn gewont haben/ vnd in der gehorſam gelebt/ ber 3. o. darunter viel heyliger gelehrter Perſonen: die vber die heyligen geſchrifft ſententioniert haben. Darzu 8. Perſonen auß dieſen zu Biſchoffen erwehlt wordē: nemlich Gebhardus vñ Reginboldus/ beyde Biſchoff zu Speir: Bernwardus/ ein Biſchoff zu Würtzburg: Gebehardus/ ein Biſchoff zu Conſtentz: Diemo/ ein Ertzbiſchoff zu Saltzburg: Sigiſmundus/ ein Biſchoff zu Halberſtatt: Theogerus/ ein Biſchoff zu Metz: Egwardus/ ein Biſchoff zu Schleſien. Es hat auch daſſelbig Kloſter der Bapſt Leo der IX. nachgehends Anno M. XLIX. eygner Perſon wider reconciliert/ vnd mit groſſen Freyheiten begabt. *Hirſaug. veteris Monaſterij fundatio.*

NOVI MONASTERII.

Anno Domini M. LXXXIII. hat ſich zutragen: daß die Berg in dieſem Thal/ alſo waſſerig vnd feucht ſind worden: daß die Perſonen/ ſo im erſten Kloſter in der gehorſame gelebt/ vor Waſſer vnd feuchte nit mehr habē mögē bleiben. Da hat der heylig Wilhelmus/ dazumal ein Abt/ der auch hie begraben ligt/ gebeten den Wolgebornen Graffen Adelbertum/ vnd ſein Haußfraw/ von Kalw/ vmbraht/ ſteur/ vnnd hülff: angezeigt den mangel/ darinnen ſie nicht lenger bleiben köndten. Da hat jhn Adelbertus der Graff er- *Fũdatio noui.*

hört: vnd jhm mitgetheilt/daß er diß gegenwertig new Kloſter angefangen/vnd in 9. Jaren gantz vollbracht vnd außgebawen hat. Darzu diß Kloſter wider mit 300. Perſonen erſetzt: die Gott dem Herrn täglich in aller andacht vnnd gehorſam gedient haben. Solches hat der hochlöblich vnd fromb Keyſer Henrich der IV. vernommen: ſich dieſer gnaden teylhafftig zu machen begert: diß Kloſter heimgeſucht: dem frommen Wilhelmo/ vñ allen ſeinen Nachkommen/groß Freyheit geben: darzu all ſein vorgehend Freyheit beſeſtiget vnd beſtätiget: dem Gott gnädig vnd barmhertzig ſey.

BREVIOR NOTATIO TRIVM FVNDATIONVM HIRSAVgienſium: foris in turri nouæ Hirſaugienſis Eccleſiæ ſcripto comprehenſa.

Iterũ de eiuſdẽ Monaſt. fundationibus.

Anno Domini 645. iſt die erſte ſtifftung beſchehen/von einer Wittfrawen/ mit namen Heliſena: von dem geſchlecht der edlen Knecht zu Calw: an dem Berg genannt Ottenbronn.

Anno 830. iſt die ander ſtifftung beſchehen/vnter dem Berg Ottenbroñ: wie man das Kloſter noch im Augenſchein ſicht: durch Erlafridum/einen Graffen zu Calw.

Anno Domini 1083. iſt die dritte ſtifftung beſchehen / auff dieſem gegenwertigen Platz/durch erneweruug Adelberti/deß Graffen zu Calw: vnd beſtätigũg Keyſer Heinrichs deß vierdten: vnd iſt beſetzt worden mit dreyhundert Ordenßperſonen.

Monachi in hoc Cœnobio ſunt inuenti: docti Latinè, Græcè, Hebraicè, & Arabicè.

Nomen Hirſaugiæ.

Nomen habet à ceruis: quibus montium ibi conuallis, pinis adhuc conſita, abundabat.

Vnde Diſtichon æſtiui ibi Refectorij.

Hac agiles in valle greges errare ſolebant
Ceruorum, & paſci gramine florigero.

Hinc & ceruus huic Monaſterio pro Inſignibus eſt: qui ſceptrum Abbatis, pedibus innexum geſtat.

Gebhardus, Hirſaug. Abbas.

Vracenſis Comitatus.

Anno prædicto 1091. conſilium Hirſaugienſe (Tritenhem. teſte) Priorem ſuum Gebhardum, Abbatiæ præpoſuit Calend. Aug. qui præfuit annos 14. menſes 3. Fuit hic XIII. *Hirſaugiæ Abbas: ſed primus huius maioris Cœnobij antiſtes. Natione Sueuus fuit, ex familia generoſorum Comitum de Vrach: vir ſacrarum literarum haud rudis, nec moribus indecorus. Fuit initiò, Argentinenſis Eccleſiæ Canonicus: deinde, Monachus & Prior Hirſaugienſis. Statura ei corporis, mediocris: niger circum caput capillus: craſſitudo quædam, quæ non dedecebat corpus. Eloquens, in Latina & Germanica lingua. Antequam autem Prioratum nactus eſſet: ſe generis nobilitate, & affluentia diuitiarum, efferebat: nec benignus erga Monachos & pauperes erat: ſed vinum, quod eis ex donatione fidelium in Alſatia natum erat: vi rapiebat ipſe: inuitiſque, ſuos in vſus conuertebat. Poſtea tamen monitionibus Abbatis VVilhelmi, totus ad virtutem, & mores laudabiles, traductus eſt: idq́, eo magis, quòd paralyſi, in quam inciderat, à VVilhelmo liberatus fuit. Abbas autem factus, profectus eſt Conſtantiam: vbi, multis Abbatibus, Prælatis, ac nobilibus, præſentibus, in Paſtorem Hirſaugienſis Monaſterij conſecratus ab Epiſcopo eſt: idq́, 12. Calend. April. ſequentis anni, die natali S. Benedicti. Succeſſit in locum Prioratus eius, doctus & probus Monachus Haimo.*

Conradus, doctiſſimus Monachus.

Claruit in eodem Hirſaugienſi androne, ſub Abbate hoc, & quibuſdam eius ſucceſſoribus, Monachus quidam doctiſſimus, nomine Conradus: Theologus, Philoſophus, Orator, Muſicus, Poëta omnium, ſui temporis in Alemannia celeberrimus. Multa ſcripſit: in quibus nomen ſuum, ſub Peregrini vocabulo abſcondit. Tritenhem.

COMES GROENINGENSIS VVERNHERVS. EXERCITVS MVSCAtum, μυῶν ἀδυνάμ. Monaſterium S. Petri in ſylua nigra. Catalogus Abbatum eius. Ibidem, de Berchtoldo II. Zæringenſi Duce.

CAPVT X.

Grœning. Comes VVernherus.

PLura de 1091. anno ſcribenda ſunt. Vixit tunc, & diutius pòſt, VVernherus, Comes Grœningenſis, vel Gryningenſis: qui fuit Conradi, primi VVirtembergici Comitis, filius. Huius matrem fuiſſe VVillibirgam, Achalmenſis Comitis Rudolfi filiam, Liutoldi & Cononis ſororem, ſuprà ex cap. 8. intelleximus.

Friburgum Briſgoicum.

FRIBVRGVM Briſgoiæ, hoc tempore adhuc pagus, ſiue vicus, erat. Sed poſt 28. annos, à Bertholdo Zæringenſi, & partim Sueuico, Duce, oppidum factum eſt. De quo, ſuo loco.

Muſcarum exercitus.

Viſi ſunt multis in locis muſcæ, vel ignoti vermiculi, non longè à terra volantes: ita, vt manu, aut virga, tangi poſſent: craſſitudine muſcarum, ſed muſcis longiores. Quorum exercitus, tantus erat: vt 2. aut 3. milliaria longitudine, 1. ferè milliare latitudine, viderentur occupare: dẽſitate autem ſua, lucem Solis negare terris. Exiſtimatum eſt poſtea, eo prodigio præſignificatam fuiſſe illam celeberrimam Hieroſolymam expeditionem. Altero tamen anno, magna etiam peſtilentia hominum pecudumq́; ſecuta eſt. Vrſperg.

DE MONASTERIO S. Petri.

S. Petri Monaſterium fundatum.

Nigra ſylua.

Fundatum hoc eſt (3. Munſt. 318.) ante hac à Duce Zæringenſi Bertholdo II. ac poſtea conſecratum à fratre eius Gebhardo, Conſtantienſi Epiſcopo, anno Chriſti 1091. ſitum in Nigra ſylua, tribus ferè à Friburgo milliaribus: fuitq́; locus ſepulturæ Ducum Zæringenſium. Nigra autem ſylua (3. Munſt. 312.) caput Hercyniæ ſylua exiſtimatur: id quod Hercingen, pagus prope oppidum VValdſee, indicat. Eſt pinifera & obſcura, proceris frequens arboribus. Habet altiſſimos montes: qui ab occaſu terminantur ad Briſgoiam: ab ortu autem, ſenſim in planitiem rediguntur: ſicut & ad ſeptentrionem. Habitatur hodie vbique: exceptis quibuſdam vaſtiſſimis montium iugis. Appellatur vltra Baſileam & Friburgum, Nigra ſylua (olim, ἑρκύνιος δρυμὸς, Dionyſio Afro) prope Pfortzhaimum verò, Hagenſchieſſa: iuxta Haidelbergam, Ottenvvalda: alibi alicubi, Alpes. Loca nigræ ſyluæ: Fyrſtenberg, Huſingen, Villingen, Rotvvila, Horba, VVolfachum, S. Blaſius, S. Petrus, S. Georgius, Alperſpachum, Monaſterium omnium Sanctorum, Hornberga, & alia multa. Flumina inde: Danubius, Neccarus, Kintzigus, Renchus, Nurgus, & alia.

PLVRA de eodem Monaſterio: ex iis, quæ M. Daniel Hauſſius, pagi Beuræ Eccleſiaſtes, & arcis altæ Neiffæ concionator, humaniſſime mecum communicauit. 1589.

Ignis Vorago.

Dux glorioſus Berchtoldus de Zæringen, vt amplificaret religionis cultum: Cœnobium hoc S. Petri (al. Ignis Vorago dictum. Nam bis conflagrauit: ſcil. anno 1238. & 1437.) miſſis clientibus ſuis, Cunone & filio eius de Zaringen, Othone & filiis Giſelberto atque Hildeberto de VViler (quibus opaca ſyluarum præ cæteris nota erant) iisq́; ſecretum & congruum monaſticæ conuerſationi, hunc nigræ ſyluæ locum (aëre ſalubrem: agris, paſcuis, ſyluis, aquis, ſatis laudabilem) reperientibus. Monaſterium hoc, inquam, ædificauit: Eccleſia S. Petri, & manſionibus congruis, inſtructum. Huc deinde anno 1093. Indict. 1. Kal. Iul. venêre fratres Hirſaugienſes: de vico VVilhain (vbi fuerat antea Præpoſitura: à patre Ducis huius Berchtoldi inſtituta) excitati. Eccleſiam conſecrauit 3. Kal. Aug. Conſtantienſis Epiſcopus Gebehardus, fundatoris frater: præſentibus Duce Berchtoldo, VVilhelmo Burgundienſi Comite, & Gottfrido Comite de Calvv: ſuffragantibus pluribus religioſis Abbatibus: ſcil. Abbate huius loci, Hirſaugienſi, Schaffhuſenſi, Ettenheimenſi, de S. Blaſio, de S. Georgio. Aderant & venerabiles Sacerdotes, Suffraganei, Præpoſiti, & Decani: Eccleſiarum Conſtantienſis, Baſilienſis, Argentinenſis: & innumerabilis hominum aliorum vtriuſque ſexus multitudo. Gebehardus deinde, conſulto fratre Berchtoldo, in Italiam ſequenti anno profectus: in concilio Placentino, quod in media Quadrageſima agebatur, præſide Papa Vrbano: hoc Cœnobium, antea Deo & S. Petro dicatum, iuri Romanæ Eccleſiæ mancipauit. Dominus Apoſtolicus (ſic Pontifex appellatur) deuotione amborum Principum approbata: Apoſtolica auctoritate roborans, locum in tutelam Apoſtolicæ ſedis recepit: eique ſtatim, vt moris eſt, priuilegium conceſſit: decernens, ne vlli hominum liceat id Cœnobium temerè perturbare: vel ſubditas ei poſſeſſiones auferre, minuere, vaſtare. Sin quis, quicunque ſit, contra huius decreti paginam ſciens venire audeat: nec, iterum tertiúmve admonitus, ſatisfactione congrua emendet: vult, vt poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat: ſeque diuino iudicio ſciat obnoxium, propter iniquitatem perpetratam: atque à ſanctiſſimo corpore & ſanguine Dei, ac Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti, alienus fiat: in extremoq́; examine, deſtrictæ vltioni ſubiaceat.

Calueſ. Comes, Gottfridus.

Priuilegium Monaſterij S. Petri.

Cunctis verò, eidem loco iuſta ſeruantibus, ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti: quatinus & hic fructum bonæ actionis percipiant: & apud diſtrictum Iudicem, præmia æternæ pacis inueniant. Hæc, ſumma Bulla.

Catalogvs horum Abbatum.

Abbates Sam-Petrini.

1. *Adalbero. Obiit 3. Non. Decemb.*
2. *Hugo. Obiit* IV. *2. Idus Decemb.*
3. *Eppo. Obiit Cal. Iun. 1132.*
4. *Gervvardus. Obiit 5. Id. Octob. 1137.*
5. *Gozmannus. Obiit 5. Id. Febr. 1154.*
6. *Marquardus. Obiit 8. Id. Octob. 1183.*
7. *Rudolphus. Obiit 1191.*
8. *Bertholdus. Obiit 1220.*
9. *Heinricus. Obiit 4. Non. Mart. 1255.*
10. *Arnoldus. Obiit 15. Cal. Maij. 1277.*
11. *VValtherus. Obiit 2. Non. Febr. 1291.*
12. *Eberhardus. Obiit 8. Idus Iul. 1295.*
13. *Gottfridus, feliciter annos 27. præſidens. Obiit 6. Cal. Octob. 1322.*
14. *Bertholdus. Obiit 12. Cal. Ian. 1349.*
15. *VValtherus. Obiit 1353.*
16. *Ioannes Immendinger. Obiit 13. Cal. Non. 1372.*
17. *Petrus de Tanheim. Obiit 1375.*
18. *Iacobus Stabelin. Obiit 2. Non. Decemb.*
19. *Hugo.*
20. *Heinricus de Stain.*
21. *Heinricus Salati. Obiit 7. Id. Decemb. 1392.*
22. *Erhardus. Obiit 9. Cal. Decemb. 1403.*
23. *Benedictus. Obiit 5. Cal. Mart. 1405.*
24. *Ioannes Kantzler. Obiit 1411.*
25. *Heinricus Ettlinger. Obiit 6. Non. Mart. 1414.*
26. *Heinricus Houerberger 1420.*
27. *Ioannes Tüffer. Obiit 6. Id. Septemb. 1439.*
28. *Iacobus Vogt. Obiit 6. Id. Aug. 1443.*
29. *Conradus Hofer. Primus infulatus in hoc loco. Obiit 1448. Sepultus in capella S. Mariæ.*
30. *Burckhardus de Manſperg. Obiit 5. Cal. Maij. 1453.*
31. *Ioannes Kiſſenberg. Obiit 5. Cal. Mart. 1484.*
32. *Petrus Einhart de VVilheim. Obiit 3. Non. Febr. 1492.*
33. *Simon Budner. Obiit 3. Non. Aug. 1496.*
34. *Petrus Gremmelſpach, Villingæ oriundus. Obiit 7. Idus Febr. 1512.*
35. *Iodocus, dictus* Keyſer von der Langen/ *Argen. Electus 12. Cal. Mart. 1512. Obiit 10. Cal. Septemb. 1531.*
36. *Adam, dictus Güldin de Friburgo. Electus 3. Id. Oct. 1531. Obiit 5. Cal. Iun. 1544.*
37. *Magnus: aliter dictus, Türinger de Ilenſpach. Electus 6. Kal. Iul. 1544. obiit. 6. Non. Octob. 1553. Fidelis Cœnobij huius adminiſtrator.*
38. *Ioannes Erb de Friburgo. Electus 8. Cal. Nouemb. 1553. Obiit 4. Non. Iul. 1566.*
39. *Daniel VVehinger, Oenipontanus. Electus 1566. Obiit 3. Id. Maij. 1580.*
40. *Ioannes Ioachimus: ex nobili Mynſingerorum de Frundegg familia natus.*

Berchtoldi, Zering. Ducis obitus.

Obiit diem ſuum, curſu vitæ laudabiliter peracto, fundator huius Monaſterij, Bertholdus II. Dux Zaringiæ & Sueuiæ, Comes Habſpurgenſis, anno Chriſti CIↃ. C. XI. *cuius vxor fuit Agnes, Regis Arelatenſis Rudolfi filia. Sepulti ſunt ambo ante altare S. Crucis: vbi honeſtiſſimam ſibi & ſucceſſoribus ſuis comparauerant ſepulturam.*

Tempus fundationis his verbis notatum reperitur.

Anno virginei partus nonageſimo ſupra milleſimũ, hic tumulatus illuſtris Dux Zaringenſis BERTHOLDVS, *inclytæ proſapiæ ſecundus, iſtius ſacri Cœnobij, cum fratre ſuo Præſule Gebhardo,*

Gebhardo, fundamina prima locauit: & opimis dotibus prædiisq́ donauit. De Zaringenſibus Ducibus, ſuprà lib. 7. cap. 3.

ABBATVM ZVIFALTENSIVM RECENSIO. FAMES, PESTIlentia, terræmotus. Aduocati vel tutores Zuifaltici. Pauperum & Scholarum digna Principe prouiſio.

CAPVT XI.

EOdem illo 1091. anno, cœptum eſt Zuifaltenſe Monaſterium per Abbates adminiſtrari: quorum & ipſorum Catalogum ponam: partim à Bruſchio, partim ab humaniſſimo viro Matthia VViſenſtaigero, eius Cœnobij Oeconomo, partim aliunde, inſtructus. Zuifaltenſes Abbates.

1. Notgerus, Hirſaugiæ Monachus, ab Abbate VVilhelmo conſtitutus: Vir religioſus & ſimplex, adiutor Comiti Liutoldo in Monaſterij conſtructione. Præfuerant ante ipſum Priores, ad 3. annos. Primo eius anno fuit eclipſis Solis, 11. Kal. Octob. ferè tres horas: qui Sol circa meridiem dirè nigreſcebat. Eclipſis Solis. *Secuta eſt altero anno grauis peſtilentia. Huius Abbatis tempore, Baioariorum Dux VVelpho, fuit primus Aduocatus Cœnobij huius: & Bertholdus, Dux Alemannorum. Anno deinde 1094.*

Mors populos ſtrauit, ſubita quos peſte necauit,
Abbas Noggerus obiit, ſine fine beandus.

Obiit autem anno 1095. 2. Non. Mart. Sepultus ante aram S. Crucis.

2. Vlricus. De quo, Verſus:

Donnus Vdalricus meruit pater eſſe ſecundus.

Hic Monaſterium perfecit. Id ignis 3. anno ipſius conſumpſit: Monachiq́ in tuguris, quæ conſtruxerant extrà, plus 6. annos habitarũt. Sequenti anno, cùm illud reparatum fuiſſet: quadam nocte Quadrageſima, igne fornacis rurſum conflagrauit, cum magna copia librorum: vbi nonnulli (inter quos hic Scriptor, tunc adhuc puerulus) vix de incendio erepti fuêre. Conflagrationes Zuifalt. Cœnobij. *Poſtea tamen denuò per Vlricum fuit inſtauratum. Tunc etiam valida fames & peſtis orta eſt: quæ multa hominum millia extinxit: ita, vt in populari huius loci cœmeterio, in vna foſſa homines 50. aut 60. in alia 70. aut plures, obruerentur.* Fames. Peſtis. *Emebat Abbas Vlricus 20. Marcis argenti paucos frumenti modios: & ſingulis hebdomadibus modios 60. in pauperes erogabat. Tunc quadã paupercula infantem ſuum, vt ſeſe in tanta inedia ſubleuaret, herba ſuſtulit venenata: quæ Collo (forte κώνειον, cicuta) nominabatur.* Collo herba. *Miſertus Abbas mulieris, eam ſufficienti cibo pauit: ſed & ſic periit. Eandem herbam multi etiam alij fame furentes, comederunt, & extincti ſunt. In proximo certè vico Plumare. Accidit etiam magnus terræmotus, anno 23. huius Abbatis: quo multa ædificia corruerunt.* Terræmotus. *Mulier apud Auguſtam in ruina periit: infantulo eius, ſaluo lapidibus inſidente.*

Anno Vlrici 40. (qui erat 1135. Domini, & 47. inchoationis Monaſterij) Auctor ἀνώνυμος (ſuum nomen ignorari volens) de rebus Zuifaltenſibus ſcripſit. Verba eius. "Mei miſeri, cuius nomen ignoratur, Dominus miſereatur: & nomen meum, in cœlo ſcribatur. Quicunque hæc legis: dic, quæſo: Requieſcat in pace anima, iſta ſcribentis."

Obiit Vlricus 1139.

3. Pilegrinus: per 9. hebdomadas tantùm. Pro ipſo itaq́ pono tertium Abbatem, iſtum modo commemoratum, qui ſe celabat. Quia tamen in membranis M. Scr. dicit.

In calce libri (quem ego Bertoldus, indignus huius loci tertius Abbas, vtcunq́ elaboraui) hoc annotandum cenſui: quòd ſcil. Monaſterium hoc, eſt à Liutoldo, Comite Achalmenſi, & primo Abbate Noggero, 1089. Chriſti inceptum. Zuifalt. Monaſterij conditio & perfectio.

Ab Vdalrico Abbate 11. perfectum.

A Gebehardo Conſtantienſi, & VVitone Curienſi, Epiſcopis, dedicatum. 5. Id. Septemb. an. Domini 1109. fundationis verò 21. ad honorem S. Mariæ. Bertholdus, Monachus ibi Pictor, id eleganter pinxit: & feneſtris pulcherrimis illuminauit.

4. Haricus. Obiit 1153. Aliter inuenio, Bertolfum fuiſſe quartum Abbatem.

5. Erneſtus, Sacræ paginæ Doctor, An. 5. Hic 1158. à Papa Hieroſolymam, & in alia Palæſtinæ loca, prædicandi verbi Dei cauſa miſſus: martyrio coronatus eſt, & Antiochiæ ſepultus. Doctor S. paginæ.

6. VVernherus, A. 5.

Bergẽſ. Comes. 7. *Godefridus, 2. an. Obiit 1165.*

Mochenthala. 8. *Conradus, an. 24. cui donauit Vlricus, Comes de Bergen, arcem ſuam Mochenthalam: quæ mox in præpoſituram conuerſa eſt. Sita non longè à Danubio, in colle amœniſſimo, medio ferè itinere inter Zuifaltam & Ehingam. Obiit 1189.*

9. *VVernherus II. qui præfuit 4. an. & obiit 1193.*

10. *Hermannus, an. 12. Obiit 1205.*

11. *Conradus, Abbas Fabarienſis, Hermanni frater, an. 8. Deſiit 1213.*

12. *Henricus, an. 2. Obiit 1215.*

13. *Luitholdus, an. 14. Obiit 1229.*

14. *Reinhardus, an. 5. Obiit 1234.*

15. *Fridericus, an. 6. Obiit 1240.*

16. *Arnoldus, an. 5. cuius tempore Monaſterium eſt vaſtatum ab Imp. Friderico II. ſed à Cæſare VVilhelmo reſtitutum. Obiit 1245.*

17. *VVernherus, 6. an. Obiit 1251.*

18. *Conradus, 2. an.*

19. *Bertholdus, an. 9.*

20. *Petrus, an. 10.*

21. *Vlricus, an. 15.*

Stein. 22. *Eberhardus, dictus de lapide, an. 44. cum laude. Obiit 1331.*

23. *Vlricus, dictus de Haſenvviler, an. 9. Occiſus in habitatione ſua (ἐν τῷ ἑαυτοῦ κελλίῳ) anno 1340.*

24. *VValtherus, 10. an. Obiit 1350.*

25. *Ioannes, 19. an. Obiit 1369.*

26. *Anshelmus, an. 17. Obiit 1386.*

27. *Conradus de lapide, an. 8. Obiit 1394.*

28. *Ioannes, an. 5. Obiit 1399.*

29. *VVolfgangus, nobilis de lapide* (vom Stain) *an. 23. Obiit 1422. eodem die, quo germana eius ſoror, Vrſpringæ Abbatiſſa.*

30. *Georgius Ogger, an. 14. Obiit 1436.*

Steinius nobilis. 31. *Ioannes de Stein, vir nobilis & bonus: ex Præpoſito Gutelſtainenſi (inter Achalmam & Vracum) Abbas Zuifaltenſis. Qui cùm 37. an. præfuiſſet laudabiliter, Obiit 1473.*

Gütelſtain. Georgius Piſcatoris, Abbas Zuifalt. 32. *Georgius Piſcatoris, in proximo pago Bacha natus. Vir procero corpore ac robuſto: in deliberando grauis: in rebus gerendis induſtrius: aduerſus Cœnobij aduerſarios animoſus. At etiam literis, & vtriuſq; iuris peritia, clarus. Pacis amator, litium pacator. Cœnobium hoc anno 1489. ornamentis variis, ſacris vaſis aureis & argenteis, illuſtrauit: Dormitoria duo, vnum 17. cellarum, alterum 10. cubiculorum, fecit: Bibliothecam, optimis libris refertam, addidit. Optimus Oeconomus: molendini aſſeres ſecantis, officinæ laterariæ, piſtrini, domus hoſpitalis, inſtitutor. Circumdedit etiam Monaſterium, propter aquarum inundationes, amplis foſſis: itemq; muro duplici. Reutlingæ & Munderkingæ, ædes egregias ædificauit. Emit de Ioanne Caſparo Bubenhofio, equite aurato, vicos: Eberſtettam, Edelvvalſtettam, Aichenlochum: nouies mille ac quingentis Aureis Rhenenſibus. Caſtellum item Richenſtainum, cum adiacente pago, & poſſeſſionibus iuribuſq;, ſex millibus Aureorum. Præterea, Bechingenſem Aduocatiam, à Ludouico Spato,* IↃ CCC. *Florenis. Recitauit quodam tempore (vt à Bebel. ſcribitur) de Monacho quodam: qui ſemper demiſſo in terram vultu inceſſerit: Abbas verò factus, erectus iuerit. Cauſam*

Claues quærere. *interrogatus, cur non priore modo incederet, reſponderit: ſe antehac terram intuẽdo, claues Monaſterij quæſiuiſſe: nunc iis inuentis, nõ opus eſſe amplius inquiſitione. Profuit ei hypocriſis. Charus erat Georgio fatuus quidam, Ioannes: qui aliquando vitulum amiſſum quærendo, in ſylua errans pernoctare cogebatur. Ibi noctua cucubante,* Weg/ Weg: *putabat, eam ſibi velle viam monſtrare, quæ* Weg *Germanicè dicitur: ac dixit, Cur mihi non eam, in nomine Diaboli, cũ dies eſſet, monſtraſti? Cùm poſtea ceruus accedens folia arborum decerperet: ipſe, iam eſuriens, etiam folia comedit. Eius ſtultitia, iam 1506. anno ſeptuagenarij, quotidie proficiebat. Captus autem Georgius à VVirtembergico Duce Vlrico, & liberatus, Augiæ diuiti præpoſitus eſt: cui & ipſi benè præfuit. Tandem 1521. an. vitam cum morte commutauit. Rexit Zuifaltam 44. annos.*

33. *Sebaſtianus Molitor, præfecti cuiuſdam in VVirtembergia Kirchoſubteccenſis F. Prudens & ſtrenuus rerũ Cœnobij defenſor: cùm ei lites eſſent cũ Vlrico Duce, in patriã reſtituto. Abbatiã*

tamen

tamen anno 1537. reſignauit: ac Mochenthalam conceſſit: donec 1547. cùm ſequens Nicolaus ſe quoq; Abbatia abdicaſſet, in hanc vnanimi Cœnobitarum voluntate reſtitutus fuit.

34. *Nicolaus Buchnerus, patria Tybingenſis, Abbatiæ præfuit 12. A. quàm poſtea præcedenti Sebaſtiano reddidit, atq; ſe ad vitam priuatam, literariumq; otium, contulit. Tandem 1562. (cùm & ipſe poſt Sebaſtianum Abbatiam recepiſſet) defunctus eſt.*

35. *Ioannes. Fuerat aliquot annos coadiutor. Obiit 1577.*

36. *Georgius Rhavv, vir humaniſſimus: qui adhuc anno 1591. Ianua. 22. quando hæc ſcribebam, Monaſterio præſidebat. Soluit autem Epiſcopo nouus Abbas pro pallio mille Florenos.*

ADVOCATI ſiue PATRONI Cœnobij Zuifaltenſis.
Antiqui, & primi. *Patroni Zuifaltenſes.*

VVelpho, Dux Bauariæ.
Heinricus, VVelphonis F.
Heinricus, huius Henrici F.
VVelphardus, frater huius iunioris Henrici.
Heinricus de Animarkingen.

Secutis longè poſt temporibus.

Comes de Hohenberg.

Emerkingenſes Comites, ab anno 1285. Duces Auſtriæ, ab anno 1303. Fridericus (Ludouici Cæſaris competitor) Albertus Rex, Leopoldus eius filius. Poſtea Rudolphus, Fridericus, Sigiſmundus, Maximilianus, & Imp. Caroli V. frater Ferdinandus. A multis denique annis hactenus, etiam proceres VVirtembergenſes: inter quos, Eberhardus Barbatus, Tybingenſis Academiæ 1477. fundator. Itaque iampridem cõtribuerunt Zuifaldenſes Monachi, vna cum reliquis huius Ducatus Cœnobiis. Satis nunc, de Zuifalta. Suo tempore, plura.

In Oriente, hoc tempore Imp. Alexius Comnenus (vt principes meminerint, Scholarum & indigorum quoq; rationem eſſe habendam) domos pupillis pauperibus ac ſenibus, domicilia ſtudioſæ iuuentuti & Monachis, inſtaurauit: victum & docentibus, & diſcentibus, ordinauit. Quod apud Zonaram eſt: ἀνεκαίνισε καὶ ἀνενέωσε πολλοῖς ἀναλώμασιν, ὀρφανοτροφεῖα, γηροκομεῖα, μοναζόντων καὶ μοναζουσῶν καταγώγια, καὶ διδασκαλεῖον γραμματικῶν· διδασκάλους ἐντάξας αὐτῷ παιδαγωγούς· καὶ σιτήσεις ἀποτάξας τοῖς διδάσκουσί τε, καὶ τοῖς μανθάνουσι. *Sic ergo Stipendium illuſtriſſimum inſtituit.* *Alexius Comnenus Imp. Scholarum & Prochonophiorum curator.*

EPISCOPVS CONSTANTIÆ ARNOLPHVS. ABBAS CAMPIDONenſis, Vlricus Lindengrün. Obitus Comitis Achalmenſis Cunonis. Imp. Henrici domeſtica calamitas, alienatione coniugis Praxedis, & filij Conradi: quem Pontifex Vrbanus Regem Italiæ fecit. Zuifaltenſis Monaſterij priuilegia, libertas, commoda, & familia. Aureus Romam pendendus. Conditores arcis Achalmenſis.

CAPVT XII.

ANno 1092. (al. 1093.) Hirſaugienſis congregatio migrauit de S. Aurelio in maius Monaſterium, recens ædificatum.

Henricus Imper. Mantuæ in Paſchate creauit Conſtantiæ Epiſcopum, Arnolfum Sueuum, Comitem S. Montis, Monachum Sangallenſem. Sed non potuit facilè de Epiſcopatu Gebhardus expelli. Hinc, magna mala. Sangallenſis enim Abbas Vlricus III. Patriarcha ſimul Aquileienſis, ſuburbia Conſtantienſium exuſſit: qui viciſſim incendiis in ipſum graſſati ſunt: de quibus, aliquot ſunt cæſi & capti. Viciſſim fratris Gebhardi iniurias vlciſcens Berchtoldus Zaringenſis, multos vicos Abbatis exuſſit. Præfuit tamen Arnolfus A. 13. poſt quos, ipſo rurſum eiecto, Gebhardus anno 1105. auxilio cognatorum ſuorum, glorioſè reſtitutus eſt. Bruſch. *Conſtantiæ Epiſcopus Arnolfus.*

Campidoni Abbatiam accepit Vlricus Lindegrynius, nobilis ab Ochſenbach, ſingularis bonitatis & miſericordiæ vir. Conſtituit, ne vlla fœmina Campidonenſis, quamuis licet enorme peccatum cõmiſiſſet, capitis damnaretur: eò ſcil. quòd dicebat: ſua ætate duas fœminas damnatas (quarum vna virum veneno, altera infantem aquis, ſuſtuliſſet) à S. Hiltegarde precibus exorata: è carcere liberatas, illæſis feris, in eius tumulo ſedentes, inuentas fuiſſe: cùm poſtero die ad ſupplicium ducendæ fuiſſent. Chron. Campidon. *Vlricus Lindegrün, Campidonenſ. Abbas.*

AAa 3

Peſte magna ſtrati ſunt homines & pecora. Vrſperg.

Cunonis mors, Comitis Achalmenſis.

Obiit etiam hoc anno (qui erat quartus à fundatione Zuifaltenſis Monaſterij) illuſtris Comes Achalmenſis Cuno, 17. Kalend. Nouemb. (cùm 14. dies ægrotaſſet) in caſtro ſuo VVulfſingen, iam ſenex. Fuit ditiſſimus ſuorum fratrum: inter Principes Sueuiæ glorioſus: ſtatura procerus, decenti cum forma: viribus corporis præſtans: in ſenectute caluus: veſtitu ornato vtens: erga bonos mitis, & liberalis: inimicis verò terribilis, & ſæuus: miles omnino ſtrenuus, & impauidus: alter ſcil. κορυθαίολος Ἕκτωρ. *Aduerſatus fuit, & ipſe, & frater Liutoldus, Regi Henrico IV. In prælio autem 1080. anni, quo Rudolphus R. occubuit, ambo multos ſuorum amiſerunt. Sepeliuit eum, Zuifaltam aduectum, frater Liutoldus (quanquam & ipſe iam Cycneo capite, ac podagricus) iuxta S. Petri altare, ſecus introitum popularis Eccleſiæ, humentibus oculis: iuſſitque imaginem Crucifixi ſupra eum in pariete depingi. Poſtea, Cœnobio exædificato, iuxta patrem Rudolphum, & fratres Hunfridum ac Beringerum, in capitulo (etiam capitolium vocant) venerabiliter oſſa eius humata ſunt.*

De ipſo Verſus eſt:

Cuno Comes moritur: hoc Cœnobio tumulatur. Anno M. XCII.

Alio tamen in loco inueni: eum ſexto fundationis Monaſterialis anno mortuum eſſe: id eſt, 1094. Chriſti.

Guelpho, Zuifalt. Monaſterij Aduocatus.

Cùm autem, eo mortuo, Monaſterio præeſſe Liutoldus per valetudinem non poſſet: præfecit ei Aduocatum, de conſenſu Abbatis & conuentus, Ducem Bauariæ Guelphonem: prælecto tamen antè ei Diplomate libertatis & commodorum huius loci. Primus hic fuit Monaſterij patronus.

Eclipſis Solis.

Anno 1093. viſus eſt ſplendor quidam, tanquam facula, volans per aërem ab Oriente in Occidentem. Draco etiam in cœlo apparuit. Tunc contigit & defectus Solis, 9. Kalen. Octobris. Neſcio, num non ſit illa 11. Kal. Octob. eclipſis: quam 1. A. Abbatis Notgeri accidiſſe, capite præced. dictum eſt. Ratione quidem diei, ſicuti notata reperitur, diuerſa eſt: attamen conſiderentur hi Verſus, qui ſunt in Herm. Æditu o:

Eclipſis Solis, vndenis facta Kalendis,
Octobris menſis, manſit fermè tribus horis.
Mox populos ſtrauit, ſubita quos peſte necauit.

Ergo eandem eclipſin exiſtimo.

Henrico Imp. Conradus F. rebellis.

Rebellis fit (Tritenhem. & aliis teſtibus) Henrico filius ſuus Conradus, ex priore vxore Bertha natus: & Rom. Pontificis ſuaſu Imperium ad ſe trahit. Alteram enim vxorem, Praxedem, odiſſe Henricus cœperat: & ſeruis ſuis (vt fingunt, qui eum oderant) dehoneſtandam obiecerat: hortans etiam F. Conradum ad rem illicitam. Qui cùm recuſaret: Quid parcere ei, inquit, vis? Tamen tua nouerca non eſt. Non enim tu es, vt putas, filius meus: ſed alterius cuiuſdam, peregrini de Sueuia Principis: cuius faciem quoq; manifeſtè impreſſam geris. Conradus, rem in præſentia diſſimulans, Papam Vrbanum adiit: ac Rex ab eo conſecratus eſt: contraq; patrem, in Italia & Longobardia regnauit: Rogerij, Siciliæ, Domini, filia matrimonio ſibi iuncta. Patrem tamen ſemper appellaſſe patris nomine, ac Domini, dicitur: ſed aliquot annis pòſt, immatura morte ſublatus eſt. Praxedis è cuſtodia elapſa, ad Dominam Mathildam, & ab ea ad Vrbanum P. confugit: qui denuò Imp. Henricum, à communione piorum reiecit. Regina, in Ruſſiam patriam ſuam reuerſa, Monacha & Abbatiſſa eſt facta.

Vxor Praxedis ab Henrico fugit.

Vratiſlaus, Bohemiæ Rector, in venatu lapſus de equo, repentina morte periit. Vrſperg.

Caluenſ. Comitis Adelberti mors.

Adelbertus, Caluenſis Comes, iuuenis bonæ indolis, obiit 3. Nonas Decemb. Ex Bertholdo Conſtantienſi.

Eodem 1093. anno Diploma Pontificium, Zuifaltenſi Monaſterio datum eſt.

Zuifalt. Monaſterij Diploma.

VRBANVS EPISCOPVS, SERVVS SERVORVM DEI. *Dilecto in Chriſto filio* NOGERO, *Abbati Monaſterij ſanctæ* MARIE: *quod ſitum eſt in loco, qui dicitur* ZVVIFALTA. *Eiuſque ſucceſſoribus regulariter ſubſtituendis, in perpetuum. Piæ voluntatis affectus, ſtudio debet proſequente compleri, vt Eccleſiaſtica vtilitas, Apoſtolicæ ſedis fauore vires accipiat. Apoſtolicæ ſiquidem ſedis deuotiſſimi filij, Liutoldus & Cuono Comites, & quæ ſequuntur.*

Datum

Datum in monte Gargano, per manum Romanæ Eccleſiæ Diac. Card. duodecimo Kal. *Maij. Indict. prima. Anno Dominicæ incarnat. Mill.* XCIII. *Pontificatus autem Domini Vrbani ſecundi PP. anno ſexto. In circuitu ponitur Signi,* † *Benedictus Deus & pater Domini noſtri* IHV. XPISTI. *Amen.*

Intra ſignũ, Crux nigra: & verba, SCS. PETRVS. SCS. PAVLVS. VRBANVS PP. II.

ADEPTIO PRIVILEGII MODO POSITI.

Liutoldus & Cuno, adhuc in poteſtate hoc Monaſterium habentes, metuebant: ne quis poſterorum ſuorum, aut hæredum, in id inuaderet: ſi hoc in ſua poteſtate retinerent. Ideo Comitem Veringenſem MANIGOLDUM, *cum multis Proceribus accerſiuerunt: ac tradiderunt ei omnem proprietatem: quã huc vſq; in ea cella videbantur habere: vt vel ipſe, vel alius nomine eius, Romam ad Apoſtolorum limina proficiſceretur: illamq; Cellam, Apoſtolico patrocinio, & Eccleſiæ Romanæ dominio, ſub vnius Aurei cenſu, ſingulis annis Lateranenſi Palatio perſoluendo, ſubderet. Hunc autem Aureum, ex inſtituto Domni Vodalrici, huius loci Abbatis, & conſenſu totius congregationis, vno anno Monaſterij Præpoſitus, altero Camerarius, cum rebus ſuæ curiæ creditis, debebat acquirere: & in natiuitate S. Mariæ, ſuper maius altare, poſt Miſſam inchoatam, cernentibus cunctis fratribus, ponere. Quem accipiens cuſtos Eccleſiæ, tandiu ſeruandum curabat: donec per idoneos nuntios, in Lateranenſi palatio præſentaretur Præſuli Apoſtolico. Si negligeret præpoſitus, aut Camerarius, dicto die illum nummum in maiori altari ponere: ordine nouiſſimus eſſe debebat ipſe in Choro, in Refectorio, in Capitolio, & vbiq;: quoadusq; illum cognoſceretur perſoluiſſe. Sin ne ad diem quidem Michaelis feciſſet officium: Aureum illum ſuper altare ponere cogebatur: ac ſic ordinem priſtinum recipiebat. Si non faceret: nouiſſet ſe Dominici corporis ac ſanguinis communione, niſi mortis articulo ſuperueniente, cariturum: vſq; dum ſuper altare eum Aureum præſentaret.*

Cauſa illius Priuilegij. Vering. C. Manigoldus.

Aurei cenſus de hoc cœnobio.

Manegoldus Comes, vt rogatus erat, exequi ſategit: & eandem Cellam Dietrico de BVINBVRG (Bubenburck ob Landaw) *delegauit. Non multò pòſt, ſub Abbate Noggero, Dietricus cum VVernhero Presbytero de* MOSHVSIN, *Manegoldi Comitis Clerico, Romã adijt: ac Cellam ſibi delegatam, ſuper altare S. Petri (multis Romanorum Principum, Senatorum, ac reliquorum Procerum, aſtantibus) ſub cenſu prædicti Aurei, in perennem proprietatem, tuitionem, & obedientiam, Romanorum Pontificum, tradidit. Pontifex ergo Vrbanus* II. *Noggero, manu ſua ſignatum ac confirmatum, libertatis miſit priuilegium, anno incarnationis diuini Verbi* 1093. *vt dictum eſt, Poſtea Calliſtus* II. *papa renouauit.*

Dietrich von Bubenburck. *VVernherus Presbyter.*

Referam huc alias id genus literas, libertati aut vtilitati Monaſteriali ſeruientes.

VVERNHERI COMITIS RENVNCIATIO.

Conuentu habito in oppido BIEMPHELingin: *prædicti duo fratres, ſic cœnobio cauerunt: quod Grœningenſis comes VVernherus, filius ſororis eorum VVillibirga (quæ præter cæteros conſanguineos videbatur ius habere ſuccedendi in bona: quæ eius germani, Monaſterio tradiderant) ſponte ſua ſe abdicauit hoc cœnobio, & bonis ei traditis omnibus:* SACRIS RELIQVIIS *coram allatis, iureiurando per manum Ottonis ſui clientis gregarij ſcilicet militis, confirmans. Ideo huic nepoti ſuo VVernhero, tradiderunt dimidiam Eccleſiæ partem apud* TETTINGEN, *& eandem villam dimidiam: in qua parentes eorum, ſedem ſuam ſtatuerant: & frequentius, cum in his eſſent regionibus, habitauerant: vbi etiam pater eorum Rudolfus, cum duobus paruulis ſuis, Hunfrido atque Berengario, ſepultus quieſcebat. Quorum corpora, Monaſterio iam extructo, inde tranſlata, in capitolio Monachorum, digna cum veneratione ſunt tumulata. Etiam tradiderunt ei dimidiam partem villæ, quæ* METZINGIN *dicitur, cum dimidia parte Eccleſiæ. Nec non dimidiam partem Eccleſiæ apud* ENINGIN, *cum vna ſalica terra in eadem villa. Inſuper, pene cunctos apparitores & milites ſuos, cum caſtello ſuo* ACHALmin *dicto. Quod adhuc cernitur in duas munitiones diuiſum. Quarum* MAIOREM *Rudolfus, pater eorum:* MINOREM, *Liutoldus Comes, à fundamentis conſtruxit. Hæc omnia ſunt à prædictis Heroibus facta: vt illum VVernherum, cæterosq; hæredes, ab huius loci repellerent appellatione. Actum in prænominata villa Biemphilingin. Teſtes.*

Bempflinga. Iuſiurandum per S. reliquias. Tettingen. Metzingen. Eningen.

Burcardus de VVITILingin.

Cuonrandus de VVIRTINEBERG.

Eberhardus de METZingin.

VVitlingen.

Trutvvinus, frater eius.
Marquart de GRVNINGIN.
Sigeboto de Remmingshain.
Reutlinga. *Ruodolphus de* RVTELINGIN.
Gebino de PHVLLINGIN.
Schlaitterff. *VVernherus de* SLETTORF, *& frater eius Albericus.*
Folmarus & Ruodolfus de BERINHVSIN.
VVernherus de LINCDORF.

Igitur Comes VVernherus omnia, quæ pollicitus eſt, inuiolabiliter, quoad vixit, ſeruauit. Quamobrem eius memoria non derelinquetur à nobis (inquiunt Monachi Zuifaltenſes) in ſeculum ſeculi: & nomen eius requiretur à generatione in generationem.

QVÆDAM TRADITIONIS LITERÆ.

In Chriſti nomine. Regnante Henrico quarto Imperatore, anno Regni eius XXXVI. *(Chriſti 1091.) ego* LIVTOLDVS *Comes, cum manu Aduocati mei Victoris, dono, donatumq́ eſſe volo, omne tale prædium, quod habeo in vico* LVPINE: *in ſolis, in ædificiis, in vineis, in agris, in pratis, & in ſolio, ac Vinitoribus: ad Cellam S. Mariæ Zvvifilde: ſcilicet omnes tres partes: & quicquid habeo in comitatu Ruodolphi Comitis. Tantum antepono, cui legibus pertinet. Et recepit Abbas Vodalricus, cum manu Aduocati ſui Tiberij. Tracta & facta eſt hæc carta in vico* AD CAMPOS, *in menſe Maio. Cuius teſtes.*

(Marginal note: Prædij à Liutoldo donatio.)

Gigio.
II. *Vodalrici.*
Otto.
II. *Tiberij.*
Adelbertus. Bruningus. Vrſalchus.

Ego quoq́ Landulfus teſtis, & VI. *alij. Si quis hanc cartam rumpere voluerit: incurrat iram ſanctæ Trinitatis, & S. Mariæ, & ſoluat duplum, quod carta iſta continet, & ad Iudices* XX. *libras auri reddat. Et ego Meroaldus cartam ſubſcripſi.*

Vdalricus, modo 1095. Abbatiam hanc regere cæpit.

Cur duo magna prædia, BVOCH & DIETINCHOVIN, alienata ſint.

Domino Cuonone Comite, ex hac vita migrante: cum frater eius Liutoldus, ſolus eſſet ſuperſtes: atq́ hæreditas domus patris eius, & omniũ fratrum, ad eum ſolum deueniſſet: venerũt ad eum duo fratres germani, BVRCARD*us videl. &* OTTO, *filiis ſororis eius* MACHTILDIS, *de* HOREB*urc: & rogauerunt eum, ne tanto parentum ſuorum patrimonio priuarentur. Quibus tametſi nulla ſors pro conſuetudinarijs legibus obueniret: quippe quibus ex materna dote, dimidia pars villæ, quæ* VVITILINGIN *nominatur, & optima curtis iuxta Rhenum,* HERZIN*ach nomine: penes Zvvifiltenſes quoq́ villa, qua* BICHINISH*uſin dicitur, in hæreditatem deueniſſet: tamen prædictus Liutoldus Comes, eorum auunculus, ſapienti vſus conſilio: partimq́ conſiderans, quod ſcriptum eſt: Redimentes tempus, quoniam dies mali ſunt: cum conſenſu atq́ conniuentia Noggeri Abbatis, omniumq́ fratrum, tradidit eis caſtellum,* VVVLVE*lingen nuncupatum, cum vniuerſis prædiis, ac militibus ſuis, in eadem regione conſtitutis: nec non & curtem,* BVOGH *cognominatam: quam ipſi magno anniſu precabantur ſibi donari. Quod fecit ea conditione: quatenus & ipſi hoc loco (cænobio) cunctisq́ bonis, quæ vel ipſe, vel frater eius Cuono, aut alius quiſquam, huic Monaſterio contuliſſet, omnino ſe perpetim abdicarent.*

(Marginal note: Liutoldi fratres duo.)

Teſtes huius rei.

Gerohuſanus Comes. *Hartmannus, Comes de* GEROH*uſin.*
Adelbertus de Reginherishouin.
Bertholdus de GEMVND*in.*
Folmarus de Veltheim.
Ruodolfus Presbyter, & alij multi.

Buoch. *Illi duo fratres poſtea, metuentes iram diuinam: ſi gratuito curtem illam Buoch retinerent: ſua ſponte 12. marcas argenti, Donno Vodalrico, loci huius ſecundo Abbati, deuouerunt dare. E quibus Burchardus (poſtea Traiectenſis Epiſcopus) ſex marcas, vt promiſit, donauit: Otto verò,* Dettikonen. *tantum equum vnum pro ſua dedit parte. Alterũ allodium* (eigen Gut) DIETINCH*ouin, Dux Guel-*

Guelpho, qui factus fuerat Aduocatus Zvviſildenſium, petyt ſibi emendum dari nec plus XX. *marcas pro eo dare voluit: licet id decuplo pluris eſſet. Tunc de conſilio Luitoldi, quod ille eſſet Aduocatus huius loci, Monachi aſſenſi ſunt. Dux in ſuum dominium accepit prædium: ſed ne vnum quidem pro eo dedit nummum. Monachi, cum diu hoc negotio fatigati, tædio defeciſſent: tandem vix quartam pecuniæ partem expreſſerunt. Interim idem Dux Hieroſolymam proficiſcitur (anno 1096.) qui iterum atq; iterum à fratribus interpellatus, filio ſuo VVelphoni rem commiſit: ipſe perrexit. Filius vero fratres magis, quam pater, afflixit: prædiumq; ſuis hominibus in beneficium conceſſit: ac tandem Prouiſores Monaſterij, huc illuc fatigando, eluſit. Donec per Henricum* V. *Imp. poſt multas admonitiones, ad vltimum Regali potentia victus, ſua recipiens, fratribus ſuum reliquit inuitus. Abbas tunc Vlricus, præteritis malis edoctus: præcauere in futurum cœpit, ne ſimilia pateretur. Ideo cuidam comitiſſæ, coniugi videl. Ottonis, Comitis de* HABECHIS*purg, illud* LXX. *marcis argenti dedit. Homines tamen* (τὰ ἀνδράποδα) *quos ibi habebant centum, Monachi non vendiderunt.* Habſpurg. comes Otho.

Familia Zuifaltenſis.

Non erat Monachis metuendum: ne aliqui ſerui ab eis aufugerent. Nam multi homines propter duritiē ſeruitutis & ærumnas, quibus grauiſſime premebātur à ſuis Dominis (Scharrhanſen) *in ius illorum concedebant quietis gratia. E quibus, alij agricolæ: alij, vinitores: quidam, Paniſices, ſutores, fabri, mercatores, alijq; opifices. Nonnulli de eis erant tributarii: vt, annuos perſoluentes nummos: aut ceram, ad aliquem maiorem cereum. Quidam pertinebant ad Eccleſiam popularem trānſflumē: aliqui ad Eccleſiam S. Stephani in* TYGIRIN*felt: vel ad Eccleſiam S. Blaſij* TARI*dingin, aut ad aliam. Omnes hi dicebātur eſſe de familia Monaſterij. Iudicia accipiebant ab Aduocato cœnobij, ſtatutis temporibus: aut aliqui à Præpoſito. Quidam Abbatem, Priorem, Præpoſitum, cæteros fratres, aliquo proficiſcentes, equis comitabantur. Ideo quædam eis præſtabantur beneficia, tali honore gaudentibus. Si equos propter ipſos perdidiſſent: eis alii reddebantur: aut triennium beneficia ſua, abſq; ſeruitio habere permittebantur. Si quis eorum moreretur: equus eius, & alia, quæ moris erant, accipiebantur.* Seruitus apud Monachos, clementior.

CONCIONATORES QVIDAM AVGVSTANI. DIPLOMA DE TEMPLO S. Fidei apud Seleſtadianos ædificato. Petri Eremitæ Hieroſolymitana peregrinatio. Sacri in Palæſtinam belli conflatio. Confirmatio priuilegiorum Hirſaugienſium. Blabyrani monaſterii fundatio. Palatini Tubingenſes. Recenſio Blabyrenſium Abbatum. Confirmatio huius cœnobii. Imagines & Epitaphia ibi. Fundatio & Abbates Neresheimenſis Monaſterii.

CAPVT XIII.

ANno 1094. fames ingens: ideoq; diuitum ſpoliatio & expilatio, per inopē & egenā plebem. Florebat quippe circa hoc tempus in vrbe Auguſta, quidam Magiſter Matthæus Chorſangius: Eccleſiaſtes ea libertate: vt, poſtquam ſatis pro Theologica vehementia, Pontificum Tyrannidem pro Imperatore taxaſſet: nobilium item & dominorum extraordinarias de ieiuna plebecula exactiones, centauricamq; crudelitatem, in concionibus ſuis inſectatus eſſet; tantum non ſeditionem imprudens, per totam Sueuiam inter Ruſticos, concitauerit. Floruit quoq; Gerochus, vel Geroculus, Reicherſpergenſis, ſummæ apud Auguſtanos ædis peruicaciſſimus Sacrificus. Qui, quod rebus Papæ feruidius ſtuderet: tumultusq; eorum temporum, editis libellis, pro affectu ſuo magis accenderet: iuſſu Imperatoris ab Aduocato prouinciæ Auguſtana (vom Reichslandvogt) *in exilium actus eſt. Marc. Heming. ex Achille Gaſſaro.* Matthæus Chorſangius, Auguſtæ Concionator. Et Gerochus, Sacerdos.

Extruxit hoc anno Seleſtadii (oppido Alſatiæ ad Ellum fluuium) Templum Domina Hiltegardis, Dux Sueuiæ (vide ſupra annum 1084.) primò, Dominico ſepulcro (cuius figuram crypta, quæ ſub adyto eſt, præ ſe fert) mox D. Fidei virgini, dicatum. Exemplum literarum conditricis ponit B. Rhenanus lib. 3. hoc. S. Fidei fanum Seleſtadii.

In nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Felicius agi res putamus humanas: ſi noſtris ex facultatibus res adiuuemus diuinas. Quam ſententiam ego HILDEGARDIS, *in Chriſto pauper & modica, cum filiis meis: videlicet Ottone, Argentoratenſis Eccleſiæ Epiſcopo: Sueuorumq; Duce Friderico, Ludouico, VValthero, Conrado: & filia mea Adelhaide chariſſima: ante oculos ponentes, & pia conſideratione attendentes: Eccleſiam in Sleƶeſtat, ad inſtar Dominici ſepulcri factā: & à præfato filio meo Othone Epiſcopo conſecratā, S. Fidei in Concha, cum curti Monachorū officinis apta, & cū certo prædio ſubnotato, legali ſtipulatione tradidimus: eaq; ratione confir-* Hiltegardis, Sueuica Dux.

Conchenſe cœnobium.

manimus: vt ibidem Deo monaſticè ſeruiatur: & à Conchenſis cœnobij Abbate regulariter regatur. Tradidimus etiam Monachis, ibidem Deo ſeruientibus, duos Manſos in VVittenkheim,
» *marcha in pago Alſatia: & vineã vnam in Onolteſzuuile, & duo mancipia. Eiuſdem traditio-*
» *nis liberam poteſtatem, illorum vtilitati conceſſimus, concedẽdo firmauimus: & quicquid huic*
» *traditioni, Deo adiuuante, addere poterimus, vna eademq́ confirmatione ſtabiliuimus. Adhuc*
» *etiam eandem Eccleſiam, & eius atrium, ab omni ſeruitutis iugo abſoluimus: & tali libertati,*
» *ſub præfati Epiſcopi Othonis anathemate aſcripſimus: vt etiam ab Epiſcopali ſit libera ſeruitio:*
» *& atrium ipſius Eccleſiæ, neq́ baptiſmalis (Parochialis) Eccleſiæ Presbyter, nec aliquis Clerico-*
» *rum, aut Laicorum, aut ſepultura, aut alia aliqua occaſione, inquietare præſumat. Acta ſunt au-*
» *tem hæc, & feliciter conſummata, anno ab incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti milleſimo*
» XCIV. *Indictione ſecunda: regnante Henrico Imperatore* IV. *ſub Othone, Argentinenſi Epiſco-*
» *po: Sueuorũq́ Duce Friderico: cæteriſq́ ſubnotatis teſtibus: Burchardo, Maioris eccleſiæ Præpo-*
» *ſito, Heroldo Cantore, VVernhero Camerario, cæteriſq́ fratribus. De S. Thoma, Cunone præpoſi-*
» *to, Mannone, cæteriſq́. De S. Petro, Hezelino Præpoſito, Cumberto, Ioanne: cæteriſq́ quàm plu-*
» *rimis eiuſdem ordinis.*

Dotatio illius S. Fidei Eccleſiæ.

Huic Monaſteriolo haud ita diu pòſt Hiltegardis illius filij (Fridericus, Ludouicus, VValtherus, & Otho Epiſc.) de prouentibus proſpexerunt: donato omni eo, quod ad ipſorũ ditionem Seleſtadij pertinebat. Iam enim Antiſtes huius cœnobioli, Bertranus Cõchenſis, fame laborabat: frigente Dominici monumenti quæſtu (vt ſunt inconſtantes plebis affectus) quo ſolo vitam aliquot annis tolerauerant. Sed & prodigioſo quodam terriculamento, factæ olim promiſſionis admoniti fuerant illi fratres, vt religioni proſpicerent.

Petrus Eremita, Hieroſolymitanus peregrinator.

Saracenis Orientem, qui ad Græcum Imperium pertinuerat, paſſim tenentibus: Petrus quidam Eremita, genere Francus, corpore paruus & deſpectus, ſed animo & lingua præſtans, Hieroſolymam petijt. Ibi partim ipſe vidit, partim ex Patriarcha Symeone didicit, ærumnas Chriſtianorum. De his ergo literas Romam, ad Pontificem Vrbanum attulit: poſtquam in ſomnis ab Ieſu Saluatore, ad ea, quæ in mandatis haberet, exequenda, incitatus eſſet. Benignè à Papa exceptus: Alpibus tranſitis paſſim adijt Principes: concionibus tum ipſos, tum plebem, ad terram ſanctam recuperandam cohortans. Hic calculos orandi ligneos (Paternoſterſtain) excogitauit: teſte Polydoro Virg. lib. 5. cap. 9. Pontifex igitur occaſionem aduerſus ſuos aduerſarios, præſertim Imp.

Hinc origo ſequentis ingentis in Saracenos pro Hieroſolyma belli.

Henricum, creſcendi nactus: ſi hoc modo ſibi Orientales Antiſtites ſubderentur: edidit Diploma, quo Claremontem in Aruernis, toti Occidenti, magnis de Reipub. negotiis indixit. ἐνθένδε, μεγίστου καὶ πολυχρονίου τοῦ πολέμου σύστασις. *Ita paruulus ille Petrus, maximi & diuturni belli (cui & Sueui interrerunt) in Oriente futuri, ſemina iecit.*

Claromontanum Vrbani P. concilium.

Anno 1095. Vrbanus P. concilium Epiſcoporum & Procerum celebrauit Claromonte: vbi Regem Philippum, propter ſecundas, priore adhuc viua vxore, nuptias contractas, è piorũ cœtu exauctorans, ad pœnitentiam reduxit. Ibidem copioſa & grauiſſima oratione, cunctos ad antiquiſſimam, & Chriſti meritis celeberrimam, Hieroſolymitanam vrbem, è manibus impiorum barbarorum eripiendam, cohortatus eſt. Quorum vt ſtudia magis accenderet: nos, inquit (Sigon. teſte) miſericordia Dei, & beatorum Petri ac Pauli auctoritate confiſi: omnibus, qui ad hoc bellum prodierint, omnia pro delictis ſuis piacula relaxamus: eoſq́ ſub Eccleſiæ tutelam, & BB.

Excitatio ad ſacrũ bellum.

Petri ac Pauli clientelam, tanquam veræ obedientiæ filios, ſuſcipimus: & ab omnibus vexationibus corporum fortunarumq́, tutos eſſe ſtatuimus. Ergo,

Εὖ μέν τις δόρυ θηξάσθω, εὖ δ᾽ ἀσπίδα θέσθω:
Εὖ δέ τις ἵπποισιν δεῖπνον δότω ὠκυπόδεσσιν:
Εὖ δέ τις ἅρματος ἀμφὶς ἰδὼν, πολέμοιο μεδέσθω:
Ὥς κε διηνεκέως στυγερῷ κρινώμεθ᾽ ἄρηϊ.

Cæcus enim Homerus meus, huic conſilio aptior: quàm videntes ſacrorum Bibliorũ propheta.

Hominum ad id ardor.

Tunc tantus bellandi ardor omnibus inceſſit: vt non Laici tantum, ſed Monachi etiam, & Clerici, qui lectionibus ſacris vacare debebant, militiæ & armis ſe deuouerent. Signum fuit omnibus crux è rubro panno, auctore vrbano, veſtibus ſuper dextram ſcapulam affigenda. Hinc tales milites, Cruce-ſignati dicti: & ipſa expeditio, cruciata nominata.

Cruce-ſignatio.

Neceſſarium ait Guilielmus Tyri Epiſcopus, prolixus huius belli deſcriptor, fuiſſe hunc ignem purgatorium: quo præſentia, quæ nimia erant, diluerentur commiſſa: & occupatio iſta, vtilis, qua declinarentur futura. Non enim iam erat inter mortales reſpectus Dei, nec ad homines reuerentia.

Nomi-

Nomina Principum, tanquam Argonautarum, in hac expeditione, ferè ex Francia.

Hugo Magnus, Philippi Regis frater. *Principes expeditionis.*
Robertus, Comes Nortmandiæ, VVilhelmi Regis Anglici F.
Robertus, Flandriæ Comes.
Stephanus, Carnotenſium & Bleſenſium Comes.
Raimundus, Comes Toloſæ, & S. Ægidÿ.
Iſuardus, Comes Dienſis.
Ramboldus, Auraſicenſis Comes.
VVilhelmus, Comes de Foreis.
Stephanus, de Albimaria Comes.
Rotrodus, Comes Partichenſis.
Hugo, Comes de S. Paulo.
Gernerus, Comes de Gretz.
Balduinus, Comes Hamaucorum.
Godefridus, Lotharingiæ Dux.
Fratres eius, Balduinus & Euſtachyus.
Balduinus de Burgo.
Boemundus, Tarentinorum Princeps, Guiſcardi Ducis Apuliæ F.
Tancredus, eius ex ſorore nepos.

Item Epiſcopi, Ademarus Podienſis, VVilhelmus Aurelianenſis, Otho Argentinenſis de Hohenſtauffa. Item Salisburgenſis Archiepiſcopus Thiemo. Quis omnes Magnates, & nobiles viros, enumeraret? Minus tamen Saxones, Turingi, Francones, Alemanni, Bauari, huc incubuere, propter diſcordias inter Imp. Henricum & Papam: ſed ſuperiores, ſummo ſtudio & ardore.

Horum Imperator fuit Gottfridus, ille Lotharingus, Bilioneus: parentibus Euſtachyo & Ida natus, in prouincia Remenſi, ciuitate Bolonia: ab auunculo Gottfrido, Lotharingiæ Duce, adoptatus. Corpore magnus, robuſtus, pulcher, ξανθόκομος: animo pius, iuſtus, prudens, fortis, humanus: ore diſertus, & acutus. *Copiarum Imperator, Gottfridus Bilioneus.*

ALIA, EODEM hoc 1095. anno facta.

Pontifex Vrbanus Gebhardo, Hirſaugienſi Abbati, confirmauit omnia huius Monaſterÿ priuilegia: id in ſuam tutelam ac protectionem recipiens. Ibi nominat præcipuè Cellulam S. Gregorÿ, quæ dicitur Richenbach: & S. Martini, quæ dicitur Viſchbachonna: & prædium, quod dicitur Gilſtein. Conſecrationes altarium, ordinationes Clericorum, oleum ſanctum, ab Epiſcopo Spirenſi, in cuius diœceſi ſint, accipienda ſtatuit. Aduocatum ſiue protectorem, Godfridum Comitis Adelberti F. eis permiſit. Studium eis præcipue decretorum Romanæ Eccleſiæ ſeruandorum præcepit. Vnum deniq; Byzantium Aureum, quotannis Lateranenſi Palatio perſoluendum. Datum Placentiæ, 8. idus Martij, Indict. 3. anno 1095. Tritenh. Qui alterum etiam quoddam magnum Priuilegium, Gebhardo ab eodem Papa datum, ſubiūgit: vbi inter alia multa, hoc quoq; eſt: vt, cum non ſemper facile ſit Hirſaugienſibus, Romam proficiſci: Archiepiſcopus Moguntinus ſit, ad quem, tanquam ad Pontificis Vicarium, in neceſſitate confugiant. *Priuilegia Hirſaugienſium confirmata.*

DE BLABYRENSI COENOBIO.

Conditum eſt hoc tēpore Monaſterium Burronium, ab Anshelmo patre, ac duobus eius filiis, Henrico & Hugone: Palatinus Tubingenſibus, & Comitibus de Rugka, Dominisq; caſtri Gerenhuſii. Deſcenditur autem ſecundum fluuium Blauum ad villam Gerhuſam: quæ ſita eſt inter duas arces: quarum vna dicitur Rugka: altera verò, Gernhuſium, mirabili rupi ſuperadificata: ſub qua ſunt horribiles cauernæ. Appellatur Burronium cœnobium, quaſi fons (teſte Bruſch.) ab ampliſſimo profundiſſimoq; fonte vicino: ex quo fluuius aerii coloris Blauus oritur: Vnde voce paulum mutata, Blauburnium, & Blabyrium, nominatum eſt. Born / Brunn. *Ante cuius conſtructionem, exiguum ibi ſacellum S. Ioannis Baptiſtæ fuit: ab Anshelmo, Hugone, ac Sigibotone, fratribus, Palatinis Tubingenſibus & Rugkenſibus, conditum. Nunc verò eſt magnificum cœnobium (Benedictinæ olim diſciplinæ) in Ducatu VVirtembergenſi, duobus ab Vlma milliaribus: penè in peramœno eiuſdem nominis oppido ſitum.* *Blabyrenſis Monaſterij fundatores, Palatini Tubingenſes.*

HORVM PROCERVM SERIES.

1. *Hugo, Palat. Tubingenſis, Comes arcis Rugkæ, & dominus caſtri Gerenhuſii.* *Tubing. Comites.*

2. *Filij eius tres: Hugo, Anſhelmus, & Sigiboto. Anſhelmus Tubingæ habitabat, vxorem habens comitiſſam Bertham.*

Sigibotonis vxor erat Adelhaidis, Eliſatiæ comitiſſa.

3. *Vtriuſq; liberi.*

Ex Anſhelmo, Hugo iunior, pater Friderici: & Henricus, maritus Adelhaidis, Comitiſſæ de Entzenberg: quæ ad Vrbanum II. Papam (iam vidua) profecta, fundationis mariti leuiriq; ſui confirmationem impetrauit: teſtante fundationis Diplomate. Ex Sigibotone, VVernherus Clericus, VValtherus, & Sigefridus. Sigefridi filius, Hartmannus, Monachus huius cœnobij, quod liberis careret.

Σύνοψις, cum additiuncula.

Hugo. I. anno 1060.
- *Hugo II. anno 1095. — Hugo III. anno 1165. — Rudolphus, 1186. — Hugo V. (anno 1240.*
- *Anſhelmus,*
  - *Hugo IV. — Fridericus.*
  - *Henricus, vir Adelhaide — Manigoldus.*
- *Sigiboto, 1095.*
  - *VVernherus, Canonicus Auguſtanus.*
  - *VValtherus, 1130.*
  - *Sigefridus — Hartmannus.*

Vide infrà lib. 10. cap. 10. & ſup. lib. 7. cap. 1.

CATALOGVS BLABYRENSIVM ABBATVM.

Blabyrenſes Abbates.

1. *Azelinus (al. Anſhelmus) ex Hirſaugia: qui ſub Abbate ibi S. VVilhelmo vixerat: conſtitutus ab Henrico & Hugone Palatinis. Obijt anno 1101.*
2. *Otho, per annos 15. Obiit 1116.*
3. *Rudigerus, annos 6. Obiit 1122. Sub his Abbatibus initium accepit oppidum Blaburnienſe, vel Blabyrenſe.*
4. *VVolpoto.*
5. *Otho II. A quibuſdam Ezelinus dictus.*
6. *VVernherus: qui obiit 1159.*
7. *Eberhardus. Obiit 1178.*
8. *Fridericus, per annos 25. Obiit 1203.*
9. *Henricus, A. 9. Qui 1212. cæcitate oculorum à Deo percuſſus, munere ſe abdicauit.*
10. *VVolpoto, à 1212. per annos 7. vſque ad 1219. quo obiit.*
11. *Rudolphus, A. fere 12. Deiectus à regimine 1231.*
12. *Albertus, A. 14. Obiit 1245.*
13. *Mainfridus, A. 2. Reſignauit Abbatiam anno 1247. Oeconomicas moleſtias pertæſus.*
14. *Conradus, 2. A. Obiit 1249.*
15. *Hermannus, 14. A. Obiit 1263.*
16. *Eberhardus, A. 6. Qui afflicta valetudine præditus, Abbatiam 1269. poſuit.*
17. *Albertus, 2. A. ac deijcitur 1271.*
18. *Marquardus, A. 15. & Obiit 1286.*
19. *Conradus, cognomine Mirabilis. Præfuit Abbatiæ A. 6. M. 6. Reſignauit 1293. Sub cuius gubernatione, cum ciuis quidam in Templo vulneratus eſſet: Monaſterium denuo dedicatum eſt: & altare ſummum in honorem S. Ioannis Baptiſtæ.*
20. *Albertus, A. 15. Obiit 1308.*
21. *Godefridus, A. 25. Obiit 1333.*
22. *Albertus. Sub quo Abbate interfectus eſt à quodam Diacono Conrado Prior Monaſterij, anno 1347.*
23. *Rumboldus à Grifenſtain. Reſignauit propter afflictam valetudinem, anno 1356. pridie Petri & Pauli.*
24. *Ioannes Kloczerus, vel Klotz. Præfuit 31. A. vtiliter: & diem ſuum obiit 1387. Sub quo Blaburnii ſepultus eſt 1361. Vlricus, Comes Helffenſtainius.*

Helffenſtainius C. Vlricus.

25. *Ioannes Hugo Vlmenſis, A. 20. Mortuus eſt 1407. die 12. poſtquã vulneratus fuiſſet in cellario infirmorum, à quodã Monacho ſuo, Henrico Fulgmaiero. Pulchrè ſcil. hic* ἀποτεταγμένος τῷ κόσμῳ, καὶ ἀγγελοειδὴς γεγενημένος*: renuntiauerat Mundo, & in Angelorum ordinem tranſierat.*
26. *Ioannes Vngeheur (al. Hettelinus) qui præfuit 12. A. & obiit 1419.*
27. *Henricus Hafenbergius (al. Schaffnaburgius) A. 36. Qui reſignauit 1456. Obijtq; 1466.*

Sepul-

Sepultus in Templo Laicorum. Sub eo diem clauſit extremum in hoc Monaſterio 1428. *Anſhelmus à Nenningen, Epiſcopus Auguſtanus, ibidem humatus. Sub eodem Cœnobium hoc, & ipſum oppidum ac territorium Blabornianum, quod hactenus comitum Helffenſtainiorum fuerat, venditum eſt ab eis (vt Bruſchius ſcribit) comiti Ludouico de VVirtenberg, XXXX. millibus Aureorum, anno* 1447. *menſe Martio.* *Blabyra op. VVirtembergenſibus venditum.*

28. *Vdalricus Kindig. Electus in octaua Epiphaniæ,* 1457. *cùm antea ſecularis Sacerdos fuiſſet. Mediocriter doctus, & diligentiſsimus omnis generis librorum Scriptor. Vir bonus, ſed minus vtilis œconomus. Cœpit ædificare Templum* 1467. *Deſijt Abbatiam* 1475.

Henricus Fabri. Succeſsit in Octaua Innocentum. Primus huius loci infulatus, Abbat. Optimus Oeconomus, omniumq́ ædificiorum ibi renouator. Reformauit, vnà cum Hirſaugienſi Abbate Georgio, Soeflingenſe Sanctimonialium cœnobium anno 1484. *Papæ Sixti* 4. *iuſſu. Celebratus eſt carminibus Poëtarum* ἐγκώμιον: *Henrici Bebelij, Tubingenſis Profeſſoris, Poëtæ Laureati: & Ioannis Caſſelij Giſlingenſis: ac fratris Leonhardi, Monachi cuiusdam in Anhuſio Brentiano. Præfuit A.* 20. *Obijt* 1495. *die S. Ambroſij. Sepultus ſub ædicula Dominici corporis.* *Infula, Abbati data.* *Sœfling. Gynæceum.*

30. *Gregorius Roeſt Marttorffenſis. Vir bonus, fidelis rerum Monaſterij curator. Abſoluit illa quæ Deceſſor reliquerat: præcipuè Baſilicam ſummam Monaſterij pulcherrimè illuſtrans. Renouatum eſt ſub eo Templum* 1501. *Præfuit A.* 27. *& aliquot menſes. Deſtitit ab Abbatia volens, anno* 1523. *nihil ſibi reſeruans. Obijt an. ſequente. Sepultus in ſacello S. Petri, cũ hoc Diſticho.*

Aſpice, qui tranſis. Illo ſub marmore dormit,
Abbas Gregorius prouidus, atque pius.

31. *Ambroſius Raſor Landauianus. Is Abbatiam reſignauit Duci VVirtembergico: religionẽ ex verbo Dei in ſua ditionẽ mutanti. Obijt, poſt ſplendidam & delicatam vitam* 1545. *Tunc Abbatia vacabat* 3. *annos.*

32 *Chriſtannus, vel Chriſtianus, Tubingius: ex Marttorffo, Epiſcopali oppido, natus. Hic in ipſa hac patria ſua, quò plures ante annos Monachi ſeceſſerant ab eis anno* 1548. *electus eſt, Ian.* 12. *quando auctoritate Imp. Caroli V. vndiq́ Monachi in ſuas ſedes reſtituebantur. Virum doctũ, proceræ ſtaturæ, humanitate nemini ſecundum, Bruſchius perhibet. Huic ille cum catalogo Abbatum prædictorum, Diploma quoq́ primæ confirmationis Monaſterij Blabyriani, Marttorffi dederat.* *Diploma Blabyrenſe.*

Summa huius Diplomatis: ab Vrbano Papa, Abbati Azelino dati.

Chariſsima filia noſtra Adelhaidis comitiſſa petitioni duximus annuendum. Hæc nimirũ ad ſedem ſanctorum Apoſtolorũ veniens: & ſuam, & viri, & leuiri ſui, deuotionẽ ſtrenuò adimplere curauit. Burrhonenſem nanq́ Eccleſiã (cui nunc tua fraternitas, Azeline, præſidet) ſoceri ſui ſtudio à fundamentis ædificatã, ſuper ſacroſanctum B. Petri altare obtulit: & per manum noſtrã, in propriũ ſedis Apoſtolicæ allodium delegauit: quam oblationem petijt, Scriptorum noſtrorum authoritate confirmari. Nos igitur ſancimus, vt tã locus ipſe, quàm vniuerſa eò collata, aut conferenda, ſub Apoſtolicæ ſedis tutela ſemper maneant integra, & inuiolata: ſeruis Dei illic profutura: Conſtantienſis Epiſcopi canonicâ reuerentiâ ſalua: & vno quotannis Biſantio Aureo ad Lateranenſe Palatiũ perſoluẽdo. Nemo, quicunq́ ſit, contra hanc noſtræ conſtitutionis paginam faciat. Execratio enim, tali: ad ſecundam tertiamúe commonitionem non reſipiſcenti, & ſatisfacienti. Cunctis verò ſeruantibus, benedictio. Datum Laterani, per manum Ioannis, S. Rom. Eccleſiæ Diaconi, Cardinalis: 8. *Kal. Febr. Indict.* 7. *an.* 1099. *Pontificatus autem Domini Vrbani* 2. *pp. vndecimo anno.*

Sequentes ſunt EVANGELICI Abbates.

33. *Matthæus Alberus, S. Theol. Doctor.*

34. *M. Alexander Bleſsing: Obijt* 1584. *Dominicâ Oculi.*

35. *M. Ioannes Schoppſius: noſter olim, & aliorum, Tybingæ diligentiſsimus auditor. Præeſt adhuc anno* 1591. *piè & fideliter. Filij eius, M. Abrahamus Schoppſius, & Iacobus, nobiſcum & ipſi hic Tybingæ,* 1588. *viuebant.*

EFFICTAE IMAGINES comitum in aſſeribus ſubſelliorum chori: addito beneficio, in cœnobium collato.

ANSHELMVS Comes.

Ego cum coniuge mea Berchta, contuli villam, quæ dicitur Rhotenackerbodorff, & fui fundator dimidiæ partis Eccleſiæ. *Dotatio huius Monaſterij.*

SIBOTO, comes de Ruock.

Ego contuli S. Iohanni Baptiſtæ ſuper Alpes villam, quæ dicitur Süſſen. Sieſſen.

BBb SIFRIDVS

SIFRIDVS & VVALTherus comites, filij eius.

Sifridus fuit fundator dimidiæ partis Eccleſiæ: & dedit Troffenſpuech, VValſtetten, Calmuntzbuech, in dotem Eccleſiæ, cum decimis in Sieſſen.

VValtherus. Ego & frater meus VVERNherus Clericus, contulimus agrum Bonrieſgrub & Altenthal.

HENRICVS Comes de Tubingen.

Hic dedit ſuper Alpes quinq; allodia: Hadenhülen/ Berchülen/ Winiden/ Hohenhüslin/ Bragenthale. *Vxor eius fuit Bertha.*

FRIDERICVS Palatinus.

Ego contuli S. Iohanni Baptiſtæ Eccleſiam S. Albani in Laithingan/ *& molendinū Vlmæ.*

Et Adelheit Comitiſſa, exſculpta eſt: nihil verò ſubſcriptum.

EPITAPHIA quædam Templi inſigniora.

Epitaphia. 1. *Anno* 1161. *nobilis Comes Vlricus de* Helffenſtain/ 13. *Maij, in die Leonis Papæ.* Sein Gemahel/ iſt ein Wirtenbergerin geweſt.

2. *Anno* 1350. *obijt Domina (nomen eſt obliteratum. Vltima litera eſt S. Forſitan Agnes) Comitiſſa de* Helffenſtein/ *dicta De* Hohenloch.

3. *Anno* 1428. ſtarb der ehrwirdig Herr Anſhelm von Nenningen/ *Epiſc. Auguſtanus.*

4. *An.* 1444. ſtarb Herr Johanes/ Graff zu Helffenſtain/ am nechſten Dinſtag vor dē weiſſen Sontag: vñ Fraw Jrmelgarde/ Gräfin von Kirchberg geborn am Montag darnach.

5. *Anno* 1460. Stephan von Emerſtetten/ *peſte.*

6. Mit Schilt vnd Helm iſt begraben der edel Ludwig von Eſtetten.

CIRCVITVS, vel Perſtylium.

Hoc opus inceptum eſt anno 1466. *Præter Abbates, ibi ſepultus Bernhardus* Schenck *ſenior, qui obijt* 1515. *Et iunior* Bernh. Schenck/ *qui obijt* 1533.

Imagines inſigniorum feneſtrarum.

In Templo, Regnorum & Ducatuum præcipuorum Rom. Imperij.

In circuitu, Friderici Marchionis Brand. & coniugis Sophiæ, Reginæ Poloniæ. Itē, liberorū. Alberti quoq; Comitis Palatini ad Rhenum, vtriusq; Bauariæ Ducis: & coniugis Kynigundis, Ducis Auſtriacæ. Obijt anno 1504. *Item, Comitis de Fyrſtemberg: qui obijt* 1510. *Nomen non eſt additum. Fuerunt Tubingenſes Palatini, à tempore fundati huius Monaſterij, ipſi & poſteri eorum, Aduocati & defenſores ipſius, vſq; ad annum* 1267. *Tunc illuſtris Dominus Rudolfus, id ab hac tutela & curatione relaxauit.*

DE NERESHEIMENSI COENOBIO

Neresheimenſis Monaſterij fundatio. *Neresheimium, magnificum & elegans (quemadmodum à Bruſchio ſcribitur) Monaſteriū Benedictinæ profeſsionis Monachorum, fundatum & ampliſsimè dotatum inuenitur anno Chriſti* 1095. *ab Hartmanno, Comite Dillingenſi, Hugobaldi quarti filio: & ab illuſtri de* Kyburd *Comitiſſa Adelhaide, Hartmanni huius vxore: ac conſecratū ab Epiſcopo Conſtantienſi Vlrico. Hartmanni patruo. De Dillingenſium autem Comitum ſtirpe, ſuprà lib. 3. cap. 11. dictum eſt. Situm porrò eſt Cœnobium hoc, in illo Sueuiæ tractu, qui propter ſoli admodum arenoſi ſterilitatem, Durus campus (*Hertfäld*) nominatur: in comitum Oetingenſium ditione, non longè ab eiusdem nominis oppido, in peramœno colle, tribus ferè à Nordlinga milliaribus. In quo Monaſterio, celebris quoq; ſepultura eſt Dillingenſium comitum: quorum origo, ex Henrici Aucupis Cæſ. genere eſſe traditur.*

Abbates Neresheimenſes. Catalogus horum Abbatum.

1. *Orneſtus, comes Dillingenſis, Alberti F. Præfuit tantùm* 1. *annum, &* 1096. *obijt.*

2. *Hugo, annos* 5. *obijt* 1001.

3. *Theodoricus, annos* 17. *obijt* 1118.

4. *Henricus A.* 7. *obijt* 1125. *Fuerat ante Monachus, deinde Prior, in Zuifalzenſi cœnobio. Vide ſequent. lib. cap. 6. Ante Monachatum verò filium habuit, nomine VVernherum: qui etiam Zuifaldæ Monachus eſt factus. Cumq; egregiæ indolis adoleſcens eſſet: & iam presbyter factus, ægrotaret: potionem quandam peſtiferam, quam ſalutarem putabat, accepit à Laico quodam. Per quam mente alienatus, X. Kal. Octob. magno omnium dolore mortuus eſt. Ex Zuifalt. M. Scr. libro. Annus non erat additus.* Potionatus, Monachus VVernherus.

5. *Pilegrinus, annos* 15. *rexit. Obijt* 1140. *Fuerat antea Zuifaltenſis Monachus. In Abbatia autem gerenda ſimplex & probus: quippe quam obſeruando magis, quàm imperando, gerebat.*

6. Ortlie-

6. *Ortlibus, anno 24. obijt 1164.*

7. *Henricus, A. 35. obijt 1199.*

8. *Degenhartus, A. 27. obijt. 1226.*

9. *Godeboldus, vir nobilis de Ebingen: viuentis adhuc Degenharti adiutor, anno 1219. Quo mortuo: Abbatiam fratribus, qui dederant, reſtituit.* Ebingenus Godeboldus.

10. *Ruggerus, A. 23. obijt 1258.*

11. *Vdalricus de Elchingen, A. 19. obijt 1277. cùm antea iniurijs defatigatus, reſignaſſet.*

12. *VValtherus, A. 1. quo Monaſterium incendio vaſtatum eſt. Obijt 1278.*

13. *Theodoricus, 10. A. & reſignans, obijt 1288.*

14. *Fridericus de Zipplingen: antea cellæ præfectus in Elefancenſi cœnobio. Obijt, geſtâ 20. annos Abbatia, anno 1308.*

15. *Henricus 21. A. obijt 1329.*

16. *Colomannus, A. 9. obijt 1338. Septemb. 11.*

17. *Vdalricus de Hochſtetten, A. 11. obijt 1349.*

18. *VValsherus, ex oppido Boppſinga, anno 20. obijt 1369.*

19. *Conradus Dillingenſis, anno 3. & reſignauit munus 1372.*

20. *VVolfhardus de Stainhaim. A. 8. obijt 1380.*

21. *VVilhelmus de Almanſmues, A. 14. obijt. 1394. Iunij 6.*

22. *Nicolaus, nobilis vir, de Elchingen, A. 11. obijt. 1405.*

23. *Vdalricus de Roden, A. 18. Qui muneri renunciauit 1423.*

24. *Henricus à Diemenſtein, A. 23. obijt 1446.*

25. *Rudolphus Venator, A. 19. obijt 1465.*

26. *Georgius de Nenningen, A. 11. obijt 1476.*

27. *Eberhardus de Emmerhofen, A. 18. obijt 1494.*

28. *Ioannes de VVaiblingen. A. 13. obijt 1507. Bopfinga.*

29. *Simon de Bernſtat, A. 3. obijt 1510.*

30. *Ioannes Finſtermacher, Monachus ex Elchinga doctiſſimus. Præfuit A. 19. cœnobio vtiliſſimè: & obijt 1529.*

31. *Matthias Gutermannus, A. 15. M. 10. D. 10. Qui obijt 1545. Maij 29. annos ætatis 3. fuitq́; primus huius collegij infulatus Abbas, cœnobio perquam vtilis.*

32. *Ioannes Schvveickhofer de Bolſtat: electus proximè poſt Matthiæ mortem Iunij die 22. Apud eum diuertit 1546. (poſt diſceſſum Proteſtantium Principum ab Ingolſtadio) die S. Catharinæ, Imp. Carolus V. millenario cum equitatu, in hoc Monaſterio pernoctans: & inde Bopfingam deſcendens. Præerat Ioannes adhuc 1550.*

In Zuifaltenſi Monaſterio, cùm primus Abbas Noggerus diem obijſſet, an. fundationis VII. & accerſito VVatechone, VVinigartenſi Abbate, honorificè V. die ſepultus fuiſſet (quo die, quidam etiam nouitius Vdalricus, & duo alij, conſecrati à VVinigartenſi ſunt) poſt aliquod tempus conuocati à conuentu tres Abbates: Hirſaugienſis Gebehardus, VVinigartenſis VValecho, & Burronius Azelinus: in primo Rogationum, qui eo anno in Kal. Maias inciderat, nouitium illum Vdalricum fecerunt Abbatem. licet valdè renitentem: nec adhuc vllo Eccleſiaſtico ordine ornatũ. Nondum enim X. hebdomadas in Monaſtica conuerſatione (πολιτείᾳ μοναχικῇ) compleuerat. Sed Conſtantienſis Epiſcopatus Gebehardus, Apoſtolicæ ſedis Legatus, eum poſtea per ſingulos Eccleſiaſticos gradus prouexit: ac tum demum Abbatem conſecrauit. Qui diu laudabiliter præfuit. Abbas Zvifalt. nouitius.

VVELPHO, IMPERATORI RECONCILIATVS. GOTTEFRIDINA Hieroſolymam verſus expeditio. Quomodo ipſe Gottefridus Conſtantinopoli exceptus, ab Imperatore Alexio Comneno. Hermannus, Auguſtanus Epiſcopus. ALPERSPACHENSIS Monaſterij fundatio. Item, Iſnenſis cœnobij.

CAPVT XIIII.

ANNO 1096. VVelpho, Dux ante Noricus vel Bauaricus: qui ab Imperatore iamdudum defecerat: ideoq́; Ducatu exutus fuerat: cum videret cecidiſſe illos, in quibus habuerat ſpem: Imperatori ſe ſubmittens gratiam eius Ducatumq́; recepit. VVelpho, in gratiam Imperatoris Henrici receptus.

Signum in Sole conſpectum eſt 5. nonas Martij, feriâ ſecunda ineuntis Quadrageſimæ. Diuerſa quoq́; alia prodigia Mundus peperiſſe referebatur. Ergo omni ex occidente motus maximè: Chriſtianorum expeditio in Orientem verſus, contra Saræ, vel potius Agaræ poſteritatem impiam Prodigia.

 flagran-

Expeditio in Saracenos.

flagrantiſſima: Ducibus, diuerſa in parte, Petro Monacho, & Godefrido Bilioneo, vel de Bulione. Dixiſſes, vrbes à ciuibus, agros ab aratoribus relictos: fœminas etiam (inter quas, multæ cum infantibus & cunis) hanc expeditionem ſequentibus: quarum nonnullæ, poſtea tragicè perierunt. Vt, inæſtimabili torridorum locorum ardore exhauſtæ: cùm grauidæ eſſent atq; in conſpectu omniũ fœtus ſuos eniterentur: & quædam iuxta partus ſuos inuijs volnerentur: omnem pudorem, & ſecreta ſua, oblitæ, ſitis intolerantiâ. Deſcendit Mart. 8. vir nobilis VValtherus Senſaueir (quem fuiſſe Sueuum alicubi inuenio) magno cum exercitu, per Sueuiam in Vngariam & Bulgariam. Secutus eſt eum Petrus Eremita cum 40. millibus: qui, aliquot incommodis in Vngaria & Bulgaria acceptis (quoniam petulantes etiam fuerant noſtri) apud Conſtantinopolin ſe cum VValthero coniunxit. Vocatus ad Imp. Alexium, cauſam huius expeditionis expoſuit iuſtam: ac ſecuturos eſſe dixit maximos Occidentis Principes. Admirationi erat Imperatori, τὸ ἀνθρώπου, (parui viri huius) animoſitas & eloquentia. Copiæ, in Aſiam traiectæ. Petro ad vrbem regreſſo, commodioris rerum venalium precij efficiendi cauſâ: interim à Turcico Principe Solymanno, multa millia cæſa, & capta: interfecto etiã prædicto VValthero, interfectis multis Alemannis. In cauſa fuit impietas, in Iudæos auaritiæ causâ ſæuitia, libidines, & copiarum aduerſus prudentiorum bona conſilia inobedientia. Quanta fuit illa impia ſtultitia: quod vulgo anſer quidam & capella, tanquam ſpiritu diuino afflati, & fauſti Duces viæ, colebantur & adorabantur? Venerunt etiam alij duo exercitus in Vngariam diuerſi: quorum alterius Dux, Sacerdos Teutonicus Godeſcalcus: alterius, comes Leiningenſis Emicho: ſed ibidem, cæſi ac diſſipati.

VValtherus Senſaueir.

Petrus Eremita.

Solymannus Saracenus.

Godeſcalcus.

Emicho, C. Leiningenſis.

De Petro hoc cucullato, Anna Comnena lib. 8.

Κατ' ἐκεῖνο καιροῦ, ὁ κελλὸς πέτρος, ὁ κυκοὺ πέτρος λεγόμενος, μετὰ μυριάδων ὅτι πολλῶν, ἐφ' ἵππων τε καὶ πεζῶν (ὡς ποσοῦσθαι, τὰς μὲν ἱππέων χιλιάδας, ἑκατὸν: τῶν δὲ πεζῶν χιλιάδας, ὀγδοήκοντα) διὰ τῆς οὐγγρίας διελθὼν, τὴν βασιλεύουσαν (Conſtantinopolin) κατέλαβε: καὶ παρὰ τοῦ βασιλέως φιλοφρονούμενος: πανηγύρεις τε (forum rerum venalium) εὑρίσκων ἐν ταῖς ῥωμαϊκαῖς χώραις (Græcis regionibus, quarum caput Noua Roma, Conſtantinopolis) καὶ ἀφειδῶς τὸ πλῆθος ἐντυχόμενον, διῆλθεν ἀμαχητί: καὶ διαπεράσας, ἐπήξατο τὸν χάρακα εἰς τὴν ἑλενόπολιν.

Godefridi profectio.

Eodem anno, 15. Auguſti, illuſtris & magnificus Lontharingiæ Dux Godefridus, cum ſuis copijs idem iter ingreſſus eſt: comitatus præter ſupradictos Heroas, etiam Domino Henrico de Aſcha, & fratre eius Godefrido: Dodone de Contz, Conone de monte acuto, & alijs. Pacificè Vngariam tranſijt: datis obſidibus Regi Colomanno, fratre ſuo Balduino, & eius vxore: ſed breui receptis, cum muneribus. Inde Belgradum, Niceam, Stralitiam, Philippopolin, & tandem Conſtantinopolin, venit: & ante vrbem caſtramentatus eſt. Quò tandem & Hugo venit Magnus, cum ſuis; poſtquam à Præſide Dyrrachij (per Apuliam enim eò proficiſcens, in Epeirum, reliquos conſecuturus erat) aliquandiu captiuus dententus fuiſſet.

Et Hugonis Magni.

Ita vario tempore, diuiſæ copiæ, in Orientem verſus ductæ ſunt: ne, cum tanta multitudine eſſent, vnà iter facientes, inopiâ commeatus premerentur. Teſſera (σύνθημα, Kreiden) omnium erat braxea (teſte Auent.) ein buntſchuch. Vnde adhuc eſt prouerbium: Ich will dich beſchůhen: calceabo te, σωματοποιήσω, fulciam te fideliter opibus meis.

Peronis teſſera.

ANNA COMNENA, DE GODOFRIDI CONſtantinopolin aduentu.

Ἀλλὰ καὶ ὁ κόμης Γοντοφρὲ, τῷ τότε καιρῷ διαπεράσας μεθ' ἑτέρων κομήτων, καὶ στρατεύματος: ἱππέων μὲν, χιλιάδων δέκα: πεζῶν δὲ, χιλιάδων ἑβδομήκοντα: καὶ καταλαβὼν τὴν μεγαλόπολιν (Conſtantinopolin) ἀπὸ τῆς ἔγγιστα τοῦ κοσμιδίου διακειμένης γεφύρας καὶ μέχρι τοῦ ἁγίου φωκᾶ, τὸ στράτευμα κατατίθησι.

Dazumal war dieſes Frewlein/ zehenjârig. Wirt vieleicht Hertzog Gotfriden nit geſehen haben (niſi fortè per tranſennam) vt in Gynæceo educata. Nam Græcæ fœminæ, à peregrinorum aduentu, imò & domeſticorum, remouentur etiam hodie.

Alexio Comneno Imp. illi hoſpites, non grati.

Imp. Alexius, cùm parum fideliter aduerſus Francos egiſſet: & tamen potentiæ eorum cedere cogeretur: Gottfridum, exercitus Imperatorem (dato antè Ioanne Porphyrogenneto, filio ſuo, illis obſide) ad ſe venire voluit. Quo veniente cum præclaro comitatu: in ſplendore precioſarum veſtium (vt loquitur Hieroſolymitani Chronici incognitus Auctor: ante VI. annos à nobili Hiſtorico Reinero Reineccio, primùm in lucem prolatus) veſtium ornatiſſimarum, inquam: tam ex oſtro, quàm aurifrigio: & in niueo opere armelino: & ex mardrino griſioq;, & vario (quibus Gallorum Principes præcipuè vtuntur) vehementer admirans honorem & decorem illorum: primùm,

Ducem

Ducem oſculo benignè ſuſcepit: deinde, vniuerſos primates & collaterales illius (feratur barbarus Auctoris ſermo) pacis oſculo honorare, non deſtitit. Sedebat autem Imperator, more ſuo potenter in throno Regni ſui: non Duci, non alicui, aſſurgens ad porrigenda oſcula. Sed flexis genibus Dux Godefridus incuruatus eſt, & ſui, ad oſculandum glorioſiſsimum Imperatorem. Qui eum, in filium adoptiuum ſuſcepit, ac Dux non ſolum filium, ſed etiam vaſallum, ſe & ſuos, eius maieſtati ſubiecit: ὁ μείζων τε καὶ ὁμοτράπεζος *(vt inclyta Comnena loquitur)* γενόμενος. *Eos omnes Imperator donis auri, argenti, oſtri, mulorum & equorũ, inæſtimabilibus affecit. Redierunt ipſi in caſtra: & filius eſt Imperatori remiſſus: atq; commeatus, exercitui venditus. Tum, amicè Ducibus & exercitu abſcedere permiſsis: Chalcedonem & in Bithyniam verſus, traiectio copiarum facta eſt: Venit poſtea Boëmundus quoque cũ exercitu: qui & ipſe, Imperatoris Homo (Ligius, ſeu vaſallus) factus eſt. Eodẽ 1096. anno, Auguſtano Epiſcopatui præfectus eſt Hermannus comes VVitelsbachenſis ex Bauaria: non canonicè, ſed Simoniacis rebus (inquit Bruſcius) per fratrem Vlricum emens. Præfuit annos 38. nec laudatur. Attamen mœnia Auguſtæ, à Guelphone vaſtata, reſtituit: vrbemque longè, quàm antea fuerat, ampliorem ac munitiorem reddidit. Aduocati ſub eo fuerunt huius Epiſcopatus, Conradus & VVernherus fratres, generoſi comites à* Baltʒhauſen *&* Suabeck: *qui & magnificentiſsimum Sueuiæ Pramonſtratenſium cœnobium Vrſpergenſe fundauêre: medio ferè itinere inter Vlmam & Auguſtam, ad Mindulam amnem ſitum. Sub eodem, & magnificum extructum eſt in eadem vicinia ab eorundem Comitum ſorore, Domina Giſela, laudatiſsima virgine, nobilium virginum Gynæceum Edeſtettenſe (de quo, in anno 1126.) quibus ibi honeſtiſsimè ſub Abbatiſſa educatis, poſtea legitimo matrimonio triumphari licet.*

Humaniter tamen Godefridum excepit.

Maieſtas Imperatoris.

Copiæ, in Aſiam traiectæ.

Hermannus, Auguſtanus Epiſcopus.

Baltzhauſ. & Suabeccij comites.

DE ALPERSPACHENSI Monaſterio.

MATTHAEVS VOGELIVS, ABBAS ALPERSPACHENSIS, M. Martino Cruſio, S. in Chriſto.

Mitto tibi, vt petijſti, Clariſsime vir primam Alperſpachenſis Monaſterij fundationem, & quædam alia. Vt, imagines trium fundatorum: inuocantium D. virginem Mariam, & Benedictũ. Præterea picturam non admodum diſsimilem Argentinenſi, ſuperioribus annis excuſæ: qua procul dubio, Abbatum & Monachorum ignauia, & inſcitia S. Scripturæ, ac rapacitas, & tyrannis, contra pios, doctos, & innocentes viros, eſt rectè reprehenſa. Eſt enim Vrſus ad Citharam: cui ſuperſcriptum, VAGVS in ludo. Deinde, lupus ſtolâ ſacra indutus: cui ſuperſcriptum, FERVS in rapina. Poſtea, candelabrum cum cereo: cui ſuperſcriptum, PECCASTI, quieſce. Aſtat agnus, cum cruce in dextero humero: quam capite ſiniſtrorſum reflexo aſpicit. Deinde procumbens quidam humi ſupplex manus complicatas tendens, cubitis innititur: ãte pedes ſedentis in ſella Abbatis: dextrâ pedum paſtorale, ſiniſtrâ librum clauſum, tenentis. A tergo procumbentis, quiddam quaſi arbor: vtrinq; bina quædam ceu frondes, & in ſummo apicem, habens. Supra agnum, & procumbentem, verba, AGNVS innocens. Filios meos tibi commendo, Magiſtros, Matthæum & Dauidem: quorum poſterior, adhuc vobiſcum Tubingæ in ſtudijs. Benè valeat excell. T. Data Alperſpachij 12. Maij, anno 1589.

Monachorum & Sacerdotum pictura vetus.

Huius Monaſterij iam 1095. initium factum erat. Quæ de reſunt literæ fundationis hæ, ſine Diphthongis.

† *Quia Deus, Dei filius, veritas eſt inuiolabilis: vniuerſis perſonis, Eccleſiaſtice catholice Religioni conſentaneis, veracibus pandimus argumentis: quòd nos tres, RVTMANNVS de Huſin. ADELBERtus de Zolro, Comes ALEVVICVS de Sulzo: diuini amoris igne ſuccenſi, diligenter pertractando queſiuimus, cum conſilio venerabilis GEBEhardi, Conſtantienſis Eccleſie Epiſcopi: qui tunc temporis legatus Apoſtolici extitit, ac religioſi Vtonis: qui eodem tempore S. Blaſij Celle, Abbatis regulari diſcretione prefuit: nec non & aliorum venerandorum Monachorum, Clericorum, Laicorum, quos aduocare potuimus: qualiter in prelio meo, ALPIRSpach nominato, quod iure poſſedimus hereditario, Monachorum poſſet Cœnobium inſtitui: vt hi, qui inibi aggregandi forent, ſine perturbatione Deo militare poſſent. Quod cùm diu pertractaremus: viſum nobis eſt, hoc bonum eſſe: vt predium preſcriptum, ſiluamque predio eidem circumpoſitam, cum terminis ſuis: nec non & alia predia, & mancipia noſtra, ad opus tam religioſum decreta; cuidam libero homini, nomine BERNHARDO de Flurin, vt conſuetudo eſt, traderemus ea videlicet conditione: quatenus ipſe eadem Deo, ſanctoque omnino in proprietatem traderet BENEDICTO: Abbati ibidem conſtituendo, & Monachis ac fratribus, ſibi obedientibus, libera ſeruitura. Porrò vt eiuſdem loci habitatores ſemper quieti manerent: ipſeque locus Romani*

Alperſpachẽſis Monaſterij fundandi litera.

» Pontificis auctoritate omnimodò liber conſtaret: decretum eſt pro obedientia ſubiectionis, aureum
» nummum dari annuatim in Palatio Lateranenſi, ad pedes Apoſtolici: vt Abbas ibi conſtituen-
» dus cum Monachis, fratribusq́ ei obtemperantibus, liberam ſemper haberent poteſtatē gubernan-
» di, & diſponendi res illuc pertinentes. Haberent etiam liberam facultatem, ſibi aduocatum eligen-
» di, conſtituendi, quemcunq́ vellent: & eundem mutare, ſi eis ita placuiſſet. Hijs cauſis & rebus, con-
» ſideratâ diſpoſitis diligentia: aduênit noſtra vocatione Conſtantienſis Antiſtes, Legatus Apoſtoli-
» cus: vt locum prenominatum conſecrans Deo iam preparatum dedicaret Oratorium.
» Anno incarnationis Dominice milleſimo nonageſimo quinto. Indictione tertia, decimo ter-
» tio Kalend. Februarij.
» Aduênit quoque præfatus Bernhardus: cui predia & mancipia noſtra tradidimus. Ad-
» uenerunt & alij multi, nobiles & ignobiles. In quorum omnium aſpectu, ſepedictum Bern-
» hardum petiuimus: vt predia & mancipia à nobis ſibi tradita, Deo ſanctoque Benedicto, ſo-
» lempni delegatione omnino in proprietatem contraderet: ea conditione, qua nos ea ſibi tra-
» didimus.
» Quam petitionem ille deuotè ſuſcipiens, acceſſit ad reliquias Sanctorum: & in preſentia
» Epiſcopi, omniumque, qui illic conuenerant: in primis ſuper illas apud locum, qui Alpirſpach di-

Heinbach.

» citur: & ei circumiacentem ſiluam, cum terminis ſuis ſubſcriptis. Id eſt, HEINBACH,
» quod protenditur vſque VVALSBACB: de VValsbach, ad SVETBACH: de Suetbach,
» in ROTINBACH: de Rotinbach, in flumen KINZICHAM. Secus flumen Kinzi-
» cham protenditur vſq́ VVAGONDENSTAIN: de VVagondenſtain, vſq́ ad aliam Kin-
» zicham. De Kinzicha, vſque GRVNEVVITICHEN: de quo loco, ad montem, in den
» VRSPRINA NATATORIA: de Natatoria ad KALTOBRVNNIN: de quo, ad
» ROTINbach: de hoc, vſque ad montem INNATAtorium: de Natatorio, in ſiluam, vſque ad
» cliuum VVVALEM Suesleiphi: de cliuo VVuali, in Kinzicham. Infra fines horum termino-
» rum, EBERHARDVS de MIERINgen, à ſancto Gallo inbeneficiatus, terram S. Benedicti
» in loco qui dicitur VVITICHIN: quia ſuo beneficio commilitat, violenter inuaſit: & domum
» quandam Alperſpachenſium, in prefatis bonis poſitam, igni ſuccendit: quam poſtea, lite penitus di-
» miſſa, preſente Friderico ſeniore Aduocato, compoſitione vnius talenti reſtituit. Et hec tempori-
» bus Henrici quarti Romanorum Imperatoris facta ſunt.
» Tempore verò LOTHARII Regis, FRIDEricus Friderici filius, Alperſpachenſis Ad-
» uocatus: beneficiorum prefati Eberhardi ſucceſſor factus: dum pro iniuria illorum, qui eiſdem bene
» ficijs inbeneficiati fuerant. ſepius à fratribus loci interpellaretur: ab ipſis hominibus Eccleſie, cete-
» risq́ bonis accolis terre, de iuſtitia loci inquiſitionem, ſub iureiurando diligenter in ipſo loco fieri
» fecit: & eandem iuſtitiam de inuaſis terminis, ſub iureiurando recognitam, modis omnibus, quibus
» potuit, & ſicut ex Aduocatia debuit, in preſentia fratris ſui Eginonis, ſub teſtimonio Miniſteria-
» lium ſuorum & hominum, ſine omni contradictione prefate Eccleſie confirmauit. Hec autem ſunt
» nomina liberorum hominum: ſub quorum preſentia iſta facta ſunt.
» Heinrich de Lupbin.

Lupbin.
» Marquart de Aſcha.

Aſcha.
» VVoluerat de Orva.

Orva.
» Adelbertus de VVachindorff.

VVachēdorff.
» Et alij quam plures idonei teſtes: tam ingenui homines, quàm gnari milites.
» Sanè vt huius reſtitutionis confirmatio, ſic à Friderico Aduocato facta, notior & firmior
» in poſterum teneretur: ab ALIvvico, regionis illius comite, denuò corroboratur. Qui rogatu fra-
» trum Alpirſpachenſium predictos terminos terrarum S. Benedicti, & beati Galli, ſub iureiurando
» vetuſtiſſimorum & veraciſſimorum illius loci comprouincialium diligenti inquiſitione adinuênit:
» & inuentos, ad vtilitatem Alpirſpachenſis Eccleſie in ſuo legitimo placito, ſeculari banno, ſicut fieri
» ſolet, imbannauit. Quæ omnia tandem VODALRICVS, Conſtantienſis Epiſcopus, in die Palma-
» rum, inter Miſſarum ſolempnia ibidem celebrata, Eccleſiaſtice auctoritatis ſententiâ ſtabiliuit.
» Hij itaque ſunt, qui iurauerunt.
» 1. Gundeloch de Homeſſingen.
» 2. Heinricus. 3. Antvvart.
» 4. Eppo. 5. Ruzilo.
» 6. Ezilo. 7. Vdalricus.

8. Radin.

8. *Rudin.* 9. *Volmar.* "
10. *Azzo.* 11. *Heinrich.* "
12. *Bezingiſvvilari.* "
13. *VValther & Albrecht de Gůdelfiſhuſen.* "
14. *Manegolt de Bilſtein.* "
15. *VViprecht & Starcholph fratres, cum alijs nonnullis veracibus perſonis.* "

Tandem Comes Alvvicus, bono Dei ſpiritu ductus, quandam prædictorum terminorum, in loco, qui dicitur Kaltinbrunin, partem, iniuſtè à ſe poſſeſſam, præfatæ Alperſpachenſi Eccleſiæ, in præſentia Domini Conradi, ibidem Abbatis: & VVernheri, Abbatis Solitariorum, ſuorumq; fratrum: prædocente Egilolpho, tunc milite, ſed poſtea ibidem Monacho: allatis ſacroſanctis, voluntariè reſtituit. Et ob cautelam memorialis teſtimonij, mancipium vnum ſancto Benedicto legitimè delegauit. Deinde alia prædia & mancipia, conſtituta in hijs villis: Dornhein, Homeſſingen, Hebindorff, Garta, Haſela Veringen: omnino in proprietatem tradidit Deo, ſanctoq; Benedicto, abſque omni interdictione & repetitione: præfatam confirmationem perfectæ libertatis: in gubernatione & diſpoſitione rerum clauſtralium: in electione & mutatione Aduocati: in cenſuali conſtitutione aurei numi, pro teſtimonio ſubiectionalis obedientiæ, ac pro memoria libertatis perpetuæ, Apoſtolicæ auctoritati annuatim ſoluendi: legitimè atque (rationabiliter) faciens, Addens quoque, vt abbas cum Aduocato ſuo, fratribusque ſuis, Apoſtolicam defenſionem, vel eius ſententiam, fiducialiter requirat contra eos: qui loci libertatem aliqua violentia perturbant. " Dornhan.

Poſt hæc, conſecratum eſt Oratorium ab eodem Pontifice Gebehardo, in honore S. Trinitatis, victorioſiſsimæ crucis, Dei genitricis, beati Benedicti confeſſoris, omniumq; Sanctorum. "

Omnia verò præſcripta, per eum Apoſtolica auctoritate ſunt roborata: & non tantum tunc: illoq; ue tempore: ſed etiam poſt aliquot annos: quando iterum ad eundem locum vocatus, dedicauit ibi ECCLESIAM, anno Verbi incarnati M. XC. VIIII. Indictione ſexta (fort. ſeptima) V. Kalend. Septemb. die Dominica. Tunc, inquam, petentibus ipſius loci fundatoris: multaque populorum turba aſtante: iterum diligenter recenſita ſunt omnia: quæ ad ſtabilitatem & libertatem loci pertinent: & ad requiem ſecuritatis eorum: qui ibi Deo, ſanctoq; ſeruituri ſunt Benedicto. Quæ iterum Dominus Gebehardus, Conſtantienſis Epiſcopus, tunc quoq; vicem Apoſtolicam tenens, amore ſanctiſsimi patris Benedicti, Apoſtolica auctoritate deuotiſsimè roborauit: donec ipſius Cœnobij fratres Romam mittere poſſent; & ab ipſo Papa, ſuæ ſecuritatis & libertatis priuilegium ſuſciperent. "

Huius Teſtamenti doctor extitit Benno de Spaichingen: non ſemel, ſed bis. Primò, ſicut dictum eſt, in ipſo loco: quando ibi conſecratum eſt prædictum Oratorium. Secundò, apud villam, quæ ROTVVILO dicitur, coram Duce Berchtoldo, alijsq; Regni Principibus quàm pluribus, & populo multo. Vbi Dominus Adelbertus de Zolro, ſæcularibus renuntiaturus: præter illa prædia, quæ antea dederat, iterum Deo, ſanctoq; Benedicto, prorſus in proprietatem tradidit: quicquid in hijs villis hereditario iure poſſetim habuit: HVSIN, Geroltisdorff, Sulzo: exceptis hijs, quæ ſeruientes ſui: videlicet Reinvvin, Rudolphus, Reginboto: ibidem proprio iure poſſederant. Cuius delegationis idonei teſtes ſunt hij. " Spaichingen.

Venerandi Comites: Alvvicus, Gotefridus Fridericus, Manegoldus, Geruncus, Zeizolfus. Et nihilo min⁹, Cheberhart & Heriman fratres de Dietfurt: Berchtold de Hohinburg: Diethelm de Dockinburg: Cuno de Sulſa: Landolt de VVinzilum: VValther de Heitrbach: Gerbolt & VVernherus de Augia: Eberhardus de Sedorff: imò Rex Angelorum, cum omni turba cælorum. Amen. "

Hactenus, hæ literæ. Ibi dicitur, Monachos ſeruituros eſſe Deo, ſanctoque Benedicto. Seruire, δουλεύειν, λατρεύειν. *Deut. 6. & Matth. 4. Dominum Deum tuum adorabis, & ei ſoli ſeruies:* αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις.

In Alperſpachenſis templi medio, prope aram, lapidi inſculptum.

Comes Alevvicus, in Chriſto ſemper beatus, inſtituit primus hîc fieri laudes Benedicti, & Chriſti Domini.

Nec tamen Alperſpachij hic Dominus iacet. Inter aram illam, & Chorum Templi, imago fœminæ cuiuſdam ibi ſepultæ conſpicitur, ſed ſine Epitaphio. Putatur fuiſſe quædam Teccenſis Ducilſa.

De Iſnenſi cœnobio.

Iſnenſe Monaſt. fundatum. Vering. Comites. *Eodem 1096. anno fundatum eſt Iſnenſe Monaſterium, ordinis S. Benedicti, in honorem Sanctorum Iacobi ac Georgij (teſte Bruſchio) à Magnigoldo patre, VValthero & VVolfrado filijs, Comitibus Veringenſibus: ſitum intra muros Iſnæ, Imperialis apud Sueuos in Algoia oppidi, iuxta eiuſdem nominis riuum.*

Genealogiam horum Comitum, lib. præced. cap. 4. habes.

Confirmata eſt hæc Veringenſium Comitum fundatio, à Papa Paſchale 2. anno 1106. Auxit hoc Monaſterium VVelpho Dux, Henrici & VVulfhildis F. qui Obijt 1192. (al. 1191.) Fridericus Barbaroſſa, natus Iudinthâ, huius VVelphonis ſorore, dicitur fuiſſe plenus frater congregationis Iſnenſis. Rudolphus item, Palatinus Tubingenſis, & vxor eius Mathildis, anno 1187. Aduocati huic Monaſterio, etiam hodie ſunt VValtpurgenſes Dapiferi.

ABBATES ISNENSES.

Iſnenſes Abbates *1. Mangoldus, electus 1096. Qui cùm præfuiſſet 4. annos: occiſus eſt à Diacono ſuo, 1100.*

2. VVernherus.

3. Marquardus. Hic cùm Monaſterium Hiltegardis Campidonenſe occupaſſet quodam tempore: ſtatim ab Abbate Frideloco poſt 6. horas rurſum eiectus eſt. Idem Henrico Marchioni Rumſpergenſi, Monachum è ſuo cœnobio dedit VVernherum, primum Rectorem Vrſinenſis Cœnobij, anno 1184.

4. Burcardus.

5. Albertus.

6. Bertholdus.

7. Conradus.

8. Bertholdus ſecundus.

9. Conradus ſecundus.

10. Henricus de Brunavv. Sub eo, Iſna & cœnobium, 1284. conflagarunt: ſed ab eodem, egregia cœnobij inſtauratio facta eſt: & 1288. à Tullenſi Epiſcopo Cunone, conſecratio.

11. Hermannus.

12. Bertholdus tertius.

Veneno conuentus Monachorum extinctus. *13. Henricus ſecundus. Perijt cum toto conuentu, anno 1350. vno & eodem die: venenato animalculo in ollam, in qua carnes coquebantur, illapſo, nec animaduerſo.*

14. Conradus tertius: à Dapifero Othone, ex Iſnenſi Parocho factus.

15. Ioannes.

16. Georgius Textor.

17. Georgius Stiedlin, ex vicino Imperiali oppido Luitkircha ortus.

18. Philippus, nobilis de lapide. Hic cùm diu præfuiſſet: contractus tandem, & cæcus factus eſt. Munificus, hoſpitalis, Μοναχῶν ἀκολάστων: id eſt, licentiæ Monachorum ſuorum corrector: qui antehac liberè, non appellatis ſuis Abbatibus, egrediebantur: quando, quò, & quoties, volebant.

19. Ambroſius Horn, Pfullendorffenſis. φειδωλὸς καὶ κίμβιξ: id eſt, ſordidè tenax, Bruſchio iudice. Præfuit. A. 7. Obijt 1540.

20. Helias Freius, Iſoenſis, A. 8. Obijt decrepitus ſenex, anno 1548. exeunte Ianuario.

21. Vlricus Morſius: ex Maiore Cellæ præfecto Abbas factus, 1549.

Schyrenſe cœnobium. *Eodem 1096. anno, Scyrenſis Benedictinæ profeſsionis cœnobij in Bauaria, non longè ab oppido Pfaffenhofa ſiti, Abbas primus eſt factus Erchenvvoldus: à VVilhelmo, Hirſaugienſis cœnobij Abbate, cum 12. fratribus miſſus, fundatrici Dominæ Hazigæ, Reginæ Aragoniæ, olim comitis Schyrenſis Othonis vxori. Bruſch.*

Italorum claſſes, in paleſtinam. *Quod ſuprà de Bilonei famoſiſsima in Orientem expeditione diximus: non extra Italiam ſubſiſtit: ſed etiam Venetorum, Piſanorum, & Genuatium, Claſſes inſtructæ, in mare ſe dederunt. Vnaquæq; ciuitas quoq; cohortes ſuas, & vexilla verſi colorẽ crucem inſcripta, miſit teſte Sigonio.*

HENRICI IMP. EX ITALIA DOMVM REDITVS. IN ORIENTE A Bilonei exercitu capta Nicæa, Antiochia, & alia. Præmonſtratenſis & Ciſtertienſis Monachorũ ordo. Alba Augia Brigantina. Mors Achalmenſis Comitis Liutoldi. Anniuerſarius dies eius, & fratris Cunonis. Caritas monaſtica. ἀγάπη. Caſus tragici, in obſidione Antiochiæ. Armatura, eo tempore, Gallorum & Germanorum.

CAPVT XV.

Henricus in Germaniam redit. *ANNO 1097. Imp. Henricus in Germaniam ex Italia redijt; Moguntiæ comitia de pace conſtituenda habuit: eam deniq; fecit.*

Cometa

Cometa conſpectus eſt hoc anno: æſtas feruentiſſima & frugifera fuit: hyems verò, lenis & peſtilens. Imbrum & fluminum inundationes, immodica.

Cometa.

In Aſia hæc geſta ſunt à Chriſtiano exercitu. Obſeſſa fuit NICÆA, vrbs Bithyniæ die 15. Maij. Eò conuenerant omnes exercitus: alij initiò, alij poſterius. Fuerunt peditum vtriuſq; ſexus, ſexcentia millia: equitum verò loricatorum, millia centum. Sita eſt Nicæa in loco plano: ſed montes non longè circumquoque habet. Muris erat denſis, & turribus ſublimibus: munita. Lacus longus & latus, Aſcanius nomine, ab occidente, mœnibus adiunctus. Dominabatur illis locis Solymannus: qui in caſtra obſidentium irruens, profligatus eſt. Alemanni, Comes Hermanus, & Henricus de Aſcha, ſi non ipſi, at ipſorum milites, in oppugnatione occubuêre: trabibus machinæ (vulpes appellabatur) quam ad murum admouerant, ab hoſte confractis, & ruinâ ipſos opprimentibus. Tandem tamen coacta eſt Nicæa deditionem facere, die 15. Iun. atq; Græco Imp. reſtituta eſt: ſicut & cæteræ vrbes, quæ in Syriam vſq; à noſtris caperentur, ei ex pacto quodam antegreſſo, tradendæ erant. Præda, exercitui conceſſa erat.

Nicæa obſeſſa.
Copiarum, Aſiã petentium, magnitudo.
Deditio eius.

Occupata dehinc eſt Licaoniæ metropolis, vacua hominibus inuenta, Iconium. Capta eſt Ciliciæ metropolis, D. Pauli patria, Tarſus. Deditionem fecit etiam Meſopotamiæ metropolis Edeſſa. Obſeſſa poſtea, vrbs Cæleſyriæ ANTIOCHEA, die Octob. 10. Cuius vrbis longitudo, eſt duorum aut trium milliarium: diſtantia verò à mari, milliarium decem aut duodecim. Sita ad flumen Orontem, ſeu Farfar. Alijs autem alia vrbis loca obſidentibus: Godefridus vnam eius portam obſidebat, cum multorum millium Lotharingis, Saxonibus, Alemannis, Bauaris, gladio ſæuiſſimis: vt eſt in Chronico Hieroſolymitano. Oppugnata ſæpe eſt accerrimè: & multæ oppidanorum eruptiones, factæ. Nocuerunt noſtris magnæ pluuiæ; ex quibus, peſtilentia. Nocuit & luxus commeatum abſumens.

Capta, Iconium, Tarſus, Edeſſa.
Antiochia obſidio.

Anno 1098. Conradus Comes de Hohenburg, Imperatori rebellis, expulſus eſt. VVelpho, Baioariorum denuò Dux filios ſuos, VVelphonem Henricumq;, & ipſos rebellare tentantes, gratia Imperatoris reconciliauit: vniq; eorum, poſt ſe Ducatum hæreditario iure committi impetrauit. Vrſperg. & Func.

Robertus (al. Nobertus) Lotharingus (al. Colonienſis) vir nobilis, potens, & doctus: relicto Mundo, ad ſeueriorem animæ curam ſe cõtulit. Ideo Præmonſtratenſium Monachorum ordinem, ſub Regula D. Benedicti (al. Auguſtini) cum 13 ſocijs circa feſtum Paſchatis, inſtituit in Landionenſi diœceſi, anno hoc 1098 aut circiter. Tritenhemius ad 1020. Chriſti refert. Diſplicebant bonis & doctis viris tunc, Paparum & Epiſcoporum potentia, opes, voluptates.

Præmonſtratenſium Monachorum ortus.

Excogitatus eſt quoque hoc tempore Ciſtertienſis ordo, ab Ardingo quodam Anglo, in ſolitudine Burgundiæ, in Cabilonenſi diœceſi, in eremo Ciſtertij. Creuit is ordo ſucceſſu temporis mirabiliter, tum numero, tum diuitijs. Trit. & Iac. Philip. Bergomas. Dictus eſt inſecutis temporibus Bernhardinus ordo: Cùm eum ingreſſus eſſet S. Bernhardus.

Et Ciſtertienſiũ, ſeu Bernhardinorum.

Electus ſcribitur à Bruſchio hoc anno, Aureatenſis (Aiſtetenſis) Epiſcopus Eberhardus Marchio à Schvvinfurto Othonis Marchionis, ac Sueuorum Ducis apud Schvvinfurtum reſidentis: ac Dominæ Petriſſæ, inclytæ à VVolfratshauſen Comitiſſæ, filius. Præfuit annos 13 ſumma cum laude: & obijt anno 1112.

Aureatenſ. Epiſc. Eberhardus.

De Alba Augia Brigantina.

Fundata eſt eodem tempore Abbatia inſignis Alba Augiæ Brigantinæ, vel Monaſterij Brigantini, vulgò, Maior Augia, Die Mererow: ad Brigantij amoris in lacum Acronium influxum, loco amœniſſimo. Oratorium, vel Sacellum, quondam ibi fuit S. Galli, adhuc extans. Antiquius itaque aliquantò quàm Sangallenſis Abbatia, putatur.

Augia Alba Brigantina fundatio.

Poſtea Monaſterium erat ibi vtriuſque ſexus, Benedictinæ profeſſionis. Anno verò 1098. abolitis Monialibus, Abbatiam Monachorum fecit Vdalricus, Rhætorum & Brigantiæ nobiliſſimus Comes (auus Rudolfi, Pfullendorffenſis Comitis) cui vxor erat Bertha: filia Rhinfeldiæ Comitis, ac Sueuorum Ducis, Rom. R. Rudol. qui apud Merſaburg. in prælio cum R. Henrico 4. occubuit. Dedicauit deinde Templum Vlricus, Conſtantienſis Epiſc. Comes Dillingenſis. Ipſa Bertha, liberaliſſima huius Monaſterij benefactrix extitit: atque ibi etiam cubare creditur. Sunt enim ibi, in Petri ac Pauli Baſilica, duo maxima è marmore, & auguſtiſſima, ſepulcra: verùm ſine inſcriptionibus. Ditauit Augiam hanc perquam liberaliter, ille Pfullendorffius Rudolfus, anno 1102. cùm enim Brigantinum Comitatum, à matre ſua Domina Eliſabeta, hæreditario iure accepiſſet: Aduocatiamque Curienſis Rhætiæ feudo obtinuiſſet:

Rhætiæ & Brigantiæ comitatus.
Sepulcra ἀνεπίγραφα.

obtinuiſſet: omnium circumcirca Regulorum erat locupletiſſimus. Benignè quoque huic loco factum eſt à Comitibus Monteſortenſibus, Brægantiæ Dominis: quorum ibi in D. virginis ſacello magnificum etiam Mauſoleum conſpicitur, cum gentis Inſignibus appictis & inſculptis. Etiam Vdalrici filius, Rudolfus, monitu Presbyteri Marbodonis, dedit Monaſterio Alberſchvvendam, præpotentem Brigantini nemoris Parochiam, cum pertinentibus eò cunctis.

ABBATES HVIVS LOCI.

Albaugitenſes Abbates.

1. *Mengoſus.*	2. *Gernodus.*
3. *Schvviggerus.*	4. *Meinhardus.*
5. *Dietmarus.*	6. *Arnoldus.*
7. *Marquardus.*	8. *Hermannus.*
9. *Gebhardus.*	10. *Dietbericus.*
11. *Antonius.*	12. *Burcardus.*
13. *Bertholdus*	14. *Vlricus.*
15. *Conradus.*	16. *Albertus.*
17. *Henricus.*	18. *Vdalricus*
19. *Theodericus.*	20. *Rudolphus.*

21. *Andreas, qui fuit in concilio Conſtantienſi.*

22. *Iodocus Cellarius: qui præfuit* 1422. *& eſt teſtis fundatæ Ceruorum vallis, vicini Monaſterioli. Obijt* 1437.

23. *Henricus Hentzius, A.* 25. *Obijt* 1462.

24. *Albertus, A.* 8. *Obijt* 1470.

25. *Ioannes Gruel. Obijt* 1472.

26. *Ioannes Elizius, A.* 30. *Amotus propter ſenectutem* 1502.

27 *Gregorius Mageirus Conſtantienſis, A.* 8. *Obijt* 1510.

28. *Caſpar Haberſtrohe Bregantinus, A.* 11. *Obijt* 1521.

29. *Ioannes Schobloch Bregãtinus, A.* 12. *Obijt* 1533. *cœperat inſtaurare Monaſterium penè collapſum: ſed morte præuentus, non abſoluit.*

30. *Vlricus Moetz ex pago Dorenbura prope Amiſium ſito. Egregiè abſoluit, quæ Deceſſor inchoauerat. Praerat adhuc anno* 1550.

Thalbach. cœnobiolum. *In huius Monaſterij vicinia, nempe in ſuburbio Brigantino, eſt Thalbachenſe cœnobiolum, ad riuum Thalium: quod habitatur à Monialibus tertiæ Regulæ S. Franciſci. Bruſch.*

Obitus LIVTOLDI, Achalmenſis comitis.

Decimo fundationis anno cœnobij Zuifaltenſis, nondum elapſo (vt in M. Scr. membranis

Liutoldi, Comitis Achalmenſis, morbus & mors. *eſt) Liutoldus Comes grauiori correptus infirmitate, ſenſit, ſe termino vitæ præſentis appropinquare. Qui licet cum Apoſtolo poſſet dicere: Bonum certamen certaui: fidem ſeruaui (vt ibidẽ ſcribitur) tamen, vt iuſtus iuſtificaretur adhuc: in hora exitus ſui, petijt ſe MONACHICA benedictione inſigniri. Qua percepta: triduum, quod ſuperuixit: Dominum laudare ceſſans, benedixit. Teſtamentum quale faceret, cùm ferè nihil haberet? Iam enim totum ſuis hæredibus, id eſt, huic Monachorum cœtui, diſtribuerat: abſque his, quæ ſuis nepotibus tradiderat. Inſtante autem ei iam hora ſuæ dormitionis: præſente Abbate, diuitias expoſuit. Septẽ pelles ouinas ſe habere dixit: quas duobus famulis ſuis qui eum ſella geſtatoria portare conſueuerant, donari rogauit. Ita ſe quondam ille opulentus, quondam præpotens Comes, quondam delicijs affluens: propter Dominum (inquit Auctor Scripti) ô fratres, ô dilecta Deo proles expoliauit. Totum, quod habuit, vobis diſtribuit.*

Obijt 1098. *Domini,* 15. *Kal. Septemb. ac ſepultus eſt in Capitulo, in ſepulcro patris & fratrum ſuorũ. Frater eius Cuno iam antè obierat, in caſtello ſuo VVuluelingen, anno fundationis V.*

Milites, quales Monachi. *Liutoldus hic, Deo & hominibus dilectus ſuaſit: ne vllus miles in Monaſterium reciperetur: quia eos cauſam dare perturbationis & deſtructionis cœnobiorum, atque paupertatem efficere: Monachi, inquit, qui milites habent ſemper pace & quiete carent. Cœlebs & caſtus ſemper manſit, humilis, parcus. Statura mediocri, barbatus, formâ perpulcher, amabilis, affabilis, pacificus: nemini quicquam rapiens ſuo contentus. Nemo furem & latronem de manibus eius eripere potuit.*

Nurtinga. *Henrico tamẽ Regi NVRTINGAM, & alia ipſius, eripuit: ac præſidio fortiter tenuit. Nã is ei villam BACHILINGAM, NORTZINGAM, & quicquid in Orientali Francia, beneficio Epiſcopatus VVirtziburg. habebat (plus mille Manſus) abſtulerat. Tunc enim, quod quiſque rapere poterat, ſuum eſſe dicebat. Poſtquam omnis hæreditas ad eum deuênit S. Petro Romæ, ſub*

ma, ſub annuo cenſu vnius Aurei obtulit hoc Monaſterium: cætera conſanguineis & amicis ſuis largè tribuit: alia vendidit, & in egenos largè erogauit. In ſenectute debilis pedibus, iuxta cœnobium humilem caſam fecit: in qua ſexennium hilarè vixit. Tandem febre correptus, diem ſuum obijt, vt iam dictum eſt, bona cum pace, nec ſine lachrymis Monachorum.

Epitaphia horum illuſtrium duorum Monaſterij ad Duplices aquas, ſiue Zuifaltenſis, fundatorum: ex tabulis in templo ibi affixis. Miſſa mihi à M. Valentino Clæſſio.

CVNONIS, in columna vna.

Cuno mihi nomen fuit, Achalm clara propago:
frater germanus ſed Luitoldus erat.
Cum quo fundaui hoc in honorem virginis almæ
ipſe Monaſterium ritè, fauente Deo.
Prædia cum villis, cumq; agris paſcua, ſiluas,
donaui. Hîc, lector, noſtra ſepulcra vides.

LVITOLDI, in columna oppoſita.

Ex Achalm Comes illuſtris Luitoldus habebar:
Conſilio, populis, & ditione potens.
Qui pertæſus opes Mundi, qui cœlica quærens
Regna, Monaſterium hoc conſtruo mente pia.
Donauiq; agris, villis, & cenſibus amplis:
Mox cellam Monachus ingrediorq; meam.

Anniuerſarius vtriuſque, ita eſt celebrari ſolitus: vt cuiuſq; Abbatis, ibi defuncti. Ad Placebo, ad officium, & ad Miſſam, quæ feſtiuè celebrantur: omnia ſigna prolixius pulſantur. Quinque lampades accenduntur: monumentum eorum, tapete cooperitur: & cereus vſq; ad capitulum arſurus, apponitur: quod etiam infra Miſſam à Diacono thurificatur. Vnuſquiſq; Sacerdos cantat pro eis Miſſam. Alij, L. Pſalmos: vel, qui Pſalmos neſciunt, toties orationem Dominicam. Ipſo die fratres habent vberiorem in Refectorio caritatem. Pauperes quoq; XII. reficiuntur in Hoſpitali: non ſolùm pane & vino, ſed etiam carne. Si quid horum, ex aliqua neceſſitate defuerit: Eleëmoſynarius aliter, quod tantundem valeat prouidet. Hæc autem pauperum recreatio, & Miſſarum priuatarum vel Pſalmorum decantatio: tantùm agitur (inquit ille) in noſtrorum Abbatum, & iſtorum duorum fundatorum, Anniuerſario. Niſi fortè communi decreto impenduntur alicui magno benefactori noſtro. Nam quicũq; plenariã refectionem, quam appellamus CARITATEM, communiter fratribus omnibus impenderit: ita, vt ſine ciborum noſtrorum vel potus additione nobis ſufficiat: ſeptem pœnitentiales Pſalmos vnuſquiſq; pro ſe cantabit, ſiue pro viuis, ſiue pro defunctis ipſam caritatem fecerit. Præterea, quoties Tricenarium alicui facimus: qui non fuit noſter Monachus, aliquandiu nobiſcum conuerſatus: & Abbates, & præfati adiunguntur fundatores. Inſuper Monachi, fratres barbati, ac ſorores (nam etiam Moniales, in loco erant huius cœnobij certo) quæ nuper de noſtris profeſſis obierunt: vſq; dum tres pro eis Tricenarij compleantur. Secũdum edictum Domini Vdalrici Abbatis connumerantur. Cotidie Pſalmus De profundis, cum Oratione Dominica, ſpecialiter pro eis, & pro omnibus hîc ſepultis, à ſingulis fratribus legitur: & ad Miſſam, quæ priuatis diebus manè fratribus canitur, O Rex omnipotens ſemper Dominus, cui N. pro eis dicitur, priuatim & communiter. Adhæc, vnuſquiſq;, quando deuotius eorum recordatus fuerit: tanto fiducialius eorum temporalibus bonis vti poterit: & cum eis, æternis gaudijs conſociatus, Regem in decore ſuo videbit.

Anniuerſarius ipſorum dies. Caritas. Tricenarium.

Hæc, ibi: quæ quò quiſq; ditior erat, tantò magis præ pauperibus habere poterat. Nobis, & omnib. Chriſtianis, cuiuſcunq; fortunæ ſint, vna generalis via ſalutis ſufficit hæc. Epheſ. 2. Gratiâ eſtis ſaluati per per fidem: non ex operib. ne quis glorietur. Quæ fides, gratiæ applicatrix, & ipſa donum Dei eſt, non ex nobis. Ioan. 3. Qui credit in filium, habet vitam æternam. Qui non credit, vitam non videbit. Pſal. 31. & Luc. 23. Domine, in manus tuas commendo ſpiritum meum. Redemiſti me, fideliſſime Domine Deus.

Habuerunt quondam Ethnici quoque Anniuerſaria quædam.

Teleſiæ in eccleſia ad baſin. Inſcript. P. Apiani.

FILIVS L. F. RVFFVS. Q. ARGIVS Q. F. CELER PR. II. VIR LANARIAS ET QVÆ IN IIS SVNT SVA PEQ. FECIT. VT EX EO VECTIGALE QVOTANNIS MVLSVM ET CRVSTVM NATALE CÆSARIS AVGVSI DARETVR.

Anniuerſaria Ethnicorum.

Lego

Lego: Præfectus Duumuiri. Sua pecunia fecit.

Aſſatio Turcicorum exploratorum.

In Oriente, Antiochia adhuc à Bilionei exercitu obſidebatur. Boëmundus curauit (Hieroſolymitano Chronico teſte) aliquos Turcicos exploratores, diligenter aſſandos: & famam ſpargendam, hos homines ſic ſolere Principibus in cœnam aſſari. Tunc rumor ſæuitiæ immanis cucurrit: iſtos hoſtes, non tantùm vrbes & arces expugnare: ſed etiam humanis carnibus veſci. Sic, exploratoribus terror iniectus: vt in poſterum minus accederent.

Caſus viciſſim à Barbaris atroces.

Tragicus exitus duorum amantium, in caſtris ante Antiochiã.

Quodã tempore, exercitu à bellicis rebus ſecuro: & militibus quibuſdam aleam ludentib. filius Comitis Conradi Lutzeleburgenſis, Adalbero nomine: clericus & Archidiaconus Metenſis Eccleſiæ: nobiliſſimus de Regio ſanguine iuuenis: & propinquus Henrici Rom. Imperatoris: aleæ ludo ſe cum matrona quadam nobiliſſima & ſpecioſiſſima oblectabat: idq́ in viridario, arboribus & herbis pleno: qua in parte Godefridus ac Germani, portam vrbis obſidione premebant. Ibi Turcæ clàm vrbe egreſſi: arborum & herbarum denſitate protecti: ambos illos, otio & ludo intentos, ſubito clamore obſtupefactos opprimunt, Spectatores ac iudices ludi, ſagittis figunt & fugant: Archidiaconi caput amputatum, ac matronam armis illæſam, viuam in vrbem trahunt: tota nocte immoderata libidine vexant: poſtea capite plectunt: atq; ambo capita, Archidiaconi & mulieris, tormento bellico in medium eiaculantur campum. Quibus ambobus ad Godefridum allatis: ipſe Archidiaconi caput, quod benè nouerat, cum trunco corporis eius humauit: Alio die rurſus eruptione à barbaris eò facta, ſed ijs repulſis: viridarium illud, iuſſu Godefridi prorſus exciſum eſt: ne amplius inſidijs latibula præberet.

Suenonis item Dani, & Florinæ.

Adducebat Sueno, Regis Danorum filius, nobiliſſimus & pulcherrimus iuuenis (quem benignè Imp. Alexius Conſtantinopoli tractauerat) mille & quingentos bellicoſos & inſtructos viros, in auxilium Antiochenſis obſidionis. Sed in ſylua quadam à Solymanno oppreſſus, ſagittarum grandine cum ſuis trucidatus eſt: quamuis fortiſſimè ſe defenderent Ibi matrona quadam, Florina nomine, Ducis Burgundiæ filia, iam vidua: ſpe coniugij, vbi victoria contigiſſet, tam excellentem iuuenem ſecuta: cum in mulo ſederet: ſex confixa ſagittis, non decidit: ſed ad montana verſus, ſpe mortis euadendæ ſemper fugiens, ad extremum capta, & capite mulctata eſt.

Gotefridi Bilionei heroicus ictus.

Prælium ante vrbem Antiochiam.

Die quodam in magno ante vrbem Antiochiam prælio, Bilioneus Turcam quendam, ſibi arcu moleſtum, loricatum, gladio diffidit: ita vt vnum dimidium corporis, à pectore ſurſum, in ſabulum decideret: alterum, adhuc cruribus equo adhærens, in medium pontem ante vrbis mœnia referretur: ibiq́ delapſum remaneret. Guliel. Tyr. lib. 5. & Chronic. Hieroſolym. lib. 3. cap. 65. quale facinus etiam VVickero Alemanno, lib. ibi 7. cap. 70. tribuitur.

Deditio Antiochea.

Tandem poſt multos conflictus, Antiochia tradita eſt à Chriſtianis, qui intus erant, Boëmundo, cæteriſq́ Principibus: idq́ 3. nonas Iun. die ſereniſſimo, feria 5. ita expulſi fuêre Saraceni. Sed tertio die pòſt, Chriſtiani ibi à Corbobane Saraceno ſunt obſeſſi: & in magnas anguſtias adducti: matronis & virginibus, macie exhauſtis, & panem mendicantibus. Tandem tamen hoſtes, potenter profligati: Boëmundus, Antiochiæ princeps conſtitutus.

Boëmundus, eius Princeps.

Solymanni prædicatio de occidentalibus militibus.

Equites Galli & Germani, quomodo armati.

Scitote, inquit, viros fortiſſimos eſſe miro equorum volumine doctos: in prælio, non morte, non aliquo genere armorum, abſtineri: Horum veſtes, ferreæ: clypei, auro & gemmis inſerti: varijsq́ coloribus depicti. Galeæ in capitibus eorum ſplendentes, ſuper Solis ſplendorem coruſcant. Haſtæ fraxineæ in manibus eorum, ferro acutiſſimo præfixæ, quaſi grandes perticæ. Equi eorum, in curſu & bello doctiſſimi. Vexilla in haſtis eorum, nodis aureis, & fimbrijs argenteis, montes coruſcare faciunt. Sicut leones & apri, mortiferis ictibus armorum fulminant. Mille equites ipſorum, noſtrorum viginti millia inuadere audent. Chron. Hieroſol.

HENRICVS V. ROM. REX. FVNDATIO MONASTERII BIBLINgenſis. Hieroſolyma, à Chriſtianis capta. Gottefridus, primus ibi Rex. Secundus Rex, Balduinus. Schafhuſæ Monaſterium S. Saluatoris. Comites Aichelbergenſes. Rurſum Conradus, primus Comes VVirtembergicus. Oppidi Raueſpurgi delineatio. DonavverdenſeS. Crucis cœnobium.

CAPVT XVI.

ANNO 1099. *Henricus Imp. natalem diem Coloniæ celebrauit. In Epiphania verò, Aquiſ-*

grani

grani filium ſuum iuniorem Henricum V. impuberem adhuc: Regem Rom. fecit reprobato maiore ſuo F. qui ab eo defecerat, Conrado: vt præcipuè fœminæ Mathildis fraude ſeducto. Vrſperg. & Auent. Burchardus, Epiſcopatum Vltraiectenſem accepit: vir bonus & prudens: natus Mechilde, ſorore Liutoldi Sueui, Comitis Achalmenſis. Henricus iunior, Rex ab Imp. Henrico factus.

Biblingenſe Monaſterium.

Fundatum eſt hoc tempore Benedictinum cœnobium Biblingum, Conſtantienſis diœceſis: non procul Vlmâ, in ſiniſtra defluentis in Danubium Ileri ſitum. Dictum ſic à præterfluente riuo Biblingo, ibi in Ilerum cadente: vel à riuis vicinis VVien & Ligen. Inceptum eſt in honorem S. Martini (ſcribente Felice Fabri, & Caſp. Bruſch.) ab Othone & Hartmãno fratribus Comitibus de Kirchberg: anno 1099. & poſtquam ab Hieroſolymitana expeditione rediiſſet, exædificatum: qui in eiuſdem etiam Monaſterij Templo ſepulti ſunt. Obtulerant ij cœnobium hoc, ac tradiderãt, Pontifici Rom. cum perpetua quotannis penſitatione vnius Biſantini Aurei, in Cameram Apoſtolicam. Erat primò in monte Kirchbergo ædificatum: poſtea verò, magna eius montis parte, tempeſtatibus crebris diminuti, in ſubterfluentem Ilerum delapſa: in locum tutiorem, nec longè diſtantem, translatum eſt, iuxta confluentes VVibringi vel VVinij, & Ileri. Contiguum fermè eſt cœnobij Templo, fanum D. virginis: in quo nobiles virgines olim, Deo dicatæ, vixerê, operantes ieiunijs, precationibus, & cantionibus: quod conditum, rogatu multorum, à primo Abbate VVernhero fuit. Ad quod peregrinatio Vlmenſium, & aliorum erat, ad honorem trium virginum: quas nominabãt TRES virgines ſanctas occultas. Habent in hoc Monaſterio ſuum ſepulchrum propè omnes Kirchenbergenſes Comites, cum vxoribus & liberis ſuis: Inſignibus eorum, ad parietes Templi pictis & affixis. Habent ibidem ſepulchra ſua, nobiles etiam à Schvvenda viri. Biblingenſe Monaſterium. Kirchberg. Comites.

Abbates Biblingenſes.

1. *S. VVernherus, nobilis ab Ellerbach, vir optimus. Electus anno 1102. vtiliter præfuit 24. annos. Obijt 1126. Sepultus in medio Eccleſiæ. Fuerat antea Monachus S. Blaſij, in ſylua Hercynia.* Bibling. Abbates.

2. *Hermannus primus.* 3. *Hermanus ſecundus.*
4. *Arnoldus.* 5. *Eberhardus.*
6. *Bertholdus.* 7. *Hartmannus.*
8. *Vdalricus.* 9. *Gervvicus.*
10. *Conradus.* 11. *VVernherus.*
12. *Geruchus.* 13. *Richardus*
14. *Hainricus.* 15. *Eberhardus.*
16. *Conradus.* 17. *Bertholdus.*
18. *Hartmannus.* 19. *Conradus.*
20. *Henricus.* 21. *Gerungus.*
22. *Stephanus.* 23. *Hermannus.*
24. *Erachlinus.* 25. *Rudolphus.*
26. *VVilbelmus.* 27. *Richardus.*
28. *Vlricus.* 29. *Gerungus.*
30. *Conradus.* 31. *Gerungus.*
32. *Andreas.* 33. *Ioannes.*

34. *Vdalricus: ſub quo cœpit obſeruantia Regularis anno 1434. & proficiebat hoc Monaſterium rebus tam ſpiritualibus, quàm corporalibus.*

35. *Ioannes.*

39. *Conradus Rhue. Obijt 1504. Qui pontificalia obtinuit à Pontifice Rom. ornamenta: & numeratur primus huius loci Abbas infulatus. Infulam Martinus Mylius, VVengenſis apud Vlmenſes tunc cœnobita, mitram bicornem vocat.* Infula.

37. *Martinus Stær. Qui cum præfuiſſet A. 4. depoſitus eſt 1508. ac demùm 1542. obijt.*

38. *Georgius Hacker, èx ſuperiori VVilerio natus. Præfuit A. 19. Obijt 1527. Cùm autem 1525. ſeditioſi agricolæ, nocte quadam Monaſterium hoc inuaſuri, ſpoliandi causâ eſſent: deterriti ſunt ab eo conſilio, & ad ſua dilapſi: cùm audirent, omnes campanas ad honorem S. Benedicti, cuius Feſtum poſtridie futurum erat, pulſari. Putabant enim, Monachos ab aliquo præmonitos, auxilio equites Sueuici fœderis ſibi aduocare. Ita felici quodam errore ſalus cœnobio contigit.*

39. *Henricus Clauſius VVeiſſenhornenſis. Præerat adhuc* 1550. *iam ſeptuagenarius. Sub quo, cùm anno* 1546. *(efferueſcente Germanico bello) X X. Heluetij accurrentes, ianuas Monaſterij effregiſſent, & ſtrenuè potaſſent: agricolæ pulſu campanarũ à Monachis excitati, illos graſſatores probè verberib. dedolarunt: in carcere plures dies ieiunio macerarunt: atq; exultionis cautione ab eis exacta, rurſus dimiſerunt.*

Hieroſolymæ expugnatio.

In Palæſtina die 7. *Iun. caſtrametati ſunt Chriſtiani ante vrbem Hieroſolymam. Fuiſſe dicuntur circiter X L. millia promiſcui ſexus: inter quos, vix X X. millia expeditorum peditum, & M. D. equites: in vrbe verò X L. millia virorum fortium. Obſederunt illam non ab Oriente & Auſtro, propter profunditatem vallium: ſed à Septentrione (vbi porta S. Stephani) & Occaſu.* (Obſidio Hieroſolymæ.) *Claſſis Ianuenſium, qui machinarum conſtruendarum artifices erant, ad Ioppen venit. Siti miles premebatur: & qui aquatum pabulatumq; longius ibant, cædebantur ab hoſte. Letaniæ igitur, populo indictæ: qui & ab Epiſcopis ac clero, nudis pedibus, & cum crucibus, in montem Oliueti ductus eſt: Petrusq; eremita, ad fortitudinem eos exacuit. Multæ deinde machinæ, intus & extra erectæ: varij conatus, Crebræ pugnæ. De machina tandem, ponticulo in mœnia proiecto: per hunc Godefridus Dux, & frater eius Euſtachius, primus vrbem ingreſſus eſt. Inſecutis viris illuſtribus, & portâ S. Stephani effracta, exercitus intromiſſus.* (Expugnatio.) *Erat tunc dies Iul.* 15. *feria* 6. *hora* 9. *Qui dies poſtea, in perpetuum celebrandus conſtitutus eſt: vt nimirum preces pro animis eorum, qui hanc victoriam peperiſſent, fierent. Sæuitum fuit in omne genus, ætatem ſexum, Saracenorum, immenſa crudelitate. Nam etiam mulieres gladijs confodiebantur. infantes lactentes, è ſinu matrum aut cunabulis, plantâ pedis arrepti, muris & liminibus allidebantur.* (Crudelitas.) *Interfecta dicuntur tantùm intra templi ambitum X millia. Natabant pauimenta, & plateæ ſanguine. Tertio etiam à victoria die, quicquid reliquum Gentilium in vrbe erat, trucidarunt: ne fraude aliqua ſibi ab eis incommodaretur. Itaque nec nobilibus matronis & virginibus, nec pueris & infantibus, quantumuis ſupplicibus, & in amplexus occidentium currentibus, parſum eſt: teſte Hieroſolym. Chronico. Indigna Chriſtiano nomine immanitas: Quantò Deo gratius fuiſſet: eos ad religionem Chriſtianam, ſincero Dei verbo erudiri? Itaq; nec ſtabile, hoc Regnum manſit.* (Immanitas.) *Væ Petro cucullato: qui huic bello, & ſequentibus, cauſam dedit: & innumerabilium cædium auctor extitit. Godefridus dehinc, primus Rex Hieroſolymæ factus renuit auream coronam, cùm Chriſtus ſpineam geſtauiſſet.* (Godefridus. I. R. Hieroſolymæ.) *Idem, ſequenti anno mortuus eſt peſtilente febri, die Iul.* 18. *Sepultus in Eccleſia Dominici ſepulchri, ſub loco Caluariæ: vbi etiam ſucceſſores poſtea ſepulti.*

Vidimus huius Godefridi imaginem, vt ſenis barbati, armati ſpineam coronam circa galeam habentis: ad eius ſimilitudinem, verè expreſſam in opere illuſtriſſimarum Auſtriacarũ imaginum, à Franciſco Tertio Bergomate, Pictore Aulico, 1569 *edito: vbi dicitur, hunc Bilioneum Henrico* 4. *antehac auxilio fuiſſe: præciſâ Rudolfi Sueui in conflictu Saxonico dextra.*

Schafhuſæ, vbi S. Saluatoris cœnobium.

(Gerhardus Abbas.) *Gerbardus, venerabilis Abbas Schafhuſanus, & anno Domini* 1097. *reſignata Abbatiæ gubernatione, ab Vrbano Papa cum exercitu Chriſtianorum ad occupandam Hieroſolymam miſſus, feliciter eam occupauit, in Chriſtianorumq; poteſtatem redegit: & ipſe, cuſtos Dominici ſepulchri deſignatus dicitur, Ex Chronicis Fabarienſis cœnobij.*

(Oſtentũ in cœlo.) *Anno* 1100 *viſus eſt ab Oriente in Occidentem volans ignis, inſtar modicæ ciuitatis. Papilionum, vermiculorum (ſic dictorum à ſimilitudine tentoriorum) exercitus, per tres dies è Saxoniæ finibus in Bauariam volauit. Vrſperg. ad* 1101 *ponit. Poſtea, rurſus ingens Chriſtianorum expeditio in Orientem, ſanè calamitoſa.*

Vrbano ſucceſſit in Pontificatu Paſchal. 2. *nihilò deceſſore erga Henricum Imp. benignior.*

(Balduinus, II. R. Hieroſolymæ.) *Godefridi ſucceſſor in Hieroſolymitano Regno, fuit frater Balduinus, Comes Edeſſæ, ſecundus Rex, per A.* 18.

(Aichelberg. Comitatus.) *Erat circa* 1100. *Domini, Bruno, Comes de Aichelberg: qui ex Comitiſſa Tubigenſi, Anſhelmi ſorore, Brunonem* 2. *genuit: Bruno hic, ex Comitiſſa Veringenſi, VVilhelmum: VVilhelmus, ex Comitiſſa, Hohenbergenſi, VVernherum, circa* 1150. *VVernherus, ex Baroniſſa Neiffenſi, Vdalricum* 1. *qui ex Duciſſa Teccenſi, Vdalricum* 2. *circa annum* 1250. *Erant autem in armis Aichelbergenſium, tres iuglandes, partim virides partim luteæ, in campo albo (al. carnei coloris) vt eſt apud Lazium.*

Vlri-

Vlrici, Baronis Beutelſpachenſis (vt in M. Scr. quibuſdam inueniebam) filij viuebant hoc tempore, Conradus & Bruno, & filia Luitgardis: vt antehac etiam eſt (lib. præced. cap. 8.) dictum. Conradus vir fortis & ſtrenuus erat: qui cum Hohenſtauffenſi Friderico, Cæſarem Henricum, plurimos habentem hoſtes, egregiè contra Regem Rudolfum iuuerat. Stauffenſes enim & Beutelſpachenſes Barones inter ſe amicitiam colebant. Hinc ſecutum, vt & Conrado huic habitus fuerit honos: quia primus ipſe factus eſt comes VVirtembergenſis: ab Henrico Cæſare, hoc feudo donatus: ſicut Ducatu Sueuiæ, Fridericus. Habuerunt ſequenti aliquantò tempore Comites VVirtembergenſes ferè tantùm Beutelſpachum, VVirtembergam arcem & VVaiblingam. Poſterius verò, Deo eis fauente, valde creuêre viribus & opibus: aliud poſt aliud legitimè conſecuti. Vxorē Conradus habuit VVerentrutam: ex qua genuit Vlricum, Comitem VVirtembergenſem: & VVernerum, Gryningenſem. Obijt ipſe hoc 1100 anno (alicubi tamen longius pòſt obijſſe reperio) collatis multis antè bonis ad cœnobium Hirſaugienſe: Illis autem locis, quæ antea ditioni VVirtembergenſi data ſunt, Schorndorffam quoque & Cantſtadium, Stutgardiam, & Leonbergam, VVirtembergenſibus prima omnium paruiſſe, & quidem ante aliquot ſecula, alibi inueni. Beutelſpach. Barones. Conradus VVirtemberg comes I.

Bruno, Spirenſis Eccleſiæ canonicus fuit. Poſtea, in Hirſaugia Monachus, & inde Abbas. Putatus eſt aliter Bruno Abbas, ex Comitibus Caluenſibus ortus eſſe.

Obijt quoque hoc anno ſoror Luitgardis (al. Lindegardis) quæ maritum habuit Comitem Scheirenſem Bernhardum. Ea contulit antea, rogatu fratris ſui Brunonis, in Hirſaugienſe Monaſterium duas aureas armillas 15. vnciarum, oder 30. loth. *Chart. M. Scr.* Luitgardis Comitiſſa.

Circa hoc tempus, Rauenſpurgum muro circundatum eſt. Olim Comitum Altorffenſium caſtrum erat, & Grauenſpurgum appellabatur: infra quod, vicus Grauenavv. Hodie laudatum eſt Imperij oppidum: arx verò ad præfecturam prouincialem (Landvogtey) *& Auſtriacos Archiduces, ſpectans Stumpf. lib. 5. cap. 9. Rauenſpurgi conditio hodierna: ex Epiſtola ſequente aliquatenus intelligi poteſt.* Rauesſpurgi op. deſcriptio.

Clariſs. pietate & eruditione viro, Martino Cruſio, Acad. Tybing. Profeſſori, Præceptori ſuo colendo.

S. per Chriſtum. Mitto ad humanitatem tuam Chronicon Guelphonum, ex fundationibus cœnobij VVingartenſis, quomodocunque ἐῤῥιμμένον: quod nobilis ac doctus vir apud nos, Fridericus Gelderich à Sigmarshofen, à Monachis VVingartenſibus impetratum, mihi deſcribendum dedit. Rauenſpurgi verò (de quo collegam meum chariſſimum, M. Michaëlem Hitzlerum, interrogaſti) ambitus æquat (meo quidē iudicio) ambitū veſtræ Rutelingæ. Figura ferè eſt τετράγωνος: quia Oriētem ac Septentrionem verſus, magis κυκλοειδὴς & τρίγωνος. Nam eam ad partem, qua oppidum nonnihil aſſurgit in cliuum, vineas habentem: cui cliuo extra mœnia, arx (das Landhauß) *ſuperſtructa eſt, ad Ortum: & ex parte oppoſita, ſpectat inter Septentr. atque occaſum: formā τετράγωνος non exactā definit: ſicuti ex delineatione, quam mitto, patet. Ad Ortum ſuperior porta eſt,* daß Oberthor. *Ibi anguſta vallis in qua ſuburbium,* Oelſchwang *nomine, & χαρτοπώλια quinque. Ibi etiam aquaductus* (Waſſerſtuben) *ex quo 140 fontes in oppidum deriuantur. Ad Meridiem, porta, quæ vocatur,* Käßlinsthor. *Ad occaſum Conſtantiam verſus, porta infima,* das Vnderthor/ vnd daß Mettelinſtor. *Ibi ſuburbium,* Pfannenſtil *dictum. Hac ad bombardæ iactum, præterfluit amnis Scaſſa, in valle ſatis lata, & amœna: Ad Septentrionem. D. Virginis porta (à Templo vicino)* vnſer Frauwenthor. *Qua in parte, non ita longè ſitum eſt VVingartenſe cœnobium, cum adiacente pago* Altorff. *Vnde VValdſeham itur, Biberacum, Memmingam, Vlmam. Ad auſtralem partem, Augia minor cernitur* (die weiß/ oder hinder Ow) *vineas habens, prout loci fert natura, ſatis fertiles: ad lacum Brigantinum deſcendentes. Turris quædam è regione arcis ad Orientem prædicta ſita eſt, altiſſima, τὸ σχῆμα κυκλοτερής, priſci operis: vulgò* Meelſack *dicta, à figura ſaxi farinarij. In medio item ciuitatis, turris τετράγωνος ſublimis: Tubicinaria dicta,* der Blåſerthurn: *quam anno 1552. ventus deiecit, ſed eſt reſtituta. Extra oppidum περίχωρος eſt, arboribus fructuoſis πολύδενδρος conſitus: atq; ideo longè omnium, tempore præſertim verno amœniſſimus & iucundiſſimus. Habet oppidum commoda Templa: habet Carmelitanum Monaſt. habet curiam honeſtam, Xenodochium liberale, turres & munitiones fortiſſimas, & alia neceſſaria. Religio inibi eſt Pontificia, & Euangelica. Ciues eminētiores: Gelderci, Schideliti, Fabri, Sculteti, Hinderhofij, Senneri, Teſchleri, & quidam alij. De his, ſatis. Pergat tua H: exornare honeſtas literas & diſciplinas. Nam & ipſæ te ornant, atque olim ornabunt. Vale in Chriſto, Redemptore noſtro vnico. Saluta collegas tuos, præceptores & amicos meos bonoran-* Geldrichus Fridericus. Oelſchwang. VVingartum. Altorffi pagus.

dos: Georgium Lieblerum, Samuelem Hailandum, Georgium Burcardum, & cæteros: nec non Georgium Hizlerum. Raueſpurgi. 29. Nouemb. 1588.

H. tuam colens, καὶ φιλοκηδέστατος, M. Ioannes Rouchius, Eccleſiaſtes Rauenſpurgenſis.

Anno 1100. 7. Cal. Nouemb. dedicata eſt crypta Eccleſia Sindelfingenſis, & altare ibidem, in honore S. Ioannis Baptiſtæ, &c. Libro M. Scr. Sindelfing.

Donavverda cœnobium. *Eodem 1100 anno, in oppido Imperiali Donavverda (Danubianâ peninſula) fundatum eſt intra muros Benedictinum cœnobium egregium: vt ibi viuerent Deo dicatæ virgines, inquit Bruſchius. Fundatores fuêre Manigoldus, Comes Dillingenſis & Kyburgenſis: atque vnà coniunx eius, domina Tuta. Actum eſt deinde ab aliis duobus eiuſdem Stemmatis Manigoldis. Hi omnes, in Capitulari eius cœnobij domo, honorificè ſub inſigni Mauſoleo ſepulti ſunt, cum hac Epigraphe.*

Tres fundatores Mangoldi, Tutaq; flores, Cœleſtis prati pauſant ſimul hîc tumulati.

Eſt in eodem loco celebris ſepultura Marſc. de Bappenheim. Ibi & vxor Bauariæ Ducis Ludouici, Domina Maria Brabantina, διὰ ὑποψίαν οὐκ ἀληθῆ ἀποκτανθεῖσα μοιχείας, *anno 1266. humata eſt.*

ABBATES.

Eius Abbates. *Prima huius Monaſterij Abbatiſſa, fuit Domina Gunderadis: fundatorum, Manegoldi & Tutæ filia. Poſt quam nulla reperitur, Abbatiſſa: nec etiam, quando & cur ſexus mutatus fuerit. Perierunt & plerorumq; Abbatum nomina: quando milites Smalcaldici belli, hoc cœnobium miſerè diripuerunt, anno 1547. Reliqui ſunt.*

1. Theodoricus, anno 1135. & 1166. Ergo non diu ibi habitarunt Moniales.

2. Bartholomæus Bochſchornius VVeiſenbornanus: totius Benedictini ordinis Viſitator, ac morum acerrimus cenſor. Conſtitutus eſt Abbas 1485. ac præfuit annos 32. perbenè. Cuius tempore, Cæſar Maximilianus per menſem integrum in hoc Monaſterio vixit: vbi ſacellum elegans Maximil. I. Cæſar. *(quod adhuc Cæſareum appellatur) de ſuo condidit addito etiam inſigni monumento argenteo magni ponderis: quod Monſtrantia, vel portatilis Sacramenti loculus, nuncupatur. Obijt hic Abbas 1517. relictis 30. millibus Aureorum.*

3. Franciſcus Rhear VVerdenſis, per 2. A. poſt quos ab Auguſtano Epiſcopo exauctoratus eſt in perpetuum carcerem, anno 1519.

4. Ioannes Lanerus patria Vlmenſis, præclarus Muſicus. Obijt 1552.

5. Nicolaus Haiderus VVerdenſis, eximiè doctus. Reſignauit 1527. & in Heluetios abijt.

6. Thomas Romanus Sueuus: ex Auffkirchô, celebri comopoli comitum Oetingenſium. Præerat adhuc 1550.

Syracuſ. Templum. *In Sicilia, ingens Templum terræmotu concidens Syracuſis, innumeros homines oppreſſit.*

Finis libri octaui, in ſecunda parte Annalium Sueuicorum.

MARTINI CRVSII GRÆCÆ ET LATINAE LINGVAE IN ACADEMIA TYBINGENSI PROFESSORIS, ANNALIVM SVEVICORVM, IN ſecunda parte LIBER NONVS.

IN hoc libro, XXXVII. annos habente, magna copia variarum rerum eſt. Duo Imperatores, Henricus V. & Lotharius II. Monaſteria cũ Abbatibus multa, vtriuſque ſexus. Vt, Ahuſanum, Vrſpergenſe, Monachorhotenſe, Rockenburgenſe, Elchengenſe, Cæſarienſe. Salomouillanum, & Zuifaltenſia plurima. Vt, Kybachenſe, Edelſtetenſe, Vrſpringenſe. Proceres Sueuici, Duces & Comites, multi: ac bella Ducum Sueuiæ, Friderici & Conradi, cum Rege Lothario. Denique ciuitatum quarundam, origo, vt Gamundiæ, Nicro Rhotenburgi, Sturgardiæ: nonnullarum afflictiones, vt Noribergæ, Vlmæ, Auguſtæ.

NOVA IN PALÆSTINAM EXPEDITIO. HVMANITAS BALDVINI R. in hoſtem. Diploma Alperſpachenſis cœnobij Papal. Magdeburgi Archimyſtes Hartvvicus, vel Vdo.

CAPVT. I.

ANNO 1101. *Chriſti, Henrici Imp. filius Conradus, Italiæ Rex, defunctus vita eſt: nono anno poſtquam à patre defecerat. Honorificè in Hetruriæ ciuitate Florentia ſepultus. 7. Friſing. 7.* Conradi [illegible]

Guilhelmus comes Pictauienſis, & Dux Aquitaniæ: Thiemo vel Diemo, Iuuauienſis Archiepiſcopus: Guelpho 4. Noricorum (Bauarorum) Dux (qui antehac Friſingenſem & Auguſtenſem deſtruxerat ciuitatem) Itha vel Vtha Marchioniſſa, Leopoldi Marchionis Orientalis (Auſtriaci) mater: Guilhelmus & Stephanus, Italici Barones: & multi alij proceres: cum magnis copijs ex Aquitania, Germania, Italia, Hieroſolymam verſus Cal. Aprilibus, per Vngariam & Thraciam pergunt: quos Alexius Imp. in arctis locis, penè omnes ſubinde ex inſidijs oppreſsit (vſitatâ licet ſed ſimulata, humanitate, Duces nominaſſet ſibi filios) elegantioribus ex eo numero captis: & Memphidis, vel Babyloniæ Sultano, miſsis. Hinc voces in exercitu, de ipſo tales. Turcorum iſte potius, quà Chriſtianorum, parti fauet: frequentibus illos contra nos nuntijs animat. Iſte, eſt perfidus ille Alexius: qui Domino ſuo Botaniata, per quoſdam conductitios Alemannos depulſo, Imperium arripuit: ipſosq; ſui ſceleris adiutores, exilio damnatos, neci dedidit. Nunc etiam is dictitat: ſe tanti facere Francos, cum Turcis præliantes: quanti canes ſe inuicem mordentes, Friſing. & Vrſperg. Nauibus ab Alexio per Boſphorum Thracium (Brachium S. Georgij) in Aſiam cum reliquis tranſuectus Guelpho: per Bithyniam atq; Nocomediam iter fecit: idq; magna difficultate Turcis vndiq; laceſſentibus: comitibus fame, inopia peſte, abſumptis. Ferro tamen itinere ſibi patefacto, Hieroſolymam peruênit. Tandem omnibus amiſsis, dum reuerti domum parat: in Cypro Paphi deceſsit: ibiq; humatus eſt, eodem 1101 *anno.*

Noua Hieroſolymam expeditio.

Alexij Imp. infidelitas in noſtros.

Guelphonis Hieroſolymam aduentus.

Domina Vtha, & Boiorum Archimyſta Dietmarus, trucidati ſunt ab hoſtibus. Etſi Vrſperg. à quodam Saraceno Principe, Vtham raptam [illegible]*: cui ſceleratiſsimum filium Sanguinum pepererit: Thiemo Archiepiſcopus (qui initiò Hirſaugiẽſis Monachus fuerat) à Barbaris captus, nec idola honorare volens, excruciatus perijt. Auent. lib. 6 & alij.*

Vtha Marchyoniſſa exitus.

Fuit etiam tanta peſtis hoc anno: ad CCC. cadauera ſingulis diebus Hieroſolymâ exportarentur. Aër quippe, ex putredine interfectorum ibi antehac hominum, corruptus erat.

Peſtilentia Hieroſolymæ.

Balduinus Rex, Iordane tranſito, maximam prædam de hoſtibus abſtulit. Reuertens, in via vxorem cuiuſdam Barbari Principis parturientem inuênit: cui cùm alijs rebus prouidiſſet: ei ſuum quoq; palliũ dedit, quo ſe inuolueret. Tũ ille Arabicus Princeps, cùm eam cũ dolore quærens reperiſſet: cœpit ad ſidera nomen Latinorum, & Regis clementiam, extollere. Poſtea Regem, cùm

Balduini R. erga Saraceni vxorẽ clementia.

is, clade accepta, in maximo apud Romulam (al. Dioſpolin) eſſet periculo, in tutum eduxit: gratiſſimum ſe propriore beneficio præbens. Gul. Tyr. lib. 10.

Arioſt. Cantu 13 --- I. benefici
ſempre hanno forza d' aquiſtar gli amici.
Beneficentiæ vis eſt ſemper, vt acquirat amicos.

Confirmatio Monaſterij Alperſpachenſis.

Alperſpachēſis cœnoby confirmatio.

,, Paſchalis Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilecto filio Cononi, Alpirſpachenſi Abbati, eiuſ-
,, que ſucceſſoribus, in perpetuum regulariter promouendis. Religioſis deſiderijs dignum eſt, facilem
,, præbere conſenſum vt fidelis deuotio, celerem ſortiatur effectum. Proinde religioſorum procerum,
,, Ruotmāni de Huſſa Adelberti de Zolro, & Alevvici comitis de Sulzo, deuotionem perpendētes,
,, eorum deſiderijs aſſentimus: & beati Benedicti Monaſterium, quod in ſuo prædio fundauerunt: in
,, loco ſcilicet hereditatis propriæ, qui vocatur Alpirſpach: auctore Deo Decreti preſentis auctorita-
*,, te munimus: ſtatuentes, vt locus ipſe cum adiacenti ſilua, & terminis ſuis: alia quoque prædia & *
,, mancipia, quæ ipſi communiter per manum liberi hominis Bernhardi de Flurin, beato Benedicto

Dornhan.

,, tradiderunt: in villis, que vocantur Dornhein. Homeſsingen. Heuindorff. Garta. Haſela. Verin-
,, gen. queq; ſingulariter Adelbertus de Zolro, ſue conuerſionis tēpore in villis infrà nominatis tra-
,, didit: id eſt, in Vobin. Geroldisdorff. & Sulzo. Bollo. Notvvilo atque Boſingen. quecunque etiam
,, in futurum, vel ſupradicti proceres, vel alij quilibet fideles, in idem cœnobiū de ſuo iure obtulerint:
,, firma ſemper, & illibata permaneant. Decernimus ergo, vt nulli omnino hominum liceat idem
,, Monaſterium temerè perturbare, aut eius poſſeſsiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel
,, temerarijs vexationibus fatigare: ſed omnia, integra conſeruentur: eorum, pro quorum ſuſtenta-
,, tione & gubernatione conceſſa ſunt, vſibus omnimodò profutura. Abbas ſanè cum fratribus Ad-
,, uocatum ſibi, quem vtiliorem prouiderint, inſtituant. Qui ſi poſtmodum Monaſterio inutilis, &
,, fratribus grauis, fuerit: remoto eo, alium preficiant. Nec alius aduocatione bannum à Katholico
,, Rege ſuſcipiat: niſi qui ab Abbate & fratribus electus extiterit. Obeunte nunc eius loci Abbate,
,, vel tuorum quolibet ſucceſſorum: nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutiâ, ſeu violentia prepona-
,, tur: niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum pars conſilij ſanioris, ſecundum Dei timorē,
,, & beati Benedicti Regulam elegerint. Ad indicium autem percepte à Romana Eccleſia liberta-
,, tis aureum nummum, qui BIZANTIVS dicitur, quotannis Lateranenſi Palatio perſoluetur.
,, Si quis igitur in craſtinum Archiepiſcopus, Imperator aut Rex, Princeps aut Dux, Comes, Vice-
,, comes, Iudex aut Eccleſiaſtica ſeculiariſuè perſona, hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens, con-
,, tra eam temerè venire temperauerit: ſecundò tertioué commonita, ſi non ſatisfactione congrua e-
,, mendauerit: poteſtatis honorisq; ſui dignitate careat: reamq; ſe diuino iudicio exiſtere de perpetra-
,, ta iniquitate, cognoſcat: & à ſacratiſsimo corpore ac ſanguine Dei, & Domini noſtri Redemptoris
,, Ieſu Chriſti aliena fiat: atque in extremo iudicio diſtrictæ vltioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem
,, loco iuſta ſeruantibus, ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti quatenus & hic fructum bone actionis
,, percipiant & apud diſtrictum Iudicem premia eterne pacis inueniant. Amen, Amen. Scriptum
,, per manum Petri Notarij, Vegeonarij, & Scriniarij ſacri palati.

Ego Paſchalis. catholice Eccleſie Epiſcopus, ſubſcripſi.

Datum Lateranis per manum Ioannis ſancte R. Eccleſie Diaconi Cardinalis II. idus Apr. Indict. IX. Incarnationis Dom anno M. C. I. Pontificatus autē Dom. Paſchal ſecundi Pape II.

Byzantij vel Byzantini, Ducati aurei Conſtantinopolitanorum Chriſtianorum Imperatorum erant: ſicut hodie Sultanini Turcicorum Regum.

Diſtrictus Iudex, ſtrånger Richter.

Primus Alperſpach. Abbas fuit Albertus Zollerenſis, fundator: à quo & nomen huic Monaſterio indictum eſt.

Vdo, vel Hartvvicus, Epiſcopus Magdeburgi, delectatus vdo ludo.

Magdeburgi iam diu Archiepiſcopus fuerat quidam Hartvvicus, aliter nuncupatus Vdo. Huic in amore dicitur fuiſſe & delicijs, Abbatiſſa Vallis liliorum: dormientiq; cum ea, quadam nocte, inſonuiſſe vocem.

Fac finem ludo: luſiſti nunc ſatis, Vdo. Sed cūm pœnitentiam non ageret: à B. Maria, apud filium Chriſtum accuſatum, ac cœlitum iudicio damnatum, capitis amputatione periſſe. 2. Naucler. 34 & Trit. in Hirſaug. monaſt. virum ſuſpicetur quis, πλάσμα μοναστικὸν eſſe. Sicut Auentinus lib 5. Annal. Botorum, Ingolſtadij à VVeiſſenhornijs fratribus M. D. LIIII. excuſorum, copiosè ſcribit; in illa contentione, qua fuerit inter Vrbanum Papam, & Imp. Henricum

inter

inter partes, dum alteri alteros quouis modo vincere vellent. miraculis (nempe fictis) certatum fuiſſe. Vt, à quodam fuiſſe dictum: quendam Epiſcopum, dum pro concione Hiltebrandum vituperaret, fulmine tactum eſſe. Contrà Sacerdotem quendam dixiſſe: apud inferos Hiltebrandum, Rudolphum, Hermannum tyrannos æternis mactari ſupplicijs. Falſi tum prophetæ (inquit Auent.) falſi Apoſtoli, falſi Sacerdotes, emerſêre: qui ſimulata religione populum deceperunt: magna ſigna atq; prodigia ediderunt, & in templo Dei ſedere atq; extolli ſuper omne id quod colitur, cœperunt. 2. Theſſal 2. Ac de Hartvvico illo, videte per Deum immortalem, quid Vrſpergenſis ſcribat. Profectò is fortiter meam, quòd vocati Monaſtricum figmentum, ſententiam comprobat, his verbis. Hartvvigus, Magdeburgenſis Archiepiſcopus, 1102 obijt: vir per multa laudabilis: maximè tamen popularibus, & Eccleſiæ, cui præerat, vtilitatibus, multum inſudans dilatandis: pro ſchiſmate quoque ſæpe dicto reſarciendo, inter vtramque partem mediator infatigabilis. Hæc ille. Ibi nullum ſtuprum, nulla accuſatio, nulla decolatio, Hartvvigi. Vah, quid video? Profectò dubito, an omnes illi fuerint hæretici; quos Papæ pro Hæreticis proclamarunt. Imò iam non dubito, quin multi calumnijs fuerint oppreſſi. Nunc etiam miracula, quæ iactantur, ſi non omnia, certè pleraque, mihi ſuſpecta de veritate ſunt. Falſisné miraculis potentiam noſtram ſtabiliemus? Figmentis ne putidis homines ſimplices, & gentiles ad Chriſtum conuertemus? Tempore D. Chryſoſtomi, nulla amplius fiebant miracula: ſicut iamdudum ex eo teſtimonium citauimus. Ne fingite amplius, quæſo. Homines nunc ſunt oculati.

Miracul is vincendi. auſa ficta.

Hæretici non omnes, qui ſic proclamati.

HENRICVM IMP. PASCHALIS P. EXECRATVR, HIRſaugienſia quædam. Monaſterium ad amnem Remſam Lorchenſe. Hæringæ oppidi Turingici recens conflagratio.

CAPVT II.

ANNO 1102. *Henricus Imp. qui antea fuerat ab Hiltebrando & Vrbano excommunicatus nunc etiam Paſchale, tempore Quadrageſimæ magnam Synodum Romæ agente, in cœna Domini communione piorum excluſus eſt: propter diſſidium ab Eccleſia: & quòd iniret in expeditionem Hieroſolymam: id eſt, quòd non calcandum ſe Papis ſubijceret.*

Excommunicatur etiam à Paſchale Henricus Imp.

His temporibus (vt Tritenh. habet) Hirſaugienſis Gebhardus, cœpit negligentius agere præſertim in exhibenda pauperibus eleemoſyna conſtituta. Nam inſtituto VVilhelmi Abbatis, aliqui de conuerſis, pauperes curabant: ac victum & amictum ſuum, ex Monachis, non ex pauperibus, accipiebant. Gebhardus verò eos hæc ex pauperum rebus capere volebat. Vnde, cùm neceſſaria detraherentur pauperibus: hi fame & frigore preſſi, clamoribus perſtrepebant. Correxit tamē hæc, monitus ex cuiuſdam ſancti ſenis ſomnio: qui dicebat ſibi apparuiſſe deceſſorem eius VVilhelmum: hoc corrigendum eſſe, niſi Abbas iram diuinam experiri vellet.

Hirſaug. Abbatis Gerhardi negligentia.

Iuuenis quidem nobilis, poſſeſſiones quaſdam Monaſterij Hirſaugienſis, in villa Almendingen, à quodam VVinthero conuerſo quondam ſub Abbate VVilhelmo huic cœnobio donatas, poſt mortem vtriuſq; tanquam proximus hæres, inuaſit. Hic cùm quodam die vinum & alia inde auferret: ſubitò fractus eſt pes vnius trahentiū pradā, boum. Ipſe quoq; raptor, repentè ex equo lapſus, vſum loquendi & ſapiendi amiſit. Poſt dies verò aliquot ad ſe reuerſus: mutata mente, Monachum induit & paucos poſt annos, cum benè ſe in hoc ſtatu geſſiſſet, deceſſit. Tritenh.

Almendingen villa.

Burcardus, Monachus Hirſaugiæ, factus eſt Abbas Erdfordiæ, 6 idus Febru. Qui ſtatim eodem anno fundare cœpit nouam Eccleſiam Apoſtolorum ſcil: Petri & Pauli, ibi in monte. Idem.

DE MONASTERIO IN VVIRTEMBERGIA LAVREACO, vulgò Lorch.

Fuerat antehac ibi in colle ſupra Remſiam vallem, quam Remſa amnis præfluit, arx quadam, Ducum Sueuiæ ſedes antiqua: quam tempore Regis Franciæ Pipini (circ. annū Chriſti 755.) vir illuſtris Dux Sueuiæ, Marſilius tenuerat: qui & eo in loco ſepultus exiſtimatur. Fridericus verò antiquus cognomento, Henrici 4. Imp. gener, Dux Sueuorum & Francorum, illam arcem anno Dominicæ incarnationis 1102. in Monaſteriū Laureacenſe, vel Lorchenſe, commutauit. Fundatum autem ab eo eſt cum conſenſu coniugis ſuæ Agnetis, ac filiorum ex ea, Friderici & Conradi: tempore Henrici 4. & Hermanni Auguſtenſis, Gebhardi Conſtantienſis, Ioannis Spirenſis, Emmehardi VVurtzenburgenſis, Epiſcoporum ad honorem Genitricis Dei, virginis Mariæ: cum ordine S. Benedicti.

Lorchenſis arx, in Monaſterium conuerſa.

Inſignia huius Monaſterij. *Appellatur autem propriè, S. Mariæ mons,* Vnſer Frawen berg. *Vnde pro Inſignibus etiam vtitur, Mariâ in Sole puerum Ieſum in vlnis baiaculante:* τὸν παιδάκιον ἐναγκαλιζομένην. *Laureacum verò nominari cœpit à ſubiecto vico, qui vocatur Lorch. Quod nomen à Lauris ductum eſt: quarum copia olim ibi fuiſſe perhibetur. Cuius rei coniectura inde capi poteſt: quòd etiamnum ſenes & prouectæ ætatis agricolæ (vt & alij ferè omnes) Monaſterium appellant non Lorch, ſed Laurich: quæ alluſio eſt ad Latinam vocem Laureacum. Græcè* ὁ Λαυρῶς *appellaretur, ex lib. Thucyd. 8.*

Laureacum, eius nomen.

LITERAE D. Friderici, Ducis Sueuici & Franconici, de fundatione Monaſterij huius: quas 29. Maij 1588. ibi, ego, & M. Euſebius Stetterus, ex Autographo, Diphthongis carente, deſcribebamus.

Diploma de fundatione eiusdem.

In nomine ſancte & indiuidue Trinitatis. Fridericus, diuina fauente clementia, Sueuorum Dux & Francorum, omnibus Chriſti noſtriq́ fidelibus, tam futuris, quàm præſentibus, notum fieri volumus: qualiter ego Fridericus, & vxor mea Agnes: cum duobus filijs noſtris, Friderico ſcilicet & Cunrado, ob remedium animarum omniũ parentum noſtrorum viuorũ, & in Domino quieſcentium, tempore HERMANni Auguſtenſis Epiſcopi, GEBEhardi Conſtantienſis Epiſcopi, IOhannis Spirenſis Epiſcopi, EMMEhardi VVirceburgenſis Epiſcopi: per religioſorum ac nobiliũ Laicorum manus: Domini Heinrici de VELLEberg. Domini VVitonis de GROningen: Abbatiam quandam LORIcha, beato Petro Principi Apoſtolorũ eo tenore, vt ſingulis annis aureus numus, ad ſupplementum veſtitus Apoſtolici deſtinatus, ab ipſo loco perſoluatur, iuſte & libere tradidimus: hac quoq; addita conditione: vt, quiſquis noſtre cognationis ſenior exſtiterit: Defenſor & Aduocatus prefati loci permaneat. Si verò, quod abſit, inuaſor vel damnoſus fuerit: Aduocatia priuetur, & vir diſcretus in locum ſuum ſubſtituatur. Hoc etiam firmiſſimè ſtatuimus: vt, cùm Abbas eiusdem loci de hoc ſeculo migrauerit: alter, eiusdem cœnobij Monachus, libera electione eligatur. Si autem ex ipſis ſatis condignus nemo inuenitur: conſilio comprouincialium Abbatum: illius de HIRSOVVA, de CAMBERG, & de ZVVIFELTA, idoneum elegant. Preterea decreuimus, & firmiter Dei ex parte interdicimus: vt nullus amplius Abbas, bona eiusdem Eccleſiæ conquiſita, vel conquirenda, aliqua temeritate inductus, vel violet, vel diminuat. Ac tantum cauſa excepta. Vt ſi aliquis Principum, aut Dominorum: virum aut mulierem cum bonis illorum eidem Abbatiæ, iuſte & libere dederis: ipſi dati humiliter repoſcentes bona cum illis data, in beneficiũ recipiant. Tempore vero Domini HENRICI quarti Imperatoris, ea conditione hec facta ſunt: vt nullus deinceps Imperator, nullus Epiſcopus, nullus Dux vel Marchio, nullus comes vel Aduocatus: nulla prorſus perſona, magna ſiue parua: bona prenominate Eccleſie inquietare, moleſtare, diſueſtire, audeat. Quod vt verius eſſe credatur: & ab omnibus inuiolabiliter conſeruetur: hanc priuilegij cartam, noſtro ſigillo inſigniri iuſſimus.

Velberg.

Sigillum.

Anno Dominice incarnationis milleſimo, centeſimo, II. Indict. XV. Non. MaI. que eſt inuentio ſancte crucis: que illo anno occurrit in Sabbato: hec facta ſunt in Chriſto feliciter Amen.

Poſtea Innocentius 2. confirmauit Monaſterium Lorch, 1136. VIII. Kal. Maij, Indict. XIIII. Pontificatus ſui anno VII.

Lorchenſes Abbates.

ABBATES LORCHENSES, QVOTQVOT EX varijs literis reperire potui.

1. *Herbertus, primus Abbas. Obijt* 1124. *Chriſti.*
2. *Crafft vel Craffto. Vixit anno* 1136. & 1139.
3. *Henricus.* 1171. & 1194.
4. *Fridericus.* 1234. & *ſequent. aliquot annis.*
5. *Cunradus.* 1251.
6. *Vlricus.* 1260 & 1284.
7. *Gebizo, & Gebzo.* 1290. & 1297.
8. *Fridericus. 2. anno* 1318. & 1327.
9. *Vlricus 2. anno* 1333.
10. *Ludouicus.* 1336. & 1360. *obijt.*
11. *Ludouicus 2. anno* 1360. & 1364.
12. *Volkart de Schechingen.* 1372. & 1383. *(Schechingen.)*
13. *Volkart, Georgij VVelvvart. F.* 1391. & 1399. *(VVelvvart.)*

14. *Ioannes.*

14. *Ioannes.* 1400. & 1412.

15. *VVilhelmus.* 1416. & 1441.

16. *Volkart de Schechingen.* 1443. & 1460. *Tunc vixit & Ernfridus de Schechingen.*

17. *Nicolaus*(Schenck/*vt puto*)1462. & 1480. *Tunc erant duo nobiles fratres de Sachſenbein, Hans & Conrad, apud Buſſingam, ad fluuium Entium.* Sachſenbaim.

18. *Iodocus*, 1477. & 1480.

19. *Georgius Kerler.* 1481. & 1508. *Obijt* 1510. *Quo tempore Sachſenheimij viuebant: Martinus Schvvartz frizij F. & Ioannes ſenior, Berchtoldi F.*

20. *Sebaſtianus Kutenried.* 1510. & 1515. *occiſus eſt.*

21. *Laurentius.* 1545.

22. *Georgius Vdal, primus Euangelicus Abbas. Obijt* 1576.

23. *Abel VVeinlinus, ſiue Vinarius. Præeſt adhuc* 1591. *laudabiliter. Cuius filius. M. Ioſaphatus, non ita pridem in locum Moſis Pflacheri Theol. D. apud Campidonenſes, Eccleſiaſtes ſucceſſit. M. verò Abel, Ioſaphati frater, cum diu Muſicæ profeſſorem in Stipendio apud nos illuſtri cum laude egiſſet: nunc in hoc Ducatu Bietighaimi, & ipſe Concionatorio munere fungitur.*

Cùm huc, ſcribendo veniſſem 4. *Febru. die* 91. *aderant hîc Tybingæ, ex Turingia duo viri, eleemoſynam afflictiſſimis ciuibus Heringenſibus corrogantes. Quibus etiam Senatus noſter Academicus, & Collegium meum Philoſophicum, nec non oppidanus Magiſtratus, Chriſtiana commiſeratione commoti, liberaliter ſubuenerunt. Heringa enim ſub Northuſa, ac generoſis Comitibus Schvvartzenburgenſibus & Stolbergenſibus, die* 27. *Iunij præcedente anno, ingentem calamitatem paſſa eſt. Nam duabus horis totum oppidum cum duobus ſuburbijs, duobus Templis, Curia, Schola, conflagrauit (igne pluribus in locis exorto) horribilem in modum: domibus plus mille conſumptis: hominibus XV. cum multo pecore combuſtis. Nec tantum lignorum remanſit: quantum ad vnius horrei ædificationem ſufficeret. Vix etiam viceſima pars pecoris & ſupellectilis, perniciei erepta. Ipſi Eccleſiaſtæ, viro pio & doctiſſimo, M. Ioanni Ruperto, noſtro quondam auditori, præter alia, ſua chariſſima Bibliotheca incendio perijt, magno ipſius dolore. Habitant homines in cellis, ruinis, & ſyluis. Dominus eis ſuccurrat.* Hering. Turing. oppidum.

DIEMARVS, MILES RYTINGENSIS. HOSPITALARII, HIEROSOlymitani milites. S. Rubertus, Vtenburanus Abbas. Curienſis Epiſcopus, Vlricus. Cœnobium S. Mariæ in valle venuſta, ſupra Curienſis Epiſcopi domicilium arcem Fyrſtenbergenſem. Gebhardus, Epiſcopus Spirenſis. Bruno, Abbas Hirſaugienſis. Henricus 5. aduerſus patrem ſuum Henricum IIII. inſurgit. Henrici IIII. Imp. obitus & eulogium. Decimusnonus Imp. Occidentis, HENRICVS V. Mors Friderici antiqui, Sueui. Vrbis Noribergæ deuaſtatio. VVirceburgenſis Epiſcopus Erlongus. Henrici Cæſaris & Paſchalis P. concertationes.

CAPVT III.

ANNO 1103. *Henricus Imp. natalitia Domini celebrans Moguntiæ, ſe cum exercitu in terram ſanctam profecturum promulgat: eaque re magnam gratiam ab omnibus init: verùm non eſt profectus. Vrſperg.*

In Oſtrofrancka (vt in M. Scripto quodam legi) Miles quidam de Rutingen (iuxta Tuberum ſi in comitatu Mergentheimenſi) DIEMARVS nomine, ditiſſimus & honoratus: prudenter conſiderans Diuinam (verba Hirſaugienſium) admonitionem, qua dicitur: Diuitiæ viri, redemptio animæ eius: item, Quid prodeſt homini, ſi vniuerſum Mundum lucretur: animæ verò ſuæ detrimentum patiatur? (Quare igitur Pontifices & Monachi, tot bona Mundi acquirere ſatagebant?) non ſolùm omnia, quæ ſui iuris eſſent, Deo, & Apoſtolis Petro ac Paulo, ſanctoque Aurelio, Cœnobij patronis, ad vſum fratrum, ibi Deo ſeruientium, contradidit: ſed etiam ipſe in eorum conſortium tranſijt. Illic in Franconia, LX. iugera I. Hubam faciebant: ſed Huba ibi VI. faciebant Hirſaugienſibus XII. Hubas. Facta eſt hæc donatio 1103 *Indict.* 11. *die dominica.* 7. *Luna,* 15. *Kalend. Febru. in natali S. Priſcæ virginis & Martyris: regnante Henrico Rege.* 4. *& Abbatem agente Gebehardo.* Diemari militis cura ſalutis animæ.

Teſtes:

Comes Gerhardus de Moguntia.

Comes Engelhardus de Lubenhuſen, cum filio VValthero.

Comes Henricus de Rotenburc.

Comes

Comes Bruno de VVertheim.

Præterea Ebo, & filius eius Goſvvinus de Mergentheim.

Gerunc de Ruſingen: & duo filij fratris, Ribmunc & Adelbert.

Embrich, & frater eius Conradus, de Rathersheim, alijq́ multi.

Hieroſolymitani tres ordines.

De Hoſpitalariorum ordine.

In Palæſtina, poſt plurimorum annorum interuallum Hieroſolymis receptis: ingens cupido (inquit Sigonius) ſepulcri Domini viſendi, Chriſtianos inceſsit. Hinc, poſtea tres ordines nati: Hoſpitalarij, Templarij, & Teutonici. De primo genere nunc tantùm dicendum. Ante Hieroſolyma recuperata, Latini permiſſu Ægyptiorum & Saracenorum, vrbis dominorum, prope ſepulcrū duo Monaſteria conſtruxerunt: vnum viris, alterum mulieribus, recipiendis, ſepulcrum adeuntibus. Eorum alterum, beatæ virgini Mariæ: alterum, S. Mariæ Magdalenæ, dicata erant. Recepta verò vrbe, nec illis cœnobijs tanta peregrinatorum multitudini ſuppetentibus: Hoſpitale eſt additum: S. Ioanni (vel Eleemoſynario Patriarchæ Conſtantinopolitano, vel Baptiſtæ) ſacrum. Ibi ex vectigalibus vtriusq́ Monaſterij, illis peregrinatoribus, qui ægrotarent, res neceſſariæ ſubminiſtrari cœptæ ſunt: & Rector, ei loco præpoſitus. Qui poſt aliquot annos, ipſe & ſocij, habitu religionis aſſumpto, cruce alba in pectore gerenda, certo diſciplinæ genere ſe aſtringendo: militiam, & peregrinantium defenſionem, profeſsi ſunt aduerſus Saracenos. Inde opibus, largitione Principum & priuatorum hominum, ditati: Hoſpitalariorum nomen, Hieroſolymitanorum, & Rhodiorum (hodie, Melitenſium) militum nomen accepêre.

Sanguis ex panibus.

Anno 1104. in Spirenſi Epiſcopio ſanguis ex panibus fluere viſus eſt: nec non in lenticularum edulio prodigioſè repertus: inteſtinum bellum portendere, ſecundum antiquam hiſtoriæ Romanæ ſimilitudinem, conijciebatur. Vrſperg.

S. Rupertus, Vtenbyra Abbas.

S. Rupertus (auctore Bruſchio) adductus è cœnobio S. Georgij, quod eſt in nigra ſylua, electus eſt 1104. Abbas Vtenburanus. Qui cum annos 41. munus geſsiſſet: defunctus eſt 1145. Domini, anno ætatis 120. Egregiè autem Monaſterium Vtenburenſe reformauit, locupletauit, illuſtrauit. Perfecit præclarè in ædificijs cœnobij: quicquid Adelhalmus, ante eum Abbas, dereliquerat: adiutus ab Vdalrico Conſtantienſi, & Hermanno Auguſtano Epiſcopis. Dedicauit Templum in Feſto omnium Sanctorum. Cumque antea tantùm nobiles, in hoc vixiſſent Monaſterio: ipſe, habita pietatis & virtutis non ſolùm generis, ratione, homines etiam humilis conditionis admiſit. At etiam in partem Cœnobij (vbi hodie eſt Præfecti, vel Aduocati, domus) nobiles fœminas. Quæ cùm eſſent opulentæ: abundè dotarunt hoc Monaſterium. Sie waren im nüner dann Melckkühe. *Aduocatum ſub eo egit VVernherus, Comes de* Schwabeck: *à quo Vrſpergenſe Cœnobium, ad amnem Mindelam ſitum fundatum 1125. eſt, vt ſuo loco dicetur.*

Curienſis Epiſcopus Vdalricus.

In Rhætia Curienſi, Epiſcopum conſtituit Imp. Henricus 4. quendam Vdalricum, hoc 1104. anno: quo etiam ipſum, cum aliquot Archiepiſcopis & Epiſcopis, Romam ad Paſchalem miſit: ob impetrandam Henrico F. coronationem Imperialem. Ingratus ipſe poſtea, filium in patrem concitauit, (ſecundum præceptum ſcil. Honora patrem.) Bruſch.

S. Mariæ cœnob. in valle Venuſta.

Habuit hic Vlricus maiorem natu fratrem germanum, Eberhardum: qui fundauit, vbi uallis eſt venuſta, Monaſterium Benedictinum B. virginis Mariæ; quod ſitum eſt in Montis S. Mariæ altiſsimi vmbilico: cuius montis pedem alluit Atheſis, per vicinum pagum Burghuſanum defluens: in cuius vicinia olim arx fuit, nobilium Regulorum de Burghuſen ſedes: cuius hodie veſtigia tantùm remanent. Contulit ad hoc Cœnobium Eberhardus plurimas alpes & prædia. Eſt Curien. diœceſeos: & cùm fulmine conflagraſſet, indeque erectum fuiſſet: denuò conſecratum eſt anno 1131. à Curienſi Epiſcopo Conrado, nonis Iulijs. Fuit è loco Sculienſi, vbi ſteterat, in Venuſtam vallem ad S. Stephanum tranſlatum, 1146. Inde aliò, vbi nunc eſt. Multi in id benefici fuerunt: vt Gebhardus, Hieroſolymam proficiſcens, & in ea peregrinatione moriens: qui fratres habuit, Vdalricum aduocatum cœnobij, ac Fridericum. Erant de Traſpes oriundi. Vt Arnoldus Comes Greiffenſteinius: vt Maria vxor Henrici, Comitis de Piano. Vt Mathilda vxor Eginonis de Mazze, vt comites de Vltimis, & alij. Horum donationes poſtea omnes confirmauit 1169. (al. 1165.) Vlmæ Fridericus Barbaroſſa: & Henricus Imp. Bcſani.

Verſus in ſepulcro fundatoris, Vlrici de Traſpes.

Gebhardus, Epiſcopus Spirenſis.

Friuola quæque ratus, habitum ſumit Monachatus:
et famulus Chriſti fit, dum ſe mancipat iſti.
Sic ibi nemo perit, qui vitæ præmia quærit.
Sic meritò mœret, qui Mundi rebus inhæret.

Fundator

Fundator ſpecie militis ſuper ſepulcro depictus, ſchedam manu tenet, hic Verſibus inſcriptam.

Mundanis ſpretis, ſummæ pro parte quietis:
prædia ſignata donant Vlricus, & Vtha.

Exercuerat hic Vlricus antehac latrocinia. Ideo Monaſterium hoc, quod Eberhardus in loco Sculienſi locauerat, ad S. Stephanum tranſtulit. Sed cum muri ibi conciderent: intellexit, eum locum Deo non placere (credo, quòd ibi latrocinatus olim eſſet) tranſpoſuitq́, tribus ardentibus faculis edoctus, ibi apparentibus eò, vbi hodie eſt. Ipſa Vtha, cum famula VVerntrude, monaſtico habitu Hieroſolymam peregrinata, in ea peregrinatione obijt. Corpus, iuſſu mariti Vlrici, ad hoc cœnobium eſt relatum & ibi ſepultum. VVerntrudis redijt: & ſe in tumulo Vthæ, ſibi chariſſimæ, ſepeliri voluit. Bruſch. M. Scr. Erant coniuges.

Anno 1105. *Gebhardus, Comes Vracenſis: cùm ex canonico Argentoratenſi factus fuiſſet Monachus Hirſaugienſis: ex Monacho, Prior: ex Priore, ibidem Abbas: ad Epiſcopatus Spirenſis gubernationem, à Clero* ὁμοθυμαδὸν *vocatus eſt. Conſecratus Nouemb. 1. inſigni pompa: præſentibus multis Epiſcopis (inter quos, & Gebhardus Conſtantienſis) & Rege Henrico 5. ac multis Germaniæ Principibus, Comitibus, Baronibus. Geſſit honorem, nec bona cum valetudine, nec diligenter, nec feliciter. Fuerat in Abbatia celeberrimo nomine, propter ſapientiam & eloquentiam: Epiſcopatu verò aſſumpto: dona hæc, & gloriam famæ, penitus amiſit: & ab omnibus contemptus eſt: tanquam ſuperbus. & vanè glorioſus. Quodam certè die iuxta locum, vbi ipſe habitabat, & audiebat: ciues, mulieres, & pueri, choros ducebant: & cantilenas in eum falſas compoſitas, decantabant. Sed à militibus & amicis ipſius, fugati ſunt.* οὗτος, ὁ τῆς κενοδοξίας μισθός. *Obijt anno* 1106. *& humatus eſt in choro Hirſaugienſis Templi, ante ſummam aram. Bruſch. & Tritenh.*

Præcedente anno, cum Gebhardus magnopere ſtuderet, cum Epiſcopatu Spirenſi Hirſaugienſem quoque Abbatiam retinere: ſeniores cœnobitarum prorſus renuentes, priuilegium Vrbani 2. ſibi ſtatuerunt ſequendum. Itaque vltimo die Nouemb. Abbatem quartumdecimum legerunt Monachum B R V N O N E M, ſenem venerabilem. Hic igitur ſequente Bruno, VVirtēberg. Comes, Abbas Hirſaugienſis.
1105. *anno, Indict. 13. à Richardo, Hoſtienſi Epiſcopo, Apoſtolicæ ſedis Legato, in hoc Monaſterio, ſeptimo Calend. Ianuar. die S. Stephani, ordinatus eſt: ac præfuit 14. annos, M. 3. D. 22. Fuit Bruno natione Sueuus: nobilibus & potentibus ortus natalibus. Etenim, comitis VVirtembergici Conradi frater. Qui, cùm poſt prima literarum rudimenta, Canonicus & Matricularius (inquit Tritenh.) maioris Eccleſiæ Spirenſis factus eſſet: videretq́ue vanitatem diuitiarum & voluptatum: ſub VVilhelmo Abbate, Hirſaugienſem cucullam induit: multosq́ue annos innocenter ibi vixit. Statura procerus & virili forma præditus: ſed gracilis, nec laborioſus. Ideo res Monaſterij, non per ſe, ſed per miniſtros, efficiebat. Quietus, puſillanimis, mitis, miſericos* (ἀπράγμων, μικρόψυχος, πρᾶος, ἐλεήμων) *lectioni & precationi vacabat: ſpem in fratribus habens potentia: ſi quid Spirenſis Gebhardus contra ſe moliturus eſſet. Sed is nihil tentauit. Contulit Bruno ad hoc cœnobium, permiſſu fratris Conradi, multa bona: Pfrondorffæ, Saldingæ, VValchæ, Burkhauſæ. Hodie ſtatuam eius in Templo Hirſaug. lapideam erectam videmus, pulchram.*

Eodem 1105. *anno, Imp. Henrico natalem Domini celebrante Moguntiæ: Henricus filius rebellionem contra ipſum in Noricis partibus, ſeu Bauaria, inſtituit: idq́ue conſilio Theobaldi Marchionis, & Sultzbachenſis Comitis Berengarij: ſub ſpecie religionis (inquit Friſingenſis) eò quòd pater eius, à Romanis Pontificibus excommunicatus eſſet. Facile erat, excommunicare: & ſubditos, ab obedientia ſummi Magiſtratus abſoluere: quia nulla ſacra Biblia, nullum nouum Teſtamentum, nullæ Epiſtolæ Apoſtolorum, in manibus hominum erant: quia hoc non ſinebatur: ſed auctoritate Pontificum, oculi omnium perſtringebantur. Hodie ſol clariſſimè lucet, qui tenebras perrupit. Viueret hodie Imp. Henricus aut poſterius ſecuti Impp. Friderici! profectò fulmina illa,* ἕωλα καὶ ψυχρά, *exoleta & frigida, deprehenderentur. Adſcitis deinde ſibi quibusdam proceribus, ex Orientali Francia, Alemannia, Baioaria: in Saxoniam iunior Henricus abijt, & Quedlinburgum, atq; Northuſam (villam Regiam vbi Epiſcoporum conuentum agens, ſe de patricidij ſuſpicione purgauit: patri obedientem fore dixit, ſi is ad Eccleſiam ſacroſanctam rediret. Simoniaca ibi hæreſis (Imperatorem Eccleſiaſticas dignitates confer-*

Henricus, contra patrem Imp. Henricum.

Excommunicationis vis, precium.

Northuſa conuentus Epiſcoporum.

conferre) & fornicaria Nicolaitarum commixtio (Sacerdotes matrimonium contrahere) condemnatur: congruenter ſcilicet Verbo Dei. Geſtum dehinc inter patrem & filium, bellum. Hic effectus fuit iſtorum ſanctorum patrum: diuellere inuicem parentes & liberos: diuellere diuinitus inſtitutam (ſine vlla exceptione) maris & fœminæ coniunctionem. Obijt hoc tempore, Sueuiæ Franconiæq; Dux Fridericus, ille Antiquus: vir prudentiâ, moribus, & nobilitate (inquit Vrſperg.) ſatis clarus: ſed clariſſimo, & ſingularis atque inclytæ famæ. Adelbaida (Agnetem rectius dixiſſet) filiæ Imperatoris, matrimonio, & ex eadem miræ indolis prole, decoratus. Huius viduæ ſororis ſuæ, Leopoldo Auſtriæ Marchioni in matrimonium promiſſione, poſtea Rex Henricus 5. effecit: & is à patre Henrico, in ſuas partes tranſiret.

Friderici Antiqui Stauff. mors.

Vidua Agnes, Leopoldo Auſtrio nupta.

Cometes.

Anno 1106. ſtella in cœlo interdiu, menſe Febru. apparuerunt, ſicut nocte. Cometes maximus, tempore Carniſpriuij conſpectus eſt. Quo tempore filio Henrico, patrem infeſtum habente: Colonia & Noriberga, cum patre contra filium manſère. Filius ergo, patrem perſequens, Noribergæ eum in arce obſedit aliquandiu, ſed nequicquam. Hæc enim arx, licet tunc capta putetur, nunquam capta fuit, ſed virgo manſit. Teſtatur id in ſigillo Noribergenſium, virginalis facies aquilæ: vt in Noribergico M. Scr. libro inuenitur. Obſidione ſoluta filius patrem perſecutus eſt Ratisbonam: qui Noribergicæ arci præfecerat fortem virum, nomine Gottfridum: qui eam tenuit vſq; ad Regnum Conradi 3. Fugauit pater ope Noribergenſium, è ciuitate Ratisbona filium. Deinde, Coloniam profectus eſt. Tunc filius obſedit Noribergam plures hebdomadas, habens ſecum Sueuos & Bauaros: iraſcens, ſe ab illa non agnoſci pro Rege. Cumq; iam diſceſſurus eſſet, re deſperata: hortatu quorundam Principum, vt adhuc ſemel oppugnaret: poſtridie à manè vſq; ad veſperam, 13. locis oppugnationem intulit: nec prius deſijt, quàm expugnauit. Quod à parte trans amnem, iuxta ſuarium forum ſitâ, vbi coclearia domus dicta, factum perhibetur: & locus, VVerda nominatur: das groſſe weer da geſchehen. *Sæuitum valde tunc in victos fuit. Exiſtimatur vrbs eò magis eſſe capta: quòd Iudæi, qui multi tunc incoluerint, iuniori Cæſari magis fauerint: ſicut fieri ſolitum eſt, vt plures (quemadmodum prouerbio dicitur) Solem orientem adorent, quàm occidentem. Confugerunt reliquiæ ciuium Heideccam, Nevvenmarcum, Ambergam, Babenbergam. Ita oppidum vaſtatum & vacuatum manſit, & quidem amplius 30. annos.*

Noriberg. arx.

Bellum inter Henricos, patrem & filium.

Norinbergam filius capit.

VVerda Noriberga.

In bello parricidiali, is tandem exitus fuit, vt pater Imperium filio reſignare coactus fuerit: miſſis ad eum Inſignibus: cruce, ſceptro, corona, lancea, pomo. Ipſe tandem Leodij, 7. Idus Auguſti, ærumnoſam hanc vitam reliquit: nec permiſſus eſt, à Rom. pontifice, in ſacro loco per quinquennium ſepeliri: quò papali anathemate obſtrictus, vitâ exceſſiſſet. An non igitur fuit corpus hoc, quoniam excommunicatum, tympani modo inflatum, & atrum? Sic enim Græcis hodie placet fieri de ſuorum excommunicatorum corporibus. Stetit Spiræ miſer Henricus, non quidem in igne purgatorio (Biblia enim extinguunt hunc) ſed in lapideo frigido loculo, nempe loco non conſecrato (at Domini eſt terra: &, quicquid in ea eſt) in ſacello S. Afræ martyris, ad latus maioris Eccleſiæ: donec pius filius Henricus tandem, ei abſolutionem impetrauit. Tum demum ſepulturæ Maiorum ſuorum additus eſt: cum tali inſcriptione in marmore.

Henrici Imp. obitus.

Corpus inſepultum.

ANNO DOMINICÆ INCARNATIONIS M. C. VI. HENRICVS QVARTVS, SENIOR, VII. IDVS AVGVSTI OBIIT.

PATER HIC.

Eulogium HENRICI IIII. ex deſcriptore vitæ eius incognito.

Laudes Imp. Henrici.

In turba procerum, cæteris eminentior, & ſeipſo maior, videbatur. In vultu terribile quoddam decus præferebat: vnde intuitus aſpicientium, tanquam fulmine, reuerberaret. In cuius vultum, aciem oculorum ſuorum fixiſſet: eius animi motus perſpiciebat: videbatque, tanquam lynceis oculis: amorem ne, an odium, aduerſum ſe gereret. Rex Græcorum, muneribus eum præuênit, ne hoſtem experiretur. Inter quæ eſt tabula Spirenſis altaris: tam artis nouitate, quàm metalli pondere, miranda.

Ex Tritenhemio.

In offenſores ſuos, Clemens & miſericors erat: in pauperes, valde benignus: omnibusq; afflictis compatiens. Scholaſtici certant, & adhuc ſub iudice lis eſt: vtrum Papa Imperatorem poſſit deponere: quam quæſtionem, cùm ad nos non pertineat, indiſcuſſam relinquamus. Hæc, ille. At Chriſtus diſcuſſit: Vos autem, non ſic. Et D. Petrus: Honorate Regem.

Ex Ioan.

Ex Ioan. Bapt. Egnatio.

Nemo, collatis ſignis, ad hanc diem, pluries cum hoſte conflixit. Quippe qui M. Marcellum, & Cæſarem Dictatorem ſupergreſſus, bis & ſexagies pugnarit.

Tribuit ei Chronicon Friburgenſe (vt mihi D. Ioannes Iacobus Beurerus, vtriusq. L. in illa Briſgoiæ Acad. Profeſſor, ſignificauit) liberos 5. 1. Henricum V. Imp. 2. Conradum, Ducem Sueuiæ & Italiæ: temporibus patris. 3. Salomon, nuptam Regi Hungariæ. 4. Limpurgin, nuptam Duci Carinthiæ & Styriæ: qui cum liberis ſine deceſſerit: Berchtoldum von Calwe *Barbatum, Ducē Sueuiæ & Carinth. conſtitutum fuiſſe: Ducem* Bercht. *Zæringiæ, &c. 1078. qui cœnobium Hirſaug. ædificauerit in Diœceſi Spirenſi. 5. Agnetem, Friderico Hohenſtauffenſi nuptam. Vide ſup. lib. cap. 3. Sed his omiſſis, ad ſequentia tranſeamus.* Calwa.

Succeſſit Henrico XIX. Germanicus IMP. CÆS. HENRICVS V. IVNIOR, P. F. Aug. qui plus 18. A. imperauit: diutius imperaturus, ſi patrem reueritus fuiſſet. Henricus V. Imp. Occid. 19

Erlongus vel Erlingus, Herbipolis ſiue VVirceburgi Epiſcopus, ex canonico electus fuit 1104. ab Imp. Henrico 4. (comes à Calow/ *vel* Caleben/ *& breuius* Kalb*) contra anteceſſorem Rupertum. Is ab Henrico 5. bis fuit eiectus, & ab Henrico 4. bis reſtitutus, viuente Ruperto. Tertium etiam ab Henrico 5. eiectus: viuo Ruperto, Herbipolin non rediit: ſed mortuo, Canonicis & Henrico reconciliatus, in Epiſcopatum reſtitutus eſt. Geſſit honorem feliciter & laudatè annos 16. dies 11. Cæſari Henrico 5. propter ſapientiam ſuam chariſſimus: conſilio eius vtenti, in ſummis Imperij negotijs, vſq. ad A. 1115. ex quo poſtea diſſidium incidit. Obijt 1122.* Erlongus, VVirceburg. Epiſcopus. Calua.

Eodem 1106. anno, Comes quidam Mompelgardiæ potens, fundare cœpit Abbatiam Benedictinam (Scriptore Tritenh.) ad honorem S. virginis VValpurgis, in diœceſi Argentinenſi, non procul ab Haganoa. Vide infrà anno 1117. Idem in eodem nemore, ad iactum bombardæ à priore cœnobio circa villam Bibelin, alterum cœnobium virginum fundauit: in quo Abbatiſſa prima, fuit filia eius Gunthildis. Quæ miraculis clarere dicta, in media ibi Eccleſia ſepulta eſt. Mompelgard. comes. Virginum cœnobia.

Circa hoc tempus, in Bauaria ex caſtro Scheurenio Monaſterium fiebat. Cæteris de Scheuren. bona quædam eò conferentibus: Comes Arnoldus Scheurenſis, illis aduerſarius, chirothecâ in aërem proiecta, ait: Vos domini Diaboli, partem meam vobis accipite. Tunc Chirothecam abripuerunt. Tritenh. Scheurenſe Monaſterium.

Magnus, Dux Saxoniæ, obijt: qui duxerat Sophiam, viduam Vdalrici de VVimar, ſororem Regis Vngariæ Ladislai: & duas ex ea filias genuerat, VViſhildam & Eilicam. Eilica nupſit Othoni, Comiti de Ballenſtide: qui genuit ex ipſa Adelbertum Marchionem, & filiam Adelheidem: quæ nupſit Henrico, Marchioni de Stathen. VViſhildis nupſit Henrico Duci, VVelfi ſenioris Ducis Bauariæ filio: ac peperit Henricum, Saxoniæ & Bauariæ Ducem: atq. VVelfonem, & 4. filias. Iuditham, quam duxit Fridericus iunior, Dux Sueuiæ: Sophiam, quam Bertholdus: Dux Zæringiæ, ac poſtea Styriæ Marchio Luipoldus: VViſhildam, quam Rudolfus, comes Bregantiæ: & Mechtildem, quam Diepoldus accepit, Diepoldi F. Marchionis: &, eo mortuo, Gebehardus, Beringeri Comitis de Sultzbach filius. Chronic. membran. VVimaria. VVelfi progenies.

Anno 1107. Rex Henricus V. natalem Domini celebrauit Ratisbonæ, præſentibus Papæ Legatis: cuius Aduentum aliquandiu apud Auguſtam, Alemanniæ metropolin, expectauerat. Sed non confidebat ille Germanis. Trecis in Gallia conſilium habuit: vbi Eccleſiaſticam inueſtituram, omnibus modis eripere contendit Laicis, id eſt, Cæſari. Magnæ dehinc contentiones: Poſtea IIII. Paſchalis Romæ à Cæſare captus: inueſtituram Epiſcoporum & Abbatum, per annulum & virgam illi permittit, ac dimittitur. Altero anno eandem ei rurſus adimit. Ac pacis cauſâ tandem Pontifici Imperator ceſſit. Legantur multa lib. 6. Boiorum Annal. Auentini. Ibi, tales ſententiæ. Pontificis: Sacerdotiorum adminiſtratio, ad Pont. Max. ſed armorum, ad Cæſarem pertinet. Cæſaris: Pontifices Romani, orbis imperium animo agitant: Regnum Chriſtiani populi affectant. Non quieſcent: donec oppreſſo Cæſare, omnibus iugum ſeruitutis, quod ipſi excuſſêre, imponant. Ego penè impubis, imperitus omnium rerum, ab iſtis egregijs Paſtoribus dolo circumuentus: in patrem chariſſimum concitatus ſum armaq. ipſorum conſilio ſumpſi. Nunc genitore oppreſſo, aduerſus me conſpirant. Inueſtituræ cauſa contentio. Eam Papa tandem obtinet.

Obijt ſancta fœmina Paulina pridie idus Martij: quæ multos annos vixerat in Monaſterio apud Turingorum fines, diœceſeos Moguntinæ: quod Paulinæ cella nominatur, eius ſumptibus extructum. In quo primus Abbas fuit Gerungus Sueuus, ex familia Buchaugienſium: qui literas in ciuitate Auguſtana, ac mores, didicerat: & deinde apud Hirſaugienſes Monachus fuerat. Tritenh. S. Paulina.

EDVNGESHEIMENSIS PVGNA. KYBACHENSE GYNÆCEVM. Conradus de Merlcheim, conuerſus Hirſaugienſis. Bebo, ciuis Spirenſis. Angſtpurgi conſuetudines. Italica Henrici V. expeditio. Monaſterium Gottesovva. Sueuica ciuitas Imp. Gamundia.

CAPVT IIII.

Edungesheim. Pugna.

ANNO 1108. *pugnatum eſt apud Edungesheimum 13. Calend. Febru. in qua pugna, Rudolfus de* Hohedorff / *& VValtherus Comes Veringenſis; cum alijs plus L. occiſi ſunt: & in Zuifaltenſi Monaſterio, terræ mandati. Dimidium deinde Manſi, à Rudolfi hæredibus, ad remedium animæ eius, huic loco traditum eſt. Membran. M. Scr. Zuifalt. vbi præterea nihil additur.*

In VVeingartenſi verò Chronic. Guelphonum, ſic ſcriptum eſt. Anno 1104. quarto idus Januar. prælium iuxta Idungesheim, inter duos Comites, Rudolphum ſcil. Brigantinum, & Hartmannum de Kirchberg commiſſum eſt. Cæſis ex vtraq; parte, plurimis: cruenta tandem victoria Hartmanno ceſſit. Cecidit VValtherus Comes, & alij complures.

[illegible]enhauſa pagus.

Templum pagi Grauenhauſæ (Comæciæ) vno milliari ab oppido Pfortzemio ſiti, fundatum eſt à quodam viro nobili de Strubenhart: ſicut mihi Diſcipulus noſter, Caſpar Epiſcopus Teſſingenſis, patrem habens Grauenhauſa concionatorem, indicauit.

S. Aegidij cella.

Comes Henricus de Rotenburg. Tubarum, mortuo fratre ſuo Burcardo, cœnobium virginum apud Halam Sueuicam ædificare cœpit, cellam S. Ægidij.

Kubachenſis παρθένων.

In Bauaria, inter Schrobenhuſium & Aichachium oppida, fundatum eſt (Bruſch. teſtante) à VVittelſpachenſibus Comitibus cœnobium Benedictinarum Monacharum, circiter 1108. Domini, Kubachium appellatum, id eſt, Vaccarum riuus. Eo enim in loco, & circùm, earum paſtione viui ſolitum: & riuus ille, in non longè diſsitum fluuiolum Parrium incidit. Cauſa eius Monaſterij condendi, hæc fuit: quòd generoſo VVittelsbachenſi comite Adalberone, qui ad S. ſepulcrum Domini (πρὸς τὸν ζωοπάρεχον τοῦ κυρίου τάφον) peregrinatus fuerat, in reditu mortuo: & chariſsima coniuge eius Alberade, quam reliquerat grauidam, mœrore lugubris nuntij, cum infante extincta: vnica ipſorum filia VVilpurgis, totam ſe & ſua Deo dedicans, conſilio & auxilio ſuorum, hoc Monaſterium conſtruxit: ibique prima fuit Abbatiſſa. Quam ſecuta eſt cognata Adelhaidis. Conſecratum eſt hoc Gynæceum 1121. ab Hermanno, Epiſcopo Auguſtano, Comite VVittelſpachenſi, magno eiusdem benefactore. Cumque non longo pòſt tempore, incendio periiſſet: ab Adeſcalco, comite VVittelſpachenſi, eiusque vxore VVilpirge, inſtauratum eſt. Donatum poſtea liberaliſsimè ab Othone maiore eiusdem familiæ: illo, quem Bauariæ Ducatui Imp. Barbaroſſa præfecit. Paucarum, quæ ei præfuerunt, Abbatiſſarum nomina reperiuntur, fœminarum primariarum

Barbara Hufneglina, 1466. obijt 1487.
Scholaſtica Stamlerina. Obijt 1504.
Iuliana Holtzbeckina. Obijt 1520.
Scholaſtica ab Haslang, nobilis. Obijt 1536.
Veronica Bollingerina.
Maria Rechelingerina, patricia Auguſtana, adhuc 1551.

Hyems gelida.

Intollerandi frigoris hyems, hoc 1108. anno fuit: καὶ λιμὸς ἀμαλδύνειν ὁμοῦ, λοιμός τ', ἀλλαμανῆς.

Anshelmi Archiepiſcopi mors.

Anno 1109. Indict. 2. 11. Calend. Maij, obijt Cantuarienſis Archiepiſcopus Anshelmus, ætatis anno 76. Cantuariæ ſepultus. Hirſaugienſium fratrum, maximus fautor. Burgundus fuit, Auguſtæ ad radices Alpium natus. Ipſe etiam Romæ ſtrenue egit: ne in Epiſcopis ordinandis & inueſtiendis, Anglicis Regibus amplius poteſtas eſſet: atque, vt Clericis coniugia interdicerentur. Papæ.

Conradus de Merlenheim.

Miles quidam, nomine Conradus de Merlenheim, non obſcuro genere exortus, conuerſionis gratiâ ſe contulit ad Monaſterium Hirſaugienſe, hoc anno. Sed priuſquam ſuſciperet Monachicum habitum: bona quæ hæreditario iure poſſederat, ſuper altare ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli ſanctiq; Aurelij, in proprietatem & vſum Deo inibi ſeruientium, legitima donatione, delegauit: præſente Domino Brunone Abbate eiusdem Monaſterij, totaque fratrum congregatione, & alijs multis. Bona illa, in varijs locis ſita erant. In pago Spirenſi: in comitatu Luitranmesforſt, in villa Seurheim / in Genſen. *In comitatu* Bretheim: *in villa Gartha, in* Gruppenbach.

Gartha. Gruppenbach.

Inter

Inter alia dedit quoq; mancipia fere quinquaginta, ad perſoluendum duos nummos, ſecundum ius cenſualium, contradicebat frater Conradi Stephanus: tanquam patrimonio non æqualiter ſecum diuiſo: ſed tamen conuentu in villa Odenheim, præſente Spirenſi etiam Epiſcopo Brunone, factoq; ſe rebus fratris penitus abdicauit, & facto fratris acquieuit: cui Abbas Bruno prædium Genſenſe, pro charitate reddidit. Teſtes huius actus. Bruno Epiſcopus Spirenſis.

Eggebertus, Comes Spirenſis.
Erckenbertus de Merlenheim, & Diemarus F. eius.
Volmaris de Schvvabenheim.
Gotefridus de Offenbach.
Guntherus de Viſchlingen, & frater eius Ludevvicus.
Eppo & Adalbertus de Veingen.
Ludevvicus de Bullickeim.
Rapertus de Ceiſenckeim.
Volmarius, Comes de Humburg, & F. eius Volmarus.
Eberhardus de Steinsberg.
Hartmannus de Vcklingen.
Marquardus de Dandſtat.
Racbvvinus de VValttorff.
Adalbertus de Gomeltingen.
Marquardus de Heimfelt.
Gotzoldus de Ertbach.
Egeno de Aſſenheim.
VVolframus de Muncenheim.
Sigefridus de Strasburg.
Megenbach de Setingen.
Heſſo de Gumprechtshouen.
Maſsilinus de Rietburg.
Adelbertus, Amelungus, Dietericus, Franci.
Bertholdus VVecil.
Anshelmus VVortvvinus, & alij.

Circa hoc etiam tempus, Vdilo de Stamheim, per manum Domini ſui Gottefridi Comitis, & Aduocati Hirſaugienſis, dedit, quicquid in eo loco habuit. Ipſi tamen comiti Abbas & fratres dedêre prædiũ in Blaichabe, vt illud annueret. Fuit Gottefridus ille, comitis Caluenſis Adalberti F. **Stamheimius Vdilo.**

Multa quoq; tunc dedit Hirſaugienſibus, quidam Spirenſis ciuis Bebo: vt calicem argenteũ 4. Marcarum, & quædam prædia ad Mulhuſam, atq; alibi: volens, vt ex eorum cenſu, quotannis 5. Marcas faciente, 1. Marca pro piſcibus & vino expenderetur: quibus in die omnium Sanctorum Monachis communiter ſeruiretur: de reliquis verò 4. Marcis, die purificationis Mariæ, & ſingulis omniũ Apoſtolorum ſolennitatibus, integro Verdungo & dimidio, piſces ad refectionem coëmerentur: vel, piſcibus non inuentis, aliud tale pulmentum compararetur. Hoc tamen obſeruato: vt, cum duorum Apoſtolorum natalis, in vno die eueniret (quod ter in anno contingit) non amplius, quàm in feſto vnius Apoſtoli conſtitutum eſſet, daretur. Tradidit item 2. Hubas in Conſtat: vt in Anniuerſarijs patris ſui, & matris, ſingulis diebus 1. quadrans Marcæ, qro piſcibus emendis perſoluerentur. Hæc autem omnia, pro remedio animæ ſuæ, & parentum ſuorũ, fratrisq; ſui VVolfelini, & omnium conſanguiniorum. Actum in capitulo Hirſaugienſi, coram Abbate Brunone, cunctaq; fratrum congregatione: vbi eidem Beboni data quoq; eſt plena fraternitas, ſicut vni ex Monachis. **Bebo Spirenſis.** **Conſtat.**

Eodem 1109. *anno, Indict. 2. 5. idus Septemb. feriâ 5. dedicatum eſt Zuifaltenſe Templum, à Gebehardo Conſtantienſi, & VVidone Curienſi, Epiſcopis: in honore S. Trinitatis, ac S. Dei genitricis, & S. crucis, omniũq; Sanctorũ. Qui Gebehardus fertur ſequenti A. 2 idus Nou. eſſe defunctus.* **Dedicatio Zuifalt. Templi.**

Anno 1110. *& circà, mos erat publicus Auguſtæ Vindel. aut Rhætiæ: vt viri æquè, ac puellæ & mulieres, plegmata, ſiue intortos longorum capillorum cincinnos, venuſtatis gratiâ geſtarent. Simul etiam Epiſcopo ſuo, quoties is balneis vteretur, eiues duo cingula, vel ſuccinctoria, & Sacellano eius 40. nummulos, offerrent. Item, vt Reſpub. Epiſcopo quotannis, de publicis ciuitatis teloneis, VI. & pro vectigali, conductuque eorum qui aliunde ad Michaëlicas nundinas per ipſius territorium Auguſtam tranſirent, IIII. item ſi quando ad Cæſarea Comitia proficiſceretur, X. aſſes* **Virorum, vt & fœmmarum, Auguſtæ Rhatiæ plegmata.** **Aliaq; eius vrbis conſuetudines.**

ſeu libellas nummorum, contribueret. Marc. Hennin. ex Chronic. Achilleo: ὃ μὲν πολεμικώτατος καὶ φιλόπονος φίλος.

Rex Henricus V. Diplomate Sacroſancto, tum Epiſcopi per Auguſtanam ciuitatem iuriſdictionem, tum Canonicorum fratrum ibidem reditus, Miniſterialiumque illorum officia & ſumptus, ab Aduocati Prætoriſque (deß Landt vnd Stattvogs) in eadem ciuitate munijs: adhac à ciuium antiquis prærogatiuis, tam in criminalibus pœnis, quàm in alijs mulctis, certis conditionibus terminisq; diſertè diſcreuit. Indidem.

Henrici Regis in Italiam armata profectio.

Idem Rex, vt Imperialem conſecrationem de more à Papa ſuſciperet: Italiaque ciuitates, pace danda, & iure ex antiquis legibus dicendo, rurſus Germaniæ Regno vetere inſtituto coniungeret: licet multos crinita ſtella, quæ menſe Iunio apparuerat, terreret: circa menſem Auguſtum vndiq; moueri exercitum, quem XXX. millium conſcripſerat, imperauit. Eius vnam partem, ipſe per montem Iouis duxit: alteram, per vallem Tridentinam immiſit. Qua re Pontifex Paſchalis cognita: principes Italiæ contra eum arma capere, maximis copijs coactis, iuſſit. Henricus, partibus exercitus in Italia rurſum coniunctis: Mediolani a Chryſolao Archiepiſcopo Inſigne Regum ſuſcepit. Deinde, cum Domina Mathilde pacem fecit, viribus metuenda.

Gotteſawa.

Eodem 1110. anno, Indict. 3. 17. Kalend. Septemb. Rex Henricus, omnia iura Monaſterio Godesbovvæ, vel Gotteſavva (ſito in Teutonica Francia, in Epiſcopatu Spirenſi, in pago Albiegovva, in comitatu Forcheim, in ſylua Lußhart, iuxta fluuium Albam) confirmauit Spiræ. Conditum id erat à quodam comite Bertholdo, vxore Lutgartha, filio Bertholdo, filiabus Lutgartha & Mathilda: & commiſſum Abbati Volpotoni, eiusque ſucceſſoribus: traditumque D. Deo, S. Mariæ, omnibus S. Apoſtolis, & S. Benedicto. Contulerat eôdem prædia: ipſum locum Godesbovvam, & aliam Godesbovvam, Dagemaresdunch, Brudam, Gundelingam, Staffertum, Alterichesdorffum, Bernfol / Barchuſen / Grezingen / Grasſingeruß: vineam in Hohenbergk / in Bußlat vnam Huobam, Hichelmhowam.

Tulshuſen.

Capella Tulßhuſen / dedicata fuit à Conſtantienſi Epiſcopo Gebehardo 3. in nomine Chriſti, & honore S. Mich. Archangeli, anno 1110. 7. idus Ianuarij. M. Scr.

Viuebant hoc tempore, Gotfridus, ditiſsimus comes Caluenſis: & Luitgardis Zeringana, Berchtoldi tertij filia, vxor illius. Quorum filia, Vtha, Guelphoni nupta. Vide infrà 1129. Berchtoldi frater, erat Conradus ſup. lib. 7. cap. 3.

In Gallia, Philippo Regi 4. Cal. Aug. Meloduni mortuo, filius ſuus Ludouicus ſucceſsit, cognomento Craſſus: qui 28 annos regnauit.

DE GAMVNDA, vel Gamundia, SVEVICA ciuitate.

De Gamundia ciuitate.

Sita eſt hæc ciuitas Imperialis in parte Sueuiæ, vbi vallis Remſiæ eſt: & ante tempora Caroli M. ethnici Germani habitauerant. In notitiam veniſſe putatur ſub Friderico Antiquo, aut Friderico ἑτεροφθάλμῳ, vnioculo, Antiqui F. Duce Sueuico, circa 1090. & 1110 annum Chriſti Muro eam vnioculus cinxiſſe fertur. Aucta deinde ſub Ducibus Sueuiæ eſt: præſertim ſub Conrado 3. Rege Roman. & Friderico Barbaroſſa Imp. Fuit huius familiæ habitatio quondam in arce Hohenſtauffa, & Lorcha: item in pago VValthuſa, vbi ſuum habebat tabularium, ſeu cancellariam. Ab

VValthuſa.

illis donata & ornata eſt Gamundia iure ciuitatis & priuilegijs: quemadmodum aliæ quoq; huius regionis ciuitates: Gœppinga, Reutlinga, Eslinga, Vlma. Excolere ſtuduit, & benè munire, ceu amœnum hortum hæc inclyta ſtirps ſuam Sueuiam: cuius ciuitates Imperiales multæ, ei initia ſuorum incrementorum & ornamentorum meritò accepta referre debent.

Kaiſersgereut.

Thierach.

Gamundia, primò nomen habuit Kaiſersgereut: quaſi dicas eruncatum & excultum à Cæſare locum. Deinde, Thiergarten: quod viuarium & hortum ferarum ſignificat. Ergo, propter amœnitatem loci. Vnde adhuc riuo, qui per forum ibi fluit, Thieraich nomen eſt. Poſtremò, Gamunda nuncupata eſt, tanquam gaudia Mundi, Germanicè Gmynd. Frequenter namque Proceres illi Sueuici, alijque Principes & nobiles, ludis ibi equeſtribus, alijsque honeſtis celebritatibus, ſe exercuerunt & exhilararunt. Huic rei inſeruiebat foſſa, ſub Monaſterio Auguſtiniano, ſagittaria vel iaculatoria dicta, der Schießgraben: cui etiamnum eſt nomen, Torneatoria foſſa, der Turniergraben. Reperta eſt & altera cauſa appellationis Gamundæ, in libris Lorchenſium Monachorum: ſiue vera, ſiue facta. Quodam tempore, inquiunt, vxor Friderici Antiqui, Domina Agnes, annulum deſponſationis ſuæ, illo in loco perdiderat: magnoque inde dolore affecta erat. Tum Dux Fridericus, publico ſcripto munus egregium repertori promiſit.

Annuli perditio.

Oppidi

Oppidi etiam in loco ædificationem, vbi annulus eſſet repertus, vouit. Igitur cùm diu quæreretur: ibi repertus eſt, vbi nunc Gamundia cernitur. Cuius oppidi tunc initium factum, & Gamunda vocata, putatur: quod nomen ei à Friderico impoſitum ſit: quaſi diceret: Gaude Munde, annulus repertus eſt. Sed hæc mittamus, cùm certa non ſint. Nam poſtea alibi inueni: non Gamundam, ſed cœnobium quoddam, illâ cauſa conditum fuiſſe. Inſignibus donata eſt ab illis Heroibus, monocerote albo in campo rubro.

Excoluêre Gamundani progreſſu annorum multi nobiles & honeſti viri: Yckingeri, Rinderbachij, VVolfihalij, VVinckerthalij, Steinheuſeri, Hagij, Nittelij, Rauhemij, Feirabendij, Leintzelij, Heberlingi, Bolſtattij, Horckhaimeri. Gulij, Marbachij, Thainbuchij, Fetzeri è Bragenhofa, Alvvichi, Stæbenhaberi, Zeiſelmylleri, Curtzij. Haugij, Burgeri, Guſregenij. Gamund. nobiles.

Arces confractæ, circa Gamundam: Eitakofen, Brogenberg, Eitzelsburg, Rinderbach, VVolfsthal.

Monaſteria Gamundiana Auguſtinianum Eremitarum, à Rege Conrado fundatum. Deinde, Prædicatorum. Præterea, Minorum vel Nudipedum: à nobili viro VValthero Rinderbachio conditum: in quo S. Franciſci Diſcipulus, frater Dauid, humatus. Monaſteria.

Extra oppidum, cœnobium fœminarum Auguſtinianæ diſciplinæ: nunc ſub Prædicatoribus, vel Dominicanis: ædificatum à ciuibus Gamundianis Schaupenſibus, circa 1240. Templum Gamundiæ primarium, præclarum: liberalitate egregiorum ciuium conditum: & S. cruci, ac B. virgini Mariæ dedicatum. Ibi inter alios nobiles viros, & ciues, ſepultus etiam Epiſcopus Auguſtanus, Henricus de Schœnæck, anno 1368. ante ibi Præpoſitus. Templum.

Olim autem ius Eccleſiæ Gamundianæ, ad Lorcham pertinuit: vbi ſedes capituli erat. Et anno 1297. Lorchenſis Abbas, aliquot præbendas pagi Lorchenſis, & Gamundiæ Eccleſiam S. Iohannis, collegio canonicorum Auguſtæ tradidit.

Extinctâ autem 1269. cum Conradino hac illuſtriſſima Ducum Sueuiæ familia: Gamundia ad Imperium vênit: & ab eo tempore Imperialis ciuitas manet.

Verùm enimuerò cùm nullum ibi nauigabile flumen ſit: nec via aliqua Regia populoſa: nec vitifera & frugifera magnopere (σιτοφόρος καὶ ἀμπελοφόρος) *terra ſit: mercaturam ciues exercent, eamque in longinquas terras. Opificia ibi ſunt præcipua, fœniſeciorum: & globulorum ex cryſtallo, ſuccino, oſſibus, ligno: per quorum globulorum foramen funiculus, aut neruus, trajectus, inſeruit illis: qui globulorum numero preces ſuas metiuntur. Vulgò Pater noſter vocant. Talia in Galliam, Italiam, & aliò, exportantur. Inde, in Turciam quoq. Ipſi contrà emunt ab exteris, & importani, gemmas, aromata, vina Italica, ſericum, bombycinum: cuius filatione mulieres vitam tolerant.* Opificia.

Pagi hodie Gamundiani ſunt: Straßdorff / Oberbetringen / Underbetringen / Bargen *(vbi arx)* Mecklingen / Jckingen / Herlinkofen / Huſſenhofen / Zimmert / Mutlangen / Spraetbach / Wetzgew. *Templa in vrbe. 1. S. Mariæ. 2. S. Ioannis. 3. S. Viti. 4. S. Michaëlis. 5. S. Sebaldi. 6. Fanum hoſpitalis. 7. Sacellum S. Nicolai. 8. Sacellum S. Georgij, quod Lutherani petierunt. Monaſteria. 1. S. Auguſtini. 2. Nonnarum domus adiuncta, ægrotos curantium. 3. Dominicanorum. 4. Nudipedum. 5. extra ciuitatem proximè, Gynæceum clauſum, amplius centum Monialium.*

Hæc de Gamundia, in præſenti ſufficiant: partim ex M.Scr. chartis, partim ex notitia certa, ſumpta. Si quid amplius occurret: ſuis temporibus annotabitur.

HENRICVS V. ROMÆ IMPERATOR CORONATVS. SEPVLTVRA Henrici IIII. per ipſum, & Spirenſibus priuilegium datum. Op. Imperiale Reutlinga. Papæ Paſchalis aduerſus Imp. Henricum inconſtantia. Rotemburgum ad Neccarum. VVirtembergenſes comites. Ibi & Landauij. S. Bernhardus Burgundio Ciſtercienſis. Epiſcopi, Guido Curienſis, & Vlricus Conſtantienſis. Nuptiæ Henrici Imp. Murenſe Monaſterium. Diſſidium inter Imp. Henricum & Saxones. Patrimonium S. Petri.

CAPVT V.

ANNO IIII. Rex Henricus Florentiæ natalem Domini celebrauit, cum ingenti & mirando apparatu, ac Florentinis nunquam viſo: quo maximè fuerunt delectati omnes. Romam deinde profectus, ſummo honore exceptus eſt: & in ſuperioribus vaticanæ Baſilicæ

 gradi-

Henrici coronatio Romæ.

gradibus, Paſchalem cum cardinalibus ſedentem, veneratus eſt. Orto poſtea diſsidio: papam, multosque alios, cepit: atque Vlrico (fratri Henrici ab Eppenſtain, Reguli Charionum: inquit Auent. lib. 6.) Monachorum diui Galli in Sueuia Antiſtiti, Patriarchæ Aquileienſi, commendauit. Quod Romanis ægrè ferentibus: cruenta pugna cum vtriusque partis magna clade commiſſa eſt: atque Rex cum captiuo Pontifice exceſsit. Tandem Sacerdotiorum collationem cùm extorſiſſet (ie à bonis viris præſertim Guelphone 5. Boiorum Duce, Mathildæ marito, transacta) Papam in vrbem reduxit: ab eoque poſt octauas Paſchæ, in æde S. Petri, ante confeſsionem, coronâ Imperatoria redimitus, & Auguſtus conſecratus, eſt. Tunc magnum gaudium, ex pacis reſtitutione ortum eſt. Imperator poſtea, cùm honorificentiſsimè pontificem, & Senatum eius, muneraſſet: ab ipſis fauſta cum precatione dimiſſus, in Germaniam rediјt: ac menſe Auguſto, magno in conuentu Eccleſiaſticorum & principum, patrem quinto poſt mortem eius anno, perquam honorificè ſepeliuit.

Henrici 4. ſepultura.

Qua de re, beneficijs vrbi Spirenſi ab hoc Imperatore præſtitis, eſt Scriptum hoc, aureis literis in cupro, & portæ majoris Templi inſertum.

Omnibus Chriſti noſtrique fidelibus, tam futuris, quam præſentibus, notum fieri volumus: qualiter nos pro remedio animæ chari patris noſtri felicis memoriæ, Henrici Imperatoris, conſilio ac petitione Principum noſtrorum: Friderici videlicet Colonienſis Archiepiſcopi, Brunonis Treuerenſis Archiepiſcopi, Chunonis Argentinenſis Epiſcopi, Vdalrici Conſtantienſis Epiſcopi, Othonis Babinbergenſis Epiſcopi, Burcardi Monaſterienſis Epiſcopi: Hermanni Auguſtenſis Epiſcopi, Friderici Ducis: Comitum quoq; Godfridi de Caleben, Friderici de Zolra, Hartmanni de Dillinga, Berengarij de Sulzbach, Gerhardi de Gelra, Henrici, Dudonis, Stephani, Gerungi, VValteri in ipſa die ſepulturæ eius, omnes, qui in ciuitate Spirenſi modò habitant, vel deinceps habitare voluerint: vndecunq; venerint, vel cuiuscunq; conditionis fuerint: à Lege nequiſsima & nefandâ: videlicet à parte illa, quæ vulgò Budeil *vocabatur: per quam tota ciuitas ob nimiam paupertatem adnihilabatur: ipſos, ſuosq; hæredes, excuſsimus. Ne verò aliqua perſona, maior vel minor: non aduocatus, nec eorum naturalis Dominus: illis morientibus, de eorum ſupellectile quicquam auferre præſumat interdiximus. Et vt omnes liberam poteſtatem habeant ſuis hæredibus relinquendi, vel pro anima ſua dandi, vel cuicunq; perſonæ dare voluerint: ipſo Spirenſi Epiſcopo Brunone in pulpito aſtante & conſidente: conceſsimus & confirmauimus: ea tamen interpoſita conditione: vt in Anniuerſario patris noſtri, ſolenniter ad vigilias & ad miſſam, omnes conueniant; candelas in manib. teneant: & de ſingulis domibus panem vnum pro eleemoſyna dare, & pauperibus erogare, ſtudeant. Vt autem hæc noſtra conceſsio & confirmatio rata & inconuulſa omni æuo permaneat: & ne aliquis Imperator aut Rex, vel Epiſcopus aut comes, vel aliqua poteſtas, maior vel minor, infringere audeat: in perpetuã ſpecialis priuilegij memoriam, hoc inſigne, ſtabili ex materia, vt maneat, compoſitum: literis aureis, vt decet, expolitum noſtræ imaginis interpoſitione, vt vigeat, corroboratum: in ipſius Templi fronte, vt pateat, amittente noſtrorum opera ciuium, conſtat expoſitum: ſingularem erga ipſos continens noſtræ dilectionis affectum. Data XIX. Kalend. Septembris, Indictione quarta: anno Dominicæ incarnationis M. C. XI. Regnante Henrico V. Rege Romanorum, anno ſexto: imperante primo. Actum eſt Spiræ in Chriſto feliciter. ſub Brunone venerabili Præſule, Spirenſi Eccleſiæ præſidente.*

Spirenſium priuilegium.

Budeil.

Budeil/ideſt, Beut heil: *præda pro remedio & ſalute animæ defuncti.*

In ciuitate Imperiali Reutlinga, abominandum quoddam ſimulacrum ſtat ad Noſodochеum, Marti ſimile: ab incolis eius loci quondam, cum adhuc gentiles eſſent, cultum: ſub quo hæc verba ſunt.

Reutlingæ idolum.

Da man zahlt IIII. Jahr:
Wär dieſe Figur gemacht fürwar.
MARS G. M. C. XI.
Vorzeitten war diß ein Abgott:
Jetzt iſts bey den Chriſten ein ſpott.

Eodem anno, Bruno vir nobiliſsimus (quippe filius materteræ Henrici Imp.) factus eſt 2. Abbas Schyrenſis Monaſterij in Bauaria, ex Hirſaugia accitus. Obijt 1127.

Berytus.
Sidon.

In Palæſtina, Berytum Rex Balduinus cepit, 23. April. in qua vrbe ius Rom. olim docebatur: quod rarò vrbibus concedebatur. Sidon. 19. Decemb. à Rege Danorum & Noruegiorum, qui eò nauigauerat, capta eſt.

Anno

Anno 1112. *Paſchalis, concilio in Lateranum vocato, notatus eſt: quòd Henricum, capto Pontifice, & Eccleſiaſticis malè tractatis, ad Imperiale faſtigium prouexiſſet & indigniſsimo Priuilegio ornaſſet. Ipſe verò, ſe neceſsitate coactum feciſſe reſpondit. Aliter enim populi ſtragem, vrbis incendia, vaſtationem agri, vitare non potuiſſe. Tunc Engoliſmenſis, ex Aquitania legatus, Epiſcopus Gerhardus, illud non priuilegium, ſed prauilegium, vocans: effecit, vt irritum, centum ferè Epiſcopis ſubſcribentibus, pronunciaretur. Atqui Paſchalis antehac, Imperatori, quem coronauerat, dixerat in hoſtiæ confractione: cùm ipſe partem ſumpſiſſet, partem illi porrexiſſet: Sicuti pars hæc viuifici corporis diuiſa eſt: ita diuiſus ſit à Regno Chriſti, Domini noſtri: qui pactum hoc violare tentauerit. Sigon. Hac proinde inconſtantia Papæ factum eſt: vt inter alios, etiam Moguntinus Archiepiſcopus Adalbertus, & Saxoniæ Dux Lotharius, ab Imperatore deficerent. Alexius quoq; ille malignus Imperator Orientis, per legatos & literas Pontifici & Romanis gratias egit: quòd tale de Henrico iudicium feciſſent. Se cupere coronam Imperij à Papa accipere, aut Ioanni F. tradere. Vrſperg. & alij.*

Paſchalis prauilegium.

Alexius, Imp. Græcus.

Eodem 1112. *anno (quem numerum Munſterus in Coſmographiæ ſua, & Latinæ lib. 3. cap.* 335. *& Germanica lib* 3. *cap.* 331 *ponit) tempore Henrici* 5. *(vt in M. Scr. Annotatis inueniebam) die* 3. *Ianua. oppidum Neccaricum quod* 1. *milliare à Tybinga diſtat, ROTEMBVRGVM, magno terræmotu, & inundatione aquarum, totum corruit, & perditum eſt. Poſt* 59. *autem annos, anno ſcilicet Chriſti* 1171. *iterum ab Hohenbergenſi Comite Alberto conditum eſt. Ac tunc nomen Rotemburgi accepit: cùm antehac Landſort, vel Landsfurt, vel Landskron, appellatum fuiſſet. Sic, ex locis à me citatis, de Annorum numero. Nauclerus verò, plus centum annis poſteriora hæc facit. Verba enim eius,* 2. *Volum. Generat.* 43. *ſunt: Anno M. CC. LXXX. oppidum Rotenburg. ad littus Neccheri: fluminis Sueuiæ ſitum (quod nuper terræmotu funditus corruerat) conſilijs & impenſis Alberti Comitis de Hohenberg, iactis fundamentis, atq; repoſitis ad priſtinum decorem ædificijs, pulchrè admodum reſtituitur. Ac videtur mihi hoc Naucleri tempus, priore propius ad verum accedere: ita, vt apud Munſterum, atq; in M. Scriptis, legendum ſit, Anno* 1212. *(remotis verbis illis, Tempore Henrici V.) quia in M. Scr. illis poſt aliquot res ſequitur: Anno* 1276. *ſupradictus comes Albertus, locum dedit in oppido recens ædificato Rotemburgo, ad inædificandum fratribus S. Dominæ noſtræ, Monaſterium: quod & factum eſt: nempe* 5. *anno poſt inſtaurationem oppidi. Ergo id* 1271. *inſtauratum eſt.*

De Rotemburgo, Nicri oppido.

Dirimitur autem Rotenburgum, interfluente Nicro, in duo oppida: quorum alterum, quod trans fluuium eſt, Ebinga vocatur. Vtrunque olim, vnà cum oppido Horba, comitibus Hohenbergenſibus parebat: hodie verò, Archiducibus Auſtriæ. Reſtat adhuc particula muri veteris Landskronæ, paulò ſupra Rotemburgum. Vnde conijcio, illam non ad Neccarum ſtetiſſe: ſicut hodiernum Rotemburgum ab eo interluitur.

DE COMITIBVS VVIRTEMBERGENſibus. Chart. M. Scr.

VVirtemberg. Comites huius temporis.

Conradi, primi appellati VVirtembergenſi Comitis, filij.

- *Vlricus, Comes VVirtẽb.* 1112. *vide ſup. lib.* 7. *cap.* 8.
  - *Vlricus, Comes VVirtemb. Baro Beutelſpachenſis.* 1165.
  - *Ioannes, Aulicus Friderici luſci, Ducis Sueuiæ, gener Badenſis March. Rudolfi.* 1121. *Inde Ludouicus, & alij liberi. Infrà lib.* 10. *cap.* 12.
- *VVernherus, Dominus Græningenſis.* 1100. 1120.
  - *Egon —— Ludouicus —— Egon II. ex Agatha, comitiſſa Hohenbergia, natus.*
  - *Hailvvildis* 1140. *prima Abbatiſſa in valle S. Crucis, à fratre Egone facta. Vide verò infrà lib.* 10. *cap.* 4. *Nam verius Egonis II. ſoror eſt.*

Egonis 2. A. 1204. filij.
- Hartmannus, Græning. & Landoicus. Obijt 1273. Conradus 1287. Hinc cognatio Landauienſium cum VVirtembergenſibus Comitibus cernitur. vide Dodec. 3. lib. 3. cap. 16.
- Hermannus, Græning. Obijt 1278. cuius vxores: Eliſabeta Ortenburgia, & Agnes Achalmenſis.
  - Hartmãnus, Græning. Obijt 1280. viuens anno 1275. ibi vide. Beatrix, vel Adelhaida: nupta Duci Teccenſi Lytzelmanno.
    - Conradus. 1292. Ludouicus, Græning. & Landoicus. Eberhard. Landoicus: Denckmuta, Abbatiſſa Offenbuſæ. Anna, Monacha Offenbuſæ
      - Conradus. Eberhardus. Ludouicus. vxor Iutta Gundelfing. Chriſtoff. à Landau. Petrus à Landau, Dux Venet. 1539.

De S. Bernhardo. S. Bernhardus, oppido fontanis, vel caſtellione caſtro, Burgundiæ, oriundus: ingreſſus eſt anno ætatis ſuæ 22. Ciſtertienſem ordinem, anno 1112. vel 1113. Fundauit in vita ſua 140. aut 160. monaſteria ſui ordinis. Dictus (inquit Antoninus part. 2. Tit. 17. cap. 15.) Ber, id eſt fons, diuinâ ſapientia profundus: & Nardus, quia paruus humilitate, munditie vitæ flagrans. At eſt Germanicum vocabulum: hart/wie ein Bäer: Durus, vt Vrſus. Hic in ſua iuuentute (aiunt) libidine tentatus: eam ſtando in frigida aqua reſtrinxit. Nocte quadam à muliere ter appetitus, παραδείς: clamauit toties, Latrones latrones latrones. Soror eius aliquando magnifico cum apparatu in ipſius cœnobium veniens: ab eo non eſt admiſſa: ſed à Portario, σκῶρ ἐντετυλιγμένον appellata. Ita ipſa pœnitentiam egit ad humilitatem.

Nomen eius.

Caſtitas.

Dedicatio Monaſterij S. Petri. Anno 1113. Indict. 6. anno. 7: Henrici V. 2. Calend. Octob. dedicatum eſt Monaſterium S. Petri ſeu Voraginis ignis, ab Epiſcopo Curienſi VVitone; in honore ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, & victorioſiſſimæ crucis: Beati Petri Apoſtoli, & omnium Apoſtolorum: Domino Vdalrico, Conſtantienſis Eccleſiæ nouiter electo Epiſcopo (ſic, in M. Scr. quodam. Etſi Bruſch. eum ad 1116. annum refert) præſente, & annuente: ac plurimis religioſis Abbatibus & ſacerdotibus: nobilibus & ignobilibus vtriuſque ſexus hominibus, vndique congregatis. Erat ille VVito, vel Guido, Sueuus, Canonicus Auguſtanus. Is altero anno, in comitijs Baſilienſibus, ab Imp. Henrico confirmationem ſuorum priuilegiorum accepit. Vlricus verò, ſingulari fauore Henrici factus Epiſcopus, Comes Dillingenſis & Kyburgenſis fuit: ex conſanguinitate S. Vlrici, Epiſc. olim Auguſtani. Præfuit annos 10. (vt Bruſch. ait, Sed ex M. Scr. colligo 14.) confirmatus à Pont. Gelaſio 2. conſecratus ab Archiepiſcopo Mediolanenſi. Ædificans dotauit de ſuo patrimonio, Monaſterium Canonicorum Regularium S. Auguſtini CREVTZLINGAM, extra Conſtantiæ oppidum in Turgouia ſitum. Inſtaurauit penè collapſum Xenedochium pauperum: à S. Conrado quondam conſtructum, liberaliſſimeque dotatum. Impetrauit quoque à Calliſto 2. P. ãno 1120. vt è tumulo leuaretur, & Diuis accenſeretur, idem hic Conradus: 144. anno poſt, quàm diem obijſſet. Incidit Epiſcopus Vlricus in epilepſiam: & eâ conficiente, anno 1127. vitâ defunctus eſt: atq; in choro cathedralis Templi ſepultus.

VVito, Curitenſis Epiſcopus.

Creutzlinga Monaſt.

Lotharius (al. Luderus) Dux Saxoniæ, duxit filiam Heinrici Craſſi, & Gertrudis comitis Rikenzam (Rixam) ex qua nata filia Gertrudis, nupſit Duci Bauariæ Heinrico, peperitq; Heinricum Ducem. Stadens.

Henrici V. Imp. nuptiæ. Anno 1114. Imp. Henricus, indicto conuentu Moguntiæ: nuptias poſt Epiphaniam Domini auguſtiſſimè inſtituit, à quibus vix vllum de Magnatibus abeſſe voluit. Eas igitur cum Regis Angliæ filia Mathilde, dudum ſibi deſponſata, celebrauit. Vrſperg.

Muri cœnobiũ. Idem Henricus, in ciuitate Baſilea confirmauit Abbatiam cœnobij Muri: quod anno 1030. à Rapotone, Altenburgenſi Comite, Rudolphi fratre, Caſtelli HABSPVRGI fundatore, conditum erat. In illa confirmatione ſunt hæc verba In Regno noſtro, Regulare quoddam Monaſterium ſitum eſt: in prouincia ſcilicet Burgundia, in Epiſcopatu Conſtantienſi, in pago Ærgovv, in Comitatu RORE: quod Mure nuncupatum eſt, &c. Teſtes ponuntur.

Pagus Aergoia.

Fridericus, Dux Sueuiæ.
Berchtoldus, Dux Zæringiæ.
Gotfridus, Palatinus Rheni.

Herman-

Hermannus, Marchio Badenſis.
Burcardus, Epiſcopus Monaſterienſis.
Rudolfus, Epiſcopus Baſilienſis.
Guido, Epiſcopus Curienſis.
Arnolfus, Comes Lentzburgenſis, } *fratres.*
Rudolfus, Comes Lentzburgenſis, }
Adalbero, Comes Froburgius.
Adalbertus, Comes Haſenbergius. Stumpf. lib. 7. cap. 8. de Aergoia.

Lentzburg. Comitatus. Haſenberg. Comitatus.

Arovv, paruum, ſed amœnum oppidum eſt, ad dextram Arolæ fluuij, 1. milliari magno ſub Arburgo, oppido & arce in Aergoia. Ibi fuit vetuſtum caſtellum Rore comites habens, qui dudum extincti ſunt. 7. Stumpf. 34. Arovv oppidum.

Eodem anno fundatum reperio (in Chart. M. Scr.) in regione Donavverdæa, vbi Danubius, Monaſterium Cæſarienſe, à generoſo Comite Lechsgmyndano Henrico. Quod quia Bruſchius ad 1133. Chriſti refert: ibi & nos de eo dicemus. Cæſarienſis Monaſterij fundatio.

Anno 1115 cùm Saxones iam ante aliquot annos, propter Ducis cuiuſdam Vlrici mortui bona quæ Imp. Henricus viri Regni vendicabat, ab eo defeciſſent, & cæſi eſſent: rurſus tunc armis Imperatoriis, Sueuorum, Bauarorum & Rhenenſium, petiti ſunt. Prælio in loco VVelperboltzio (VVelphonis ſylua, vbi op. Helmſtetum) commiſſo: cecidit Comes Mansfeldenſis Hogierus, præclarus inter primos bellator: à Comite VViperto de Greutſch confectus. Qui cùm eſſet Saxonum Dux: tranſierat ſpe Ducatus Saxoniæ ad Henricum. Sepultus eſt in Monaſterio Mansfeldico. Cuius ſaxeum ſepulcrum, & gladium vidiſſe ſe ait Chronographus Paulus Langius, anno 1518. Cuius gladij capulus, fere vnius cubiti longitudine ſit. Dux in eo prælio contra Henricum fuit Saxonum, Epiſcopus Halberſtatenſis Reinhardus: ac victor extitit: & cæſis de parte Imperatoris, communione ſepulturæ interdixit. Vrſperg. & alij. Henrici Imp. cū Saxonibus bellū. Helmſtet op. Hogier Mansfeldenſis.

Calendis Nouemb. cùm Imp. Henricus conuentum Moguntiæ ageret: præter paucos Epiſcopos, ferè nemo procerum aderat: quòd ſcilicet Papalis contra illum excommunicatio gliſceret. Qua occaſione Moguntini arrepta: armati concurrentes, Imperatorem coëgerunt: vt Archimyſtã ipſorum Adalbertum (quem iam tres annos in cuſtodia arctiſſima, propter eius contra ſe conſpirationem tenuerat) dimitteret. Vrſperg. Moguntiæ conuentus Imperatorius.

Obijt hoc 1115. anno, 8. idus Ianu. Ermenoldus qui fuerat primò Hirſaugienſis Monachus: deinde, Lauriſſenſis Abbas, à Rege Henrico V. inſtitutus: vbi magna cum ſanctitate fratribus præfuerat. Verùm, cùm frater eius Henrico dona quædam obtuliſſet: quod fratrem ſuum tanto honore dignatus fuiſſet: Ermenoldus, re audita, ne in labem Simoniæ incurreret, Abbatiæ valedixit. Aliquanto tempore pòſt ab eodem Henrico ad aliam Abbatiam vocatus: nec accipere, nec occurrere, voluit, vt ab Eccleſia abſciſſo. Ioan. Parſimon. Ermenoldus.

Hoc tempore, cœnobium Claræuallis prope Mediolanum, ſub Abbate primo S. Bernhardo fundatum eſt. Claræuallis Monaſterium.

In Italia, Domina Mathildis 9. Calend. Aug. è vita diſceſſit, annos 76 nata: relictis permultis in Hetruria bonis ſedi Romanæ: quæ Patrimonium Petri nominata ſunt. Patrimonium.

Exeunte hoc anno (auctore Sigon.) Imp. Henricus, iterum in Italiam, cum vxore & familia ſua traiecit, pacis cum pontifice ineundæ cauſâ. Alibi, hæc profectio ad ſequentem traijcitur annum.

Apud Phœnices, Tyro Archiepiſcopus datus eſt VVilhelmus Anglicus: etſi etiam inuenio, modò 1124. anno captam eſſe. Tyrus C.

Hodierno die, quo huc veneram ſcribendo, qui erat X. Febru. 1591. M. Erhardus Cellius, Decanus Philoſophicæ facultatis, Poeticæ apud nos Profeſſor, creauit 27 Magiſtros, carmine Latino prolixo, ſuauiſſimè pronūciato: primus in Tybingenſi Academia hoc præclarè faciens.

SYNODVS PASCHALIS P. ADVERSVS IMP. HENRICVM. HIC ITErum in Italiam. Erlongus VVirceburgi Epiſcopus, & Conradus Sueuiæ Dux, inuicem oppoſiti. Germaniæ Pontificia turbatio. Res à Friderico vnioculo, Duce Sueuiæ pro cæſare Henrico fortiter geſtæ. Manigoldus Sangellenſis Abbas. Henricus Imp. mancipium Paſchalis. Imp. Orientis, CALOIOANNES Comnenus. Virorum & fœminarū diſciplina in Zuifaltenſi cœnobio. Friburgum Briſgoiæ, conditum: Tertius Hieroſoly. R. Balduinus Burgenſis.

CAPVT VI.

ANno 1116. Pont. conciliū Romæ ad 2. nonas Mart. in Laterno habuit: vbi retractata ſunt, Paſchalis P. cōtra illa Imp. Henricum.

illa, quæ ille antea Imperatori largitus fuerat. Summâ, is ab Eccleſiæ ſocietate excludebatur. Legatur Vrſpergenſis.

Cùm ſenſiſſet Henricus, ab Imperij Principibus Coloniæ tractari de alio Cæſare legendo: eos, miſſo Herbipolenſi Epiſcopo Erlango vel Erlongo, placare ſtuduerat: veniam petens, & correctionem pollicens, ſi quid hactenus peccaſſet. Id verò fruſtrà fuit. Itaque & Erlongus ab eo defecit. Quare Imperator irâ ſuccenſus: DVCATVM Orientalis Franciæ, qui ad VVirceburgenſem Epiſcopatum antiquitus pertinebat, Cunrado Sueuo, ſororis ſuæ Agnetis filio, commiſit. Inde in Italia cum ſuis eſſe maluit, quàm in Germania: vt ita cum Pontifice tranſigere, & res vtiliter adminiſtrare, poſſet. Ibi verò Erlongus ſe Henrico acerrimè oppoſuit: Ducatum ſuum fortiter defendit: curauitq́, vt deinceps gladius vaginâ vacuus, à miniſtro ſibi præferetur. Huius rei ipſe primus auctor fuit: quam ſucceſſores eius omnes adhuc tenent. Aliàs non vtebatur inflato titulo, ſed hoc: Erlongus, Dei gratiâ, VVirceburgenſis Eccleſiæ humilis miniſter. Obijt 1122. poſt integri quadriennij grauiſſimum morbum.

Ducatus Franconiæ, Sueuo Conrado Hohenſtauff. à Cæſare datus.

Italiam Imp. Henricus repetit.

Erlongi, VVirceburg. Epiſcopi audacia.

Eodem hoc 1116. anno, quia Rex in Italiam abierat (inquit Vrſperg.) ſciſſum fuit Regnum Teutonicum, poſt aliquot annorum quietem, in magnam perturbationem: vnoquoq́, quod ſibi rectum videretur, non alijs, faciente. Maximè itaque vaſtatio cœpit in Epiſcopatu VVirceburgico, per Conradum, fratrem Ducis Friderici. Occaſione poſtea data: vndiq́ latrunculi (Studenreuter/Heckenſiſcher) pullulabant: inuadẽtes, rapientes, occidentes. Præſulis præſertim Moguntini Adalberti, contra Regios, & horum contra illum, excurſiones, inſidiæ, violentiæ, extitêre. Oppidanorum ſeditiones: munitionum, locis inſolitis conſtructiones: arcium plurimarum inuicem deſtructiones: cædes ab vtriuſque partis equitibus: captiuitates, oppreſſiones, expilationes, agrorum vaſtationes: pacis deniq́ Dei, omniumq́ pactorum, violationes.

Germaniæ perturbatio, Cæſare abſente.

Terræmotus.

Anno 117.3. nonas Ianuar. (auctore Vrſperg.) horâ veſpertina, tantus terræmotus fuit: vt nemo tunc, antehac tantum ſe motum terræ vnquam ſenſiſſe diceret. Tonitrua, 3. Calend. Febru. terribilia: & 13. Calend. Mart nubes ſanguineæ, ab aquilone, per medium cæli ſe extendentes, vnicuique loco vicinæ incubantes. Alibi ſic inuenitur ſcriptum. In Sueuia, terra domorum inſtar ebullijt: & ſubitò in abyſſum delapſa eſt. Aër viſus eſt igne & ſanguine miſtus. Addit. ad Schaffnaburg. In Octaua S. Ioannis Euangeliſtæ, bis inter diem & noctem, terribilis vbique terrarum, terræmotus, montibus etiam ſciſſis: in Italia flumine Pado, inſtar fornicis eleuato. Dodechini Appendice ad Mar. Scoti Chronologiam. Credebatur extremus inſtare dies: ieiunia & orationes, per triduum in Italia factæ. Eclipſes, duæ Lunæ: vna, 16. Calend. Iulij: altera, 4. idus Decemb. teſte Tritenth. Erat autem hic 23. annus Vlrici Zuifaltenſis Abbatis: in quo (vt membranæ M. Scr. eius Monaſterij habent) 3. nonas Ianua. poſt veſperas, Monachis cœnantibus, terræmotus ingens eſt factus: quo multa ædificia, caſtella, oppida ſubruta ſunt, aut terræ hiatu abſorpta: maximè in Italia, vt Romipetæ dicebant. Montes etiam & colles, tunc defluxerunt. Cuius rei, ſignum: quòd Cloclea (ea vox ibi eſt. Sunt ne turres Templorum, in quibus campanæ? Glockenturn.) Cùm alijs æquè altis ædificijs, in Conſtantienſi ciuitate conſtituta, de caſtello MERCISBVRG (Mersburg) dicto, ante hunc terræmotum nunquam viſa, tunc cunctis cernentibus apparebant vniuerſa. In territorio Auguſtenſi quoddam caſtellum, HAIGIRINBVC nominatum, eſt euerſum. Mulier eiuſdem ciuitatis, in turri puerum lactans: omnibus ruina extinctis, ipſa quoque aceruo lapidum obruta (ſupr. lib. cap. 11.) & vix inuenta eſt. Solus infantulus, ſuper materiam collapſam ſedens, repertus eſt & viuus, & incolumis. In villa SVABACH, & in Sueuia, ante finem eiuſdem anni, nocte intempeſta, cælum rubuit triſte: cum rimis ſanguineis, & ſubalbis radijs. Sed & in Octobri, viſum eſt cælum ardere. Tunc pagani quoq́ dicti ſunt Hieroſolymam occultè ingreſſi eſſe: ſed à Rege Chriſtiano, qui ab obſidione cuiuſdam caſtelli redierit, mactati.

...rvabach.

Tunc turbata fuit grauibus Germania bellis: Sueuia præſertim, Franconiaque, armipotentes. Cauſa fuit, quod Imp. Henricus Conrado Sueuo dederat Franconiam, vt ſuprà dictum eſt.

Ciuile Germaniæ bellum.

His ergo de ciuilibus malis, ex Othone Friſing. huc ſpectantia referam. 1 lib. cap. 12. de rebus geſtis Frid. 1. Imp. Præter Fridericum & Conradum Sueuos, inquit, & Godefridum Palatinum comitem Rheni, vix è Principibus fuit, qui Principi ſuo non rebellaret. Fridericus, Sueuorum Dux nobiliſſimus, de Alemannia in Galliam, transmiſſo Rheno, transgreſſus: totam prouinciam, à Baſilea Moguntiam vſque (vbi maxima vis Regni eſſe noſcitur) paulatim ad ſuam inclinauit voluntatem. Nam ſemper ſecundum alueum Rheni deſcendens: nunc caſtrum in aliquo

Friderici Sueui luſci ſtrenuitas.

apto

apto loco ædificans, vicina quoq; coëgit: nunc vlterius procedens, relicto priore, aliud muniuit: vt de ipſo prouerbium eſſet: Dux Fridericus in cauda equi ſui ſemper trahit caſtrum. Erat in bellis fortis in negotijs ingenioſus, vultu & animo ſerenus, in ſermone vrbanus: donisq; tam largus, vt ob hoc maxima multitudo militum vltrò ad illum conflueret.

Rebus ad Rhenum arbitratu ſuo peractis: Moguntino Archiepiſcopo Alberto, ſeu Adalberto (omnium illius temporis Regni Principum verſutiſſimo & locupletiſſimo, & factionis aduerſus Imperatorem capiti) bellum indixit. Hinc, vaſtatis circumcirca cunctis: ipſam tandem vrbem maximo exercitu obſedit: Epiſcopi verò doloſa induciarum petitione, & reditus ad gratiam Imperatoris promiſſione perſuaſus, obſidionem ſoluit, exercitum dimiſit. Epiſcopus, reſpirationem à periculo nactus, Ducem magna manu inſequitur. Ei Dux cum reliquijs copiarum ſuarum fortiter occurrit, viriliterq; pugnantibus Alemannis: tandem ex parte Francorum Comes Emicho, cæterorum Anteſignanus, lethali vulnere accepto, occubuit. Qua re animis fracti Franci, verſi in fugam ſunt. Quos fortiſſimus Dux inſecutus: pluribus eorum occiſis & captis, Epiſcopum cum ſuis in vrbem reiecit. Ciuibus, qui propinquos & amicos miſerant, ea clades ita doluit: vt penè de ſuo Epiſcopo, vt mali auctore, pœnas ſumpſiſſent. Facta ſunt hæc, quantum comprehendo, anno 1117. *Domini. Priore verò anno, prædictus Albertus, & Saxonum Dux Lotharius (al. Luiderus, & Lutherus) alijq; Principes, valido exercitu caſtrum Lymburg (al. Lintburch) in territorio Spirenſi ſitum, quod ab amicis Imperatoris tenebatur, obſidione clauſerant. Cumq; oppidani, iam penuria cibariorum & fame coacti, caſtrum dedituri eſſent: & conſultantibus inter ſe, quid faciendũ eſſet, alij aliud conſilij darent: VLRICVS quidam de Horningen, natione Alemannus (vir animi, vel proceritate corporis, inſignis) dixiſſe fertur. Melius eſt, vt pingues Monachi (nam Monachorum cœnobium in eodem caſtro erat) à nobis deuorentur: quàm vt caſtrum, propter ciborum inopiam hoſtibus tradatur. Quo ſermone peruulgato: Monachi metu de ſe perculſi, cibaria, quæ in occulto habebant, promptè protulerunt. Ita ſuſtentati ſunt defenſores caſtri: donec Dux Fridericus, omnibus Alſatiæ populis excitis, immenſa manu pugnaturus venit. Tertiâ igitur obſidionis hebdomade (vt in M. Scr. Chronic. eſt) ab obſidione diſceſſère, Rhenumq; tranſierunt, nemine ſuorum amiſſo. Fuit Friderico nupta, Henrici Noricorum ſeu Bauarorum Ducis filia, Iuditha: ex qua poſtea glorioſiſſimum Imp. Fridericum I. genuit: quæ poſt mortem mariti, Matthæo Lotharingico Duci nupſit. Tanta fuit huius vnioculi, vel luſci Friderici, virtus. Appellatur in M. Scr. Chronic. Fridericus, Dux Alſatiæ. Ergo & hanc, non modò Sueuiam, rexit. De quo verba ibi hæc ſunt: Dux Alſatiæ Fridericus, cum Moguntinis (anno* 1117.) *acriter dimicat: ibiq; occiditur comes Emico: Folcold. de Malesburch, capitur. Rurſus ante Natale Domini concurrunt: & ex parte Ducis, multitudo vulgi plurima perimitur.*

Contra Moguntia Archiepiſcopum Albertum.

Perfidia Archiepiſcopi.

Fuga.

Vlricus Horningus.

Friderici vxor, Iuditha.

Ipſe fuit Dux & Sueuiæ, & Alſatiæ, & Franconiæ.

Conradus in Francia (inquit lib. 6. Auent.) & ad Danubium, Fridericus in Sueuia, & iuxta Rhenum, ſorore Imperatoris geniti, auunculi acta fortiter defendunt.

Eodem 1117. *A ponitur Benedictinum Monaſterium. S. VValpurgis, conditum in Alſatia: vel à Theodorico, Comite Mompeligardenſi: vel à Friderico, Duce Sueuiæ, Friderici I. Imp. patre: & hoc, verius: quia poſtea in eo ſepultus dicitur. Poſuimus iam antea ad* 1106. *Chriſti, hoc cœnobium.* 3. *Munſt.* 144.

S. VValpurgis cœnob. in Alſatia.

Apud Sangallum Abbas lectus eſt Manigoldus à Bottſtetten, à patre Conuentus: ſed ab altera parte, frater Henricus de Duello. Confirmauit Henricum Henricus Imp. reclamantibus Pontificijs: tanquam non pertinerent ad Cæſares, ſed ad Pontifices, Epiſcoporum & Abbatum confirmationes. Et hi, auxilio Conradi de Zaringen, ducentis equitibus iuuenem Monachum Manigoldum, in Monaſterium introduxerunt. Ceſſit Henricus huic violentiæ: & per lacum nauigans, Zilium ſeceſſit, παρα δοκῶν τὸ γενησόμενον, exitum expectans. Imp. Henricus, audito: alterum fraude, alterum vi in Abbatia conſequenda vſum eſſe: vtriuſq; electionem, irritam fecit: Manigoldum tamen de nouo confirmauit: Henricum Zuifaltam redire iuſſit: & ibi mortem expectare Manigoldi. Præfuit hic A. XI. *& obijt* 1128. *ſepultus in ſacello S. Oſualdi. Henricus Sangallum reuerſus, ſucceſſoris VVerbneri Vicarius & coadiutor factus eſt. Bruſch.*

Sangall. Abbas Manigoldus.

In Italia, Imp. Henricus non potuit à Paſchale abſolutionem impetrare: ſed is dicebat, ei à Proceribus Eccleſiæ, in conſilio eſſe impetrandam: quòd ab ijs condemnatus eſſet. Sed Henricus nolens ſe illis committere: Romam, Papa abſente ingreſſus ſe denuò Imperatorio diademate coronandum (à Mauricio, Braccarenſi Epiſcopo) curauit: quòd metueret, ne nõ modò Sacerdotiorum inueſtiturâ, ſed etiam Imperatoria dignitate, nudatus eſſet à Pontifice. Ita ἀρχιερέων παίγνια, ludus paparum, fuerunt illis temporibus Cæſares Romani.

Henricus Cæſar, Paparum ludibrium.

Paſcha-

Paſchalis P. obijt: qui, cùm Pontifices hactenus, ad Diplomata & Scripta ſua, annos Imperatoris addidiſſent: ipſe, his prætermiſsis, ſuæ poſteritatis numerum primus adſcripſit: Auent.

Zonaras & Nicetas Hiſtorici Græci. *Hactenus Imperatorum vitas Græcè deſcripſit Ioannes Zonaras. Eum poſt 1117. annum, Nicetas Acuminatus choniata perſequitur.*

Ioan. Comnenus, Imp. Orient. 53. *Anno 1118. Alexio Comneno, 18. Cal. Septemb. mortuo: ſucceſsit Conſtantinopoli LIII. IMP. CÆS. IOANNES IVNIOR, COMNENVS P. F. AVG. Alexij F. qui imperauit ad A. 25. Vixerat Alexius ferè 70. annos. Malè audijt apud Latinos: quòd multa mala intulerit eorum copijs, ob liberandum Domini ſepulcrum peleſtinam petentibus: & quòd cum Turcis, iam ferè deſperatis, fœdus fecerit: redditâ eis vrbe Nicæa, quæ multo ſanguine capta fuerit. Vxor ei erat Irene, Ioannis Cæſaris Ducæ neptis.*

Liberi.

Anna: quo nomine auia quoq; paterna fuerat appellata. Eſt illa, quam anno 1086. natam in Purpura diximus Virum habuit Nicephorum Bryennium.

Ioannes, Imperij ſucceſſor.

Andronicus. Iſaacius.

Filiæ præterea, Maria, Theodora, & Eudocia.

Chaſma. *Die Dominicæ reſurrectionis, valde manè, cœlum à parte meridiana apertum, ſplendorem effudit tantum: vt clariſsimum tunc lunæ lumen ſuperaret: imò omni Solis fulgore luminioſus eſſet. Vrſperg. Eodem 1118. Chriſti, domnus (vt in Zuifalt. M Scr. ad verbum ſcribitur) Abbas*

Zuifalt. Abbas Dominus. *Zuifaltenſis, miſit aliquot fratres in cœnobium Nerneſtheim: & Abbatem eis dedit, omni ſanctitate plenum, Priorem Zuifaltenſem, nomine Henricum. Cùm enim, hominibus dormientibus, inimicus exorſus fuiſſet Zizania ſuperſeminare: Conſtantienſis Epiſcopus Vdalricus, & frater eius Comes Hartmannus: nec non germanæ ſorores eorum: donna Adelheit, quondã comitiſſa, tunc autem ancilla Chriſti deuotiſsima: & Hadevvic, æquali fulgens ſanctimonia (quæ ambæ erant, tanquam Maria & Martha, Zuifaltæ (de eadem re ſupplicauerant. Henrico mortuo: datus eſt illi cœnobio Abbas Peregrinus, virtute conſpicuus vir. Vide præced. lib. cap. 13.*

Zuifalt. Gynæceum. *Ita non ſolùm Monachorum ſed etiam Sanctimonialium, habitationes in hoc Monaſterio erant, ſed diſtinctæ. Et nobiles atque illuſtres quoq; fœminæ, monaſticæ vitæ ſe ibi dedebant. Quales hæ duæ Dillingenſes & Kyburgenſes dominæ erant, Adelhaidis & Hadevvigis. Item, donna Alberadis: de qua ibidem ſic ſcribitur. ALBERAT, Comitis Eginonis filia, & Gebehardi Stratzburgenſis Pontificis (anno 1130.) germana: quæ quondam fuerat apud Lindaugiam Abbatiſſa: faſtum ſuum, ſiue nobilitatem pro Chriſto depoſuit: & humeros ſuos iuſsu domni Vdalrici Abbatis, hoc loco ſuppoſuit. Cuius vitæ auſteritas, abſtinentiæ ſingularitas, patientiæ longanimitas, humilitatis ac taciturnitatis ſanctitas, tanta erat: vt nemini priorum ſanctarum cedere iudicaretur. Quam imitari ſtuduit & germana ſua Vdelbilt, coniux Friderici comitis de Zolre.*

Diſciplina Zuifaltenſium. *Quis explicare poſsit (inquit idem Scriptor) quantus feruor conuerſationis, in vtroque ſexu fuerit? Habitabant in vna pariter valle: ſed tamen ſeparabantur inuicem manſionum cellæ. Nullum erat virorum & mulierum conſortium colloquij. Nemo ſine Abbatis conceſſu permittebatur adire cognatam, aut ſororem, aut etiam matrem. Tantùm Magiſtri earum, & perſonæ certæ, interdum ſine venia.*

DE FRIBVRGO BRISGOIAE.

FriburgumBriſgoia, conditum. *De hac ciuitate, quando condita ſit, loquitur hoc Diſtichon:*

Anno milleno, centeno, bis quoque deno,
Friburg fundatur, Berchtoldus Dux dominatur.

Significatur, anno 1120. conditam eſſe. Attamẽ apponam huc ad verbum illa: quæ in manu Scr. chartis de fundata Ignis voragine ſeu Monaſterio D. Petri, leguntur. Defuncto fundatore huius loci: filius eius Berchtoldus, ſcilicet huius nominis tertius, & Conradus, non minori deuotione erga locum hunc liberales extiterunt. Quorum Berchtoldus, prior natu, cùm in Ducatum ſucceſsiſſet, ciuitatem FRIBVRG condidit, anno Dominicæ incarnationis 1118. Poſtea cum Comite Hugone de Tagsburg ad vicum quendam Alſatiæ, Molnheim dictum deſcendens, violenter hoſpitatus eſt: & ab irruentibus ciuibus (ſocijs ſuis diſsipatis) indigna morte perẽptus: anno quarto, poſt quam ciuitatem iam dictam condiderat. Et ſepultus eſt in capitulo huius Monaſterij, ante ſedem Abbatis, anno ab incarnatione Domini 1122. Huius vxor, Sophia nomine, ſoror Heinrici Ducis Saxoniæ (al. Henr. Bauariæ Ducis filia) poſtea Leopoldo de Auſtria & Styre copulata eſt.

In Palæſtina, mortuo Balduino R. & ſub Caluariæ iuxta fratrem Godefridum ſepulto: factus eſt tertius Hieroſolymæ Rex, dominus Balduinus de Burgo, cognomento Aculeus, comes Edeſſanus, ex Epiſcopatu Franciæ Remenſi ortus: filius Hugonis de Reteſt, & præclaræ comitis Meliſſendæ. Soror eius, Hodierna nomine, nupta erat nobili & potenti viro, D. Heerbrando de Hergetz. Pius erat hic Balduinus, ita, vt callos in genibus & manibus, precando contraxerit. Procerus, pulcher, prudens, felix. Iam ſenex coronatus eſt 2. April. 1118. & obijt 21. Aug. 1131. Filiæ eius fuere, Meliſſenda, Halis, Hodierna, & in Regno nata Meta, ex vxore Morphia, Tyrius.

Balduinus Burgenſis Hieroſolymæ 3. Rex.

IMP. HENRICI V. EXCOMMVNICATI, EX ITALIA DOMVM REDItus. Stutgardia, oppidum conditā. Hirſaugienſes Monachi, Theogerus & Drutvvinus. Epiſcopus Babenbergenſis Otho, & Botteſteinum. Nonum Haſtiludium, Gœthingæ. VVelphonis V. obitus. Comites Fenningenſes, & Mompeligardenſes. Monaſterij Zuifaltenſis, Eccleſiæ, altaria, & reliquiæ. Berchtoldus, nobilis vir à Sperberſeck.

CAPVT VII.

ANno 1119. iuſſu Gelaſij P. qui Paſchali mortuo ſucceſſerat (ſed & ipſe hoc anno, ſucceſſorem Calliſtum II. P. habuit) Coloniæ in Synodo Teutonicorum Epiſcoporum, Imp. Henrici excommunicationem Epiſcopus quidam promulgauit. Ideo Henricus animo efferatus: relicta Regina cum copijs in Italia, in Germaniam inſperatus redijt: ne quid contra ſe abſentem grauius fieret. Vrgebatur à Calliſto etiã, vt Sacerdotiorum collationi renuntiaret: quod ei graue videbatur.

Imp. Henrici excõmunicati reditus in Germaniam.

Viuebat hoc tempore Rudolphus, Marchio Badenſis (vt in manuſcriptis quibuſdam [illegible]di) qui Stutgardiam 1119. Chriſti condere & munire cœpit: quod hic locus, ei in diuiſione patrimonij obtigiſſet. Nomen habere dicitur ab equabus & horto: quod olim tantum villa ibi fuerit: in qua educarentur equæ; quæ poſtea Pfortzæ venderentur. Germanice autem Equa, ſtuta dicitur: & Hortus, Garte. Ideo Inſignia quoque Stutgardiana, equam habent. Quoniam autem equarum paſcua tunc ibi fuerunt: inde ratiocinari poſſumus, nondum vineas fuiſſe circum, aut certè pauciſſimas.

Stutgardia, cõdita.

Obijt 1119. S. Theogerus, 3. Cal. Maij, Cluniaci: & ibi in fano S. Petri humatus eſt. Fuerat ex canonico S. Cyriaci Martyris prope Vangiones, Hirſaugienſis Monachus factus: deinde, Abbas ad S. Georgium in Nigra ſylua: Metenſis denique ordinatus Epiſcopus: vir doctus, & virtute clarus. Eum à Medeomatricibus ſuis eiectum, Calliſtus P. in Remenſi concilio exceperat, & Cluniacum duxerat: vbi tantum 4. menſ. vixit.

Hirſaug. Monachi, Theogerus & Drutuuinus.

Eodem anno, Drutuuinus, Monachus Hirſaugienſis, ordinatus eſt Abbas primus in Cœnobio Benedictino Haſſiæ Braitenau, Moguntinæ diœceſis: miſſus eò ab Abbate Brunone cum 12. Monachis, 15. Calend. Decemb. eos petente generoſo comite Grœningenſi VVernhero Conradi filio: qui cum Henrico V. ſuperioribus temporibus in Haſſiam profectus, non longe à Caſtellis amœnum locum ab eo petens, acceperat dono: ibique 1117. anno (vt Tritenh. ponit) hoc Monaſterium (ad honorem SS. Petri & Pauli) auſpicatus fuerat: quod etiam magnifice dotauit. Liberos Comes VVernherus ſuſcepit ex vxore ſua, Egonem filium, & Hailuuildem filiam: vt antehac dictum eſt. Sepultus poſtea in eodem Cœnobio. Fuit triplex olim VVirtembergenſibus comitibus (ex qua familia VVernherus erat) domicilium: Vracum, Beutelſpachum, & Grœninga. Poſterius verò, Vracum & Stutgardia. Tandem, cùm vnus eſſet factus comitatus, in Ducatum aſcendit.

Grœning. comes VVernherus.

VVirtẽberg. procerum ſeau.

Monaſterium Michelfeldum (Michaelis campus) Benedictinæ normæ, circa amnem Pegneſum, prope Auuerbachum in Nariſcis oppidum, fundatum eſt ab illuſtri comite Othone Andexio (Epiſcopo Bambergenſi) & ab illuſtri Sulzbachenſi comite Berengario. Filiam Berengarij Sulzbachenſis Reguli, in matrimonio habuit Conradus III. Rex Ro. Dux Sueuiæ: vt ſuo tempore dicetur. Otho Epiſcopus, caſtellum Botenſtein (oppidũ Boteſteinum Bambergenſe [illegible] vbi auus etiam meus paternus, nomine Petrus Kraus, & auia Anna, habitarunt) magna pecuniæ ſumma emit: emptionem Henrico V. Imp. confirmante. Conuertit Pomeranos ad fidem Chriſti. Valde frugaliter vixit. Cum enim ei quodã tempore procurator, Lucium piſcem emiſſet 2. ſolidis, & appoſuiſſet: dixit: Abſit, vt miſer Otho ſolus tot denarios hodie abſumat. Itaque ad quendam ægrotantem deferri iuſſit. Se enim adhuc firmo corpore eſſe; & pane refici poſſe.

Michelſeldum monaſt.

Sulzbachẽſ. comes Berẽgarius.

Botenſtein.

Othonis, Bamberg. Epiſcopi frugalitas.

Lib.1.ca.32.Chron.Bamberg.vt mihi Iac.Schopperus D. Theologus Germanica Chorographia & Hiſtoria auctor, noſter olim hic auditor, ſuperioribus annis per literas ſignificauit.

Haſtiludium 9. Gættinga. *Ad eundem 1119.annum, referuntur noni equeſtres ludi: quos Ludolphus, Dux Saxonia, Supplinburgicus Comes, Gætthinga in Saxonia ediderit, circa diem Nouembris nonum.*

Reges horum ludorum, equites.

Gotthardus ab Andelauu, Sueuicus.
Henricus à Töring, Bauaricus.
Chilianus à VViſenthau, Francicus.
VVilhelmus ab Hündsbuſch, Rhenenſis.

Interfuerunt Sueuici generis.

Schilling. *Ad iudicium armorum & inſignium: Bernhardus de Rietheim, ſenior: Berus Schillingius, Iunior.*

Fœmina autem: Gutha à VVirt, Georgij Steinbergij vxor.
Dorothea Honlangia, vidua Ioannis Diedeni.
Anna de Rocho, virgo.

Certatum eſt haſtarum concurſu, gladijs, luctando, ſaliendo, diſco iaciendo.

Interfuit Fridericus de Stauffenberg: cui, vt nouo ad futuros ludos electo Regi, nobiliſs. matrona Maria, VVilhelmi Loſſers coniunx, decenter honorem gratijs agendis habuit.

Interfuit Hartmannus de Helffenſtein: cui Dietburga Teiſgania virgo, primū præmium, vt virtute ſua merito, dedit.

Chorea quoque ducta ſunt modeſtiſſima, cum elegantiſſimis matronis & virginibus. Ibi Dux Sueuia Fridericus, ſecundo loco poſt Henricum, Ducem Bauariæ (qui cum Alberti, Marchionis Brandenburgenſis, ſorore præſultabat) vxorem Bohemiæ Ducis Vratislai, decorè manu ducebat.

Guelphonis V. obitus. *Obijt hoc anno Guelpho V. qui fuit 2. Dux Boiorum, Caupheringij (al. Cufringæ) vico Lycatiorum: & Altorffæ iuxta Parētes ſuos humatus eſt. Vir moderatiſſimus, magis humanitate, quam ſeueritate aduerſantes vincens. Aulam ſuā optima diſciplina inſtruxerat. Vnde & nobiliſſimi quiq; filios ſuos eò mittebant erudiendos. Mathildam illam Italicam duxerat: ſed poſtea nunciū ei remiſerat. Præfuerat Ducatui 18. ann. nec liberos reliquit. Auent. & Chronic. Altorff.*

Anno 1120. vixit Conradus Palatinus Tubingenſis: qui benignè fecit Blabyrenſi cœnobio. Bruſch.

Fenning. comites. *Olim Fenningenſes Comites Gynzburgo præfuerunt: quorū aliqui 1120. vixerunt. Gynzburgum, ab amne Guntia qui in Danubium labitur, & à Burgo (caſtro) nomē habet. Io. Herold.*

Mompelgard. comitatus. Pfirtenſ. comitatus. *Mompelgardenſis comes vixit hoc tempore Fridericus, & Theodoricus. Pertinuit hic comitatus, temporibus Caroli Magni, ad coronā Franciæ occidentalis: ac videtur cū Phirretarum comitatu fuiſſe coniunctus: quia fere eadē, vtriuſq; Inſignia. Forte ſub Ludouico IIII. modò, proprios accepit comites, ſcil. circa 904. Chriſti. Fuit ſub ditione ſuperioris Burgundiæ. Ideo in appellationum negotiis, non aliò, quàm ad Dolenſe conſilium, vel parlamentum, prouocabat.*

Zuifalt. Monaſterij inſtructio. *Circa hoc & ſequēs tempus, Eccleſiis, altaribus, & reliquiis, probe inſtructum fuiſſe inuenio Zuifaltenſe Monaſterium.*

Altaria. *In Eccleſia S. Mariæ altare Dominicum erat, altare S. crucis, & altare S. Benedicti (conſecratum anno 1103.) altare S. Petri, altare S. Georgij, altare S. Martini Epiſcopi: nec non altare S. Iuſtinæ, & omnium S. virginum, ac viduarum.*

Capella domini Abbatis, ab Epiſcopo Conſtantienſi Vdalrico ad honorem S. Trinitatis, S. crucis, S. Mariæ, conſecrata eſt anno 1120. Indict. 13. 14. Cal. Octob.

In omnibus prædictis altaribus, & in capella altari, reliquiæ quaſi innumeræ.

Eccleſia infirmorum ab eodem Epiſcopo conſecrata fuit 1122. Indict. 15. nonis Octob. in eorundem honore. Altaria ibi, reliquiis referta, S. Gregorij, & S. Bartholomæi: ac tertium quoddam, & principale.

Eccleſia ſeptentrionalis S. Nicolai Epiſcopi, dedicata eſt 1133. Indict. 2. III. Idus Septemb. à Conſtantienſi Epiſcopo Vdalrico II. in honore S. Trinitatis, & crucis, & Mariæ virginis: præcipuè, S. Nicolai, & Mariæ Magdalenæ. Multæ in eius altari reliquiæ. Eccleſia orientalis, dedicata eſt 1141. Indict. 4. VIII. Idus Ianuar. (vbi Sanctimoniales excubabant) à venerabili Thietuuino, Rom. Eccleſiæ Cardinale Epiſcopo, Tit. S. Ruffinæ Apoſtolicæ ſedis legato: nec non à Venerando

Venerando Conſtantienſi Epiſcopo Herimanno: in honore S. Trinitatis, & crucis, & Mariæ. In altari eius, copia reliquiarum.

Eodem anno, dedicata fuit Eccleſia apud Hulffſtein, poſtridie, ab eodem Epiſcopo, 7. idus Ianuar. in honore S. Trinitatis, & Crucis, & Mariæ, Sanctorumq́ omnium. In altari, πολλῶν λειψάνων. Hulffſtein.

Tanta molis erat, ſaluandam condere gentem.

Publicano vero, ſerio de peccatis ſuis dolenti: & ad miſericordiã Dei per Chriſtũ confugienti: ſufficiebat illud: propitius eſto, ô Deus, mihi peccatori, nec vllis ei reliquijs Sanctorũ opus erat.

Vſus vero reliquiarum, cœnobitis erat: vt earum patrocinijs Monaſterium defenſaretur, ac nobilitaretur: & vt incolæ, contra cunctos incurſus aëriarum poteſtatum munirentur: atque vt Deus laudaretur in Sanctis ſuis: atque vt eis ſeruiretur laudabiliter: quò poſt hanc vitam, eorum interuentu fieret, vt cum eis habitaretur. Reliquiæ Sanctorum.

D. Paulus, vnum Mediatorem vel patronum, inter Deum & homines, ſtatuit, Ieſum Chriſtum, 1. Timot. 2. Qui Matth. 11. dicit: Venite ad me omnes: non, ad conſeruos Sanctos, συνδούλους, Apocal. 22. Domini eſt ædificare domum, & cuſtodire ciuitatem, Pſal. 127. Armatura Chriſtiani contra aſſultus Satanæ, piæ preces ſunt: & omnino illa Epheſ. 6. tradita nobis à D. Paulo arma. Domino Deo tuo ſoli ſeruies, Matth. 4. Sanctorum fidem & virtutes imitemur, Heb. 13. Laudamus etiam hoc modo Deũ in ſanctis ſuis. Item, dum ei gratias agimus: quod tam præclara organa, Eccleſiæ ſuæ, ad docendum & confitendum Chriſtum dederit.

Sed ad hiſtoriam redeamus. Multæ etiam, imò plurimæ, in crucibus incluſæ erãt reliquiæ. Vt in illa cruce: quam dominus Bertholdus iunior de Sparuuariſegge, de Hieroſolymis attulerat: auro & gemmis mirifice decorata. Hiſtoriam ex Zuifalt. M. Scr. recenſere placet: eò, quod ante 24. annos, tres fratres ex hac antiqua & egregia nobilitatis Sperberſeccorũ familia, adoleſcentes laudatos, hîc Tybingæ conuictores & auditores habebam, Ioan. Caſparum, Ioan. VVilhelmum, & Ioannem Ludouicum: quorum poſtremus, hodie apud illuſtriſſimũ Neoburgenſem Palatinum eſt: priores duo, beatam cum Deo vitam agunt. Bertoldus (inquit ille Anonymus) de Sparbariſegge, Zuifaltæ Monachus, Bertholdi Alamannorum Ducis ſignifer electus, miles ſtrenuiſſimus: & duo eius filij, Bertoldus, & Liutfridus, ibidem Monachus: apud Sunemotingen dederunt quatuor Manſus, magna prata, nemus, molendinum: ad Sunthaim, prædiolum: & ad Huſam, 1. Manſum. Iunior Bertoldus, frater Liutfridi, Hieroſolymam profectus, attulit huic cœnobio, de ligno Domini, cruciculam ſuper aurũ & topazion precioſam: quatuor lapidibus, de præſepio Domini, de loco caluariæ, de ſepulchro, de aſcenſione Domini, inſignitã. Nactus ſic erat. Fuerat ea crucicula cuiuſdam Gerhardi, Abbatis Scafhuſenſis cœnobij. Qui expulſus, Hieroſolymam petijt: ibiq́ cuſtos factus S. ſepulchri aliquandiu, hunc theſaurum acquiſiuerat. Atq́ apud Nazaret obiens, cuidam conterraneo ſuo, Zaizolfo, capellano ſuo reliquerat. Hic poſtea magna paupertate preſſus, cum repatriare (νοστεῖν φίλην εἰς πατρίδα γαῖαν) cogeretur, & viaticum non haberet: prædicto Bertoldo ſe comitem itineris adiungẽs miſericordia eius eſt ſuſtentatus. Sed cum apud Ioppen (quæ hodie non eſt) dum nauis repararetur, ægrotaret: morbo victus, cum moreretur, Bertoldo cruciculam dedit: quam hic, reuerſus, S. genetrici Dei obtulit: nec non capſulã argenteam anaglyphi operis: & pallium, vexillum, plenarium argento circundatum: lapidem denique altaris conſecratum, auro & argento decoratum: quem Abbas Vdalricus in Poloniam Bolezlao Duci miſit. Sperberſeccius Bertholdus. Crucicula precioſa. Ioppe.

Hæc, ſic ibi. Plenarium, puto Plynariũ eſſe, πλυνάριον, ſacrum malluuium: à verbo πλύνειν, lauare. Terminatio, latina eſt, familiaris vulgari linguæ Græcæ: ſicut κοντάριον, haſta: ac frequenter per Apocopen, κοντάρι: & in hoc, & in ſimilibus alijs. Plenarium.

In cruce hac ſancta (inquit Anonymus) iſtæ reliquiæ adorari ſolẽt: vbicunq́ ante nos portantur reliquiæ. In ſuperiore crucicula, & in media (†) continetur de ligno Dominicæ crucis. In ſummitate, de petra, ex qua Dominus cœlos aſcendit. In dextro eiuſdem S. crucis cornu, de ſepulchro Domini. In ſiniſtro, de loco caluariæ. In inferiore parte, de præſepio Domini. Hæc in ipſa lignea crucicula continentur: quæ de Hieroſolymis eſt allata. In capſa vero eiuſdẽ S. crucis, fabrili opere facta, conduntur iſtæ reliquiæ. In ſuperiori parte, reliquiæ S. Io. Baptiſtæ. In dextro latere S. Andreæ Apoſtoli. In ſiniſtro, S. Marc. Euãgeliſtæ. In inferiori parte, reliquiæ S. Iacobi Apoſtoli. Reliquiæ in illa crucicula.

In crucicula argentea, quã dominus Folmarus (inquit idem ille) Hirſaugienſis Abbas, dedit domina Vdishilda, Comitiſſa de Zolre: & illa ſorori ſuæ Alberadæ (quondã Abbatiſſæ, noſtræ tea, & ibi reli- Crucicula argẽ.

autem nunc Monacha) donauit: iſta habentur reliquiæ. De ligno Domini, S. Io. Baptiſtæ, S. Petri Apoſtoli, S. Pancratij Martyris, Nicolai Epiſcopi, Afræ Martyris, & aliæ. Hæc, hactenus.

Pramonſtratenſis ordo. De ordine Præmonſtratenſium, etſi antehac ad ann. 1098. dictū eſt: tamen ab aliis (vt Vincentio lib. 7. c. 28.) hoc 1120. anno cœptus perhibetur: auctore D. Gottfrido, comite de Bar: cooperante Norperto, nepote S. Bernhardi: in monte, quem Angelus ei præmonſtrauerit.

FRIDERICI BARBAROSSÆ NATIVITAS. VOLMARVS, HIRSAVgienſis Abbas. Pax in Imperio: pax inter Papam & Imp. Henricum. Ruccerus, ex comite Vaihingenſi Epiſcopus VVirtzburgenſis. Bortholdi III. Ducis Zæringenſis mors. Eichenbrunnenſis cœnobij origo & propagatio. Priuilegium Zuifaltenſis Monaſterij papale.

CAPVT VIII.

Friderici Barbaroſſa natiuitas. ANno 1121. natus eſt ex Sueuo Friderico luſco, & Iuditha VVelphonide Bauara, Fridericus (qui poſtea fuit Fridericus I. Imp. Barbaroſſa) vel VVaiblingæ: vel in veteri Rauenſpurgenſi arce Haslacho. φεῦ, ὅσον ἦτορ καλὸν ἤρξατο κατὰ μικρὸν κυλινδεῖσθαι μαδιολάνοις: voluit (vt hoc ex Vrſperg. adiiciam) ille, ex Principibus VVaiblingenſibus ortum ſe haberi: qui ex Clodoueanis & Carolinis erant. Apparuiſſe nanque ait Vrſpergenſis vſq; ad ſuum tempus, titulum monumenti iuxta villam VVaiblingā, in modum turris, ex quadris lapidibus: in quo inciſum fuerit: CLODIVS HOC FECIT VXORI SVAE. Id opus, vulgo Baienſtein nominari. Ergo (vt veriſimile eſt) VVaiblinga, quaſi VVeiblinga: ab illa vxore Clodouei.

VVaiblinga vetuſtum monumentum.

Eodem anno, Indict. 14. Bruno, Hirſaugienſis Abbas, poſt multos labores, ſenio & morbo confectus, diem ſuum obiit. Sepultus Calendis April. in Eccleſia SS. Petri & Pauli, ante altare S. Laurentij Martyris. In precationibus ſuis (teſte Tritenh.) continuus: ſemper in anteriora proficiens (ἀεὶ τοῖς ἔμπροσθεν ἐπεκτεινόμενος) in tergum non reſpexit: nec quiſquam otioſum vidit unquam. Subſtitutus eſt ei XV. Abbas Volmarus: patria Sueuus, claris ortus natalibus: vir doctus, religioſus, prudens, œconomicus. Itaq;, Monaſterialiū redituum & cenſuum amplificator egregius. Præfuit præclare A. 35. M. 10. Conſecratus fuit pridie nonas April. Moguntiæ, in Monaſterio S. Albani, ab eius loci Archiepiſcopo Adelberto. Statura procerus, grauitate conſpicuus, populari & latino ſermone diſertus.

Volmarus Hirſaug. Abbas.

Conuentus VVirceburgi actus eſt circa diem S. Michaelis, Imp. Henrici, principum, Epiſcoporum, ob componenda regni & Sacerdotij diſſidia. Verum negotio excommunicationis, omnium malorum fontis, ad Pontificem reiecto: pax firmiter ſeruanda in Imperio, conſtituta eſt, ſub vitæ periculo: bonis ablatis, ad poſſeſſores ſuos redigendis: prædonibus furibuſque per leges antiquas coercendis. Vrſperg.

Pax in Imperio.

Anno 1122. Erlongius, VVirceburgenſis Epiſcopus, poſt elephantiaſin quadriennij 3. Cal. Ian. mortuus eſt. Tunc paucis diebus pòſt, à Clero in locum eius electus fuit Rugkerus, Comes ex Sueuia Vaihingenſis. Imp. vero Henricus, volens ius electionis ad ſe potius, quàm ad clerum, pertinere: Ruggero aduerſans, iuuenem quendam canonicum Gebehardum, comitem Hennenbergenſem, Epiſcopum conſtituit. Hinc, non paruæ offenſiones: ita vt Fridericus etiam, & Conradus Sueuiæ Duces, ab auunculo Dominoq; ſuo diſcederent. Qui poſtea, iuuante Moguntino Archiepiſcopo, & quibuſdā Saxoniæ Principibus, nec non legatis Papæ, Ruggerū confirmarunt. Erant hi legati: Lampertus, Epiſcopus Oſtienſis, Pontificis per omnia Vicarius: & duo Cardinales, S. Angeli, & S. Stephani in monte Cœlio: qui à Pontifice miſſi fuerant in Germaniā: vt motus & turbas eius componerent. Itaq; hi talem tulere ſententiam: vt cederet Gebhardus, Ruggerus Epiſcopatum teneret. Verum Gebhardo renitente, nec altero auxiliis deſtituto: ad manus ac pugnam ventum eſt: & ex vtraq; parte nonnulli cæſi ſunt vulnerati, capti. Ruggerum inuenio à Gebhardo, Imperatoris auxiliis rurſus eiectum, in cœnobium Schuuarzachenſe abiiſſe (Bruſchius anno 1125. ponit) & eam partē Epiſcopatus, quæ Neccaro circumiaceat, obtinuiſſe. Gebhardum verò vrbem VVirceburgum, & loca ei contigua, ſecurè poſſediſſe. Dicitur aulam ſuam Lauffenæ ad Neccarum, Rugkerus habuiſſe: & anno 1130. peſte, per totā tunc Germaniam graſſante, periiſſe: atq; in cœnobio Schuuartzacho humatus eſſe. Quo ſe tempore Gebhardum abdicaſſe Epiſcopatu, & paucis annis pòſt obiiſſe, affirmatur.

Vaihing. Comes Ruccerus, Epiſcopus VVirzeburgenſis.

Lauffa. op.

Die 16. Septemb. eiuſdem anni, conuentus Imperatoris, & Procerum Eccleſiaſticorum Politicorumq;, VVormaciæ eſt actus. Ibi poſt aſſiduam 7. dierum concertationem, tranſactio tandem

dem inter Cæſarem & Papam eſt facta: huic tradente illo omnem Sacerdotiorum inueſtituram, per annulum & baculum, liberam: illi hoc permittente, in præſentia eius fieri, abſque ſimonia, electiones Epiſcoporum & Abbatum Germanici Regni: vt ſaniori parti, in electionis diſſenſione, ſuffragari poſſet. Electus autem, Regalia per ſceptrum, ab ipſo reciperet. Ita Henricus, & ſui omnes, excommunicationis vinculo ſoluti fuerunt, & in gratiam recepti. Quibus rebus in campo extra vrbem ad Rhenum, ingenti hominum multitudini recitatis: incredibile dictu eſt, quanta lætitia excitata, quantæ gratiæ Deo, pro pace actæ ſint.

Pax inter Cæſarem & Papam. Inueſtitura.

Eodem anno Berchtoldus 3. Zaringenſis, Marchionis Berchtoldi F. cum bellum in Alſatia inferiore, inter Tagsburgenſem comitem, & ſubditos eius, exortum eſſet: eique ipſe, vt propinquo, auxilium ferret: interfectus eſt cum Hugone, apud Molsheimum. 3. Munſt. 263. Qua de re ſuprà etiam ad 1118. annũ diximus. Interim alibi reperio, eum Conſtantiæ ſepultum eſſe iuxta patrem, in Templo S. Petri, ædificato à patre. Ditionem eius ceßiſſe fratri ipſius Conrado, Burgundiæ Rectori. In Chron. etiam M. Scr. membran. ſunt hæc verba: Cono, Straßburgenſis Epiſcopus ſolo nomine, quia in nece Berctoldi Ducis conſenſit, ab Epiſcopatu deponitur: & Bruno, Babenbergenſis Eccleſiæ canonicus, ibidem Epiſcopus conſtituitur.

Berchtoldi 3. Zaringenſis interitus.

Nothardus quidam de Mird, obſedit Vlmam, ſed nequicquam: Sueuiam tamen admodum afflixit. Chronic. Campido M. Scr. Res, mihi ignota. Lotharius quidem Rex, aliquot annis poſt Vlmam cœpit, & deſtruxit: vt ſuo loco dicetur.

Vlma obſidio.

Blabyra oppidum cœpit ædificari. Nam Monaſterio ſuo recentius eſt. Bruſch.

Blabyra op. ædificatio.

Hoc etiam anno, Tubingenſis Comes Pallantinus Gottefridus, patrocinium ſuſcepit, ſiue aduocatiam, Synadelphingenſis collegij: cuius tunc præpoſitus erat Fridericus. M. Scr.

Aliquando ante, Eichenbrunna (Fons ad quercus) Monaſterium Benedictinæ ſectæ, extra Gundelſingam oppidum, inter Danubium & Brentium fluuios, diœceſeos Auguſtanæ: ad honorem SS. Petri & Pauli, à Gumperto, & filio eius Cunone, Dominis Fachbergenſibus, fundatum eſt: & anno 1122. à Pontifice Calliſto 2. confirmatum, teſte Bruſchio. Cui Monaſterio plurimum vtilitatis contulerunt, nobiles viri Fetzeri Ockenhuſenſes: præcipue VVilhelmus, perpetui etiam ignis ibi fundator: qui vxores habuit, Annam Niferianam, & Anaſtaſiam Althaimiam. Eorum ibi Reconditoria ſunt.

Eichenbrunna Monaſt.

Fetzeri.

Abbates Eichenbrunnenſes.

Abbates iſtius Monaſterij.

1 *Cuno, fundator, Dominus de Fachberg.*

2 *Goteboldus: qui accepit à Calliſto 2. priuilegium an. 1122. & ab Hermanno Epiſcopo Auguſtano, 1125. præfuit adhuc 1135.*

3 *Gebo.* 4 *Idulphus.*

5 *Conradus.* 6 *Geringus.*

7 *Leonhardus.* 8 *Hermannus.*

9 *Vdalricus.* 10 *Hartmannus.*

11 *Albertus.* 12 *Henricus.*

13 *Ioannes.* 14 *VValtherus.*

15 *VVilhelmus Rantzius,*

16 *Vlricus Lœckerlinus. Fecit 1468. ſedilia Templi. Inſtaurauit incendio collapſa Monaſterij, de ſuis facultatibus.*

17 *Martinus, ex Anhuſano Brentianæ vallis Abbate: in cuius locum, ex permutatione ſucceßit prædictus Vlricus. Obijt Martinus 2. Iun. 1487.*

18 *Ioannes Cocus, ex Blaubyrenſi Monacho, egregie doctus. Reſignauit 1499. Obijt 1517.*

19 *Rudolphus Hamaxurgus (VVagner) ex VVirtembergia ortus: & ex Anhuſio Brentiano adſcitus. Adminiſtrator factus eſt 1499. Abbas vero, 1517. & obijt 1535. Ita vtriq; functioni præfuit denos octonos annos: vir doctus, conſiliarius prudens, œconomus attentus, proceribus charus.*

20 *VVilhelmus Fuchſius Dillingenſis: è Donauuerdenſi S. crucis cœnobio accitus. Geßit Abbatiam decem annos vtiliter. Ob. 1546. die S. Antonij, Ratiſbonæ: ibique in Monaſterio S. Emerani humatus eſt. Aedificator & illuſtrator cœnobij ſui egregius.*

21 *Martinus Bucolinus, ex VVertingo Zuſemiæ vallis oppidulo ortus. Electus modo 1547. Martij 9. quod cœnobitæ, metu belli Germanici aliquandiu in tutiorẽ locum ſeceßiſſent. Præerat adhuc, licet afflicta valetudine, anno 1550.*

De monaſterio Zuifaltenſi, Diploma Calliſti P.

Zuifalt.Cœnobij Diploma.

„ *CALLICTVC EPISCOPVS, SERVVS SERVORVM DEI: dilecto filio* „ *Vdalrico, Abbati Monaſterij S. Mariæ: quod in loco, qui Zuiuulda dicitur, ſitum eſt: eiuſque ſucceſſoribus regulariter ſubſtituendis, in perpetuũ. Religioſis deſiderijs dignum eſt, facilẽ præbere* „ *conſenſum: vt fidelis deuotio celerem ſortiatur effectum. Apoſtolicæ ſiquidem ſedis deuotiſsimi* „ *filij, Liutoldus & Cuono comites, de facultatibus proprijs Monaſterium in loco, qui Zuuifulda* „ *dicitur, aſpirante Domino conſtruxerunt: quod in beatæ Dei genitricis ſemper virginis Mariæ,* „ *honore ac nomine conſecratum: beato Petro, Apoſtolorum principi, & ſanctæ eius Romanæ &* „ *Apoſtolicæ Eccleſiæ, obtulerunt. Quam nimirum oblationem, nos auctoritate ſedis Apoſtolicæ* „ *confirmantes: ad exẽplar Domini prædeceſſoris noſtri ſanctæ memoriæ Vrbani Papæ prædictum* „ *locum, ſub beati Petri tuitione confouẽdum ſuſcipimus: & contra viuentiũ omnium infeſtatiões, præſentis decreti ſtabilitate munimus. Statuimus enim, vt quicquid prædicti comites, diuinæ aſpirationis inſtinctu eidẽ cœnobio contulerunt: & quæcunq; à quibuslibet fidelibus, de ſuo* „ *iure, aut hactenus collata ſunt: aut in futurũ, annuente Domino, conferri contigerit: tibi, chariſsime in Chriſto frater Vdalrice: qui nunc eidem loco in Abbatẽ præeſſe diuina diſpoſitione cognoſceris: tuiſque ſucceſſorib, us firma ſemper & illibata permaneant. Nulli ergo hominũ liceat,* „ *idem monaſteriũ temere perturbare: aut eius poſſeſsiones auferre: vel ablatas retinere, minuere,* „ *vel temerarijs vexationibus fatigare: ſed omnia, integra conſeruentur: eorum, pro quorum ſuſtentatione & gubernatione conceſſa ſunt, vſibus omnimodis profutura. Obeunte te, nunc eius* „ *loci Abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſorum: nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutia, ſeu violentia, præponatur: niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum pars conſilij ſanioris, ſecundum Dei timorem prauiderint eligendum. Hoc ipſum de aduocati etiam conſtitutione præcipimus. Qui tamen Aduocatus, ſi inutilis Monaſterio repertus fuerit: amoto eo, alius ſubſtituatur. Chriſma, oleum ſanctum, conſecrationes altarium, ſiue baſilicarum: ab Epiſcopo, in cuius* „ *diœceſi eſtis, accipietis. Niſi forte ſimoniacum eſſe conſtiterit: aut Apoſtolicæ ſedis cõmunionem* „ *non habere. Quod ſi conſtiterit: liceat vobis, à quocunque malueritis Catholico Epiſcopo: &* „ *clericorum ordinationes, & cætera ſacramenta, ſuſcipere. Si quis ſecularium, in eodem cœnobio* „ *locum ſibi ſepulturæ deſiderauerit præparari: liceat vobis, piè deſiderata concedere. Ad indicium autem perceptæ huius à Romana Eccleſia libertatis: Aureum vnum quotannis Lateranenſi palatio perſoluetis. Si quis ergo in futurum Archiepiſcopus aut Epiſcopus, Imperator aut Rex,* „ *Princeps aut Dux, Comes, Vicecomes, Iudex, potens aut impotens: hanc noſtræ conſtitutionis* „ *paginam ſciens, contra eam temere venire temperauerit: ſecundò tertioue commonitus, ſi non* „ *ſatisfactione congrua emendauerit: poteſtatis honoriſq; ſui dignitate careat: reumq; ſe diuino* „ *iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate, cognoſcat: & à ſacratiſsimo corpore ac ſanguine, Dei &* „ *Domini redemptoris noſtri Ieſu Chriſti, alienus fiat: atque in extremo examine diſtrictæ vltioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco iuſta ſeruantibus, ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti:* „ *quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant: & apud diſtrictum Iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen, Amen, Amen.*

Maledictio tráſgreſſoris.

P
X *Ego Calixtus, Catholicæ Epiſcopus Eccleſiæ laudans.*
A

Datum Lat. per manum Griſogoni, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Diaconi, Cardinalis ac Bibliothecarij, IX. Kal. April. Indict. XV. incarnationis Dominicæ anno M. C. XXII. Pontificatus autem Domini Calixti ſecundi PP. anno IIII.

DISSIDIA ET PRÆDATIONES PER GERMANIAM. PHANTASMA Satanicum, circa VVormatiam. Alperſpachenſi Monaſterij confirmatio per Henricum Quintum, Imp. Rogerius Nortmannus, vtriuſque Siciliæ Dominus. VVormacia, ab Henrico Imp. capta. Aduocati Samblaſiani abrogatio. Spanheimenſe Monaſterium. Hieronymus Megiſſerus, pater & filius.

CAPVT IX.

Traiecti pugna inter Cæſarianos & Epiſcopales.

ANno 1123. *Henrico Imp. natalitia Domini celebrãte Traiecti: rixa & pugna ibi inter Cæſaris Aulicos, & Epiſcopi Traiectenſis Godebaldi Miniſtros, extitit: ac ciuium etiam armatorum*

matorum factus eſt concurſus. Multi ceciderunt: multi de oppidanis, capti ſunt: atq; ipſe quoq; Epiſcopus, tanquã praui contra Imperatorẽ inſtituti particeps. Qui poſt trienniũ modo, interuentu Colonienſis Archimyſtæ Friderici, & magna pecuniæ perſolutione, dimiſſus eſt. Sequenti tempore, magnæ paſſim per Germaniam graſſationes: prædonibus, ſub nomine equitum, Agricolas & Eccleſiaſticos ſpoliantib. Inde, vbiq; annonæ caritas, imò raritas. Ex Vrſperg. & aliunde. Latrocinia per Germaniam.

Apud VVormaciam alicubi, per aliquot dies, non modica equitum armatorum turba, euntium & redeuntium, conſpiciebatur: quæ in vicinum montem, vnde & egreſſa, circa horam nonam noctis euaneſcebat. Ibi à quodam, qui ſe cruce ſignauerat (ἑαυτὸν τῷ ϛαυρικῷ τύπῳ ἐπισφράγισε) per nomen Dei ſunt adiurati, quinam eſſent. Reſpondit eorum vnus, pro omnibus: ſe non eſſe milites: ſed militum animas, non multò ante ibi interfectorum. Arma & equos, quæ ſibi antea fuerint inſtrumenta peccandi, nunc eſſe materiam ſupplicij. Omnia ſua eſſe ignea: etſi à viuis corporali oculo cerni non poſſint. Inter eos fuiſſe conſpectus Comes Emicho dicitur (ſup. 1117. anno occiſus) qui dixerit, ſe ab hac pœna precationib. & eleemoſynis liberari poſſe. Hæc, Vrſperg. & Tritenh. Nos vero ne adijciamus animos ad Diabolica ſpectra, nec ab eis diſcamus, quid facere debeamus: ſed ex manifeſto verbo Dei, Moſen habemus, & Prophetas (Luc. 16.) imo Chriſtum & Apoſtolos ipſos. Hos audiamus. Noluit audire ex Satana, ne vera quidem (Marc. 1.) Dominus: ſed increpans, φιμώθητι, obmuteſce, inquit. Credatne quis, fuiſſe re vera illa ſpectra animas eorum, qui ibi occiſi erant? Credat ergo etiam fuiſſe verum Samuelem illud Phantaſma: quod rogatu Saulis (1. Samuel. 28.) pythoniſſa de terra excitauerat. Duo genera hominum poſt hanc vitam ponit Saluator, non plura: Saluatos ſcilicet, & condemnatos, Ioan. 3. Qui credit in filium, habet vitam æternam. Hic non indiget precibus & eleemoſynis. Qui non credit, non videbit vitam. Huic non proſunt preces & eleemoſynæ, nec quicquam aliud. vbinam tertium, aut intermedium aliquod genus, cui vlla amplius ratione ſuccurri poſſit, in canonicis ſcripturis eſt? Nuſpiam. Quocunque ceciderit lignum (Eccleſiaſtæ 11.) ſiue ad aquilonem, ſiue ad auſtrum: ibi manet. Vt per falſos vates, Dominus interdum homines tentat (Deut. 13.) an conſtantes in fide erga ipſum manere velint: ita etiam poteſt ſpectra oculis hominum ſinere obijci, ob cauſam eandem. Qui veritati fidem habere nolunt (2. Theſſ. 2.) his efficacia mendacia, ſignis & miraculis, Deus ad credendum mittit.

Phantaſma ἀξιφάτων apud VVormaciam.

ἐπίκρισις.

PRIVILEGIVM HENRICI IIII. ROM. IMPERATOris, confirmantis Alperſpachenſe Monaſterium. Eſt Henricus V. qui, Quartus appellatur: vt à Pontifice cum tribus deceſſoribus ſuis coronatus: quod Henrico I. Aucupi non contigit.

" *IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis: HENRICVS, diuina fauente clementia, quartus Romanorum Imperator Auguſtus. Cuncta conſpicientis, æquale meritum credimus fore dantis & corroborantis. Credimus etiam, ad Regalem noſtram maieſtatem pertinere, totius Regni curas: præcipueq; omniumq; Eccleſiarum commoda cõſiderare: & omnia eis aduerſantia, ſub omni feſtinatione abolere. Bonorum igitur ac religioſorum virorum: Ruotmanni ſcil. de Huſin, Adelberti de Zolro, & Alevvici comitis de Sulzo deuotionem perpendentes: & piis eorum deſideriis benignè aſſentientes: beati Benedicti Monaſterium, quod in ſuo prædio fundauerunt: in loco ſcil. hæreditatis propriè, qui vocatur ALPIRSPACH: Regia auctoritate noſtra munimus: noſtro Imperiali banno ſtatuentes: vt locus ipſe, cum omnibus adiacentibus, vel appendiciis: ſiue ad eundem locum pertinentibus villis, terminis, ſiluis, prædiis, mancipiis: & quæcunq; in futurum, Chriſti fideles ad idem cœnobium de ſuo iure obtulerint: firma & illibata permaneant. Decernimus etiam, vt nulli mortalium, idem cœnobium TEMERE perturbare, aut eius poſſeſſiones iniuſte auferre, vel aliquo modo imminuere, præſumant. Abbas ſanè cum fratribus Aduocatum, ſibi quem vtiliorem prouiderint, conſtituat. Qui ſi poſtmodum grauis & inutilis fratribus fuerit: remoto eo, alium ſibi præficiant. Nec alius Aduocatiæ bannum à Rege, ſiue Imperatore, ſuſcipiat: niſi qui Abbate eligente, & fratribus petentibus, ad tantum officium dignus & idoneus videatur. Vt autem hoc præceptum noſtrum, ſtabile & incõuulſum permaneat: hanc inde chartam ſcribi, & ſigilli noſtri impreſſione iuſſimus inſigniri. Si quis (quod abſit) huius præcepti noſtri violator extiterit: auri puriſſimi CENTVM libras componat: & ſcrinii Imperatoris perſoluat. Præſentibus & petentibus Principibus fidelibus noſtris, hoc fecimus. Quorum iſta ſunt nomina.* "

Alperſpachenſe priuilegium.

EEe 4 *Bertoldus,*

Bertoldus, Epiſcopus Eccleſia Baſilienſis.

Conradus, Dux de Zeringen.

Calevvenſis Gotteſridus.

Gotteſridus, Comes Palatinus de Calevvo.

Leoſteins Adelbertus.

Adelbertus, Comes de Levvinſtein, fratruelis eiuſdem Gotteſridi Palatini.

Hugo, Comes de Tagesburc.

Folmarus, Comes de Huneburc.

VVilhelmus, Comes de Lûcelenburc.

Adelbero, Comes de Areburc: & frater eius Hermannus, & ipſe Comes.

Conradus de Horeburc.

Hanricus de Antirſpach.

Rudolphus de VVindeſte.

Houevvile.

Bern de Houevvile.

Chono de Chunringen.

Conradus de Abenſtain.

Roin de Aſcha.

Fridericus, Comes de Saraburc.

Eberhardus de Hilriſpach.

Merebato de Griſinſtein.

Berchtoldus de Tannecke.

Conradus de Franconeburc.

VVecil, & frater eius Ludevvicus, de Aſcha.

Sigefridus Burcrautus.

Gelfradus Telonearius.

Signum Henrici quarti, Romanorum Imperatoris inuictiſſimi.

Philippus Cancellarius recognoui vice Adelberti, Mogontini Archicancellarii.

Data Argentina, anno Dominice incarnationis, M. C. XXIII. Indictio. I. X. Kalend. Februarij.

Eodem anno, Apulia Duce Gulielmo Conſtantinopolin, ducenda ſororis Caloioannis Imp. cauſa, ſed fruſtra, profecto: Rogerius, Sicilia Comes, repente magno exercitu coacto, illi Apuliam & Calabriam eripuit: atque ad Sicilia ditionem adiunxit: Calliſto P. nequicquam impedire conato. Pandulf. lib. 3. Vide ſupra lib. 8. cap. 6.

Apuliã & Calabriam Rogerius occupat.

Eclipſis luna.

Anno 1124. eclipſis luna viſa eſt die purificationis D. Maria. Vnde perterritus Conradus, conſobrinus Imperatoris, conuerſionem morum ſuorum profeſſus, Hieroſolymam ſe profecturum, ibidemq́ Chriſto militaturum, deuouit. Inde non modicum ſibi fauorem ab omnibus, ad quorum aures id peruenerat, acquiſiuit. Nonnulli etiam alii, nequitia ſtudiis antea dediti, ſocios ſe itineris fore profeſſi ſunt. Vrſperg. Poſtea 1147. modo, maximo cum exercitu, vt Rex Romanus, terram ſanctam petiit Conradus. Nos verò cogitemus illud 95. Pſal. Hodie ſi vocem Domini audieritis: nolite obdurare, quoad pœnitentiã, corda veſtra. Et illud Ieſu Ioan. 4. Deus eſt ſpiritus: & veri adoratores, nec in monte hoc, nec Hieroſolymis, ſed ſpiritu & veritate adorant illum patrem. Tales pater adoratores requirit. Poſtea 3. idus Aug. eiuſdem anni, defectus Solis fuit: & ſecuta eſt aſperrima hyems, ac maxima fames. Tritenh.

Conradi Sueui pœnitentia.

Eclipſis Solis.

VVormacienſi Epiſcopatui quidam praficiebant Buggonem, virum nobilem ab Achorn, Bamberga liberaliter educatum: pauciores vero, Arnoldum, VVormacienſem Canonicum, quem & Imp. Henricus promotũ cupiebat. Qui dum expeditionem in Galliam contra R. Ludouicum parat: vt ſocerum ſuum Henricũ, Anglia Regem, ad poßidendam Normanniam iuuaret: nunciatur ei, VVormacienſes auxilio Ducis Friderici, Buggonem in ſede Epiſcopali repoſuiſſe: ac ſe ad rebellandum comparaſſe. Tum obſeſſa eſt vrbs: in poteſtatem Imperatoris redacta: & 5. millibus talentorum (Librarum) mulctata. Bruſch. & Vrſperg. Fridericum Sueuum intelligo.

VVormacia, ab Imper. Henrico capta.

Samblaſiani Aduocati abrogatio.

Epiſcopus Baſilienſis Bertolfus (al. Bertoldus) Aduocatum ſiue patronum dederat Samblaſiano in Nigra ſylua cœnobio, nobilem virum Adelgottum de VVerr. Qui cum magnas Monaſterio moleſtias & incommoda, contra eius priuilegia, exhiberet: Abbas Ruſtenus hoc 1124. anno, Cæſari Henrico, VVormaciam obſidenti, Neubuſa de iniuriis diu toleratis quiritatus eſt. Cumq́ Epiſcopo Bertolfo, tunc praſenti, obiiceretur: cur non remoueret tam grauem Monaſterio, & iniquum, Aduocatum Adelgottum: reſpondit, ſibi prater expectationẽ hanc accuſationem accidere.

accidere. Se in præſentia, nec hominibus ſuis fidis, nec literis ad Aduocatiam ſpectantibus, inſtructum eſſe. Ita res, petente ipſo, ad tempus natalis Domini dilata eſt. Cognitio cauſæ coram Principibus, Argentinæ facta: partibus auditis, priuilegiis lectis. Tunc ſententia pronunciata eſt: Abbati Samblaſiano liberum eſſe, mutare Aduocatum: de conſilioque fratrum ſuorum præficere ſibi, quicunque placeat. Ita reiectus eſt Adelgottus: & Conradus, Dux Zaringenſis, Bertholdi F. Aduocatus aſſumptus. Vrſtiſi. in Germanicis Baſil. Chronicis.

Meginhardus cum Mechtilde, & Rudolfus cum Richarde, vxoribus ſuis, Comites de Spanheim, Eccleſiam ſuam in Monaſterium commutarunt: ab Adelberto, Moguntino Archiepiſcopo, in honorem S. Martini Epiſcopi conſecratum. Ibi poſt plura ſecula, Abbas fuit Ioannes Tritenhemius.

Spanheim. Comites.

Cum 16. Febr. 91. ſcribendo huc veniſſem: literas & libellum, pergrata mihi accepi.

MARTINO CRVSIO, Græcæ & Latinæ eloquentiæ Profeſſori in inclyta Tybing. Academia, S. P.

Mitto ad te, præceptor obſeruande, poëma illud: quod nuper, cum Tybingæ eſſem pollicitus tibi ſum: Torquati videl. Taxi Itali: Poëtarum illius gentis, omnium doctiſſimorũ iudicio, coryphæi: quo is hiſtoriam expeditionis Hieroſolymitanæ, & res geſtas Gotfridi Ducis Bilionei, perquam eleganter complexus eſt. Quem etiam libellum ſpero, locum aliquem ſe dignum in tua inſtructiſſima Bibliotheca reperturum. Vale, clariſſime vir: tuoq́ reſponſo me dignare. Datæ Gratÿ Styriæ, 24. Ianuar. 1591.

Torquati Taxi poëma de Hieroſolymit. expeditione.

T. Excell. ſtudioſiſſ.

Hieronymus Megiſerus.

Patrem hic clarus eruditione Sueuus, multarum linguarum (vt μακροαπόδημος ϗ πολυαπόδημος) gnarus, adhuc habet in VVirtembergia, M. Hieronymum Megiſerum: virum Græcè & Latinè, cum vera pietate, doctiſſimũ: ipſe Gratii verſans, in illuſtriſſimis Bibliothecariis & hiſtoricis laboribus. Miſerat Gratio, acceptum ab Hieronymo, Poëma illud M. Helias Niethammer ad patrem ſuum, Pelagium Niethammerum: concionatorem Huſæ, vico iuxta VVyrmſam amnem, vbi oppidum VVila: Pelagius verò, cum literis ad me. VVyrmſa per VVilam, Nagoltus præter Hirſaugiam, fluentes: poſtea commiſti, in fluuium Entium ad Pforzam deferuntur.

Hieronymi Megiſeri, pater & filius.

HENRICVS BAVARIÆ DVX, ET SVEVIÆ DVX FRIDERICUS luſcus. Monaſterium Ahuſanum. Vicus Vlmenſium Langenavv. Vrſpergenſe monaſterium. Suabeccenſes & Baltzhauſenſes Comites.

CAP. X.

ANno 1125. Henricus Imp. natalem Domini, Argentinæ celebrauit. Secuta, hyems aſperrima, ver tempeſtuoſum, fames validiſſima: peſtilẽtia deniq; vbiq; tanta: vt penè tertia pars hominum notata ſit occubuiſſe, maxime de vulgo. Vrſperg. Alibi ſic inueni: hoc anno multos pauperes paſſim in viis frigore periiſſe: piſces in ſtagnis exanimatos eſſe denſitate glaciei: anguillas propter gelu erepſiſſe: abſcondiſſe ſe in fœni metis: enectas & ibi frigore: deniq; poſt hyemem, ex putrefactione cadauerum, illam ſecutam eſſe peſtilentiam.

Hyems ſæuiſſima.

Henricus, frater VVelphonis V. (qui fuerat Guelpho II. Bauariæ Dux) Raueſpurgi deceſſit: eumq́; VVulphildis vxor, Magni Saxoniæ Ducis filia, ſextodecimo die deinceps ſecuta eſt: quorum amborum corpora Altorffum VVingartenſe delata ſunt. Hunc Hainricum Auentinus obſeruauit, primum omnium, priuatis auſpiciis donationem feciſſe, Diploma dediſſe, id ſua imagine ſignaſſe: quod antea tantùm Imperatores & Reges factitarint. Probat hoc exemplo. In nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Hainricus, diuina fauente clementia, Dux Bauarorum, conſenſu VVulfhyldæ vxoris, decimas in pago Ranneshouen de nemore VVillebart tradit ad aram diui Pancratii, & alia quædam prædia. Actum Ranneshouen, anno Chriſti M. C. XXV. præſente Othone Palatino, Friderico de Regenesburc. Aduocato, Helperto de Geren. Henricus, Dei gratia Dux Bauariæ. Data Ranneshouen in palatio, III. Kalend. Aug. per manum Bernhardi Notarii.

Henrici Bauari mors.

Huius Henrici filiam Iuditham (al. Iuttam, & Iudintham) Duciſſam Bauariæ, in matrimonio habuit Fridericus luſcus, Sueuiæ Dux: & Frid. Barbaroſſam ex ea genuit. Poſt illam duxit Agnetẽ, Comitis Zvviburcenſis & Sarburgẽſis Friderici filiã: quæ ei peperit filium Conradũ: &

Friderici luſci Sueui vxores.

filiam

ſiliam Claritiam, vel Clementiam. Hæc Landgrauio Turingiæ Ludouico nupta eſt. Vnde natus filius: qui poſtea aduerſus cognatum ſuum Philippũ, Rom. Regem, bellauit. Conradus, ὁμοπάτριος Barbaroſſæ frater, Dux Sueuiæ & Franconiæ, Palatinus Rheni, vxorem habuit Eliſabetam: olim Conradi Ducis Franconiæ, & Landgrauij Haſſiæ, filiam. Habitauit Haidelbergæ, eamque exornauit. Hoc autem 1125. anno, Henricus Imp. cum nullam prolem ex vxore Mathilde Angla haberet: Franconiam propter hanc etiam cauſam Conrado Sueuo, Vnioculi Friderici fratri dedit: qui poſt Lotharium, Rom. Regnum adminiſtrauit.

Franconia, eius fratri Conrado data.

Figura horum.

Fridericus & Agnes.
- *Fridericus luſcus:*
  - *Fridericus Barbaroſſa, ex Iuditha Guelphide.*
  - *Conradus Palatinus,* / *Claritia,* — *ex Agnete Bipontina.*
- *Conradus, Dux Sueuiæ & Franconiæ, Cæſar.*

DE MONASTERIO AHVSIO.

Ahuſani monaſterij fundatio.

Ahuſium (hodie corrupta voce, Anhuſium) præclarum Monachorum Benedictinæ profeſſionis cœnobium eſt: in valle Brentiana (ſcribente Bruſchio) amœniſſimo Sueuiæ tractu, ad amnem Brentiũ, in Auguſtana diœceſi, ſitum: milliaria ferè quatuor, à potenti Sueuiæ ciuitate Vlma diſtans. Fundatum legitur circa 1125. Domini, in honorem S. Martini Epiſcopi: à Manegoldo, Comite Palatino Tubingenſi: eiusq; filiis: VValthero (poſtea Epiſcopo Auguſtano: niſi 1135. fundatum fuit, cum iam Epiſcopus VValtherus eſſet: quod mihi veriſimile videtur) atq; Manegoldo, Adalberto, & Vlrico, Comitibus. Inchoatum autem primo erat in Pago LANGENAVV: qui 2. milliaribus ab Vlma diſtat: & eiuſdem Reipubl. S. P. Q. hodie paret: duo Templa, longè inter ſe diſtantia, intra ſe habens. Huius pagi parochia decimisque, fundatores primum Abbatem munificè donarunt. Tranſlatum vero eſt à primi fundatoris Manegoldi filiis, in vallem Brentianam: quod maior ibi lignorum & aquæ copia, vbertasque eſſet: quam tranſlationem Eugenius 3. anno 1149. approbauit.

Langenavv pagus.

Abbates eius cœnobij, à Bruſchio collecti. Primi deſiderantur.

Abbates Ahuſani.

1. *Degenhardus, anno 1231. Quo donatus fuit à Sibothone, Auguſtæ Epiſcopo, parochiali Eccleſia Heldeſſingenſi: ne cœnobium, tunc ad extremam inopiam redactum, interiret.*

2. *VValtherus, 1291. quo anno duobus agri iugeribus, à Sifrido Morhardo, eiusq; vxore VViba, in Nauue, donatus eſt.*

3. *Conradus, 1312. & 1327. Quo anno conſecutus eſt ius patronatus in vicina villa Tettingen, à Lorchenſi Abbate Friderico.*

4. *Henricus de VVerde, 1336.*

5. *Henricus de Gabelnbach, 1353. Quo anno donatus fuit ab Imp. Carolo IIII. iure patronatus S. Crucis: quæ erat in ciuitate Vlmenſi: quam donationem Rupertus Imp. confirmauit 1401. Præfuit etiam 1359. Sepultus in capitulari domo.*

Vlmæ S. Crux.

6. *Nicolaus, 1410. vſq; ad 1446. quo obiit.*

7. *Georgius à Suntheim: qui præfuit adhuc anno 1465. ſed non vtiliter. Itaque reiectus à munere eſt: nec poſthac aliquis genere nobilis, ad Abbatiam aſſumptus. Aſſeruatus fertur in turri cœnobialis Templi, in amœniſſimo ſupremæ partis habitaculo.*

Suntheim.

8. *Martinus. Præfuit 1469. & 1472. Reſignauit, & poſtea Eichenbrunnenſis Monaſterij Abbatem egit.*

9. *Vlricus. Præſedit 1475. & ſequente anno. Erant eo tẽpore res huius cœnobii tenues: quippe in bello ciuitatum, & nobilitatis combuſti: eo quod ſub Bauarorum Principum tuitione eſſet: quibus cum ciuitatibus Imperii bellum erat.*

10. *Iacobus Legerlinus: ex Abbate Echabrunnenſi, Ahuſianus, permutatione cum Martino facta. Præfuit anno 1478. vſq; ad 1501. quo Abbatiam Friderico, Auguſtenſi Epiſcopo, reſignauit: poſtquam magnam cœnobii partem, à cineribus præclarè inſtauraſſet. Humatus in Templo Laicorum, ante aram S. Crucis.*

11. *Ioannes VVeidenkrantzius, ex vicino oppido Haidenhaimenſi oriundus: inuitus ab Epiſcopo Friderico, ad gubernacula hæc adactus. Præfuit honeſtè & vtiliter 16. an. cœnobii rem augens, & variis ſubſtructionibus exornans, obiit, 1517. Sepultus ante Chorum ad ſiniſtram.*

12. Ioannes

12. *Ioannes Mannius Langenovvius, A.5. Deceſſit 17. Kal. Maij, 1522. Humatus in Periſtylio, ante capitularem domum.*

13. *Ioannes Agricola, ex Alpeſtri pago Gerſtetten natus. Agricola nomine & re literas peroſus. Iuuentuti enim eius loci, nec Pædagogum aluit, nec libros vllos emit. Electus 1522. præfuit fermè 20. annos. Repurgato tum cœnobio à VVirtembergico Duce Vlrico luce Euangelica: vxorem ipſe duxit: & in vicino vico Balhaimo, vitam inter agricolas traduxit: ibi in parochiali fano humatus.* Gerſtetten.

14. *Onuphrius Schadutzius: ex Burgovv, Sueuico domus Auſtriacæ oppidulo, natus. Ex profeſſo prius Ahuſano, poſt religionis in VVirtembergia emendationē, Vlricianus Auguſtæ Monachus: deniq; 1548. Abbas Ahuſæ: procurantibus menſe Ianuar. Abbatibus: Iacobo Coplinio Vlriciano, Ioachimo Fendio Thierhauptenſi, Thoma S. crucis Donavverdenſi: præpoſito item S. Georgij Auguſtano, Iacobo Saliceto: & ſummi Templi Auguſtani Clero. De his, hactenus. Anno autem 1578. & inde, Abbas ibi Euangelicus erat Andreas Eubius.* Burgovv.

De Vrſpergenſi Monaſterio.

Cœnobium hoc, Præmonſtratenſium inſtitutorum magnificum, ad Mindulam fluuium, in Auguſtana diœceſi, ſitum eſt: medio ferè inter clariſſimas Sueuiæ vrbes, Vlmam & Auguſtam, itinere. Extruxit id (teſte Bruſch.) anno Domini 1125. VVernherus, Comes de Schvvabeck & Baltzhuſen. Caſtrum autem Schvvabeck, 2. milliaribus à Sueuico oppido Mindelhaimo abeſt: hodie vaſtum & deſertum. Sedes id erat quondam Schvvabeccenſium Comitum: quorum origo, ex Regia ſtirpe Polonorum & Vngarorum fuiſſe fertur. Vrſpergenſis Monaſt. fundatio.

FVNDATORES ET BENEFACTORES, IN MONASTERII HVIVS MONVMENTIS: vt ait Bruſchius.

Suabeccenſ & BaltZhuſani Comites.

N.
- *VVernherus fundator: cuius filij, ex Richinza Marchionis Auſtriæ F.*
  - *VVernherus:*
  - *Adelgoſus:*
  - *in adoleſcentia mortui, ante patrem.*
- *Conradus, præfectus Auguſtanus.*
- *Schvvinhildis: fundatrix cœnobii Sanctimonialium Burgenſis (è regione Vrſpergenſis Monaſterii) quod circa annum Chriſti 1440. vaſtatum eſt. Hodie Burgum, tantum eſt pagus, ſeu vicus: & filia Eccleſiæ Baltzhuſana: in cuius tamen Templo, hæc Comes Schvvinhilda cubat.* Burgum.
- *Giſela: fundatrix, & prima Abbatiſſa, Edelſtettenſis Canoniſſarum in Sueuia Parthenonis: de quo, in ſequenti anno.*

EX LIB.

EX LIBRO VIII. LAZII DE MIGRAT. GENTIVM, ΓΕΝΕΑΛΟΓΙΑ EDVCTA: QVÆ CVM PRIORE non conſentit. Sed ſæpe in illo opere, aliqua deſideres.

- *Schvvigerus de Balatshuſen in Saxonia. Vxor eius, Berchta: vltima comitiſſa de Schvuabeck: per quam adeptus eſt, veterē in tractu Burgovuienſi comitatū.*
  - *Schvviger 2. quem vocat præſulem Auguſtanum: qui 1066. præpoſituram S. Petri, Auguſtæ fundauerit. Non reperio ipſum inter Auguſt. Epiſcopos: attamen ſub Epiſcopo Auguſt. Embricone, hanc præpoſituram, cum Templo S. Petri, prope curiam ciuium 1066. fundaſſe.*
  - *Conradus, Comes de Balatzhuſen. Vxor Richanza, Marchioniſſa Auſtriæ.*
    - *Hermannus, poſtremus Comes de Balatshuſen.*
    - *Conradus, Epiſcopus Auguſt. 1152. Sed Bruſchius pro eo Epiſcopum habet Conradum à Litzelſtein, Alſatum.*
  - *Adelgoſus, Comes de Schvuabeck, Aduocatus Eccleſiæ Auguſtenſis.*
    - *Adelgoſus 2. Aduocatus Auguſtenſis.*
    - *Schvuigerus 3. circ. 1156. Comes Schvuabeccenſis. Vxor, Comitiſſa de VVittespach.*
    - *VVernerus. Vxor Richanza, VVelphonis F.*
      - *VVernherus 2. Vx. Giſela. Hunc, quia ſine filiis, ait Caſtrum Vrſpergenſe commutaſſe in Cœnobium Præmonſtratenſe, & dotaſſe anno 12…*
      - *Henricus.*
      - *Giſela.*
  - *Mechtildis, uxor Manegoldi, Comitis Dilling. & VVerdeenſis: qui vendidit caſtrum Schvuabeck, Sigefrido Epiſcopo Auguſt. circa 1208. quod in bello Bauarorum cum Epiſcopo, deſtructum eſt.*

SEPVLTI IN MONASTERIO Vrſpergenſi.

Fundatores.

Barones, Dapiferi de Hoſingen.

Nobiles de Friberg, Liechtenavv, & Haſenberg.

Nomen eius.

Cœnobio Vrſperga, hirſutis eſt nomen ab vrſis:
Huic terræ quorum copia magna fuit.
Namq; iacet domus hæc viridanti in valle: per herbas,
Prataq;, frondoſis vndiq; cincta iugis.

Vrſpergenſes præpoſiti.

Vrſperg. Præpoſiti.

1. *Vlricus, annos 6. Ab anno ſcil. Domini 1125. vſq; ad 1131.*
2. *Gremo (al. Grimo) ſucceſſit. cuius duodecimo anno cœnobium conflagrauit: ſed ipſe id reparauit, obijt 1173.*
3. *VValtherus: qui 1178. deceſſit: homo indoctus & ignauus. Ideo nihil eorum, quæ voluerat, ab Imp. Friderico impetrauit.*
4. *Theodoricus. obiit, 1182. vir doctus & bonus.*
5. *Vlricus 2. Ingenioſus, induſtrius, Monaſterij ædificando exornator.*
6. *Vlricus 3. obiit, 1208. Homo religioſus.*

7. Fridericus

7. *Fridericus: qui placidæ pacis perſtudioſus erat.*

8. *Burchardus: patria Biberacenſis, antea Schuſſenriedanus Præpoſitus. Huius tempore* Biberacum.
rurſus in cœnobium ignis ſæuiit. Ideo ipſe mærore confectus; anno poſt vita exceſſit.

9. *Conradus à Liechtenavv: nobilis genere, ſed ingenio nobilior: cuius Chronica extãt: pri-* Liechtenavv.
mũ à Peutingero, claro Auguſtano, typis publicata, Cæſaris etiam Maximiliani iuſſu. Ille in eis, ſe anno 1215. Abbatem electum ſcribit, & translatũ Vrſpergam. Idem ea, quæ igne antea in Monaſterio depaſta fuerant, refecit: multisque bonis libris Bibliothecam ibi inſtruxit. Defunctus hac vita eſt 1240.

10. *Bertholdus, obiit 1245. Pius & doctus.*

11. *Conradus à VVintzern, obiit 1248. Satis doctus, vt ſeculo barbaro.*

12. *Fridericus II. obiit 1257. Vir laudatus.*

13. *Henricus à Knœringen, nobilis. obiit 1262.*

14. *Hermannus. Exauctoratus 1268.*

15. *Theodoricus II. doctrinæ amans. obiit 1275.*

16. *Hermannus ſuperior, reſtitutus. Nam vitam emendauerat. Idem etiam benè poſtea præfuit. obiit 1283.*

17. *Ludouicus. obiit laudabiliter 1294.*

18. *Henricus II. obiit 1300. Probus.*

19. *Albertus, obiit eodem 1300. anno.*

20. *Bertholdus II. obiit & ipſe mox 1301.*

21. *Ludouicus II. Doctus, & Oeconomicus, obiit 1318.*

22. *Henricus de Kirchen, obiit 1325.*

Hic ſumma Chriſtum coluit reuerentia: & ore
Caſto implorauit numinis huius opem. *Inquit Bruſchius.*

23. *Conradus Pileolus. Depoſitus 1326.*

24. *Henricus Ziechenbogius Rodanus, vir egregius, obiit 1333.*

25. *Bertholdus III. obiit 1341. Bonus.*

26. *Henricus V. Poſtremus præpoſitorum, vir fuit eximiè nobilis, atque pius. obiit 1349.*

ABBATES. Vrſperg. Abbates.

1. *Henricus de Rain. Doctus, ſacræ lectionis amans, obiit 1374.*

2. *Albertus laudatus & ipſe obiit 1395.*

3. *Henricus Pfaffenhuſius. Bonus, obiit 1407.*

4. *Baltaſar, obiit 1412.*

5. *VVilhelmus à Thannhuſen, primus ſequentium infulatus ibi Abbas. Bruſch.*

Nanq; datur capiti venerabilis infula ſacro:
Auro, & gemmarum munere, tota micans:
Auratoq; pedo manus inſignita coruſcat:
Si parat immenſo ſacrificare patri.

Frater autem Felix Fabri (olim Vlmæ in prædicatorum cœnobio doctus Monachus) in M. Scr. ſic ait. Ioannes Andreæ (in Decretali, vt Apoſtolica priuileg. libro 6.) nominat Aſini cornuti.
Aſinos Cornutos. Ideo vulgò dicitur: Inſignia pontificalia, in iſtis Prælatis tantum operari: quantum in mulis, genitalia: quia ſcilicet habeant, non generent. Sic nec iſtos infulis coronatos fructificare. Hæc, ille. Cæterum hic VVilhelmus Monaſteriũ ædificiis illuſtrauit. Deceſſit 1452.

6. *Iodocus, ex Rockenburgo accitus. Deiectus 1461. Sed paulo poſt maiore dignitate eleuatus: quia factus ſuffraganeus Auguſtanæ Eccleſiæ ab Epiſcopo.*

7. *Vlricus Seckler, vel crumenarius,* ἐξοςακιδόης.

Nanq; domum ſacram, in millena pericula duxit
Damnaq;: cùm luxu, tum leuitate ſua.
Eximio titulo ergo, ſacroq; exutus honore eſt:
Dignus, qui ſuibus ſit, canibusque, pater.

Factum 1472.

8. *Ioannes Garengroos* (φιλομεγάλης) *è Rockenburgo cœnobio aſcitus, obiit 1479.*

De ipſo, Bruſchius.

Non ego, ſi linguas centum natura dediſſet:
Ipſius omne ſcelus commemorare queam:

FFf Ipſius

Ipſius atq; dolos, fraudes, verſutaq́ue facta:
Nec valeam, ſi ſint mille etiam ora mihi.

9. *Ioannes Riebler. Vir doctus fuit, & pius. Dimiſſus ab officio, propter ſenectutem, & aduerſam valetudinem, anno 1503.*

10. *VVilhelmus Henſelmannus, obijt 1523.*

Priſco vigori reddidit,
Sua domum vigilantia.
Rector pius, pater bonus.

11. *Thomas, cognomento Magnus, paruus corpore. Magiſter philoſophiæ, Coloniæ factus. Vidit Monaſterium ſuum diripi à ſeditioſis Ruſticis, anno 1525. Præerat adhuc 1551. De his, huc vſque. Spectauimus nos 17. die Februar. 1591. quo hæc ſcribebamus, Tragœdiæ D. Ioannis Baptiſtæ actionem Latinam: toto tempore pomeridiano, à Magiſtris & ſtudioſis, Stipendij illuſtris aliisque, in foro Tybingenſi artificioſiſſimè repræſentatam: præſentibus Academiæ & oppidi proceribus: aliisque innumeris vtriusq; ſexus, & cuiusq; ætatis, hominibus: infrà ſpectantibus, & ſuprà de feneſtris. Biduo antè (feria Dionyſiæ vacationis ſecunda) oppidani ibidem Comœdiam Hecaſti Germanicam benè egerant.*

Tragœdia S. Ioan. Baptiſtæ.

IMP. HENRICI V. MORS: ET LOTHARII II. SAxonis, VICESIMI CÆSARIS occidentis, ſucceſſio. Coronatus is Romæ, à Papa Innocentio. Conradi Anticæſaris, & Friderici fratris, Ducum Sueuiæ, contra Lotharium bella: Sueuiæ vaſtatio: & illorum duorum cum Imp. Lothario pacificatio. Spiræ, Noribergæ, Vlmæ, Auguſtæ, hos Sueuos colentium, afflictiones. Obſidio Hohenſtauffæ. Rotvvilæ virtus. Concio Legionum, locus extra Auguſtam Vindel. Fridbergam verſus. Henrici Bauari Guelfi, cum Friderico Sueuo certamina.

CAPVT XI.

ANNO 1126. (al. 1125.) Henricus Imp. apud Traiectum, Pentecoſten celebraturus: ægritudine, quam diu celauerat, ſuperatus: præſentibus, vxore Mathilde ac Primatibus, de Regno conſilium eis dedit: corona cæterisque Regalibus, in Caſtello firmiſſimo Hamirſtein, vſque ad conuentum Principum aſſeruari iuſſis. Tum viatico Eccleſiæ Sacramentorum inſtructus: diem clauſit extremum, 10. Kalend. Iun. (al. Aug.) abſque liberis. Itaque Spiræ ſepultus eſt, mit Schildt vnd Helm: *cum ſcuto & galea. Credo, etiam ſigillum eius, cum vltimus mortuus ſit, de more confractum ictibus ad ſepulcrum eſſe. Iacet ſub ſexto marmore, honorificè iuxta progenitores ſuos conditus, cum inſcriptione:* FILIVS HIC.

Henrici V. mors.

Verſuum duorum, qui de hac familia Regia fuerunt, in ſex lapidibus collectio.

FILIVS HIC, PATER HIC, AVVS HIC, PROAVVS IACET ISTHIC.
HIC PROAVI CONIVNX, HIC HENRICI SENIORIS.

Hi ſunt, ordine vocabulorum in verſibus. Fil. Henricus V. Pat. Henricus IIII. Auus Henricus III. Proauus Conradus II.

Coniunx proaui, Giſela. Coniux Henrici IIII. Bertha. Vide Vrſperg. & Bruſch. in Epiſcop. Spirenſibus.

Comitia dehinc Moguntiæ habita ſunt. Ibi quatuor Regni Principibus, ad Imperium reſpicientibus: Lothario Duce Saxoniæ, Friderico Duce Sueuiæ, Leopoldo Marchione Auſtriæ, Carolo Comite Flandriæ: promouente Moguntino Præſule Alberto, qui Fridericum oderat, negotium: deſignatus eſt XX. IMP. CAES. LOTHARIVS IVNIOR, P. F. Aug. 3. Kal. Septemb. & idibus Septemb. Aquiſgrani à Colonienſi Archimyſta Friderico coronatus eſt: imperauitq; A. 13. M. 2. D. 21. Arte quadam ſubtili, Moguntinus ille Ducem Fridericũ depulerat. Nam cum alij Principes, inſtinctu Moguntini, recuſarent, pro ſe quiſq;, Imperiũ, tanquam nimis ardui propter iura imminuta laboris: hos Fridericus (vt erat modeſti ingenij) imitans, & ipſe ἀκκιζόμενος *recuſauit, doli illorum ignarus. Illi, occaſione rapta, ſtatim Lotharium crearunt. Pontificem hic Romanorum Honorium II. fautorem habuit: qui oderat Henricos, & Stauffenſes proceres: quibus nec ipſe fauebat. Tunc Fridericus, Dux Sueuorum, & frater*

Lotharius, vel Lutherus, Cæſ. Occident. 20.

Fraude Moguntini.

Papa, Sueuorum oſor.

frater eius Conradus (qui Franconiæ Ducatum , pertinentem ad Eccleſiam Herbipolenſem , ab Henrico Imp. acceperat, vt dictum eſt) nepotes Henrici Imper. ex ſorore, iam illa fraude intellecta, Lothario ſe oppoſuere. Sibi enim deberi Imperium exiſtimabant, propter cognationem Henricorum. Accedebat, quod Sueui & Francones: quibus iam diu bellum cum Saxonibus fuerat: ægerrimè ferebant, Imperij celſitudinem (vt in Chronic. Carionis eſt) ad Saxones deriuari. Inſignia denique Imperialia, penes prædictos duos Sueuos, auunculo mortuo, remanſerant. Cunrado fauebat Godefridus quoque, Comes Palatinus. Cum Lothario vero contra hos ſtabat Henricus Catulus, ſeu Guelpho, Bauariæ Dux, cognomento Superbus. Gener hic Lotharij, filia eius Gertrude ducta factus eſt. Hæc breuiter Vrſpergenſis notat, ad ſuos annos referens, his verbis. Anno Domini 1126. Lotharius, electus Rex eſt. Anno 1127. Chunradus inſurgit contra Lotharium. Anno 1128. Chunradus in Italiam fugit. Anno 1132. Auguſta combuſta eſt, ſcilicet à Lothario. De his plurium annorum rebus, nos, ex Othone Friſingenſi, Conrado Vrſpergenſi, Ioanne Auentino, & aliunde, complura (ſic ſatis ordine) commemorabimus, ſimul abſoluentes: cùm non exactè ſuis annis diſtincta reperiantur.

Lothario ſe fratres Sueui opponunt, Frider. & Conradus.

Contra eos Henricus Superbus.

Imperatrix Mathildis, Henrici Anglorum Regis filia, Regalia in ſua poteſtate habebat. Quam Albertus Moguntinus Archiepiſcopus ad ſe vocauit: falſisque promiſſionibus ad illa ſibi tradenda induxit. Poſtea, pro ea poteſtate, quam Regno vacante Moguntinus habet Principes conuocat: ac memor malorum, ſibi à Sueuo Friderico illatorum eum impedit, etſi à multis expeditum: ac Lotharium, excellentem ſanè Principem: plus tum priuatæ rei, quàm communi commodo, conſulens: Regem creari perſuadet. Rex nouus, de conſilio eiuſdem Adelberti, & Fridericum, & fratrem eius opprimere conatur. Itaque caſtrum Noricum (NORIBERGAM) vbi ipſi præſidia poſuerant: & tanquam iure hæreditario (inquit Friſing.) poſſidebant: adiuncto ſibi Bohemorum Duce Vlrico, & Baioariorum Henrico, 1127. obſidione claudit. (Notetur, Noribergam tunc ad Sueuos pertinuiſſe.) Bohemi tamen, quod nec Deum timerent, nec hominem reuererentur (ne Eccleſiis quidem parcentes) poſt aliquod tempus, domum dimiſſi. Contrà, hi fratres, ſe oppreſſum iri, omnino videntes: magna indignatione concepta, quantis viribus poterant, reniti aggrediebantur. Quod his verbis in vetuſto Zuifalt. ſcripto dicitur: Fridericus de Stauſe, nimis indignans: quod poſt mortem Heinrici, auunculi ſui, factione Adalberti Moguntinenſis Epiſcopi, Regnum ab eo ad Lotharium, Saxonicum Ducem, eſſet translatum: totis viribus rebellare diſponens, inſurrexit contra eundem Lotharium. Propter quod, poſterius etiam ab Honorio P. è communione Eccleſiæ ambo fratres exterminati fuere: Lotharii etiam impulſu, potentiam eorum timentis. Norico autem caſtro tunc ita, vt dictum eſt, obſeſſo: ambo exercitum colligunt, oppidanis ſignificant, quodam die appropinquant. Quæ res obſeſſis magno gaudio fuit: hoſtibus vero, terrori. Rex igitur Lotharius, obſidione ſoluta, Babenbergam, & inde Herbipolim, ſe confert. Noribergenſes, ingenti cum clamore egreſſi, caſtra vacua hoſte reperta diripiunt: Dominosque ſuos magna cum gratulatione ad ſe introducunt. Qui cum oppidum commeatu, aliisque neceſſariis rebus, inſtruxiſſent: Regem inſecuti ſunt. Quo intra ciuitatem manente: ipſi tyrocinium, quod vulgo Turniamentum (inquit Friſing.) nominant, cum militibus illius exercendo, vſque ad ipſos muros progreſſi ſunt. Poſt hæc, Rhenum tranſgreſſi, Spiram ingrediuntur. Quos ea ciuitas, ob gratam Imperatorum ibi ſepultorum memoriam, tanqum eiuſdem ſanguinis conſortes, reuerenter ſuſcepit: quam ipſi præſidiis firmarunt. Venit poſtea Rex, adiuncto ſibi Moguntino Alberto: eamque obſidione preſſit, ſed fruſtra, multos dies. Hic iam de Conrado, Rege facto, Rotvvila defenſo, in Italiam profecto, recordor. Sed prius de fratre Friderico dicam.

Noriberga tunc Sueuorum erat.

Noribergenſium virtus.

Spira, Sueuorũ fautrix.

Henricus Superbus, Noricorum ſeu Bauarorum Dux, ob gratiam Principis Lotharii: cuius filiam Gertrudem nuper vxorem duxerat: Friderico Duci (haud memor affinitatis, quæ ei ex copula ſororis ſuæ Iuditha cum illo erat) bellum indixit. De quo poſtea ſcribam: vbi prius coniunctionem Gertrudis cum Henrico expoſuero.

Lotharius hanc vnicam filiam (vt ſcribit Auent.) Rectori Boiorum deſpondet. Itaque hic confeſtim equitatum (anno, ὡς δοκεῖ, 1127.) cum primariis Boiariæ fœminis, qui ſponſam ex Saxonia abducant, mittit. Interea, vt bonis ominibus auſpicarentur principatum: conuentum Reginoburgi agit, ius dicit, lites dirimit, pacem ſancit, latrocinia capitalia fore decernit, Prætorem ſuo loco ciuitati præficit. Peractis his rebus: ſponſam Auguſtæ, in confinio Rhætorum &

Henrici Superbi nuptiæ cum filia R. Lotharij. Concio Legionum. Conzenleck.

Vindelicorum, excipit. In campo deinde Lyci, ſupra Auguſtam, inter Fridbergam & Mœringam (qui locus, Concio Legionum appellari ſolet) nuptias octauo Quinquagenalium die ſplendidè fecit. Frequentes Boiariæ atque Sueuiæ Primores interfuerunt. Hic concio legionum locus (vt mihi Marcus Henningus ſignificauit) tunc ſatis magnificè ædificatus erat: nunc verò planè deſolatus iacet: & vulgò, zum Congenlech *vocatur. Vbi aliquando Philippi quoque Sueui, & Irenæ Græcæ, nuptiæ erant. Confectis autem nuptiis: nuptam Henricus Rauenſpurgum migrare iubet: vbi totam æſtatem degit. Ipſe in Saxoniam verſus, ad ſocerum profectus eſt: & ab eo circa Noribergæ caſtrum, Ducatum Saxoniæ atque alia, in beneficij loco ſuſcepit: auxiliumque contra duos illos Sueuos promiſit. Inde poſt tempus reuerſus: collecto ex Bauaria non paruo exercitu, Alemanniam inuadit: nec longè à Danubio, ad amnem VVerenzam caſtra locat. Cognito verò per exploratores: adeſſe permagnis cum copiis Fridericum (ſed & Conradum) ceſſit, idque feſtinanter, tanquam præſentiſſimo vrgente periculo, non ſine rubore ad ſua ſe recipiens.*

VVerenza fl.

Spiram Lotharius ſubigit.

Ad Rhenum deinde, contra Friderici incurſationes, dum Spiram adhuc Lotharius obſidebat, tendit: illum nocte quadam irruentem, præmonitus de eius conatibus, in fugam vertit: & Gruningiam vſque perſequitur. Spiram Rex inſecuto tempore, fame ad deditionem coëgit.

Pyrenæi montes Sueuiæ.

*Alio tempore Henricus, rurſus Alemanniam ingreſſus (quia natione ab antiquo, nobiliſsimus Alemannus) Raueſpurgum, & alia loca, quæ poſſidebat ex Alemannia ad Pyrenæos montes (vt vocat Friſingenſis) reſpectu, inuiſit. Vir cætera laudabilis: ſed in vna re culpabilis: quod ita contra ſororium ſuum Fridericum agebat. Ad quem miſſis tunc Legatis, amicè & pro affinitate monet: vt ad gratiam Principis redeat. Durum enim eſſe, vt quiſquam, quamuis magnus & probus, totius Imperij pondus ſolus ſuſtineat. Addit, ſe fidelem fore, ſi acquieſcat, pacis conciliatorem. Dux Fridericus, orationi fidem habens: in Monaſterium Zuifaltenſe, huic actioni deſtinatum, cum paucis venit. Ille vero, non candido animo agens: explorato, vbi Fridericus noctu cubaret: armatus accedit: ſe hoſtem verbis & conatu profitetur. Sueuus in magnas anguſtias coniectus: fugam è cubiculo ſollicitè circumſpectat: Dei gratiæ ſoli ſe commendat: abdito quodam exitu, tanquam diuinitus monſtrato, in Templum euadit: atque in turrim eius aſcendit. Hoſtes, cum in cubiculum irrumpentes, Ducem non inuenirent: clauſtra Monachorum etiam ingrediuntur: & cuncta ipſorum abdita, ferro perſcrutantur. Poſtridie Sole exorto, vicini quique, qui Duci fideles erant: improbiſsimo VVelfi facto cognito, auxilio gregatim accurrunt. Quo viſo è turri: Fridericus iam animo confirmatus, ad Henricum inquit: contra ius & fas, vir optime, feciſti: qui me pacificis verbis vocato, hoſtem te aperuiſti. Ego vero, ne malum pro malo reddere videar: te amicè moneo, ne manus meorum, quos vndique concurrere vides, expectes. Hæc in hanc ſententiam, Otho Friſingen. Sed apud Zuifaltenſes (vbi ad annum 1138. referri, ſed minus rectè, videntur: cum potiùs ad 1128. referenda ſint) ſic deſcripta vidi. Friderico in Quadrageſima, Zuifaltæ cum paucis pernoctante: Dux Henricus Bauariæ (qui inter cunctos Principes ditiſsimus: ſpe Regni, quod inconſultè affectarat, propter ſuperbiam ſuam inuiſus, deciderat) clàm ipſum perſecutus: armata manu ſubitò ad necandum irruit. Domum, in qua quieſcebat, igne ſuppoſito, cum ipſo concremare tentauit. Verum per Monachos ereptus, & quidem vix, occultatus eſt. Ille (*der from Schwager Schweinſpieß*) vbique quæritando, gladiis omnia rimando, nonnulla cœnobij ædificia igne conſumpſit. Monaſterij, in quod Fridericus confugerat, alteriusq́; Eccleſiæ, fores, machinis audacter confregit. Eductis gladiis turba furens, per totam Eccleſiam (inter Monachos: qui eo tempore poſt horam primam, more ſolito ad Letaniam proſtrati erant) diſcurrit: nec tamen illum, cuius ſanguinem ſitiuit, inuenire potuit. Denique ignem fruſtra ſubiicere nitentibus: Fridericus, turri conſcenſa, mortem euaſit: quia nec gladio, nec igne, expugnari potuit: Monaſterio vbiq́; laterculis tecto. Tandem tædio victi, Monachis malum comminati, cum pudore diſceſſere. De hac temeritate, Innocentius P. Heinrico Duci calicem 5. librarum, huic loco dandum mandauit: ſed is neglexit.*

H. Superbi fraus in Fridericum.

Fridericus deinde, iniuriæ huius memor, vlciſci Bauarum cogitabat. Quo conatu ſuſcepto, Oenoburam, prædicti Monaſterii vicum, ferro & igne conſumpſit: eo, quod ſtulta & ferox ibi turba Ruſticorum, ipſum armata vi ad vrbem Rabinisburc (Raueſpurgum) pœnas de Duce Heinrico ſumendi cauſa, properantem: & in eo vico, itineris neceſſitate pernoctantem,

Oenobura vicus.

*ſtantem, ex eodem fugauerat. Hac, in illis membranis. Fridericus autem in Algoiam ſui ho-
ſtis irruens (anno 1128.) Memmingam, Alttorffam, Rauenſpurgum (ſcribente Vrſperg.) &
villas circumquaque, diripuit, & incendio vaſtauit. (En, Memminga tunc ſub Guelpho-* **Memminga.**
nibus & Bauaris erat.) Sequentis verò anni aſtate, Henricus vicem repenſurus, magno cum **Algoia oppida,**
exercitu irruptione in ditionem Friderici facta: à villa Tuogendorff (Degendorff) ad Danu- **ſub Bauaro**
bium ſita, incipiens, & vltra caſtellum Stauphen (Hohenſtauffam) perueniens, omnia circum- **Guelphone.**
quaque, in acceſſu & reditu (Vlmam quoque) prædando & vrendo deuaſtauit. Dehinc iam ſe- **Vlma.**
*quuntur negotia quadam: qua Henricus aduerſus Bauaria Epiſcopum Henricum, & frater eius,
Guelfo cum Caluenſibus Sueuia Comitibus, habuere. Sed de iis poſterius, in 13. capite.*

*Ad Conradum nunc redeamus, Friderici fratrem. Fuerat is 1125. à fratre Friderico, &
Principibus aliquot, Rex aduerſus Lotharium declaratus. Prater alia eius geſta, de quibus an-
tea dictum, etiam hac commemoranda reperi. Cùm ipſe cum fratre fuiſſet à Papa excommuni-
catus: plerique Principes Imperij ab illo ad Lotharium defecerant: excepto Hohenbergenſi Co-
mite Henrico, & oppido ROTVVILA. Vaſtata autem à Lotharianis Sueuia: obſeſſus eſt in
arce ſua Hohenſtauffa Conradus: qua ſæpe oppugnata fuit, & ſuffoſſa. Vidimus ſanè ante* **Conradus Anti-**
triennium ferè, cum ibi eſſemus, adhuc cauernam ſuperius in latere montis: qua forſitan ex **caſar, Hohen-**
illa obſidione remanet. Fortaſſis & tunc factum eſt id: quod collega meus humaniſſimus, M. **ſtauffa obſeſſus.**
*Michael Maſtlinus, Mathematica hic doctor, ſe olim ex proauia ſua Barbara, Nicolai
Schœni proaui vxore, qua ex aliis ſenioribus audiuerit, audiuiſſe ait. Obſeſſo illo caſtello: eò* **Hohenſtauffa**
inopia redactos fuiſſe eos, qui intus fuerint: vt nihil alimonia eis reſtaret, prater vnum mo- **obſeſſa fames.**
*dium tritici, & vnum bouem: cuius eo frumento paſti, & mactati, inteſtina deiecerint de ar-
ce. Iis conſpectis: hoſtes, re inopinata perterritos, conſilium de obſidione relinquenda cepiſ-
ſe: quod cibariorum copiam adhuc inibi eſſe opinarentur. Verùm enimuero Rex Conradus vi-
dens, quanto in periculo eſſet: clam inde profugit: & ad Hohenbergenſem cuius mentionem
fecimus, confugit Henricum. Primo quidem, in arcem eius Hohenbergam (qua ſemimillia-* **Hohenberg. Co-**
rio ab oppido Rotvvila diſtans, ampla & magnifica olim erat: ſed hodie deſerta eſt, muris **mes Henricus.**
*remanentibus) deinde vero (metuente ſibi Henrico à Cæſare) Rotvvilam. Relicta igitur
Stauffa copias Rotvvilam Lotharius abducit: eam infeſto animo obſidet: pluribus oppugnatio-
nibus tentat: ſed irrito conatu, multis ſuorum cadentibus. Durante labore ferè vnum an-* **Rotvvila irrita**
num: commeatuque oppidanos relinquente: ipſi nocte quadam eruptione facta, hoſtium co- **à Lothario obſi-**
hortes perculerunt fortiſſimè: aliquot ipſorum occiſis: non paucis nobilibus viris, & proceribus, **dio.**
*captis: iiſq; cum commeatu, & præda opima, in oppidum illatis. Ita Rex ab obſidione diſceſſit.
Vide 3. Munſter. capit. 324. his conſentanea ſcribentem. Huius beneficii, poſtquam Lothario
in Imperio ſucceſſit, R. Conradus memor, Imperiale conſiſtorium ibi conſtituit: cuius magna ho-
die celebritas nominis eſt.*

Sequenti 1128. anno, idem Conradus magna cum ſpe Pyrenæum per iugum Septimi mon- **Pyrenaus mons.**
*tis (Germanicum, non Hiſpanicum) qua Rhenus & Oenus fluuij (inquit Otho) oriuntur, in
Italiam cum exercitu tranſcendit. Ibi à Mediolanenſibus (qui bellum, quod multos annos
cum Comenſibus acerrimum habuerant, non ita pridem feliciter finierant) honorificè ſuſce-
ptus: & ab eorum Archiepiſcopo Anshelmo, Modoëtia inſignitus Italici Regni corona:* **Conradus, Rex**
Lombardia ciuitates ad ſe pleraſque traduxit. Papa autem Anshelmum, propter hoc factum **coronatus Mo-**
Archiepiſcopatu deiecit. Interea per Conradi abſentiam, Sueuis multa accidêre mala: & illi **doëtia.**
non modò Spirenſis ciuitas, ſed ſua pleraque, erepta per Lotharium fuere.

Eo tempore Vlmam quoque (circ. 1129. quod Sueuia Ducibus adhæreret, Lotharius ob- **Vlma à Lotha-**
ſedit: & quamuis animosè ſe defendentem, cepit atque deſtruxit. Conradus vero, poſt Lotha- **rio deſtructa.**
*rij mortem, Regno Rom. obtento, ciuibus inſtaurandam præcepit. Hi non modo inſtaurarunt:
ſed etiam, propioribus villis adiunctis, ampliorem fecerunt. Ipſe multis eos priuilegiis donauit,
quibus etiam nunc gaudent. Sic etiam Auguſta Vindelic. à Lothario, propter ſtudium Conradi,* **Auguſta, com-**
anno 1132. combuſta eſt. **buſta.**

*Qua damna cùm Conradus reſciuiſſet: ex Italia in Alemanniam anno 1132. rediit, nec
ſine periculo. Lotharius vero, magna gratia à Pontifice Rom. iuxta: quod egregiè Sueuos vl-* **Lotharius, Ro-**
tus eſſet: ab illo ad ſe vocatus eſt, vt coronaretur. Igitur ſequenti tempore Romam profe- **ma coronatur.**
*ctus: in Laterano pridie nonas Iunias 1133. ab Innocentio II. P. Imperatoriam accepit coronam.
Qui Papa hos verſus, cum rei geſta pictura, in pariete inſcripſit:*

Rex venit ante fores: iurans prius vrbis honores
Poſt, homo fit Papæ: ſumit quo dante coronam.

Homo.

Homo, id eſt, ligius, vaſallus, ἀνδράποδον.

Conradus, cum Lotharium Auguſtalibus inſignibus potitum, atq; incolumem reuerſum, ab omnibus celebrari: ſe vero diris ab Eccleſia obſtrictum, & à pleriſque deſertum, videret: gratiam eius, quoquo modo poſſet, ſibi redimendam iudicauit. Itaque S. Bernhardi, Clarauallenſis Abbatis, ad quem ſe contulerat, interuentu: tum ipſe (titulo Regio depoſito) tum frater Fridericus: in conuentu, Bamberga in Quadrageſima 1134. (al. 1135.) habito, ab Imperatore in gratiam recepti ſunt. Ita belli & turbarum, quæ multos annos Sueuiam miſere exagitauerant, tandem finis factus eſt: dulcis nomine reg; pax reſtituta.

Sueui Duces, ambo Lothario reconciliati.

His de rebus, M. Scr. Chronica membran. de anno 1134. ad verbum ſic habent.

Imperator Lotharius aſſumptionem Mariæ VVirceburc celebrauit: & inde cum exercitu Sueuiam intrauit: ſuper Fridericum Ducem, & fratrem eius Conradum: qui quoddam oppidum, VLMA dictum, contra eum munierant: & ciues ad reſiſtendum incitauerant. Sed Henricus, Dux Bauariæ, Imperatorem præueniens, oppidum expugnauit, deprædauit, incendit, abſque Eccleſiis: Duce & fratre ſuo, inde fugientibus: & XII. de præſtantioribus, captiuos abducentibus. Poſtea plures prouincialium ad Imperatorem confluxerunt: quibus & gratiam ſuam dedit: ipſique fidelitatem ei promiſerunt. Deuaſtata autem plurima parte regionis, Fuldam diuertit. Fridericus, videns ſe à pluribus derelictum: & adhærentes ſibi, valde afflictos: adiit Imperatricem, Fulda cum Imperatore degentem: ſatis humiliter, nudis pedibus, flagitans eius gratiam. Quæ fecit eum abſolui per Legatum Apoſtolici, qui præſens erat, ab excommunicatione: qua per VII. annos continuos ſeparatus fuit à communione Eccleſiæ. Primo, in Teutonicis partibus, à tribus Archiepiſcopis: præterea, Romæ: dehinc, in Leodicenſi concilio. Obligauitque ſe magnis ſacramentis, Imperatori fideliter adhærere: & ad proximum placitum, coram principibus gratiam eius exquirere.

Sueuus, ab excommunicatione abſolutus vterque.

Ac de anno 1135.

Dominica ante mediam Quadrageſimam, ſcilicet XVI. Kalend. Aprilis, ſicut promiſerat, Imperator cum totius ferè principum Regni conuentu, Babenberch cum valida manu electorum militum & armorum venit. Et Fridericus cum ſuis, licet aliquandiu reniteretur gratiam Imperatoris publicè, prouolutus pedibus illius, humiliter exquiſiuit: & mox impetrauit. Quinetiam ſe profecturum cum Imperatore in Italiam proximo anno, ſpopondit: & pacem per totam Sueuiam, ſicut decretum fuit, firmiter obſeruari præcepit.

Ibidem poſtea.

Imperator poſt Feſtum S. Michaëlis, Mulehuſen venit. Vbi Conradus, vſurpator Regij nominis, frater Friderici Ducis: Corona, ac totius Regalis ornamenti, oblitus: humiliter per Conradum, Archiepiſcopum Magedaburgenſem, ab excommunicatione ſoluitur: ac per interceſſionem Imperatricis, pedibus Imperatoris prouolutus: gratiam illius promeretur.

Gotfrid. Viterb.

Regnat Lotharius: Conradus, amicus habetur:
Summus & Imperij Signifer ipſe fuit.

Hæc ferè, illis annis inter Lotharium & Sueuos Duces geſta. Sed de iis, ad ſuos annos rurſum. Si quid interea etiam aliud occurrerit: ſuo loco reponetur.

MONASTERIA, MONACHO-RHOTENSE, ROCKEMburgenſe & Edelſtetenſe. Conradus Bibreccius, Epiſcopus Curienſis.

CAP. XII.

Diximus præcedente capite, quid in Republ. 1126. anno geſtum ſit: dicemus nunc de Monaſteriis quibuſdam, eo anno in Sueuia conditis.

De Monachorvm Rhoto.

RHOTVM, Rodium, vel Monachorum Rhotum (vt ſcribit Bruſch) ad alterius cuiuſdam fæ-

dum fœminarum Rhods, in Oſtrofrancis ſiti, differentiam ſic dictum: fundatum eſt anno Domini 1126. à domina Hemma: illuſtris Baronis, & equitis aurati, Henrici à VVildenuuerck, coniuge illius nimirum, qui in arce Freudenburgo habitauit: & ex ea ſuſcepit Rhenigenum & Cunonem, eiuſdem cœnobij maximos benefactores. Qua de re, vetus hoc Diſtichon capitulari ſacello inſcriptum eſt: Monacho-Rhenenſis Monaſterij fundatio.

Fundatrice Hemma, Rhenigenum credimus eſſe,
Chunónemque ſatos: chara hic cum matre ſepultos.

Magnificum eſt Sueuiæ Monaſterium Præmonſtratenſis ordinis: duobus milliaribus ab Imperiali oppido Memminga: in Haslachij & Rhotæ, amœniſſimorum riuorum, medio concurſu ſitum. Quorum poſterior, vno milliari ſupra Rhotum ortus, cœnobium ipſum perfluit: eique nomen hoc fecit. Poſtea, aſſumpto Haslachio, Bonam cellam Parthenonem, & Aichſtettam pagum Fribergenſium nobilium, præterfluens, paululum ſupra Vlmam in Danubium incurrit.

Habuit initiò Præpoſitus hoc Monaſterium: de quibus, tantum Reinhardi nomen extat, & cuiuſdam Bertholdi: cuius adhuc in Templi pariete legitur ad S. Mariam hoc:

Hac tibi dum vi } *xi* { *reparatrix vnica Mun* } *di.*
Solers conſtru } { *me pœnis exue ſun* }

Abbatum nomina, etſi non omnium. Rhotenſes Abbates.

1 *Odino, Dapifer de VValdburg, religione nitens: ſub quo plus 200. Monachi hic vixerunt. Sed & ſorores, permulta Præmonſtratenſis enim ordo, ſexum vtrunq; coniunctum olim habebat. Legitur ille Monachis ex hoc ſuo Monaſterio conſeuiſſe quinque Præmonſtratenſes Eccleſias: VViltanenſem in Heluetijs: Lutrenſem, ſeu Kaiſerslauterenſem: Augienſem prope Raueſpurgum 1145. Staingadenſem in Rhætis 1147. & Marthalenſem ad Danubium 1170. oratu Hugonis, Comitis Palatini Tubingenſis: cui Odino, in ſeculo adhuc viuens, ſeruiuerat. Obiit hic Abbas 1182. Cuius ſucceſſores aliquot deſiderantur.* Præmonſtratenſes vtriuſque ſexus.

2 *Eglulphus de Lutrach, 1356.*

3 *Bertholdus: in ſacello D. virginis ad introitum ſepultus.*

4 *Henricus: è Marthalenſi Monaſterio accitus, præſidens tantum 18. M. Supplicarat, vt bonus œconomus, Carolo IIII. Cæſari, de cœnobij collapſi inſtauratione.*

5 *Martinus, patria Marthalenſis: ex cuius conuentu fuit aſſumptus. Hic Monaſterium collapſum, & ad extremam paupertatem redactum, ſingulari prudentia & diligentia egregie inſtaurauit. Ideo pro ſecundo Rhotenſis cœnobij fundatore habitus. Præfuit A. 30. Ob. 1457.*

6 *Georgius ab Ilkenauu, A. 13. Mortuus, 1470. Octob. 9.*

7 *Ioannes Sick Memmingenſis, A. 3. Ob. 1473.*

8 *Henricus Gallinarius (Hüner) Lindauienſis, οἰκονομικώτατος [illegible]. Præfuit A. 26. Erexit 1483. ſacellum, in quo ſepultus eſt. Ob. 1499.*

9 *Conradus Ehrmannus ſenior, ex pago Zella natus. Ædificator & amplificator egregius huius cœnobij. Ædificans maius Templum, abſoluit 1506. Item, Sacellum B. virginis, & Bibliothecam, 1502. obiit 1520.*

10 *Ioannes Lauginger Biberacenſis, ex Rectore Eccleſiæ Steinbachenſis ἀββατωθείς. Præfuit A. 13. obiit 1533.*

11 *Conradus Ehrmannus iunior, Zellenſis & ipſe, ſenioris Ehrmanni patruelis: artium & Philoſophiæ Magiſter Friburgenſis. Præfuit laudabiliter 10. annos. Aedificare cœpit plurima, quæ ſucceſſor præclarè abſoluit. Ob. 30. Ian. 1543.*

12 *Conradus Spleiſſius Bouſtettanus, ex pago prope Biberacum: electus 9. Feb. 1543. Exulauit 1547 Vberlingæ: propter crebras Smalcaldici fœderis in Monaſterium irruptiones. Reſtitutus ab Imp. Carolo V. pridie 3. Regum. Obiit in autumno 1549. in thermis.*

13 *Vitus textor, VVangenſis: antea, Parochus Oſterkirchenſis. Præſidebat adhuc 1558.*

De Rockenburgenſi cœnobio. Rockenburg. Monaſterium.

Et hoc Præmonſtratenſis diſciplinæ eſt: magnificentiſſimum in Sueuia cœnobium: quod duo milliaria abeſt ab vrbe Vlma: dimidiato verò, à generoſorum Fuggerorum VVeiſſenhorna oppido. Cœptum eſt ædificari 1126. (ſcribente Felice Fabri, & Caſp. Bruſch.) à Bertholdo. Sifrido, & Cõrado, germanis fratribus, comitibus à Bibreck: & à domina Demutha Zollerenſi, comitibus Bertholdi ſenioris coniuge: quæ omnia bona ſua eò legauit: & caſtrum ibi ſitum, vbi poſtea hortus. Vlmenſibus autem ab eo tempore, quo nobiles defecerunt, ab Imperatore commiſſa fuit

huius Monaſterij tutela. Sepultura ibi, primum fundatorum: deinde, dominorum de Aſch: imprimis, Conradi equitis aurati, & VVolfgangi: vtriuſque item vxorum, ac liberorum. Primi, qui Monaſterium hoc gubernabant, Præpoſiti appellabantur: quorum vnus, fuit Bertholdus Kinſeccenſis Baro.

Abbates cim.

Abbates, hi commemorantur.

1 *Ioannes Deuringer Ingeſtettanus, ex proximo pago oriundus. Electus anno 1440. præfuit An. 34. Reſignauit 1474. Sepultus in dextera abſide prope Chorum.*

2 *Vlricus Bellerius Gynesburgius, ex Auguſtani Epiſcopi oppido. Præfuit ann. 10. obijt 1484. Condidit ambitum (periſtylium) cum contiguo τῦ θυμιάτος ſacello: in quo ſepulturam viuus ſibi ſtatuit.*

3 *Georgius Pictor, primus hic Abbas infulatus, Ann. 21. obijt 1505. Decemb. 18. In ſiniſtra chori abſide humatus*

4 *Ioannes Molitor Memmingenſis, patre conſule natus, An. 2. obijt 1507.*

5 *Iodocus Tornator Veldenſis, ex vicinia Curiæ in Rhetia, Ann. 20. Diligens paterfamiliæ, & Bibliothecæ adornator amplificatorque. Sed & Monaſterij ædificator, quacunque ruinoſum eſſet. Ob. 23. Maij, 1528.*

6 *Ioannes Maierus: ex vicina Vrſpergenſi cœnobio villa Bremacho, 1481. natus. Præfuit An. fere 16. quibus plurima ædificia præclare refecit. Obijt 1543. Nouemb. 6. ætatis ſuæ 62. anno.*

7 *Georgius Ehrmannus Memmingenſis. Præerat adhuc, 1551.*

Edelſtetenſe Gynecæum.

De Edelſtetenſi Parthenone.

Edelſtetum, quaſi nobilis locus (auctore Bruſch.) vel nobilium puellarum locus: vel (vt in antiquis chartis) Ottlinſtettum: Canoniſſarum, ab omnibus vinculis liberarũ, pulcherrimum Sueuiæ collegium eſt: Vrſpergenſi Monaſterio vicinum, inter Auguſtam & Vlmam. Soli Abbatiſſæ, matrimonio copulari, liberum non eſſe dicitur: verum cæteris virginibus decoris. Fundatum eſt, & liberaliſſimè dotatum, anno 1126. à domina Giſela, VVernheri comitis Schuuabeccij & Baltshuſani (de quo ſupra, 1125. anno) germana ſorore: quæ apud Lauinganos, etiam Xenodochij, & domus vectigalis, conditrix fuiſſe memoratur. Sed metuò ego, ne duæ diuerſæ ſint Giſelæ. Vide part. 3. lib. 2. cap. 7.

Abbatiſſæ cim.

Catalogus harum Abbatiſſarum.

1 *Domina Giſela, fundatrix: Edelſtetti honorificè ſepulta.*

2 *Dom. Mechtildis, comes Andechſia, Bauara: ſoror S. Othonis, Epiſcopi Babenberg. VIII. In Damaſiano Bauariæ Monaſterio ſepulta: cœnobio olim vtriuſque ſexus magnificentiſſimo.*

3 *Agnes.*

4 *Itha.*

5 *Sophia Baunuuolfina.*

6 *Agnes Fuchshartina.*

Mortua bis fæmina.

7 *Margareta à Rhot, cognomine Nachreiſina. Bis mortua. Semel enim, faſcijs inuoluta: & ad humandum portata in Templum. Vbi, cum caneretur Pſalterium, reuixit. Poſtea, Abbatiſſa facta, diu præfuit. Ob. 1257.*

8 *Guta à Gerenberg. A. 63. præfuit: & anno 1320. obijt.*

9 *Anna à VVeiſsingen: Parentibus Hermanno & Agnete nata. Templum ædificauit, 1357. Præfuit 43. A. & 1363. obiit.*

10 *Anna à Rotenſtein, A. 10. obiit 1372.*

11 *Agnes à Schuuenningen: cuius parentes fuerunt, Ioannes & Vrſula. Præfuit A. 9. Septiman. 15. cum laude. Obiit 1481. Menſe Auguſto.*

12 *Chriſtina à Trochſtelfingen: antea, Canoniſſa Buochaugienſis.*

13 *Margareta Schuuinckreiſtina: Parentibus nata Conrado, & Catharina de Monte. Non diu præfuit.*

14 *Eliſabeta ab Haimhofen, patre Ioanne nata, annos 34. Obiit 1514. pridie inuentæ crucis.*

15 *Beatrix à VValdkirch: Bernhardi VValdkirchij, & Vrſulæ Schaubbergiæ, filia. Præfuit A. 28. Ob. 1542. Iun. 9.*

16 *Regina à Rorbach: parentibus genita, VVolffgango Rorbachio, & Dorothea VVildenuartina: quam Bruſchius, inſignem Heroinam vocat: corporis & ingenij bonis præſtantiſſimam. Electa fuit 1542. in vigilia S. Viti. Præerat adhuc 1551. Sunt in hoc cœnobio conditoria nobilium à* Schwenningen/*in cæmeterio: & nobiliũ à* Wiſenbach/ *in Templo primario, præcipue Hiltebrandi, militis, & equitis aurati, qui obiit 1389. quo in loco & vxor eius ſepulta eſt, Guta de Baiſuueil.* Schuuenningen. VViſenbach.

Eodem 1126. anno, adhuc viuebat Conradus à Bibreck, Epiſcopus Curienſis: comitis Bertholdi & Demutha ſupradictorum F. Hic tempore Henrici V. Epiſcopatum acceperat: eique priuilegium Lotharius Imper. dedit. Cum autem in cœnobio Curienſi S. Lucij Benedictini Monachi non admodum curarent pietatem & honeſtatem: Præmonſtratenſes pro eis in eum locum introduxit, è ſuo Rockenburgenſi conuentu: cuius etiam cura & viſitationi, illud Lucienſe Monaſterium ſubiecit. De his, ſatis. Bibreccius Conradus. S. Lucij cœnobium.

Cum huc 20. Febr. 1591. perueniſſem: M. Danieli Zieglero VVildbergenſi, alumno illuſtriſſimi VVirtemberg. Ducis in Stipendio Tybingenſi, in libellum πολύχειρον φιλόθητον *inſcripſi ſequentia. Quod gratitudinis cauſa erga Deum, ponere volui: &, vt oſtenderem, hanc inſcribendi conſuetudinem, iam à pluribus annis vſurpari, tum in cætera Germania, tum in Sueuia quoque. Inſcripſi ergo:* Libelli φιλοθήτοι.

Pſalm. 105. De Domino Dominorum. Ἐξήγαγε τὸν λαὸν αὐτοῦ ἐν ἀγαλλιάσει· καὶ τοὺς ἐκλεκτοὺς αὐτοῦ, ἐν εὐφροσύνῃ.

Κἀμὲ τὸν ἁμαρτωλὸν, ὡς πνευματικῶν πολλάκις, ἐν τῷ βίῳ μου. *Eduxit populum ſuum cum exultatione, & electos ſuos, cum lætitia. Et me ſæpe, per vitam.*

M. Martinus Cruſius, Græcolatinus, & doctrinæ dicendi, in illuſtri Academ. Tybing. Profeſſor, XX. Febr. CIↃ. IↃ. XCI. Durch Gottes Barmhertzigkeit/ kräfftig lebende. *Natus 19. Septemb. 1526.*

MEGINHERVS, TREVERICVS EPISCOPVS. RVDOLPHVS, BRIgantinus Comes. Conſtantienſis Epiſcopus, Vlricus II. Sigefridus, Epiſcopus Spirenſis. Vrſpringenſe Monaſterium fœmineum. Conradi & Friderici Sueuorum excommunicatio. Duo VVernheri, Abbates. Arnoldus, Clericorum reprehenſor. Monaſterium Elchingenſe, & Nuuuenburgenſe. Bellum Henrici Superbi, & fratris eius Guelphonis, in Caluenſi comitatu. VVirtembergæ arcis combuſtio.

CAPVT XIII.

A*NNO 1127. Norinberga, 2. Menſes à R. Lothario nequicquam eſt obſeſſa: quòd Sueuicis Ducibus adhæreret. Tritenh. & in præced. capite. Conradus autem Sueuus, ſequenti anno, quia ſibi Regium nomen vſurpauerat: in negotium, quod ſequitur, incidit. Meginherus, Gotfridi in Archiepiſcopatu Treuirenſi ſucceſſor: Romæ ab Honorio P. conſecratus, & pallio donatus erat. Inde reuerſus in Germaniam: mandato Papæ, diris Conradum, Lothario aduerſantem, deuouit. Poſtea vero proficiſcens denuò Romam verſus: vt Clericos ſuos de incontinentia & laſciuia accuſaret: 1129. Parmæ à Conrado, qui iam in Italia erat, clericorum ſuorum proditione, captus eſt: & in carcerem coniectus: atque lumine oculorum priuatus: Calendis denique Octob. in carcere mortuus: & in Parmenſi Eccleſia ſepultus. Tritenh.* Conradus R. à Meginhero Treuir. Archiepiſcopo excommunicatus. Exitium Meginheri.

Lotharius, inſtinctu & promiſſis Moraniæ Comitis Othonis, qui Ducatũ Bohemiæ affectabat, cum magnis copiis Sueuorum & aliorum, Bohemiam inuadens, magnam cladem à Duce huius regionis accepit. Qui tamen Dux poſtea ſe Cæſari ſubmiſit. Lotharij clades à Bohemis.

Vixit hoc tempore Rudolphus, comes Brigantinus: vir tantæ virtutis & excellentiæ: vt Henricus Dux Bauariæ, Saxoniæ, & Tuſciæ: ei vnam de ſororibus ſuis, nomine VVulfhildem, in matrimonium daret. Genuit is Rudolphus Hugonem, Palatinum Tubingenſem, comitem Brigantinum & Curuualenſem: qui cum VVelfone affine ſuo, circa 1164. Chriſti graue bellum habuit. 3. Munſt. 241. Numeratur hic, Hugo III. cuius patrem alicubi vidi appellari Hugonem ſecundum. Brigantinus comes Rudolphus. Tubing. Palatinus Hugo.

Eodem 1127. anno, mortuo Vlrico Dillingenſi, factus eſt conſenſu canonicorum Epiſcopus Conſtantiæ Vlricus II. Baro de Caſtellis: antea Monachus apud S. Blaſium in Hercynia: ac cum laude 11. annos præfuit. Incommoda & moleſtias, à vicinis quibuſdam exhibita, prudentia ſuperauit. Conſtantienſ. Epiſ. Vlricus II.

ſuperauit. Verum cum, caſtro quodam deſtructo, quod oppido Conſtantiæ officere potuiſſet: à Canonicorum Senatu, ad Pontificem & Cæſarem accuſatus eſſet: patienti animo cedens, ſe Epiſcopatu abdicauit: & in ſuum Monaſterium rediјt, anno 1138. ibi vſq; ad finem vitæ ſuæ manens. Paucis autem hebdomadibus ante iſtam diſcordiam, altior turris Templi maioris Conſtantienſis concidit: quo caſu omnes campanæ contritæ ſunt. Bruſch.

Spirenſ. Epiſcopus Sigefridus.

Sigefridus, comes Leiningenſis, præfectus eſt Epiſcopatui Spirenſi: quem Conradus Sueuus, Spira 1128. per deditionem capta, vrbe eiecit: eò quod is Lothario ſtuderet: ſed Lotharius eum poſtea reſtituit. Vidit is 1137. magno mœrore conflagrare inſignē ibi Baſilicam D. virginis: ſed piorum hominum ſubſidiis egregiè rurſus inſtaurauit. Bruſch.

De Vrſpringenſi Gynæceo.

Vrſpringenſe Monaſt. fœminarum.

Eſt Vrſpringum, inſigne cœnobium nobilium Monacharum, Conſtantienſis diœceſeos, ordinis D. Benedicti: ſitum I. milliario infra Auſtriacorum Archiducum oppidum Ebingam: non procul à Schelcklinga, oppido & arce eorundem: in amœniſſimo loco, inter montes altiſſimos, ad limpidiſſimas & gelidiſſimas, ſed & ſaluberrimas aquas (teſte Bruſch.) à quibus etiam nomen cœnobio factum dicitur. Fundatum creditur à parentibus S. Vlrici, Epiſcopi quondam Auguſtani: poſtea vero, auctum à nobilibus viris eſt: Rudigero, Adolberto equite aurato, & VValthero: Dominis de Schelcklingen, vico & caſtro. Commendatum deinde fuit anno Dom. 1127. cura & viſitationi VVerneri, Abbatis Sangeorgiani Monaſterij in Nigra ſylua. Dederunt illi Domini hunc Vrſpringenſem locum & Eccleſiam, Deo & S. Georgio, ad animarum ſuarum remedium. Actum in villa Ebingen. Fuerunt iam ab antiquo Auſtriaci Principes, vſque ad noſtra tempora fidi huic cœnobio Aduocati & tutores. Benefactores fuerunt: Erhardus, Baro à Kingſeck, cum vxore ſua Geneſa ab Hirnheim: VVolffgangus à Stain, vel lapide, cum coniuge Eliſa, comite de Gundelfingen: Conradus à lapide, cum vxore, & liberis vtriuſque ſexus. Item Conradus, Eberhardus, & Henricus, de Oenebyren, anno 1258. qui bonis prædijs ſorores & conuerſos, in hoc Monaſterio habitantes, donarunt.

Schelcklingen. Kyngſeck. Hirnheim. Stein. Oenebyra.

Magiſtrarum (ſic nominantur) Vrſpringenſium Catalogus.

Vrſpringenſes Magiſtræ.

1 *Domina Irmeltrudis.*

2 *Domina Irmelgardis.*

Dieſſen.

3 *Hiltrudis à Dieſſen.*

4 *Adelhaidis à Stain.*

5 *Vdishildis Fulchina à Dieſſen: quæ præfuit ab anno 1360. vſque ad 1373. annum.*

6 *Margareta Balholtzin, A. 2.*

7 *Eliſabeta Leudolphina. Electa 1376. præfuit A. 20.*

8 *Anna de lapide. Lecta 1396. Præfuit A: 26. & obiit 1422. eodem die: quo & frater eius germanus, VVolffgangus de lapide, Abbas Duplicium aquarum, ſeu Zwifaltenſis.*

VVeſternach.

9 *Anna de VVeſternach, A. 10.*

10 *Vrſula de lapide. Lecta 1432 præfuit A. 16.*

Bichishuſa.

11 *Anna ex Dapiferis de Bichishuſen: ab A. 1448. præfuit A. 14.*

Gredanna Fribergica.

12 *Gredanna de Friberg: ab A. 1462. A. 18 quæ mortua eſt 1481. Sub cuius adminiſtratione, Monaſterium 1475. reformatū eſt. Nec vero ſine difficultate, hæc reformatio eſt facta (Archiduciſſa Auſtriæ Mechtilde præſente: quæ fuit mater Eberhardi Barbati, primi Ducis VVirtemberg.) quòd complures nobiles Moniales, loco occupato repugnarent, & conuocatis Ruſticis expugnandæ eſſent. Libertatem enim retinere, contra diſciplinam arctiorem conabantur. M. Scr. Fel. Fabri.*

13 *Helena ab Hirnhaim, Alberti ab Hirnhaim, & Vrſulæ ab Hohenburg filia. Præfuit A. 15. & obijt 1496. Monaſterij vtilis illuſtratrix.*

14 *Chunigundis de veteri Friburgo, A. 14.*

15 *Cæcilia ab Hirnheim. Electa 1511. Præfuit A. 14. Defuncta 1525. Fidelis Oeconoma, & variorum ædificiorum excitatrix.*

Bergenſis Magdalena.

16 *D. Magdalena de monte (*vom Berg*) magnifica & facunda Sueua: Sigiſmundi ſenioris de monte, & Dorotheæ à Knœringen, filia. Præerat adhuc 1551. Sub ea erant 1547. Moniales 40. quas ita in ſtudio figuralis Muſicæ profeciſſe ait Bruſchius: vt etiam cum Regiis, vel Imperatoriis Muſicis, certare potuiſſent. Ea in re vſas eſſe præceptore, Blaſio Hippolyto, Monacho docto: qui 1549. diem ſuum obierit.*

Anno

Anno 1128. Conradus Rex, & frater eius Fridericus, cum ſuis complicibus, ab Honorio P. in Paſchali die, extinctis luminibus, ab Eccleſia damnati & excommunicati ſunt. Lothario autem Regi, expanſis ad cœlum manibus, benedicebant, & eum collaudabant: vitam & ſalutem, pacem & victoriam, ei à Domino exoptantes. Circa diem Ioan. Baptiſtæ, Rex Conradum Spiræ obſedit: acceptiſq; obſidibus, cum iuramento multorum nobilium, circa Feſtum S. Martini diſceſſit. Chron. Memb. M. Scr. Ruperto, Abbate Monaſterij S. Petri Erdfortienſis (quondã Monacho Hirſaugienſis) mortuo: voluntate Hirſaugiæ Abbatis Volmari & fratrum, ſucceſſor in illam Abbatiam miſſus eſt egregius vir VVernherus, ex hoc eorũ Monaſterio. Hic, primus aquæductum ad Petrinum ſuum cœnobium, cunctis mirantibus, induxit: non ſine magnis tamẽ impenſis. Trit. Sueuorũm fratrum excõmunicatio. Hirſaug. Monachus, Erdford. Abbas.

Apud Sangallum, Abbas, Lothario confirmante, alius VVernherus erat, vir prudens & ſeuerus. Conabatur inertiam & malitiam Monachorum ſuorum emendare, ſed fruſtra. Nolebant enim diſciplinam capeſſere: ſed Abbatem odio perſequebantur. Ipſe extra muros Sangallenſes, Præpoſituram S. Leonhardi ſuis ſumptibus fundatam extruxit: vt eſſet Regularium aliquot Canonicorum habitaculum. Id anno 1530. euerſum eſt de ſententia S. P. Q. Sangallenſis, religione mutata. Idem ex Ittingenſi arce cœnobium Monialium fecit: & collegium 12. canonicorum Regularium. Præfuit A. 38. Obiit 6. Iul. 1166. Bruſch. S. Galli Abbas VVernherus. Monachorum rebellio. Itting. cœnobiũ.

Arnoldus quidam presbyter, concionator egregius, Romam veniens, ſimiliter clericorum laſciuiam, auaritiam, faſtum, inſectatus eſt: paupertatem contrà Chriſti, & Apoſtolorum, vitamq; integerrimam, omnibus imitandam propoſuit. Hunc Romana quidẽ nobilitas, vt verum Chriſti Diſcipulum, laudauit: ſed cardinalibus & clericis nimio odio fuit. Itaque ab eis noctu captus eſt, & occulte interfectus. Dixerat antea: Ego teſtem inuoco cœlum & terram, quod annuntiauerim vobis ea quæ mihi Dominus præcepit: vos autem me & creatorem, qui vos per vnigenitum filium redemit, contemnitis. Ne S. quidem Petro hodie parceritis. Vos omni ſpurcitia pleni, plebem vobis commiſſam præceditis ad Infernum. Deus, vindex eſt. Trit. in Hirſ. cœnobio. De Arnoldo Brixiano, vide ſeq. lib. in anno 1143. Arnoldus cõcionator cõtra clericos, Lutherus quidam.

De Monaſterio Elchinga.

Elchingæ huic nomen vetuſtum fuit (teſte Felice Fabri, & Gaſp. Bruſch.) Aichlinga, vel Aichklinga: à vicino querceto. Magnificum eſt D. Benedicti cœnobium, Auguſtanæ diœceſeos: ſitum infra vrbem Sueuiæ primariam Vlmam, ad ſiniſtram defluentis Danubij, in monte amœno celſoque: Vlmam, Leippheimum, Gyntzburgum, VVeiſſenhornam, & alia loca, proſpectante. Mons hic, ſpongioſus & aliginoſus eſt: deſudante vndique aqua ex eo. Plantæ ibi varij generis naſcuntur, quæruntur, diſtillantur. Optima ibi aqua: quam etiam Principes ſibi mittendam curant. Videtur autem, in hoc monte quondam fuiſſe fanum Iouis: quod centaurus aliquis poſtea mutauerit in arcem. Ex qua excurſiones, & ſpoliationes prætereuntium, factæ ſunt. Ad quos prædones, Vlmenſibus moleſtiſſimos, creditur ædificata fuiſſe arx Albeccenſis. Cæterum, fundatum eſt Monaſterium Elchingenſe, anno 1128. à Conrado, Duce Saxoniæ: & eius vxore, domina Lucia, Sueuiæ Duce, Conradi Sueui ſorore: cui in ſortem ceſſerat caſtrum Elchinga. Sueuo enim Conrado, poſt Lotharium Cæſare Rom. facto: coactus eſt huius mandato ſororius eius Conradus Saxo, Lotharij frater, tradere Elchingam arcem. Quod tamen ea conditione factum eſt: vt ipſa neutri cederet, ſed Deo dicaretur, Monaſteriumque fieret. Dicatum eſt, Deo, B. virgini, Apoſtolis Petro & Paulo, D. Benedicto, Lucioque PP. huius nominis ſecundo. Patrocinio Imperatoris commendatum eſt: qui interdum Helffenſteinenſi comiti commendauit. Sed cum id paucis annis poſt ſui fundationem, incendio perijſſet: circa 1150. annum, à Sueuico comite Rauenſtainio & Irtzenbergico, inſtauratum eſt. Inter Elchingam porro, & Vlmam, medio itinere, vicus viſitur Dalfinga, vbi celebres thermæ ſunt: ad quas multi homines quotannis veniũt: quia pectoris anguſtiis, humiditati & frigiditati capitis, debilitati neruorum, obturationi iecinoris, medentur: à ſcabie mundant: arenam è renibus expellunt: matrici fœminarum proſunt, & fœcundas faciunt. Defluit per illum vicum quidam ſine nomine riuulus: qui diœceſim Auguſtanam à Conſtantienſi dirimit. Adiunctus fuit Elchingenſi cœnobio conuentus virginum: ſicut plerunque, Benedictinis collegiis. ElchingenſeMonaſterium.

Abbates Elchingenſes.

Elching. Abbates.

1 *Andreas de Aichaim.*

2 *VVilhelmus. Hic iam permulti Abbates deſiderantur.*

3 *Conradus*

3 *Conradus Klotzer: qui poſt laudabilem viginti annorum gubernationem, anno 1388. deceſſit.*

Liechtenſtain. 4 *Vlricus, nobilis vir de Liechtenſtein.*

5 *Iacobus Goſoldus. Obijt, 1431.*

6 *Fridericus Zuirner, ex Berenſtato, Vlmenſium vico. Præfuit vtiliſſime 34. A. & obiit 1465. Sub quo, fulmine exuſtum, & reparatum eſt cœnobium.*

7 *Paulus Kaſtius, Vlmenſis: electus viuente adhuc Friderico, anno 1461. adhuc iuuenis. Præfuit A. 37. optime: Monaſterium diſciplina, & ædificijs ad admirationem, inſtituendo atque illuſtrando. Eo enim Abbate, reformatum eſt à VViblingenſi Abbate. Bene adiuuit ille Felicem Fabri, in peregrinationibus Hieroſolymitanis.*

Idem, die conuerſionis S. Pauli eſt { *natus.* / *Sacerdos ordinatus.* / *Abbas electus.* / *Vita defunctus, anno 1498.* }

Kiechelinus. 8 *Ioannes Kiechlinus, è pago quodam cœnobij Elchingenſis: qui vtiliter præfuit A. 21. Reformauit cœnobia ſui ordinis: Vrſingenſe, Ottenbyranum, Abuſium Brentianum, & Nereſheimium: miſſis è ſua congregatione Monachis, ad Regularem diſciplinam idoneis. Muneri valedixit 1519. Obiit 1521.*

9 *Hieronymus Dux, itidem ex Elchlingenſi quodam pago natus. Præfuit ab anno 1519. vſque ad 1541. quo obiit, Mart. 23. Habuit doctos Monachos: præſertim Ioannem Philerenum, patria Faucenſem, Muſicum & Poetam.*

10 *Andreas Thierlinus, ex Thettinga, Brentianæ vallis pago: magnanimus, prudens, doctus. Præfuit A. 6. Sub quo bellum Germanicum eſt ortum, anno 1546. in quo cœnobium ab Hiſpanis occupatum eſt: & die S. Galli, ab Vlmenſibus incenſum, ac penè vniuerſum deletum, vna cum inſigni Bibliotheca. Cœpit Andreas (Monachis à Carolo V. Imper. reſtitutis) inſtaurare Monaſterium: ſed morte (12. Septembr. 1547.) interceptus, non abſoluit. Omnibus autem Templi ornamentis & monumẽtis, illo incendio deletis: hoc ſolum Epitaphion (inquit Bruſch.) remanſit:*

Guſſemberg. *Anno Domini, M. D. XXXI. obiit nobilis ac ſtrenuus vir, VVilhelmus Giſs à Guſſemberg ad Glettum: Rom. Cæſareæ Maieſtatis, Electorum & Principum, laudatiſſimæ ligæ Sueuicæ Capitaneus.*

11 *Thomas Clauſius VVeiſſenhornenſis, natus annos 28. Lectus Gyntzburgi, propter peſtem, & bellicos tumultus, 5. Octob. 1547. Obijt 26. eiuſdem menſis & anni, peſte ſublatus. Sepultus in choro renaſcentis tunc cœnobij.*

12 *Syluester Godefridus, & ipſe VVeiſenbornanus. Gyntzburgi anno ætatis 26. electus. Iuuenis procerus & doctus, Monaſterij inſtaurator: cui adhuc 1551. præerat. Hæc ex priore huius loci, Ioanne Diethenheimero, VViſenſtatga comitum Helffenſteinenſium nato, viro ſexagenario, Bruſchio nota fuerunt facta.*

Neunenburg. Monaſt. *Eodem 1128. anno, fundatum eſt in Alſatia Monaſterium Ciſtertienſis ordinis Neunenburgenſe: à Lytzelburgenſi comite Reinoldo, & à Friderico, Friderici Barbaroſſæ patre, Conradi III. fratre. Confirmauit eam fundationem ipſe Barbaroſſa, anno 1156. Abbate Nendungo, Indict. 4. Epacta 26.*

Epitaphium ibi.

1150. Cal. Ianua. Obiit Dominus Reinoldus, Comes de Lutzelburg, fundator huius Monaſterij Nouicaſtri.

Anno 1129. ſecundò obſeſſam ait Spiram à Rege Lothario Tritenhemius: & Vlmam Hermannus Aedituus.

Diſtulimus ſuperiore 11. cap. huc quædam: quæ Bauariæ Duces: Henricus Superbus, cum Ratisbonenſi Epiſcopo Henrico: & Guelfo VI. frater illius, cum Caluenſibus comitibus, negotia habuerunt. De ijs ergo, breuiter iam dicendum: quia fere circa hoc tempus incidunt, aut quædam non ita multò poſt. Tempus enim non reperi adiunctum: ſed ex circumſtantiis, probabili coniectura venandum eſt.

Reginoburgenſi Epiſcopo, cui Conrado vel Cunoni nomen fuerat, ſubſtitutus erat abſente Duce Henrico, citra eius conſenſum, Henricus comes à VVolffrahtshuſen: patruus Othonis, eodem

dem genere orti. Henricus Dux, apud Cæſarem hoc irritum facere conabatur. Verum anteuertens VVolffrhatshuſius Henricus, Iuuauiam ſiue Salisburgum properat: ibique à Conrado Archiepiſcopo, ſolenni ritu inauguratur. Hinc, graue inter ambos Henricos bellum: arx Danubiana Stauffa, Epiſcopo erepta: Dux viciſſim, ab Epiſcopi nepote Othone, prælio victus & fugatus. Sed hic rurſus magnam vaſtationem rebus Epiſcopi intulit. Accito dein in commilitium fratre Guelphone, Reginoburgum petit: arcem Stauffam, præſidio deducto, incendit. Inde in Sueuiam profectus, fratri VVelphoni filiam vnicam Godefridi (Itham) ditiſſimi comitis à Caluu, paternis opibus inſtructam, in matrimonium dat. Albertus, patruelis Godefridi, ratus ſibi partem hæreditatis præreptam, arcem Kaluu dolo capit, præſidioque firmat. Copias deinde VVelphonis, apud Syndelphingam noctu de improuiſo adortus, cadit, capit, fugat: magna præda, equorum, armorum, aliarumq; rerum, potitur. Vico ſuccenſo: omnem prædam in arcem ſuam VVirtembergam (vt Auentinus habet) deportat. (Ergo erat, vt videtur, Albertus, ex VVirtembergenſium comitum genere.) Henricus & VVelpho caſtellum mox obſident: & ariete, aliisque machinis, oppugnant. Albertus Ducum Sueuiæ Franciaque opem implorat, Friderici & Conradi. (Hoc ergo, aut 1128. ante Conradi in Italiam profectionem, factum: aut poſt eius 1132. ex Italia reditum, inuenio tamen 1127. anno factum eſſe.) Sed priuſquam hi ſuppetias venire poſſent: arx VVirtemberga, capta eſt. Præda omnis, recepta; cuncti, qui intus erant, in vincula coniecti & abducti: ipſum caſtellum, combuſtum. Interea Dux Zeringius Conradus, auunculus vxoris VVelphonis, Schœnburgum, quod VVelphoni parebat, circumſidet: ſed à Cæſare Lothario, cum copiis ſuperueniente, depellitur. VVelpho deinde Leoſteinum, quod ſub ditione ſupradicti Alberti erat, vi expugnat: ad oppidum Kalbam caſtra mouet. Albertus, ſe viribus inferiorem hoſte videns (γνωσιμαχῶν) abiicit arma: ſupplex in caſtra illius accedit: ad pedes eius accidit: veniam petit. VVelpho, non gratiam ſolum admiſſorum ei facit: ſed etiam omnia ablata reddit. Pacatis Sueuiæ rebus: in Bauariam poſt Paſchalia redit. Ibi aduerſarios, longiuſculo tempore in pluribus actionibus conſumpto, metu perterritos comprimit. Othonem VVolffrahtshuſanum, qui ſe abſque conditione dediderat, Rauenſpurgum in exilium agit. Epiſcopo Henrico, Hohenburgenſi ad Oenum præfectura accepta, pacem dat. Poſt hæc, 1134. etiam in Lotharij gratiam recepti ſunt Duces Fridericus & Conradus: vt iamdudum eſt dictum. Schaffnaburg. & Auentinus.

Bellũ inter duos Henricos, Ducẽ Bauar. & Epiſcopum Ratiſbonenſem.
Stauffa arx.
Godefridus, C. Caluenſis.
Kaluu arx.
Sindelfinga.
VVirtemberga arx, combuſta.
Schœnburg.
Leoſtein.

Vbi ſupra interpoſui verba (Ergo erat, vt videtur, Albertus, ex VVirtembergenſium comitum genere) ſic alibi inuenio. Albertum Comitem fuiſſe Leoſteinum, docet Priuilegium Henrici Quinti Imperat. cœnobio Alperſpach. datum. Sed an is VVirtembergam arcem poſſederit: valde eſt dubium. Diuerſas enim Caluenſ. & VVirtembergicorum comitum fuiſſe familias, nõ inſignia tantum, ſed & hoc teſtatur: quod Bruno VVirtembergenſis Comes, Abbas electus Hirſaugiæ, non ex fundatorum fuiſſe familia aſſeritur, ſed ex VVirtembergica. Quod ſi eiuſdem fuiſſent familiæ: proculdubio VVirtembergici Proceres, in ſucceſſione excluſiſſent comites Tubingenſes: vt qui ex fœminina tantum linea cognati fuerint Caluenſibus. Alibi inuenio, Itham vel Vtham, Caluenſem comitiſſam, VVelfoni comitatum Caluenſem 1127. pro dote attuliſſe. Vide ſupra 1110. de parentibus eius Gottfride & Luitgarde. Scriptum quoque mihi eſt à nobili Godefrido de Rammingen: comitem Adelbertum de Kalw / *anno 1083. arcem VVirtembergam tenuiſſe. Forte propter affinitatem aliquam.*

Genealogia Caluenſium aliqua, probabiliter.

Adelbertus Primus.
Hartuuicus.
Adelbertus Secundus.
— Adelbertus Tertius. — Adelbertus Quartus, generis vltimus.
— Gottefridus. — Itha, Guelphonis vxor.
— Itha.
— Irmingardis.
Frater N. — Albertus, Leonſteini & VVirtembergæ arcis poſſeſſor.

In Gallia, Philippus puer, Regis Ludouici Craſſi F. Rhenus vnctus Rex eſt, 18. Calend. Maij, in die Paſchatis. Hunc non integris duobus annis pòſt, dum in ſuburbano Lutetiæ equitat, fœmina ſus, inter equi pedes currens, equo pauefacto præcipitem dedit: ac tam graui caſu ſtrauit: vt paucis pòſt horis expirauerit. Trit. & P. Aemyl.

Sus infauſtus.

Capillorũ vſtio.

In partibus occidentis (auctore Trit.) viris malo vſu comam nutrientibus (κεφηκομῶσι) capilli ſubitò circum capita multis ardere cœperunt.

ARGENTORAT. EPISCOPVS GEBHARDVS. SPIRA OBSESſa, Lothario dedita. Pantaleonis cella, VVingartenſi cœnobio ſubiecta. Bernhardus, Epiſcopus Hildesheimenſis. Comites Maurſtetenſes & VVeiſſenhornenſes. Barones Neiffenſes. Comites Kirchbergenſes. Rogerius, Siciliæ Rex. Emericus VVirceburgenſis Epiſcopus. Sueuiæ Proceres. Doctorum Tybingæ creatio. Rex 4. Hieroſolymæ, Fulco. Dæmon familiaris in Saxonia, Hutginus, φιλόσοφος. Hermannus, VVinzenburgenſis comes. Monaſterium & Schola Hailſbrunna. Lotharius in Italia.

CAPVT XIIII.

Argentin. Epiſcopus Gebhardus.

ANno 1130. erat Argentinenſis Epiſcopus Gebehardus: ſororem habens Alberadem, de qua antehac ſcripſimus. Pugnauit hic bis (auctore Bruſch.) feliciſſime contra Ducem Sueuiæ Fridericum. Semel hoc anno, prope pagũ Gingenheim. Deinde iterum, poſt ſexennium, ingenti prælio vincens.

Spira & Noriberga, Imp. Lothario dedita.

Spira, quæ fuerat denuo à Lothario (ab idibus Iul. vſque ad Cal. Ianuar.) obſeſſa, fuit tandem bello & fame ad deditionẽ adducta. Coniux autem Ducis Friderici (quæ ciuibus ad ſolatium ab ipſo intra vrbem relicta fuerat) fame & nuditate acriter afflicta: à Lothario Regalibus donis liberaliter ditata, cum ſuis diſceſſit. En humanitas Regis hoſtis. Caſtrum itidem Nurnberg, eidem traditum. Triten & Chronic. M. Ser.

Cella S. Pantaleonis, VVingartenſi Monaſterio ſubdita.

Comitibus de Buchorn, abſque legitima prole obeuntibus: ad VVelphones, Altorffenſes principes, cella D. Pantaleonis (de qua ſupr. libr. 4. cap. 7.) venit: atque VVingartenſi Monaſterio, vna cum Parochia S. Andreæ in Buchornenſi oppido, ſubiecta fuit. Qua de re Diploma hoc Bruſchius ponit.

Noricorum Dux VVelpho.

» *VVelpho, Dei gratia Dux Noricorum, vniuerſis huius ætatis & futuræ, ſalutem & om-*
» *ne bonum. Audientiæ omnium veſtrum duximus ventilandum: quod nos Monaſterij in*
» *VVingarten beneficia, ex præclaris noſtrum parentibus à primaria fundatione collata, cupien-*
» *tes accumulare: Cellam de Buchorn, in honore ſancti Pantaleonis fabricatam, cum Eccleſia S.*
» *Andreæ, in noſtram iuriſdictionem à viro illuſtri Othone, comite ſancti loci, cum omni pa-*
» *trimonio ſuo, iuſte ac legaliter deuolutam prouiſioni vel regimini Cunonis Abbatis memora-*
» *ti Monaſterij, ac omnibus ſuis ſucceſſoribus, committimus, & deuote ſubijcimus: quatenus*
» *ſanctimonialibus, Deo & ſanctis ſub profeſſione Regulari illic famulantibus, de Priore, ad re-*
» *gendum ipſas, & curam plebis habendam, apto, prouideant: ibidemque Regularem vitæ diſci-*
» *plinam procurent cuſtodire. Interdicentes, ne aliquis noſtrorum ſucceſſorum, aut hæredum: ad*
» *quos iuſta ſucceſſione deuenerit Aduocatia VVingartenſis: præſcripta Cella Aduocatiam præſu-*
» *mat alienare: aut vllo modo alicui infeudare. Quod ſi quis ex ipſis immemor huius Decreti,*
» *hoc violauerit: vi careat, & nullius ſit firmitatis: ſed in ciuium (ſicut in Eccleſiaſtica ſimili-*
» *ter) protectione ſeculari, fabrica præſcripta noſtrorum recolendæ memoriæ progenitorum in-*
» *ſeparabilis adhærebit. Data & ordinata apud Altorff in Epiphania, anno Dominicæ incarna-*
» *tionis M. C. XXX. regnante Lothario Imperatore.*
» *Aſtiterunt huic commiſſioni:*
Henricus, frater noſter.
Rudolphus, Bregantienſium Comes.
Poppo; Comes de Kyburg.
Marquardus, Comes de Schuuartzache. Et alij quamplurimi.

Backnang.

Backnangæ in Collegij Choro.

Hac cubat Hermannus Badenſis Marchio tumba:
Qui clauſtri & templi conditor huius erat.
Anno milleno moritur: centum quoque ſubdas,
Terque decem, à puero, quem pia virgo parit.

Huc

Huc dum transfertur cum poſteritate: fluebant
Quindecies centum cum tribus adde decem.

Deinde.

Filius Hermanni iacet hic Hermannus & alter.
Dotem firmauit, auxit & ille, patris.
Illius & genitrix Iudintha putatur adeſſe:
Bertha ſimul coniunx: nomine quartus eget.

Item.

Filia fundantis iacet hac Iudintha ſub vrna,
Virgo, ferens nomen matris, vt ante fuit, &c.

Bernhardus, Rotenburgotuberanus comes, lectus eſt 21. Hildesheimenſis Epiſcopus. Curauit Gothardum, ex comite de Scheiren Bauaro, 14. Hildesheimenſem Epiſcopum, quòd miraculis crebreſcebat, de tumulo leuandum: & ab Innocentio P. in Diuorum album adſcribendum. Incluſit poſtea id corpus ſarcophago: qui è ſolido auro & argento factus erat: precioſiſſimisque gemmis exornatus: valoris decies mille Aureorum. Bruſch. Rotenburg. Comes Bernhardus.

Comites à Maurſteten & VVeiſenhorn, Barones de Neiffen, antiquiores Ducatus Sueuiæ Dapiferi.

Henricus, anno Chriſti 1010. Dominus à Neiffen, VVirtembergiæ caſtro. Neiffen.

Egino.

Berchtoldus I. circiter 1130. Chriſti. Eius Genealogia, ex Lazij lib. Migrat. 8. ſequitur. Cuius vide diuerſam infra lib. 11. cap. 1.

- *Berchtoldus I.*
  - *Berchtoldus ſecundus, comes à Maurſteten, 1130. Vxor, Eliſabeta, poſtremi comitis à VVeiſenhorn filia. Ita ille comitatu VVeiſenhornēſi potitus eſt, 1154.*
    - *Berchtholdus III. vxor Berchta, Marchioniſſa Burgouſenſis.*
      - *Gottefridus 1200 Vxor Berchta. Ex ea natus, Berchtoldus IIII. cui nati ſunt ex Eliſabeta quadam,*
        - *Bercht. V.* — *N. filia.*
        - *Cōradus, Comes VVeiſenhornius. Vxor, Alsheimēſis.*
          - *Albertus,*
          - *Gottefridus, præpoſitus S. Mauritij Auguſtæ.*
        - *Henricus II. Comes Maurſte. Vxor Hedunigis, comitiſſa Graiſpachenſis.*
          - *Cōradus, comes de VVeiſſenhorn.*
          - *Bercht. 6. Vxor Eliſabetha, Comes de Hirſperg.*
            - *Bercht. 7.*
            - *Gertrudis, Domina de Abenſperg.*
            - *Agnes de Gūdelfingen.*
            - *N. nupta comiti Graiſpachenſi.*
      - *Hēricus. Vxor Comitiſſa Lechſgmyndana.*
      - *Eulalia: Mareſcalco Erneſto I. Calatino & Pappenheimio nupta. 1160.*
  - *Henricus, Baro à Neiffen. 1130.*

In Alberto, Conradi F. comite à Marwſtetten *&* Weiſſenhorn/ *Barone à Neiffen, genus ipſius nobiliſſimum deſiit: dum vnicam filiam reliquit: quam Friderici Bauariæ Ducis filius, circiter 1330. duxit. Tunc comitatus Graisbachenſis Ducibus Bauariæ venit.*

Kirchberg. comites.

Vixerunt etiam circa annum Domini 1130. comites Kirchbergenſes (teſte Lazio) Otto & Hartmannus.

Deinde, alteri Otto Hartmannuſque, circa 1171.

Item Cadalochus, 1195.

Aichelberg. VVerdenberg.

Henricus, comes de VVirtemberg, citatur in literis (inquit idem Lazius) de anno 1130. vna cum Philippo de Aichelberg, Hermanno de Kirchberg, Ottone de Buchorn, & Hugone de VVerdenberg comitibus.

Rogerius, R. Siciliæ.

In Italia, Honorio mortuo: duo Antipapæ facti ſunt, cum magno rei Chriſtianæ incommodo: Innocentius Secundus, & Anacletus Secundus, (antea Petrus, Petri Leonis F.) qui Rogerium, ex comite Siciliæ, Regem Siciliæ creauit: vt is eſſet Feudarius vel Ligius Eccleſiæ.

Concilium Moguntiæ.

Anno 1131. Concilium Moguntiæ actum eſt præſente Rege Lothario: præſidente Matthæo, Albanenſi Epiſcopo, Apoſtolicæ ſedis Legato. Aderant multi Epiſcopi: inter quos & Auguſtanus, & Herbipolenſis. item multi Abbates: inter quos & Hirſaugienſis Vollmarus.

Rex Lotharius Danos & Sclauos ſubegit.

Leining. Embricus.

Herbipolitano Epiſcopatui præpoſitus eſt Embrico, vel Imbricus, comes Leiningenſis. Præfuit ſumma cum laude A. 16. Fuit apud Cæſares, Lotharium Saxonem, ac Sueuum Conradum, in ſumma exiſtimatione: & vtriuſque intimus conſiliarius. Ei reſtituit Ducatum Franciæ Lotharius: quem antea Henricus Quintus Imperator, cognato ſuo Conrado Sueuo, dederat: ac literis cauit, ne quis amplius illum Ducatum, ab Eccleſia Herbipolenſi alienaret. Ideo Epiſcopus, vt gratum ſe oſtenderet ergà Deum pro tanto beneficio: conſtruxit in ſuburbio Herbipolenſi ſancti Iacobi Scotorum cœnobium: qui ſub Abbate Macario Regulam D. Benedicti profiterentur. Bruſch.

Franconiæ Ducatus ei reſtitutus.

Sueuiæ proceres, hoc tempore.

Habſpurg. Pfirt. Oetingen.

Marquardus comes ab Habſpurg, citatur inter teſtes in litteris de anno 1131. inter alios comites Germaniæ: videlicet, Ioannem à Pfirt, VVihelmum ab Helphenſtein, Ioannem à Zollern, Hartmannum à Kirchberg. Henricum à VVirtembergh, Philippum ab Aichelberg, Eberhardum ab Oetingen, Ottonem a Buchhorn, Hugonem à VVerdenberg, & Diepoldum à Lechſgmynd. Laz.

Nicolaus Varnbylerus. P.

Hoc 23. Februar. (1591. quo huc vſque perueneram) interfuimus Actui & prandio, celeberrimo & lætiſſimo, Doctorum creatorum quinque. Inter quos, M. Chriſtophorus Stabelinus, Diaconus hic, Doctor Theologiæ factus eſt, à D. Ioanne Brentio. Tres autem Iuriſconſulti (M. Ioannes Bidenbachius, M. David Mageirus, Georgius Facundus) à clariſſimo ſene 72. annorum, Dom. Nicolao Varenbylero: Codicis in Academia hac illuſtri Profeſſore ordinario, patrono meo vetere ac colendo, promoti ſunt: qui hoc ipſo die, quadrageſimoſeptimo abhinc anno, hic cum quibuſdam alijs, à Doctore Ioanno Sichardo creatus fuerat, Vtriuſque Iuris Doctor. Egit gratias Deo, in illa ſua erudita & pia oratione, pro tantis beneficiis. Optauit ſibi, & nobis omnibus, vitæ exitum ad Chriſtum, Saluatorem noſtrum vnicum, beatum. Medicinæ Doctorem fecit Paulum Manlichium Auguſtanum, Doctor Daniel Mæglingus. Interfuere multi nobiles & clariſſimi homines. In primis, illuſtriſſimi Palatini Principes, adoleſcentuli generoſæ ſpei: Doctor Ioannes Auguſtus, & Doctor Philippus: fratres germani noſtræ illuſtriſſimæ Dominæ Vrſulæ: noſtri illuſtriſſimi Principis ac Domini, D. Ludouici, vxoris. Interfuere (hic propter ſtudia viuentes) generoſi, ſemperliberi Barones Lymburgenſes, D. VVilhelmus. D. Conradus, & D. Henricus. Interfuere liberi Barones, D. Hiltebrandus, & D. Helmhardus, Iörgeri. Item, D. Fridericus, liber Baro à Polheim. Denique, multi alij inſignes viri & iuuenes, Doctores & Magiſtri, Abbates ac Præpoſiti, aliique laudati homines. Mihi autem, inter alia periucundum fuit, colloquium reuerendi viri, Præpoſiti Herbertingenſis, Aaronis Mangi, ante quadraginta ſex annos condiſcipuli mei chariſſimi: mihi Parentum meorum pia mem. quos in Vlmenſium ditione (patre ibi verbum Dei docente) nouerat, dulcem memoriam renouantis. Rector Academiæ hoc tempore erat, alius meus Georgius Hambergerus, Med. D. ac Profeſſor: Cancellarius verò, Iacobus Heerbrandus, Theol. D. τῷ κυρίῳ, τιμὴ καὶ δόξα. Amen.

In palo-

In paleſtina, Balduino mortuô ſucceſſor datus eſt quartus Hieroſolymæ Rex Fulco: Turonenſis, Cænomannenſis, & Andegauenſis, comes: ſtatura mediocri, ſexagenario maior, bellicoſus, clemens. Labili memoria. Nam quos modo honorauerat: de eis quærebat aliquantò pòſt, qui eſſent. Coronatus 14. Septemb. 1131. cum vxore Meliſſenda (μελισσοειδὴς) in Eccleſia Dominici ſepulcri, à Patriarcha VVilhelmo.

Hieroſolyma Rex IIII. Fulco.

Meliſſenda.

Anno 1132. Abbate Drutuuino cænobij in Moguntina diæceſi Breitenauu, mortuo: ſucceſsit Henricus, quondam Hirſaugienſis Monachus, hinc illò cum Drutuuino miſſus: vir doctrina & bonitate ornatus.

In diæceſi Hildesheimenſi (hoc & ſequenti tempore) Spiritus quidam in habitu ruſtico, pileatus (vnde Saxonicè Hutgin appellari ſolitus) verſabatur cum hominibus: aliàs aſpectabilis, alias tectus. Neminem læſit, niſi pertinaciter læſus: vt, quòd in culina Epiſcopi Bernhardi, de quo antea diximus, puerum, à quo ſæpe contumeliis affectus fuerat, dormientem ſuffocauit: & in fruſta conſciſſum, coquere in olla cœpit: ideoque maledictis à Magiſtro coquinæ inceſsitus, eum quoque ex alto in foueam præcipitauit. Epiſcopo Bernhardo benigne fecit: cum ipſum monuiſſet, è ſomno excitans: vt comitatum VVinzeburgenſem (profugo eius vltimo comite Hermanno, propter cædem Burcardi, comitis de Zuchouu) occuparet. Quod & factum eſt. Quidam autem vir, peregre profecturus, per iocum dixit: cuſtodi, bone Hutgine, vxorem interea meam. Erat enim impudica. Spiritus ille, quoties adulter aliquis veniret, eum de lecto deiiciebat. Reuertenti deinde viro dixit, quanto labore ſibi cuſtodia vxoris aſtutiſsimæ conſtitiſſet: rogauitque, ne amplius ille ſe tanto onere grauaret. Facilius ſe totius Saxoniæ porcos cuſtoditurum. Tandem ab Epiſcopo illo, cenſuris Eccleſiaſticis eliminatus (ex prouincia ſcilicet) eſt. Trit.

Hutginus, malus Spiritus.

Adulteræ mulieris cuſtodia.

De prædicto VVintzenburgenſi Hermanno, Crantzius libr. 6. Saxon. cap. 2. ſic ſcribit. Comes, inquit, erat per hæc tempora de VVintzenburg Hermannus: qui militaris de Sueuia viri ſpecioſam coniugem, abſente marito, oppreſſam conſtuprarat. Redeunti marito, flens mulier occurrit, vim ſibi illatam queſta. Ingemuit maritus: & obſeruato tempore, arcem primo mane conſcendit: atque (vt erat comiti coniunctiſsimus) aditum habuit in cubiculum. Ibi dormientem comitem, ad latus coniugis confodit. Mulier eiulabat, minata vindictam: geſtare ſe vtero, qui vlciſceretur. Ille furens, minantem iunxit marito. Tum confeſtim equum, iam ſtratum, conſcendens, vxorem poſt ſe vehens, terram reliquit: abiitque in Sueuiam ſuam. En fructum adulterij.

VVinZenburg. comes Hermannus.

Adulteri pœna.

In Augia diuite, Abbatiam 1132. conſecutus eſt Ludouicus, comes à Pfullendorff Sueuus. Hic cum quadriennium præfuiſſet: trucidatus eſt à Miniſtris ſuis (indutus omni pontificali ornatu) TVTLINGAE ad Danubium, in eius oppidi Templo. Sepultus in Baſilica Augiæ maiore, ante ſacellum ſancti Laurentij. Vbi autem nunc eſt patibulum Pfullendorffenſe: fuit olim ſedes horum comitum: quam Domina quædam Pfullendorffenſis, vna cum oppido obligurijuiſſe fertur, meris truttarum (nobilium apud nos piſcium) iecinoribus. Bruſch.

Pfullendorff.

Tutlinga.

Guloſa comitiſſa.

De eodem Abbate Ludouico, ſic ad annum 1135. in Chronic. M. Scr. eſt. Ludouicus Augienſis Abbas, occiſus eſt in Eccleſia à Miniſterialibus ſuis: per inſidias (ſicut fama fuit) Othelrici fratris Friderici, comitis de Zolre, qui ei ſucceſsit: ſed ipſe eodem anno, veneno vitam finiuit.

Cœnobium Ciſtercienſis ordinis Hailsbrunnæ (Fons ſalutis) fundatum eſt ad honorem D. virginis, & S. Iacobi Maioris: ab Othone, comite Andechſenſi, Epiſcopo VIII. Bambergenſi: & à Rapatone Conradoque, comitibus de Abenſperg: eorumque vxoribus, Mechtilde & Sophia. Situm ad Schuuabachium amnem: medio fere itinere inter Noribergam, & Onoldiſbachium: quod olim erat comitum Oetingenſium: nunc vero, Marchionum Brandenburgenſium. Viſuntur ibi multorum Magnatum ſepulcra: vt, Conradi, comitis Oetingenſis, 1334. & Conradi, comitis de Heideck, 1356. mortuorum. Idem. Hodie ibi Schola illuſtris IIII. claſſium eſt, fundata 1582. vbi ali audiebam 1586. anno, adoleſcentes centum ad ſtudia. Erat tunc Abbas eius loci Euangelicus, Conradus Limmerus, fere ſeptuagenarius. Eum ſecutus in Abbatia eſt M. Adamus Franciſci. Quarta & ſupremæ claßis præceptor, erat M. Ioannes Hertelius: docens Hebraica & Theologica: corrigens ſcripta Græca & Latina, ſoluta & ligata. Tertiæ claßi præerat M. Ioannes Codomannus: docens Dialecticam & Rhetoricam Melanchthonis.

Hailsbrunna Monaſterium.

lanchthonis. Item, Ciceronem & Virgilium, atque Grammatica Græca. Succeſsit 1589. in locum Hertelij demortui. Secundi ordinis præceptor, erat M. VVenceslaus Gurckfaldeus Sileſius: docens Dialecticam Loſſij, Epiſtolas Cicer. familiares, Fabulas Aeſopi, & Grammatica vtriuſque lingua. Ei ſucceſsit M. Georgius Hirsbauuer. Primum & infimum ordinem curabat Ioannes Neſerus, cantor: docens Latina Grammatica, & alia puerilia.

Ventorum vis. *Vehementiſsima ventorum tempeſtas (teſte Tritenh.) hoc 1132. anno fuit: quæ innumera ædificia deiecit.*

Auguſtæ vrbis conflagratio. *Eodem anno, Lotharius proficiſcens per Vindeliciam in Italiam verſus, cum Auguſtæ eſſet: quæ Conrado Sueuo fauebat: ortus eſt inter milites & ciues (6. Saxon. 2. Crantz.) tumultus. Ibi vrbs, magna ex parte conflagrauit: cum etiam multi inter pugnandum cecidiſſent: ſed (vt fieri ſolet) maior pars ciuium. Sequenti anno, Lotharius Romæ coronam ab Innocentio P. accepit, cum Rixa (Richenſa) conthorali.*

Conthoralis, ἄλοχος, ἡ ὁμολεχής, Gemahl.

DEFECTVS SOLIS. CÆSARIENSE MONASTERIVM. COMItes Lechſgmyndenſes. Abbates Cæſarienſes. Scholæ aliquot, illo tempore claræ.

CAPVT XV.

Eclipſis Solis. A*Nno 1133. 4. nonas Auguſt. Luna 27. hora diei 6. Eclipſis Solis facta eſt tanta: vt ſtellæ in cælo apparerent. Magna inæqualitas aeris, & pluuiarum inundatio, per totum tempus meſsis ſecuta eſt. Tritenh. De eadem eclipſi, in membranis Zuifalt. legimus: cum ea poſt prandium, incipiente meridie, fieret: ibi, Sole ſubitò in nocte tenebreſcente (ſic ibi ſcribitur) homines operantes in domibus, cum nihil ad operandum viderent, excurriſſe: vt viderent, quæ ſubita rerum mutatio facta eſſet: Tum, nulla nube apparente, rotam Solis notatam eſſe apertiſsime ſine lumine. Poſt ſemihoram cæpiſſe particulam apparere, inſtar lunæ primæ. Deinde, paulatim Solem emerſiſſe, tandem ſolito ſplendidiorem.*

De Cæſarienſi Monaſterio.

Cæſarienſe Monaſterium. *Cæſarea, Ciſtertienſis Regulæ Monaſterium, Auguſtanæ diœceſeos, magnificum & pulcherrimum (Scriptore Bruſch.) conditum eſt 1133. (al. 1114) anno. Germanice,* Keyſersheim/ *& breuius* Keyßheim. *Situm in ſyluis Sueuicis, olim Haiduuang dictis, non longe à VVerda Sueuica: vbi Lycus Danubio miſcetur: & vbi vetus caſtrum eſt, penitus euerſum, comitum priſcorum de Lechſgmynd. quaſi dicas Os lyci, vel Lycoſtoma. Ibi antiquum ſaxum à ſe repertum ait Auentinus lib. 2. cum hac inſcriptione:*

Lechſgmynd.

D. I. M.

IVL. IVSTVS. V. A. XXVI. AMABILIS MATER F. C.

Id eſt, Diis inferis manibus.

Iulius iuſtus vixit annos 26. Amabilis mater faciendum curauit.

Sed redeo ad Monaſterium propoſitum. Conditores eius fuerunt: Henricus, comes de Lechſmynd: & coniux eius, domina Loicardis, vel Luitgardis, comitiſſa de Abenſperg. Ambo ibi in eodem tumulo ſepulti, 1143. Mart. 11.

Epitaphium in tabella iuxta tumulum fundatoris.

Hoc latet in tumulo almæ relligionis amator:
Cui de Lechſgemynd ſtirps generoſa fuit:
Illuſtris comes Henricus. Fundator & auctor,
Ipſe Monaſterij Cæſarienſis erat.
Quis tibi, clare comes, grates perſoluere dignas
Poſſet pro meritis, muneribuſque tuis?
Te pater altitonans cœleſti munere donet:
Ipſe tuis meritis præmia digna ferat.
Anno milleno, centeno, quadraqueno,
Ac trino: ah vitam mors tibi dira rapit.

Te Deus extinctum, te det requieſcere ſanctum,
Molliter: & Regnis ſidere det ſuperis.
Ipſe ſuam faciem faciat te viſere lætam,
Clare Comes. Fauſtè perpetuoq; vale.

Tumulo inſcriptum.

Anno Domini 1143. 5. idus Martij, obiit Dominus Henricus, illuſtris Comes de Lechſgmynd, fundator Monaſterij Cæſarienſis.

Confirmauit fundatori hoc cœnobiũ VValtherus, Epiſcopus Auguſtanus (de quo poſterius) anno 1135. imperante hoc Comite Henrico, amico ſuo, nobili viro Hartindo de Graiffenſpach. Dedit ille Epiſcopus, Palatinus Tubingenſis, Cæſariẽſi cœnobio, in comitiis Lotharij Auguſta, inſulam S. Vdalrici, olim Antiſtitis Auguſtani. Eſt autem Cæſarienſe Monaſterium, limes Epiſcopatuum Aureatenſis (Aichſtettenſis) & Auguſtani: teſtante id lapide acuminato: qui poſitus eſt in Monaſterio inter Eccleſiam & portam. Limes Epiſcopatuum duorum.

GENEALOGIA Lechſgmyndenſium Heroum: de qua, verſus in tabula hi.

Nobile Panthere, lector bone, ſtemma tuere:
Heroëm ſignans, conſpicuumq; virum.
Qui poſuit noſtræ fundamina prima palæſtræ:
Extructorque domus Cæſarienſis erat.
Qui licet ex Lechſgmynd fuerit Comitum alta propago:
At virtute tamen clarior ipſe fuit.

1. *Berchtoldus, Comes in Burckheim & Lechſgmynd. Vxor, Dux quadam Sueuiæ.* Lechſgmyndana Genealogia.

2. *Hinc, Henricus Comes, fundator Cæſarienſis, & frater eius, Theobaldus. 1130. Henrici imago, ſenis cum cana barba, & prolixis crinibus canis: brachiis amplectentis turres, tanquam Monaſterii.*

3. *Henrico nati liberi.*

Ex priore vxore Loicarde: Conradus, Volcardus, vel VVolgeradus, & Henricus II. anno 1160 mortuus. Imago Loicardis, fœmina cum longis crinibus cincinatis, & albo capitis tegumento. Conradi, viri imberbis, cum longo capillo, & viridi pileolo.

Ex altera vxore, Adelhaide, filiola Adelhaidis, in hoc Monaſterio ſepulta.

4. *Volcardo natus, Henricus III.*

Volcardi vxor, Afra, cum nigra vitta.

5. *Henrico III. natus, Theobaldus. Vxor, Agatha, Duciſſa Teccenſis, anno 1188. & 1193. Theobaldi effigies, viri cum nigra barba, & cæruleo pileo. Agatha Sueua, cum flauo pileolo.*

6. *Ex hoc coniugio, Berchtoldus I. qui obiit 1223. Vxor, Agata, Comitiſſa Vracenſis.*

7. *Ex Bercht. & Agatha: Berchtoldus III. anno 1244. mortuus: & Henricus IIII. mortuus 1295. atq; Agatha, nupta Berchtoldo, Comiti Vracenſi.*

8. *Henricus IIII. natus ex Gertrude, Baroniſſa Abenſpergenſi, Berchtoldus IIII. eſt: Comes in Lechſgmynd & Graiſpach. Huic Ratisbonenſes circiter 1248. arcem & oppidum Lechſgmynd. incendio vaſtarunt: eo, quòd non ſineret ille nauibus deferri merces: inuidens felicitati Ratisbonenſium, apud quos erant nundinæ: quæ poſtea Noribergam tranſlatæ ſunt. Hinc factum eſt, vt ſequentes Comites, non ſe Comites In, ſed de Lechſgmynd, ſcriberent.* Lechſgmynd, combuſtum.

9. *Berchtoldo nati ſunt, ex domina Adelhaide de Cypro: VValtherus de Lechſgmynd, 1244. & 1278. atq; Berchtoldus V. de Lechſgmynd in Graiſpach, 1266. Effigies Adelhaidæ, coronata eſt, vt Regina.*

10. *Progenies Berchtoldi V. Gebhardus Canonicus Epiſcopus Aichſtettenſis, obiit 1327. Lucæ in Italia.*

Berchtoldus VI. in Graiſpach, & de Lechſgmynd. Henricus V. Comes in Graiſpach, 1292. Eliſabeta: quæ peperit Eliſam Comiti Hirſpergenſi, Prioriſſam inferioris Schœnfeldi.

11. *Berchtoldi vxores: Eliſa, Comes Hirſpergia, 1275. & Agnes, Marchioniſſa, Burgouiana 1280.*

Ex Eliſa ei nati ſunt: Berchtoldus VII. viuens anno 1301. & 1324. Atq; Henricus VI. qui vixit anno 1324. Comites in Graiſpach, Maurſtetten, & Niffen.

12. *Berchtoldi liberi, ex Agnete Heluetia, Comitiſſa de Gundelfingen: Berchtoldus, Henricus, Singuerus. Et Agnes 1328. & Anna, Abbatiſſa inferioris Schœnfeldi. Fuerunt Ludouici Bauari Cæſaris Miniſteriales.*

Abbates Cæſarienſes.

Cæſarienſes Abbates.

1. *Vdalricus: electus 1134. aſſumptus ex Lucellenſi cœnobio: adductis indidem fratribus: vir magnæ religionis & virtutis. Præfuit 21. annos: & obiit 1155.*

2. *Conradus, optimus Oeconomus, obiit 1165.*

3. *Diethelmus. Præfuit A. 9.*

4. *Albertus: lectus 1174. Aedificauit Dormitorium & Eccleſiam 9. annis: quæ dedicata eſt ab Auguſtano Epiſcopo Hardonigo 1183.*

Fuit auctor Bibliothecæ, obiit 1194.

5. *Ebo. Præfuit & profuit A. 16. obiit 1210.*

6. *Conradus: pius & doctus, obiit 1229.*

7. *Henricus. Præfuit 11. A. obiit 1240.*

8. *Richardus, obiit 1252.*

9. *VVolvvicus. Præfuit 11. A. Sub eo decennium ibi exegit Siboto, Baro Gundelfingenſis: qui Auguſtano ſe Epiſcopatu abdicauerat. Delectabatur enim mirè D. Bernhardi Regula: ſub qua & fratrem germanum Henricum ibi viuentem habebat, obiit Epiſcopus Siboto 1262. Sepultus in choro huius Monaſterii.*

10. *Henricus: doctrina & auctoritate pollens. Deſignatus eſt Epiſcopus Chalcedonenſis, anno 1267.*

11. *Drutvvinus, obiit 1288.*

12. *Henricus à Pappenheim. Præfuit A. 15.*

13. *Ioannes Chonoldius Auguſtanus: electus 1303. obiit 1321.*

14. *Vdalricus Zoller, A. 19. obiit 1340.*

15. *Vdalricus Nublingus Laugingenſis. Aedificauit Templum à fundamentis. Cum præfuiſſet 21. A. deſtitit ab Abbatia ſenex, 1361.*

16. *Ioannes Zaucher, Abſoluit Templũ à deceſſore inchoatũ. Præfuit vtiliter 19. A. ob. 1380.*

17. *Ioannes Molitor Hochſtadianus. Sub eo conſecratum eſt Templum ab Epiſcopo Auguſtano, Burchardo de Ellerbach, an. 1387. Condidit ambitum, & cellam vinariam, 1395. Deceſſit 1401. Sub eo defunctus eſt nobilis & ſtrenuus vir, Vlricus à Treuchtlingen, vltimus ſuæ gentis: Cæſareæ in ſacello Diuæ virginis, cum Clypeo & Inſignibus ſuis humatus.* (Treuchtlingen.)

18. *Ioannes Scherb. Interfuit, comitatus 6. equitibus, concilio Conſtantienſi. Præfuit 22. A. & obiit 1423.*

19. *Craffto Hochſtadianus. Poſt quadriennium, vt inutilis, exauctoratus, obiit 1430.*

20. *Leonhardus VVeinmaier Laugingenſis: electus 1427. Promotus fuerat à Craffione ad dignitatem Burſarii, ſeu Oeconomi: ſed eum ipſe exauctorandũ curauit. Illuſtrauit Monaſterium variis ſtructuris. Anno vero 13. gubernationis, gratia eadẽ, quam ipſe Cratoni retulerat, ei relata eſt. Nam 1440. vi deiectus eſt ſede ſua, inſtinctu Brandeburgici Marchionis Friderici: cuius ditioni nolebat ſubeſſe: dicens, ſe nullum alium Dominum, jam inde à prima cœnobii fundatione, agnoſcere: quam Romanũ Imp. aut Regem. Tunc Abbas, equo alligatus, è Cæſarienſi Monaſterio in Marchionatum auectus eſt: nec, quid eo factum ſit, literis mandatum inuenitur.*

21. *Nicolaus Kolb, ſacræ paginæ Doctor eximius: aſſumptus ex cœnobio fontiũ ſalutarium. Non erat felix Oeconomus. Inde, ferè ad extremam egeſtatem Monaſterium redactum. Cumq́; à vicinis ciuitatibus imperialibus premeretur: Romam profectus, defenſionem à Papa impetrauit. Obiit mox 1458. Cœnobio non admodum vtilis.*

22. *Georgius, patria Ingolſtadianus: laudatiſſimus oeconomica diligẽtia inſtaurator huius loci, ædificiis & opibus. Aedificauit Bibliothecam, Noſodocheum, & alia multa. Sub eo Marchio Albertus Brandenburgenſis, cœnobium occupauit: & Abbas, data ei nomine Cæſ. Maieſtatis fide, Nœrdlingam ſeceſſit. Præfuit perquam vtiliter 21. A. & obiit 1479.*

23. *Ioannes Viſthes: homo grandæuus. Præfuit A 12. obiit Auguſtæ, Medicis operam dans, 1490. Egregius Monaſterii illuſtrator.*

24. *Georgius Käſtner, VVerdaenſis Sueuus, antea Prior. Laudatus paterfamilias: Monaſterii & Eccleſiæ exornator: Abbatiæ 1507. ædificator. Dixerat, ſe nihil ædificaturũ: niſi Deo prius ſua ædificaſſet. Obiit poſt 19. annorũ adminiſtrationẽ, anthrace ſiue carbunculo, anno Dom. 1509.*

25. *Conradus Poſſor, vulgo Reuter, Nordlingenſis, antea Prior: Theologus, Philoſophus, Muſicus, legum & antiquitatis peritus, Poëta ſingularis. Muro & foſſa cœnobium cõmuniuit.*

Præfuit

Præfuit 30. A. & aliquot menſes, obiit 1540. relicto poſt ſe Henrico fratre, Abbate Mulbrünenſi.

26. *Ioannes Zaucher II. philoſophiæ Magiſter: qui Haidelbergæ & Coloniæ ſtudiis vacauerat. Laudatur à Bruſch. vt humaniſſimus erga literatos, & liberalis. Circumdedit valido muro inſignem vineam Laitenſem: circa Gra[illegible]bium ad Danubium ſitam: conſtructis in eius medio elegantibus ædibus: ex quibus ſereno cælo, vrbs Auguſta conſpicitur. Apud Gendrichium* Gendrich. *(pagum in Lyci & Danubii confluxu) arcem eiuſdē nominis amplificauit, & ornauit. In oppidis Gienga & VVerda, præclaras ædes penè de nouo inſtaurauit. Ipſo Abbate, Templum cœnobii de cælo tactum fuerat: turriſq; adiuncta, cum campanis omnibus conflagrauerat, anno 1543. Ab ipſo verò omnia ſunt priſtinæ reſtituta dignitati. Interfuit 1548. & ſequenti Iubilæo, Comitiis Imp. Caroli V. Auguſtanis.*

SEPVLTVRÆ illuſtrium virorum in Monaſt. Cæſarea.

Monumenta ſua ibi habent primi fundatores, Comites Lechſgmyndēſes & Graiſpachēſes.
Præterea, Proceres Niffenſes.
Comites Helffenſtainenſes.
Comites Oettingenſes.
Barones Gundelfingenſes.
Mareſcalki à Pappenhaim.
Pincernæ à Geirn.
Nobiles à Rechberg, & alii multi.

Scholæ publicæ, aut celebres, hoc duodecimo ſeculo. Scholæ claræ.

Bononia, Lutetia, Cantabrigia, Padeborna, Colonia, Moguntia, Herbipoli. Illyr. Centur. 12. cap. 7.

MVLTA SVEVICA EX THOMA LYRERO, GERmanico qualicunque Scriptore.

CAP. XVI.

Eodem hoc 1133. anno Chriſti, quidā THOMAS Lyrer Ranckvvilenſis (ſub ditione Rhætica Feldkirchenſi habitans) Germanicum rerum Sueuicarū Chronicon (quod Vlmæ 1486. 12. Ianuar. à Conrado Dinckmut excuſum eſt) primum die S. Oſualdi deſcriptum fuiſſe, ait. Fuit ſanè is, homo idiota: ſcripſit, vt potuit, aut voluit: tempora non obſeruauit, ſed potius confudit: in pluribus non fide dignus, ſed & ineptus eſt. Attamen, cum multarum nobilium in Sueuia familiarum, ac multorū ibi locorum & rerum geſtarum, meminerit: hanc ſolum ob cauſam, abiiciendum non planè putaui. Nihil enim inde periculi eſt. Quapropter ex eo præcipua omnia, quæ in memoriam venerint, breuiter ponam. Sentiat quiſq;, quod velit. cogito illud Horatii:

Tres mihi conuiuæ propè diſſentire videntur:
Poſcentes vario multum diuerſa palato.
Quid dem? Quid non dem? Renuis tu, quod iubet alter.

Princeps quidam vir (ipſe Cæſarem imperitè vocat) nomine Curius, Romæ viuebat circa 1. Curius Romanus. *304. Domini: cui ex vxore Docca (ſit nobis Eudocia) octo filii erāt, & tres filiæ. Hic à ſancto viro Theomneſto, cum vxore, ad fidē Chriſti conuerſus: à fratribus in Senatu, vt Chriſtianus, accuſatus fuit. Ibi religionem hanc confeſſus: profugere coactus eſt cū tota familia, & aliis nobilibus, Germaniam verſus. Itaq; in parte Rhætiæ conſedit: atq; ex congreſſu Latinorū & Germanorum, miſta quædam lingua ibi extitit, Curvvalica dicta. Dilatās deinde ſe vlterius: vnum filiorum,* Curwalica lingua. *VVilpartum, in caſtro Luikirchæ conſtituit. Alium ex filiis, nomine Burgundum, Rectorem Eccleſiæ fecit (patriarcham Lyrerus ineptè appellat) in vico non longè ab Vlma: Kirchbergam nominans* Luikircha. *(vnde poſtea, Comites Kirchbergenſes) qui fideliter docebat nobilium filios. Eum vero* Kirchberga. *expulit Regulus ethnicus Saturninus: habitans Ravvennavvæ, id eſt, Rauenſpurgi: tenens etiā* Ravvenavv. *Vlmam. Quem rurſus inde Curius eiecit: ac ſequenti tempore interfecit: Ravvenavvamq;, ſuæ poteſtatis fecit: in locoq; Saturnini, filium ſuum Romulum locauit. Vlmæ autem Eccleſiam ædificauit:* Vlma. *Sacerdotibus inſtruxit: Herculi de VVullenſtetta tradidit. Theomneſtus deinde venit: & Chriſtum Auguſtanis prædicauit. Inde Moguntiam, cū S. Albano profectus eſt. Nolebat interim Vlma VVullenſtettenſi parere: ſed & Chriſti ſacra repellebat. Verū rurſum ad officiū coacta, iuſſa & decimas pendere Eccleſiæ Patriarchicæ (Lyrero ſic appellante) quæ vocabatur* Die ſelig Reichenaw. Dives Augia. *Inde magnificū ibi cœpit extrui collegium: vbi Principum & Comitum filii, ad literas & bonos mores educari poterant, vſq; ad ætatem virilem. Ibi quoq;, aut reſidere, aut ad ciuilem vitam exire.*

Filiarum

Filiarum Curij vna vocabatur Cleopha: quam Sacellano ſuo familiarem deprehenſam, occidit, & de pinnaculo deiecit.

Hevven.

Hegonem & Iurgonem habebat ex ſorore nepotes. Hi caſtrũ in monte extruxerunt, quod Hevv nuncupatum eſt: & ipſa regio, Hego[illegible]a, Hegevv.

Dockenburgum. Curij filij.

Cum conſenuiſſet Curius: caſtellum ædificauit: quod de nomine vxoris, Dockenburgum nuncupauit. Antea, maximo filiorum ſuorum ædificauerat caſtrum Hochentrentzam: quem vocauit, Magnum de Hevven. Secundo ab eo filio, caſtrum fecit Gutenbergam: ipſumq́; appellauit, Egenolphum de VVarthavv.

2. Starckenbergius. Rotenſanij. VVerdenbergij. Reineck. Schellenberg.

Alius eius filius, Starckenbergius erat: cuius filij numerantur ſex. Primus, VVolfrancus, Dominus de Rotenſan: habens in clypeo albo, rubrum vexillum. Secundus, Dominus caſtelli VVerdenbergæ. In clypeo rubro, album vexillum.

Tertius, Anshelmus de Reineck, hæres turris End. In ſcuto albo, nigrum vexillum.

Quartus, Henricus: cui data arx, Schellenberg. In ſcuto nigro, album vexillum.

Tubinga.

Quintus, VVilhelmus: gener Palatini (ducta filia Benigna) Romani: à quo accepit caſtrum Tubingam, cum ampla regione. Nominatus eſt, Palatinus de Tubinga. In flauo clypeo, vexillum rubrum.

Herrenberga. VVilpartus Luikirchenſis. Hohentanna. Angelberga.

Sextus, Rulandus: gener Herrenbergenſis Primatis. Socero mortuo, Herrenbergam accepit. In rubro clypeo, vexillum flauum. VVilparto Luikirchenſi, liberi ex Comitiſſa de Sunnẽberg Cleopha erant: Hego, 12. annorum mortuus: & Ameleia (Negligentia. Potius Eumeleia, concinna, wolgethan) nupta Rotemburgio Dom. Atq́; Catharina, Rappenſtainio deſponſata. Aedificauit arcẽ in pineto, Hochetannam. Eam miniſtro Rulando dedit: qui vxorem filiam Angelbergenſis nobilis duxit: quam immerito per iram occidit. Ideo expulſus, tranſmarinus periit.

Fadutz. Lapis Eccleſiæ primus. Feldkirch. Romulus. VVeckenſis Comes. Burgouienſ. Marchio. Helffenſtain. Achalm. Kircham ſub Teck. Bienburg. VVingartum. VValdpurgum.

VVerdenbergenſis, ſupra memoratus, caſtellum Faducium ædificauit: ac fratri Rotenſanio Davvenfeldam eripuit: Miniſtrumq́; eius, Albertum ab Amiſio (von Embs) cepit: & ad primum lapidem remouendum Eccleſiæ adegit: à patre ipſius ad honorem S. Ioannis factæ. Verùm à Romulo adiutus Rotenſanius, Davvenfeldam recepit: Chriſtianamq́; religionem ibi reſtituit, ac Feldkircham nominauit. Romulus, & frater VVilpartus, bellum cũ Comite à VVeck, à Burgouienſi Marchione adiuto, geſſerunt: adiuuante ipſos Domino quodam Filſenſi: qui arcem Helfenſtain, quam ædificarat, incolebat: adiuuante Palatino Tubingenſi, & Comite Achalmenſi, aliisq́; proceribus. Commiſſo in valle Hanſa prælio: VVeckius & Burgouius ſuperati, poſtea religionem Chriſtianam, à qua alieni fuerant, amplexi ſunt. VVeckij caſtellum, erat Kircha: vbi Eccleſia D. virgini ædificata eſt: volẽte ſic Burgouio: quod ibi in prælio captus fuiſſet. VVeckenſis, poſtea appellatus eſt Deckenſis. Marchionem Romulus ſecum Rauenſpurgum duxit: liberisq́; carens, eum ſibi hæredem inſtituit. Aedificauit arcem Bienburgam. In monte vicino, apud quem pagus erat magnus, fanũ pulchrum S. Ioanni extruxit: & ibidem domiciliũ ſibi cum vineis hortisq́; amœnum fecit, vocans VVingartũ, pagum vero, Altorffam. Miniſtro cuidam ſuo domum venatoriam dedit, nominans VValdpurgum: quoniam, in ſylua pinea. Eidem ſcutum dedit cum viridi pinu, & aureis nucibus pini: nominans eum, Truchſæßium (Dapiferum) de VValdpurg. Alij Miniſtro dedit arcem Radrach: donans eum ſcuto cum alba rota: vocans, Schanckium (Pincernam) de Radrach. Alij, caſtellum Martdorff: cum ſcuto rubro, habente tres albas ſagittas hamatas: nuncupans Mareſcalcum de Martdorff. Quarto Miniſtro, caſtellum Kemmerling: cum ſcuto flauo, nigram clauem habente. Ita quatuor præfecturas fecit. Ait 222. Chriſti mortuum eſſe Romulum Lyrerus.

Radrach. Martdorff. Kemmerling.

S. Helena. Merſpurg.

S. Helena, Conſtantini M. mater: reperta cruce Chriſti, & clauis, Hieroſolymæ: miſit per quendam Treuirenſem nomine Emericum (cuius familia erat ex Marpacho) multas reliquias Domini ac virginis in Germaniam, in ſacellum Sueuiæ S. crucis, ab illo Emerico conditum. Eius filio Albano, Dominus de Fils filiam dedit: atq́; apud lacum Podamicum caſtellum, Merſpurgum nomine ædificauit: ibiq́; generum collocauit.

Gmynda. Gienga.

Domini Filſenſes, tres fratres illo tempore erant: Amelongus, Gmyndæ: Ioannes, Giengæ: VVilhelmus, Pfullendorffæ habitantes.

Kelmüntz. Memminga. Scriba perfidus.

Nobilis quidã de Kelmüntz, frumenti copiam habens, in Algoia Memmingam condidit: ſic famelicam plebem, tempore magnæ famis, alens: cum illis alioqui pereundũ fuiſſet. Dicta itaq́; Memminga: das ſich manigs Menſch allda ernehret. Illum deinde Dominum, liberis carentem, gener ſuus, homo malus, Dillingæ habitans: manu ſcribæ, cui 20. Marcas argenti pollicitus

erat,

erat quodam veſpere incautum de monte præcipitauit. Scribæ poſtea nō dedit mercedem, quantam promiſerat. Is ergo defecit ad nepotem Kalmüntzij ex ſorore: pollicens, ſe effecturum, vt hæreditate auunculi potiretur: ſi ille arcem ſibi in monte quodam ædificaret. Quo facto: Scriba tergiuerſatus eſt. Alter igitur (cui nomen erat Iacobo ab Aislingen) auxilio ſibi ſumptis amicis (Berneccio Rotemburgenſi, Sigefrido Stauffenſi, & VVilparto Erembergio) ſcribam coëgit, totam rem enunciare. Nacti poſt hac Dillingenſem in Caſtello Lauvinga, Treuerim abduxerunt: per Scribam de parricidio conuicerunt: extremo ſupplicio plectendum curauerunt, Scriba facinus capitaliter punitum nō fuit: quia promiſſio ei, vt indici, impunitatis facta erat: ſed perpetuo carceri mandatus eſt. Filiolo Dillingani, iniunctum: vt Monaſticæ ſe vitæ manciparet: nec vllo vnquam tempore vxorem duceret: quod hoc tanta cæde contaminatum genus, propagatione non iudicaretur dignum. A matre cœnobium Seflinga ædificatum, in Lyreri libro ſcribitur: quod Bruſchius ad annum modo 1237. reponit. Ergo aut poſt id demum tempus Lyrer vixit: & Chronicon, in cuius extremo ipſe nomen ſuum adſcripſit, ab alio dudum antè (anno ſcilicet 1133.) deſcriptum fuerat: cui ipſe poſtea quædam adiecit: aut Seflingæ principium quoddam, longè ante Bruſchij annos fuit. Filiolus prædictus, cum ad 14. annum ætatis veniſſet: morſu rabidi canis interiit. Vide infra part. 3. lib. 1. cap. 13. Seflinga Monaſt.

In comitiis quibuſdam Ratisbonæ (Ludouici Saxonis Regis, vt Lyrer vocat. Sed Henricus aut Lotharius eſt) Comes quidam Comitem Rotenfanium (Monteforteſem) virga percutiens, inquit: truck dich du langer Mañ: inflecte te, vir longe. Eum alter capillo prehenſum, humi ſternit dicens: ſtreck dich du kurtzer Mañ/ extende te, vir breuis. Ibi tumultu orto, magna cædes facta eſt. Alio tempore, comitiis Hailprunnæ factis: cognati duo, Henricus Rotenfanius, & VVerdenbergius VVeiſſenfanius, cū inter ſe depugnare ſingulari certamine vellent: id facere permiſſi non ſunt. Cum VVerdenbergio erant, Thomas Nellenburgius, Sigmundus Helffenſtainius ſororius, Comes Baltaſar VVegkenſis, Bartholomæus & Vitus Rechbergenſes, Seitzius Graueneckius, & alij. Cum Rotenfanio, Effremus Arburgius, Sifridus Aichelbergius, Lucius Aſchius, Paulus Schvvainhuſenſis, aliiq́. Statuta diuerſa diuerſorum. Monomachia duorum, impedita.

Bregantij Dominus, ex vxore Schlyſſelbergenſi filiā habebat. Hanc amans Rotenfanii frater Malfierus, nocte quadam rapuit cum matre Aſpermontem. Pater iratus, exercitum in eum duxit. Quo cognito: pater huius, Tubingenſis Comes cum ſororio VVilhelmo Helffenſtainio, & genero Burcardo VVeckenſi, Orteburgicoq́; Comite VVendelino, Bregantium caſtellumq́; Lindovvan, magnis copiis petierunt: coëgeruntq́; hac & Dominum, cum Rotenfanio pacem facere: ac, ſi familia eius extingueretur, Rotenfanios omniū hæredes facere. Quod omne literis & teſtibus confirmatum fuit. Filius Bregantii, Hugo erat: Lindovva (tunc non in lacu ſita) habitans. Hic amore incenſus, formoſam cuiuſdam Embſenſis filiam, grauidam fecit. Tunc Lindovvenſes de conſilio cuiuſdam ciuis nomine Schænſtainii, perſuaſerūt Hugoni: vt ipſis Lindovvam, acceptis 40 marcis, partim auri, partim argenti, liberam dimitteret. Se ei adiumento fore in caſtello extruendo: vbi tutus eſſe à propinquis puellæ poſſet. Sic ædificatum eſt Caſtellum Bödmena. Patre ſuo mortuo: illam in matrimoniū duxit: filiosq́; tres procreauit. Homo ſimplex erat: & à Rotenfanio aſylum accepit Richenoniæ: tradito ei Bregantio, cum regione. Simoni etiam VVolckenbergio, ditionem Egloſſam liberam vendidit: quam Sueuiæ Dux Baltaſar (inquit Lyrer) poſtea cælibe illo, liberis carente, accepit. Virginis raptus. Hugo amator. Lindouienſes. Bodmena arx.

Erat Auguſtæ Vindel. concionator, Matthæus Chorſangius. Ex cuius concionibus orta fuit ſeditio agricolarum aduerſus nobilitatem: & in pugna multi nobiles occubuere: licet victis aratoribus, & Duce eorū Haintzio de Stain capto. Ei Papa Vrbanus (qui circa 1096. ſedit) & ſociis, ſatisfactionem impoſuit. Pugnatum fuit ad Rhenum: ibiq́; ædificatum fanum nomine Paradiſus (1. milliari à Schafhuſa) cuius primum lapidem poſuit Vlricus, Truchſæius Dieſſenhofenſis. Chorſangius. Paradiſus fanū.

Ludouicus Stauffenſis, iuxta Hohenſtauffam ædificauit paruam arcem, Stauffeneckam. Natus ex filia Vlrici Iunioris Helffenſtainii. Huic Ludouico fautores erant: propinquus Helffenſtainius, Vlricus VVeckenſis, Danckzornenſis, ſororius Theodoricus Ortemburgius, Henricus VVerdenbergius, Henricus Iuſtinger, Stoffel Marſtainius, VVilhelmus Rotēfanius Luickirchenſis, Hanſo Raineccius. Fratrem Conradum habebat, habitantem Hohenſtauffæ. Inter eos fuere diſcordiæ. Eo tempore caſtellum erat cum cornu ceruino, VVirtemberga dictū: datum Albano, filio Lucii de Landavv: qui vxorem habebat Annam, comitis Hohenbergici Clementis filiam. Stauffeneck. VVirtemberga arx. Herb.

Caſtrum Herb, extructum à Comite Hohenbergenſi Rudolpho. Huic (viro probo) filii erant Hohenberg. C. Rudolphus.

VVerdenberg. C. Eberhardus.

erant ex Phirtenſi Comitiſſa, Vlricus & Rudolphus: quos ambos inter venandum cepit Comes Eberhardus VVerdenbergenſis. Pater vouit, ſe fanũ S. Leonhardo ædificaturum, ſi eos liberaret. Tunc quidam VVeſterſtettenſis liberauit. Eberhardo bellum parante: interpoſuere ſe Helffenſtanii Hanſo & Vlricus. Sequenti tempore Rudolphi filii perierunt: Rudolphus, à ceruo confoſſus in venatione ad Berſelingam: & ante eum, Vlricus, mortuus in peregrinatione Hieroſolymitana: comitatus cũ Iacobo Embſenio, Marco Rheinſchvvabenſi, & Rudolpho Roſenbergio. Tunc pater, hæredibus ex ſe deſtitutus: ſuæ ditionis loca legauit aliis poſt mortem ſuam. (Lazius poſtea VVezilonem & Adalberonem ex Italia, ſub Friderico I. Cæſ. ſubſtitutos ait.)

Vlricus, Sueuiæ Dux.

*Sueuiæ quidam Dux Vlricus, ex familia Rotenſaniorum, ſuperbè ſe Duci Bauariæ oppoſuit. Ideo VVormaciæ decreuit Cæſar Henricus: Ducem Sueuiæ, non vocabulo Ducis, ſed Præfecti regionis (*Landtvogt*) appellandum eſſe. Vlricus ille poſt hæc, à ſuo VVolfeccenſi præfecto, cuius ſororem amauerat, occiſus eſt. Ideo VVolfeccius hic, expulſus eſt, nomine VValtherus. Venit cum Arbogaſto, nepote ex ſorore, in Regnum Portugalliæ, ad Regem: & in pugna quadam periit. Arbogaſtus ab Eliſa, Regis huius filia, amatur: in pugna nauali à Saracenis capitur: ſed à Chriſtianis liberatus, in inſulam Rhodum ducitur. Eodem & Regis F. Eliſa, amore ſaucia, profugit clam patre: cum Alberto, Comitis Feldkirchenſis VVeiſſenfanii filio. Ibi ipſa huic Alberto (ſic amico Arbogaſto placuit) nupſit: Amiſam verò, nobilem eius pediſſequam, Arbogaſtus duxit: conſecrante ambo coniugia Sacellano Ioanne Heberlino. Dehinc in Sueuiam reuerſi ſunt: liberis operam dederunt: Albertus, per legationem ſocerum Regem de raptu filiæ placauit. Hæc facta eſſe, ordine S. Bernhardi recens inſtituto, Lyrer ait: ac pleriſque ſe his rebus interfuiſſe (vt ſeruum VVerdenbergici Alberti: in Portugallia, & alibi) aſſirmat. Hæc, hactenus.*

VVolfeck.

Albertus Feldkirchius, Eliſæ filiæ Hiſpani R. maritus. Arbogaſtus verò, Pediſſequæ Amiſæ.

Lyreri tempus.

HENRICI LEONIS NATIVITAS. VVALTHERVS, EPISCOpus Auguſtanus. Aliquot Zimbrenſes Proceres. Præmeſſum Monaſteriorum Albanorum. Albertus, Baro Cimbrenſis. Berchtoldus Eberſtainius. Iucunda ſpectri narratio.

CAPVT XVII.

Henricus Leo, natus.

A*NNO 1134. demum, Lothario datam eſſe Tritenhemius ait Gertrudem filiam ſuam (nimis ſerò) Henrico Superbo, Bauariæ Duci, vna cum Saxoniæ Ducatu. Vnde natus eſt Henricus Leo. A quo, Ducum Brunſuicenſium & Lunæburgenſium origo eſt. Fabulæ de illo confictæ fuère: quomodo corio inſutus equino, atque à gryphe de naui exportatus, periculo maris exemptus ſit: cum gryphibus pugnauerit, draconem occiderit, mare cum Leone tranſierit, domum redierit. Quibus figmentis, peregrinationes, pericula, res geſtæ eius, depictæ fuerunt.*

Eodem anno Lotharius, Spira per inediam capta, Conradum & Fridericum Sueuos, in deditionem & gratiam recepit: vt antehac etiam dictum eſt.

Tubing. VValtherus, Epiſcopus Auguſtanus.

VValtherus, Palatinus Tubingenſis (auctore Bruſch.) lectus eſt Epiſcopus Auguſtanus, 19. April. (in M. Scr. 14. Kal. April.) anno 1134. qui fideliter munus geſſit, & vtiliter, annos 16. al. 19. Eſt ille, qui auxilium contulit ad conſtructionem Ahuſenſis in Brentiana valle cœnobii: vt ſuprà 1125. anno dictum eſt. Idem anno 1135. fundauit, & 1142. abſoluit, intra muros Auguſtæ, Monaſterium Sancti Georgii, ordinis Canonicorum Regularium S. Auguſtini. Dedicauit & Eccleſiam S. Michaëlis ſupra portam Monaſt. S. Vlrici. Reſignauit 1150. & ſe in cœnobium Franciæ orientalis Seligenſtadenſe tranſtulit: in cuius Templo honorificè ſepultus eſt. Poſt eius diſceſſum ex vrbe Auguſta, magna pars eius, miſerabili incendio deleta eſt. Temporibus iſtis, vt videtur (ex M. Scr.) occiſus fuit vnus Epiſcopus electus per VVelfonem Ducem Noricorum: qui non eſt poſitus inter Epiſcopos.

Cimbrenſes aliquot Domini.

Eodem 1134. anno, vixit Albertus (tanquam ex Gotfrido Zimbrenſi, & Eliſabeta Teccenſi. Sup. anno 1072.) Dominus Zimbrenſis: cui ex Beatrice, Duciſſa VRSLINGENSI, nati ſunt:

Comes Ioannes, viuens 1179. Vxor, Anna, Comitiſſa à Monheim.

Comes Albertus, commendator ordinis Teutonici in Krauten.

VVilhelmus, Baro in Zimbern. Vxor N. Baroniſſa de Heideck.

Ex Ioanne & Anna, VVernherus: qui vixit 1222. Vxor, Adelhaidis, Baroniſſa Abenſpergenſis.

His ſubiunguntur, vt filii:

Albertus,

Albertus,1255. Vxor, Agnes, Marchioniſſa Hochbergenſis.
VVernherus,1255. Vxor, Anna, Baroniſſa Falckenſtainenſis. 3. Munſt. 326.

CONRADVS VVEISSIVS, PASTOR ECCLESIÆ HÆRrenalbanæ, M. Martino Cruſio S.

Etſi, vir doctiſſime & humaniſſime, petitioni literarum ad me tuarum, nequeo ex voto reſpondere: tamen M. Conradum filium meum, plane ſine literis ad te redire nolui. Scito, me in vtraque ALBA (Dominorum & Dominarum) diligentem inquiſitionem feciſſe: num quid inſtituto tuo vtile poſſem mittere. Ea, pauca quædam ſunt. Nec Albanæ Dominæ, alia ſui Monaſterii fundationis monumenta reperiunt. Vale: & nos, Dti. T. inſeruire paratos, habe commendatos. Data Albæ Dominorum, 1589. medio Aprili.

PRÆLVDIA COENOBIORVM ALBANORVM FVNDANDORVM: nempe DE DOMINO ALBERTO, Barone Zimbrenſi, & BERCHTOLDO Eberſtainio.

Veniebat hic Albertus ſæpius ad Ducem Sueuiæ FRIDERICVM, dominum ſuum ([illegible]) quoniam apud eum educatus, & ſemper gratioſus. Quodam tempore, cũ rurſus apud eum eſſet: Princeps hic, cum ſuis Comitibus & Baronibus (ſat magno numero in Aula eius verſantibus) animi cauſa exſpatiabatur. Equitabant ad comitem Erchingerum Mogenheimum, in arcem Mogenheimum, in Zabergæa ſitam: ad quem ipſe antea quoq; iuerat: quod is eſſet vir hilaribus moribus, venandi ſtudioſus, honeſtisq; ſtudiis deditus. Vxorem habebat, Comitem Tubingenſem, Mariam nomine: ex qua duas filias, nullum filium, ſuſceperat: nec alius reſtabat huius familiæ Comes.

Alberti Cimbrenſis ad Frider. Ducem Sueuiæ aduentus.
Mogenheim.
Tubing. comitiſſa Maria.

Erat in nemore magno & amœno, arci vicino, STROMBERGIO dicto iam olim ceruus ſpectatæ magnitudinis ([illegible]) nec vnquam à venatoribus, ac Miniſtris Comitis, capi potuerat. Hic cum Dux Fridericus adeſſet rurſum fuit conſpectus, omnium cum gaudio, præſertim Erchingeri. Exiuerunt ergo magno numero parati. Forte fortuna tunc ille Heros Zimmerenſis, ALBERTVS, in diuerſo loco huius ſyluæ equitans, vidit magnum pulchrumq; ceruum, qualem vnquam antea viderat. Itaque perſecutus eſt eum per ſyluam longè, donec è conſpectu eius euaderet: nec, quo euaſiſſet, ſciuit. Obuiam fit ei vir horribilis formæ: quo viſo, Albertus, vir alioqui magnanimus, ſupra modum perterritus fuit: ac ſigno crucis ſe muniuit aduerſus aſtantem. Qui comitem iuſſit metum deponere. Se diuinitus adeſſe, vt quiddam ei reuelaret. Ipſum debere ſequi, ſe ei mira oſtenſurum, quæ antea non viderit: idq; ſine vllo eius periculo facturum. Annuit Comes. Alter præcedebat. Sylua egreſſi ſunt: Albertusq; ſibi viſus eſt videre pulcherrima prata, & regionem peramœnam: nec non arcem, turribus multis, aliisq; ornamentis, magnificam & conſpicuam: qualem per omnem vitam non viderat. Cum ad arcem acceſſiſſent: multi eis obuiam facti ſunt, vt miniſtri: taciti omnes, equum ab eo accipientes. Qui ipſum adduxerat, dicebat: eum non debere mirari illorum ſilentium: nec cum eis loqui, ſed ſecum: & facere, quæ ipſe iuberet. Intrarunt arcem: ductus fuit in Aulam amplam & pulchram: vbi Princeps quidam, cum familiaribus ſuis ad menſam ſedebat. Aſſurrexerunt Alberto cuncti: capitum inclinatione honorarunt. Tum reſederunt, tanquam commederent & biberent. Stabat Albertus cum gladio in manu ſua: nec eum vllo modo dimittere volebat. Conſiderat argentea miri artificii vaſa: videbat cibos auferri, & alia: ſed omnia ſilentio, magna cum admiratione ſua. Cum omnia contemplatus eſſet ſatis diu (Domino & Aulicis, pro ſe quoq; veſcentibus, nec quoquam ipſum curante) ille, qui eum adduxerat, iuſſit: vt reuerentiam Domino & familiæ, inflectendo ſe, exhiberet. Se enim rurſus ipſum hinc educturum. Quo facto: cum Dominus & ſui viciſſim caput erga eum, conſurgentes, inclinaſſent, ſicuti initio: ipſum rurſus porta eduxit. Ibi, qui equum eius antea tenuerant, ei reddiderũt: ſilentio eum illi imponentes, & in arcem reuertentes. Tunc accinxit rurſus gladium: & à ſodale illo, per viam priorem reductus ad ſyluam Strombergiam fuit: quem & admirabundus, de illa arce, cæterisq; rebus, interrogauit. Reſpondit ei ſpiritus ille: Dominus, quem vidiſti, fuit patruus tuus, Fridericus à Zimbern, vir pius: qui multum contra Infideles pugnauit. Ego autem & cæteri, quos vidiſti, fuimus in vita noſtra Miniſtri eius: patimurque diras pœnas, & ineffabiles. Quando enim ille viuebat: iniuſtis exactionibus ſubditos ſuos preſſit: quibus pecuniis in militia contra Infideles vſus eſt. Nos autem omnes, ad illud ei conſilio & auxilio adfuimus: ac

Stromberg. ſylua.
Albertus Cimbrenſis ceruum perſequitur.
Spectri expoſitio.

propter iniquitatem hanc duriter plectimur ([illegible]) quoad Deo videbitur. Hæc tibi reuelata ſunt propter merita tua: vt hoc & alia peccata caueas, vitamq́ tuam corrigas. Ego quidem à te diſcedere cogor. En via, qua per nemus ad priorem locum redeas. Sed potes tamen ante reuerti: vt videas prioris felicitatis, ad ærumnas conuerſionem. His dictis, euanuit. Comes Albertus conuertit ſe ad priorem arcem. Ecce autem ([illegible]) omnia in ignem, putensq́ ſulfur ac picem, conuerſa. Audiebat quoq́ vociferationes & lamentationes miſerandas.

Ad purgatorii ignis liberationem preparatio.

Tunc vero hic Heros aſpectu obmutuit amens:
Arrectæque horrore, comæ: & vox faucibus hæſit.

Breui tamen priorem viam regreſſus: ad Ducem Fridericum, & Comitem Erckingerum, rediijt. A quibus non potuit mox agnoſci: crinibus & barba ipſius, etſi non perinde ætate ſenis, plane albis factis. Vnde vehementer admirati ſunt: ſed multo magis, quando eis totam fabulam (de ceruo, de ſpiritu, de arce) expoſuit. Perterriti quoq́, triſtes Mogenheimum redierunt. Magnis hinc precibus contendebat Albertus ab Erckingero ([illegible]) ſibi poteſtatem daret, in ipſius territorio, quo loco hæc ſibi accidiſſent, Eccleſiam ædificandi. Conceſſit benignè, non modo Erckinger, ſed eius etiam vxor: conſiliumq́ ſuum & auxilium adpromiſerunt: vt eo in loco cœnobium fœminarum conderetur: in quo Deus perpetuo honoraretur. Aſtipulatus eſt non minus Dux Sueuiæ Fridericus: vt illud primo quoq́ tempore extrueretur. Se opem & ſubſidium eo collaturum. Quod & fideliter fecit: decumis & alius rebus, eò collatis. Ita Monaſterium, vltra arcem Mogenheimiam ædificatum fuit (Non eſt adiunctum huic nomen. Neſcio, quodnam ſit. Nam illud, quod paulo poſt, Dominarum Alba nuncupatur, diuerſum ab illo apparet.) Contigiſſe dicitur hæc hiſtoria anno Domini 1134. imperante Cæſare Lothario II. Legerunt eam in vetuſto libro, Conradus de Moſpacheques, Landgrauii VVilhelmi magnus Curiæ Magiſter, & alij. Illo tempore Berchtoldus, Comes Eberſtainius, vixit: qui à iuuentute ſua, apud Sueuiæ Ducem educatus fuit: præſens tunc Mogenheimi, quando Comiti Alberto iſta acciderunt. Quare & ipſe cœnobium Sanctimonialium fundauit: Frauvenalb (Dominarum Alba) nominatum. At etiam Herrenalb (Dominorum Alba) ab Eberſtainio Berchtoldo principium ſumpſit: de quo, ſuo tempore.

Hinc iam Parthenonis meritorii fundatio.

Eberſtainius C. Berchtoldus.

Frauvenalba principium.

Quædam alibi inuenta, de his rebus ſententia.

Vtrum Zimmerenſes, ſiue Cimbrenſes, olim in hac vicinia habitarint, rerum potita familia: dubium eſt. Sunt tamen in hac vicinia, pagi aliquot huius nominis: Frawenzimmern/ *Durrenzimmern, Metterzimmern: quod aliquantò remotius vltra Sachſenheimium eſt. Erckingerus certè de Magenheim, A. 1246. meminit, à ſuis progenitoribus cœnobium eſſe fundatum: & Moniales ex Lutherſtain, eodem primo vocatas eſſe, oſtendit.*

COENOBII SCHYRENSIS ABBAS. COENOBIVM AVGVSTÆ, Georgianum. Craichgouia. Græca legatio apud Imp. Lotharium. Confirmatio Lorchenſis Monaſterii. Reliquiæ Sanctorum Lorchenſes. Obitus Agnetis, Duciſſæ Sueuiæ, Marchioniſſæ Auſtriæ. Tigurum, in poteſtatem Friderici Sueui redactum. Hochbergenſis ditio. Badenſes Marchiones, vnde orti. Lotharii Imp. altera in Italiam expeditio. Henrico Bauaro, Hetruria commiſſa. Quædam Zuifaltenſia. Præcipitatio quorundam militum.

CAPVT XVIII.

ANNO 1135. Bruno Archiepiſcopus Colonienſis, & Fridericus Dux Alſatiæ (Luſcum illum intelligo) de Imperatore non bene ſentientes: interuentu tamen Principum reconciliati ſunt. Tritenh.

Vrſpergenſis Eccleſia, quæ iam decem annos fundata ſteterat, priuilegium ab Innocentio P. accepit. Vrſperg.

Zuifalt. Abbas Vdalricus.

Zuifaltæ iamdiu Abbas, Vdalricus erat: etiam magnæ auctoritatis, cum adhuc prioratum gereret. Fratres enim de Styre (Schyrenſis Monaſterii) hunc Priorem (diu antehac) orarunt, vt ſibi Abbas daretur. Id cum nec per ſe, nec per Ducem Bauariæ Henricum (ſecundum tunc Zuifaltenſium Aduocatum) nec per eiuſdem gentis Palatinum Ottonem, afficere poſſent. tandem per epiſtolam Innocentii P. & Regem Lotharium, obtinuerunt. Membr. Zuifalt.

Georgianum Auguſtæ cœnobium.

S. Georgij cœnobium, intra vrbem Auguſtam ſitum, ordinis Canonicorum Regularium S. Auguſtini, fundatum eſt anno 1135. & abſolutum 1142. à Tubingenſi Palatino VValthero,

Epiſcopo

Epiſcopo Auguſtano (vt ſupra diximus) ad honorem S. Martyris Georgii. A præpoſitis pluribus adminiſtratum eſt, quos Bruſchius enumerat. Horum vnus, Ioannes Huber, electus 1470. præfuit 5. A. & in thermas profectus: ibi in aquis, ſomno victus, ſuffocatus periit. Et VVolfgangus Molitor Bobingenſis, electus 1514. Qui emit arcem Guckenbergam, à VVolffgango Schieck, Quæſtore Epiſcopi Auguſtani. In quam, religione Auguſtæ mutata, ſeceſſerunt fratres Georgiani, cum ſucceſſore Molitoris Ioanne Stabero Præpoſito. Anno deinde 1550. præerat Iacobus VVidemannus, vel Salicetus: Bibliothecæ inſignis Collector.

Lobenfeld. τηφθιῦν.

Cœnobium Benedictinarum fœminarum Lobenfeldenſe, VVormacienſis diœceſeos, in pago, qui dicitur Kreichavv (Craichgaa) duobus fermè milliaribus ab Haidelberga, fundatum ab Antiſtite VVormacienſi Buggone eſt. Tritenh.

Ad eundem 1135. annum in M. Scr. Chronic. relatum.

Græca legatio Mersburgi apud Imp. Lotharium.

Imperator Lotharius, inquit, feſtiuitatem S. Laurentii, & aſſumptionis S. Marie Mersburch celebrauit. Illuc confluebant cum primariis Regni Polonie, & Boemie Duces, & legati Græcorum Imperatoris: honorifica ſecum munera ferentes: pacem ab illo, & amicitiam, ac auxilium contra Rokkerum (Rogerium) tyrannum, poſcentes: qui partem Romani imperii, & terram Græcorum, nimis vexauerat. Quibus decenter remuneratis: cum ſuis legatis, Anſelmo Hauelſpurgenſi Epiſcopo, & cæteris, eos in propria remiſit.

Æſtas feruida. Venti ἐξῶςαι.

Aeſtas hoc anno fuit ardentiſſima: fontibus & paludibus exiccatis, ac ſyluis exardeſcentibus. Ventorum tanti impetus, menſe Nouembri: vt iis multæ turres, & magna ædificia, ſternerentur. Tritenh. ad ſequentem annum refert.

Hirſaugiæ turbatores.

Anno 1136. Volmarus. Hirſaug. Abbas, quorundam Secularium & Monaſterialium ſuorum inſolentia prouocatus (ſcribente Tritenh.) Imp. Lotharium, Spiræ natalem Domini celebrantem, adiit: eiusq; defenſionem Monaſterii fratrumq; ſuorum, precibus requiſiuit. Qui mox perturbatores illos ad ſe adduci iuſſit: quorum iniquitate cognita, eos extra fines Imperii proſcripſit. Vnde, magno vicinis metu iniecto, tutum poſtea Monaſterium fuit.

PRIVILEGIVM INNOCENTII II. DE MONAſterio Remſthalenſi Laureaco.

Lorchenſe priuilegium.

INNOCENTIVS EPISCOPVS SERVVS *ſeruorum Dei, dilecto filio Craſdoni, Abbati Monaſterii, quod Laureacum dicitur, in Auguſtenſi Epiſcopatu ſitum: eiusq; ſucceſſoribus, regulariter ſubſtituendis, in perpetuum. Quotiens à nobis ea, quæ ad Religionem & honeſtatis decorem pertinent, poſtulantur: moras ad concedendum facere non debemus: ne differre bona deſideria, quæ magis fauenda ſunt, videamur. Proinde, dilecte in Domino fili Craſdo Abbas, tuis iuſtis poſtulationibus duximus annuendum. Et Monaſterium, quod Laureacum dicitur, ab illuſtri viro Friderico Duce: iuxta patris ſui voluntatem ac deſiderium, qui illud in proprio allodio fundauerat, ſub cenſu annuo vnius Aurei beato Petro oblatum: ſub Apoſtolicæ ſedis tutelam protectionemq; ſuſcipimus: & eiuſdem Apoſtolorum Principis patrocinio communimus. Per preſentis itaque Scripti paginam ſtatuimus: vt in eodem cœnobio Monaſticus ordo, ſecundum beati Benedicti Regulam, futuris temporibus inuiolabiliter conſeruetur. Quecunq; Eccleſia bona, ſeu poſſeſſiones, ab ipſius loci fundatoribus, ſeu ab aliis Dei fidelibus, eidem loco collate eſſe noſcuntur: aut quecunque in futurum, conceſſione Pontificum, liberalitate Regum, Ducum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis iuſtis modis: idem cenobium, preſtante Domino, poterit adipiſci: firma tibi, tuisq; ſucceſſoribus, & illibata permaneant. Vt autem fratres, qui in eodem Monaſterio pro tempore fuerint diuinis obſequiis mancipati, de bonis ipſius loci valeant ſuſtentari: auctoritate Apoſtolica prohibemus: vt nullus Abbas, nulla omnino Eccleſiaſtica vel ſecularis perſona, prædicti loci poſſeſſiones & bona auferat, vel vendat: aut in feudum dare, vel aliquo modo diſtrahere, preſumat. Obeunte verò te nunc eiuſdem loci Abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſorum: nullus inibi qualibet ſurreptionis aſtutia, ſeu violentia, preponatur: niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum pars conſilii ſanioris: ſecundum Dei timorem, & beati Benedicti Regulam, preuiderint eligendum. Chriſma verò oleum ſanctum, conſecrationem altarium, vel Baſilicarum, benedictiones Abbatum, ordinationes Monachorum, vel Clericorum veſtrorum: qui ad ſacros ordines fuerint promouendi: à dioceſano ſuſcipietis Epiſcopo: ſiquidem Catholicus fuerit: & gratiam Eccleſie Romane habuerit: & ea gratis, & abſque prauitate aliqua, voluerit exhibere. Alioquin Ca-*

» tholicum, quem malueritis, adeatis Antiſtitem: qui nimirum noſtra fultus auctoritate, quod » poſtulatur, indulgeat. Decernimus ergo, vt nulli Epiſcopo aut Aduocato, vel eorum Miniſtris, nulli etiam Eccleſiaſticæ ſecularive perſonæ, liceat prænominatum cœnobium temere perturbare: aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare: ſed omnia, vobis integra conſeruentur. Sepulturam quoq; ipſius loci, liberam eſſe decernimus: vt, qui ſe illic ſepeliri deliberauerit: eorum extremæ voluntati, niſi excommunicati ſint, nullus obſiſtat: ſalua matris Eccleſiæ iuſtitia. Decimas ſanè, quas legitime poſſidetis: & vſq; ad hæc tempora quietè & pacifice poſſediſtis, vobis nihilominus confirmamus. Ad indicium autem perceptæ huius à Romana Eccleſia libertatis: & quod idem locus beati Petri iuris exiſtat: Bizantium vnum nobis, noſtrisq; ſucceſſoribus, annis ſingulis perſoluetis. Si quis igitur huic noſtræ conſtitutioni, auſu temerario contraire temptauerit: ſecundo tertiove commonitus, ſi non ſatisfactione congrua emendauerit: à corpore & ſanguine Domini noſtri IHV. XPI. alienus fiat: atq; in extremo examine, diſtrictæ vltioni ſubiaceat. Conſeruantibus autem, ſit pax Domini noſtri IHV. XPI. quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant: & apud diſtrictum Iudicem, præmia æternæ pacis inueniant. Amen. Amen. Amen.

Execratio violatoris.

Subſcriptio Papæ & Cardinalium.

Ego Innocentius, Catholicæ Eccleſiæ Epiſcop.
† *Ego Guilielmus Preneſtinus Epiſc. ſſ.*
† *Ego Guido Tiburtinus Epiſc. ſſ.*
† *Ego Gerardus Presbyter Cardinalis, tit. ſanctæ Crucis in Hrlm. ſſ.*
† *Ego Littifredus Pbr. Cardinalis, tt. S. Iuſtinæ ſſ.*
† *Ego Lucas Pbr. Cardinalis, tt. ſanctorum Iohannis & Pauli ſſ.*
† *Ego VVido indignus Sacerdos ſſ.*
† *Ego Azo Pbr. Cardinalis, tt. S. Anaſtaſiæ ſſ.*
† *Ego Gregorius Diac. Card. ſancti Sergii & Bacchi ſſ.*
† *Ego Guido Diac. Card. ſancti Adriani ſſ.*
† *Ego Hubaldus Diac. Card. ſanctæ Mariæ in via lata ſſ.*
† *Ego Criſogonus (Chryſogonus, auri genitor) Diac. Card. ſanctæ Mariæ in porticu ſſ.*

Datum Piſis per manus Almerici, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Diaconi Cardinalis, & Cancell. VIII. *Kal. Maij, Indictione* XIV. *Incarnationis Dominicæ anno* M. C. XXXVI. *Pontificatus Domini Innocentii Papæ ſecundi anno ſeptimo.*

Repetitum fuit, & confirmatum, hoc Priuilegium, anno 1439. 7. Kal. *April. à Concilio Baſilienſi.*

RELIQVIARVM INNVMERVS IN HOC MONASTERIO NVMEtus, antiquo & ſequentibus temporibus, collectus fuit. Ex quibus, paucæ tantum hic a me annotantur.

Reliquiæ Laurshenſes.

De S. Cruce, ſatis magna pars.
Ex ſanguine Chriſti.
Ex ſudario Chriſti, & adhærente ei ligno.
Ex ſpinea Corona Chriſti.
De Chriſti camiſia, ſindone, purpura, & Epiſtola ad Abgarum miſſa.
Ex coccinea veſte Chriſti.
Ex ſepulchro Chriſti.
Ex pannis, quibus inuolutus fuit in præſepi.
De loco, vbi Dominus natus fuit.
De monte Oliueti.
De lapide, vbi patrem in agonia orauit.
De Columpna, vbi flagellatus fuit.
De loco, vbi docuit Pater noſter, &c.
De domo Mariæ in Nazaret.
Ex lacte B. Mariæ.
De Capillo, de Cingulo, de Sepulcro eiuſdem, &c.

De di-

De digito S. Ioannis Baptiſtæ.
Duo magna oſſa Apoſtolorum Petri & Pauli.
Magna pars de dorſo S. Thomæ Apoſtoli, &c.
De mento S. Stephani Protomartyris.
Brachium S. Laurentij, & de coſta eius.
De S. Chriſtophoro Martyre, de coſtaq́; eius.
De S. Georgio Martyre.
De pollice S. Nicolai Epiſcopi.
De S. Hieronymo.
De lapide, vbi S. Benedictus latuit in ſpecu.
De ſpinis, in quibus volutatus fuit S. Benedictus.
De ſepulchro S. Dominici in Bononia.
De crinibus S. Simonis Tridentini (pueri, opinor, 1475. ab Iudæis occiſi.)
De oleo & ſepulchro S. Catharinæ virginis.
De S. Otilia virgine.
De ſocietate S. Vrſulæ, capita duo integra.
De tunica S. Claræ virginis, &c.
Deniq́; alia multa reliquia, ex diuerſis cœnobijs: eo miſſa anno 1504. &c. & 1517.

Quæ aſſeruabantur in diuerſis Laureaci altaribus: quæ & ipſa, diuerſis temporibus fuere conſecrata. Vt, ſummum altare, in honore S. virginis Mariæ, & S. Hieronymi confeſſoris, & chorus huius Monaſterij, ſub Abbate Nicolao Schenckio: ſimiliter ambitus, à quodam Suffraganeo Herbipolenſi, conceſſu Epiſcopi Auguſtani, 1469. Dedicatio omnium altarium, in corpore Eccleſiæ poſitorum, & SS. Mauricij Bartholomæiq́; annuatim celebrabatur ab antiquo in Dominica Miſericordia Domini. *Altaria eiuſdem.*

Ad Reliquias additum.

Sancti Dei omnes, intercedite pro noſtra, omniumque ſalute.

Hoc vero ex Matth. 11. non erat additum, Chriſti dicentis:

Venite ad me omnes, qui laboratis.

Nec illud 1. Tim. 2.

Vnus mediator Dei & hominum, homo Ieſus Chriſtus.

Nec illud Eſa. 63.

Abrahamus neſciuit nos.

Deniq́; nec factum Ezechiæ Regis, 4. Reg. 18.

Confregit hic ſerpentem æneum Moyſis: quod Iſraelitæ adolebant ei incenſum.

Hoc 1136. anno, diem ſuum obiit Agnes, Henrici 4. filia: quæ poſt Fridericum Hohenſtauffenſem, cui nupta fuerat, Marchioni Auſtriæ Leopoldo nupſerat. Liberi quos in hoc altero matrimonio pepererat. *Agnetis obitus, quæ Friderico Antiquo Stauffenſi nupta fuerat.*

Adelbertus, Marchio Auſtriæ: Neoburgi in Auſtria ſepultus. *Liberi eius ex Leopoldo Auſtrio.*

Henricus, primus Dux Auſtriæ, cognomine Jochſamer Gott.

Leopoldus Pulcher, Bauariæ Dux. Sepultus ad S. crucem in Auſtria.

Otho, Friſingenſis Epiſcopus, Hiſtoricus. Is, præſente Maximiliano I. Cæſare, Diuorum numero adſcriptus eſt. Obierat 1159. *Otho Friſing.*

Conradus, Patauienſis Epiſcopus, & Saliſpurg. Archiepiſcopus. circ. 1168.

Gertrudis, Duciſſa Bohemiæ.

Bertha, Duciſſa Polonorum, Miezlai vxor.

Inditha, vel Itha, Marchioniſſa Monteferratenſis, Guilielmo III. nupta.

Agnes & Eliſabeta, Marchioniſſæ Auſtriæ.

Tandem ſpecioſiſſima horum decem liberorum mater, illuſtriſſima Agnes, obiit πολυετὴς γενομένη: *& in Monaſt. Lorcha, ad priorem maritum humata, & cinis facta, eſt.*

Vrbs Tigurum, cum antehac circa 1083. Chriſti, liberata fuiſſet ab adminiſtratione Ducatus Alemanniæ, ſiue Sueuiæ: hoc 1136. anno capta eſt à Friderico, Duce Sueuiæ: qui poſtea factus eſt Rom. Imperator: excluſusq́; eſt Conradus Zaringenſis ab vrbe Tigurina. Munſt. lib. 3. cap. 68. *Tigurum, iterū Sueuis ſubditum.*

Item lib. 3. cap. 263. Interfecto Rudolpho, inquit, ſocero Berchtoldi III. Zaring. Ducis: & Sueuiæ Ducatu, Friderico à Stauffen collato: cui Henricus Imp. filiam ſuam tradiderat: in- *Zaring. Berchtoldi III. bellū cum Sueuis Ducibus.*

dignatus Berchtoldus, multa intulit Friderico bella: in quibus tamen Fridericus, ſuperior fuit. Concordiam autem Imperator faciens: dedit Bertholdo per modum feudi, Aduocatiam Imperialem Tigurinenſis ciuitatis, & totius adiacentis pagi. Berchtoldo ſuccedens Conradus frater, bellum mouit contra Fridericum Ducem Sueuiæ (Vniocŭlum) excitauit contra ſe filium eius Fridericum Barbaroſſam: qui illi ademit Tigurum: perſecutusq́; fugientem, cepit arcem Zaringen: & coegit Conradum petere veniam & gratiam Ducum Sueuiæ: atque ſequentibus temporibus, ditionem Hochbergenſem tradere: quam Imperator factus Fridericus, feudo dedit Marchioni Veronenſi adoleſcenti (circa 1155. Chriſti) quem ſecum ex Italia obſidem adduxerat. A quo exiſtimantur deſcendiſſe Marchiones Badenſes.

Hochbergenſis ditio, Marchioni Veronenſi data.

Badenſ. Marchiones.

Henricus Leo, Bauariæ & Saxoniæ Duci Henrico, in die Pentecoſtæ baptizatus. Vrſperg.

Eodem anno Lotharius, pace latè per totam Germaniam facta: vt Lombardos, Italiam turbantes, comprimeret: & Rogerium, Antipapæ Anacleto contra Innocentium fauentem, armis vindicaret: alteram iam expeditionem, ineunte autumno, in Italiam ſuſcepit, magno cum exercitu, per vallem Tridentinam. Quem ſecutus eſt gener ſuus, Henricus Bauariæ Dux, frater VVelphonis, cum mille & quingentis militibus: ſecutus eſt Conradus, Sueuiæ Dux, qui ſe Regno abdicauerat: ſecuta Richiza quoq́;, Auguſta. In itinere autem (teſtantibus M. Scr. Chronic.) cum erectis ſignis pergeretur: repentè magna diſſenſio orta eſt, inter milites Colonienſis & Magdeburgenſis Archiepiſcopi: contendentibus amborum ſigniferis: vter eorum, Regio ſignifero à latere dextro incederet. Concurſum eſt vtrinq; nudatis enſibus hoſtiliter. Ac niſi Imperator (qui forte tunc ad menſam epulaturus conſederat) armatus proſiluiſſet: ac furentium animos manu minisq; ſedaſſet: profecto magna clades accidiſſet. Tunc in Italiam perrectum eſt. Ibi ad lacum Benacum, caſtrum Garda: ad Padum, Vardaſtallum, Imperator recepit. Multa etiam alia, hoc & altero anno, præclarè per Italiam geſſit, ad obediendum ſibi cogens. Rogerium vero, fruſtra ſibi reſiſtere nitentem, Campania & Apulia eiecit: & Reginaldum (al. Reginulfum, vel Ranulfum) nobilem ac ſtrenuum Germanum, Apuliæ Ducem declarauit: Henrico vero Bauaro, qui in hoc bello enituerat, Hetruriam in fidem (feudum) commiſit. Friſing: & Vrſperg. & Auent. atque Sigon.

Secunda Lotharii Imp. in Italiam profectio.

Militum tumultus in exercitu eius.

Garda caſtrũ.

Rogerii ex Italia eiectio.

Apuliæ Dux.

Hetruria, feudum.

Tempore Lotharij, Imp. pacifici, per totum Imperium (vt habent Zuifalt. membranæ) pax eſt conſtituta, & ſacramento confirmata. Illis diebus VVitigor de Maiſunburc, libera propagine ortus, turbauit pacem: eiusq; rei à milite quodam conuictus duello eſt, & occiſus. Verum in articulo mortis conſtitutus: in Monachum tonſuratus (tonſus) cœnobio Zuifaltenſi dedit apud Haigingen I. Manſum, & tertiam Manſi partem.

Pax, in toto Imperio.

Eodem fere tempore, Sigefridus Prior Zuifaltæ, vir diſertiſſimus: & Bertholdus, Preſbyter Parochianus ibi: in Paſchali hebdomade, inciſione venæ indiſcretè vſi ſunt. Itaq; Sigefridus mortem in 5. nonas Maii vix diſtulit. Bertholdus vero iacens mox Paralyticus, in aſſumptione S. Mariæ in Monachum conuerſus, ſtatim obiit.

Venæ ſectio infauſta Zuifaltæ.

Quidam milites illud Euangelii: Vigilate, quia neſcitis diem, neq; horam: parum conſiderantes: apud oppidum Ravinſtain, cuidam ligno ſupra præcipitium poſito innitentes: eo fracto, deciderunt: & fractis ceruicibus, euiſceratiq;, mortui ſunt. Ex quibus vnus, nomine VVerinherus de Ehingen, in cœmitorio Zuifaltenſis cœnobii habuit ſepulturam: & ante, quiddam ei Monaſterio apud Dettingen contulerat. Fratrem habuit, VVolfſtrigilem dictum. Ex iiſdem membranis.

Militum caſus.

CONRADI, DVCIS SVEVIÆ, RES GESTÆ IN ITALIA. SALOMONIA VILLA, MONASTERIUM. DIABOLUS INCARNATUS, CONFOSSUS. SPIRITUS PER SCALAS PRÆCIPITATUS.

CAPVT XIX.

ANno 1137, in Italia, cum Apuliam ingreſſus contra Rogerium eſſet Lotharius: Ducẽ Sueuiæ Conradum, cum parte exercitus miſit (vt eſt in M. Scr. Chronic.) ad oppugnandum caſtellum Rigian (Regium puto) cuius habitatores, venientium ſola vociferatione territi, deditionem fecerunt. Vnde idem Dux, montem Garganum obſedit tres dies: donec, veniente cum exercitu Imperatore: villamq́; & caſtrum impugnante: vno ex ipſis interfecto: qui virtute & audacia cæteris præſtabat: ſe omnes tradiderunt. Magna potiti ſunt eo in loco præda: auri, argenti, gemmarum; & veſtium. Facta ſunt hæc aliquanto ante Pentecoſten.

Conradi Sueui ſucceſſus in Italia, ſub Lothario.

Eodem

Eodem anno fundatum eſt pulcherrimum & opulentiſſimum Sueuiæ Cœnobium (deſcriptore Bruſch.) Salemitanum, vel Salomonis villa (vulgò, Salmenſvviler) Ciſtertienſis ordinis: à Gunthcramo, nobili & opulentiſſimo Barone de Adelſreute, equite aurato: qui ſequenti anno defunctus eſt. Eius Inſignia erant, niger aries in rubra planitie. Diſtat vno milliari ab Yberlinga, Imperiali ad Acronium lacum ciuitate. Putatur ſic appellatum, quòd ad ſimilitudinem Hieroſolymitani templi conditum ſit: aut à paſtore quodam Salomone: qui primus ibi cellam, ſibi in Oratorium conſtruxerit. Dona eò munificentiſſimè collata ſunt à R. Conrado Sueuo, anno 1142. à Friderico Barbaroſſa, 1155. à Burcardo deniq; (al. Eberhardo) Salisburgenſi Archiepiſcopo, Roman. ſedis Legato, ibi humato. Salomonvillanū Monaſterium. Adelfreut.

ABBATES HVIVS LOCI.

1. *Frovvinus, 1137. è Lucellenſi Monaſterio euocatus: qui benè præfuit 28. an. Obiit 1165.* Abbatu Salomonvillani.
2. *Godefridus: ſub Friderico Barbaroſſa, & Conſtantienſi Epiſcopo Othone, Duce Zaringēſi. Obiit 1168.*
3. *Erimbertus: ſub iiſdem. Obiit 1176.*
4. *Chriſtianus. Præfuit an. 15. Obiit 1190.*
5. *Eberhardus, Comes de Rordorff: ſub Henrico* VI. *Præfuit Monaſterio fideliter annos 51. & obiit 1240.* Rordorff.
6. *Bertholdus, Comes de Vrach: ſub Friderico* II. *Obiit poſt vnum mox annum, 1241.* Vrach.
7. *Eberhardus de VVolmantingen. Præfuit an. 35. & fratri Vdalrico Abbatiam reſignauit, 1276. Obiit octo annis pòſt, 1284.*

Sub eius gubernatione, fundatum eſt Anguli cœnobiolum in Monte ſancto, an. 1256.

8. *Vdalricus Gretter de Biberaco: electus an. 1276. ſub Cæſare Rudolpho Habſpurgio. Obiit hydrope 1282.* Biberacum.
9. *Vdalricus de Selfingen. Præfuit an. 30. laudabiliter. Ædificauit magnificentiſſimam huius Monaſterij Baſilicam, è quadrato lapide: in qua 28. ſunt altaria inſignia, & 2. organa præclariſſima. Obiit 1311.*
10. *Conradus de Eßlingen, Henrico* VII. *Imp. Præfuit an. 26. Reſignauit 1337.* Eßlingen.
11. *Vdalricus, Comes de Sargans, Cæſare Ludouico* IV. *Præfuit laudabiliter an. 21. Obiit 1358.* Sargans.
12. *Bertholdus Dutz, S. Theologiæ Profeſſor, Cæſare Carolo* IV. *Reſignauit Abbatiam 1373.*
13. *Guilielmus Schrailck: antea Raittenhaſlachij in Bauaria Abbas. Abbatiam geſſit, Rege Rom. VVenceſlao, per an. 23. obtinuitq; à Pont. Vrbano* VI. *Pontificalia ornamēta omnia. Ita primus fuit huius loci infulatus Abbas.*
14. *Iodocus Senner, 1395. qui poſt 22. an. poſuit Abbatiam 1417. & obiit 1429.*
15. *Petrus Ochſerus Raueſpurgenſis, regnante Sigiſmūdo. Cùm præfuiſſet 24. an. Obiit ſubitanea morte in villa Oſtern, 1441.*
16. *Georgius Monachus de Conſtantia, Friderico* III. *imperāte. Præfuit ferè 19. an. Reſignauit 1459. Curauit faciendum maius organon: cuius maxima & medioxima fiſtula, longa eſt pedes 28. & in circumferētia, ſpithamarum 4. Item vas vinarium ſtupendæ magnitudinis: quod incolæ pari appellatione (Maiſen) longè lateq; notiſſimum fecère. In quo Monachum, vinorum inſpectorem, olim periiſſe, Monachosq; diu de ipſo bibiſſe, aiunt: Aedificauit etiam ornatiſſimum piſtrinum, magnam incudem, Maiorem Monſtrantiam, & Maiorem crucem inauratam.*
17. *Ludouicus Oſualdus Vberlingenſis, S. Theologiæ Profeſſor, an. 12. Reſignauit propter aduerſam valetudinem, 1471. nec multò pòſt obiit.*
18. *Ioannes Stantenat, Lucellenſis antea Abbas, an. 24. Aeſtiuale Refectorium fecit pulcherrimum. Obiit 1495.*
19. *Ioannes Schapffer de Mimmenshuſen. vicino pago: Maximiliano* I. *Imperium tenente. Præfuit, vt attentus Paterfamilias, an. 16. Aedificauit Bibliothecam: & ſub ea ſacellum ornatiſſimum. Obiit an. 1510. die S. Franciſci, ante prandium.*
20. *Iodocus Negkarus Yberlingenſis. Lutetiæ ſtuduit, formatus (vt vocant) Baccalaureus. Obiit poſt 18. annorum vtilem adminiſtrationem, 1529. ætatis ſuæ 47. Sub eo ædificata eſt Pfullendorffæ magnifica domus Salemitanorum, à Conrado Troſthaimero, Salemitano Burſario.*
21. *Amandus Schefferus Argentoratenſis: ſub Carolo* V. *Præfuit an. 6. cum laude. Obiit*

Yberlingæ, ætate grandis, an. 1534. ibi ſepultus in domo Minorum. Ædificare cœpit magnificẽtiſſimam domum Yberlingenſem: quam ſucceſſor abſoluit.

22. Ioannes, Piſcatoris Mimmenhuſani F. vir doctus, fratribus charus. Præſedit an. 9. Obiit 1543. Nouemb. 4.

23. Ioannes Appenzeller Conſtantienſis. Præerat adhuc 1550. podagricus. Ædificauit domum, ad habitandum communem, omnibus mechanicas artes in hoc Cœnobio exercẽtibus. Fecit & ipſe grande vas vinarium, 41. plauſtrorum vini capax, longum 25. pedes.

Hailigebergẽſes Comites. *Mons ſanctus.* *Habitant non procul ab hoc Monaſterio, Comites caſtri S. Montis: quos & Fyrſtenbergenſes vocant. Dicitur mons ſanctus: quòd SS. Felix & Regula, ibi ſepulti ſint. Inhibiti dicuntur illi Comites à Carolo IV. Caſ. ne moleſti eſſent huic Cœnobio. Nouis ille priuilegiis & immunitatibus id auxit. Multis etiam Montefortenſes Comites beneficiis affecerunt: qui & hoc inſtituerunt: vt omnibus viatoribus & equitibus, pateret ibi vnius noctis hoſpitium. Quæ conſuetudo tamen hinc abrogata fertur:* *Montefortẽſis Comes.* *quòd quidam Comes Montisfortis, quadam nocte ibi manens: cùm à Monacho quodam, Diabolum ſimulante (credo, vt huius rei fama deterreret homines à poſtmodum ibi diuertendo) miris tumultibus moleſtaretur: ipſe hunc gladio ſurſum per aſſerem, cui incubuerat tumultuator ille, tranſadacto, forte fortuna confoderit.* *Diaboli incarnati confeſſio.* *Sic tempore patris generoſi præclarorum meorum, cum quibus olim Argentinæ viuebam, de VVerter Diſcipulorum, Beichlingæ fuit Scriba quidam illius: qui noctibus hybernis ſtrepens, intrare ſolebat cubiculum, vbi ancillæ Heri cubabant: frigidisq́ manibus, ſeu ſpiritus quiſpiam, mamillas illarum (ô facinus abominabile: nulli Monacho, nulli Sacerdoti, vſurpatum) contrectare. Quæ miſellæ, horrore in ſe contractæ, valde tunc exclamabant: ac poſtea interdiu grauiter conquerebantur, metu ſpiritus trepidantes.* *Bynius nobilis, Spiritum per ſcalas præcipitans.* *Der groß Bün.* *Tum egregius quidam, corpore magnus, iuuenis, ex nobili & claro Byniorum genere, rem ægrè ferens: Ego, inquit, aut iſtum ſpiritum vlciſcar, aut non ero Bynius. Noctu igitur phaſmati inſidians, in loco idoneo ac tenebricoſo tacitus ſtetit. Venit ſpiritus, ſtrepuit, puellas perterrefecit. Ibi Bynius ex inſidiis accurrens, Spiritum complexus eſt brachiis medium: ac ſtatim per ſcalas præcipitem dedit. Vah, inquit, quam ſcitè ſpectrum hoc ſcalas dedolat. Videbimus cras, quis iſte carne indutus ſit Spiritus. Poſtridie Dominus VVerterus, conuocata tota familia, Scribæ faciem & frontem, caſu contuſam ac liuidam conſpicatus: neq́ os honeſtum & graue, planè ſuaui riſu deſtitutum habens: Euge, bone Spiritus, inquit: tu ne eras, qui nobis nocturnas illas moleſtias exhibebas? Diſcede hinc: nec amplius redi, niſi per nuntium vocatus.*

Sepulcra nobilium in Templo Salomoniuillano.

Ibi reconditoria ſua habent Bodmenij, Gremlichij, Schellenbergij, & Barones Rhordorffenſes.

VARII VIRI FOEMINÆQVE: A QVIBVS ZVIFALTENSE MONAſterium ditatum: vbi multa nobilitas Alemannica, & varia loca, commemorantur: VVirtembergenſia, & circum. Arma Monachorum. Imp. Lotharij obitus.

CAPVT XX.

Collationes bonorum ad Monaſt. Zuifalt. *ANtequam hunc nonum ſecundæ partis Sueuicæ librum concludam: placet, adhuc complures homines, nobiles & honeſtos, vtriuſque ſexus, cum aliis quibuſdam rebus commemorare: qui & antè, & circa hunc 1137. annum Chriſti, quædam donarunt Zuifaltenſi Cœnobio (de quo ſæpius hactenus dictum eſt) vt appareat, quæ genera hominum, aut familiæ, ante 450. annos, in pluribus Sueuiæ, aliisq́ locis vixerint. Quarum familiarum multæ, nõ amplius ſunt: cùm omnia, quæ in terreſtri ſunt exilio, fluxa & caduca ſint: aliaq́ ætas, ex alia (vt Cicero ait) oriatur. Habuêre autem multi boni homines, curam diligentem alterius illius æternæ ac beatæ vitæ: & fecerunt ea ſtrenuè, quæ tunc docebantur. Veriora enim non ſciebant: cùm nondum tanta Solis iuſtitiæ lux fulgeret, quanta hodie: licet eam tenebricoſus ille humani generis hoſtis, identidem offuſcare conetur.* *Vdilhildis.* *Capellam S. Nicolai ad occaſum, in extremo Monaſterij, Vdilhildis comitiſſa de Zolro conſtruxit: multisque ornamentis ac bonis donauit. In quadam eius parte non conſecrata, cum matre ſua Cunigunde, Comite de Vraha (retineo ſcripturam prædictarum membran.) eſt ſepulta. Eadem, in maiori Monaſterio vela duo depicta linea, ad altare S. Crucis ſuſpendit.*

Erant

Erant ſequentes fœminæ tres ſorores, Richinza, Duciſſa Bohemiæ, Vlatizlai uxor: Sophia, Morabiæ Duciſſa, Othonis uxor. Hæ ambæ extruxerunt Refectorium fratrum barbatorum, & Dormitorium. Tertia ſoror, Salome, Duciſſa Poloniæ, Boleſlai uxor, miſit ſtolam auream, Albas ſericas duas, & alia precioſa multa. Inter ea, Pſalterium magnum, auro ſcriptum.

Richinza & Sophia. Salome Polona.

Miſerat Meginhardus, Pragenſis in Bohemia Epiſcopus, inter alia cappam nigrã: ſuperius & inferius aurifriſio illuminatam: à Conſtantinopolitano Imperatore, ſibi in itinere Hieroſolymitano datam: cruciculamq́, cum catenula auream, Sanctorum reliquiis plenam. Hæc omnia ſucceſſor, eius Ioannes violenter abſtulit. Sed Cardinale Dediwino, & Moguntino Epiſcopo, apud Imp. Lotharium agentibus, coactus eſt reddere. Res magno labore conſtitit: recipiente Auctore membranei huius Scripti anonymo, & Monacho Othone.

Pragenſis Epiſcopus.

Liutoldus, miles Conradi Achalm. Comitis, ob inſolentiam ſuam à VVerinhero Comite exoculatus: ſicq́, Monaſterium intrare coactus: ad NVVVINHV*ſen &* COLBERC*, dedit 2. Manſus. Eius filius Henricus dedit tabernam ad* DETTIN*gen.*

Achalm. C. Conradus. Dettingen.

Giſela de HILTINIS*vvilare, libera ſtirpe orta, dedit 2. Manſus in Colberc, cum adiuncta ſylvula* BERIN*bolt.*

Erneſtus, miles Liutoldi Comitis, Monachus factus cum filiis Adilberto & Herimanno, dedit molendinum ad RVTILIN*gen, & 10. M. ad* ENIN*gen, & 3. M. ad* DAR*odingẽ: ad* ROMANIS*bach 2½. Manſus: & in monte* ACHALM*en 1. M. & ad Dettingen 1. M. qui commutatus eſt cum alio Manſu apud* VPPHIN*gen. Eius filij recurrerunt è Monaſterio in Mundum: de quibus dictum eſt à Monachis: Exierunt à nobis, quia non erant ex nobis.*

Reutlinga. Eninga.

Adilbertus de HOLIN*ſtain, Liutoldi Comitis miles, cum patre Oggero, & matre Gota, ſe ad Monaſticam vitam conferens: probè 40. annos in ea vixit. Dedit quartam partem Eccleſiæ, & 2.* M. *apud* MALICHIN*gen, & ½.* M. *ad* PHVLLIN*gen.*

Holenſtain. Melchingen.

Folbertus, miles Cononis Comitis, ad ONFRI*dingen (Offterdingen) dedit iugera 6.*

Offterdinga.

Folcmarus, eiuſdem miles: velut Abſalon, eximiæ pulchritudinis: ſed crudelis, & peſſimus: tandem ſub alas Dei genitricis, tanquam ad aſylum, confugiens: ad ANIGESTIN*gen, (Ængſtingen) dedit 1.* M.

Ængſtingen.

Bertholdus de Dettingen, miles item Cononis, ad HVLEVV*on dedit 2.* M. *& uxor eius Salome, 8. uncias auri, & copiam lapidum, ad S. crucem ornandam, ab Hieroſolymis allatam.*

Hülvven.

Cononi Liutoldoq́, Comitibus ſucceſſit nepos ſuus VVerinherus Comes: per cuius manum milites illorum dederunt ea, quæ commemorata ſunt. Henricus quoque Dux (ad quem ex donatione VVerinheri venerant) poſtea Bertholdus etiam Dux, cum uxore ſua Sophia, prædicti Henrici Ducis F. cùm ei in dotem eadem prædia eſſent data: ſimul abdicarunt, & tradiderunt.

Achalm. Comes VVernherus. Duces VVernher. & Bertholdus.

Machtilt, ſoror Liutoldi Comitis, nupſit Cononi Comiti de Lechiſgimundo: genuitque ex eo Othonem Comitem, Cononem Horburgenſem, Burchardum Epiſcopum Traiectenſem, & Bertholdum. Huic Bertholdo ex materna hæreditate venit prædium apud VVITILIN*gen, cum tribus adiacentibus villulis:* HOFSTETIN, HENNI*brunnon,* VVINI*din. Hic genuit Burchardum: qui aliquando ad S. Egidium peregrinans, Zuifaltæ ad Monachos divertit: eiſque villulam* HOF*ſtetin, cum famulo Gotifrido, donavit. Et alio tempore, VVitilingen, ac ſupradictas villulas. Sed à propinquo ſuo, Henrico Comite Lechiſgimundio, infeſtatus eſt: qui VVitilingam abſtulit.*

Achalm. Comitiſſa Mechtildis. Traiect. Epiſc. Burc. VVitilingen.

Vdalricus, Comes de GAMIR*tingen (cum patre ſuo Arnoldo Comite, in Capitulo tumulatus) apud villam* RVTI *dedit 6.* M. *& magnum nemus: quod poſtea per militem quendam acceſſit Nerhaimenſibus Monachis.*

Gamerting. C. Vlricus.

Vdalrici huius vidua Adilheit (filia Hartmanni, Comitis Dillingenſis: ſoror Vdalrici, Conſtantienſis Epiſcopi) plus 30. annos in Cœnobio Zuifaltenſi devotiſſimè eſt verſata. Ea dedit plurima beneficia & ornamenta: præſertim velum unum & alterum lineum, ſuis manibus textum: in diebus Quadrageſimæ, ſuſpendenda Dei genitrici in Eccleſia. Vino & frumento Monachos abundè pavit: & Eccleſiam Sanctimonialium, cum clauſtro, ſuo ſumptu ex maxima parte conſtruxit. Soror eius Hadevvic (Hedvvigis) apud ERN*ſtain, vel Neroniſtain, ab infantia Deo dicata, poſtea huc ſororem eſt ſecuta: quæ & ipſa, multa obtulit. Habuit prædicta Adelheit filium Vdalricum (cuius uxor erat Iudintha, Bertholdi Ducis Zeringenſis filia) cuius filiæ Adilheit & Berta, aviam imitatæ, inter Sanctimoniales & ipſæ conſenuerunt, nec ſine donis.*

Dilling. C. Hartmannus. Adelhaidis, filia eius. Vdalricus & Iudintha.

Mynſingen. Samit, Sammet.

Iuſtingenſis cuiuſdam Eberhardi F. Bertholdus, apud MVNIGI*ſingen* (*Mynſingen*) *dedit 5. Manſus, & 40. libras argenti: atque magnum pallium viride, Samit vocatum. (Sammet, ἑξάμιτον. ἓξ, ſex: & μίτος, filum.) Quo tempore aduocatus Monaſt. Zuifaltenſis, erat Henricus Dux Bavvariorum. Cunradus verò, Dux de Zaringen, Aduocatus Cœnobij de Monte S. Petri: & Abbas ibi, Ebbo.*

Cuppingen. VVendlingen.

Heinricus de KVPPIN*gen, Monachus Zuifaltenſis, apud Kunigen dedit quartam partem Eccleſiæ: & 1. M. apud* VVIPRETIS*vvilare: & dimidium apud* VVENDI*lingen. Huius frater Arnoldus, Prioris loco Zuifaltæ habitus: Heinrico Duce cogente, apud Altorff in Abbatis locum eſt aſſumptus.*

Lendingen.

Cono de LEN*dingen, homo ferus (manus eius, contra omnes: & manus omnium, contra eum, Geneſ. 16.) de lupo in agnum tandem mutatus, in Zuifaltenſe Monaſt. ſe contulit, nec ſine donis: lætantibus eius collimitaneis ſuprà, quàm credi poßit: vtpote erepti ex duriſsimi Pharaonis imperio. Fratrem habuit Vdalricum, Spirenſem Præpoſitum: qui ipſum imitatus, etiam Zuifaltæ Monachus eſt factus: ac Schyrenſibus in Abbatem (puto 1129.) datus.*

Nyrtingen. Oblivio ſenilis.

Primis etiam huius Cœnobij temporibus, quidam nomine VVolfoldus fuit, Monachus Zuifaltæ: quondam apud vicum NVRTIN*gen, religioſus Presbyter Parochianus, literis apprimè eruditus. Hic graui ſenio affectus, in tantum mente factus eſt paruulus: vt nec Dominicam orationem ad extremum ſciret.*

Spitzenberg. Fríckenſ. Comitatus.

Mahtils (Mechtildis) de SPIZZINBERC, *VVerinheri ſoror, Comitis de* FRIKKIN *(ante fores Eccleſiæ habens ſepulturam) dedit 6. M. ad* BVRCK*huſen, villam ſcil. vniuerſam.*

Metzingen.

Vixit tunc Eberhardus de MEZZIN*gen, quondam Cono Comes Achalmenſis: qui illi dedit villam* HESILI*buch. ſitam iuxta Burckhuſen. Eberhardus poſtea diuiſit eam ſuis duabus filiabus. Harum vna, Richenza, cum filio ſuo Cunrado de* BEBIN*gen, ſuam partem tradidit Monaſterio, pro remedio animæ ſuæ. Altera ſoror, cũ Adilbone viro ſuo de* LVPPHON, *etiam ſuam partem. Ipſa tamen, & vir, viciſsim aliquid receperunt.*

Offenhuſa. Nellingen.

Conradus de OFFINHV*ſin, Monachus, per manum VValtheri Dni. ſui de* HORVVE, *ad* ONESTETIN *dedit 3. Manſus. Item VValtherus dedit 1. M. ad* NALLIN*gen.*

VVilibirc Monacha, per manum patris ſui Lamperti de BIRTI*lingen, apud villam Zuifaldam dedit molendinum, cum aliquot agris.*

Canſtat. Dürckhaim.

Adilbertus de CANZS*tat apud* DVRINC*heim, dedit nemus, & agri iugera* XX. *ambo prope villam* IMMVN*rot ſita.*

Caluenſis Palatina.

Palatina de KALEVVA, *pluſquam 20. iugera, & magnum nemus.*

Vracenſis C. Egino.

Manegoldus de SVNE*Motingen, nobilis: & Mahtilt, ſoror Eginonis Comitis de Vrahe, vxor eius: duo filij eius, Egino, & Vdalricus Zuifaltenſis Monachus: Mahtilt filia eius, Zuifalt. Monacha: apud villam* ALTHEIM *dederunt 4. Manſus: apud* LISINHO*fen, 2. M. & alia. Manegoldus ille, poſtea apud VVirziburc in prælio interfectus eſt: cumq́; apud S. Stephanum ſepultus eſſet: inſecuto tempore in Capitulum Zuifaltenſe tranſlatus eſt: & iuxta vxorẽ ſuam conditus.*

Dietfurtenſ. Geba. Oſtheim.

Geba de Dietfurt, Monacha nobiliſsimis natalib. orta, dedit 6. Mãſus in villa BALDIN*ſtein. Adilbertus filius eius, præclaræ indolis, immatura morte raptus, in fornice Monaſterij ſepultus, apud* OSTHEIM *dedit 4. M.*

Nuſpilingen. Sultzenſ. C. Albicus.

Huius ſoror Adelheit de NVSPI*lingen, mulier egregia, vxor Alevvici fuit, Comitis de Sultza. Huius patre Heinrico occiſo, matre mortua, vnico fratre item defuncto: bonorum omniũ hæres ipſa facta, etiam virum amiſit. Cogitauit ergo, occulta eſſe Dei iudicia, ſed non iniuſta: & illud Philonis, Eſſe neceſſe, adeſſe diuinum, vbi humanum ceſſet auxilium. Proinde totam ſe ad Dominũ cõuertit: & optima quæq; tradidit huic Cœnobio: quæ habebat in villis* MVNICHIN*gen vel* BIRKA*ha, &* VVALIC*ſtein, &* VNDIN*gen, &* NVFI*rom: cùm Abbas eſſet, Vlricus: & Henricus de* RABINIS*burc (Rauenſpurg) Dux Bavvariorum, tertius Aduocatus Zuifalt. Monaſterij: ac Fridericus iunior, Dux Alemannorum.*

Rauenſpurg.

Montefortius Rudolfus. Rammsberg. Comitatus.

Rudolphus, Comes Brigantinus, iuxta oppidum ſuum MVNT*forte, quandam villulam dedit: & quiddam Rodolfus, Comes de* RAMMIS*berg, in illo loco.*

Bauariæ Dux Henricus.

Etiam quædam dederunt, Heinricus Dux Noricanus, ſecundus Aduocatus, VVelphonis primi aduocati F. & VVelphilt, vxor eius. Hæc quippe mantellum ſuum dedit rubeum ad cappam, & pallium ad cappam: item, ſtolam auream: quam Zuifaltenſes poſtea, in neceſsitate 5. libris argenti vendiderunt.

Tertius

Tertius Aduocatus, Heinricus, horum filius: negotiis Regni (vtpote Imp. Lotharij gener) *Henricus Superbus.*
nimis occupatus, potentia tumidus: non ita, vt pater, hos Monachos amauit: nec ita familiaris fuit: ſed hi ei oneroſi videbantur, & inuiſi erant. Fridericum enim Sueuiæ Ducem, contra illius inquiſitionem occultauerant apud ſe. Spreti ergo ab eo, & neglecti, eum humanis verbis ab Aduocatia remouerunt (ἀντιβοηθοῦντες) freti etiam ſuis priuilegiis. Non multò pòſt, fratrē eius VVelphardum, ſibi quartum Aduocatum adſciuerunt. Iurauit is per tres Miniſteriales ſuos: ſe, ſi iniuſta de cauſa repudietur, ſeptē dieb. de dignitate hac ceſſurū: decreta priuilegij, inuiolata ſeruaturum: nullum ſuum militem obtruſurum: nec tyrannidem exercere ſiturum. Lectus eſt, quòd Cœnobium ligna ex ſyluis eius, & fratris, habere poterat. Item propter vineta, quæ in Rhatica curia habebat. *Guelpho, Zuifalt. Aduocatus.*

Amplius 6. annis pòſt factus eſt quintus Aduocatus, Heinricus: miles Heinrici Ducis, de ANIMARK*ingen: ſed propter inſolentiam ſuam, cum Domino ſuo remotus eſt. Ideo igne ferroque eſt res Monaſterij depopulatus. Cumq; ad portam Monaſterij, armatus acceſſiſſet: ab eius familia fugatus eſt: poſtea, ab Epiſcopis anathematizatus. Dominus etiam eius, manus continere coactus. Abbas omnem Cœnobij ambitum muro cinxit. Sic & habitationem Sanctimonialium. Heinricus de* HABICHISB*urg (cuius patruus erat Adilbertus de VVarthuſen) iuuenis periculorum amans, in ludo equeſtri periens, in fornice Monaſterij tumulatus eſt: qui ½ Manſum ad Grœningen, huc contulit.* *Zuifalt. Monaſteriū muro cinctum.* *Habſpurg. Henricus.*

Dederunt Monaſterio, Egino de Zolro, Vdilhildæ F. villam BVRON*, iuxta* SLATA *ſitā:* *Schleitha.*
& frater eius, Goteſridus de CIMBRIN*, 4. Manſus apud* STRICHIN *villam.*

VVillibirc, filia Heſſonis de FRISTE*, vxor Lantfridi de* GINNINGEN*, 4. M. dedit apud* VTZILIN*huſen.*

Berta, filia Comitis Rudolfi de LINZI*burg, vxor Liutfridi de* KALDIN*: in Capitulo ad latus Liutoldi Comitis ſepulta eſt.* *Lentzburg. Caledin.*

Heinricus de EMERIN*gen, homo crudelis, ab inimicis ſuis crudeliter confectus.*

Dederunt hi quoq; Cœnobio. Otho de STVZZI*lingen: in foro diſertus, principibus charus: qui iterum de Hieruſalem reuerſus, Monachus hîc perſeuerauit humili corde. Fratres eius, Erneſtus & Adilbertus, apud* OENIM*buron (Ænebeuren) ferè 20. M. Soror eorum Iuta, cum filia Adelheit, & marito Gerungo de* RIETH*eim.* *Steußling. Otho. Ænebeura. Rietheim.*

Tunc Vlmenſis moneta libra in vſu erant.

OGGE *de Grurin, libera ſtirpe ortus, & Cono frater eius: apud* NOZZIN*vvilare 3. M. & apud* STETI*heim ad* GVMIN*dingen, 2. M.* *Grurin.*

Heinricus de EBIN*gen, 1. M. ad* ROMA*nisbach.* *Ebingen.*

Ritvvinus de PLIENIN*gen, 2. M. in villa* VPLVMARE*.* *Plieningen.*

Hæc & alia, Bertoldus in membranis conſcripſerat anno CIↃ. C. IIXL. *quas interuentu clariſſimorum & venerabilium virorum, Alexandri Camerarij D. Reutlingenſ. Medici, & Iſraëlis VVielandi M. Tuſlingenſ. Paſtoris, huic meæ rerum Sueuicarum conſcriptioni ſtudioſè inſeruientium, nactus fueram.*

ADDAM EX IISDEM membran. etſi omittere conſtitueram, ne prolixitate fortè alicui moleſtus eſſem: tamen ſequentia quoque (quia non reijcienda) de eodem Cœnobio.

Eberhardus de Mezzingen (de quo ſupra) apud Onfridingen ½. Hubam dedit. Qui manibus Vlmariorum truncatus, 15. Kal. Iun. occubuit. *Vlmenſis.*

Adilbertus de HVNDIR*ſingen, nobili proſapia ortus, Zuifaldæ ſepultus, dedit 2. Manſus apud* GOSBACH*. Quos Giſela vxor eius, quæ ſimul cum filiis ſuis tradiderat, poſtea Zelo inuidiæ (inquit Auctor) inflammata, rurſus abſtulit. Teſtis eſt virgo puerpera, huius loci primaria.* *Hundirſingen.*

Rodolfus de GROENIN*gen, filium habuit Adilbertum, iuuenum armis recens accinctum: qui nimis incautè his iocando in congreſſu ludorum innocenter occiſus eſt, & Zuifaltæ humatus.* *Grœningen.*

Manegoldus de RORDORFF*, prænobili genere ortus, ſemper erat ferox: nec Deum nec homines verens: bellicis rebus & auaritiæ intentus. Cycneo verò capite ſenex factus: prorſus ad animæ ſalutem ſe cōtulit: ac permulta bona huic Monaſterio dedit. Vt, apud* ISININ*gen (Teſingen) 18. M. & ſalicam Manſorum 3. & aquis abundantem curtem: duo molendina: vtriuſque ſexus & ætatis 40. mancipia, aliaque plura. Vxor eius* HILTRVT *de* KILIBERC *nobiliſſi-* *Rordorff. Ieſingen. Kilberg. Hiltrudis.*

nobiliſſima matrona, ipſius conſenſu Sanctimonialibus Zuifaltenſibus conſociata, aliquot annis ante ipſum eſt mortua. Illa, quæ recenſita ſunt, Manegoldus pater corde tenus dedit: filius verò Manegoldus, verbotenus, & vix, coactus. Ideo pater remanſit in ſeculo, contra filium ſemper in procinctu: licet medullitus cupierit fieri Monachus. Defunctus autem, à filio aduectus eſt: & ante valuas maioris Baſilicæ ſepultus. Abbas & conuentus, communi decreto 20. libras argenti ei dederunt: quam pecuniam acceperant à quodam Presbytero de Plieningen, Nordo nomine: datam ab ipſo pro redemptione animæ ſuæ. Sic, contentione pacificè finita, ipſi bona illa retinuerunt.

Hîc Lector attende (inquit Auctor) &, quæ dico, memoriæ manda.

Monachorum arma.

" *Nunquam nobis profuit, imò multùm nocuit, Martiali gladio noſmet defendere. Dampnum noſtrum, longo tempore experti ſumus, in hoc ſemper cumulare: non imminuere, nunquam ſedare. Et verùm dico, non mentior:* MONACHVM *gladio non decet pugnare: ſed*
" *tantum ieiunio & oratione: maximè, cùm ipſe Dominus Petrum pugnantem, his verbis: Mitte*
" *gladium in vaginam: ſtuduerit reuocare. Auro & argento, cum Dei adiutorio, hactenus ma-*
" *ximè ab inuaſoribus protecti ſumus. Nam nullus noſter Aduocatus, niſi pro ſuo lucro noſtris*
" *oppreſſoribus fuit oppoſitus. Omnes enim, quæ ſua ſunt, quærunt.* NVMMVS SEMPER FVIT
" PRÆ*cipuus noſter Aduocatus: ipſe, Rex noſter fuit, & Dominus. Hoc quam maximè de mani-*
" *bus furentium potuimus nos liberare, bellantibus rebellare, diſcordes pacificare, indomitos do-*
" *mare, furentes contra nos refrænare. Vnde Verſus:*

Martyris Albini, nec non & membra Rufini,
Si quis habet: Romæ quæque valet facere.

(Sicut ſcil. Chriſtus præcipit: Gratis accepiſtis, gratis date. Albinus, argentum eſt: Rufinus, aurum.)

IRMINGART de Gundilſingen.

Memminga.

Monacha Zuifalta, dedit apud Berge iuxta MAMMINgen *(Memmingam) 3. Manſus. Hæc diu in Cœnobio cælebs manens, longo vſu didicit fragilem domare ſexum.*

Stœffel.

HEMMA de Stophilin, nobilis mulier.

Hæc Monacha dedit 3. M. in villa Nuſiron, & alia.

Rauenſpurg.

DIETO de Rabinisburc.

Duas filias, Adilheiten & Hazicham, in vineam Domini laboraturas introduxit primo manè: Manſus 3. apud NIDER*vviltzingen dans.*

Nellingshaim.

BVRCARDVS de Nallingsheim.

Dedit 1. M. apud VVILRI*tingen: poſtea ad* PRVN*ſtetin commutatum.*

Thalhaim.

BENNO de THALHEIM.

Dedit 1. M. iuxta VVILZINgen, *in monte* VVILDIS*berc, in loco* LEVN*grun nuncupato.*

Tubinga.

CONRADVS QVIDAM, diues vir de Tvingen.

Hic 2. Manſus, ſitos in villa Anegeſtingen, emit: quos pro remedio animæ ſuæ, & vxoris, Parentumq́ ſuorum, Zvviſildenſibus contulit, hac conditione: vt ſibi & vxori quotannis

Deredingen.

in villa Darodingen, quoad viuerent, 5. modij tritici, & totidem ſiliginis, darentur: aut, ſi Darodinga aliquid contraueniret, in vico Anegeſtingen compenſaretur. Eſt adhuc hodie Tybingæ antiqua familia, & egregia, Senatoria & conſularis: BREVNINGERORVM *appellata: in qua multos Cõrados ab antiquo, & noſtro ſeculo, fuiſſe video: quæ fortaſſis à ſupradicto Tuingenſi Conrado deriuata eſt.*

Jetenbruck.

BERTOLDVS de Otinburgge (Yetenbruck) & Liutgart vxor.

Tradiderunt 6. M. ad SLETIN*buch (Schleichtenbuch) in confinio* VVIMI*niſheim.*

BERTA de Hachingen. Hæchingam puto.

Hæchingen.

Dedit 1. Manſum.

LAMPERTVS de Oſingen.

Eningen.

Dedit ½. M. ad Eningen.

VVERIN-

VVERINHERVS de Achalmen. *Achalm.*

Dedit $\frac{1}{2}$. M. in eadem villa.

MILO & Heinricus fratres.

Dederunt 2. M. in villa KRISSINbuch*, per manum Domini ſui Vdalrici, Comitis de* *Gamerting.*
GAMERtingen*: pro ſorore ſua Eliſabet, apud Zuifaltam conuerſa.* *Comitatus.*

CONRADVS, Monachus de Duivvingen. *Tubinga.*

Dedit penè 2. M. ad BVNINgen *(Bungen) ſitos.*

SIGIBOLT, liber homo de LAICHINgen. *Laichingen.*

Dedit 6. Manſus.

VVOLPOTO.

Dedit 1. M. ad GREZZingen. *Gretzingen.*

EGILOF, Presbyter de VRAHA. *Vracum.*

Dedit $\frac{1}{2}$. M. in eadem villa.

BILIHILT, Salomes Duciſſæ Poloniæ pediſſequa. *Polonica Salome.*

Crucem dedit argenteam, gemmatam, inauratam. Item vexillum, calices 2. caſulam, ſtolam albam, & alia.

HARTMANNVS, iuuenis plebeiæ libertatis.

Cum patre Gerungo, barbatis fratribus (conuerſis) adiunctus: apud Anegeſtingen tradidit 2. Manſus, & curtem 1. cum fonte. Hic poſt paucos annos, die inuentæ crucis, fratribus Matutinas agentibus, cum ignis fortè coquinam inuaſiſſet: cum cæteris attonitis, tectum reſtinguẽdi ignis cauſa impiger aſcendit: &, dum incautius agit, decidit: ac ceruicibus fractis, periit: prius tamen viatico Dominici corporis munitus. *Engſtingen.*

HAINRICVS de ANIMARkingen. *Emerkingen.*

Capella infirmorum (etiam in honorem, ſicut Monaſterium, S. Mariæ, ſed & Ioannis Euangeliſtæ, conſecrata) ab Heinrico de Animarkingen eſt conſtructa. Ad quam & calicem deauratum, & 1. Hubam ad DVVONdorff*, ad illuminationem eiuſdem Eccleſiæ dedit. Ipſe poſtremò Monachus factus, in cœmiterio ante ianuam ipſius Eccleſiæ tumulatus quieſcit.*

Sacellum vel capellam S. Michaëlis, Abbas Vlricus ſibi conſtruxit, Bertoldus depinxit.

BERTOLDVS de HIRZIſpil. *Hirtziſpil.*

Cum vxore Iudintha, apud HVLEſtetin *D. 1. M. & ad* SITINgen *2. M. Hic verba Iob, cap. 3. dicentis: Timor, quem timebam, euênit mihi: &, quod verebar, accidit: in ſe compleri, ſerò doluit. Nam famulis Dei, hoc in loco, ante vitæ terminum conſociari ſemper optauit. Sed ab inimicis ſuis truculenter confoſſus, 7. Kal. Aug. interiit. Cadauer eius, ante Monaſterium iacet tumulatum.*

VVERINHERVS, presbyter de HERIBRECHtingen. *Herbrechtingen.*

Valde pius vir, cum matre adueniens, magno gaudio eſt exceptus. Eius frater Lampertus, in extremis poſitus, capellam apud Vplumare, pomarium, 4. M. & alia, tradidit: per manum Adelberti de HATINgen*, ſalmanni ſui. Ea frater eius vterrimus* HILTIſuns*, nullo modo Zuifaltenſibus relinquere voluit: quamuis frater & mater orarent: & indicium* FRIGIDÆ AQVÆ*, pro Monachis faceret: ac vix ſibi ab incendiis temperauit. Abbas ergo Vdalricus, 14. annorum vexationem pertæſus, imò neceſſitate compulſus: homini bellicoſo & audaci, 6. Manſus ad* ITINHVSIN *(quos antehac Bertoldus de Hirtziſpil iuuenis dederat, & 2. talenta argenti, dedit, conſenſu Senatus ſui. Sic res eſt compoſita. Obiit prædictus VVerinherus, homo potens in Scripturis, ante Abbatem Vlricum, 11. Kal. Nouemb.* *Frigidæ aquæ probatio.*

EBERHARDVS de SCALKIlingen. *Schelcklingen.*

Ad Onfridingen, quartam partem Eccleſiæ & 3. M. cum pomario, dedit. Cuius heredes, cùm aliter auferre ea non poſſent: conſilium cum Friderico Comite de Zolro inierunt: vt is aut vi, aut dolo, auferret: proprietatemq́; eius prædij haberet: ipſis id in beneficium, aut aliud magis congruum, dans. Sic factum eſt: dimidiato tamen Manſu apud RVMOLSbach*, clauſtro pro*

ſatisfactione dimiſſo: vt priora, ſpecie aliqua iuſtitiæ retinerent. Addit Scriptor: Maria conſeruabat omnia verba hac, conferens in corde ſuo.

Grundisheim. GERVNGVS de Grundisheim.

Dedit 4. M. apud ASTETIN: *quæ amica eius de* NELLINburg *abſtulit.*

EBERHARDVS de HAIMINdornaha.

D. apud CRIechboum *iuxta Offinhuſen 8. M. de tali ſcil. terra: quæ omnibus communis eſt beſtiis & hominibus.*

CVNO de MARTVLa.

D. inferius molendinum ad LOVFen, *iuxta fluuium Lutrum.*

Hechingen. CVNO de HACHingen.

Zolre op. *Monachus Zuifaltæ, D. quendam M. iuxta oppidum Zolre: ſed venditus eſt, quia incommodus.*

Hæc, de traditionibus bonorum in hoc Cœnobium, hactenus. Quamobrem eas duxi commemorandas.

1. *Vt conſpiciantur mores Monaſteriales.*

2. *Vt ſtudium æternæ beatitatis conſequendæ appareat, quantum in Maioribus noſtris fuerit.*

3. *Vt familias (præſertim nobiles) & oppida, atque pagos ſeu vicos, quàm antiqua ſint: coniectura aliqua poſſimus ratiocinari.*

Idem poſthac & de aliis quibuſdam Cœnobiis, σὺν θεῷ faciam.

NOBILES aliquot, Zuifaltæ ſepulti hactenus, ante 1135. annum.

1. *Comes Vdalricus: ex Eccleſia ſua* GAMERtingenſi, *vbi iacuerat, tranſlatus huc per uxorem Adelheitam.*

Berg. Comitatus. 2. *Comes Henricus de Berge: cum filio ſuo, eiuſdem nominis & dignitatis: ab Abbate Vdalrico Monachi Zuifalt. facti: cum oſſibus Parentum ſuorum (Bobbonis Comitis, & vxoris Sophiæ) ac paruuli filij Diepoldi, huc traducti ſunt: & in vno monumento intra Capitolium poſiti.*

3. *Poſt eos, Manegoldus de Sanimutingen, cum coniuge ſua Mathilda, in eodem Capitolio.*

Lotharii Imp. mors inter redeundum ex Italia. *Anno prædicto 1137. Imp. Lotharius (Lincherius, malè apud Vincentium: pro, Liutherius, aut Lutherus) in Siciliam traiecturus contra Rogerium: Principibus Germaniæ recuſantibus: pacata Italia tota, in Germaniam redire cogitur. Tridenti autem morbo correptus, in ſylua, quæ inter Oenum Lycumq́; amnes eſt, 3. Non. (al. 8. Idus) Decemb. in caſa viliſſima (his præclarus vir) expirauit. Corpus per Auguſtam Rhætiæ, & Orientalem Franciam, à genero in Saxoniam deportatum eſt: & in ſuo ibi Monaſterio Kynigs Luthera, terræ honorificè mandatum.* HVC CVRSVS *fuit. Res ab eo geſtæ, in æs inciſæ, ibidem conditæ ſunt. Inter alias virtutes, à reſtitutione iuris & legum Romanarum laudatur.*

Finis libri noni, in ſecunda parte Annalium Sueuicorum.

MARTI-

MARTINI CRVSII, GRAECAE ET LATINÆ LINGVÆ IN ACADEMIA TYBINGENSI PROFESSORIS, ANNALIVM SVEVICORVM, IN SECVNDA PARTE LIBER DECIMVS.

Hîc iam tandem, ad Sueuos excellentia Rom. Imperij venit. Hoc enim libro, Conradi III. & ex parte quadam, Friderici I. Barbaruſſæ, gubernatio deſcribitur. Conradi affinitas, cum Emmanuele Græco Imp. eiuſdemq; Hieroſolymitana expeditio. Friderici res geſtæ vſque ad 1160. annum: præſertim in Italia, & aduerſus Mediolanenſes: atq; cum Pontificibus Rom. diſſidia. Non paucæ etiam Monaſticæ res: Mulbrunnenſes, Hærrenalbenſes, Hirſaugienſes. Multa denique alia, ſcitu digniſſima.

VICESIMVS PRIMVS CÆSAR OCCID. CONRADVS III. SVEVVS,

Quædam de oppido VVaiblinga. Henrici Superbi; Bauariæ Ducis per Conradum R. depreſſio. Conradi R. vxor, & Comites Sultzbachenſes. Friderici, qui poſtea Barbaroſſa dictus, cum Conrado Zæringenſi bellum. Sic & Berchtoldi Zæringenſis, cum Reinoldo Burgundo. De Heluetia Alemannica & Burgundica: vtriuſque limites, ac præcipua oppida. Ioannes, Comes VVirtembergicus.

CAPVT I.

ANno 1138. Domini, mortuo Lothario (vt ſuperiore libro dictum eſt) Dux Bauariæ Henricus, in cuius finibus ille obierat, Regalia reſeruauit: vt ea in generali conuentu Principum, Moguntiæ ad proximam Pentecoſten indicto, exhiberet. Adeo autem ſpe Regnum iam deuorarat: vt, qua ſuperbia erat, nullum Principũ illius cauſa appellandum putaret. Quidam igitur ex Principibus, ei infenſi: quòd ſibi potentia illius formidoloſa eſſet: Comitiis illis Moguntiæ futuris anteuertendum cenſuerũt: ne fortè Hẽricus, qui præcipui tunc nominis & dignitatis erat, per vires ſuas præualeret. Igitur circa mediam Quadrageſimam conſilio habito: in oppido Galliæ confluentia conuentum celebrant: ibiq; Conradum, Henrici V. Imp. ex ſorore nepotem, Ducem Sueuiæ & Franconiæ, Regem Rom. creant: præſente Theoduino Epiſcopo Cardinale: ac S. Romanæ Eccleſiæ legato: ſummi Pontificis, ac totius populi Romani, vrbiumque Italiæ, aſſenſum promittente. Qui Conradus mox ad Palatium Aquis veniens: à prædicto Cardinale (Colonienſi præſule Arnoldo, cuius alioquin hæ partes erant. poſt Hugonem nuper modò ſubſtituto, necdum pallium habente) adiuuantibus Colonienſi & Treuirenſi Archiepiſcopis, cum cæteris Epiſcopis, Rex inunctus eſt. Friſing. & Vrſperg. Qua de re Zuifalt. membrana, Heinricus Bauariæ Dux, inquiunt, inter cunctos Principes ditiſſimus: cùm Regnum inconſultè affectaret: propter ſuperbiam ſuam cunctis inuiſus, ſpe ſua decidit. Cunradus autem à fratre Friderico (Sueuo quidem, ſed etiam Alſatiæ Duce) cum paucis denuò Rex eleuatus: paucis diebus ab vniuerſis receptus eſt.

Conradus III. Sueuus, Occi. Cæſar 21.

Ita XXI. CÆSAR FACTVS EST CONRADVS III. *creatus Kal. April. Rex Rom. qui plus 14. annos Imperio præfuit. Nunc ergo ad nobiliſſimos Sueuiæ Duces (quod Iulius Cæſar nunquam fore credidiſſet) deuoluta, Deo dirigente, rei Romanæ excellentia eſt. Non autem libenter Papa Innocentius vidit, cum Regem eſſe creatum: quoniam oderat Sueuos: quòd eos deceſſoribus ſuis moleſtos fuiſſe ſciret. Metuebat etiam, ne Siciliam Imperio Conradus vendicaret: quam ipſe ad Eccleſiam Rom. attrahere ſatagebat. Itaque ei poſtea aliquandiu obſtitit: incitans in eum Bauaros, Henricum Superb. & Guelphonem fratrem eius: ne ille in Italiam, néve vlterius, venire poſſet. Propterea nec Regalia primò reſignare ei Henricus voluit: atque, bello è Bauaria contra Conradum moto: Papa & Rogerius, Siculorum, Italorum, Gallorum, exercitum aduerſus ipſum miſerunt. Verùm Fridericus, Regis Conradi frater, cum VVelphone, inſtituta*

Sueuos P. Innocentius oderat.

Ideo Bauarum Henricum Superbum, & fratrẽ eius Guelphonẽ, aliosq;, contra Conradum incitat.

Henrici tacente, confligens: ipſum primò prope Cœnobium Neresheimum vel Ernsheimum, præſente ſuo fratre Henrico, vicit: deinde bellum reparantem, apud VVinſperga villam Elnhoſam iterum ſuperauit. Quibus de rebus, latius ſuo tempore.

VVaiblingēſis erat Conradus R.

Fuerat Conradus Rex, VVaiblingæ educatus: qui cùm Sueuiæ & Franconiæ Ducatum haberet: fratri ſuo Friderico Vnioculo Sueuiam conceſſerat. VVaiblinga autem, in valle prætenſi amnis Remſæ ſita eſt, ferè in colle: aliis interim collibus, ac vineis, altius ſitis, quàm hoc oppidum: quod nec videri alicubi poteſt, priuſquam accedas: præſertim à Stutgardia & Canſtadio. *VVaiblingā nomen.* Videtur ſanè VVaiblingā nomen, de vxore Clodouei Magni factum eſſe, quaſi VVeiblingen: ex illa, quæ tamen non amplius reperitur, apud id oppidum inſcriptione: CLODIVS hoc fecit vxori ſuæ. Sed contradicit lib. 3. Beatus Rhen. (quod nollem) his verbis: non debere id, quod hæc inſcriptio contineat, de Francorum Rege intelligi: quod Præfectus aliquis Romanus poſuerit. Quidquid enim inter Rhenum ſit, & Nicrum: velut in prouinciæ formam redactum, aliquot annis paruiſſe Romanis. Cæterum VVaiblinga quondam multò maior fuiſſe exiſtimatur, quàm hodie eſt: tanquam montes tunc vitiferos, in vtraque parte Remſæ complexa. *Stauffenſium Baronū origo. Beutelſpachēſium ortus.* Fertur inibi habitaſſe genus quoddam illuſtre, à prædicto Clodoueo ortum: ex quo Barones Stauffenſes, Beutelſpachenſes, aliíq; profluxerint. Argumento eſſe putantur nomina, Ludouicus ex Clodoueo, & HVLdrichus ex Hilderico, VVitembergenſibus proceribus vſurpata. Ad quos, poſt plurimos annos VVaiblinga peruenit: prima ipſorum ciuitas, & antiquiſſima ibi cornua tria ceruina. *VVirtembergenſium prima ciuitas.* Afflicta autem eſt ſub Cæſ. Adolfo, & Henrico VII. anno 1294. & 1309. circiter. Ideo poſtea, contractius oppidum eſt factum: domusq; eius, arctius cōiuncta, ac parua. Ciues tamen ibi noſtro tempore, amplius quingenti.

Conradus porrò noſter (Græcis Θρασύβουλος, Homero θρασυμέμνων) poſt vnctionem acceptam, proximum dehinc Paſcha Coloniæ celebrauit. Inde Moguntiam petens, cùm ea paſtore careret: ibi Albertum, antehac dicti Adelberti fratruelem, per electionem CLERI AC POPVLI, Archiepiſcopum conſtituit. At Saxones, aliíq;, qui electioni non interfuerant: Regem non legitimè, ſed per ſurreptionem ([illegible]) electum calumniabantur. Ideo, ad proximam Pentecoſten, generalis conuentus Babenbergam indictus. *Cōradum omnes agnoſcunt pro Rege Rom. excepto Bauaro Henrico.* Eò cùm maximus principū Saxoniæ, cæterorumq;, vnà cū Imperatrice Richinza, veniſſet: vltrò ſe cuncti ditioni Conradi ſubdidēre: ſolo Henrico Bauaro, cum Regalibus abſente. Horum cauſa conuentu Ratiſbonæ, ad diem feſtum Apoſtolorum Petri & Pauli indicto: ab ipſo Regalia, promiſſis impetrata ſunt: ſed ea promiſſa, propter certas cauſas non conſecutus eſt. Nam Auguſta Rhætica (vbi ad diem cōſtitutum, cum exercitu ad Lycum conſederat: ſed Rex metu eius, clàm Herbipolin abiit) infecto pacis negotio diſceſſit: & tandem Herbipoli, iudicio quorundam Principum proſcriptus eſt: eiq; proximo natali Domini, Ducatus in Palatio Goſlarienſi abiudicatus. *Henrici Superbi proſcriptio, & attenuatio.* Ita hic Princeps (ex Altorfenſi Alemannico genere oriundus) antea potentiſſimus: & cuius auctoritas (vt ipſe gloriabatur) à mari vſq; ad mare (id eſt, à Dania vſq; in Siciliam) extendebatur: breui ad tantam humilitatem decidit, vt penè omnibus fidelibus & amicis ſuis, in Baioaria ab ipſo deficientibus: clàm inde egreſſus, quatuor tantū comitatus viris, in Saxoniā veniret. Conradus deinde Ducatū Saxoniæ, Alberto Marchioni, conſobrino Henrici: Baioariæ verò Ducatum, Leopoldo iuniori, Leopoldi Marchionis filio, fratri ſuo ex parte matris, tradidit. Dehinc multa mala eas terras inuaſerunt. Ex Vrſperg. & aliis.

R. Conradi nuptiæ.

Hoc tēpore Rex Conradus nuptias celebrauit cum Gertrude: Berengarij, Comitis de Sultzbach (qui 1126. obiit) ex Adelhaide VVolfratshuſen. filia. Bruſch. in caſtellio Monaſterio.

SVLTZBACHENSIVM Comitum familia, ex Bruſch. & Auent.

Sultzbachenſium Comitum Genealogia.

1. Gebhardus primus (Erneſti cuiuſdam, è Seelandia aquis inundata, 975. in Noricum profugi, F.) conditor Sultzbachenſis (in ſuper. Palatinatu) oppidi & caſtri. Trucidatus ab Hirſuto Comite: ſed ſtatim vindicatus. Vxor, Irmengarda.

2. Hinc nati. 1. Vtha, Engelberto Carinthiæ Duci deſponſa. 2. Berengarius 1. Comes & illuſtrator Sultzbachenſis: fundator Cœnobiorum Boumburgenſis ac Bertenſgadenſis. Vx. Adelhaidis. 3. Luitgardis, N. Marchioni Voheburgenſi nupta.

Bertha Sultzbachenſis.

3. Proles Berengarij & Adelhaidæ. 1. Gertrudis, Cōradi R. vxor, Eboraci ſepulta. 2. Bertha, Græcis Irene dicta, German. Friderunа: Manuelis Imp. Græci vxor: quæ poſt mortem mariti, in Benedictinum Monaſterium Caſtelinum, vel Caſtellum, è Conſtantinopoli vecta, & ibi ſepulta eſt. 3. Adelhaidis, Græco cuidam Marchioni de Kroi deſponſata. 4. N. Abbatiſſa Pataulenſis. 5. Gebhardus II. habens vxorem Mechtildem, Guelphonis filiam: mortuus anno 1177.

4. Ex

4. Ex Gebhardo & Mechtilde geniti. 1. Mechtildis, N. Ducis Cliuenſis coniux. 2. Cordula, N. Ortenburgenſi Comiti nupta. 3. Sophia, Henrico Comiti Kreglingenſi collocata. 4. Gebhardus. 5. Berengarius II. in Italia extinctus. 6. Herdonicus, Epiſcopus Aiſtetenſis, qui obiit 1224. Maij 2. Eum quidam, Comitem Hirsbergenſem aiunt natum.

Tabella horum.

- *Erneſtus — Gebhardus I.*
  - *Vtha.*
  - *Gerengarius I.*
    - *Gertrudis Regina.*
    - *Bertha Auguſta.*
    - *Adelhaidis.*
    - *N. Abbatiſſa.*
    - *Gebhardus II.*
      - *Mechtildis, Cliuenſis Duciſſa.*
      - *Cordula, Ortenburgenſ. Comitiſſa.*
      - *Sophia, Comitiſſa Kreglingenſis.*
      - *Gebhardus III.*
      - *Berengarius II.*
      - *Herdouicus Epiſcopus.*
  - *Luitgardis, Marchioniſſa Voheburgenſis.*

Filios Rex Conradus habuit Henricum & Fridericum: qui defuncti ſine prole ſunt.

Ab hoc R. Conrado Chomburgenſes priuilegiũ habent: ſe à pecunia & aliis exactionibus immunes eſſe. ſub pœna 100. Marcarum puri auri. Confirmarunt ſequentes Imperatores: Carolus IV. Maximilianus II. & Rudolfus II.

Circa 1138. annum, quidam Pſeudo Imperator extitit: qui apud Solodurum antè vixerat aliquot annos in recluſione. Inde egreſſus, ſe partibus Alemanniæ finxit Imp. Henricum. Et propter eum pugnatum eſt, cædesq́; factæ: aliis eum tuentibus, aliis impoſtorem dicentibus. Tandem fraude patefacta, Cluniaci Monachus tonſus eſt. Vincent. Spec. lib. 28. cap. 16. *Pſeudo Henricus quidam.*

Anno 1138. Fridericus, Friderici Luſci F. (poſtea, Barbaroſſa nominatus) adoleſcens adhuc: cùm in Bauaria Comitem Henricum VVolfratshuſenſem viciſſet: Comitemq́; Dachouẽſem Conradum cepiſſet (qui ab eo liberaliter dimiſſus, Dux poſtea Dalmatiæ & Croatiæ factus eſt) bellum deinde geſſit cum potenti Heluetica Burgundiæ Principe, Conrado de Zaringen, nomine patris & patrui ſui: illumq́; ad deditionem adduxit. Sed & Tigurum cepit. *Friderici Barbaroſſæ victoria pro R. Conrado.*

Sequenti tempore, poſt plures ſcil. annos, Fridericus Vnioculus obiit: & in Cœnobio Alſatico S. VValpurgis humatus eſt: cui Fridericus hic filius, in Ducatu Alemannico ſucceſſit. Friſing. de rebus geſt. Frid. lib. 1. Stumpf. lib. 4. cap. 46. Addam & hæc, etſi ipſa quoque poſterius facta. Reinoldus quidam etiam Burgundiæ partem habuit: cui bellum propterea fuit cum Cõrado Zaringenſi. Semel ab hoc expulſus fuit: ſed recepit eam. Conrado 1152. mortuo, ſucceſſit filius Berchtoldus IV. cui itidem bellum cum Reinoldo fuit. Sed hoc Barbaroſſa compoſuit, vt gener Reinoldi: ea conditione, vt Reinoldus trans montem Iuram (vber dem Läberberg) *circa Dubin fluuiũ dominaretur, habens & Biſantium: vocareturq́; Comes Burgundiæ. Berchtoldus autem Zaringius, haberet dominium cis Iuram: ſcil. Sabaudiam, Geneuam, Loſannam, Vchtlãdiam, & partem Ærgouiæ (quæ omnia dicuntur, Minor Burgundia) atq́; nuncuparetur, Dux Zaringiæ, & Rector Burgundiæ. Stumpf. lib. 4. cap. 47.* *Burgundia minor.*

Quoniam & hîc, & antehac ſæpius, Heluetiæ (cujus magna pars, antiquitus Alemanniæ attributa fuit) Burgundiæq́;, mentio facta eſt: non ab re fuerit, partes earum (quas diligentiſſimè Stumpffius deſcripſit) breuiter exponere.

Heluetiæ pagi (vt Iul. Cæſar lib. 1. de bello Gall. ſcribit) quatuor ſunt. Pagus autem Gæam, aut regionem, ſignificabat: ein Gew/ oder Landſchafft. *Pagi ſignificatio.*

Primus eſt TVRGOIA, *vel Turgouia: à fluuio Duria, Tur.* *Heluetiæ pagi 4.*

Secundus, ZVRICHGOIA, *ab oppido Zyrich: Cæſari, pagus Tigurinus.*

Qui pagi ambo, dirimuntur à ſequentibus pagis, fluuio Vrſa (die Ryß) *& appellati fuerunt* PAGVS ALEMANNICVS: *poſtquam Franci, Burgundi, Alemanni, ſe in Heluetiam inſinuauerant. Ambo ſolis ortum ſpectant.* *Alemannicus pagus.*

Tertius, ÆRGOIA, *Aergœvv: à flumine Aër, Aar, vel Arola: pagus Verbigenus, Cæſari.*

Quartus, VVIFLISBVRGERGOIA: *ab oppido VViflisburg, Auentico. Pagus Antuatius. Cæſar habet Nantuates. Qui pagi ambo, poſtea nominati ſunt Burgundia minor, propter Bur-* *Nantuatæ. Burgundia minor.*

gundorum ibi dominationem. Ab amne Vrſa, vel Ryſſa, in occaſum ſpectāt. Vocati ſunt & Pyrgenthal, à multitudine τῶν πύργων, arcium. Item, Harrgövv, à multitudine dominantium.

Ægidius Tſchudus ſic Heluetiam diuidit.

Pagus,
- *Tauriacus, Turgævv, à flumine Tura, vel Tauro.* / *Tigurinus, Zyrichgævv.* — *Ad ortum. Eſt Heluetia Alemannica.*
- —Μεσότοιχον, *interſtitium, egregius fluuius Vrſa.*
- *Verbigenus, Aërgævv.* / *Antuatium,* Vchtland/vnd die Waad/oder dz Loſanner Biſtumb. *Alias numeratus ſub pago Auenticenſi.* / *Auenticum, VViſlusburg.* — *Ad occaſum. Eſt Heluetia Burgundica, vel minor Burgundia.*

Antuates.

Turgoia.

TVRGOIÆ Limites.

Huius longitudo, à meridie ad Septentrionem, vel ab ortu fluminis Tura, vſque ad eius influxum in Rhenum, eſt milliarium magnorum Heluetic orum plus 7.

Latitudo verò, ab ortu ad occaſum, vel à lacu Podamico, vſque ad fluuium Tæſſam, aut montem Hyrnlium, eſt milliarium plus 3.

Ibi ſunt regiones & oppida: Appencella, Dockenburgum, Sangallum, Fravvenfeldum, Comitatus Kyburg, VVinterthyrum, Biſchofſcella, Dieſſenhofa, Andelfinga, Arbona, Tanneccū, Byrgla, & alia.

Tigurigoia.

TIGVRINI PAGI, vel Zyrichgoiæ, limites. Ab

Oriente, Turgoia, & Rhætici Sarnuetes, Sarganſerland.

Occidente, Lucernenſis lacus, & flumen Vrſa, Ryß.

Meridie, Alpium Lepontij: vt, Tauetſcheri, ad anterioris Rheni: Vrſuleri, ad Vrſæ, ortum.

Ibi ſunt regiones & oppida: Tigurum, Tugium, Glarona, bona pars Comitatus Badenſis, & alia.

Aërgoia. Verbigenus pagus.

LIMITES pagi VERBIGENI, vel Aërgoiæ. Ab

Oriente, Lucernenſis lacus, & Vrſa fluuius.

Occidente, Aar, vel Arola flumen.

Meridie, Alpes.

Septentr. mons Iura, Laberberg.

Circum Lucernenſem lacum (qui plus 4. milliaria longus eſt: & 1. milliare latus) oppida ſunt.

Lucerna, Vri, Schvvytz, Vntervvaldum. Vocātur, Quatuor ſyluatica oppida: & ipſa regio, Syluania.

Ibi etiam ſunt Sempachum, Habſpurgum arx, & alia.

Hic pagus, vna cum Nuithonibus (Vchtländern) *olim à Francis nominatus fuit, Burgundia minor, vel Ciſiurana, vſque ad fl. Vrſam.*

Vchtlandia. Nuitlandia. Auenticenſis pagus.

LIMITES pagi Auenticenſis (ab antiquiſſimo op. Auentico) qui hodie dicitur VVaad, vel VVat, ab Antuatibus: & Vchtland, vel Nuitlandia. Ab

Ortu, fl. Arola.

Occaſu, Lemannus lacus, Genfferſehe.

Meridie, Seduni & Veragri: id eſt, Ober vnd Niderwallis/*ad montes altos Gemmios.*

Iura mons.

Septentr. Iura vel Iuraſſus, Laberberg, à colore cocti iecinoris: quo monte diſpeſcitur à Sequanis, Burgundis.

Longitudo huius pagi vel gaa, eſt 12. milliarium: latitudo verò, 9. Itaq; omnium horum pagorum hic maximus eſt, & bona regio. Ibi eſt Berna, Friburgum, Granſeium: & ad lacum Lemannum, Loſanna atque Geneua. Qui lacus, in longitudinem patet 10. milliaria Germanica: & in latitudinem, 2.

Finem

Finem imponere huic capiti volenti, adhuc quiddam ſuccurrit. Quia enim ſuperius mortis Friderici, Vnioculi mentionem fecimus: ſciendum eſt (ſicut ex M. Scriptis reperi: etſi ſunt, qui certiora deſiderant de his) cum eo vixiſſe IOANNEM, *VVirtembergenſem Comitem. Erat hic, alacris & officioſus iuuenis: ideoq́ illi Sueuiæ Duci charus, atq́ eiuſdem conſiliarius. Eum miſit Dux aliquanto ante obitum ſuum (vt intelligo) Stutgardiam: vt ſuo filio Friderico poſtea Imperatori Barbaroſſæ) vnicam Marchionis Badenſis Rudolfi filiam Annam in matrimonium peteres. Expoſuit legationem ſuam Ioannes fideliter. At cur tibiipſi non petiiſti? Reſpondit Marchio. Darem tibi, ſi peteres. Sin eam recuſas: non denegabo Friderici filio. Ego vero (inquit Ioannes) emiſſus ſum ab hero meo: non vt mihi petam, ſed herili filio. Illud Marchionis reſponſum, retulit ad Dominum ſuũ. Age igitur (inquit Dux Fridericus) fidelis & chare miniſter: quoniam tibi fortuna felicem aſpirat auram: vtere occaſione: capeſſe fortunam tuam. Non obſtabimus tibi, nec ego, nec filius meus. Tum Ioannes, gener factus eſt Marchionis. Quo mortuo: Stutgardia iure dotali veniſſe Comiti Ioanni dicitur. Filii tribuuntur ei, Emicho & Ludouicus.*

VVirtemberg. Comes Ioannes.

Fidelis in ambiendo alteri ſponſam.

Stutgardia ad VVirtembergenſes.

CONSTANTIENSIS EPISCOPVS HERMANNVS. GERlacus, Eremitanus Nariſcorum Abbas. Zuifaltenſia quædam.

CAPVT II.

PAucula adhuc de 1138. *anno ſcribenda reſtant: eaq́ fere, Eccleſiaſtica tantum. Mortuo Conſtantienſi Epiſcopo Vlrico* II. *electus eſt à Collegio Hermannus, Baro de Arbona: quem ſequenti anno Innocentius P. confirmauit. Attulit omne patrimonium ſuum ad Epiſcopatum: marcas etiam* CCC. *ad ſumma Baſilicæ illuſtrationem contulit. Libenter quidem intruſiſſet Rex Conradus, quendam Sacellanum ſuum Brunigundum: ſed ab altero iam locus præoccupatus erat. Præfuit Hermannus 26. annos, ſumma cum laude, chariſſimus omnibus. Emit Aquisgranum, Hegouiæ oppidum. Inſtaurauit 1142. collapſum Scotorum cœnobium. Obiit 1165. Bruſch.*

Hermannus, Conſtantienſis Epiſcopus.

Eodem 1138. Abbas IV. *cœnobii Eremitarum in Nariſcis Ciſtertienſis (anno 1133. conditi) Gerlacus nomine, priuilegium accepit Moguntiæ à Rege Conrado Sueuo. In quo teſtes poſiti ſunt: Rufinus Epiſc. Cardinalis, ſedis Apoſtolicæ Legatus: Adelbertus, Archiepiſc. Moguntin[us]: Adelbero, Treuerenſis: Embrico, Epiſcopus Herbipolenſis: Bucco, VVormacienſis: VVernher[us], Monaſterienſis: Gebhardus, comes Sultzbachenſis, & alii illuſtres viri. Idem Bruſch.*

Gerlacus Abbas.

Eodem anno, vinea LXX. *iugerum, quam Achalmenſis Comes Cuno Monaſterio Zuifaltenſi dederat,* LXIV. *vini vaſcula (inquit Bertoldus, Chronici membranei eo anno perſcriptor) impleuit. Ita tunc, inquit, melliflui facti ſunt cæli. Et ideo, quoniam vinum lætificat cor hominis, dicam voce exultationis: Liutoldus iſtum locum (Monaſterium) plantauit, Cuno rigauit, Dominus incrementum dedit. Terram quippe auſtralem & arentem Liutoldus dedit: irriguum ſuperius, & irriguum inferius, Cuno contulit. Hæc, ille. Ergo a[lio]rum fratrum obitu, vinearum vſus illi loco prodeſſe cœpit.*

Vinea Zuifaltenſium.

Etiam hæc, Ex ILLIS membranis.

Anno Domini M. C. XXXVIII. *(inquit idem) & fundationis huius cœnobii* L. *& dedicationis Templi* XXX. *& Vdalrici Abbatis.* XLIV. *& Conradi* III. *Imp.* I. *hæc ſunt conſcripta.*

Zuifalt. perſonæ.

Monachi tunc Zuifaltæ erant LXX. *Barbati fratres* CXXX. *Sanctimoniales* LXII.

Hi omnes habuerunt magnam affluentiam omnium rerum: ad victum & amictum pertinentium.

Defuncti autẽ ibidem hactenus erant: Monachi CX. *Barbati* CLX. *Sanctimoniales* XLV.

Hoc ipſo anno, tanta erat frugum (inquit) habundantia: vt modus ſiliginis, vix eſſet precii duorum nummorum.

Vilitas annonæ.

Eodem anno, { *Lothario mortuo: Cunrado, Rege facto: Vlrico pio patre, diu paralytico: Heinrico Zulfaltam igne vaſtante.* } *Omnis cœnobii locus muro cœpit incaſtellari:* πᾶν τὸ μοναστήριον τειχίζεσθαι.

Vrbem eſſe ſine mœnibus non debere: multis rationibus probat Ariſtoteles 7. Polit. 11. dicens, qui contra ſentiant, λίαν ἀρχαίως ὑπολαμβάνειν*: antiqua ſimplicitate de re exiſtimare.*

Muri ciuitatum.

In India ponit Nonnus lib. Διονυσ. *26. lin[eum] murum ciuitatis,* ein zwilchine Stattmaur.

———— Λιτοφρχδὶ κύκλῳ
Τάξον ἰπυςγνόσαντο λιτοπλάλοισι δημαίοις.

ROGERIVS, SICILIÆ REX A PAPA INNOCENTIO DECLARAtus. Heinrici Superbi, exulis obitus. Lorchenſe Regis Conradi priuilegium. Genuatibus ſignandæ monetæ poteſtas ab hoc Sueuo data. Leopoldus Auſtrius, Dux Bauariæ. Guelpho, à R. Conrado ad VVeinſpergum victus. Mulierum VVeinſpergicarum charitas erga maritos. Gibelinorum & VVelphorum origo. Barones VVeinſpergenſes.

CAPVT III.

Monomachia, à Papa prohibita.
Arnoldus Brix. hæreticus.

ANno 1139. tempore Quadrageſimæ (teſte Sigon.) concilium Innocentius P. in Laterano habuit, ferè mille patrum. Ibi inter alia interdictum factum eſt ſingulariũ certaminum: quæ, Torneamenta dicebantur: quod iis per prouocationem (ἐκ προκλήσεως) certo non ſolum corporum, ſed etiam animarum, exitio pugnaretur. Arnoldus Brixianus, tanquã Hæreticus, Italia excedere iuſſus: quod doceret, neq; Clericos aliquid proprii, neq; Epiſcopos Regalia, neq; Monachos poſſeſſiones, habere debere. Nam ea omnia, Principum eſſe. Rogerium poſtea bello propter Siciliam, cui intendebat, Innocentius petiuit, Leonis IX. exemplo: ſed eodem cum eo exitu. Apuliam enim Rogerius (Duce eius Reginaldo, qui à Cæſare Lothario conſtitutus fuerat, mortuo) & alia, receperat. Pontifex, hoc audito, collecto tumultuario exercitu, illas res recuperatum ibat: ſed

Papã Rogerius capit, & Rex vtriuſq́; Siciliæ ab ipſo conſtituitur.
Patrimonium Petri, Sicilia.

9. cal. Aug. victus, cum Cardinalibus captus eſt: & Neapolin deductus, atq́; honorifice habitus. Ibi, re non difficulter tranſacta: Rogerius Innocentium cuſtodia, Rogerium Innocentius excommunicatione, exoluit: &, ne vlla belli materia in futurum ſupereſſet: ipſum, Regem Siciliæ: Ducem Apuliæ & Calabriæ, ac principem Capuæ, appellauit: atq; hominem, vt vocabant, Ligium, Eccleſiæ confirmauit: id eſt, illa in feodum (feudum) perpetuum Rogerio, & ſucceſſoribus eius, conceſſit. A quo tempore, Siciliæ Regnum, patrimonium Petri appellatum eſt: quod tamen Rex Conradus, & ſucceſſores eius, nunquam ratum habuerunt. Vtraq; namq; Sicilia, longo tempore ante, Imperio Romano incorporatæ fuerant: ſicut & Regnum Longobardiæ. Interim nec in Germania quies fuit.

Ratiſbona, Bauariæ Ducatus ſedes.
Henrici ſuperbi mors.

Leopoldus enim Marchio (teſte Friſing.) acceptam à R. Conrado Bauariam, cum ſede Ducatus Ratisbona, hominibus volentibus, ſibi ſubdidit. Heinricus verò, ditiones ſuas armis recuperare nitens, Albertum Saxonia depulit (auxiliantibus etiam Sueuis & Bauaris quibusdam: qui occultè Saxoniam, ſub ſpecie peregrinationis inierant. Vrſperg.) & R. Conradum ab oppidulo Krentzberga recedere coegit. Cum deinde bello Leopoldum petiturus eſſet: correptus eſt morbo (putatur veneno) quo diem clauſit extremum: atq; in Lutherano Monaſterio, iuxta ſocerum humatus eſt. Quo mortuo: Guelpho frater, Saxonibus adiuuantibus, paruulum Henrici filium (cognomine poſtea Leonem) pro viribus contra Conradum ſuſcepit defendendum. Tum Conradus Saxoniæ Bauariæq́; cauſa, longo & graui bello Guelphico eſt implicitus. Inde initium Gibelinæ (VVaibelinæ, à patria Conradi R.) & VVelficæ concertationis, ductum. Conradus Noribergam hoc tempore receptam, Imperio reſtituit.

Guelphonicũ bellum contra R. Conradum.
Noriberga, Imperio reſtituta.
Lorchenſe Cõradi R. priuilegium.

PRIVILEGIVM, A CONRADO R. LORchenſibus datum.

In nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, CONRADVS Dei fauente clementia Romanorum Rex. Scimus, & fideliter credimus: ſi quid Dei Eccleſiis pro amore diuino deuotè offerimus: vel oblata, protectione & auctoritate noſtra, ad decorem domus Dei diligenter defendimus: &
» *ad æternam beatitudinem, & Regni gloriam & honorem, nobis maxime profuturum. Ea pro-*
» *pter omnibus Chriſti noſtriq́; fidelibus, tam futuris, quàm præſentibus, notum eſſe cupimus: qua-*
» *liter Abbas CRAFT, cæteriq́; fratres cœnobii Lorche, in honore ſanctiſſimæ Dei genetricis conſti-*
» *tuti, nos adierunt: in Chriſto rogantes, quatenus cauſa Dei, noſtra Regia auctoritate, priuilegiũ*
» *ab Innocentio Papa præfato cœnobio traditum, nobisq́; præſentatum, muniremus: & de noſtro*
» *aliquid, Eccleſiæ illi valde neceſſarium, adderemus. Poſtulabant itaq;, vt ſecundum tenorem ſui*
» *priuilegii: quod precipit, vt nullus alius, niſi qui ab Abbate cum fratribus electus fuerit, Aduo-*
» *catus adſciſcatur: Fridericum Ducem, cognatum noſtrum, vtpote virum potentem, & illuc val-*
» *de beneuolum, Aduocatum eis ſtatueremus: qui poſſet & vellet ab iniuſta aliorum poteſtate, qua*
» *eo tempore plurimum laborabatur, ſeruos Dei potenter eripere. Nos igitur, qui ſigni illius teſti-*
» *monium & veritatem, & eiuſdem cœnobii religionem, cognouimus: tam iuſte, tam neceſſarie,*

peti-

petitioni deeſſe nequiuimus: & cognatum noſtrum, Ducem FRIDERICVM, *quem vota fra-* “
trum elegerunt, eidem cœnobio Aduocatum præfecimus: vt eam aduocatiam nulli penitus per- “
ſone ſecundarie ipſe, nec aliquis ſucceſſorum ſuorum, regendam vel tuendam concedat, vel com- “
mendet: ſed manu propria teneat: & eo defuncto, qui maior natu ex eadem parentela, Abbatis “
fratrumq́ electione fuerit, Aduocatiam obtineat. Si vero non patronus, ſed predo, extiterit: in “
arbitrio Abbatis, & libertate fratrum, ſit: quicunq́ ſibi idoneus magis & vtilis viſus fuerit: “
ab eis liberaliter eligatur. Spiritualia verò iura prefati cœnobii, ad Apoſtolicam ſedem perti- “
nentia, fideliter collaudamus. Secularia verò ſub Regis, tutela conſiſtere debentia, vt inconuul- “
ſa & immobilia, ſimul inuiolata, in poſterum permaneant: Regia noſtra auctoritate priuilegij, “
ſigilli quoq́ impreſſione, incommutabiliter confirmamus. “

Data anno Dominice incarnationis M. C. XXXIX. *Indictione ſecunda: regnante Conrado Romanorum Rege ſecundo: in hoc loco, qui dicitur Laureacus, in Chriſto feliciter. Amen.*



Vocat ſe Conradum ſecundum: quod licet tres fuerint Cæſares Conradi: tamen primus & tertius, Reges fuerint: ſecundus vero tantum, Imperator, à Papa coronatus. Fridericum aduocatum, dicit Fridericum Barbaroſſam, ſuum ex fratre Friderico Luſco nepotem.

Conradus ſecundus.

Hoc anno Genuates, opibus & gloria florentes, à Rege Conrado ius aurea & argentea moneta ſignanda acceperunt. Itaq́ in hunc vſq́ diem, accepti beneficii memores, nummos Aureos ſignant cum inſcriptione, CVNRADVS REX. *Sigon. & Chronic. Noribergæ 1493. excuſorum, auctor Georgius Altenus Scriba. Sed Iac. Philip. Bergomas, ad annum 1146. referens: Genuenſes, inquit, à Conrado Cæſare poteſtatem acceperunt, ſignandi & auream & argenteam monetam, cum ipſius Cæſaris nota: quod etiamnum ab eis ſeruatur. Nam ad id vſq́ tempus, tantum Papienſi moneta, & quibusdam paruulis, qui Bruneti dicebantur, vſi fuerant.*

Genuatibus poteſtas cudenda monetæ à R. Conrado data.

Hoc 1139. anno, Aulicus Regi Conrado Miniſter erat Comes Caluenſis Albertus.

Albertus, C. Caluenſis.

His temporibus, cum R. Conradus regnum Siciliæ, papa Innocentio improbante, inuadere conaretur: egit idem Papa cum Guelphone (ſicut antea cum fratre eius Henrico) vt ei aditum Italiæ intercluderet. Itaq́ Guelpho ſe fortiter Regi oppoſuit: prælio autem apud Monaſt. Neresheimum Auguſtenſis diœceſis commiſſo: multis ab vtraq́ parte cæſis: à Duce Friderico, Conradi R. fratre, in fugam coniectus eſt. Tritenh. Fridericum hunc quidam faciunt Conradi Regis filium: ſed poſtea 1152. anno moriens Conradus, Fridericum filium paruulum ſcribitur reliquiſſe, non bellatorem adultum. Ergo hoc bellum aduerſus Guelphonem, Fridericus frater Conradi geſſit, aut filius Conradi Henricus. Adiutores contra Guelphonem Friderico, etiã Rotvvilenſes fuerunt: & in Neresheimenſi tunc pugna: & in VVinſpergenſi poſtea victoria.

Bellum Conradi R. cũ Guelphone.

Anno 1140. Leopoldus, cum Ducatum Bauariæ ſe certo habiturum conſideret: & in obſidione caſtri Phaleij duorum fratrum, Othonis & Conradi (qui ſoli ex Noricis Baronibus, à partibus Henrici Ducis ſteterant) incautè moraretur: Guelpho Heinrici frater, ſubito veniens, fortiſſime pugnando, multis vtrinq́ occumbentibus, multis captis, Leopoldum idibus Aug. cedere coegit. Friſing. & Vrſper.

Leopoldus Auſtriæ, à Guelp. victus.

De VVinſpergenſi obſidione, ex variis Scriptoribus.

Hoc ſucceſſu elatus Guelpho, dum Regem non multò pòſt in obſidione caſtri VVinſpergi (Weinſperg heut im Wirtemberger Land) *morantem pugna aggredi attentat: amiſſis multis, cum paucis fugit è prælio. Friſing. 7. Chron. 25.*

Guelpho, ad VVeinſpergã victus.

Propter rebellionem Guelfonis, Rex caſtrum eius VVineſberg obſedit. Quem Guelpho, collecto milite, in proxima hebdomade natiuitatis Domini, dum incautè pugna aggredi attentat: amiſſis aliquot, multis captis, cum paucis fugit. Vrſperg. In feſto S. Thomæ, à R. Conrado apud VVinſperg deuictus eſt. Idem.

à R. Conrado, illud caſtrũ obſidente.

Anno 1140. caſtrum VVinſberg à Conrado R. obſeſſum eſt. In qua obſidione Velf, frater Henrici Ducis, cum Rege in eodem loco prælium commiſit, ſabbato 12. Kal. Decemb. & Rex tandem vicit: multis Velfonis interfectis, & nonnullis captis: ac non longe poſt, caſtrum cepit. Append. Dodechini. In prælio apud VVinſpergum, clamor aut σύνθημα (Die Kry, inquit Herm. Æditus) adhortationis ad fortiter reſiſtendum, in exercitu VVelfonis fuit, Hie VVelph. Vnde Fridericus, Conradi Regis frater, ad confuſionem illius præcepit clamari. Hie Bibeling (in alio M. Scr. Hie Guaibelin. In alio, Hie Gibling) quoniã in illa villa (VVaiblinga) nutrix ipſum infantulum lactauerat. Volebat per hoc ſignificare: ſe non Regali potentia patris ſui: nec Ducatus Sueuici præeminentia, velle VVelphonem debellare: ſed lacte nutricis ſuæ, id eſt, auxilio ruſticano: quod & fecit. Siculi, Itali, Lombardi, alii, non intelligentes, exponi ſibi iſta Alemannica voluerunt. Quibus ſignificatum fuit: Papales intelligendos eſſe per vocem VVelf: Imperiales verò, per Giblingen. Ita hæc nomina inoleuerunt. Herm. Ædit.

Gibelini & VVelfi.

Alibi, ſic ſcriptum inueniebam. Henricus, Conradi F. in hoc bello iuſſit: vt ſui vocarentur Guabelini (Ital. Gibelini) quod ipſe in oppido VVaiblinga (nunc VVirtembergici Ducatus) natus eſſet. Fecit hoc in contemptum hoſtium: tanquam non Regio robore, ſed tantum muliebri lacte (Weibermilch) Guelphonem, vt lupum, paſturus eſſet, hoc eſt, debellaturus. Contra, Dux VVelpho, vocabulo Hie VVolf vtebatur: pontificio milite & pecunia ſuffultus. Dehinc iſtis vocabulis, Gibelinorum & Guelforum, Cæſariani & Papales interſtincti ſunt: magna ſæpe cum vtrorumq; calamitate, ac dira inuicem ſæuitia, in Italia. Vide part. 3. lib. 1. cap. 14.

Ellenhofen villa.

Memor damni, quod antea acceperat, VVelpho (inquit Tritenh.) bellum contra Ducẽ Fridericum inſtaurat: atq; iuxta villam, quæ dicitur Ellenhofen, non longe à Vuinſberg, non quidem ipſe cecidit (vt Trit. vult) ſed maior pars exercitus eius ſtrata fuit. Exinde Rex oppidum VVelphonis, quod dicitur VVinsberg, obſeſſum, in deditionẽ accepit. Ibi hanc libertatem fœminis, præſertim nobilibus, dedit (teſte Trit. et aliis) vt, quæcunq; humeris deportare poſſent, efferre liceret. Maritos igitur tergis, puerulos brachiis, extra portas (cunctis inſpectantibus, & induſtriã mirantibus) deportarunt: cætera omnia reliquerunt. Dicebant enim, viros ſuos propiores ſibi eſſe: quàm aurea & argentea ornamenta, aut veſtem pretioſam. Duce vero Friderico, hoc eis permittendum negante: reſpondit Rex, NON DECERE VERBVM REGIVM IMMVTARI. Eiq; hoc matronarum factum ita placuit: vt etiam veſtes, & res precioſas (τὰ κειμήλια, clinodia) eis permiſerit. Contra, quam Epeorum vel Eleorum tyrannus Ariſtotimus: qui poſt mortem Epirotici Regis Pyrrhi (circa 272. ante Chriſtum) improbiſſime fecit. Nam cum octingenti ab eo eiecti viri, confugiſſent ad Ætolos: hi per legatos ab illo poſtularunt: vt coniuges liberosq; exulibus redderet. Ille matronis (numero amplius ſexcentis) poteſtatem ſane ad ſuos viros proficiſcendi dedit: diemq; profectionis ſtatuit. Illæ, quaſi in perpetuum cum viris exulaturæ, pretioſiſſima quæq; auferentes: cum ad portam, quaſi vno agmine profecturæ, conueniſſent: omnibus rebus exſpoliatæ, in carcerem recluſæ ſunt: occiſis prius in gremiis matrum, paruulis liberis: virginibusq; ad ſtuprum direptis. Sed non multo poſt, prudenti conſilio Hellanici (ſenis hominis, à quo nihil metuebatur) tyrannus oppreſſus, dignum factis ſuis exitium luit. Iuſtin. lib. 26. ſed copioſe Plutarch. in libro de virtutibus mulierum.

VVeinſbergæ deditio.

Mulierum amor erga viros ſuos.

Ariſtotimus Eleorum Tyrannus.

VVeinſpergenſes Barones.

Ex quibusdam M. Scr. reperi hoc ſequens. Habitarũt olim VVinſpergi Barones. Id oppidum, in valle amœna ſitum eſt. Habet aquilam in Inſignibus: quod, cum Cæſar Conradus id Duci Bauariæ Guelphoni, anno 1140. eripuiſſet: ad Imperium adiunxit, eaq; aquila donauit. Deinde vitem in dextera parte Inſignium habet, propter nomen ſuum, nempe Vinimontium. Habuit olim proprios Dominos: qui de hoc oppido ſe denominarũt: & Imperii Romani fuerunt hæreditarii Camerarii. Iidem & Stockſteinum, arcem & Comopolim in Kochethalca poſſederunt. Vixit anno 942. Ioannes Baro VVinſpergenſis: qui Rotenburgi ad Tuberum haſtiludio tunc interfuit. Deinde 948. Conſtantiæ. Fridericus 969. ludis equeſtribus interfuit Merſpurgi. Rudolfus, 1080. Auguſtæ Burcardus, 1165. Tiguri ad Limagum.

Lazius Barones VVinſpergenſes, ex Lombardia oriundos ait: & cognatos eſſe Ducum de Schiltach, Dominorumq; de Rapolſtein. Nam & ipſos, tres minores clypeos in armis gerere, albos in rubro campo: cum Duces, rubros in albo campo geſſerint. De his, hæc ſatis nunc ſint.

Sequenti

Sequenti tempore, Dux Bauariæ Leopoldus: compreſſa propter ſeditionem quandam Ratisbonenſi ciuitate: dedecus ſibi à Guelphone (illud Phaleienſe) illatum vlciſci ſtatuens, armata manu ad Lycum amnẽ vſq; progreditur: ibiq; hoſtilibus aliquot munitionibus deſtructis, cunctisq; circumcirca vaſtatis, domum reuertitur: nec multò poſt Ratisbonæ in morbum delapſus, in territorio Pataüienſi rebus humanis valedixit: in Sanctæq; crucis cœnobio (à patre fundato, & a ſe ditato) humatus eſt. Ei ſucceſſit in Marchia frater ſuus Henricus. Friſing.

Leopoldi, Ducis Bauariæ, obitus.

INSTAVRATIO CIVITATVM VLMÆ ET NORIBERGÆ. ARBORes longæuæ. Noribergenſis vrbis origo tenuis, progreſſus fauſtus, amplitudo conſpicua. Marchiones Hochbergenſes, Comites Hohenbergenſes & Haigerlochenſes, Duces Schiltachenſes. Conradus Bappenhaimius, & oppidum Engenum. Gynæceum Sancruciuallenſe. Monaſterium Ochſenhauſenſe, & S. Lucii Rhæticum. VVolfharts Schvvendenſes nobiles. Monachi Hirſaug. Conradus Peregrinus, atque Diemo propheticus.

CAPVT IV.

PLura reſtant de prædicto 1140. anno ſcribenda. Victorias enim ſupradictas de VVelfone Conradus adeptus, Vlmam a Lothario dirutam, inſtaurari iuſſit. Quod ſtudioſe a ciuibus, ſe rurſum colligentibus, factum eſt: ipſaq; vrbs, triplo maior, quam antehac fuerat, facta. Legatur Sebaſt. Francus in Chronic. qui res Vlmenſes fere ex M. Scr. libro Felicis Fabri (vt video) ſumpſit: ac ſcribit, tunc plantatas fuiſſe tilias in cœmeterio omnium Sanctorũ (ante ſeptentrionalem D. virginis portam ſito) quarum quædam adhuc anno 1538 ſteterint, annos ſcil. CCCC. Quas bello poſtea Smalcaldico exciſas exiſtimo. Tunc & porta ſuper Danubio gregaria (Herdbruckthor: quod ea trans pontem pecora ad paſcendum agantur) meridiem ſpectans, facta eſt. Habet omnino vrbs hodie quinq; portas: duas modò dictas, Marianam & Gregariam: atq; inter has Orientem verſus, Anſerariam: & ad Occaſum, Campanariam: inter hanc deniq; & Marianam, Boream verſus, Nouam portam. Alemannica nomina ſunt: Vnſer Frawenthor/ Gänßthor/ Herpelthor/ Glöckelßthor/ Neuthor. *Ipſius vrbis opes, potentia, felicitas, celebritas nominis, maxima. Sub qua, trium Comitatuum ditiones: ipſius Leippenſis, ad Ortum: Albeccenſis, inter Ortum & Septentrionem: illiusq;, vbi oppidum Geiſlinga, & huic imminens olim arx Helffenſtainia, inter Septent. & Occaſum. Regio, in longitudinem ſex milliaria, in latitudinem quatuor, patet. Verbum Dei purè apud Vlmenſes docetur: Reſpub. a prudentibus viris adminiſtratur: Schola bene conſtituta eſt: in qua nos etiam anno Salutis 1540. militauimus: ac tunc fundamenta Græcæ linguæ (ſub docto fideliq; Præceptore Gregorio Leonhardo) iacere cœpimus: annoſq; aliquot feliciter in ſtudiis continuauimus: Parentibus meis, pie in hac ditione Deo ſeruientibus. Mentio ſupra facta longæuitatis tiliarum, recordationem mihi affert longæuæ Ruminalis arboris (ſic dicta, quod ſub ea rumen, id eſt, mammam, præbuerit lupa Romulo & Remo, puerulis ad pereundum expoſitis) in foro & comitio Romæ poſitæ. De qua ſic Corn. Tacitus lib. 13. ſcribit. Eodem anno (LX. poſt Chriſtum natum.) Ruminalem arborem in comitio, quæ ſuper octingentos & quadraginta ante annos, Remi Romuliq; infantiam texerat: mortuis ramalibus, & areſcente trunco, deminutam, prodigii loco habitum eſt: donec in nouos fœtus reuiuiſceret.*

Vlmæ ciuitatis inſtauratio.

Tiliæ.

Portæ Vlmenſes.

Comitatus Vlmenſium tres.

Ruminalis arbor.

Eo tempore Noriberga quoq;, imperante Henrico V. afflicta, auſpiciis eiuſdem Conradi Sueui reſurrexit. Qua de re, in M. Scr. Chronic. Noriberg. in hanc ſententiam legitur. Cum anno 1138. Conradus hic, Rex Rom. factus eſſet: iuueneſq; ciues Noribergenſes, ſe in eius Aulam contuliſſent: ſuam ei fidem induſtriamq; ſic probauerunt: vt ipſis poteſtatem vrbis ſuæ inſtaurandæ fecerit. Conuocandos ergo ciues exulantes curauit: in patriamq; reductos, in ciuitatis inſtauratione adiuuit: ibiq; Aulam ipſe habere cœpit. Gottfridus autem, qui ab Imp. Henrico IV. arci contra filium Henricum præfectus fuerat (præced. lib. cap. 3.) & ipſam arcem, & reditus ac tributa interim collecta, Cæſari Conrado reddidit. Ab Iudæis tunc domus, vbi vellent, ædificatæ.

Noriberga inſtauratio.

Metropolis autem eſt (teſte Munſt. lib 3, cap. 378.) Noriberga regionis Nortgoiæ: quæ pars transdanubiana Bauariæ eſt, ad Bohemicam excurrens ſyluam. Arx Noribergica, in edito loco ſita, olim appellata Noricum caſtrum fuit. Hodie hæc vrbs, totius Germaniæ celeberrima, emporiumq; nobiliſſimum, eſt: magnificis, & publicis & priuatis, operibus, munitiſſima atque ornatiſſima: artificibus & opificibus ingenioſiſſimis clariſſima: in ſolo arenoſo ſita, & Pegnicio amne interſecta. Templa ibi δίζυγα præcipua, Sebaldinum & Laurentianum.

Nortgoia.

Noriberga Templa & Portæ.

Origo vrbis. Porta præcipua: Lauſſerthor / Thiergärtnerthor / Neuthor / Frawenthor / Spitlerthor. *Quaſi dicas: Porta curſaria, Theriotrophiaria, Noua, D. virginis, Hoſpitalaria. Exiſtimatur, à Druſo Nerone, Tiberii fratre, initium accepiſſe. Cum enim aliquot loca Germaniæ, trans Rhenum & Danubium, quæ Romani ceperant, rurſum defeciſſent: Neronem in regionem Nortgoienſem profectum, vt Turingiæ Regem rebellem peteret, ibi hyemaſſe: caſtris inter Pegnicium & montem (vbi nunc Norinberga eſt) locatis. Tunc turrim ſtatuiſſe in monte, excubiis deſtinatam: vbi nunc S. Margaretæ fanum & porta ſit, iuxta arcem. Ibi primum Noribergenſis oppidi lapidem poſitum eſſe. Turingo Rege, exacta hyeme rurſum ſubacto: eodemq́; Nerone, in Rhætiam Romanorum aliove reuerſo: Ruſticos dicitur homines in illa turri habitare cœpiſſe: quam,*

Noribergæ nomen. Nerowerck *(Neronis opus) de Druſo Nerone appellatum eſſe. Inde erumpentes, prædas egiſſe: turri pro munimento vtentes. Deinde, ſucciſis ſyluæ arboribus, caſas, agros, prata, feciſſe: numero incolarum indies augeſcente. Alii deriuant Noribergæ nomen ab hoc,* Nur ein Berg: *quod ibi vnus tantum mons ſit: deinde, planities. Multi è Ratisbona Iudæi, & è Francia orientali homines, eò ſe contulerunt. Tandem à Romanis Præfectum ibi conſtitutum fuiſſe, perhibetur: ærario inibi facto, propter tributa ex illis locis collecta. Arcem etiam iuxta prædictam turrim ædificaſſe. Anno poſtea 714. circiter (Romanis iam dudum è Germania, Rhætia, Rhenano*

Chriſtum amplexa. *tractu, excuſſis) per S. Bonifacium, inter alia Germaniæ loca, Noriberga quoq́; ad Chriſtianiſmum adducta fuit. Primum ibi Templum, S. Petro conſecratum: poſtea, S. Sebaldo eò veniente, de hoc ipſo nomen accepit: at, recepta Chriſti religione, mirifice hæc vrbs creuit. Quod autem noua fere putatur: incuria hominum, nihil aut pauca annotantium, factum eſt. Tenuia namq́; principia fuere: nec magni quid inde fore putatum eſt. Druſus tantũ turrim ibi initio fecerat: nec exiſtimauit quiſquam, rem eo euaſuram, vt vrbs tanta fieret: ſicut nec hodie puta-*

Parua contemnuntur. *tur, vllum operæpretium factum eſſe: quod Tybinga Scripta Græca Conſtantinopolin, ſuperioribus annis de religione noſtra* θεοδιμαλιότῳ *miſimus. Dominus proferet, quando ei placebit. At Noribergenſis primordia, tenuia fuerunt. Ideo, nec ſcriptis mandata. Parua quippe res non annotantur: ſed hominibus morientibus, moriuntur ipſæ quoque. Hac de cauſa, verum plurimarum ciuitatum principium, exacte ſciri non poteſt. Hæc de Noriberga nunc ſufficiant.*

Principiorum vis. Μέγιστον καὶ χαλεπώτατον *(inquit Ariſtoteles in extremo organi)* ἀρχὴ παντός. μικρότατον γάρ. Ταύτης δὲ εὑρημένης: ῥᾷον, τὸ προσθεῖναι καὶ συναύξειν τὸ λοιπόν ἐστι. *Principium rei, minimum, ideoq́; difficillimum inuentu, eſt. Eo tamen inuento: haud difficulter maiora adiunguntur.*

Hochberg. Marchiones. Hochenbergenſes Comites. Haigerloch. Baden. Schiltach. *Eodem 1140. anno, Albertus, filius VVezilonis (annotante lib. 8. Migrat. Gent. Lazio) ſub titulo Marchionis ab Hochberg, vna cum patre VVezilone, in literis citatur. Genuit duos filios, Fridericum & Rudolphum. Quorum hic, ſine herede iuuenis obiit. Fridericus vero floruit circa annum 1179. à quo vnum ſtemma comitum de Hohenberg & Haigerloch defluxit: qui inter Nicri fontes & Danubium, ditionem extentam habebant. Marchiones Hochbergenſes Lazius Sueuos facit: à quibus originem ducant Comites de Haigerloch & Hohenberg: Marchiones Veronenſes Badenſesq́;: atque etiam Duces de Schiltach. Quorum lata fuerit per Sueuiam ditio, vſque in Briſgoiam. Videlicet ad Nicrum, Rotenburgum, Ehinga, Horba, Haigerlochum, Hohenberga, VVildperga (vbi, eius familiæ conditorium) tota Nagolti vallis, Nicri vallis, Bulachum oppidum & arx, Zabelſtainum, Kirchberga, VVurmlingius mons, Schemperga, Glatta. Habuiſſe quoque Reutlingam, Munderkingam, & Fridingam. Item in Nigra ſylua Bintzdorffam, Treiburgum, totam Kintzicam vallem. Denique ad Rhenum in finibus Briſgoiæ (vbi ſedes Marchionatus fuerit) Hochbergam, Sultzbergam, Suſenbergam, Roetelam, Klingam, Groezingam, Sic̨zenkirchum, VVeiſſeneccum, & alia multa.*

Eodem anno ponit idem Lazius Adelhaidem Abbatiſſam Buchouienſis Parthenonis (de

Marttorff. *quo, 1. part. lib. 11. cap. 8.) ex nobilibus equitibus de Marttorff natam.*

Arbonenſes Barones. *Eodem tempore liberi Barones de Arbona, prope lacum Podamicum viuebant: ex quibus Conſtantienſ. ſupradictus Epiſcopus Hermannus fuit. Bruſch. & Laz.*

Altpuren. *Liberi ab Altpuren viuebant: quia 1140. VVernherus Abbas Einſidlenſis. Laz.*

Huc cum 9. die Mart. 1591. perueniſſem: captiuus ex Hegoia oppido ſub Hebenſi (Hevvenſi) arce Egeno, huc Tybingam introductus eſt in arcem illuſtrem, generoſus D. Conradus

Bappenhaimius Conradus. *Bappenhaimius: die abhinc octauo illic, ab exercitu noſtri Principis, Domini Ludouici, iuſſu Caſ. Maieſt. comprehenſus: vt qui non debuiſſet illam ditionem, demortua Lupphenſi familia, occupare:*

pare: ſicut fecerat, nec cedere voluerat. Nullus tamen miles, nullus homo, in hac expeditione periÿt: præter vnum, vt dicitur, aduerſo quodam caſu.

Vixiſſe dicitur hoc 1140. anno Hailvvilda, Gryningenſis Comitis VVernheri F. (præced. lib. cap. 5.) ſoror Egonis. Hic cum Monachus in cœnobio Richenoia (Augia diuite) eſſet: partem S. Crucis inde (al. ex ſancto monte) ſuſtulit. Vnde excæcatus dicitur: ſed ea reſtituta, viſum recepiſſe. Ideo Abbatem (al. dominos S. montis) pœnitenti, & ob ſacram domum ædificandam petenti, dediſſe partem S. crucis. Ad cuius honorem Egon, vetus quoddam Monaſterium deſertum, zu den Waſſerſchapffen *dictum (Ad hauſtoria) renouauit: & ob res dictas, illamq́ crucis partem eò traditam,* Heiligkreutzthal *nominauit (S. crucis vallem) ibiq́ ſororem ſuam Hailvvildam, primam fecit Abbatiſſam. Relicto autem filio ex vxore, quã olim habuerat, Ludouico, obÿt: & in hoc Crucivallis parthenone humatus eſt. Ludouicus filium ex Agatha, Hohenbergica comite, reliquit, Egonem II. Comitem Gryningenſem: qui cœnobium Crucivallenſe combuſtum inſtaurauit, & amplius dotauit. Filios genuit Hartmannum & Hermannum: de quibus ſuperiore libro dictum eſt. Hartmannus, Landauus appellabatur: idq́ ab arce Landavv, ad Danubium ſupra oppidum Riedlingam ſita. Sed ea non amplius eſt. Chart. M. Scr.*

Grœninga Comes Egon.

DE HOC SANCRVCIVALLENSI GYNÆCEO, PLVRA, & aliquantò aliter, & melius, ex Bruſchio.

S. Crucis vallis, antiquitus Aquarum hauſtus, vulgo Waſſerſchapffen *(fortè à fonticulis, totius circumcirca viciniæ plurimis) poſtea verò à S. crucis particula (quã ſecundus fundator Comes Egon de VVullenſtetten & Gruningen dicitur furtim ex Augia diuite ſuſtuliſſe) aliter nominatum: præclarũ Ciſtertienſis ordinis Monaſterium nobilium Veſtalium, ſupra Riedlingã in Sueuia, ſub Salemitani Abbatis viſitatione, in Epiſcopatu Conſtantienſi ſitũ: ædificatum legitur anno Chriſti circiter 1140. (viuente adduc D. Bernhardo, Ciſtert. ordinis auctore) vt ſexaginta (al. quadraginta) ibi viuerent Sanctimoniales. Id autem, cum bellicis calamitatibus periiſſet, quaſi de nouo fundari cœptum eſt circ. 1230. Chriſti, ab Egone Comite de Landau, filio Ludouici comitis: ex Clementia, comitis Hohenbergenſis, filia Agatha, 5. filiorum, & 8. filiarum, matre. Benefactores huius cœnobii fuerunt, comites de VVullenſtetten: & Hartmannus iunior, Comes à Gruningen & Landau: qui pro ſe, & coniuge ſua Hedvvige, filiisq́: Ludouico Comite, & Parocho Conſtantienſi ad Nicrũ: Conrado & Eberhardo: dono dedit Abbatiſſæ ac conuentus huic, iuriſdictionem pagi, & totius Eccleſiæ, Andelfingenſis, in eadem vicinia ſitæ. Comitum autem de Gruningen, Landau, & VVullenſtetten, eadem familia fuit: & à diuerſis Caſtris, alii alia cognomina ſortiti ſunt: id quod ex tumulorum inſcriptionibus colligi poteſt.*

S. crucis vallis Monaſterium.

VVullenſtet. Comites.

Sic equidem, Bruſchius: ſed alibi reperi, ab Egone II. circiter 1204. annum Chriſti, conditum eſſe. Quod magis credo. Tunc etiam S. Bernhardi ordo introductus. Antea verò 1157. Althaimi iuxta Riedlingam habitauerant Leucophææ ſororculæ, ordinis S. Franciſci. Quæ feudum quoddam Conradi, Comitis in Marchdorff, in VVaſſerſchapffen ſitũ, ab equite VVernhero Althaimio, qui eo feudo vtebatur, permiſſu Conradi comitis ad ſe redemerunt: promittente ipſis VVernhero euictionẽ illius boni: ſi eis Conradus de VVaſſerſchapffen eques, aut frater eius Eberhardus, negotium faceſſeret. Promiſit eis, teſte Zuifaltenſi Abbate Leotoldo, Pilgramo de Pflumen equite, & filio eius Ortholfo de Tanzach. Tum id bonum comes Conradus, in ſalutem ſuam ſuorumq́, ſororculis illis tradidit: præſentibus, Eberhardo Abbate Salomonuillano, ſoceroq́ ſuo nobili Gundelfingenſi Schvviggero: in prato iuxta vicum Burckenſedel. Quibus ipſe ſuas poſſeſſiones commendauerat: vſq́ dum tranſmarinam conficeret profectionem. Teſtes, Berchtoldus, tunc Althaimi Vicarius: & Albertus, Gruningæ Parochus, cognomine Schracko: Arnoldusq́ de Helle, Mangoldi Erneſti filius. Tunc igitur ſororculæ illæ pauperem ibi vitam agebant: donec Egon comes omnia in melius correxit: quemadmodum antea diximus. Inueni quoq́ alicubi, hunc Egonem, & Eberhardum, Landauos Comites, fratres fuiſſe comitis Harmanni Gruningenſis: cui fuerint ordine hi filii. 1. Ludouicus, Canſtadienſis Eccleſiæ Rector. 2. Conradus, Landauus dictus, vtpote ibi habitans. 3. Hartmannus. 4. Eberhardus, etiam Landauus nominatus. De quibes, Dodec. 2. lib. 9. cap. 5. & Dodec. 3. lib. 3. cap. 1. Tanta eſt de hoc Egone & Hartmanno, &c: opinionum diuerſitas. Opus eſſet documentis vetuſtis, ſi haberi poſſent. Etiam Egoni, & fratribus, pater pro Ludouico datur Albanus, qui Hohenbergiam Agatham habuerit.

VVaſſerſchapffen.

Sepulturæ in hoc cœnobio.

Comitum de Landau & Gruningen.

Nobilium virorum ab Hornſtein: qui bene meriti de hoc Gynæceo ſunt.

ABBATISSÆ.

Abbatiſſa San crucivallenſes.

1. Hailvvigildis (al. Hailigvvildis) comitiſſa de Landavv, ſecundi fundatoris ſoror, per annos 36. Contulit cum ipſo multa cœnobio bona. Inter quæ ſunt multi pulchri vici: præſertim Freidingen in alpibus: quandiu non alio patrono, quam comitibus Landauis, vterentur. Tradita ſunt iſta cum omni iuriſdictione, hominibus & rebus. Obiit hæc Domina 1240. Eam verò M. Ser. charta, primi Egonis fecerunt ſororem, anno 1140. Abbatiſſam. Præcedente libro, cap. 5. Anno Domini 1112. Quod mihi non videtur.

2. Bertha, Baroniſſa ab Iuſtingen, per annos 26. Obijt 1266. Cal. Martii: cum paulo ante ab Anshelmo Iuſtingenſi emiſſet poſſeſſiones quaſdam in pago Andelſinga.

3. Lucia, anno 1277. præſidens.

4. Adelhaidis, Comitiſſa à Landau. Reſignauit 1300.

Hettenſtein.

5. Irmelgardis ab Hettenſtein. Reſign. 1307.

Stoffeln.

6. Eliſabeta, Baroniſſa à Stoffeln. Obiit 1312.

7. Helena Murczelerina. Præfuit adhuc 1325. Huic vendita ſunt bona quædam, quæ Bienburgenſium comitum fuerant, ab Eberhardo & Conrado à Landovv, anno 1318. Reſign. 1326. Sub eius moderatione, iſt das Münſter *1319.* gebawet vnd geweihet worden. *Initio autem, antequam Egon Parthenonem extrueret, quoddam inferius fanum erat, nominatum* die Bruderkirchen/ *cum paruulo choro:* vnd darneben die rechte Kirchen.

Vering. Comitiſſa.

8. Mechtildis Groſſina, comitiſſa à Veringen. Reſign. 1332.

Sultz.

9. Anna, comitiſſa à Sultz, A. 22. Obiit 1354. cuius, ad extremam ſenectutem redactæ, coadiutrix fuit Domina Adelhaidis ab Hornſtein.

10. Bena (fort. Benedicta) præfuit adhuc 1359. & Reſignauit.

Hornſtein.

11. Anna ab Hornſtein & Hoſingen. Præfuit 1363. & 1365.

12. Mechtildis VVildina, 1367.

13. Anna ab Andelſingen, 1369.

Hertneck.

14. Gertrudis Herterina, ab HERTNECK. *Præfuit A. 14. & Obiit 1384.*

15. Catharina Gerbiniana, A. 9. Obiit 1393.

16. Margareta Emmerina à NVIHVSEN, *A. 26. Obiit 1419.*

17. Adelhaidis Hornſtainia.

18. Mechtildis à Sthafhuſen. Præfuit 1424. Reſignauit.

19. Agnes ab Hornſtein, anno 1425. & 1443. Reſignauit.

Gremlich.

20. Anna Gremlichina, 1446. & 1450. Obiit 1480.

21. Vrſula Beſſererina, Vlmenſis patritia. Obiit 1484.

22. Anna VVildina, 1490. Reſignauit.

23. Anna Gremlichina, A. 30. laudabiliter. Obiit 1521.

24. Veronica à Rietheim: quæ adhuc 1550. præerat, ſeptuagenaria. Multa præclara ibi ædificia, ex imis fundamentis erexit. Templum renouauit: & inſignẽ puteum quadrato lapide fecit.

DE OCHSENHVSANO MONASTERIO.

Ochſenhuſenſe cœnobium.

In fundatione Ochſenhuſenſis cœnobii (inquit Lazius lib. 8.) citatur Lutoldus quidam, vnus ex liberis Baronibus à Rauenſpurg, ſub Cunrado tertio, circa annum 1140. Ex hac ſtirpe fuit Henricus III. *Antiſtes Aichſtetenſis, anno 1236. quem Bruſchius nobilem Regulum a Rabenſperg vocat. Sequentia, ex Bruſchio.*

Ochſenhuſium, præclara Benedictinæ profeſſionis Abbatia, in fertiliſſimo Sueuiæ agro ſitum eſt: medio itinere inter Memmingam & Biberacum: 4. milliaribus inter ſe diſtantia oppida: ad Rodium riuum, qui in Danubium influit. Antea, Præpoſitura tantum fuit: potenti Monaſterii S. Blaſii Hercynii incorporata. Habitarũt olim in quodã ſacello, quod adhuc in Monaſterij aditu cernitur, aliquot Monachæ. Hæ bellico tumultu miſera vexatæ, quaſdã reliquias (S. crucis, & S. Georgii) ac precioſa alia, interea defoderunt: atq; in exilium profectæ, ibi mortuæ ſunt omnes. Ita deſiit cœnobiũ, & habitatio Monialium. Donec poſtea taurus quidam, pedibus humũ calcans, effecit: vt illæ res conſpicerentur. Quibus ad vicinos nobiles viros, loci dominos (Conradum & Adelbertum fratres de VVolfhartsſchvvenden) allatis: mox illi Monaſteriũ reſtituere aggreſſi, locum a bouis monſtratoris nomine Ochſenhuſiũ appellarunt. Vbi præpoſituram erigentes, eam S. Blaſii Abbati ſubdiderunt: ſub quo etiam vſq; ad tempora Conſtantienſis Concilii manſit. Tum enim Otho de Columna, Cardinalis, Conſtantiam petiturus, Ochſenhuſii aliquot dies humaniter tractatus: poſtea papa Martinus V. deſignatus, memor exhibitæ ſibi beneuolentiæ,

kemie, fecit ex Præpoſitura, S. Blaſii iugo excuſſo, Abbatiam. Cæterum ſupradicti VVolfhartsſchvvendenſes, in vicinis habitabant caſtris, Burbergo & Hohenburgo, circa Goldbachium Templum: ab aureo quodam annulo, quem ibi nobilis quædam domina huius familiæ amiſerat, hoc nomine appellatum.

Abbates huius loci (nam Præpoſitorum nomina non extant) à Gregorio Vito VVickio Vlmenſi, ibi Priore, Bruſchio dati.

Nomina Abbatū Ochſenhuſenſium.

1. Nicolaus Fabri Biberacenſis: qui fuerat præpoſitus huius Andronis vltimus, electus 1392. Reſignauit Abbatiam, valetudine afflicta, 1422. tertia ante corporis Chriſti feria.

2. Henricus Faber Biberacenſis. Præfuit A. 12. Obiit 1434. Mart. 6.

3. Michael Ruſſelius Vlmenſis: electus 10. Mart. 1434. Confirmatus 17. April. Qui cum 34. annos præfuiſſet: reſignauit 1468. Iun. 8. Obiit 1474. Decemb. 24.

4. Ioannes Criſpus Biberacenſis. Succeſſit 9. Iun. 1468. præfuit A. 8. Obiit 1476. Aug. 27.

5. Iodocus Bruderus Biberacenſis: qui poſt 6. A. reſignauit 1482. Obiit 1492. 14. Cal. Iunii.

6. Simon Lengenberger Biberac. A. 16. Obijt 1498. Feb. 22.

7. Hieronymus Buchelberger, è Dinckelſpuhela, Imperiali Rhiaſæ oppido. Præfuit A. 10. Obiit 2. Cal. Septemb. 1508.

8. Andreas Knitſcher, A. 33. Obiit 1541. 9. Cal. Octob.

9. Georgius Molitor, A. 6. Reſignauit in tumultu Germanico, anno 1547.

10. Gervvicus, patria Conſtantienſis, doctus & prudens: ſimul antea Vinearum, ſeu VVingartæ, & nunc Ochſenhuſæ, Abbas: atq; Imp. Caroli V. Conſiliarius. ἔχαιρε παιδίων (ὡς ἡ κοινὴ φήμη) χήρας ἀπαλάς: ἃς ἐξεδυμένας, ἄλλοις συνῴκιζεν. *In Comitiis Auguſtanis, hoc, & Campidonenſi Abbate Gruneſtainio, in eadem platea, ex oppoſito inter ſe diuerſantibus: cum literas afferens nuntius, interrogaret de vtroq; horum, vbi diuerſaretur: reſponſum ei fuiſſe dicitur: videret tantum, vbi multi eſſent pauperes, & vbi fœmina. Longæuus eſt factus.*

S. Lucii Monaſterium in Rhætis.

S. Lucii Rhæticum cœnobium.

Perantiquum eſt, olim Benedictinorum Monachorum, poſtea Præmonſtratenſium, hoc cœnobium: extra muros Curienſis oppidi ſitum, in decliui vitiferi amœniſſimiq; collis loco: vbi initio S. Lucii, primi Rhætiæ Apoſtoli, Oratorium fuit: qui Simonis Cyrenaici, Chriſto in baiulanda cruce adiutoris, filius fuiſſe putatur: ſed certum non eſt. Conuertit vero in id Præmonſtratenſium Monachorum ſedem, circiter 1140 Chriſti (eiectis inde laſciuientibus Benedictinis) Conradus Comes de Bibreck, Curienſis Eccleſiæ Epiſcopus: qui è Rockenburgenſi Monaſterio accerſiuit Præmonſtratenſis ordinis cœnobitas, reformandi huius Lucienſis cœnobii gratia. Noſtro tempore Xenodochium eſt, pauperum ægrotorumq; receptaculum: traditum à Paulo III. P. curando Bartholomæo de Caſtro muro: Canonico Decanoq; Maioris Eccleſiæ Curienſis, & Apoſtolicæ ſedis Protonotario. Bruſch.

Conradus, Hirſaug. Monachus.

Adhuc viuebat circa 1140. annum Conradus Monachus in Hirſaugia, ille doctiſſimus: cuius ſuprà lib. 8. cap. 9. meminimus: qui ſe peregrini vocabulo tegēs, multa ſcripſit: vt ad Theodoram ſanctimonialem, ſpeculum Virginum, lib. 8. conſtans: Homiliarum per anni circulum volumen ingens: Altercationem Pauli & Gamalielis: in vetus & nouum Teſtamentum libros 2. De laudibus S. Auguſtini lib. 1. De Muſica & Tonis lib. 1. & alia plura.

Diemo, ibidē Monachus.

Eodem anno defunctus eſt Diemo, Hirſaugienſis Monachus, & quondam Prior. Vir διορατικὸς*: id eſt, qui multa prædixit, quorum veritas euentu comprobata fuit. Sepultus in ſacello B. virginis. Tritenh.*

VVELFONIS ET HENRICI DE BAVARIA BELLVM. SANCTÆGIdianum Noribergæ Monaſterium. Controuerſiæ Samblaſiani Patronatus tranſactio. Henrici Bauariæ Ducis, cum Gertrude Lothariade nuptiæ. Monaſterium Schœnaugienſe. Spirenſis Epiſcopus Guntherus. Literæ mutuæ Impp. Conradi & Caloioannis, Latini & Græci. Rex V. Hieroſolymæ, Balduinus III. ORIENTIS IMP. MANVEL COMNENVS. Imperatorum Orientis & Occidentis, Manuelis Comneni, & Conradi Sueui, affinitas & fœdus. Berthæ Sultzbachiæ, Manueli nuptæ, mores: & oppidi Sultzbachii hodierni deſcriptio. Diploma Ahuſani cœnobii Pontificium. Arnoldus & Romani, contra Papam.

CAPVT V.

Richinza obitus.

ANno 1141. Richinza Auguſta, Lotharii Imp. coniux, obiit: & iuxta ipſum in Lutherenſi Monaſterio humata eſt.

Bohemiæ Dux reſtitutus. Rex Conradus Ducem Bohemiæ Ladislaum, à Morauienſi comite Conrado expulſum in Ducatum reſtituit: & Pentecoſten in vrbe Praga celebrauit.

Leopoldus Auſtrius (de quo ſuprà dictum) Conradi R. ὁμομήτριος ἀδελφὸς (frater vterinus, ex parte matris Agnetis) diem ſuum obierat. Huius fratri Henrico Rex, pacificata Saxonia, viduam Henrici Superbi (Imp. Lotharii filiam) vxorem dedit: Ducatumq́ Noricum (Bauaricum) conceſſit. Vnde, maxima poſthac diſcordia & perditiones ſunt ortæ. VVelfo enim, ſuperbi frater, illum Ducatum ſibi deberi ratus: eò armatus eſt ingreſſus: cunctisq́ circumquaque vaſtatis, regreſſus eſt. Ideo & Henricus fines VVelfoni fauentium eſt depopulatus. Sed VVelfo, inſtauratis viribus, vicem rependere parauit: quem tamen Regis ſuperuenturi metus cedere coegit: & Henricus cum Rege, Tachouium caſtrum, vaſtata circumcirca regione, deditione cepit, atq́ igne ſuccendit. Itaq́ Reges, Rogerius Siciliæ, Bela Vngariæ, VVelfonem pecuniis aduerſus Conradum, quem metuebant, ſuffulſerunt. Qui ſtrenue (modo in Bauaria, modo in tranſalpinis partibus Sueuiæ, modo circa Rhenum) adeo Regem exercuit: vt is potius de ſuis rebus tutandis, quàm de alienis inuadendis, cogitaret. Briſing. & Vrſperg.

VVelphonis, & Henrici Auſtrii, de Bauaria bellum.

VVelfo, contra R. Conradum.

S. Ægidii Monaſterium Noribergæ. Noribergæ hoc anno, aut circũ, S. Ægidii Monaſterium magnificum Benedictinæ profeſſionis, hortatu D. Bernhardi, à Rege Conrado Sueuo, poſt collapſæ vrbis inſtaurationem conditũ eſt: quo in loco antea paruulum cœnobium, & ſacellum S. Martini ſteterat. Id Scotis Monachis Rex incolendum conceſſit: teſtantibus his Benedicti Chelidonii, ibidem circa 1504. Monachi, verſib.

Tradidit hybernis patribus. Qui ſorte beata
   Cœperunt ſanctum religionis opus.
Ducentis, decies ſeptem, bis quatuor annis
   Hoc tenuere ſuo iure Monaſterium.
Frigus at hybernum præcordia frigida tandem
   Arguit: inque dies creuit in his tepor.

Scoti ibi Monachi. Ergo vſq́ ad annum Domini 1420. ardenti ſtudio Regulam ſuam Scoti ſeruarunt: poſtea id in eis refrixit. In tali refrigerio, Monachi ceruiſia ita bibaces eſſe ſoliti fuerunt: vt interdum cucullas ſuas oppignerarent: donec aliunde rurſum pecunia veniret. Cæterum, illud cœnobium ſplendidè fuit extructum: Templo σταυροειδῶ (figuram crucis imitante) duabus turribus, campanis magnis, ornatum. Bonerſbergum, Conradi Cæſaris Paradiſus ſeu viridarium erat. Secum habitantem Noribergæ coniugem ſuam habebat. Vrbem ipſam haud paulò, quam antea fuerat, ampliorem fecit: vltra Pegnicium amnem promouens. Quo tempore Naſſouii comites, Schvvabachum incolebant. Bruſch. & Noriberg. Chonicon.

Noribergæ, Conradus R.

Schvvabachum.

Ægidiani Abbates.

Abbates Ægidiani, ab anno Domini 1418.

1. Georgius Mariger: qui poſt XI. annos ſe functione abdicauit.
2. Henricus Gulpenus, Decretorum Doctor: creatus 1429. ſexto poſt anno mortuus.
3. Iterum Mariger, 1435. anno: qui inde 30. annos præfuit.
4. Sebaldus Helmanſperger, 1465. per annos 8.
5. Ioannes Saſſler, 1473. annos 4.
6. Ioannes Radenecker, 1477. annos 27.
7. VVolfgangus Summer, 1504. qui tandem Neukirchi in exilio mortuus eſt.
8. Fridericus Piſtorius: ex Bretfeldo prope Forchemium pago natus. Electus 1520. præſidens adhuc 1550. vir eruditus & bonus: monumentis Eobani Heſſi, Ioachimi Camerarii, & aliorum doctorum, celebratus.

Noribergæ, religio mutata. Reliquiis Sanctorum, vltimum anno 1524. populo Noribergæ monſtratis: Dominica poſt corporis Chriſti, abrogatæ ſunt Pontificiæ cæremoniæ: & doctrina Euangelica, recepta: primò, in duabus Parochiis: deinde, vlterius. Fridericus enim, Saxoniæ Elector, diutius Noribergæ verſatus, occaſionem huic rei dederat. Itaq́, apud S. Ægidium Schola celebris facta.

Schola Ægidiana.

In catalogo Aiſtetenſium Epiſcoporum, cœnobium hoc à Bruſch. ſtatuitur antiquius: quam vt ſit 1141. modò anno conditum. Nam in Heriberto Epiſcopo ſic ab illo ſcribitur. Fuit Imp. Conrado ſecundo longe chariſſimus. Is Epiſcopatum ex Aiſtadio Noribergam in cœnobium S. Ægidÿ transferre volens: Heribertum Romam, pro pontificio conſenſu impetrando ablegauit. Sed poſtea, ſententia mutata, eum ex itinere reuocauit. Vixit vterq́, Epiſcopus & Cæſar hic, circa annum Domini 1038. Potuit tunc eſſe id Monaſterium: ſed poſtea, cum afflictum cum vrbe ab Henrico V. fuiſſet, à Conrado R. de nouo conditum eſſe. Et ſupra dictũ eſt, ante ibi paruulum fuiſſe cœnobium.

Eodem

Eodem 1141. anno, Indict. 4. 8. idus Ianu. Thietvvinus Cardinalis, Tit. 5. Ruſinæ, & Conſtantienſis Epiſcopus Herimannus, dedicarunt orientalem Zuifaltæ Eccleſiam, S. Trinitati, cruci, & Mariæ: vbi à Sanctimonialibus excubabatur.

Eiusdem anni die 10. April. Cæſar Conradus controuerſiam tranſegit, Argentinæ: quæ de patronatu vel Aduocatia, renata fuerat inter Baſilienſem Epiſcopum, Ortliebium: & Samblaſianum Nigræ ſyluæ Abbatem, Berchtoldum. Nam etſi Epiſcopatui Baſilienſi, antehac 1124. ius hoc ademptum erat: & Samblaſianis Monachis, liberum Aduocati ſibi præficiendi arbitriũ reſtitutum: nũc Epiſcopus Ortliebus, id ius vindicare conabatur. Orto igitur bello: Monaſterium ſe aggeribus & foſſis munire coactum fuit. Sed à Cæſare & Principibus, in illo conuentu res transacta eſt (præſentibus Epiſcopo, cum ſuis nobilibus: & Abbate, cum Zaringeſi Duce Conrado, Aduocato ſuo) ita, vt acceptis quatuor curiis (4. Hőf) à Monaſterio, Aduocatiæ prorſus poſthac Epiſcopus renuntiaret. Vrſtiſ. Chronic. Baſil.

Samblaſiani patronatus cõtrouerſia, trãſacta.

Anno 1142. hæc geſta ſunt. Quod ſupra dictum eſt: Henrico, Leopoldi Auſtrii fratri, viduam Henrici ſuperbi, nempe Lotharii F. Gertrudem, à Rege Conrado collocatam fuiſſe: nuptiæ eius à Tritenb. ad hunc annum traiiciuntur. Eæ celebratæ ſunt 14. dies in vrbe Francofordia: vbi Rex Conradus, maxima Procerum frequentia Pentecoſten celebrarat. Ibi puer Henricus Leo, ſponſæ filius, à Conrado R. Ducatum Saxoniæ accepit. Obÿt ipſa altero anno, ex difficultate partus: quando etiam hyems fuit aſperrima. Sepulta iuxta chariſſimos, lugentibus cunctis Saxoniæ incolis, in Lutherenſi Cœnobio.

Nuptiæ inter Gertrudem, & Henricum Bauarum. Henricus Leo, Dux Saxoniæ.

Bernhardinum (Ciſtertienſe) cœnobium SCHOENAUGIA, *in Othonica ſylua, 1. milliario ab Haidelberga, ædificatum eſt: à VVormacienſi Epiſcopo Buggone. In literis fundationis, teſtes ponuntur (vt G. VVidemannus ait) Poppo Comes Lauffenſis, & Bleicardus de Steinach. Creuerunt autem Monaſteria ex tenuitate, opibus: tum recipiendis multis fratribus barbatis: qui tenui victu contenti, opificia exercebant: & quotidiano labore omnia faciebant meliora: tum multis religionis ſtudio, dona multa conferentibus: tum attentione ad rem, & parſimonia.*

Schœnaugiæ Monaſterii ædificatio. Lauffenſ. Comes.

Guntherus, comes Lyningenſis, Epiſcopatum Spirenſem nactus eſt: quem laudabiliter 14. annos adminiſtrauit, vſq; ad annum 1156. quo obÿt, die Septemb. 17. chariſſimus fuit Cæſaribus Conrado III. & Friderico Barbaroſſa. Hic eum donauit VVerbelſteinenſi caſtro, & circumſito territorio. Sepultus eſt hic Epiſcopus in Mulbrunnenſis cœnobii, à ſe & Barone Lamershaimio VValthero fundati (de quo, ſuo loco) magnifico Templo, ante arã maximã ſummi Chori Bruſch.

Spirenſis Epiſcopus Guntherus.

Manueli, Ioannis Græcorum Imp. filio, nupſit Sultzbachenſis comitis Berengarii filia Bertha, Ratisbonæ deſponſata, quò legatio Græca venerat. Qua de re Sigonius, A Ioanne, inquit, Imp. Conſtantinopolitano rogatus R. Conradus: vt ſecum amicitiæ atq; affinitatis fœdera iungeret: vtrunq; fecit. Nam & ſocietatem cum eo aduerſus Rogerium Siciliarum Rectorem inÿt: & ſororem vxoris ſuæ, Manueli filio eius deſpondit. Quibus de rebus, extant apud Friſing. lib. 1. de rebus geſtis Frid. cap. 23. literæ: vnde ſequentia excerpſimus.

Manuelis Græci, & Berthæ Sultzbach. coniugium. Societas contra Rogerium.

1. Conradus, Dei gratia Romanorum Imperator Auguſtus: Ioanni, eadem gratia Conſtantinopoli Imperatori: Salutem, & dilectionem fraternam, amicitiam, honorem, & gloriam.

Conradi R. epiſtola ad Imp. Ioannem.

Vt parentes noſtri, videl. Romanorũ Imperatores, anteceſſores noſtri, ad anteceſſores veſtros, ſcil. Regnum & populum Græcorum, conſtituerunt, conſtituo: &, ſicut ſeruauerunt, conſeruabo. Non eſt gens, Regnum, aut populus: qui non nouerit, noſtra Romana Reſpub. veſtram, NOVAM ROMAM, *& dici, & fore filiam: ex huius radice ramos & fructus eius proceſſiſſe. Propter quod hæreditatem, quæ à matre debetur filiæ, conſtituimus, æternamq; volumus: & eò amplius, quod quæ matri debentur, filiam velle cernimus: ſcil. vt auctoritas materna præcinat conſilio & auxilio: reſpondeat autem gloria & honore filiaſtina dilectio. Sint ergo res vtriusq; communes: vtriuſq; amicus, idem: idem, inimicus: ſiue in terra, ſiue in mari: & cognoſcat, ac timeat matris virtutem & valentiam: qui non honorauerit filiam: ſiue Nortmannus, ſiue Siculus: ſiue quis alter, quicunq;, vbicunq;. Deinde. Conſeruamus igitur, quæ iuſta & amicabilia ſunt, ad vos: eadem vos, ad nos: & tanto ſtudioſius, quantò per coniugium ſororis dilectiſſimæ coniugis noſtræ, Imperatricis videlicet nobiliſſimæ, & filii tui, confœderati ſumus propinquius. Verum quia de noſtris hilareſcere ſucceſſibus, dilectionis & nobilitatis tuæ credimus experientiam: quid poſt diſceſſum prudentiſſimorum Apocriſiariorum tuorum, in generali & ſolenni curia, cum vniuerſis Imperii noſtri Principibus, cui eos intereſſe voluimus, Deo auxiliante actum ſit: tibi, ſicut vnico fratri noſtro, & amico dilectiſſimo, dignum duximus intimare. Noueris igitur, quod omnes, qui Imperium noſtrum offendiſſe videbantur: cooperante Deo, potenter in noſtro*

Noua Roma.

» *Imperiali iure inclinauimus: eosq; in plenitudinem gratiæ noſtræ ſuſcipientes, vniuerſas Imperii noſtri partes abundanti pace ditauimus. Ad hoc, Francia, Hiſpania, Anglia, Dania, cæteraq; Regna, Imperio noſtro adiacentia, quotidiana legatione, cum debita reuerentia & obſequio nos frequentant. Etiam Dominus papa & Italia, de die in diem aduentum noſtrum deſiderant: & vt noſtra eis Imperiali ſubueniatur potentia, cum omni deuotione expoſtulant. Huius rei gratia, dilectiſſimum & præcordialem Imperii noſtri Principem Embriconem, venerabilem Herbipolenſem Epiſcopum, amicum tuum, ad exquirendam Domini Papæ voluntatem, Romam direximus. Qua cognita: mittemus ad te chariſſimos & prudentes nuntios noſtros: Robertum principem Capuanum, & Albertum capellanum noſtrum: vt tua ſignificemus nobilitati. Hos igitur, tanquam nos audias: & cum eis honeſtos Apocriſiarios tuos, ſine dilatione ad nos remittas. Militibus Imperii noſtri, Alemannis ſcil. qui apud te ſunt, ſicut decet excellentiam tuam, benignus exiſtas. Rogamus etiam te: vt hominibus Imperii noſtri, Teutonicis ſcilicet, qui Conſtantinopoli morantur: locum, in quem ad honorem Dei Eccleſiam ædificent, concedas. Datum XVIII. Kal. Ratisbonæ in Chriſto feliciter. Amen.*

Herbipolenſis Epiſcopus Embrico.

Eccleſia Conſtantinopoli Germanis ædificandæ petitio.

De aduerſariis ad pacem inclinatis, quæ hoc loco Rex Conradus ſcribit: magis poſtea facta ſunt: animis omnium ſubitò ad expeditionem Hieroſolymitanā inflexis. Scribitur 6. Stumpf. 15. Conradum III. commiſiſſe Guelphoni præfecturam vel aduocatiam (Reichs vnd Kaſtenvogtey) *Tigurinæ vrbis ac Monaſterii.*

Ioannis Imp. reſponſum ad R. Conradum.

II. IOANNES *in Chriſto Deo fidelis Rex Porphyrogenitus, ſublimis, fortis, Auguſtus, Comnenos, & Imperator Romanorum: ad nobiliſſimum fratrem & amicum Imperii mei.*

Nobiliſſime & dilecte amice Imperii mei Rex: litera tua nobilitatis, fraterni affectus ſignū, ad noſtram delata manſuetudinem, per prudentiſſimū Apocriſiarium nobilitatis tuæ, multa nos lætitia repleuit. Quare etiam diuerſos fideliſſimorum & familiariſſimorum hominum ſuorum, Imperium noſtrum ad tuam nobilitatem emiſit: recommunicare per eos volens nobilitati tuæ totis de cauſis: propter quas & mandaſti, & ſcripſiſti ei. Quia verò prudentiſſimus Dux Venetiæ, Petrus Polanus, mediator à nobilitate tua in his cauſis aſſumptus eſt: ſicut vir bonus & fidelis ambabus partibus: & hoc nobis placere, dignum viſum eſt. De cauſa Apuliæ & Longobardiæ, prudentiſſimis Apocriſiariis noſtris, quæ à nobis viſa ſunt, iuſſimus. Nam etſi quidam horum, ad ſuſceptionem magis nobiliſſimæ cum Deo futuræ nurus Imperii mei, miſſi ſunt: tamen etiam communiter eis notum, Imperii mei velle. Vale nobiliſſime amice, Imperii mei Rex.

Horum quædam ex Græco conuerſa ſunt.

βασιλεὺς et ῥήξ.

Ἰωάννης ἐν Χριστῷ τῷ θεῷ πιστὸς βασιλεὺς, καὶ αὐτοκράτωρ ῥωμαίων. *Græci Imperatores,* βασιλεῖς *&* αὐτοκράτορες *appellabantur: Latinos verò vocabant tantum* ῥῆγας: *tanquā adhuc Græco Imperio ſubiectos. Ideo Conradus ſe quoq; Imperatorē & Auguſtū appellat: vt concedere Græco nolens.*

Ἀδελφὸς καὶ φίλος τῆς βασιλείας μου. τὸ τῆς βασιλείας μου βούλεσθαι, *id eſt,* βούλημα.

R. Fulconis venantis interitus.

In Palæſtina, Rex Fulco in campeſtribus Acconenſibus leporem agitans de equo præceps ruit: cerebro per aures & nares effluente: Regina Meliſſenda, acerbiſſime lugente: examine corpus amplexante. In oppidum Acconenſe illatus, triduum palpitat: & quarto die, idib. Nouemb. expirat. Sepultus eſt honorifice Hieroſolymis, apud priores Reges, manu Patriarchæ VVilhelmi. Succeſſit ei filius BALDVINVS *tertius, 13. annorum puer: fraterculum habens 7. annorum Almaricum. Regni gubernatrix, Meliſſenda fuit.*

Hieroſolymæ Rex. V. Balduinus III.

Manuel Comnenus, Imp. Orient. 54.

Anno 1143. Caloioannes, Imp. Conſtantinopoleos, menſe Aprili mortuus eſt: cum ſagitta venenata, qua feram in venatione ferire deſtinarat, imprudens ipſum ſe læſiſſet. In cuius locum filius eius ſucceſſit LIV. IMP. CÆS. MANVEL COMNENVS PORPHYROGENNETVS, P. F. *Aug. qui imperauit A. 37. M. 5. D. aliquot.*

Caloioannis filii erant.

Imperii ſigna.

1. Alexius: cui Imperiū deſtinatum erat: cuius rei ſigna erant: πορφυρὶς, *purpura:* πέδιλα ἐρυθρὰ, *calcei rubri:* συνδοξήμισις ὑπὸ τῶν ὄχλων, *ſalutatio populi gratulabunda.*

Conſtantinus Manaſſes.

2. Andronicus: cuius vxor fuit IRENE: *ad quam Conſtantinus Manaſſes, Chronica verſibus vulgaribus* (πολιτικοῖς) *eleganter ſcripſit: teſtante meo M. Scr. exemplari. Nondum enim hic auctor, Græce typis mandatus.*

3. Iſaacius ——— Theodora.

4. Manuel, natu minimus, dignitate Sebaſtocrator: cui imperium obtigit.

Manuel hoc anno (ſicut dictū) ad Regnum ſublimatus (vt Friſingenſis loquitur) nuntios ad

Regem

Regem Conradum cum pretioſis muneribus (ſicut prius pater eius fecerat) dirigens, fœdus renouauit: idq́, contra Rogerium, vtriuſq; Imperij inuaſorem. *Manuelis fœdus contra Rogerium Siculũ, cum R. Cõrado renouatum.*

Cùm autem Emmanueli petita eſſet ex Occidente puella Regalis ſanguinis (quemadmodum ſuprà expoſitum eſt) Conradus coniugis potius ſuæ ſororem Bertham (poſtea, Irenam nuncupatam) illuc deſtinauit: ac ſponſam per venerabilem Epiſcopum VVirceburgenſem Embriconem, virum literatum ac prudentem, Conſtantinopolin miſit. At etiam literas: quarum inſcriptio & ſumma, hæc eſt. *Bertha Sultzbachenſis, Imp. Manueli ſpõſa miſſa.*

Conradus, Dei gratia Roman. Imp. Auguſtus, chariſſimo fratri ſuo E. Porphyrogenito Comneno, illuſtri & glorioſo Regi Græcorum, ſalutem & fraternam dilectionem.

« *Ab Apocriſiario tuæ dilectionis prudenti, quibuſdam duris verbis ſupra modum fuit offenſa Maieſtatis noſtræ manſuetudo. Vix quarto die verbis hilarioribus excellentiam noſtrã exhilarauit: & nunc eum ibi commendamus.* *Conradi R. literæ ad Manuelem.*

« *Vxorem accipies, dilectiſſimam filiam noſtram: ſororem videlicet nobiliſſimæ conthoralis noſtræ. Ideo volumus, vt inſit æternum fœdus perennis amicitiæ: ita, vt & amici amicorũ tuorum, & inimici ſimus inimicorum tuorum.*

« *Mittemus tibi non tantum quingentos milites, quos petis: ſed etiam duo vel tria millia, ſi neceſſe habueris.*

« *Quia nobilitas tua petiit, magnos & claros nuntios mitti: miſimus excellentiæ tuæ, venerabilem VVirtzburgenſem Epiſcopum Embriconem: qui eſt cor & anima noſtra. Miſimus & alios illuſtres ac dilectos viros.*

« *Locum petimus, in quo noſtris Teutonicis Eccleſiam ad honorem Dei ædificemus. Embrico igitur omnia ſapienter ordinans: nuptias proxima poſt Epiphaniã (auctore Friſing.) hebdomada, in vrbe Regia magnificè celebrandas, Imperatori perſuaſit. Tũ non paucos ibi dies, ob alia etiã Regni negotia promouenda cõmoratus: dum nauigat in patriam verſus, multis hoſpitalibus donis ornatus: apud Aquileiam vita deceſſit: id quod Tritenh. ad 1147. annum refert.* *Nuptiæ.*

De hoc matrimonio, Auent. lib. 6. Bauariæ Germanico.

Emanuel/der Griechiſch Keyſer von Conſtantinopel/ nam zu der Ehe Jungfraw Bertha/Graff Peringers von Sultzbach vñ Amerthal Tochter: ſo ein leibliche Schweſter war der Römiſchen Königin Gerdraut/ König Conrads Gemahel. Es hat ein beſonder glück dieſer Beyeriſch Graff gehabt. Die mächtigſten zween Herzen der Welt: ſo geweſen der Römiſche vnnd Griechiſche Keyſer: ſeind ſeine Eyden geweſen. Biſchoff Embrich von Würtzburg/führet die Braut gen Conſtantinopel.

Occaſione igitur huius coniugij: multos Alemannos vel Sueuos, ſæpius Conſtantinopolin, & in Græciam, profectos eſſe: ac ſecum plurima Græca verba, quæ in Germanicam linguã irrepſere, attuliſſe: veritati planè conſentaneum eſt.

Niceta Choniata Acuminatus, de ſucceſſu huius matrimonij, lib. de Manuel. 1.

Vxorem duxit Manuel Alemannam, ex illuſtri principum familia. Ea non tam corporis, quam animi pulchritudinem, curabat. Fuco itaque & pigmẽtis, ad ſtultas mulieres reiecto: ipſa naturali rubore contenta, virtutum ornamentis fulgebat, conſtantia, & gentilitia animi grauitate. Οὐ τοσοῦτον τοῦ σωματικοῦ κάλλους ἐφρόντιζεν: ὅσον τοῦ ἔνδον, καὶ περὶ ψυχὴν, ἐπεμέλετο. Οὐκοῦν ἐξομνυμένη τὰ ἐκ τῶν χρωμάτων ἐπιλείμματα, καὶ τῶν ὀφθαλμῶν ὑπογραμμὰς: καὶ τὸ τεχνικὸν, ἀλλ' οὐ φυσικὸν, ἔρευθος: ταῦτά τε ταῖς ἄφροσι τῶν γυναικῶν ἐπιρρίπτουσα: ταῖς ἀρεταῖς περιεστοιχεῖτο καὶ ὡραΐζετο. *Itaque Imperator, & ſi ei ſolium altiſſimum, ſatellites, ſplendorem Regium concedebat: tamen* αὐτὴν ἠδίκει τὰ ἐς τὴν κοίτην, *fidem coniugij non ſeruabat: vt homo adoleſcens, libidinoſus, vitæ diſſolutæ ac deliciis deditus.* *Bertha prædicta moru.*

Idem de eodem, lib. 3.

Cùm hæc Domina (quæ filias tantùm, non mares, pepererat) diem ſuum obiiſſet (anno circ. 1161.) Manuel huius Alemannæ mortem, non ſecus, ac membrum, à ſuo corpore auulſum (διασπασμὸν οἰηθεὶς σώματος) *acerbiſſimè deplorauit: iuſtisque perſolutis* (ἐπιτελέσας τὰ ὅσια) *in paterno Monaſterio Omnipotentis* (τοῦ Παντοκράτορος) *magnificentiſſimè ſepeliuit. Sed à Conſtantinopoli in Cœnobium Caſtellenſe (poſt mortem Manuelis, 1180.) aduectam eſſe, alicubi antehac dictum eſt.* *Eius obitus.*

Quoniam aũt illa Sultzbachenſis fuit: ſciẽdum eſt, hoc oppidũ ſitum eſſe in ſuperioris Palatinatus monte ſatis alto, multis montibus circumdatum. Nulla ibi ſunt vineæ: ſed optima co-

Sultzbachenſis in ſuperiore Palatin. oppidi deſcriptio.

quitur ceruiſia Portæ, quatuor. 1. Haagthor: extra quam hoſpitium eſt, die herberg im Haag *dictum. 2. Roſenbergerthor: ab arce propinqua Roſenberga, Orientem verſus. 3. Neuthor: quoniam illa pars oppidi recentior eſt, meridiem verſus. 4. VVaſſerthor, vel VVeiherthor: ab aqua ſtagnante, & riuulo præterfluente. Fluuius ibi alius non eſt: quam riuus ex altis riuulis: qui vocatur,* der Roſenbach: *& prope op. Ambergam in Filſam influit. Sylua, circum Sultzbachium multa: in quibus, tantùm lepores & vulpes. Domus oppidi, ex lapide. Templum præcipuum, in medio oppidi. Concionator ibi hodie, Ioannes Iuglerus Sultzbachenſis, cum Diaconis: cuius filius in Academia Tybingenſi nos audit, patri* ὁμώνυμος*: vt & Philippus Ludouicus (Chriſtophori, V. I. Doctoris, & apud Palat. Principem Othonem Henricum ibi Cancellarij) filius affinitate nobis iunctus. Arx ineſt ſplendida & munitiſſima, in loco ſaxoſo ſita: quæ concludit oppidum, & ſolum ab eo introitum habet. Schola iuxta Templum, quinorum Præceptorum & claſſium: cuius Recturam gerebat hoc tempore M. Bertvvardus Stan, Nariſcus Geracenſis. Aër, frigidus & ſalubris (ideo ciues, valẽtes, & ſatis robuſti) ager fertilis, ſed cultu difficilior. Religio, ex præſcripto Auguſtanæ confeſſionis. Diſtat deniq; Sultzbachum ab Amberga, milliare 1. à Noriberga, 7. à Ratisbona, 9. De Sultzbacho, Berthæ Imperatricis gratia ſatis dictum: quod demũ 1594. anno adieci. Redeo nunc ad inſtitutum hiſtoriæ curſum.*

Abuſani Monaſt. Diploma Papale.

Hoc tempore Abuſano Monaſterio datum eſt priuilegium à Papa Cæleſtino, Innocentij 1143. ſucceſſore: quod apud Bruſchium extat. Ex quo hæ ſententiæ ſunt. Dilecti in Domino filij, venerabilis patris noſtri Gualtheri Epiſcopi precibus inclinati, veſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus. Monaſterium hoc S. Martini de Auhuſen. quod ab egregiæ recordationis viro, Monogolto Palatino Comite, eiuſq; filiis: præfato videl. fratre noſtro VValthero, nũc Auguſtenſi Epiſcopo, Adalberto & Vdalrico, in proprio allodio conſtructum eſt: & B. Petro cum omnibus ad ipſum pertinentibus oblatum: ſub eiuſdem Apoſtolorum principis, & noſtra protectione, ſuſcipimus: & præſentis Scripti priuilegio communimus, &c. Concambium, eò quòd de loco, in quo ipſum Monaſterium ſitum eſt, cum Eccleſia S. Petri de Oetingem, ad cuius Parochiam pertinebat, vtriuſq; partis aſſenſu rationabiliter factum eſt, auctoritate Apoſtolica cõfirmamus, &c.

Cætera de poſſeſſionibus, decimis, bonis acquirendis: de Aduocato vtili habendo, & inutili remouendo: de Abbate iuſtè eligendo: de chriſmate, oleo ſancto, cõſecrationibus altarium & Baſilicarum: de ordinationibus Monachorum ad ſacros ordines: de ſepulturis ei, qui velit, concedendis: idem hîc quod in aliis Monaſteriis, ſtatutum eſt. Aureus vnus, Romam quotannis perſoluendus. Maledicitur infringentibus hæc: ſeruantibus benedicitur.

Arnoldus Brixianus, contra Papæ auctoritatem.

Romani, veteris politiæ reſtituendæ cupidi.

Aliquantò antè, Arnoldus quidam Brixianus, primus in occidente hæreſin cõdidit (inquit Panuinius) quæ ROMANI PONTIFICIS *auctoritatem labefactaret. Cuius Arnoldi inſtituto confirmati (inquit Sigonius) Romani: quòd in hoſtes eorum Tiburtes, deditionem poſt acre contra ipſos bellum facientes, Pontifex Innocentius nimia lenitate vteretur: ſtatuere, veterem Romanæ libertatis ſtatum reſtituendũ: priſcos ordines Magiſtratusq; Reipubl. reponendos: Pontifici vnam ſacrorum curationem, in vrbe relinquẽdam eſſe.* [illegible]*. Ordinem ergo Senatorium, iampridem extinctum, popularibus ſuffragiis reuocauêre: bellumq; cum Tiburtibus renouauêre. Quos Innocentius, primùm per ſummæ auctoritatis viros: deinde, amotione à ſacris, compeſcere conatus eſt, ſed ſine effectu. Itaq; in timorem Romani Dominatus amittendi adductus: dolore & languore confectus eſt: atq; 8. Cal. Octob. periit. Cui Cæleſtinus P. ſucceſſit: nõ totos ſex menſes ſedens. De Arnoldo presbytero, præced. lib. in anno 1128. dictum eſt.*

HEERBRECHTINGENSE COENOBIVM. RELIQVIÆ SANCTOrum Braitenaugiæ & Zuifaltæ. Edeſſæ Meſopotamicæ, per Saracenos funeſtratio. Vnde, nouæ expeditionis in Orientem cauſa. Romanorum cum Papa pacificatio. Abbas Vtenbyranus Iſingrinus. Monaſt. Alba Dominorum. Conradus Palatinus, Eccleſiarum verres. Henrici Leonis appetitio Sueuiæ. Galliæ incitatio per D. Bernhardum ad Syriacam expeditionem. Vratislai Poloni ad Cæſarem Conradum exilium.

CAPVT VI.

Heerbertigẽſe Monaſterium.

A*nno 1144. fundatum eſt (teſte Bruſch.) Cœnobium* HEERBRECHTINGVM *(hodie Heerbertingum) ordinis Canonicorum Regularium S. Auguſtini, in honorẽ S. Dionyſij: à potentiſſimo Sueuorum Principe Friderico, qui poſt Conradum imperauit. Situm eſt ad riuum Brentianum, non longè ab Abuſano Monaſterio: pertinens tunc ad Auguſtanam diœceſin. In Templo eius elegantiſſimo, S. Pharaonis Epiſcopi & Confeſſoris, neſcio cuius, corpus iacère fer-*

tur: quod à iuuencis tractum ſit vſq, ad fontem Cœnobij: qui adhuc Pharaonis puteus appellatur. Vocatum autem Heerbrechtingum audiui, quaſi Harrenbracht: quod nō multùm ab Abuſa & Regiofonte abſceſſerit.

Gubernatores eius, Præpoſiti ſunt.

Præpoſiti eius.

1. *Amandus.*
2. *Rapatho.*
3. *Bertholdus: cui Fridericus Imp. dedit tutorem, Godefridum de VVolfach.*
4. *Martinus.*
5. *Iodocus.*
6. *Bertholdus* II. *circa 1230.*
7. *Conradus, circ. 1280. ſub Caſ. Habſpurgio.*
8. *Bertholdus* III. *circ. 1327. quo Theodoricus de Althaim, & coniux eius Adelhaidis, bona quædam tradiderunt Cœnobio. Emit Bertholdus ius patronatus Eccleſiæ Stotzingenſis (in oppido Suenico Stotzinga) anno 1329.* *Althaim.*
9. *Vlricus de Plintheim, 1347. quo anno is ex imis fundamētis nouum murum Cœnobio circumdedit, cum porta occidentali.*
10. *Eberhardus: cui Imp. Carolus* IV. *de Archiepiſcopi Moguntini conſenſu, parochiam dedit oppidi Giengenſis, in ea vicinia ſiti ad amnem Brentium, an. Chriſti 1348.* *Gienga.*
11. *Henricus: qui præfuit anno 1369.*
12. *Vlricus* II. *an. 1407. ſub Kirchbergenſe Comite Eberhardo, Epiſcopo Auguſtano. Renouauit totum Cœnobium an. 1410.*
13. *Ioannes quidam, 1420. quo fundata eſt prædicatura in vicino Imperiali oppido Giengen: à M. Ioanne de Riedlingen, Medico & Phyſico Noribergenſi.*
14. *Henricus Hitzlerus, Mergelſtetenſis, anno 1438. Deceſſit ex hac vita 1466. menſe Iulio, cùm antea 1449. hoc Cœnobium à Giengenſibus, in bello ciuitatum ac principum incenſum & ſpoliatum fuiſſet.* *Hitzler.*
15. *Georgius Piſcatorius, 1466. Aug. 4.*
16. *Magnus Ammonius Giengenſis, ſub quo Cœnobium 1520. reformatum fuit per egregios viros, Michaëlem Vlmenſem, & VVolfgangum, Auguſtanum Præpoſitum.*
17. *Pantaleon Keſſler Giſlingenſis. Præfuit an. 15. Obiit 1535.*
18. *Velentinus Peihardus Laninganus, menſes 18. Tum Cœnobiū occupauit Dux VVirtembergicus Vlricus. Ipſe Abbas, abiecta veſte monaſtica, Annam duxit vxorem: quæ filia erat Doctoris Nicolai Maieri, vel Marij, Iuriſc. & Ducalis Cancellarij: cum qua viuebat adhuc anno 1550. pater quatuor liberorum.*
19. *Rulandus Mercator, ex Roſhauptenſi pago Danubij natus. Eiectus hic 1536. cum aliis duobus huius Cœnobij Monachis: Ioan. Rufo, & Martino Steinero, Dillingenſibus, iuuenibus (ſeniores enim Euangelium amplexi erant) factus fuit Parochus in pago Algoniæ Sunthofa. Vnde iterum bello Germanico pulſus: caſtra Caroli* V. *ſecutus: Rochlitzij Miſniæ captus, pauloq́; poſt dimiſſus: tādem per Imperatorem in hoc Monaſterium reſtitutus eſt, & Præpoſitus deſignatus, an. 1548. Conſtruxit nouum Dormitorium, elegans & magnificum. Praerat adhuc 1550.*

Hodie Euāgelicus Præpoſitus, Aaron Magnus, hoc VVirtembergici Ducatus Monaſteriū, à multis iam annis cum dignitate tenet: cuius viri mentionem, præcedente libro fecimus. *Aaron Magnus.*

Eodem, 1144. an. Henricus, Braitenaugienſis in Haſſia Cœnobij Abbas: quōdam Hirſaugienſis Monachus: caput B. Felicis Papæ & Martyris (ſibi 13. Cal. Septemb. in ſomnis ab eo reuelatum) effodit (ſepultum autem ante multos annos, in apſide Eccleſiæ iacuerat) & reuerenter leuauit: fratribusq́; Hirſaugienſibus particulam de illo, pro maximo charitatis munere tranſmiſit. Tanti fiebant reliquiæ Sanctorum. Trit. *Braitenaugiēſe Cœnobium.*

Anno 1145. (al. 1143.) Bertholfus, pater Zuifaltenſis Monaſterij quartus (vt eſt in mēbranis illis: ſed Bruſchius Haricum, Abbatem quantum facit) corpora duo de numero XI. *millium virginum, Coloniæ quondam occiſarum, acquiſiuit (cedens ſucceſſori ſuo, & Coloniam veniens) quæ huc magno ſumptu tranſtulit. Nos verò (inquit Anonymus) vtpote homines rei veritatem ignorantes:* NE FORTE PRO CERTIS *incerta ſuſciperemus: præmiſſis ieiuniis & orationibus: per iudicium* FRIGIDÆ *aquæ, veraciter & clara luce, cunctis, qui aderāt, Dominū collaudātibus, virginea corpora ſancta, pro Chriſto Coloniæ paſſa, ac de* *Zuifaltenſes reliquiæ. Virgines millium 11. Frigida aqua [illegible]*

numero 11. millium virginum eſſe, comprobauimus. Qua examinatione peracta: Albis & Cappis ornati, eaſdem reliquias congruis laudibus gaudentes ſuſcepimus. Deinde rogatu præfati patris: alterum quidem de ipſis corporibus, apud nos retinuimus: alterum verò apud S. Iohannem Baptiſtam, in Monaſterio virginum collocauimus. Hæc, ille. Hîc iam examen S. literarum (τῶν θεοπνεύστων γραφῶν) adhibeatur. 1. an fuerit veritas horum corporum, iudicio aquæ frigidæ inueſtiganda. 2. an reliquiæ Sanctorum, etiam veræ deprehenſæ, ſint adorandæ. Superſtitiones quidem certè, vitandas eſſe: & Deum, ſolum adorādum: idque per vnum Mediatorem Chriſtum, euidenter docent.

Edeſſæ Meſopotamiæ calamitas.

In Oriente, Saracenis Edeſſam (Rohas, vel Rages) Meſopotamiæ, aut Mediæ, ciuitatem (quæ hactenus iam inde à diebus Conſtantini M. Chriſtianam religionem ſeruauerat, quamuis oppugnātibus paganis) ciuis quidam Armenius prodidit: quod Princeps vrbis Ioſcelinus filiam eius, eximia ſpecie virginem, inuitam vitiaſſet. Itaque nocte Dominicæ natiuitatis, Sanguinus (Halapenſis Syriæ ac Meſopotamiæ, excepta Antiochia & Damaſco, Satrapa: Perſarum & Medorum Regis, vel Soldani, ſubditus) Sanguinus, inquam, aliter Alaph dictus: cum ſuis irruens, Chriſtianorum ingentem cædem fecit: præſertim mactauit eos, qui Chriſtū abnegare noluerant: inter quos, ipſum Archiepiſcopum Hugonem. Matronas & virgines (omnino nobiliores) altaribus (præſertim in ſemper virginis Mariæ Baſilica) impoſitas, in contumeliam religionis conſtuprarunt, ac poſtea interfecerūt. Sic, tota Meſopotamia amiſſa: Hieroſolymitano Regno, maximus terror iniectus. Ideo præter alios, Epiſcopus ēt Gabalēſis in Italiā venit: vt Occidentē ad arma Orienti inferenda accenderet. Eapropter ad Reges quoq;, Conradū Germaniæ, & Ludouicū Franciæ, auxilij corrogandi cauſa cōtendit. Quo atrociſſimo caſu ēt Pontifex Eugenius vehemētiſſimè perturbatus: crucē iterū ſibi indicendam, totumq; Occidentē ad arma concitandum, indicauit. Sic etiā fecit: literis ad omnes Reges miſſis, præſertim ad Regem Francorum. Excitauit eos exemplo Vrbani 11. qui proximè vniuerſo Occidenti propè claſſicum, ad hoc decus comparandum cecinerit. Ita Hieroſolymis receptis, nouum Regnum in Syria conditum eſſe. Nunc captam eſſe Edeſſam: Archiepiſcopum eius, clerum, populum Chriſtianum, crudeliſſimè occiſos: Sanctorū reliquias, ab Infidelibus conculcatas. Periculum iam eſſe reliquæ Orientali Eccleſiæ maximum. Ergo concurrendum eſſe ad conſeruanda illa: quæ labore ac ſanguine patrum ipſorum parta ſint. Vxores & liberos proficiſcentium, in tutelam Eccleſiæ recipit: ob ætatis negotium faceſſi nō vult, antequam è bello redeant: omnibus delicta ſua, in itinere cum confeſſione morientibus, remittit: à corporis cultu, accipitribus, luxuria, dehortatur. Friſing. & Vrſperg. & Sigon. & alij.

Sanguinus.

Meſopotamia amiſſa.

Papæ cohortatio ad nouā expeditionem in Syriam.

In vrbe Roma, ipſi Romani, qui rebus nouis ſtuduerant (creato præter Senatum, etiam patricio, celſiore Magiſtratu: Rege Conrado, legatione in Germaniam miſſa, inuocato, ſed fruſtrà) cùm à Papa Eugenio Tiburtes, cæteriq; Latij populi, in eos concitarentur: pacem à Papa petierunt: certiſq; conditionibus obtinuerūt. Ita hic tumultus quieuit.

Romani, cum Papa pacificati.

Epigraphe Epiſtolæ, quam ad Cæſarem ſcripſerant, hic erat: Excellentiſſimo atq; præclaro vrbis & orbis totius domino, Conrado, Dei gratia Romanorum Regi ſemper Auguſto: Senatus populuſq; Romanus, ſalutem, & Romani Imperij felicem & inclytam gubernationem.

In extremo adiecti erant Verſus:

Rex valeat: quicquid cupit, obtineat: ſuper hoſtes
Imperium teneat: Romæ ſedeat, regat orbem:
Princeps terrarum ceu fecit Iuſtinianus.
Cæſaris accipiet Cæſar: quæ ſunt ſua, Præſul:
Vt Chriſtus iuſſit, Petro ſoluente tributum.

Ifengrinus, Abbas Ottenbyra.

Iſingrinum ex Monaſterio S. Vlrici Auguſtanæ vrbis, Ottenbyranum Cœnobium accepit anno 1145. Abbatem. Hic plurimùm iā locupletauit: vt pater familiæ longè optimus: cū ad corpus deceſſoris eius, S. Ruperti, maximus fieret hominum concurſus, totas etiam villas donantium, teſte Bruſchio. Sedebat enim ad ſepulcrum Rupertinum iugiter, tanquam ad aream auceps, Salcho, frater quidam Ottenbyranus: egregiè decantans virtutes & laudes S. Ruperti: cui cogitationes etiam fratrum dicebat fuiſſe notas. Qua ita dulce canente fiſtula, maximas opes ab aduolantibus conſecuti ſunt volucribus Ottenbyrani Monachi. Reliqua eius, infrà 1154. ſunt.

S. Ruperti nomine opes conquiſita.

Eodem anno inſtauratum eſt Sueuiæ Monaſterium, Alba vel Minor Augia, prope Rauēſpurgum ſitum. De cuius fundatione ſuprà lib. 5. cap. 5. ſcriptum eſt, ad annum 990.

Anno

Anno 1146. fundata eſt Abbatia ALBÆ DOMIMORVM, *Ciſtert. ordinis, 2. Cal. Oct. De quo Cœnobio, poſtea in anno 1148.* *Alba Dominorum.*

Rege Conrado natalem Domini Merſburgi celebrante (Moguntino Archiepiſcopo, & pleriſq. Saxoniæ Principibus præſentibus) iris quaſi in medio cœli conſpecta eſt, & cruces in medio. Paſcha egit Babenberga. Append. Mariani Scoti. *Iris.*

Die Mercurij poſt Pentecoſten huius 1146. anni, gelu perierunt ferè per totam Germaniã, omnes fruges, vineæ, arbores: & in Iunio, continuarum pluuiarum inundatione, illarum reliquiæ. Vnde ſi fames & peſtis ſecuta eſt: mirum non eſt: ſicut certè ſequenti anno incredibilem fuiſſe, Tritenh. ait. *Frigoris vis.*

Conradus, Comes Palatinus Rheni, frater Friderici Barbaroſſæ, poſſeſſiones Eccleſiarũ violenter diripiebat. Cui cùm nemo poſſet reſiſtere: aut ferendum hoc patienter fuit: aut ablata, pecuniis redimenda. Conqueſtus eſt VVormacienſis Epiſcopus Conradus de hoc, in literis ad S. virginem Hiltegardem: in monte S. Ruperti apud Bingios Abbatiſſam: cui ipſa reſcripſit: & precationum ſuarum, ſicut ille petierat, participem fecit. Tritenh. *Cõradus, Rheni Palatinus, bona Eccleſiaſtica rapit.*

Volebat hoc tẽpore Hẽricus Leo (Crantz. Sax. lib. 6. c. 13.) Bauariæ & Saxoniæ, Sueuiã quoq; auito iure ſociare. Nã auus paternus, ex Sueuia duxerat originẽ. Quã rem iniquo animo Rex Cõradus ferebat: quia ipſius frater Fridericus Ducatũ Sueuiæ adminiſtrabat. Cum itaq; Henricus Fridericũ in Sueuia oppugnaret: Rex, alia ratione Henricũ oppugnaturus, properè mouit Goſlariam: inde tranſiturus: vt acciperet in poteſtatẽ Brunſuigam, clariſsimũ Saxoniæ oppidum. Hẽricus verò, vbi conſilium eius reſciuit: veſte mutata, diurnis nocturniſq; itinerib. contendens, tribus tantùm cum comitibus Brunſuigam ingreditur: celeritate præueniẽdi fruſtratus Regium conatum. Et inerat homini infinita inſatiabiliſq; ambitio: quæ ſemper ad plura anhelabat. *Henricus Leo Sueuiam appetit.* *Brunſuiga.*

Literis Eugenij in Franciã (ſcriptore Sigon.) de ſacra expeditione perlatis: Bernhardus Abbas prædicationẽ crucis palàm, ſumma cõtentione & grauitate inſtituit. Veniſſe tẽpus, quo plenitudo gentiũ introire deberet: & ſic omnis Iſraël ſaluus fieret. (Quã fallebatur! Non è Gallia aut Germania, cum multis millibus armatus Francus aut Sueuus: ſed ex Sione prædicator Euangelij Chriſtus, & Apoſtoli eius, venturus erat: imò iamdudum venerat: ὁ ῥυόμενος, ϗ ἀποστρέψει ἀσεβείας ἀπὸ ἰακώβ: *qui liberaret, & impietatem auerteret ab Iacobo, Rom. 11. concionibus Euangelij contingit animis ſalus, non corporalib. armis. Declarauit exitus vanitatẽ magnorum conatuũ: innumeris hominum millibus, per plures expeditiones in perniciẽ præcipitatis: nec tamen ad extremum Hieroſolymis retẽtis.) Quæ verò dicebat Bernhardus (inquit idẽ Sigon. & alij) ea mirabiliũ ſignorum magnitudine cumulabat. Siquidẽ ſatis conſtat, nullum diẽ fuiſſe: quo nõ agros aut debiles, aut membris captos, aliquos ſibi oblatos ſanarit. (D. Chriſoſtomus verò 4. de Sacerdotio 1. ait:* τῆς δυνάμεως ἐκείνης, οὐδ' ἴχνος ὑπολείπεσθαι: *facultatis miracula faciendi, ne veſtigium quidẽ relictũ eſſe.) Quibus reb. impulſus R. Ludouicus: crucẽ à Bernhardo, cũ pleraq; Frãciæ nobilitate ſuſcepit. Sic & vniuerſa ferè Francia: vt non temere ſeptẽ mulieres vnũ virũ prehenderent. Tot viduæ, viuentib. viris, remanebant. Idẽ poſtero anno Germania fecit, idem Italia.* *S. Bernhardus, expeditionis Hieroſolymitanæ incitator.* *Eiuſdem miracula.*

Cruciatam dicebantur prædicare, qui ad ſacram militiam homines excitabant. Nam qui eam ſequebantur: rubræ crucis ſignum in veſte, & in armis, geſtabant. Tutti quegli, che vi andauano, erano ſegnati ſopra l'arme, & ſopra i veſtimenti, di croce roſſa. Simo Fornar. Comment. in Orlandum furioſum Arioſti. *Cruciatæ prædicatio.*

Crebra portẽta, hac tẽpeſtate (teſte Auẽt.) in cœlo viſa. Falſi prophetæ factitiis miraculis populo impoſuêre: Iudæos trucidare conati ſunt: quos D. Bernhardus ſeruauit: quia Deus ſe reliquias eorũ ſeruaturũ pollicetur. Carnib. pluit: Cometæ, & cœlũ arſit: lupus 30. homines deuorauit. Credo, aliquãtò antè 1146. annũ, quædã horũ. Non. n. annũ, quo facta ſint, reperio. Auẽtinus ſæpe multarum rerum congeriem facit (vt & alij Hiſtorici) confuſè, ſine annorum diſtinctione. *Miracula ficta.* *Prodigia.*

Romani quia pertinaciter Eugeniũ rurſus vrgebãt, vt Tibur euerteretur: ipſe hoc diſertè denegauit: cumq; inſtaretur, Tiburis ipſum cum Cardinalibus ſeceſſit. Illos D. Bernhardus pro Papa per literas grauiter obiurgauit. Põtifex aũt in Franciã profectus: ingẽti honore à Ludouico, & omnib. exceptus eſt: valuitq; præſentia eius plurimũ ad Syriacæ expeditionis inflammationem. *Tibur, Romanis inuiſum.*

Aliquid etiam de rebus Polonicis, priuſquam ad alia tranſeam, dicam: quoniam ibi etiam negotium Regi Conrado fuit. An. Domini 1140. Vladislaus, patri ſuo Boleslao ſucceſſit. Habebat is in matrimonio Chriſtinã (potius Gertrudẽ) Henrici V. Rom. Auguſti filiam (neptem Conradi, ex fratre vterino Leopoldo, Auſtriæ Marchione) quam Cromerus ſuperbam, auaram, ambitioſam, mulierem vocat: quæ Polonos omnes in loco porcorum habuerit. Ea virum aſsiduè hortata *Gertrudis, Polonicæ Domina, ambitio.*

eſt: vt totum Regnum ad ſe redigeret: id eſt, quatuor ſuis fratribus ipſorum Ducatus eriperet: qui erant, Heinricus, Boleſlaus, Mietzlaus, Caſimirus. Cæſaris, inquit, ego filia, Cæſaris neptis; cum ampliſsima dote, in ſpem vniuerſi principatus tibi nupſi. Nunc ad exiguam ſortem cum liberis noſtris redigor. Quod non fieret, ſi tu vir eſſes. Fortaſsis illud Anna noſtra Comnena, quod lib. 1. Chomiata eſt, vſurpauit: quod illa in ſegnem maritum Bryennium, Imperium Caloioanni non præripientem, ſatis audacter dixit: Cur natura me fecit fœminam, te autem marem? διὰ τί ἡ φύσις, ἐμοὶ μὲν ἐνδιχάσα τὸ ἄρθρον, καὶ ἐνεκοίλανε: σοὶ δὲ τὸ μόριον ἀπέτεινε, καὶ ἐσφαίρωσε; *Quid multa?*

Anna Comnenæ dictum.

A Gertrude ambitioſa, ad bellum infelix impulſus Vladislaus.

Non deſtitit, donec Vladiſlaum ad conatum perpulit: querendo, lacrymando, fremendo, obiurgando, nocturnis ſuaſionibus & blanditiis: quamuis prudenti Senatu Polonico ipſum dehortante: quamuis fratribus humiliter deprecantibus. Bellum eis intulit: & in arce Poſnanienſi obſedit: ipſiq; penuria victus laborantes, deditionem iam facturi erant. Sed à veteranis militibus confirmati: per occaſionem noctu, cùm hoſtes eſſent ebrij, ac choreas ducerent, eruptionem fecerunt, ingenti cum vociferatione, & facibus accenſis in ſingulorum manibus. Hoſtes, in fugam turpiter verſi: caſtra, incenſa: Vladiſlaus, vix elapſus: fratribus Cracouiam vſque perſequentibus. Inde ipſe in Germaniam ad affines confugit, ad Cæſarem Conradum. Fratres, Cracouia potiti: vxorē & liberos ad illum, cum omni ſuppellectili tranſmiſerunt: ipſam, quamuis infeſtam ſibi, & omnis mali auctorem, à contumeliis iratorum militum Procerumq; tutati. Sic infelix Vladiſlaus, qui ſuaſu vxoris (inquit Cromerus) iniuſtè aliena concupiuerat, ſua iuſtè amiſit. Τοίους δ' ἀνθρώπους αὐθαίρετα πήματ' ἔχοντας: *Pythagoræ ſententia eſt. Cuiq; mores fortunam fingunt ſui. Facta hæc, anno 1145. & ſequenti anno huc vſq; terminata ſunt. Quid poſtea ſit factum à Conrado, & à Friderico, Cæſaribus: ſuis locis referetur.*

Exul ad Cæſarem Cōradum fugit.

Interim Conradi R. vxor Gertrudis, hoc 1146. anno defuncta eſt. Stadenſ.

Ioannes de tēporibus.

Ioannes item de temporibus nominatus (à Guazzo dictus, Giouanni da le ſtampe) hoc anno obiit: annos trecentos ſexaginta vnum natus: qui Caroli M. armiger factus erat anno 800. Chriſti, cùm eſſet annorum 15. optima corporis conſtitutione & temperantia, præditus. Henr. Pantaleon.

S. BERNHARDI HORTATV, CRVCE SIGNATVR CÆSAR CONradus, cum fratris filio Friderico. Friderici ſenioris vnioculi mors. Expeditio Regum, Conradi Rom. & Ludouici Francorum, ponderoſa in Syriam, propter Hieroſolyma. Nouæ Amazones. Græci Imp. Emmanuelis, in Alemannos maleficia. Eorum periculum in aquis: lauatio certè triſtiſſima. Claſſis Germanica, contra Hiſpaniæ Saracenos. Turcarum clades ad flumen Mæandrum. Cur Græcus Imperator, Latini Auguſti æmulus. Saracenorum in pugnando conſuetudo.

CAPVT VII.

S. Bernhardus Spiræ.

ANno 1147. (al. 1146.) Spiræ natalitiis Domini à Conrado Rege celebratis: Francofordiæ conuentus Principum frequens actus eſt. Eò Abbas quoque Bernhardus venit: qui admirationi erat ſanctitate ſua, eruditione, eloquentia. Qui cùm à Conrado in hoſpitium à Templo deductus eſſet: puerum pedibus captum, rectè gradientem feciſſe: cæco viſum, muto loquelam, reſtituiſſe, dicitur. Tantam ſcil. vim ſignatio crucis tunc habuit.

Cōradus R. & Fridericus Barbaroſſa, aliiq; Principes, cruce ſignantur.

De cruce igitur grauem & ampliſsimam orationem habens: Conradum iam & Pontificis literis (nulla enim amplius inter ipſum, & Romanam ſedem, controuerſia erat) & Francici Regis auctoritate, ad crucem humeris accipiendam adduxit: quam etiam die purificationis Mariæ accepit. Quod idem & nepos eius ex fratre vnioculo fecit, Fridericus, qui poſtea imperauit: & Guelpho, & maximus quiſque Germaniæ Princeps. Militiam quippe eandem ſecutus Bauariæ Dux Henricus eſt, vterinus Conradi frater. Multi etiam Epiſcopi: Vt, Ortliebus Baſilienſis, Reginbertus Patauienſis, Otho Friſingenſis. Francofordiæ hæc, facta ſcribuntur. Alij tamen, quædam Spiræ tribuunt, quædam Francofordiæ. Filium deinde Henricum Conradus Aquis Regem, in media Quadrageſima (ne ſcil. ſe peregrinante, interim Imperio Rector deeſſet) coronauit. Sed is non diu vixit. Dux autem Fridericus ſenior, grauiter ægrotans, fratri Conrado Regi (teſte Friſing.) ſuccenſebat: quòd filium ſuum Fridericum, primogenitum, permiſiſſet crucem accipere. Quem Abbas Bernhardus conſolandi cauſa acceſſit: eiq; benè precatus eſt. Verùm ipſe vim doloris non ſuſtinens, non multis pòſt diebus finem viuendi fecit (Sueuiæ Ducatu filio Friderico relicto) & in Alſatiæ terminis ſito S. VValpurgis Cœnobio humatus eſt.

Friderici Luſci mors.

Rex Conradus à Paſchate Bambergæ acto (vt Sigonius ait) duos maximos, ad frangendos Saracenorum opes, exercitus deſtinauit. Vnum, aduerſus eos, qui littora Hiſpaniæ obtinebant: alterum, contra illos, qui Syriæ & Hieroſolymis imminebant. Inde non multò pòſt, cum Friderico fratris filio, & plerisque Principum, Ratisbonam, quò conuentum indixerat, venit. Eò autem omnes copiæ, quæ Palæſtinam petituræ erant, ex tota Germania, pedeſtres & equeſtres, ad ducenta millia, conuenêre. Guil. Tyrus lib. 16 cap. 19. loricatorum, inquit (equitum grauis armaturæ) in orientali expeditione Conradus habuit L X X. millia (quot viros fortes, ac claſſem, etiam Rex Francorum, poſterius ſecutus) exceptis equitibus leuis armaturæ, peditibus, mulieribus, & pueris. Quibus ſi Deus fauiſſet (inquit idem Tyrius) totum Orientem debellare potuiſſet. Sed non acceptum habuit munus Dominus: quod fortaſſis indignis efferebant manibus. Cœperunt proficiſci menſe Maio. Sed Calabriæ in Florenſi cœnobio Abbas Ioachimus, eos parum effecturos prædixit. Cuius Ioachimi iconas, ænigmaticè futura innuentes, antiquas, pulchrasque, anno 1582. hîc habebamus: librum mittente Lincienſi Medico, Matthia Anomœo Bonſidelenſi, amico noſtro. R. Conradi duo exercitus. Profectio Ratiſbonam. Ioachimi Abbatis prædictio de hac expeditione.

Ex Italia quoque affuêre: Legatus Pontificius Theoduuinus Portuenſis, Hermannus Marchio Veronenſis, Gulielmus Monſerratenſis (Conradi Auguſti ſororem Iuditham habens. Æmyl.) Vido Comes Blanderatenſis: Martinus Turrianus, inſignis apud Mediolanenſes vir. Etſi autem aliter non, tamen hac ratione, exitum optatum habuit hæc expeditio: vt Germania tunc latrocinijs frequens (Krantz. 6. Sax. 13.) purgaretur eo genere hominum: qui rapinis conſueuerant victiare. Nã tum deuotione qualicunque, omnes id genus homines, pro remedio peccatorum ſacram amplexi militiam: in eam nomina dedêre volentes expeditionem. Alſo würde das Teutſchland von den Staudenreutern vnd Heckenſischreen/dißmals außgeſeubert. Latronibus Germania ſic expurgabatur.

Annus expeditionis huius, hoc Diſticho indicatur.

Anno mileno, centeno, teſſaradeno.
ſepteno pariter, cœperat iſtud iter.

Animæ curatio, ante tam longinquam & periculoſam profectionem.

Fridericus, Ratisbonenſis Aduocatus, Hieroſolymam cum Conrado R. profecturus, matrem ſuam Luickhardam rogauit: vt, ſi ipſe in itinere moreretur, prædium ſuum in Brunnen, cœnobio Admutenſi daret. Quod, ſic factum eſt. Cum autem contradiceret vxor Friderici Juditha, propter dotalia ſua iura: ceſſit, datâ ipſi plena fraternitate cœnobij. Soror autem prædicti Friderici Adelhaidis, comitiſſa de Hochinburg, & ipſius filij Erneſtus ac Fridericus, propinquitatis iure prædium illud impetabant. Qui, acceptis XX. talentis Chremenſis monetæ, ſeu XX. marcis probati argenti, ipſi etiam quieuerunt. Teſtes: Conradus de Pilſtain, Sigbardus comes de Scalacha, VVolfgerus comes de Stain, &c. VVigul. Hundij parte 1. Genal. Bauar. ex veteri traditionum lib. Admuntenſis Monaſt. in comitibus Pogenſ. Teſtamentum militantis. Scalacha.

Conradus (cùm & Ratisbonæ, & alibi in Bauaria, etiam multi ſe adiunxiſſent) Vngariam ingreſſus cum copijs eſt: Rectoremque eius dare obſides, & iuramentum fidelitatis, coëgit. Idem, cùm antehac valde ab Vladislao, quem è Polonia fratres expulerant, ſollicitatus eſſet, vt ipſum reſtitueret: cum etiam legatos ea de re ad Boleslaum Criſpum, fratrem illius, iam ibi regantem, miſiſſet: ſed is humaniter & grauiter iuſtè expulſum eſſe reſpondiſſet: in Poloniam ipſe venit: ſperans, ſe coràm poſſe reconciliationem gratiæ facere. Exceptus fuit, ipſe, & Bohemorum princeps Vladiſlaus, à Boleslao fratribusque per quam liberaliter: atque vſque ad Pontum Euximum, quâ compendioſior via erat, cum omni exercitu eſt deductus. Sed negocium reconciliationis, ab illis vſque ad reditum Cæſaris ab illa expeditione, dilatum eſt. Ac multi quoque Poloni, voluntarij Cæſarem ad eandem militiam ſecuti ſunt. Alij, eum per Vngariam, non ſatis compoſito agmine in Thraciam profectum eſſe volunt. Crom. lib. 6. De qua profectione Tyrius lib. 16. Tranſierunt, inquit, Bauariam: & Danubio apud Ratisbonam tranſmiſſo (iter ſeparatis agminibus facientes) à læua eum fluuium habentes, deſcenderunt in Auſtriam. Emenſi ſunt Vngariam, humaniter accepti, Bulgarorumq́, prouincias, Mæſiam & Daciam ripenſem, à læua relinquentes. Inde in Thraciam, Philippopolin & Hadrianopolin, Regiam denique ad vrbem peruenerunt. De eadem profectione Sigonius, cum hoc tanto, ac tam ornato exercitu, inquit, Conradus Ratisbonæ conſcendit: ac Danubio deuectus (equitatu terrâ ſubſequente) Pentecoſten Germaniæ in finibus egit: atque inde per Vngariam ducere inſtitit. In Thraciam inde ingreſſus: cum 7. idus Septemb. ad caſtrum quod- Conradus R. in Poloniam propter Vladislaum exulem nequicquam venit. Deſcenſus Chriſtianorum copiarum in Thraciam, & ad Cõſtantinopolin.

LLl dam

Exundatio fluuij. *dam conſediſſet: vt ibi poſtridie natiuitatem Deiparæ virginis celebraret: aduerſa cœli tempeſtate & ſæua vicini amnis intumeſcentis iniuria, vſque adeo conflictatus eſt: vt armis, impedimentis, militibusq́; multis amiſſis, inde Conſtantinopolin venerit.*

Quædam his de rebus ex Niceta Choniata, de Manuele Imp. lib. I.

Aduentus Alemannorum in Thraciam.

Νέφος πολεμίων ἐκ τῶν ἑσπερίων μερῶν ἀθρόον ἐπεισπεσὸν, τετρίγηκε δεινὸν καὶ ὀλέθριον, ἐς τὰ ῥωμαίων ἐνέσκηψεν ὅρια: ἡ τῶν ἀλαμανῶν, φημὶ, κίνησις, καὶ οἱ τούτοις συνεξάρασαι μοῖραι ὁμογενῶν ἐκείνοις ἑτέρων ἐθνῶν. *Horrenda nubes hoſtilis, ab Occidente in fines Romanorum, tanquam fulmen, irrupit: motus Alemannicus, & cognatarum eis gentium.*

FOEMINAE bellicæ inter eos:

Teutſche Keuelſen: Huy Katz.

Amazones nouæ. Οἷς καὶ θήλειαι ἐγκατελέγοντο: ὡς ἄρρενες, ἐφιππάζουσαι: καὶ τοῖς ἐφεστρίσιν οὐ συμβάδην τὼ πόδε διαχαλάσαι: ἀλλὰ περιβάδην ἀνέδην ἐποχούμεναι: καὶ κοντοφόροι, καὶ ὁπλοφόροι, κατ' ἄνδρας ἐσθούμεναι: καὶ ἀνδρεῖον πολὺ περικείμεναι: αἳ καὶ ὅλως ἀρρενικὸν ἔβλεπον: καὶ ὑπὲρ τὰς ἀμαζόνας ἐρρώνυντο. *Equitabant vnà mulieres, diuaricatis in ſellis pedibus, vt viri: armatæ, haſtatæ, martiali vultu, Amazonibus audaciores.*

VNA inter eas inſignior.

Μία δὲ καὶ ὑπερῆρετο παρ' ἐκείνας, καθάπερ ἄλλη τις πενθεσίλεια: ἥτις ἐκ τοῦ σύροντος χρυσοῦ, καὶ περιρρέοντος τὰς ὤας, καὶ τὰ λώματα τοῦ ἐσθήματος, ΧΡΥΣΟΠΟΥΣ παρωνομάζετο. *Inter quas vna excelluit, tanquam altera Pentheſilia: quæ à fimbria & limbo veſtis auro intertexto Auripes nominabatur. Quænam hæc illuſtris Domina fuit? Non Leonora certè Francica Regina: quia poſterius ſecuta.*

CAVSA huius expeditionis.

Dominici ſepulcri via. *Erat,* τὸ κηρυκανὸν πρόσχημα: καὶ ἡ πρὸς τὰ ἐνθάδε, τῶν σκολιῶν καὶ ἐπιβούλων ὑπάρχειν ἑτοιμασίν, τοῖς ἐκ τοῦ αὐτοῦ γένους ἐκείνοις, ἐφοδευθῆναι τῶν ἱεροσολύμων ἐθέλουσιν ἰέσθαι. *Vt via, quæ antea inſidioſa fuerat, tuta iam popularibus ſuis, qui ad Dominicum ſepulcrum peregrinari vellent, redderetur.*

IMP. MANVELIS in Alemannos inſidiæ.

Hanc cauſam cùm iureiurando veram affirmaſſent: commeatum per legatos petebant ſibi, iumentisq́; ſuis, venalem exponi. Imp. Manuel (ὁ βασιλεὺς μανουὴλ) *re inexpectata territus alio ſuo Regi Conrado benignè reſpondit: inſtitutum laudans: per edicta, vbiq; cibaria & pabulum proponi mandans. Interim ſuo Imperio metuens: ne id in Occidentem translaturi veniſſent. Romanas legiones conuocat: cum Senatu ſuo liberat: quartæ latinorum copiæ, quàm armis inſtructæ, quàm truces & ſanguinariæ, quàm formidabiles, irruerint, commemorat. Id eſt,* τῆς ἐπῆς τὸ πολὺ καὶ ταλλί- *Manuelis metus de ſuo imperio.*

γε: τὸ ὁπλιτικόν, ὅσον, διασαφεῖ: τὰς πλευροτέρας μοίρας παρίστησι τὸ μυριανδρεῖ: τὸ πάγχαλκον περιλαλεῖ: καὶ τὸ φόνιον τὸ πῦρ τῶν ὀμμάτων ἅπαντας ἐκλέπειν: καὶ τοῖς χώμασιν ἐπαγάλλεσθαι, ὡς ὑδάτων ῥεύμασιν ὑδάτων ἑτέρων. *Turres deinde & propugnacula vrbis, inſtaurat: exercitui thoraces & loricas* (χιτῶνας φολιδωτοὺς) *haſtas & gladios, equos & pecuniam, dat: militum partim in mœnibus diſponit: cæteros exercitum Alemannorum ponè ſequi iubet, à prædationibus cohercendi cauſâ: nihil tamen hoſtiliter facere. Ac fuiſſent alicubi pugnæ ortæ circa Philippopolim: niſi eius ciuitatis Antiſtes Michael Italicus, vir eloquens & ſuauis* (τὸ ἦθος ἐπαγωγότατος, καὶ λίθος ἄντικρυς μάγνησσα) *Regem Conradum concitatum* (τὸν ὑψηλοφρονα ῥῆγα) *mitigaſſet. Attamen cùm Adrianopolin ventum eſſet: ibi cognatus quidam Conradi ægrotans manſit: quem improbi quidam Romani, rapinæ inhiantes, vnà cum diuerſorio viuum combuſſerunt. Quo cognito: Conradus vltionem nepoti ſuo Friderico* (τῷ ἀδελφιδῷ) *mandauit. Qui vt homo naturâ ferox, & irâ æſtuans* (φρενηματίας, καὶ τῷ πάθει κεκινημένος) *reuerſus, Monaſterium, vbi ægrotus decubuerat, combuſſit: ac pœnas de raptoribus ſumpſit. Vnde pugna eſt orta: ſed pacatus eſt Fridericus à Pruſucho quodam.*

MELAS fluuius, in Alemannos exundans.

Cùm in Chœrobachorum (τῶν χοιροβάκχων. *Friſingenſis oppidum Cherouach vocat*) *planitiem veniſſent: caſtra ibi locarunt. (Quem locum mirificè Friſing. ab amœnitate commendat: vbi D.* *Inundatio in Alemannos.* *virginis ortum, 8 die Septemb. celebrare voluerint) Tum riuus, qui campum perfluit nocturnis auctus imbribus: & longè lateq; effuſus: viros, equos, arma, miſerabiliter (malo futurorum omine) inuoluit. Nec proderat ipſis corporum proceritas: neq; aliàs inuicta bello dextra.* οὐ τὸ τῆς ἡλικίας γαλιαῖον μικροῦ, καὶ πελώριον, οὐδ' ἡ μάχης ἀκόρητος δεξιά, αὐτοῖς εἰς ἀποφυγὴν ἐπήρκεσε τοῦ κακοῦ. *Videres alios natantes (inquit Friſing. qui præſens vidit) alios, equis adhærentes: alios, funibus tractos: alios, vi fluminis abreptos. Quidam ergo (inter quos & Otho hic) in tentoria Ducis Friderici confugiebant, vt tutiora: quoniam, in latere montis poſita. Heu. An non illa quoq; Auripes, & aliæ*

aliæ Amazones ſummerſæ? Neſcio. Spero, propter generis nobilitatem in tutiore loco fuiſſe. Nulla earum amplius fit mentio. Non rediiſſe in patriam exiſtimo.

Regis CONRADI aduentus Conſtantinopolin, in Aſiam tranſitus.

Triſtiſſimus erat, & plurimi damni, ad aſpiciendum, caſus hic poſtridie, aquis ſedatis. Quo caſu Conradus conſternatus, & de ferocia nonnihil remiſſior factus (κατώδυνος τῷ συμβάντι, καὶ καθυφεὶς τι τοῦ κόμπου βραχύ) *ad vrbem imperatricem* (πρὸς τὴν βασιλεύουσαν πόλιν) *feſtinauit. Iam reperio, magno aſtu ipſum eò perueniſſe: ac benè ab Emmanuele exceptum fuiſſe (egregiâ nimirum fraudulenti affinis ſimulatione) cum quo & de Imperio, & de Turcis, conſilia tractauerit. Sed ſtatim exercitum traijcere coactus eſt in Aſiam, Choniata teſte. Æmylius verò lib. 5. Latinus Auguſtus inquit, ab Auguſto Græco amplè magnificeq́ exceptus: tot bellatorum agmine ſubmixus, moraq́ impatiens, in Aſiam Boſporo Thracio (brachio S. Georgij) tranſijt. Itaque omne nauigiorum genus, in transducendis Alemannis occupatum fuit. Quorum tanta multitudo erat: vt, quamuis Manuel Scribas, qui annotarent numerum, conſtituiſſet: illi labore victi, re infecta diſcederent.* Traiectio copiarum in Aſiam.

Francorum ſiue Gallorum eòdem expeditio.

Francus Rex Ludouicus (auctore Æmylio) idibus Maijs profectus: iter per Germaniam, atq́ inde, qua præceſſerat Auguſtus, faciebat, cum Franciæ delecta iuuentute: in comitatu habens LEONORAM vxorem, VVilhelmi Pictauienſis filiam: quòd & à viro Rege diuelli nolle ſe diceret: & videre optabat patruum Raimundum, Antiochenſium Principem (Choniata Petebinum vocat: id eſt, Raimundum Pictauium) à quo venerant Oratores cum muneribus precibusq́: vt maturaretur, antequam res Latinorum in Syria peſſum irent. Claſſis etiam in Prouinciæ portubus parata: vt præteruecta Italiæ oram, in Orientem, quo Rex iuberet, transmitteret. Ibi Græcus rurſum ei de commeatu prouidere ſed malignè. Ludouicus Gall. R. eâdem via in Thraciam deſcendit. Petebinus.

IMP. MANVELIS in Alemannos & Francos perfidia.

Scribitur à quibuſdam (etiam à Choniata) gypſum pertritum (τίτανον) *à Græcis immiſtum fuiſſe farinæ: quo cum pernicie certa Latini veſcerentur. Sequentia quoque idem ſcribit Choniata: vir non alieno animo à Germanis, nec à iuſtitia.* Manuelis Imp. malignitas in Latinos.

In locis opportunis inſidias, inquit, Latinis Manuel collocabat, in locis anguſtis: vbi non paucos ex ijs exercitibus interimebat.

Ciues, portis clauſis (τὰς πύλας τῶν πόλεων ἐπιζυγοῦντες) *nihil vendebant Alemannis: aut funes de mœnibus demittentes, pecuniam illorum prius ſubtrahebant* (ἀνιμῶντες) *deinde aut paulum quid panis aliarumuè rerum, aut prorſus nihil, demittebant, ſed euaneſcebant. Quibus iniurijs illi exacerbati, vindicem Dei oculum* (τὸν παντέφορον ὀφθαλμόν) *in eos inuocabant: qui in aduenas, eiuſdemque religionis* (ὡς ἐπήλυδας καὶ ὁμοπίστους) *tam iniuſti eſſent. At etiam ex improbo argento monetam cudit Manuel iſte: quæ Latinis illis, qui aliquid venditurì eſſent, daretur.*

Καὶ συντόμως εἰπεῖν, οὐδὲν ἀπῆν τῶν δεινῶν (concludit Choniata) ὃ οὐκ ἂν ἐπιτεχνώμενος αὐτοῖς ὁ βασιλεύς, καὶ τοῖς ἄλλοις διακελευόμενος· ὡς ἂν ἐκ ταύτης τοῖς ἐξ αὐτῶν ὀψιγόνοις μνημεῖα δύνηθεν ἀνεξάλειπτα, καὶ δίκης σπέρματα· τὴν κατὰ Ῥωμαίων ἐπιχειροῦντα κίνησιν. *Breuiter vt dicam (conuertit clarus Hieron. VVolfius, ὁ μακαρίτης ἡμῶν φίλος) nullum mali genus fuit: quod imperator non vel ipſe in eos machinaretur: vel alijs machinandi auctor eſſet: vt ſcilicet eorum poſteri, perpetuis monimentis ab inuadendis Romanis deterrerentur. Idem & Turcos facere, literis inſtigauit. At pulchra merces Comnenis tempore ſequenti à Turcis repenſa eſt: & Turcica Græcis ſeruitus dura iam diu incumbit: Germanis beneficio Dei, ſuam adhuc libertatem tenentibus. Metuebat Græcus, ne Occidentis Imperator, Orientem Occidenti reſtitueret in vnum Imperium, ſicut antiquis temporibus fuerat. At nihil à Conrado, viro iuſto & veraci, metuendum erat: & quod Græci à Germanis & Italis metuebant: hoc eis poſterius à Turcis, cum quibus contra noſtros interdum colludebant, accidit. Ita iniuſtitia ſuam ſibi tandem mercedem inuenit.* Cauſa illius perfidiæ.

Geſtum in Hiſpania.

Fuerat naualis etiam Germanorum exercitus (teſte Sigon.) aduerſus Occidentales Saracenos paratus. Qui cùm 5. Calend. Maij Coloniâ diſceſſiſſet: 14. Calend. Iun. in Angliam venit: vbi ducentas ſibi Flandricas & Anglicas naues adiunxit. Hæc claſſis cùm in Hiſpaniam veniſſet: rogatu Galliciæ Regis cui multas iniurias ex Portugalia Saraceni inferebant, Vlyſſiponem obſedit,

Vlyſſiponis, Hiſpanienſis vrbis deditio. *ipſo adiuuante. Qua vrbe 12. Calend. Nouemb. deditâ: Germani cæteriq́, ingenti relata præda, domum ſe recepêre.*

CONRADI CAESARIS Turcica ad flumen Phrygiæ aut Lydiæ Mæandrum victoria, vt vult Choniata.

Mæander fl. *Cùm Cæſar ad fluuium Mæandrum eſſet (quem Choniata* ἀγκυλοῤῥόαν, *tortuoſum, nominat: qui etiam* Μίνιγος *vocatur) Turcæ in aduerſis ripis ſtabant: vt ipſum tranſitu probiberent. Ipſe, poſtridie manè ante ortum Solis, inſtructa acie (ſicut & Barbari trans flumen) ſtans: ſuos ad fortiter pugnandum animabat.* *Cohortatio militaris.* *Propter Chriſti gloriam, non noſtram, inquit, hanc longinquam & periculoſam expeditionem ſuſcepimus qui domi manere, & magni ac beati eſſe poteramus, cum noſtris chariſſimis. Nunc verò frigora, æſtum, famem, quæuis pericula ſubiuimus: terram pro lecto, cælum pro tecto, habentes: quamuis nobiles, illuſtres, diuites, inclyti.* (θάλψεσι προσταλαιπωροῦμεν, κινδύνοις παραβαλλόμεθα, λιμῷ τηκόμεθα, κρυμῷ πηγνύμεθα, θαλπωρῇ ἐκλυόμεθα· στρωμνὴν ἔχοντες τὴν γῆν, στέγην τὸν οὐρανὸν, οἱ εὐγενεῖς, οἱ εὐπάτριδες, οἱ ἐπὶ δόξῃ καὶ πλούτῳ.) *Quare, ſi ſcitis, quàm crudelia iſti corde incircumciſi, in noſtros populares patrent: pugnate, fortiſſimi milites, nunc in eos animosè. Si Chriſtus pro nobis mortuus eſt: quantò magis nos pro illo mortem oppetamus? Iam, quia fluuius hic non, niſi noua ratione, tranſiri poteſt: cum acie condenſata, ſimul vno impetu, ceu vno corpore, perrumpamus. Dictum, ac factum.* *Strages barbarorum.* *Tum tanta cædes Barbarorum eſt edita: vt ex oſſibus tumuli, ceu colles* (κατὰ τὰ ἀνεστηκότα γεώλοφα) *erecti ſint: quos Choniata à ſe quoque cum admiratione, poſterius ſpectatos eſſe ait. Hæc ipſe Conrado noſtro tribuit: Guil. verò Tyrius lib. 16. cap. 24. Ludouico, Regi Gallorum, anno 1147. Sic & Æmylius: quod ſcilicet Germanus Auguſtus, ex itinere (ab Epheſo) Conſtantinopolin rediiſſet (vix cum decima parte copiarum) nulla re effecta: eò quòd longè paratiores Turcarum res, quàm initiò putaſſet, inueniſſet: & Latinorum, degeneres.* *Conradi R. Conſtantinopolin reditus.* *Tunc apud affinem, Græcum Auguſtum (viuente adhuc eius Alemanna coniuge Bertha, vel Irena) per aliquot menſes manſit: maiore humanitate res Germanorum acciſas proſequentem, quàm integras coluiſſet. A quo antea Francus quoque, ſiue Gallus, cùm Conſtantipolin veniſſet ſummis honoribus fuerat affectus: atque inde in Aſiam tranſcenderat: iuſſa claſſe ſua, à Cartyra Rhodum dirigere curſum.* *Fridericus edocet de Græcorum fraudibus Ludouicum Francum.* *Tum ad eum venerat Fridericus, à Conrado R. miſſus, cum eo occulte colloquẽs: miræ indolis adoleſcens, poſtea Imperator. Hic per ſuos Francis indicarat de fraude Græcorum (à Manuele adiunctorum (à quibus in ſolitudines ſeducti fuiſſent: ac ferè in manus hoſtium traditi: locorum ignari, & re frumentaria deſtituti: quam illi promiſiſſent quidem: ſed occulta ſe fuga è caſtris proripuiſſent. Ergo veſtra, inquit, virtus tutior erit, caſu noſtro edocta. Tanta perfidia eſt harum gentium.*

Guil. Tyrius lib. 16.

Imperatoris nomen ſibi Græcus ſolis vendicabat. *Malum omne Teutonicis Manuel ſtruxit: quòd omne ipſorum incrementum oderat. Moleſtè ferebant Græci: quòd illorum Rex, ſe Romanorum vocabat Imperatorem: quia hunc titulum ſuo tantum Imperatori conuenire putabant.*

RATIO SARACENORVM, VEL TVRCArum, pugnandi.

Imperator noſter tranſcurrerat tractum Nicomediæ & Nicææ. Iconium tendebat vniuerſus exercitus: ducebatur in loca incommoda à Miniſtris Manuelis (vt modò dictum eſt) qui perfide noctu aufugerunt, relictis Alemannis in ſolitudine, longè ab Iconio, Cappadociam verſus. *Turcica pugnandi ratio.* *Tunc Barbari in noſtros irruerunt: fame, laſſitudine viæ, pondere armorum, grauatos. Irruerunt velocibus equis, ſagittarum grandine impetentes: noſtrorum gladios ſua velocitate declinantes. Quoties noſtri in ipſorum aciem impetum faciebant; ipſi, diſſolutis agminibus, eorum conatus eludebant, in diuerſa auolantes. Noſtris, in caſtra ſe recipientibus: rurſus inſtabant.*

DE MAVLBRVNNENSI MONASTERIO.

Item de HÆRRENALBENSI.

CAPVT VIII.

Poſt res bellicas, ad Eccleſiaſticas conuertemur, duo inſignia Monaſteria, in hoc capite conſtituentes.

COENOBIVM MVLBRVNNENSE.

Anno 1148. Mulbrunnenſe Monaſterium præpotens Ciſtertienſis ordinis, penè medio inter Pfortzhaim. Badenſiũ Marchionũ, & Palatinorũ Rheni Brettã, itinere ſitũ: atq; à proximo fonte ſic no-

ſic nominatum: fundatum eſt 18. Cal. April. à Spirenſi Epiſcopo Gunthero Comite Lyningenſi: Ad quam fundationem nobilis vir, VValtherus de Lammerſchaim, primò contulerat prædium Erkenvvileram: vt ibi conderetur hoc cœnobium. Sed propter loci anguſtiam, aquarumque penuriam, alibi incboatum & perfectum eſt. Qui VValtherus, relicto ſeculo, monaſticum induit cucullam: reliquam vitam ſuam in ea ibi traduxit: atque in Choro conuerſorum humatus eſt. Guntherus verò Spirenſis, Senatu ſuo conſentiente, villis & curtibus aliquot Monaſterium donauit: atque ipſe quoq; vt voluit, ita in Baſilicæ eius choro ſepultus eſt. Eius anniuerſarius dies, quotannis ab Abbate & conuentu 17. Cal Septemb. celebrari ſolebat. Hæc, in hanc ſententiam Bruſchius. Sed literæ, quas nactus ſum à M. Georgio Schroppio (Studioſo tunc apud nos iuuene: reuer. Abbatis Mulbrunnenſis Iacobi F.) in tabula tantùm populari ſermone ſcriptæ, ſic loquuntur.

Maulbrunnenſis cœnobij fundatio.

Lamersbaimű. VValtherus.

Wir Guntherus/ von Gottes gnaden Biſchoff zu Speir/ thun kundt allen Menſchen die gegenwürtig vnd zukünfftig ſeyn: daß der Erſam Ritter / vnnd geborner Freyherr/ altes Stammens/ beds Vatters vnd Mutter/ Herr Walther von Lammershaim/ züchtig in Sitten/ ſehr ſträng in Waffen/ bewegt ward von Göttlichem einſprächen / zu den gezeiten: als man zahlt tauſent/ ein hundert/ ſiebenvñviertzig jar/ von Chriſto geburt: ſich vnd all ſein Gut/ Gott in ſeinen Dienſt zuopffern/ in ein Gaiſtlich Leben/ vmb ſeiner Seele ewigs Hails willen/ vnd aller Nachkömenden in einbeyzaichen. Darumb ſein andächtige Mainung zu volbringen/ bat er fleiſſigklich/ wainende vnd flehende/ den Erſamen gaiſtlichen Vatter vnnd Abtherrn Vlrichen deß Cloſters Neuwenburg/ vmb ein Conuent: vnd erwarb mit ſeinem ſträngen Gebät: von jhm einen Erbarn Münch/ Herr Dieterich genandt/ zu einem Fürwäſer ſeines Gotteshauß/ mit *XII.* München/ vnnd etlichen Laibrüdern / zu bauwen ein Abtey auff ſeiner eygnen Marck / Eckenwiler deß Dorffs/ bey Lammershaim gelegen: daß er darzu gab mit allen ſeinen zugehörden: vnnd ergab ſich mit gelübde ewige Keuſchheit/ in die gemeinſchafft der gaiſtlichen Brüder: vnd nam an ſich den heyligen Orden: vnnd ward ein Laibruder jhrs Ordens bey jhnen. Vnd da fiengen ſie an zubauwen ein Cloſter. Aber kurtzlich darnach / ehe ſie ein Jahr da waren/ wurden ſie mercken: das derſelben Stadt gelegenheit jnen was ſehr vnbequemb/ von gebräſten mancherley Clöſterlichen zugehörden/ vnnd nothturfft. Hierumb ſo kam der obgenandte Freyherr Walther von Lammerſchaim / mit Herr Dieterich dem vorgenandten Abt/ zu vns in Rahtsweiß: vnnd baten vuns / daß wir vmb Gottes Ehr wölten jhren Conuent beſehen. Alſo gewärten wir ſie jhres fleiſſigen Gebets: vnnd beſahen jhr Geiſtliche ſamlung. Da funden wir die Stadt gantz vngeſchickt/ vnnd vneben Clöſterlicher gelegenheit. Darumb ſo gaben wir jhnen/ vmb jhres Gebets wegen/ gar ein geſchickte vnnd abgeſchaidne Stadt / auff vnſerm Grund vnd Böden / MAVLBRVNN genandt/ da zu bauwen vnd ſtifften jre Cloſter. Die Statt war gantz wild/ wüſt/ vngebauwet/ vnd ſehr ſorglich von wegen der Mörder: Die da mordten ſtätiglich: denen doch die Brüder getrauweten/ mit Gottes hülff zuwider ſtehn.

Eckenweiler.

Vnd als man zahlt von Chriſtus Geburt/ ein tauſent/ ein hundert/ vñ achtvnd viertzig jar: da fiengen ſie an Maulbrunn zu bauwen. Vnd zu den zeiten deß Durchleuchtigſten ehrwirdigen Keyſers Herrn Friderichs/ ward diß Münſter geweyhet von dem Ehrwürdigen Herrn Arnold/ Ertzbiſchoff zu Trier: in die Ehr Chriſti/ vnd ſeiner würdigen Gebererin Maria/ vnd S. Niclaus/ deß heiligen Biſchoffs.

Arnoldus hic (vt Merſæus ſcribit) Coloniæ apud D. Andream Præpoſitus, Imp. Friderici interpellatione, à Clero populoq; creatus eſt Treuirenſis Epiſcopus, anno 1170. & obijt 1188.

Præcedentibus adiuncta.

Die Kirchweyhung geſchach an dem viertzehenden Tag deß Meyens/ vnder dem Ehrſamen Herrn / Herrn Dieterich erſten Abt dieſer Statt / Anno Domini M. C. LXXVIII. Auch iſt zu wiſſen / daß der ehrſam Ritter Herr Walther obgenandt/ Conuers diß Kloſters/ der dieſe ſamblungen zu erſt ſtifften vnnd bauwen was: mit hülff vnnd ſteuwr deß Ehrwürdigen Herren/ Herren Gunthers Biſchoffs zu Speyr/ vnd Graffen von Leiningen/ ligt begraben in der Laienbrüder Chor: vnd ſein Mitſtiffter Herr Gunther obgenandt/ ligt begraben in der Prieſter Chor/ vor dem Fron Altar. Deren Seelen vnd aller/ die jhr ſteuwr haben gethan zu dieſem Gottshauß / vnd allen Gläubigen Seelen/ ruhen in Frieden/ Amen.

Conſecratio Eccleſiæ.

„ Gemacht vnd geſchrieben iſt dieſe Tafel / in dem ſeeligen gülden Jar/von Chriſti „ geburt M. CCCC L. vnder dem ehrwürdigen Herrn / Herrn Berchtold Abt diß Clo„ ſters/in dem ſechſten Jar der Abtey/zu einer ewigen gedächtnuß der erſten ſtiffter. Auff „ ein newes ernewert ward/den 7. Tag Maij: als man zalt 1575. Jar.

Tabula Dextri lateris.

Anno milleno,centeno bis minus vno,
ſub patre Ruperto creuit Ciſtertius ordo.
Spiræ Guntherus poſt hæc,Præſul venerandus,
Lyningen celebri de Comitum genere:
ipſeq; VValtherus de Lammersheim benè natus:
Quippe virum genuit liber vterque Parens.
Qui ſeclo valedans, ſub Diethero Monachizans,
fiens conuerſus, ſe tribuitq; ſua:
Anno milleno,C ſemel duo de quadrageno,
Appril ter ternis hunc fundauêre Calendis
Terreſtrem Maulbrun.Hunc cœleſtem paradiſum
poßiderat,Domino gratificante pio.
Deniq; milleno, tetra C, dûo X.quater vno,
patre ſub Alberto,pingitur hic paries:
Per quem teſtudo præcelſior,& lateralis
ſunt quoq; perfectæ taliter Eccleſiæ:
Conuerſis operis Berchtold Vlrichq; Magiſtris,
alter depictat,ſed prior ædificat:
Virginis ad laudem matris prolisq; perenne:
qui ſocient patriæ nos hilares latriæ.

In fronte huius tabulæ.

Suſcipe Guntheri virgo cum prole Maria,
nec non VValtheri, ſic duo vota pia.

Monumentum ad dextram.

Præſul Guntherus, pater eſt fundaminis huius.

Ad ſiniſtram.

Vlricus poſitus Spirenſis Epiſcopus hîc eſt.

Hunc Vlricum puto eſſe eum: qui 1168 in Italia peſte obijt,in caſtris Barbaroſſæ. Fuit & Vdalricus 2. Epiſcopus Spiræ, Rechbergius: qui obijt 1192.

SEPVLTVRAE QVAEDAM PRAETEREA, IN hoc Monaſterio.

Anno Domini 1276. idibus Iun. Obijt ſoror Mergardis huius amica domus.

Anno 1345. vigilia Thomæ, Obijt Elena, Domina Suerin ciuis Spirenſis: anima cuius in pace quieſcat.

Anno 1408. nonis Febru. Obijt venerabilis Magiſter de VValtorff, Sacerdos & Phyſicus: huius cœnobij fidelis amicus.

Anno 1420. Obijt Elina, virgo de Spira, fautrix huius Monaſterij.

Anno 1428. Eliſabeth, virgo de Spira.

Anno 1431. pridie Calend. Auguſt. Juncker Leonhard von Sickingen/Herr Schweikants Sohn/Voit zu Bretten.

Anno 1418. 4. Aug. Juncker Leonhard von Sickingen/Herr Schweikants Sohn/ Voit zu Bretten. Voit / Vogt.

Anno 1531. Comes Helffenſtainius Rudolphus, 1. Iann. ætatis ſuæ. 18. anno.

Nobiles quoque de Remchingen, & Sternenfels, & Comes Vaihingenſis, ibi ſepulti. Puella denique Hedvvig de Durmentz. Præceptor eiusdem collegij fuit 1557. Conradus VVeißius hodie 1592.

Herrnalbenſis Abbas. Inter Diſcipulos ibi vixit 1564. Ægidius Hunnius VVaiblingenſis: hodie VVitembergæ Theologus.

MVLBRVNNENSES ABBATES: A DOCTO IVVENE, IOANne, VVellio Kirchoteçcenſi, mihi comparati.

Maulbrunnenſes Abbates.

1. *Dietherus, 1147. aſſumptus cum primo conuentu, ex Noui caſtri prope Haganoam Monaſterio. Sub eo dedicata eſt Baſilica Mulbrunnenſis à Treuirenſi Archiepiſcopo Arnoldo, Pontificio tunc legato. Cuius dedicationis Feſtum celebratur pridie Non. Maij.*

2. *Conradus.* 1203. & 1216.

2. *Bertholdus.* 1250.

4. *G. Circa.* 1254.

5. *Albertus.* 1268.

6. *Eggelardus.* 1269. *obijt* 1273. 3. *idus April. Iſte Noui caſtri fuerat venerabilis Abbas.*

7. *Hildebrandus, circa.* 1276.

8. *Sigefridus.*

9. *Vlhardus.* 1388.

10. *Henricus, circa.* 1304.

11. *Albertus, circa.* 1306.

12. *Conradus de Thalhaim, circa.* 1330. *obijt* 1365. *Feſto Sim. & Iudæ.*

13. *Vlricus de Nordlingen.* 1368. *obijt* 1374.

14. *Ioannes de Rhorvvila, circa* 1373. *obijt* 1377. *Vlrico reſignanti ſucceſſerat. Primus Monaſterium muro cinxit, contra incurſationes hoſtiles.*

15. *Albertus de Riexingen. Electus.* 1377. *obijt* 1386. 15. *Cal. Ianuarij.*

16. *Henricus de Rienyngen, villa Ducatus VVirtēbergici. Multa domui ſacra emit: multa ædificauit: vt, Sacellū portæ, domū Abbatialē, domū Burſarij, ſiue Oeconomi. Ob.* 1402. 17. *Ca. Aug.*

17. *Albertus de Ottesheim.* 1402. *Interfuit concilio Conſtantienſi. Obijt* 1428. 3. *Cal. Iun. Ottershaim, villa Monaſterij, in propinquo. Fuit ipſe, Magiſter Scholæ Pragenſis: & benè de hoc cœnobio meritus eſt.*

18. *Gerungus de VViltperg.* 1428. *Obijt* 1430. *Nouemb.* 20.

19. *N de Boyngen.* 1431. *Synod. Baſilienſi interfuit.*

20. *Ioannes de Geylenhuſen. Legatus concilij Baſil. ad Bohemos reuocādos fuit. Obijt* 1443. *Fuerat antea ex Carthuſiano Prior factus in Ciſtercienſi Monaſterio Stamſa. Conſtruxit Valetudinarium, vel Noſodocheum. Reſignauit tandem, vt moleſtijs liber eſſet.*

21. *Ioannes de VVormacia, circa.* 1443. *Sub quo turris vineæ proxima, facta eſt.*

22. *Berchtoldus de Roßvvagen proxima Monaſterij villa.* 1445. *Habuit centum Monachos profeſſos. Sub eo Pius* 2. *Pontifex, Mulbrunnenſi Adroni ſubiecit (ex Abbatia in Prioratū commutans) Monaſterium de Paris: in Pedemontis Vogeſi (vbi Alſatica & Lotharingica montana) ſitum: negligentiâ Abbatum, & quorundam nobilium Monachorum, collapſum propè, & ad extremam paupertatem redactum: anno* 1453. *omnibus bonis vel diſtractis, vel oppigneratis. Itaq; hic Abbas, iuſſu Pontificis illuc profectus: ad ordinis obſeruantiam reuocauit: & oppignerata redemit. Obijt: ſalutari viatico, manibus Cantoris oblato, promptè percepto, manibus fratrū ſuffultus.*

Paris Monaſter. ad Vogeſum.

23. *Ioannes de VVinshaim, Licentiatus S. Theologiæ, prædicator aßiduus Obi.* 1467. *id. Iu.*

24. *Nicolaus de Bretten* 1468. *Obijt* 1475. *Diſtichon Elegiacon ex Epithaphio eius.*

Me cedere fecit podagræ noxia lues: nec amplius luſtro patitur eſſe patrem.

25. *Albertus, circa.* 1473.

26. *Ioannes Rieſcher de Landerburg.* 1476. *obijt* 1506. 15. *Cal. Iunij.*

27. *Stephanus Oetinger. Obijt* 1492.

28. *Ioannes cognomento Burrhus, Brettanus Palatinus, qui viuū ſe virtutis exemplū fratribus exhibuit: quorū centū ſub ſe habuit. Quibus cùm æquo rigidior videretur: Abbatia ei* 1503. *A* 7. *Cal. Feb. (etſi proximâ nocte antè cū terra vbiq; glacie niuibusq; contecta eſſet: horribilia fulgura & tonitrua extitiſſent: ideoq; cunctis campanis ſonitus cōtrà excitatus fuiſſet) abrogata eſt: ſed* 1516. *anno reſtituta: cui adhuc* 5. *annos præfuit fideliter: quibus inſigne Bibliothecæ opus conſtruxit. Erat iam Monaſterium ſub Vlrico VVirtembergenſi Duce, bello Bauarico partum.*

Tonitrua in Ianuario.

29. *Ioannes Omſterus, circ.* 1503.

30. *Michaël Scholl, circ.* 1510. *Sub quo Templum, Periſtylium, & alia ſunt renouata.*

31. *Ioan. Entenfus. Electus,* 1512. *ob.* 1525. *prid. nonas Feb. Natus de Euuisheim. Sub eo ædificata eſt habitatio Principis, vel Hypocauſtum Dominorum: & balneum, ac cœnaculum. Item ab ipſo, & duobus anteceſſoribus, ſacellum horti. Vnde hortus is dicitur Cappelgart.*

Lintzingen. 32. *Ioannes de Lintzingen, proxima Monaſterij villa, ſucceſſit 1521. 7. Calend. Maij: Theologiæ ex Haidelbergenſi gymnaſio Bacealaureus. Is VVirtembergico Principi (repurgata in Ducatu religione) cedens, aliquandiu in Heluetico (olim Alemannico, in Zurichgouia) Solitariorum cœnobio ſe ſuſtentauit. Obijt 13. Cal. Aug. 1547.*

33. *Henricus Reuter Nordlingenſis ſubſtitutus demortuo Ioanni: Prior antehac 20. A. in Pariſino Vogeſi Monaſterio. Hic, Carolo V. victore Principum Germaniæ in Monaſterio, Monachorum numerum aliquem & diſciplinam (multi enim cucullam abiecerant, Euangelium amplexi) reſtituere ſatagebat. Interfuit in Iubilao anno comitijs Imperij Auguſtanis. Obijt 1557.*

34. *Ioannes de VVaiblinga, dictus* Senger/*per ſemeſtre Abbas. Obijt 1557. Stutgardiæ.*

Poſt id tempus, doctrinâ Euangelica vires reſumente, puræ Religionis Abbates ibi præfuerunt: nempe 1. Ioannes Epplinus.

2. *Valentinus Vannius Beilſtainenſis: ex Parocho Catnſtadienſi, primus vxoratus: 1567. mortuus, Aug. 27.*

3. *Ioannes Mageirus Backmangenſis: qui M. Baltaſaro Bidenbachio, Stutgardiano Præpoſito, mortuo 1578. ſucceſſit: & adhuc ſapienter fideliterq́, officio Stutgardiæ fungitur.*

4. *Iacobus Schroppius, adhuc cum dignitate præſidens. Fuerat is primò Monachus huius loci, & aliquandiu Prior: deinde, Abbas Kynigsbrunnenſis: tum, præpoſitus Denckendorffenſis.*

HAERRENALBENSE COENOBIVM.

VIDIMVS Literarum (teſtimonium de veritate earum) fundatoris Berchtoldi: & approbatio donationis bonorum Monaſterio facta. Ex Membr. ad verbum & ſcripturam.

Anno {1148. / 1270.} *Differentia 122. annorum.*

Eberſtein. „
Otho ſenior. „ *Nos Otto ſenior, Dominus in* Eberſtain/*per preſens ſcriptum notum fieri volumus: quòd*
„ *vidimus priuilegium progenitoris noſtri Bertholdi, quondam Domini de* Eberſtein *bone memo-*
„ *rie, conceſſum ſiue datum cenobio de Alba ſpireum dyoceſis Cyſtertienſis ordinis, ſuper libertate*
„ *& donatione bonorum in Otterſvvilre, & quorundam hominum: cum quibus ipſum cœnobium*
„ *tempore fundationis fuit ab ipſo dotatum, cum alijs bonis vniuerſis, in ipſo priuilegio conſcriptis: ip-*
„ *ſumq́ priuilegium inuenimus cum ſigillo autentico integrum & legale nec in parte aliqua vitioſum:*
„ *eiusq́ tenorem pleno intellectu recollegimus, in hæc verba.* IN NOMINE DOMINI, *Amen.*

Bertholdi Eberſteinij priuilegium. *NOS BERTHLDVS, Dominus de* Eberſtein: *accedente conſilio & conſenſu dilecte coniugis noſtre, voce & heredum noſtrorum, inſtinctu diuino Deum nobis heredem facere cupientes, Monaſterium in Alba Cyſtertienſis ordinis, Spirenſis dyõc. in remedium anime noſtre, & animarum coniugis & heredum predictorum, fundauimus & dotauimus cum bonis infra ſcriptis: ſub eodem iure & libertate, ſecundum quod loca pia, & Deo dicata, predicti ordinis fundari & dotari conſueuerunt debite, ex antiquo: venerabili Domino Gunthero Epiſcopo, & Capitulo Spirenſis Eccleſie, prebentibus ſuper hoc conſilium, beneplacitum, & conſenſum. Preſente etiam tunc B. Abbate Noui caſtri Cyſtertienſis ordinis, Argent. dyõc: de cuius conſilio, tamquam patris ſpiritalis, dicta fundatio eſt inchoata: & ipſum Monaſterium incorporatum ordini memorato: & tanquã filia domui de Nouo caſtro ſubiectum ſecundum ſtatuta ordinis prelibati. Sunt autem hæc bona, que contulimus ipſi clauſtro, quod fundauimus. Videlicet bona noſtra in Otterſvvilre, cum ſuis pertinentijs vniuerſis. hominibus. agris. pratis paſcuis. ſiluis. aquis. & alijs almeindis. cum eodem iure, honore, vtilitate, & libertate: ſicut ad nos hactenus pertinebant.*

Item contulimus clauſtro in Alba memorato, ad vſus fratrum ibidem in perpetuum degentium, montes. valles. ſiluas. cum pertinentijs vniuerſis. videlicet paſcuis. patris. agris, cultis et incultis aquis, & aquarum decurſibus. boſcho & plano. vijs & inuijs. itibus & reditibus. vtilitatibus cunctis. queſitis & inqueſitis. videlicet geſuochet vnde vngeſuochet. *ſine qualibet exceptione, vel contradictione cuiuſcunq́. cum omni iure & libertate ſicut ad nos hactenus pertinebant circa ipſum Monaſterium. dextroſum. ſiniſtroſum. retrorſum & antrorſum ſita. ſecundum terminos ſubnotatos. In primis ad auſtrum ſiue meridiem inchoantes, primum terminum poſuimus montem:*
Alba fl. *qui eſt ſuper vallem, quæ dicitur ALBETAL: & vbi fluuius ALBA oritur. Ab ea videlicet parte montis, vbi nix liqueſcendo verſus prædictum fontẽ deſcendit ad ima. Et ſic terminus ductu fluuij Albe pertingit in Rintbach: ibiq́ ad leuam ſe retroflectens per aſcenſum Rintbach, tendit verſus Occidentem: ad eum locũ, vbi confluunt VVidelbach & Rintpach. Item vlterius fluuium Rintpach aſcendendo ad cliuoſa montis, ſibi à ſiniſtris adiacentis cacumina pertingit. Et partem ipſius*

montis,

montis, prædicti monaſterij vſibus tradidimus ab ea parte: vbi nix liquefacta dilabitur ad ima. Item ductu Rintbach, TVVERENbrunnen pertingit. Nec dum quoq; ripam fluuij deferens: ſed fluuio conſumato tranſcendens montis RINBERC Celſitudinem: per cuius etiam longitudinem ſe extendit.: Item ibi retrorſum parumper ſe inflectens ſuper cliuum MICHELNbach pertingit. Deinde verò planè vltra ſupercilium montis, qui dicitur AMEIzerberc, in conuallem venit. Vbi ſecundũ quod à ſuperiori parte per medium conuallis iam dicti montis: & alterius montis, qui dicitur MAHelberc, riuulus confluit & deſcendit, inferius in MOSalbam ſe inclinat. Abhinc autem per montem MITtelberc reducitur recta linea: & reflectitur ad quendã locũ, qui dicitur SMITta. De quo loco per deſcenſum ipſius mõtis, flumine Alba tranſito, in MVLtental ſe porrigit. Rurſum per medium vallis prædictæ aſcendens, pertingit ad fontẽ Rotenſol. Item abhinc ſe extendit ad fontem DOBil verſus orientem. A quo fonte tranſcenſo monte, venit ad fluuium MANnenbach. Dobelvicus.
Iuxta cuius decurſum fluuij venit ad fluuiũ, qui dicitur YACH. Per cuius fluuij aſcenſum pertingit ad montem VVECkesberc. Cuius etiam montis medietatẽ, prædicti Monaſterij vſibus adaptamus ab ea parte: vbi aqua vel nix dilabitur ad ima. Item vlterius à VVeckesberc pertingens per planitiem montis GRIntberc cacumine primo poſiti montis ſuper ALBEtal attingit. Et ſic antenotatus terminus finitur, diſtinctis limitibus metarum, quibus clauſtrum cingitur.

Item contulimus Monaſterio prelibato villam noſtram DOBil cũ vniuerſis ſuis pertinentijs, ſub hac forma videlicet: quòd ſi EBerhardus de Strubenbart, fidelis noſter, qui eandẽ villã à nobis tenet in feodo: & debite recognoſcit, vel ſui heredes in poſterum ceſſerint, vel deceſſerint ſine heredibus maſculis, ex tunc ipſa villa cum ſuis pertinentijs vacare debeat clauſtro iam dicto: perpetuo poſſidenda pacifice, & quiete: omni contradictione in poſterum quieſcente. Item eodem iure, & conditione conſimili, ipſi Monaſterio bona noſtra circa Otterſvvilre: que milites ibidem à nobis tenent in feodo: ipſis defunctis, vel ſuis heredibus: rite damus. Item in fauorem & gratiam, quam nos & noſtra poſteritas habere debemus ad cenobium prefatum: volumus & ſtatuimus, vt ſi quas res conquiſierint in poſterum, ratione donationis, emptionis vel concambij: à noſtris ſucceſſoribus, vaſallis, Miniſterialibus, mancipijs ſeu proprijs hominibus: obtinere liceat fratribus, ibidem Deo ſeruientibus, ſicut per manum noſtram: ſicut & per ſcripta, liberaliter ſunt collata: & eodem iure, & libertate vel vtilitate, in perpetuum valeant poſſidere. Straubenhartus Eberhartus.

Nulli ergo heredum aut ſucceſſorum noſtrorum, vel quorumcunq; hominum, liceat hanc conceſſionis, donationis, & libertatis noſtre paginam infringere: vel ei auſu temerario contraire. Alioqui indignationem omnipotentis Dei, & glorioſe virginis eiuſdem, & noſtram ſe ſentiat incurriſſe. In cuius facti memoriam & robur perpetuò valiturum: preſens Scriptum ſigillo noſtro, ſepedicto Monaſterio dedimus communitum.

Acta ſunt hec anno incarnationis Domini M. C. XLVIII. Indictione XI. Eugenio quoq; ſedi Apoſtolice dignitatis preſidente: C. verò Romani Imperij ſublimitatis gubernacula regente: Gunthero autem predicto, Spirenſis Eccleſie regimini prouidente. Quorum etiam protectioni, Cenobium pretaxatum duximus fideliter in omnibus committendum. Teſtes.

H. Marchio de Baden.
H. Palatinus de Tuingen. Tubing. Palat.
C. Comes de Calvve. Henricus.
E. de Strubenhart. Caluenſis Comes Conradus.
R. & H. de Otterſvvilre.
L. de Buhel.
H. de Merſche.
B. de Mals. Fideles noſtri. Et alij quam plures. Valeant in eternum. Amen.

Nos itaq; Otto ſenior, Dominus de Eberſtein nomine noſtro, & filiorum noſtrorum. Ottonis. VVolframi. Heinrici. & aliorum noſtrorum heredum omnium, ſiue coheredum: dictam donationem, tam libertatis, quàm bonorũ prædictorum, vtpote ritè factam, ratam habentes & gratam, authoritate præſentium renouamus: & ſigilli noſtri appenſione fideliter confirmamus: volentes, vt nullus ſit: qui dictum cenobium, in perſonis ſeu libertate, vel etiam bonis ſuis cunctis, moleſtare aliquatenus debeat, atq; grauare. Qui verò contra hoc fecerit: omnipotentis Dei indignationem & plagam, ſe non ambigat incurſurum. " " " " " " "

Datum apud Albam, Monaſterium prelibatum. Anno Domini M. CC. LXX. Indictione XIII. in paraſcheue Domini. in capitulo Monachorum: conſentiente filio noſtro Ottone, & teſtibus ſubſcriptis præſentibus.

Domino

Domino Cunrado Abbate.
Fratre C. Priore Sepedicti cœnobij.
Domino H. Plebano.
Goſpoteſheim Notario noſtro.
Sunnesheim. *Domino H. de Sunnesheim, milite fideli noſtro.*

Mit ſeidenen Fäden angehängt.



Sigillum viridi cera. albo, cum ſaphiro

Rubra roſa in campo in medio.

Seidene Fäden.

Infrà ſub plica membranæ ſcriptum.

Longæuitas. *Iſte Otto fuit centenarius, quando renouauit literas iſtas: & dixit, quòd viderit fundatores.*

ABBATES ALBAE DOMINORVM.

Herrenalbenſes Abbates.

1. *Dietericus*, 1150.
2. *Vlricus*, 1177. *Al. Eberhardus.*
3. *Conradus de Nouo caſtro, Al. VValtherus.* 1240. — Neuwenburg.
4. *Matthæus*, 1252. *Al. Conradus.*
5. *Marquardus de* Flehingen. *Sorores eius, ibi ſepultæ*, 1346. & 1380.
6. *Henricus.*
7. *Henricus* 2.
8. *Rupertus.*
9. *Marquardus* 2. *qui obijt* 1403. *die Cyriaci Martyris.*
10. *Henricus* 3. *Qui cum præcedentibus, Dietericho, Marquardo, & Ruperto, ſub vno lapide ſepulti ſunt.*
11. *Henricus* 1. *de Magſtat. Electus* 1425. *obijt* 1449. 18. *Kal. Decemb.*
12. *Ioannes de Derdingen. Obijt* 1456. *die Epiphaniæ.*
13. *Ioannes de HorVVa. Obijt* 1459. 5. *Kalend. April.*
14. *Ioannes de Vdenheim. Obijt* 1478. 11. *Kal. Iu. Præfuit A.* 19. *Symbolum eius: Soli Deo honor & gloria.*
15. *Nicolaus VVagenlaiter de Obernrode. Obijt* 1485. *Symbolum eius: Ieſus Nazarenus: &,* Hab gedult.
16. *Bartholomæus de Richtenberg, nobilis, cũ flauo leone in ſcuto nigro. Obijt* 1505. 9. *K. Sep.*
17. *Michaël Scholl de VVibingen. Obijt Maulbrunnæ* 1523.
18. *Marcus Gerſpachenſis. Subſtitutus Michaëli, Maulbrunnã auocato.* 1518. *& die Martis ante Iohannis* 1527. *ex incẽdio Abbatiæ factus mẽbris inutilis, depoſitus eſt, cũ præfuiſſet A.* 9.
19. *Lucas Gotzius Merſtettenſis prope Minſingam. Obijt* 1546. *Kal. Septe. Sepultus Stutgardiæ. Fuerat ibi incarceratus à Duce Vlrico, quòd* 30. *millia aureorum in diuerſa loca abalienaſſet, atq; quæſtionibus ſubiectus. Reſtitutio eius nulla ſecuta eſt. ſed interabbatium.*
20. *Georgius Paiſſius Tybingenſis. Humatus Mercklingæ. Concubinã ſuã duxerat vxorẽ.*
21. *Philippus Degenus Vracenſis: electus anno* 1556. *Primus huius loci, ſub VVirtembergenſi Duce Chriſtophoro, Abbas Lutheranus. Qui cùm ſe labore hoc abdicaſſet; huc Tybingã* 1590. *migrauit, vicinus mihi humaniſſimus, ætatis plus* 75. *annorum.*

Conradus VVeiſſius, vir eo loco digniſſimus: ſuccedens 1589. *Sept.* 25. *Hodie, totus capillo albus.*

Sepultura D. Bartholti Eberſteinenſis, & D. Vta vxoris eius, fundatorum huius Monaſterij, & plurium Comitum de Eberſtein, in eo Monaſterio eſt.

LVDOVI-

LVDOVICI, FRANCORVM REGIS, ANTIOCHIAM ET HIEROSOlymam aduentus. Conradi Auguſti itidem Hieroſolymam ingreſſus. Obſidio vrbis Damaſci irrita. Reditus Conradi in Germaniam: eiusq; Papa Eugenio conſolatio. Interitus Antiocheni Principis Raimundi. Baſilienſis Epiſcopus Ortliebus. Pacificatio inter Guelfonem & Conradum. Conradi bellum Polonicum. Hiltegardis Monacha. Rogerius Siculus, contra Manuelem Græcum. Tundalus Hybernus.

CAPVT IX.

REDEAMVS nunc ad Orientalem Regum Conradi & Ludouici expeditionem.

Anno igitur eodem 1148. Francus Seleuciã, non longè ab Antiochia: ac poſtea ipſam Antiochiam circa mediam Quadrageſimam, cum vxore Leonora intrauit: ab Antiocheno Principe Raimundo, apud portũ Symeonis (cum fauces Orontis fluuij, Farſar dicti) humaniſſimè exceptus. Exinde tamẽ Raimundus animo ab eo alienatus eſt: quòd ab ipſo, Hieroſolymam magis properante, auxiliũ contra vicinos hoſtes non impetraſſet. Sed nec Regina laudabatur: quòd cũ Raimundo conſueſcere ferebatur. Ideo Rex ab eo diſceſſit: ac ſequenti tẽpore domũ reuerſus, ipſam repudiauit. Eã Henricus Nortmannus, cum plurib. in Gallia regionib. accepit: ac poſtea R. Angliæ factus eſt.

Ludouicus, Frãc. Rex Antiochiam venit. Orontes fl. Leonora Regina.

Deinde Conradus Rex, Conſtantinopoli in Palæſtinam verſus nauigauit: habens adhuc comitatu ſuo Ortliebũ, Baſilienſem Epiſcopũ: Arnoldum, Cancellariũ ſuum: Frider. Sueuorum Ducem: Henricum, Ducẽ Baioariorum: Guelfonem Ducem: aliosq; nobiles & illuſtres viros. Cũ his in Paſchali hebdomade Ptolemaidem applicans, poſt paucos dies Hieroſolymã venit: magno cũ honore & lætitia Regis, Cleri, populiq; exceptus. Mortuus tunc fuit in comitatu Conradi, vir clariſſimus Fridericus, Ratisbonenſis Eccleſiæ aduocatus: & in vrbem ſanctam deportatus: in cœmeterio militum Templi, non longè ab antiquo Templo Domini humatus eſt. Rex Conradus, per aliquot dies ibi in palatio Templariorum (vbi olim Regia domus, & Templum Solomonis fuit) manens: & ſancta vbiq; loca peragrans: per Samariam & Galilæã, Ptolomaidã rediJt: omnes aduentantes, quos poterat, milites, ad manendũ pecuniâ inducens. Conuenerat enim ei cum Hieroſolymitano Rege, & Fulcerio patriarcha, & Templi militibus: circa proximum Iuliũ, in Syriam ad expugnandã Damaſcũ ducere copias. Venerat & Francus Rex Hieroſolymã: eiq; Patriarcha obuiàm miſſus fuerat. Ambo Reges occidentales, multis & magnis malis conflictati fuerant: nondum tamen ex tot & tantis attritionibus (vt ait Friſingenſis) factus inter eos Regalis decorus conquieuerat.

Conradus Rex Hieroſolymam venit. Eôdem, & Ludouicus Rex.

Accedunt menſe Maio (inquit 17. lib. Tyrius, ad an. 1147. ſed rectius alij, ad 1148.) cum exercitu Reges & Principes, ad Damaſcũ obſidendã. Hortorum clauſtra effringunt, fluuiũ, inuitis hoſtibus, occupant. Ibi in conflictu quodã, Cæſar cuidam hoſti, ſtrenuè dimicanti, vno ictu caput, collũ cum dextero humero ac brachio, ac partem ſubiecti lateris, dicitur amputaſſe, non obſtante lorica. Ciues deſperantes, ac de fuga cogitantes, quosdam de Chriſtianis pecunia corrumpunt: quorum perſuaſione, in oppoſitam vrbis partẽ (multò ſcil. firmiorẽ) traducitur exercitus. Tunc commeatus noſtros defecit: ac, detecta illa proditione, obſidionem ſoluunt: & Aſcalonẽ nequicquam cogitant obſidere. Itaq; Conradus, videns ſe gratia Dei deſtitui: omnib. ferè amiſſis, cum paucis Conſtantinopolin verſus, vnde venerat, reuerſus eſt. VVelpho, morbo correptus deſperata ſalute, domũ rediJt: antè, cum in Siciliã nauibus appuliſſet, à Rogerio honorificè exceptus: emptus etiã ampliſſimis munerib. (Auent. teſte) vt denuò Conrado bellũ faceret. Conſtantinopoli autẽ verſans Conradus (vel in Achaiæ ſeu Theſſaliæ finibus, vt ait Friſing. vbi cũ Manuele de Rogerio Siculo communibus armis perſequendo conſultauit) Theodorã, Imp. Manuelis ex fratre Iſaacio neptẽ, Hainrico Regulo Boiorum accepit in matrimoniũ, nuptijsq; confectis, nauibus occidentẽ verſus (cùm iã eſſet Domini an. 1149.) vectus eſt: ac Polã Hiſtriæ, quæ tunc Imperio, & proceribus Damaſiâ oriundis (Dominis à Dieſſen) parebat, applicuit. Inde Aquileiã petijt. Iuuauiæ poſtea (Salisburgi, metropolitana ſede Boiariæ, vt Friſing. ait) Quinquagenalia (Pẽtecoſten) celebrauit (expletis ab eo tempore, quo idem Feſtum in Pannoniæ finibus egerat, duobus annis) Deinde Reginoburgi (Ratisbonæ) & conuentus (cum magna Principum frequentia) egit. RediJt & Fruxinenſis (Friſing.) Ottho: qui antea in Aſia, nudis pedibus, ſciſſis tunicis, rebus omnibus amiſſis, vix euaſerat.

Damaſcus ab eis nequicquam obſidetur. Ictus Conradi R. heroicus. R. Conradi reditus domum. Theodora Græca.

Mox inde à diſceſſu noſtrorum ex Oriente: res Orientalium Latinorum cœpit decreſcere. Noradino enim Sanguini (qui antehac ebrius, à ſuis confoſſus fuerat) filio, in fines Antiochiæ irruente: Princeps Raimundus (Choniatæ, Petebinus) inconſideratè cum pauciorib. occurrens, confoſſus eſt Iun. 27. A. Principatus ſui 13. inter vrbem Apameam & oppidum Rugiam. Corpus Antiochiam relatum, inter deceſſores ſolennibus exequijs eſt humatum. Reliquerat viduam Conſtantiam, cum duobus filijs, & totidem filiabus impuberibus.

Noradini de Petebino victoria.

In redeundo autẽ ex Palæſtina, cùm aliquot dies apud affinẽ Manuelẽ Rex Conrad. quieſceret:

filium

Friderici domũ reditus.

filium fratris ſui Fridericum ad cognoſcendum domi ſtatum Imperij, vel potius firmandum, præmiſerat. Qui per Bulgariam Pannoniamq; iter faciens menſe Aprili ad ſua redierat. Vbi quoſdam ex Miniſtris ſuis, boni iudicis officium exercens, pacis causâ ſuſpendio ſuſtulit.

Conradum de graui tribulatione reuerſum, Eugenius P. literis conſolatus eſt: quæ apud Friſing. extant. Vnde paucula hæc ſunt.

EVGENIVS Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, chariſſimo in Chriſto filio Conrado, Dei gratiâ Romanorum Regi illuſtri ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Conſolatio ad R. Conradum de infelici expeditione.

„ *Exhortamur te in Domino: quatenus tribulationes, quas tibi & exercitui tuo omnipotens* „ *Deus irrogauit patienter ſupportes: & in eo ſpem tuam conſtituas: qui, quem vult, permittit affli-* „ *gi: & confidentes in ſe, miſericorditer liberare conſueuit. Si enim patientiam & humilitatem, in ad-* „ *uerſis perfectè tenueris: per deſertum huius vitæ, ſub protectione columnæ nubis & ignis, id eſt pa-* „ *tientiæ ſolatio, & charitatis ardore, intrepidè perducêris.*

„ *Nobilitatem tuam monemus, & exhortamur in Domino: quatenus nobis ſtatum tuũ & Re-* „ *gni ſtudeas intimare: & hoc tempore deuotionem, quam erga matrem tuam, ſanctam Romanam* „ *Eccleſiam geris, oſtendas: vt noſtro reſpondere affectui congruè videaris: & beati Petri, Apoſto-* „ *ſtolorum Principis, interceſſionibus (cui te totum debes exponere) creatoris noſtri largiorem de-* „ *beas gratiam promereri. Datum in Tuſcul. 8. Kal. Iulij.*

Fortium & fidelium militũ remuneratio.

Conradus exinde (teſte quodã priuilegio: quod Vrſtiſius Ratiſbonæ Kal. Iun. ſcriptũ ait) Principes & illuſtres viros, qui fidelem & ſtrenuam operã ei contra Saracenos nauauerant, magnificè munerauit gratitudinis ergò: inter quos & Baſilienſis Ortliebus fuit: cui præter alia, ius quoq; (ipſi & ſucceſſoribus) cudendæ monetæ dedit. Vnde adhuc Baſilienſes argentei reperiuntur nummi, cum hac inſcriptione: CHVONRADVS REX.

Guelpho, rurſus contra Cæſarem.

Vix in Germaniam cæſar redierat 1140. cùm VVelpho (quòd induciæ, quæ fuerant, exierant) Bauariæ causâ Flochbergum ipſius caſtellũ obſedit, & oppugnauit: licet in Syriaco bello, Conradus eum ſemper appellaſſet commilitonem: ac ſæpiſſimè in neceſſitate iuuiſſet: participemq; eorum, quæ ex Conſtantinopolitano fiſco accepiſſet, identidem feciſſet. Horum ille nunc rationem non habuit.

Merdinga.

Sed à Cæſarianis circumuentus, in fugam verſus eſt, plurimis ſuorũ captiuitate amiſſis, nullo occiſo. Tandẽ verò Frider. Sueuiæ Dux (Cæſaris ex fratre, VVelphonis ex ſorore, nepos) auunculum patruo reconciliauit. Ita VVelphoni omnes captiui redditi ſunt. Merdinga etiã vicus, cũ alijs Stipendiarijs prædijs (aliquot reditibus de fiſco Regni) eidẽ conceſſus: quẽ vicũ poſtea Imp. Henricus VI. Patauienſi Epiſcopo reddidit. Auent. & Vrſperg. qui circa purificationẽ virginis Mariæ, obſidionem Flochbergicã ait factã. Ergo ſequenti 1150. A. Sed præparatio, præcedẽte an. facta fuit.

Polonicum Cæſaris irritum bellum.

Bellum aliquantò antè Conradus Polonis, cum validis Germanorũ, Bohemorum, & Morauorum copijs, intulerat: vt per vim Vladiſlaũ exulẽ (de quo ſuprà) in principatum reſtitueret: cùm Boleslaus, cæteriq; fratres, tranſactionẽ renuerẽt. Sed Boleslai prudentiâ, pax in præſens facta fuit. Hic enim Cæſarianorũ frumentationes, pabulationes, aquationes, obſeruans: excurſibus ſubinde illos exagitauerat: & mox receptibus ſe ſubducens, nunquã vniuerſæ dimicationi rem commiſerat. Admiſſus enim ad collocutionem, Cæſari ita iuſtas cauſas recuſandi fratris exulis demonſtrauerat, vt is bellum breui ſolueret. At etiam argenteis haſtis, apud Cæſarem & Principes pugnauerat. Ita Principatum, quamuis fremente Vladislao & Bohemo Principe, retinuit.

Hoc 1148. anno, Epiſcopus Patauiæ factus eſt Conradus: filius Marchionis Auſtriæ S. Leopoldi, & Agnetis, quæ filia fuit Henrici 4. Imp. frater Othonis Epiſcopi Friſingenſis Hiſtorici.

[illegible]gardis.

Vixit hoc tempore celeberrimi nominis virgo Hiltegardis (cuius antea quoq; mentio, facta) in Bingenſis oppidi cœnobio S. Ruperti: quam S. Bernhardus inuiſit: ad quam literas Cæſares etiam ſcripſerunt, Conradus 3. & Fridericus 1. Nata fuit anno 1098. in villa Bickenheim comitatus Spanheimenſis: patre Hilteberto nobili, & matre Mechtilde. Scripſit multa. Tritenhem.

Corcyram, & alia, Rogerius Manueli eripit.

Serici panni confectio.

In Græcia, Manuel Rogerij Legatus, de pace componenda miſſos, contra ius gentiũ in carcerem coniecerat. Ideo Rogerius ei Corcyrã, Thebas, Corinthũ, & Chalcidem, an. 1148. eripuit. Tunc primùm per eũ artifices ſerici conficiendi, è Græcia in Siciliã Italiamq; traducti ſunt. Quæ ars olim ſub Iuſtiniano M. ex India, vbiq; Serum populus, Conſtantinopolin à Monachis importata fuerat; ouis Serũ, quæ infimo poſita, in vermiculos mutatis: q vermiculi folijs mori nutriti, ſericũ fecerãt.

καὶ νῦν ἔξεστιν ἰδεῖν τὰς ἐν σικελίᾳ κατάιροντας, ὑφαίνειν πέπλους καὶ κερυβῖχυ, ἰσῶ πρὸς ἀνίχοντας τῶν ἐξαμίτων καὶ χρυσοπάστων στολῶν. Choniata.

Hybernia. Tundalus.

In Hybernia inſula, vir quidam nobilis eodem 1148. an. erat, nomine Tundalus: ſed impius.

Cuius

Cuius anima per ecſtaſin (corpore aliquot dies iacente, modico cum calore) Deo ſolâ gratia ipſum conuertere volente, vidit pœnas horribiles Inferorum, & ſumma gaudia cælorum. Quam viſionem Pontificij non probant: quod ea medium ſtatuat inter Purgatorium & Paradiſum: eos ſcilicet, qui in Purgatorio ſint, aliàs cruciari, aliàs relaxari: ſed continuos Purgatorij cruciatus ſtatuunt: donec ea anima in cælum abeat. Antonin. parte 2. Tit. 17. cap. 4. ex Vincent. Spec. Hiſt. lib. 28. cap. 78. & ſequenti.

EBERACENSE PRIVILEGIVM REGIS CONRADI. DVCIS FRIDErici, cum Adelhaide Vohenbergenſi coniugium. Oppidum Egra. Regis Rogerij claſſis, aduerſus Manuelem Imp. Medicini Arabes. Henrici Regis mors, Conrado Cæſare nati. Cæſ. Conradi Epiſcopalia negotia, Coloniæ & Traiecti. Monaſt. VVisenbach. Palatini Tubingenſes.

CAPVT X.

Eclipſis lunæ.

ANNO 1149. *eclipſis lunæ 11. Kal. April. circa 9. horam noctis, ſabbato. Poſtea, venti & pluuiæ maximæ:* ἄνεμοι ἰσχυροὶ, καὶ ὑετοὶ μεγάλοι.

PRIVILEGIVM CONRADI: datum ab eo Abbati 1. Ebracenſi Adamo, & fratribus ſummi Monaſterij VVurtzburgenſis (hodie canonicis) ſuper concambio quodam. Ex Bruſch.

Ebracenſis Monaſt. priuilegium.

In nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, eiuſdemq; inſeparabilis vnitatis. Conradus, Dei gratiâ Romanorum Rex, ſecundus Si anteceſſorum noſtrorum, Regum ſeu Imperatorum piæ deuotionis limites perſequendo, ad cultum diuinæ religionis, Eccleſijs Dei in poſterum prouideri, & de ſtatu ac profectu illarum, pro debito Regiæ auctoritatis, opportunè ordinare ſtudebimus: id nobis tam ad præſentis vitæ tranquillitatem, quàm ad futuram beatitudinem promerendam, profuturũ non ambigimus. Ea propter omnibus tam futuris, quàm præſentibus, Chriſti fidelibus, notum facimus: qualiter per manus filiorum noſtrorum, HENrici iunioris Regis, & FRIderici, nec non fidelis noſtri Marquardi de GRVMbach, allodia quædam: quorum hæc nomina ſunt: Lubedrotin, Habrettelshauſen ſuperiori tredecim Manſus, in Habrettelshauſen inferiori quatuordecim Manſus, in Hofenheim vndecim Manſus, in VVeteringa totidẽ: in Holhuſen, VVegenheim, & Kenegkheim, viginti Manſus, & duo molendina, cum vineis ac nemoribus ibidem ſitis: VVurtzburgenſi Eccleſiæ, ad altare S. ac precioſi Martyris Chiliani, in maiori Monaſterio, in perpetuos vſus fratrũ Deo ſeruientium, contradita & corroborata ſunt: hac interiecta cautione, vt ſi qua Eccleſiaſtica ſecularíſue perſona, iuſta ac rationabili cauſa, prelibata bona retraxerit & abſtulerit: ac ſubtraxerit vſibus prędictorum fratrum: fratres illi de Eberavv, alijs bonis congruentibus iacturas illatas recompenſent. Fratres verò ſupradicti pro allodijs, ſibi & Eccleſiæ ſuæ contraditis, curias Sultzheim & Grumbach, Eberacenſi cœnobio in vſus fratrum, ibidem Deo ſeruientium: in perpetuum tenendas tradiderunt. Huic per manum filiorum noſtrorum factæ traditioni, Boppo Comes, Aduocatus altaris maioris Eccleſiæ intererat: & Aduocatiam, omniaq; iura Aduocatiæ, quæ de præfatis bonis, ſibi & ſuis heredibus perſoluenda deinceps fuerunt, in vſus fratrum preſignatorum reſignauit. Nos verò Regali edicto hanc traditionem ſancientes, ſtatuimus: ne aliqua magna vel parua perſona in Regno noſtro, Aduocatiam illam, vel iura Aduocatiæ, ſibi vſurpare preſumat: niſi quem communis fratrum voluntas, aliqua neceſſitate fortè interueniente, ſibi Aduocatum adſciuerit: & ſuper hec bona conſtituerit. Statuimus quoq;, vt nulli Epiſcoporum liceat, ipſam Aduocatiam, ſeu iura Aduocatiæ ipſius Aduocato ſupradictæ Eccleſiæ, ſeu cuiquam perſonæ, inbeneficare: niſi fratrum conſenſu, votiuâ concordia, & vnanimi petitione. Verùm quia non decet, nec fas eſt: vt per calumniam aliquam preſumatur munimini: quod ſancitum eſt iudicio Principali: cartam preſentem ſigilli noſtri titulis inſignitam, de concambijs his fieri & dari precepimus; quatenus actio cauſæ huius, ſignis & cadis, aſtipulationibusq; munita ſolemnibus, inuiolata permanebit, tam futuris, quàm preſentibus. Teſtes itaq; huius rei ſunt, liberæ conditionis viri:

Grumbach.

Adalbertus, Marchio de Saxoni.
Boppo, præfectus vrbis, & frater eius Bertholdus comes.
Siſſo de Turingia.
Rupertus de Caſtello: & fratres eius, Hermannus & Albertus.
Comes Erneſtus de Turingia.
Fridericus de Trubendingen, & Adelbertus frater eius.
Mangoldus de Tungdorff.

Trubendingen.

MMm Sigebotho

Sigebotho de Scharffeld.
Conrad de Tungenden.
Rupertus de Froburg.
VVolfram de Bobenberg.
VVolfram de VVeertheim.
Diepertus de Spiegelberg.
Fridericus de Buchele, & alij multi.

Miniſteriales verò, hi ſunt:

Richinus. Iringer. Bilugus. Bilinger. Ebelhartimus. Richolph. Engelbrecht. Gottebold. Gottfrid. Henrich. Rudolphus. Erignus. Arnoldus & multi alij.

Ego Arnoldus Cancellarius, vice Henrici Moguntini Archicancellarij recognoui. Data VVurtzburg anno Domini 1149. regnante Conrado Romanorũ Rege ſecundo, an. Regni eius 12.

Anno hoc 1149. aut longius antè (non enim certè 1179. vt apud Bruſchium in Eremitano Nariſcorum cœnobio legitur) primum Friderici 1. (poſt Conradum Imperatorũ) matrimonium contractum eſt. Erat quidam Princeps, nomine Theobaldus, Voheburgenſis Marchio: qui ex prima vxore ſua Adelhaide, Poloniæ Duciſſa (vt idem Bruſch ſcribit) filiam Adelhaidem ſuſceperat: [Friderici Barb. cum Adelhaide coniugium.] *inſigni forma, virtuteq́ ſingulari, puellam. Quam cum Fridericus duxiſſet: nuptiæ Regio apparatu, in oppido Egra (præſentibus multis Germaniæ, Eccleſiaſticis & ſecularibus Principibus) celebratæ ſunt.* [Egra c.] *Dos ſponſæ, erat Egrana ciuitas, cum adiacente regione omni: & nouâ (anno ſcil. 1133. fundatâ) Eremitani in Nariſcis Monaſterij Ciſtertienſis (Waldſaſſen dicti) Abbatia: quã Fridericus poſtea præſentibus multis Epiſcopis & Principibus, à Ratisbonenſi Epiſcopo Cunone 2. conſecrandam curauit.* [Vohenburgum.] *Situm eſt Vohenburgum, vnde Marchio Theobaldus erat, ad Danubium: medio ferè itinere inter Ingolſtadium & Ratisbonam.*

Rogerij Nauarchus Georgius. *In Græcia, Georgius Nauarchus Rogerij, Regis Siciliæ, ſuburbana Conſtantinopoleos incendit: ſagittis aurearum & argentearum cuſpidum, in Palatium Imp. Manuelis coniectis: & parte fructuum de hortis eius ablata. Qua de re Rogerius poſtea non mediocriter eſt gloriatus, tanquam de triumpho: Manuel verò eam ſtultitiam deriſit. Sed mox per anguſtias Seſti & Abydi,* [Ludouici R. in Franciam reditus.] *retrò ille nauium Dux euaſit. In reditu liberauit Franciæ Regem Ludouicum, è Palæſtina redeuntem, quem Græci ceperant. Is à Rogerio & Papa honorificè habitus, domum benè redijt. Choniata, & Robert. de Monte, ac Sigon.*

Auerroës. Auicenna. Auenzoar. *Hoc tempore, & ſequenti, florebant Medici præſtantiſſimi Arabes: Auerroës (quem à ſe poſtea viſum ait Ægidius Romanus in Aula Friderici Imp.) & Auicenna, atq; Auenzoar. In Chronic. Georgij Alteni, Nortberg. Scriba excuſis 1493.*

Annus malus. *Anno 1150 ignis & aqua, per diuerſas terrarum partes innumera damna intulerunt. Annus totus, miſeriarum plenus, ſubſequenti præſagium erat. Hyems validiſſima, & nimis diuturna. Igneæ in cœlo acies viſæ ſunt. Trit.*

Henrici R. mors. *Filius Regis Conradi Henricus, quem pater ſibi ſuffragijs Principum ſucceſſorem deſtinauerat, diem ſuum (ſcribente Friſing.) obijt: qui habebat fratrem paruulum, nomine Fridericum.*

Traiectum Friſiæ. *Traiecti in Friſia, mortuo Epiſcopo Hartbebo: alij Fridericum, Comitis Adolfi F. alij Hermannũ, Eccleſiæ Gereoniæ in ſuburbio Colonienſi Præpoſitũ, eligebãt. Interim Arnoldus quoq;, Colonienſis Epiſcopus, adminiſter inutilis, vitam finiuit. Rex ergo Conradus, vtriuſq; Eccleſiæ procurandæ causâ, inferiores Rheni partes petiuit: ducens ſecum ex Baioaria Ottbonem Friſing. (hæc* [Bopardia.] *ſcribentem) ex Saxonia Albertũ Miſnenſem, Epiſcopos. Cumq; Bopardiam, in territoriũ Treuirorum ad Rhenũ veniſſet:* [Coloniæ Archiepiſcopus Arnoldus.] *nuntiatum ei eſt, Arnoldũ Cancellarium ſuũ, Colonienſi Eccleſiæ præſulem electum eſſe: ſed eum huius rei aſſenſum, vſq; ad ipſius aduentũ differre. Gratanter hoc Rex accepit: ac paulùm de via digrediens, duas validiſſimas arces expugnauit: Cobinã, ſuper Moſella, quã præſidio firmauit: & Rhinecã ſup Rheni littore, quam igni tradidit. Coloniã deinde Rheno vectus: ibiq́ maximo cũ gaudio à Clero populoq́ exceptus finita proceſſionis ſolennitate ipſe in primaria B. Petri Eccleſia ſedens: Arnoldũ, quantumuis remittentẽ, Pontificatus ſimul & Ducatus Regalibus inueſtiuit. Tritenh ad 1151. annum refert. Traiecti deinde, cum Fridericus locũ teneret: Hermannus verò eiectus eſſet: rẽ amicè tranſigere conatus eſt. Quod cum illi, qui ſub publica fide, nomine Hermanni aderant, recuſarent: ad iuris diſceptationem eos ire iuſſit. Reſponderunt ipſi, ſe cauſam Eccleſiaſticam, non coram armato Iudice, ſed apud ſummum Pontificem, acturos. Hoc malè habuit Cæſarem. ſed quia publica fide ipſos venire iuſſerat, crimen in eis læſæ maieſtatis vltus non eſt.*

Landgrauio

Landgrauio Turingiæ primo, Ludouico nomine, defunčto, filius ſuus item Ludouicus nominatus ſucceßit: qui dicitur in Turing. Chronc. (populari lingua ſcriptis à M. Zachar. Riuandro) Iudithbam vel Iuttam, Cæſaris Conradi filiam, vxorem babuiſſe. Suprà cap. 7. Guielmo Monferratenſi Iuditha ſoror Conradi, nupta erat. Turinga Landgrauius Ludouicus.

VViſenbach Monaſt. à comitibus Dilpergenſibus (auctore G. VVidemanno) ſemimilliario ſupra op. Neckerſgemyndam, circ. 1150. annum Chriſti fundatum eſt. Ibi duorum Sanctorum corpora, Mantoris & Benigni: tempore Herodis (vt aiunt) παιδοκτόνου *occiſorum.* VViſenbachenſe Monaſterium.

Viuebat hoc tempore Hugo 3. Tubingenſis Palatinus: Comes Pfullendorffius & Brigantinus: Dominus Ruccenſis & Gerbuſanus: cui vxor fuit Eliſabeta, Rudolfi Brigantini comitis filia. Ex his nati ſunt filij. 1. Rudolphus, viuens circa 1186. Vxorem habuit Mechtildem, comitiſſam Schelcklingenſem. 2. Henricus: apud Romam peſte circ. 1166. mortuus. Tubing. Palat. Hugo 3.

Rudolfo & Mechtilde natus eſt Hugo 5. Dominus Ruccæ & Gerenbuſæ, 1240. Item, puerulus & puella, in Monaſterio Bebenbuſa ſepulti. Præterea, Rudolfus & VVilhelmus. Vxor huic VVilhelmo fuit VVillibirga: & ex ea, filius Vlricus. Chart. M. Scr.

Hugonis 5. filius fuit Rudolfus 2. Palatinus Tubingenſis: Dominus Ruccæ, Gerenbuſæ, ac Beblingæ, 1268. Vxor, Hedovvigis: filia comitis Dillingenſis Hartmanni, & VVilliburgis: cuius pater fuit Ægidius comes Kalmyntzius. Habitabat hic Hartmannus Vabingæ in VVirtembergia. Ideo, comes Vabingenſis fuit dictus. Vabinga.

Hugo 3. Vxor Eliſabeta, 1150. & 1165. { *Rudolphus I. anno 1186. Vxor Mechtildis* { *Hugo 5. anno 1240. — Rudolphus 2. Vxor Hedovvig. 1268.* / *Rudolphus.* / *VVilhelmus — Vlricus.* } / *Henricus, 1166.* }

Vide ſup. lib. 8. cap. 13. & infrà part 3. lib. 3. cap. 10.

Anno 1150. florebat nobilis vir (Lazio teſte) Rudolphus ab Hyrnhaim, de Alto caſtro cognominatus, auctor cœnobij Zimmeren.

CONRADI R. BELLVM CVM OTHONE VVITTELSBACHIO. SCHILtachenſes Duces, & Marchiones Badenſes. Craffto, Abbas Spanheimenſis. Ius Canonicum. R. Conradi mors. Imperiale Rotvvilæ iudicium. Rotvvila oppidum. Neccarus fluuius. VICESIMVS ſecundus Auguſtus occidentis, FRIDERICVS Barbaroſſa Sueuus. Res quedam ab eo geſtæ. Regni & prouinciæ tradendæ cæremonia.

CAPVT XI.

ANNO 1151. Abbas Claræuallenſis Bernbardus obijt. Sedenſ. Sigonius verò ad 1153. refert.

Rex Conradus Pentecoſten celebrauit Confluentiæ ſub corona incedendo: vbi & nuntios Regis Hiſpani, diu ſecũ moratos dimiſit. Poſtea Baioariam ingreſſus, Ratisbonæ curiã habuit: vbi duos Cardinales, Iordanem & Octauianũ, à ſede Romana legatos, excepit. Poſt hæc, Palatino Comite Othone, ob filiorũ eius exceſſus proſcripto: vicinum eius caſtrum Chelebeum, rapido fluminis Danubij ambitu clauſum, obſedit: eumq́, vt vnum filiorum ſuorum obſidẽ daret, coëgit. Friſing. De qua re Auent. ſic ſcribit. Othonẽ de VVittelſpach, cum vxore & liberis (quòd prædia Sacerdotum, à quibus curatione Templorum motus erat, diriperet) apud Kelhaim (ciuitatẽ inferioris Boiariæ, primam ad confluentes Danubij & Alemanni) circumſedit: ad deditionem adigit: Othonem, filiorum maximum natu, obſidem dare, tutelâ ſacrarum ſe ædium abdicare, cogit. Cum VVittelſpachio Othone bellum Conradi Regis. Kelhaim.

Inde in Gallias reuerſus (inquit Friſing.) Traiectenſe negotium, reuocatis omnibus ad ſubiectionem Hermanni, cum Imperij bonore terminauit: ac, ne quis in poſterum de ea re ſcrupulus eſſet: à Romana ſede ratihabitionem (approbationem) obtinuit.

Conrado Duci Zaringenſi, quòd Ducatũ Sueuiæ ſibi (contra tranſactionẽ, cum Henrico 4. Imp. factam) adhuc vendicaret: Fridericus, qui poſtea imperauit, Tigurinã præfecturam, & comitatum Hochberg, ademerat. Ac præfecturam quidẽ Tigurinã fratri Berchtoldo reſtituerat Conradus 3. Hochbergenſem verò comitatum, cuidam Veronenſi ac Patauino Principi contulit: vnde Duces à SChiltach, & Marchiones à BAden, proceſſère. Id factum ait Lazius anno 1151. Vide paulò ſecus infrà in anno 1155. & ſup. lib. 6. cap. 8. Zaring. Dux Conradus, irrequietus. Schiltach. Baden.

Cum obijſſet Bernhelmus, 1. Abbas Spanheimenſis, annorum 74. ſucceßit ei Craffto, Monachus eius: Meginhardi, comitis Spanheimenſis filius: frater B. Hiltrudis Sanctimonialis: & ſponſus quondam ſpecioſæ virginis clementiæ, filia Comitis Hombergenſis Adolfi: quæ precibus à ſponſo dimißionẽ ſui impetrauerat: & Monachã ſe in cœnobio S. Irminæ, in Horreo Treuerenſi, profeſſa erat: ipſe verò Spanheimum, in Monachorum ordinem ſeceſſerat. Impetrauit hic Abbas magnis precibus caput S. Irminæ virginis, primæ illic Abbatiſſæ, Dagoberti R. Francorum filiæ, à VVilibrodo in ſponſam Chriſti conſecratæ. Spanheim. Abbas Craffto. Sponſa diſceſſu à ſponſo. Horreum Treuerenſe. S. Irmina.

Valida hoc anno fames & peſtilentia fuit.

Decretum Gratianum. DECRETVM Canonici iuris, à Gratiano Monacho S. Felicis in ciuitate Bononia, ordinis S. Benedicti, in eo Monaſterio eſt compilatum.

In corpore Iuris Canonici, hi libri ſunt.
- *Decretum Gratianum: cuius pars.*
  - *Prima habet Diſtinctiones 101. quarum vnaqueq; in aliquot capita, diuiſa eſt.*
  - *Secunda diuiſa in cauſas 36. quæ diuiduntur in Quæſtiones, & hæ, in capita.*
  - *Tertia, de conſecratione: quæ diuiditur in Diſtinctiones 5. & hæ, in capita.*
- *Decretalium epiſtolarum Gregorij pp. IX. lib. 5. qui in titulos diuiduntur: Tituli, in capita.*
- *Decretalium liber ſextus, Bonifacij pp. VIII. diuiſus in Titulos: & hi, in capita.*
- *Clementinarum libri 5. Pontificis Clementis V. diuiſi in Titulos: qui, in capita.*
- *Extrauagantium communium libri 5. (ſed quartus deeſt) in capita diuiſi: Ioannis pp. XXII.*

Petrus Lombardus. *Vixit hoc tempore Petrus Nouarienſis, Lombardus dictus, Epiſcopus Pariſienſis: qui 4. libros ſententiarum (ex Dictis S. Patrum) concinnauit. Is quidem Theologumenωv quatuor libros ſcripſit (inquit Auent. lib. 6.) ſed ſacroſanctæ Philoſophiæ veritatem fontemq; puriſſimum (ſicuti plus millies à Iacobo Fabro, Iodoco Clichtoueo, Præceptoribus meis, accepi, atq; audiui) cœno Quæſtionum, riuulis opinionum, conturbauit. Id quod & vſus rerũ magis (niſi cæci ſumus) ſatis ſuperque docet.*

Anno 1152. Conradus etſi ſe in Italiam profecturum iurauerat (tum Imperatoriæ coronæ accipiendæ, tum Apuliæ Rogerio rurſus eripiendæ, tum Lombardiæ ad officium cogendæ, cauſâ) tamen morbo correptus (nec ſine ſuſpicione veneni quorundam, quos ex Italia habuit, Medicorum: tanquam ex Rogerij Siculi metu ſubmiſſorum) Babenbergam animoſè veniens, vt conuentum ibi acturus; proximâ à capite ieiunij ſexta feria, id eſt, XV. Kal. Mart. vitam finiuit: *Conradi Caſ. mors.* *prioris fortitudinis in extremo etiam certamine retinens animũ: Regalibus Duci Friderico, cum vnico ſuo paruo item Friderico filio (quem ſuo ille tempore Ducem Sueuiæ faceret) commendatis. Malebat ſcilicet is Imperio conſultum eſſe, idoneo Rectore: quàm immaturi ſui filioli rationem haberi. Volentibus autem familiaribus eum ſuis, ad Laureacenſe deferre Monaſterium (vt quem hoc petiiſſe dicebant) ibiq; in proprio fundo iuxta patrem humare: Babenbergenſis Eccleſia hoc ſibi contumelioſum fore indicans, non permiſit:* *Vbi ſepultus ſit.* *ſed iuxta tumbam Imp. Henrici, qui eum locum fundauerat, Regio cultu ſepeliuit. Hæc Friſingenſis. In hiſtoria verò de Landgrauijs Turingiæ, Spiræ ſepultus dicitur: antea verò Babenbergæ omnia, expleta, quæ ad funus pertinerent. Nauclerus, in Monaſterio Lorch apud Sueuos tumulatum ſcribit: Cæſareiq; ſepulchri honorem & antiquitatem, verſiculis probis magis, quàm elegantibus, teſtata eſſe. Sed eos Verſus nec ipſe poſuit: nec ego reperi, cùm anno 1588. Lorchæ eſſem: & omnia antiqua curioſè rimarer.*

ORIGO ET COGNATIO CAES. CONRADI 3.

Frid. antiquus. Agnes.
- *Conradus 3. Caſ.*
  - *Henricus R.*
  - *Fridericus.*
  - *Iuditha, Ludouici Turingi Vxor.*
- *Lucia, Conrado Duci Saxoniæ nupta.*
- *Frid. Luſcus:*
  - *Fridericus 1. Imp.*
  - *Conradus ex altera vxore, Palatinus Rheni.*

Conradi 3. & Frid. Luſci fratres & ſorores vterini.

Agnes prædicta, Leopoldo 3. Auſtrio nupta
- *Albertus.*
- *Henricus Iochſamer Gott, primus Dux Auſtriæ.*
- *Gertrudem Lotharij F. viduam Henrici Ducis Bauariæ duxit. Inde Leopoldus 5.*
- *Leopoldus 4. Dux Bauariæ à Conrado 3. factus.*
- *Otho, Friſing. Epiſcopus.*
- *Conradus, Saltzburg. Epiſcopus.*
- *Gertrudis, Ducis Bohemiæ* } *vxor.*
- *Berchta, Ducis Poloniæ* } *vxor.*
- *Iuditha, Marchionis Montisferrat.* } *vxor.*

Leopoldi 3. (Sancti appellati) genus.

Albertus,

Albertus, frater Ducis Sueuorum Erneſti Auſtriæ ab Vngaris conſeruator.	Erneſtus, in bello contra Henricum 4. occiſus. Hinc, Leopoldus 2. cuius fuit vxor Itha, Henrici Imp. F.
	Leopoldus 1. in nuptijs Henrici 3. mortuus, & Treueri ſepultus.

R. Conrado tribuitur hoc Dictum.

Pauca cum alijs, multa tecum loquere.

IDEM, Iudicij Imperialis in oppido Rotvvilæ auctor.

Non immemor R. Conradus fidelium ſeruitiorum, ſibi à Rotvvilenſibus præſtitorum (qui ſuum etiam ſanguinem pro ipſo profuderant: poſtquam à comite & caſtro Hohenbergenſi, ad ipſos confugerat) pro ſe, ſuisq́ ſucceſſoribus Rom. Regibus & Imperatoribus, Cæſareum Iudicium, vel Imperialem Curiam, apud eos inſtituit: proximæ dignitatis poſt primarium Cæſareum Iudicium. Ei voluit ſemper præeſſe generoſum Comitem (Sultzenſem ſcilicet: ſine dubio propter eximiam Sultzenſis familiæ fidē, & promerita) aut liberæ conditionis Baronem: qui loco Rom. Imperatoris vel Regis ei præſideret iudicio. Iudices verò voluit, vt Præſidi aſſiderēt XII. equites aurati: aut, ſi non tot reperirentur: in locum deficientiū, viri idonei ciuitatis Rotvvilenſis legerentur: ſententiā cum Sculteto iuſtam ferentes: vt iurati iuſtitiarij, & iuſti in omnes partes. Chart. M. Scr. Quod iudiciū, etiam nunc cum laude exercetur. Sic gratam animi ſui pietatem, hic eximius Sueuus, erga fideles ſubditos ſuos, ad imitationem omni poſteritati, declarandam duxit. Idem & pacem in Germania effecerat: & vias à latronibus repurgauerat.

Rotvvilenſe Iudicium imperiale.

DE ROTVVILENSI Iudicio, Ioan. Stumpf. lib. 5. cap. 39.

Rotvvila, peruetus oppidum eſt ad flumen Nicrum, in colle: Regia quondam ſedes: benè ædificatum, benè munitum. Aulicum ibi iudicium eſt S. Imperij: vbi negotia difficiliora, & proſcriptiones perduellium, diſcutiuntur ac decernuntur. Inſtitutum à Conrado 3. anno 1146. ſalutis. Oppidum ipſum ſatis magnum, & agro victui ſufficiente præditū: ciuibus, viris fortibus inſtructum. Alibi reperi, 1151. anno inſtitutum eſſe.

Rotvvila oppidū.

MVNSTER. lib. 3. cap. 324. de oppido Rotvvila, in hanc ſententiam.

Ciuitas hæc, inquit, Imperialis, ab initio ſuæ conſtructionis quater mutauit ſedem. Primò, conſtructa vltra Neccarum erat, tunc adhuc pagus. Sed cum pateretur multa damna à torrente Prim: translata fuit ad alteram ripam Neccari: qui locus hodie appellatur Antiqua ciuitas. Factum fortaſſe tunc: quando Cimbri, à Romanis proſtrati, eas in partes conceſſerant. Ac putatur Taxgatium Ptolomæi eſſe, iuxta lacum Venetum: quaſi Τάξιων γαῖα, cohortium terra, aut manſio: tanquam ſit Rottvvila. Cohors, ein Rott. Deinde, poſt conflagrationem ſui, oppidum hoc in edito, rurſumq́ in editiori loco, poſitum eſt: quem ſitum iam habuit, quando Conradus 3. coactus fuit ad Hohenbergenſem comitem Henricū fugere, in arcem eius & eiusdem conſilio, Lothariū timentis, inde per 1. milliare ad Rotvvilenſes confugere. Qui ferè integrum annum à Lothario obſeſſi: ſubita eruptione commeatum, quo ipſi egebant, ei eripuerunt. Soluta ſic obſidio fuit: & poſtea tranſactio inter Sueuum & Saxonem facta: vt hoc mortuo, ille imperaret: quod & factum eſt. Tunc Cæſar Conradus gratitudinis ergò, hoc Imperiale Conſiſtorium inſtituit apud eos: in quo eſſent XII. equeſtris dignitatis Aſſeſſores (aut, ſi non tot haberi poſſent, ciues) Iudex autem, Comes Sultzenſis: quod officium toti eius poſteritati pro feudo conceſſum eſt. Sita hæc ciuitas eſt in edito loco: ac foſſas ampliſſimas & profundiſſimas habet: ſpinis & proplexis dumetis obductas. Ab Eberhardo autem VVirtembergenſi, qui primus ad Ducalem eminentiam aſcendit, preſſa, fœdus cum Heluetijs init: quod poſtea 1519. renouantes, perpetuò obſeruandum firmauerunt.

Taxgatium.

Rotvvilenſis Conſiſtorij perſona.

Sultzenſ. comes.

Rotvvilenſium fœdus.

DE NICRO AMNE, ad quem propius Rottvvila ſita eſt.

Fontes Neccari ſunt ſupra pagum Schvveiningen Ducatus VVirtembergici, ſex à Tybinga milliaribus, & vno milliario à Rotvvila. Sunt ſecus agros in planitie: quibus agris nomen eſt, Aecker neben deß Neckers vrſprung. Ibi circiter 1581. annum, à Duce Ludouico eſt lapis poſitus cum inſcriptione: Da iſt deß Neckers vrſprung. Qui fontes & lapis, cancellis ligneis incluſi ſunt.

Nicri, vel Neccari, deſcriptio.

Munſt. lib. 3. cap. 312.

Neccarus, inquit, quem veteres Nicrum vocant, haud longè à fontibus Iſtri (Danubij) ortus: & mox in agrum Rotvvilenſium, Septentrionem verſus delatus: inferiorem Sueuiam (infra Danubium ſitam) in duas ſecat partes: atq; itinere, ferè 5. dierum auctus riuis pluribus (præſertim Entzio, Kochero & Iaxta) inter Spiram ac VVormaciam in Rhenum exoneratur. Oppida iuxta ripas eius decurrentis illuſtriora, ſunt: Horba, Rotenburgum, Tubinga, Eſſlinga, Stutgardia, Canſtadium, Baſicka, Hailprunna, VVimpina, Haidelberga.

Lytzelſteinius Conradus.

Conradum Alſatam comitem à Lytzelſtein, accepit Auguſtana Eccleſia Epiſcopum. Qui annos 15. benè functus munere deceſſit 1167. anno: cùm tantū 4. A. in Epiſcopali palatio, reliquos in S. Vlrici cœnobio, religioſè exegiſſet. In quo Monaſterio etiā honorificè ſepultus eſt, in loco capitulari.

SECVNDVS EX DVCIBVS SVEVIAE CAESAR.

Fridericus Barbaroſſa, Cæſar Occid. 22.

προσωπογραφία eius.

Anno hoc 1152. tertio nonas Mart. in Principum & Epiſcoporum Francofordiæ conuentu, XXII. IMP. CÆS. FRIDERICVS BARBAROSSA, P. F. Aug. Dux Sueuiæ, concordibus animis electus eſt qui imperauit A. 37. M. 3. D. 7. Cauſa electionis (auctore Friſing.) fuit: quòd non ſolum intuiti ſunt induſtriam & virtutem huius præclari iuuenis: ſed cum diu inter duas has famoſas familias Henricorum VVaiblingenſium, & VVelphonum Altorffenſium, æmulatio fuiſſet, eam hac occaſione ſopitum iri ſperabant. Itaq; nō R. Conradi Zelo ſed communis boni intuitu, hunc Fridericum, eius etiam filiolo Friderico præpoſuerunt. Erat autem (teſtante Vrſpergenſi) vir armis ſtrenuus, acer animo, exercitatus in bellis: ſtatura mediocri: longiore tamē, quàm breuiore: corpore robuſto, pectore lato: facie ſatis eleganti, barba & capillo rufo: affabilis manſuetis, ſuperborum aduerſarius, ingenio ſubtilis, memoria excellentiſſimus. Quorumcunq; enim hominū facies ſemel nouiſſet; eos etiam poſt multa interualla temporum, ſi ad ipſum reueniſſent, agnoſcebat, & nominatim ſalutabat: non minus quàm ſi quotidie cum eo manſiſſent.

Aquiſgrani coronatus.

Aſtrictis in tempore electionis ſuæ Fridericus ad fidem ſibi præſtandam omnibus, qui aderant, Principibus: quibusdam dein ſecum retentis, multa cum hilaritate naues quintâ feria ingreſſus eſt: ac per Mogum Rhenumq; vectus ad villam Regalem Sinciham applicuit. Vbi equis conſcenſis, proximo Sabato Aquiſgranum venit. Sequenti die, qua Dominica Lætare Hieruſalem canitur, ab Epiſcopis è Palatio in Eccleſiam B. virginis Mariæ deductus: ibi cum omnium applauſu, ab Arnoldo Colonienſi Archiepiſcopo, alijs cooperantibus, coronatus eſt: & in ſede Regni Francorum (quæ in eodem templo à Carolo M. poſita eſt) collocatus: magnâ Principum & nobilium, ac nonnullorum etiam ex Gallia, multitudine. Abiecit ſe in media Eccleſia quidam Miniſter (teſtantibus Friſing. & Gunthero) qui gratiâ eius exciderat, ad pedes eius: veniam ſperans ob illius diei feſtiuitatem & alacritatem: ſed non exauditus, abijt: ſeueræ iuſtitiæ exemplum expertus. Tunc & Monaſterienſis Epiſcopus ibidem conſecratus eſt Fridericus. Miſit deinde legatos, Hillinum Treuirenſem, & Eberhardum Babenbergenſem Epiſcopum, doctos & prudentes viros, ad Papam Eugenium, & ad vrbem Romam: de promotione ſui in Regnum ſignificaturos.

Traiectum profectus.

Martinopolinq; Daniæ Regnum.

Regnorum traditio & abdicatio.

Deſcendens poſtea ad inferiora Rheni: Traiectenſium contumaciam qua in patruum ipſius Conradū R. vſi fuerant, multâ pecuniaria emendauit: Herimanno Epiſcopo, confirmato. Poſtea, Paſchate Coloniæ celebrato, per VVeſtfaliam in Saxoniam profectus eſt: ac Martinopoli, ſeu Merſburgi, inter duos Danos conſanguineos Petrum (qui & Suenus) & Guuotonem (Stadenſis Kanutum vocat: alij verò, Guidonem) controuerſiam grauem tranſegit: Petro Regnum die S. Pentecoſtes tradens: quod ſe Guuoto per gladium porrectum abdicauit. Eſt enim conſuetudo Curiæ: vt Regna per gladium, prouinciæ per vexillum, à principe tradantur, vel recipiantur. Petrus, vbi coronatus fuit: gladium Regis ſub corona incedentis, portauit.

Baſilea.

Fundationem & priuilegia cœnobij apud Baſilienſes, Saldanbanenſis Fridericus Rex confirmauit Vlmæ 4. Kal Aug. 1152. vt ait Chriſt. Vrſtiſ. in Baſilea ſua Latina.

Magdeburg. Archiepiſcopus.

Mortuo 1152. Friderico Magdeburgenſi 15. Archiepiſcopo: cum de electione noui Epiſcopi diſcordaretur: Rex effecit, vt Guicmanno Cicenſi Epiſcopo, nobili iuueni, ea dignitas mandaretur. Idem Papa Epiſcopos Germaniæ, quòd id fieri ſiuiſſent, per literas poſtea reprehendit. In feſto deinde Apoſtolorum, cum Ratisbonæ Rex eſſet in Monaſterio S. Emerani (coronatus) legatos à Papa redeuntes, omnia læta nuntiantes audiuit. Vngaris libenter bellum indixiſſet: vt eos ad Imperium reduceret: ſed renuebant tunc Principes. Friſing. de rebus geſtis Frid. lib. 2.

Bauariæ Duces.

Guelfo. VI.

Menſe Octobri, Fridericus Herbipoli principes propinquos ſuos, inter ſe de Norico Ducatu rixantes, tranſigere ſatêgit (ſicut & poſterius contigit) Henricum, patruum ſuum: & Henricum auunculi ſui filium. Id eſt, Henricum vterinum Friderici luſci fratrem Iochſamer Gottum, & Henricum Leonem. Iochſamer Gottum poſthac ex Marchione Ducem Auſtriæ fecit: Leoni Bauariam dedit: patruo verò eius Guelfoni 6. auunculo ſuo, Marchiam Tuſciæ. Ducatum Spoleti, Principatum Sardiniæ, totam Mathildis comitiſſæ terram. Friſing. Vrſperg. & Sigon. Vide ſuperiores tabellas, & part. huius 2. lib. 1. cap. 15. Tunc & exulibus Apuliæ, à Rogerio expulſis, lachrimabiliter apud Fridericum conquerentibus: ipſe expeditionem Italicam ad biennium iurauit.

EPISCOPORVM ALIQVOT EXAVCTORATIO. AICHENSTETENSES Epiſcopi, Burcardus & Conradus. Conuentus Conſtantienſis: & Laudenſium conqueſtio de Mediolanenſibus, apud R. Fridericum. Reginæ Adelhaidis repudium. Proceres aliquot Teccenſes Lorchenſium à R Friderico priuilegium. Comites aliquot illuſtres VVirtembergici. Legatio Friderici Conſtantinopolin. Eiuſdem in Italiam prima expeditio: & experimentum contra Mediolanenſes. Inſingrini, Ottenbyrani Abbatis, res geſtæ.

CAPVT XII.

ANNO 1153. Rex Paſcha Babenbergæ celebrans, duos cardinales, Bernhardum Presbyterum, & Gregorium Diaconum, ob Epiſcopos quoſdam incommodos abrogandum à Pont. Eugenio miſſos, ſecum habuit. Pentecoſten deinde VVormaciæ agens, Moguntinum Archiepiſcopum Henricum per eos exauctorauit: cui cancellarium ſuum Arnoldum ſuffecit. Qui Henricus (Trit. teſte) Cal Septemb. eodem anno mortuus eſt: ſicut ei prædixerat biennio ante S. Hiltegardis, his inter alia verbis. Ab tu cinis, quare non erubeſcis in altum te ſpargere: cum debeas eſſe in putredine? Burcardum quoq; Aichſtetenſem Epiſcopum ſenio grauem & inutilem ſummouerunt. Conſtitutus is fuerat à Conrado 3. eiecerat Abbatem & Monachos Benedictinos (teſte Bruſch.) ex Monaſt. Haidenheimenſi. Ideo Romæ ab eo Abbate fuit accuſatus: & remotus eſt. cùm 4. an. præfuiſſet. Ei ſubſtitutus eſt Conradus, nobilis Merſpergenſis Bauarus, vir eruditus & ſapiens, hoc ipſo 1153. anno. Fuit Cæſari Friderico chariſſimus: qui eum pago Rebdorffo, ad Almonum amnem ſito, donauit. Ibi ſubſidijs Barbaroſſæ idem Epiſcopus magnificum cœnobium Canonicorum Regularium S. Auguſtini ædificauit, & 1159. abſoluit. Reduxit Haidenhaimum Monachos antea eiectos: pulſis iterum ſecularibus, qui mirè ibi triumphauerant, Sacerdotibus. Cùmq; 18. an. præclarè præfuiſſet: obijt 1171. Ian. 11. atq; illatus eſt Rebdorffi in ſepulcrum, quod viuus ſibi præparauerat. Cæterùm cùm ſupradicti duo cardinales, in Magdeburgenſem quoq; Guicmannum, aliosq́ue Epiſcopos, cenſura vti conarentur, à Principe Friderico inhibiti, & in Italiã redire, iuſsi ſunt. Antè tamen, quam Babenbergam ad Paſcha agendum veniſſet.

S. Hiltegardis, „ Archiepiſcopum Henricũ.

Rebdorff pagus.

Fridericus; conuentum Conſtantiæ ſub Quadrageſimam egit. Ibi res externæ accidêre, nempe Italicæ. Nanq; in die Cinerum (il primo Mercore di Quareſima: vt inquit Bern. Corius, hæc copiosè lib. 1. deſcribens) duo obſcuræ conditionis viri Laudenſes (Eberhardus Alemannus, & Magiſter Homobonus) miſerabili & ſupplici habitu (raptis è fano quodam duabus crucibus: & in humeros ſuos impoſitis) ad pedes Cæſaris procubuêre. Iuſsi ſurgere, ac dicere: quinam, & qua de cauſa, adeſſent; ſe Laudenſi è ciuitate venire dixerunt: ac conqueſti ſunt de ſuperbo impotentiq;, per 40. & amplius annos, Mediolanenſium (præſertim in foro ac mercatu, commodis ipſorum officientiũ) dominatu: petieruntq́; ſuccurſum ſuæ ciuitati: & vt Rex per literas ad Mediolanenſes, ipſis tranquillitatem, & liberè viuendi poteſtatem, conficeret, orarunt. Commotus ad commiſerationem, cùm aliorum tum Regis, animus fuit: eos bono animo eſſe iuſsit: ſe propediem auxilio fore promiſit. Statim itaq; Sicherium quendam (Suiccerum, Aſperi montis in Rhætia dominum) cum literis ad Mediolanẽſes ſcriptis (quarum ſententia erat, vt à Laudenſium, nec non Comenſium, iniurijs abſtinerent) miſit. Qui cùm Laudenſibus de beneuolentia Cæſaris, & de literis ad ipſorum aduerſarios, expoſuiſſet: Magiſtratus Laudenſis vehementiſsimè animo conturbari: ac metuere, ne prius à Mediolanenſibus euerterentur: quàm è tam longinquis locis à Rege, quãuis beneuolo, ſibi ſuccurri poſſet. Alemannum & Homobonum priuato conſilio: non publico, in Germaniam temerè præfectos fuiſſe. Summis precibus ſe orare: ne Cæſareæ literæ Mediolanenſibus redderentur: niſi is funditus excindi Laudenſes vellet. Potius ad Regem reuerteretur: immortales gratias Maieſtati eius, pro tam paterna erga ipſos cura ageret. Non geſsit eis morem Sicherius: dicens, ſibi nullo modo, contra Regis mandatum agere licere: ſed profectus eſt Mediolanum: literas Conſulibus reddidit: quæ ad rem pertinebant, oratione addidit. Literas vbi illi legerunt: humi abiecerunt: pedibus conculcarũt (Eſſendoſi lette le Regali lettere, inquit Corius: ſenz' alcun freno i conſoli ſi leuarono in tanto furore: che ni coſpeto d' ogn' vno gittarono le lettere in terra dandogli ſù co' piedi.) Tanta erat illorum è ſecundis iam diu rebus ſuperbia. At etiam impetum in Sicheriũ fecêre: qui profugiens Laudem, narrauit, quid ſibi Mediolani accidiſſet. Inde in Germaniam redijt: Regiq́; ad pedes eius accidens, ferociã Mediol. omnem expoſuit: quæ omnib. vindicatu armis digna viſa eſt. Laudenſes, viſo aleæ iactu: clauem aureã (vna chiaue di puriſſimo oro) occultè per Guliel. Monferratem Marchionem ad Fridericum mittentes, ſe in fidem eius contulêre. Venerunt & Papienſium Legati ad eum: qui de intoleranda Mediolanenſium inſolentia conquerentes, eos imperij Lombardiæ occu-

Laudenſium duorum crucigerorum conqueſtio ad R. Fridericum de ſuperbo Mediolanenſium dominatu.

Literæ Friderici ad Mediolanenſes.

Eæ à conſulibus ipſorum conculcantur pedibus.

Papienſium etiã querela de Mediolanenſibus.

pandi conſiliâ agitare dixerunt. Quibus rebus Mediolanenſes territi: Craterem aureum, cum magna vi pecuniæ (vna coppa d' oro, conhonoreuol ſomma di denari) gratiam amiſſam recuperare à Rege conati ſunt: coronam ei tradere parati: cuius comparandæ ipſum auidum eſſe, dubium non Rogerij Siculi R. mors, & VVilhelmi ſucceſſio. *erat. Quo tempore Rogerius, Siciliæ Rex, finem viuendi fecit: Gulielmo filio, qui poſtea Malus eſt cognominatus ſucceſſore Regni relicto. Primus fuit illorum, qui vtriuſq; Siciliæ (cis & vltra fretum) Reges ſe appellarunt. Inſcripſerat gladio ſuo verſum.*

Appulus & Calaber, Siculus mihi ſeruit, & Afer.

Nam Tunetanum Regem Africæ, ſibi tributorium fecerat. Obijt & Eugenius P. 8. idus Iulij: cui Anaſtaſius 4. ſucceſſit. Dimiſit eodem 1153. anno Fridericus, cùm Conſtantiæ eſſet, vxo- Adelhaida repudium. *rem Adelhaidem (al. Atalam) præſente legato Apoſtolico, & multis Principibus: in Templi Choro. Cuius rei cauſa, conſanguinitas quædam (mihi nondum nota) alicubi verò proſtitutio fama, fertur. Illam poſtea duxit comes Diethorus (al. Diebo) Raueſpurgenſis, Regius Miniſter.*

COMITES ET DVCES Teccenſes. Ex Laz. aliquid: ſed pleraque è chart. M. Scr.

Teccenſium Magnatum Genealogia. *1. Albertus 1. Conradi 1. Ducis Zeringenſis filius (Vide ſup. lib. 7. cap. 3.) Rudolfi, Epiſcopi Leodij aut Lauſannæ, frater. Is, patre ſuo à Duce Sueuiæ Friderico Barbaroſſa, adoleſcente, expulſo: paucas quaſdam villas in Nigraſylua retinuerat, vnà cum caſtro Deck & oppidulo Ovvr:* Ovvra op. Zæring. Ducum origo. *quod non procul ab oppido Kirchemo diſtat: vbi XIII. Teccenſes Duces, humati. Hinc Zeringicæ propaginis Proceres alij in Briſgoia atque Vchtlandia dominabantur: alij in hac Teccenſia* Oberndorff monaſterium. *loca conceſſerant: qui ſe initiò comites Teccenſes ſcribebant. Quorum cernitur opus Oberndorff. cœnobium Nigræ ſylua nominatiſſimum. Suprà verò dudum dictum eſt: arcem VVaſgoienſem Trachenfelſam, ad hunc Albertum pertinuiſſe: ipſumq; ſine liberis diſceſſiſſe. Vixit circa 1153.*

Kalvv. *2. Albertus 2. cognomento Senior (neſcio, cuius filius) qui ſe, comitem à Deck, & Kalvv ſcripſit. Sic, Lazius. Sed hic Albertus, in M. Scr. omittitur: atq; præcedens eum Albertus, Rudolfi frater, vocatur 2. Albertus: & in alia charta, vxorem Adelhaidem habuiſſe dicitur: atq; ex ea, Albertum, Bertham, & Agnetem. Diuerſa denique, nec ſibi conſentientia, Lazius lib. 8. Migrat. gent. & lib. 1. Auſtriacæ Geneal. ſcribit. Sequar ergo deinde mea M. Scr.*

3. Albertus 3. nominatus Iunior. Hic ſe primus ex vetere Maiorum dignitate Ducem à Deckh. *Deckh nuncupauit. Vixit circa 1175.*

Huc adiunctus in M. Scr. vide Apolloniam & Agnetem, Ducißas Teccenſes: quæ fuerint Sanctimoniales in Monaſter. Kirchemo ſub Teck: ſed neſcio, num Alberti Ducis ſint ſorores. Puto tamen.

Gryninga. *4. Lytzelmannus, Dux Teccenſis anno 1203. Vxor, Beatrix, Comitiſſa Gryningenſis & VVirtembergenſis 1198. Ad latus, tanquam fratres & ſorores.*

Agatha, Duciſſa Teccenſis, 1179. Vir, Diepoldus, Comes Lechsgmyndanus, 1901. Cuius meminit VVigul. Hund. 1. parte Bauaricæ ſtirpis: eum fuiſſe inter Principes & nobiles Friderici primus Imperator & in pace, Conſtantiæ 1183. conſtituta, nominari Theopopum, Comitem Lacomundiæ.

Anaſtaſia, Duciſſa Teccenſis. Virgo mortua 1197.

Hermannus, Dux Teccenſis, 1186. Vx. Eliſabeta, comitiſſa Voburgenſis, 1183.

Aichelberg. *Ludouicus, Dux Teccenſis, 1204. Vx. N. Comitiſſa Aichelbergenſis, inter Kirchemum & Gœppingam, 1204 Quibus tribuuntur filij.*

5. Ludouicus, D. Tecc. 1218 Vx. Irmelgardis, Marchioniſſa Badenſis.

Hermannus, D. Tecc. 1218. Vxor, Landgrauia Suſenburgenſis.

Lytzelmannum ſequitur Hermannus, anno 1235. de quo, & alijs, ſuo loco.

Magdeburgum. *Eodem 1153. anno, Fridericus Magdeburgi circa Natalitia verſans, Cardinalem quendam Gerardum, ab Anaſtaſio P. ſuper cauſa Magdeburgenſis Archiepiſcopi Guicmanni finienda miſſum, inclementius accepit: qui infecto negocio Romam rediturus, in via expirauit. Mox Guicmãno cum Legatis ad Anaſtaſium miſſo: ei non ſolùm facti ſui approbationẽ, ſed etiam pallium, à Pontifice obtinuit. Quod Romanis diſplicuit: ſed Principis auctoritas, in Eccleſiaſticis etiam negotijs diſponendis, plurimum hinc creuit. Friſing.*

Lorchenſe Friderici priuilegium. *Anno 1154. priuilegium Hoc à R. Friderico Lorchenſibus cœnobitis datum eſt.*


In nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Fridericus, Dei fauente clementia Romanorum Rex. Scimus, quomodo diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum. Qua dilectione, ſacra-

Legum

Legum precepta omnibus ſunt intelligenda, atque obſeruanda: precipuè verò ſummo Romanorum Principi. Cuius dignitatis pietate omnia ſunt augenda & emendanda: & ſacris inſtitutionibus in meliorem ſtatum reducenda. Quod Deo annuente, in omnibus locis venerabilibus Regni noſtri, ſeu perſonis: Deo iure ibidem ſine angaria & ſordidis muneribus, ſeruitiis: nec non in eorum priuilegijs, & ceteris munitatibus (fort. immunitat.) à predeceſſoribus noſtris legaliter eis preſtitis, ſanctiendo confirmare ſatagimus. Quapropter auctoritate noſtra priuilegium Cœnobij LORICH, in honore glorioſe Dei genitricis à Parẽtibus noſtris fundati, à Cunrado traditum, cum alijs ibidem aſcriptis confirmamus. Scilicet Abbatem prefati cœnobij Craftonem, honori noſtro fideliter obſequendo, indiſſolubili dilectione, cum reliquis fratribus ſuis, nobis adherentem, libertatem habere eligendi quenquam maiorem natu inter deſcendentes de genere Regis Cunradi, & Friderici Ducis clariſſimi: nulla ei indulta licentia per ſe conſtituendi ſubuocatum. Qui ſi fortè à ſtirpe parentali. dilapidando. diſtrahendo. ſibi emancipando dotes Eccleſie aberrauerit. Communi fratrum predictorum aſſenſu, alius idoneus eligatur. Preterea Regia noſtra auctoritate ſancimus feudos. predia ſeu mancipia. à noſtra familia illic data, vel danda. ſeu ſi qua etiam aliunde concordi fratrum aſpiratione commutata ſunt, vel fuerint. ne quis ſucceſſorum, auſu temerario. ſeu ratiocinio aliquo, intranſiendo. legitimam ſatiſdationem reſcindat. Iura verò ſpiritualia cenobij pretexati, ad Apoſtolicam ſedem pertinentia, deuote collaudamus. Secularia quoque ſub Regia tutela conſiſtere debentia. vt inconuulſa & immobilia in poſterum permaneant. Regia noſtra auctoritate priuilegij. ſigilli quoque noſtri impreſſione, incommutabiliter confirmamus. Huius rei teſtes ſunt:

Fridericus, filius Cunradi Regis.
Cunradus frater Regis.
Epiſcopus vnus de Saxonia, Hansbelmus nomine.
Albertus Comes.
Ludouicus Comes, & frater eius Emicho, de VVIRTINIBERCH. *VVirtiniberch.*
Marquardus de Grumbach.
Et alij plures de familia Regis.

Signum Domini Friderici Regis, Primi.



Ego Zallzzolfus cancellarius, vice Archicancellarij recognoui.
Data anno Dominice incarnationis M. C. LIIII. Indictione II. regnante ipſo Friderico Rege primo.
Anno verò Regni eius III. apud Geppingin in Chriſto feliciter. Amen.

Quoniam duorum VVirtembergenſium Comitum, inter priuilegij huius teſtes, nomina poſita ſunt: ſciendum eſt, eos Ioanni VVirtembergenſi filios dari in Genealogia M. Sct. cuius Ioannis ſuprà libro nono, cap. 5. & lib. 10. cap. 1. mentionem fecimus. *VVirtembergẽſes aliquot Comites.*

1. *Ioannes. Vxor, Anna Rudolfi Marchionis Badenſis F.* 1138.

2. *Ludouicus, Comes VVirtemberg. & dominus Vlbachi,* 1141. *Vx. Margareta (al. Agatha) comitiſſa Hohenbergenſis,* 1179. *Ludouici fratres. Emicho,* 1153. *à iuuentute educatus in Aula Friderici Cæſaris: & Henrico 6. Imp. in omnibus eius expeditionibus praſtò. Obijt innuus.*

Vlricus. Aulicus & ipſe Friderici Imp. 1164. *ei & Henrico F. charus.*

3. *Hen-*

3. *Henricus (al. Hugo) Ludouici F. Comes VVirtemberg. Vx. Irmengardis, Marchioniſſa de Burgovv, nata de Ranſperg.* 1226.

Fratres Henrici. Otho, Monachus Augiæ diuitis, 1230.

Albanus. Hæreditariò accepit arcem VVirtemberg cum fratre Hugone, poſt mortẽ patris.

VVittemberg arx.

Burcardus. Accepit, patre mortuo, Landauum. Intelligo arcem Danubianam ſupra Riedlingam.

Hugo, Comes VVirtembergicus, 1230. *Mechtildis, Prioriſſa Tiguri,* 1256.

4. *Eberhardus* I. *Henrici F. Vx. Agnes, Berchtoldi Ducis Zaringenſis F. & Ægonis comitis Vracenſ. vidua. Qua occaſione comitatum hunc nactus eſt. Interfuit ipſe ludis equeſtribus, VVormaciæ* 1209. *& Herbipoli* 1235.

Fratres eius.

Hugo, miles ſtrenuus, 1276.

Henricus, Epiſcopus Aichſtadienſ. 1250.

Vlricus, 1270. *Vx. Mechtildis, Baroniſſa Ochſenſtainenſis,* 1253. *Vnde natus Vlricus, Comes VVirtemberg. Eccleſiaſtes vel Parochus Hæſingenſis.*

Ioan. 1138.
- *Lud,* 1141.
  - *Henric.* 1226.
    - *Eberhardus* I. *de cuius proſapia, infrà lib.* 12. *cap.* 9.
    - *Hugo,* 1276.
    - *Henricus,* 1250.
    - *Vlricus.* 1270. — *Vlric. Parochus, vel Rector Eccleſiæ.*
  - *Otho,* 1230.
  - *Albanus.*
  - *Burcardus.*
  - *Hugo,* 1230.
  - *Mechtildis,* 1256.
- *Emicho,* 1153
- *Vlric.* 1164.

Legatio Friderici R. Conſtantinopolin.

Sed ad R. Fridericum redeamus. Hic quia non multò antehac, ab vxore ſua ſeparatus fuerat: de alia ducenda cogitans: ad Manuelem Græcorum Imp. tum huius negotij, tum VVilhelmi Siculi, causâ (is enim vtriusq; Imperij inuaſor erat) in Græciã legatos deſtinauerat: Anshelmum Hammelburgenſem, & Alexandrum: Apuliæ ſuperioribus temporibus comitem: ſed à Rogerio, ob ſuſpicionem dominandi, cum nobilibus pluribus expulſum. Idem Henrico Leoni, Saxoniæ Duci, Goslariæ adiudicauerat Bauariæ Ducatum: & reliqua (vt prædictum eſt) inter Principes pacauerat: Conrado quoq; fratre ſuo, Palatino Rheni facto.

Henricus Leo.

Pax Germaniæ.

Pace ſic per Germaniam conſtituta: è Saxonia in Bauariam, & inde Auguſtanam ciuitatem, acceſſit, circa principium Octobris. Ibi militem collegit, Italiam initurus: ſicut biennio antè exulibus implorantibus iurauerat. Conſilium profectionis erat: vt & coronam à Pontifice acciperet: &, quæ in Italia de Imperio detracta (præſertim per Nortmannos) erant, recuperaret. Itaque vallem Tridentinam emenſus: in Campeſtribus Veroneñſium, iuxta lacum Gardæ caſtrametatus eſt. Cùm autem miles, penuriâ cibariorum preſſus, loca quædam ſacra diripuiſſet: ipſe Deum reuerens, ſatisfecit ijs locis, quantum potuit. Inde menſe Nouembri, in campo Roncaliano conſedit: ſicut conſuetudo fert illorum, qui coronam Imperij appetunt. Ibi ligno in altum porrecto (inquit Otho) ſcutum ſuſpenditur. Quò omnium equitum agmen, feuda habentium, ad excubias proxima nocte Principi faciendas, per Aulicum præconem expoſcuntur. Quod ſectantes, qui in eius comitatu fuerunt, ſinguli ſingulos beneficiatos ſuos, per præconem expoſcunt. Nec impunè ferunt, qui emanſerint. Nam (vt canit Guntherus) fit hoc:

Friderici prima in Italiam expeditio. Roncalianus campus. Feuda.

Quòd quicunq; domi, Domino nolente, relictus, defuerit: feudo priuari curia cenſet.

Cùm apud Roncalias dies quinq; manſiſſet: ac multorum querimonias, de iniurijs præſertim Mediolanenſium audiuiſſet: venerunt etiam Ianuenſium, ſeu Genuenſium, Legati: qui Regi ex Saracenica in Hiſpanis præda donarunt leones, ſtruthiones, pſittacos: pannosq; boloſericos precioſiſſimos. Inde cum exercitu profectus per loca arida, vnde nihil haberi poterat: iratus Mediolanenſibus Coſſ. Oberto de Orto, & Gerardo Nigro: quòd ab eis improbè ductus eſſet: eos abire iuſſit. Acceſſerat ad hoc inopiæ incommodum, maxima cœli inclementia per imbres profuſos. Exercitum tamen, in loca opulentiora ditionis Mediolanenſis ductum, refecit: iratus tantò magis, quòd ab eis vetari intellexit, oppida bello diruta inſtaurari. Nec ſe magnitudine pecuniæ, quam offerebant, corrumpi paſſus eſt.

Oppidum deinde Roſatum, equitum 500. *armatorũ præſidio munitum, tamen capit, diripit, incedit:*

intendit: atque equitibus aliquot, vſque ad portas Mediolanenſium emiſsis, terrorem eis inijcit, non ſine cæde plurium. Ipſi, vt Principis iram mitigarent: conſulis Gerardi domum, tanquam malorum auctoris euertunt. Ipſe hoc non motus: Ticinj pontes & aliquot trans eum amnem caſtra, qua ob nocendum Papienſibus & Nouarienſibus extruxerant, capit & comburit. Dehinc natalem Domini magna cum alacritate ijs locis celebrauit.

Roſatum op. à Friderico capitur.

Hoc 1154. anno, profectus eſt Vtenbyranus Abbas Iſingrinus, cum Auguſtano Epiſcopo Conrado, Romam. Interim conflagrauit magna pars cœnobij: quod damnum tamen ipſe, domum reuerſus, egregiè reſarſit. Anno 1158. corpus S. Totonis eò tranſtulit: & anno 1162. ſanctorũ aliquot Martyrum corpora, ex vrbe Colonia. Petente ipſo, donatur 1152 anno priuilegijs hoc Monaſterium ab Eugenio P. & 1171. à Friderico Imp. Anno deinde 1178. redactus eſt fidelis hic gubernator ad errorem mentis: ac tunc Vicarij operâ vſus eſt, Prioris ſcilicet Gernodi. Obijt deniq́, recuperato rationis vſu, anno 1180. De ipſo, ſuprà quoque 1145. dictum eſt.

Iſingrini, Vtenbyrani Abbatis, res geſtæ.
S. Toto.

Gulielmus Rex Siciliæ, Taneon ciuitatem Ægypti ſpoliauit: & in reditu claſſem Græcorum vicit.

VVilh. Siciliæ R.

Hoc anno Sol Calend. Octob. totum diem obſcuratus fuit, tanquam eſſet Luna. Vrſperg.

Eclipſis Solis.

FRIDERICI RES GESTÆ IN ITALIA, ROMÆ CORONATIO, Romanorum iniquitas in eum, apud Veronam periculum, in Germaniam reditus. In his, Terdonæ obſibio ac deditio. Spoleti direptio atq; incenſio. Latronum in clauſtris Veronenſibus punitio. Volkandus, Baro Eberſpergenſis. Marchionum Badenſium & Hochbergenſium origo. Hochbergia & Hohenbergia. Fœmineum cœnobiolum VVilera, non longè ab op. Blabyrano. Inter VVilhelmum Siciliæ R. & Hadrianum P. diſcordia.

CAPVT XIII.

ANNO 1155. vere appetente, Fridericus, Vercellis & Taurino tranſitis: vadato pado, in Papienſem agrum reuertit: auxilioq́ Papienſium & Nouarienſium, Galiatum & Trecatum occupata deleuit: Cairenſes & Haſtenſes, imperata Marchionis Monsferratenſis facere detrectantes, proſcripſit: cumq́ infeſto exercitu veniret: Cairenſes in vicinos montes profugêre: ipſe Cairam, inuenta ibi magna commeatus copia, turribus deiectis, ſuccendit. Eodem ferè modo & Haſtam tractauit, vacuam incolis nactus.

Fridericus oppida quædam euertit.

Digladiationes militum iuueniles & temerarias, comminatione amputandæ manus capitiſue, in caſtris ſuis inhibuit. Sic ſtultitia illa τὸ πάλλειν (zu Balgen) deſijt.

Militum concertationes vetat.

Inde, Terdona obſideri cœpta medio ferè Februario: quæſita eſt penè in pede montis Apennini: campos Papienſes, tanquam è ſpecula, proſpiciens. Contulerant ſe Terdonenſes, ſuburbijs amiſsis, in arcem: cuius montem Fridericus ex omni parte cinxit, ne effugiendi locus eſſet: machinis varij generis admotis. Oppidani, ex deſperatione audaciam ſumebant: præſertim, quòd deprehenſis pendendum in patibulo erat, ante oculos erecto. Et tamen contra conſcientiam ſuo Principi reſiſtebant: ac crebras eruptiones faciebant: quibus vtrinq́ multi cadebant: inter quos, ex Fridericianis duo nobiliſsimi iuuenes: Cadolus ex Bauaria & Ioannes ex Saxonia: ſed Dertonenſium capti, patibulum ornarunt. Fridericus deinde amniculum, cuius potu obſeſsi vtebantur: poſt multos labores poſt pugnarum conflictus, & cadauerum iniectionem putreſcentium: cùm ne ſic quidem ſitis ſe repelli pateretur: ardentibus tandem faculis, piceas & ſulfureas flammas cientibus, inutilem reddidit. Strator etiam quidam cum clypeo, gladio, & ſecuricula, in aduerſum Rubeæ turris aggerem, aduerſus omnes telorum ictus contendens, armatum miliẽ in terram proſtrauit: incolumisq́ ad ſuos reuertit. Quem virtutis ergo admiratus Cæſar, ad ſe vocauit: militari cingulo equitem facere voluit. At ille, ſe plebeium dicens, in eo maluit ordine manere: ac liberaliter tamen donatus, ad ſuum redijt contubernium. Erant autem Stratores: qui caſtra præeuntes, loca traducendo exercitui accommodatoria faciebant. Rex, tempore Paſchali ab oppugnatione ceſſabat: tacitis quaſi inducijs datis. Tum dies paraſceues Clerici & Monachi, cum crucibus, thuribulis, cæterisq́ Chriſtiani ritus ornamentis, vrbe egreſsi: afflictam ſuam conditionem, miſerabili oratione expoſuerunt: ſuamque à pertinacis ciuitatis contagine innocentiam demonſtrarunt. Ipſe eos retrò ad obſeſſos, remiſit. Qui etſi machinâ interea noua facta, ſe tutabantur: tamen ad poſtremum inediâ compulſi, deditionem idibus April. fecêre. Victor oppidum ingreſſus, diripuit, ignibuſque deleuit. Liberatus eſt è carcere quidam Græcorum procerum: ab opitio Malaſpina, pecu-

Terdona obſidio.
Strator.
Terdonæ deditio, exuſtio.

na, pecu-

na, pecuniæ exigendæ cauſâ eò coniectus. Vidiſſes ibi oppidanorum, de clauſtro obſidionis egredientium, funereas facies, tanquam è ſepulcris.

Fridericus coronatus Papiæ.

Rex dehinc Papiam inuitatus, tanquam ad triumphum: ibi in Dominica, qua Iubilate canitur, in fanum S. Michaëlis (vbi antiquum Regum Longobardorum palatium fuit)

ducitur: eiq; caput nitidum gemmante corona
cingitur: et ſceptro decoratur dextera ſacro.
Quem triduo Regi populus deuotus honorem
Exhibuit: longo cumulans noua gaudia ſumptu:
vt Guntherus canit.

Cremonenſes.

Rauenna.

Hinc (Cremonenſibus amicis iure ſignandæ pecuniæ, honoris cauſâ conceſſo) Placentiam, quæ aduerſabatur, præterijt: & Bononiæ Pentecoſten egit. Deinde, Apennino ſuperato, perāgrauit Hertruriam: Piſanisq; claſſem aduerſus Siciliæ Regem Gulielmum parandam iniunxit: Anſhelmoq; Hammelburgenſi Epiſcopo, à legatione Græca reuerſo, Rauenenſem Archiepiſcopatum, poſt mortem Moyſis, ſuffragijs Cleri populiq;, vnà cum ipſo Exarchatu attribuit.

Strepæ tenendæ. amor in Friderico Cæſare.

Romanorum petitio ad Fridericum.

Tendens deinde vrbem Romam verſus: Pontificem (qui erat Hadrianus 4.) obuium habuit: ab eoq; coronam, voce Bambergenſis Epiſcopi Eberhardi, petijt. Qui petitioni annuit: modò ſibi Fridericus auxilio eſſet: ad retinendam ſuam contra inſolentiam Romanorum, dignitatem. Solœciſmum tamen antè Sueuo moribus incondito opprobauit. Epiſcopo dicens: Princeps tuus debitam B. Petro non exhibuit reuerentiam. Nam ſiniſtram nobis ſtrepam tenuit: cùm dextram debuiſſet tenere. Rex ſe non frequentaſſe Scholam tenendi ſtrepas, reſpondit: ſed ignorantiâ peccaſſe. At Rex veſter, retulit Papa, minima per ignorantiam negligit. Quomodo ergo maxima expediet? Poſteà Fridericus dextram ſtrepam obſtrepero Pontifici, non Petro Piſcatori, tenuit. Nondum enim Martinus Lutherus exortus erat: Sol verbi Dei, nondum nubes depulerat. Cùm ambo Sutrij eſſent: Romani legati aderant: promittentes Regi nomine S.P.Q. Romani ſi ab ipſis iniuſtum Cleri dominatum depelleret: ipſos antiquo more, per conſules, Prætores, ac Tribunos plebis gubernari fineret (cùm præſertim ipſe, Tranſalpinus homo, ad Imperij Romani culmen ab ipſis eueheretur) quinq; deniq; millia librarum argenti ad antiquas conſuetudines Magiſtratibus ſeruandos, dilargiretur. Hæc, illi. Putantur autem Romani, ab Arnoldo, de quo aliàs dictum, didiciſſe reſiſtere Pontificijs. Qui cùm Italiâ pulſus, aliquandiu in oppido Alemanniæ Turego docuiſſet: ſuperioribus annis Romam redierat. Rex, audita eorum oratione, modeſtè & grauiter poſtulata ipſorum denegauit. Fuiſtis olim, inquit, Romani.

Friderici reſponſum.

πάλαι ποτ᾽ ἦσαν ἄλκιμοι, Μιλήσιοι.

Detraxit tibi poſtea, ô Roma, Græcus, deinde Gothus & Longobardus, ac poſt eos Francus, coronam virginalem. Penes nos Germanos nunc omnia ſunt: Senatus veſter, Conſules veſtri, equites veſtri. Procerum Germanorum conſilijs Reſpub. regitur: iuuenum Alemannorum robore Imperium defenditur. Non dediſtis nobis Imperium: ſed Carolus & Otho armis id adepti ſunt. Nec vltrò venerunt, ſed veſtro vocatu: vt Deſiderios & Berengarios coercerent. Argentū porrò Roma, exigis à tuo Principe, tanquam captiuo! Nec plebis eſt, leges ſuo Principi præfigere: nec à me pecuniam exigi volo: ſed ſponte mea liberaliter & magnificè largiri ſoleo. Ita Legati diſceſſēre. De conſilio deinde Papæ, Rex mille ferè armatis equitibus præmiſſis, vrbem Leoninam, & B.

Romæ occupat idem vrbem Leoninam.

A P. Hadriano coronatur.

inibi Petri Eccleſiam, occupauit: partem Ælium, ad comprimendas Romanorum irruptiones firmo præſidio muniuit. Poſtridie (6. Calend. Iul. die ſabbati) ante lucem pontifex in vrbem redijt: quem Fridericus ſubſecutus, in Pratis Neronianis caſtra fecit: ac cum armato milite, in numerum decorè incedente, portâ Aurea Leoninam vrbem ingreſſus eſt: Hadrianumq;, pro gradibus ſedentem adorauit. Hinc ab eo ad Confeſſionem S. Petri deductus: celebratis ab ipſo Papa Miſſarum ſolennibus, armato ſplendidè ſtipatus milite, cum benedictione vſitata coronam Imperij accepit, anno Regni ſui quarto, XIIII. Calend. Iulij: omnibus, qui aderant, læta voce fauentibus: Deoq; debitas laudes reddentibus: ponte interim, qui iuxta caſtrum Creſcentij, ab vrbe Leonina vſq; ad ingreſſum eius extentus erat, armatis militibus contra furentem populum ſeruato. Quibus rebus ritè peractis: Imperator coronam gerens: ſolusq; in equo phalerato ſedens, cæteris pedeſtribus: per eandem, qua ingreſſus fuerat, portam in Caſtro, muro vicina, redijt. Eodem die & Anshelmus nonus Rauennas Archiepiſcopus pallium à Pontifice accepit.

Romanos pugnâ compeſcit.

Romani, ægerrimè ferentes, Fridericum ab Hadriano ſine ſua auctoritate coronatum eſſe: Tiberi traiecto, tumultum ad ædem S. Petri excitarunt: Cæſarianis aliquot deprehenſis, & occiſis. Fri-

ſis. Fridericus, Pontifici & Cardinalibus metuens, ſuos ad arma conuocat, & Romanis immittit. Pugnatum eſt aliquot horas: Romaniq; depulſi ſunt: occiſis eorum propè mille, ad ducentos captis, innumeris vulneratis: vno tantùm Germano interfecto, & altero capto. Ita pro auro, quod poſtulauerant, Teutonicum ferrum acceperunt: ſed poſtridie commeatum Cæſarianis denegarunt. Imperator tamen cum Hadriano, ad montem Soracte profectus: feſſum militem, in amœno campo, cibo & quiete refecit. Ibi etiam diem Petri & Pauli feſtum egit: ac Papæ miſſificantis honorandi causâ, coronam geſtauit. Æſtiuo deinde feruore morbos exercitui faciente: à Pontifice ad Tiburtinos montes receſſit: vbi aër ſalubrior erat: & medicamentorum facultas ſuppetebat.

Cùm fodrum (certam annonam, commeatum) à ciuitatibus exigeret: Spoletani contumaciter negarunt. At comitem quoque, Guidonem Guerram, Legatum Friderici, ex Apulia redeuntem, ceperant: nec dimittere volebant. Adulterinos denique nummos, pro iuſtis dederant tributo ſoluendo: cuius etiam parte Cæſarem fraudauerant. Ipſe igitur exercitum in eos promouit: qui non tantùm telis eum arcebant: ſed eruptione etiam facta, caſtra ipſa inuadebant. Verùm profligauit eos hoſtis: & cum refugientibus in vrbem, vnà per portas introrupit. Fodrum, Futer.

Summa inde vrbs, difficilimo Friderici labore (qui & ipſe pugnans, in montem enitebatur) capta eſt, ſpoliata incenſa. Caniculæ autem æſtu ſæuiente, exercitumq; affligente: Italia excedere, viſum eſt: nec id ſine maximo dolore. Nam in Apuliam proficiſci, exulesq; reſtituere, animus fuerat, Papa præſertim hortato. Spoletum à Friderico Imp. captum & incenſum.

Nunc verò, neceſſitate cogente, ab Ancone (vbi munera Græci Auguſti, à nobiliſſimo Legato Palæologo acceperat: & viciſſim ad illum legatos deſtinauerat) Senogalliam ac Piſaurum, Æmylia verò via Bononiam, venit. Inde traiecto ad D. Benedicti cœnobium Pado, initio menſis Septembris in agrum Veronenſem progreſſus eſt. Ibi Veronenſes, odio eius ardentes, pontem, quem veteri conſuetudine Imperatori facere debebant, ea fraude compararant: vt fragili compage huius, & ipſe & exercitus periret. Quod cùm eis non ſucceſſiſſet: latrones quidam nobiles, in Veronenſibus clauſuris (κλαυσοῦραις, Berner clauſen) ſub nobili quodam Alberico Veronenſium equite, altitudine rupium freti, inter quas & amnem Atheſin tranſeundum erat, viam impediebant: nec Auguſti legatis quicquam concedebant: niſi à ſingulis equitibus loricam aut equum, & non paruam ſummam pecuniæ à Principe, acciperent. Durum erat Auguſto, latronibus tributum pendere. Palæologus legatus ad ipſum. Veronenſium latronum contra Fridericum conatus, & ſupplicium.

Circummiſit igitur aliâ via Vexilliferum Othonem de VVittelſpach, cum ducentis propè iuuenibus lectiſſimis. Hi in rupem, vbi illæ veſpæ erant, haſtis inter ſe ſubleuati, tandem euaſerunt, latronibus inſcijs.

Signa potens Otho tunc ſtatuit: ſtrepituq; feroci
terribiles ſonuêre tubæ: clamore virorum
hactenus ignoto mirantia ſaxa reſultant.
Obſtupuit peritura cohors ſcelerata latronum.
Saxa fugam prohibent: pugnam mala cauſa, metusq;
impedit: & trepidæ tenuis fiducia dextræ.
Regius aggreditur miles: reliquisq; peremptis:
Cum Duce capta ſuo, turpi bis ſena reſeruans
Corpora ſupplicio: grato pro munere Rege
exhibet hos omnes: excepto ſcilicet vno:
qui ſocios propria iuſſus ſuſpendere dextra,
obtinuit miſeram Regali munere vitam.
Gallus erat: nuperq; dolis aſcitus iniquis,
inſcius. Huic parcens, aliorum guttura duro
elidi laqueo iuſtiſſimus imperat vltor.
Sic cruce, vel gladio, quingentos vltima mortis
fata ſubiſſe ferunt: omnes ex ordine equeſtri,
ingenuos iuuenes. Quos Regia vulnera paſſos,
Teutonus in magnos miles congeſſit aceruos.

Die haben nur ein mal (ein käpplin vol Fleiſch) auff zuſehen gehabt: vnnd daſſelb vbel angelegt. Es ſind verwegene Buben geweſt/den Eltern vngehorſam. So gehts.

His anguſtiis locorum tranſitis: nocte illa Princeps in territorio Tridentinorum caſtra gratanter locauit. Inde Bauzanum (Bozam, clariſſimi hodie apud nos in Tybingenſi Academia Medicinæ Profeſſoris, Doctoris ANDREÆ PLANERI, *patriam) villam in confinio Italiæ Bauariæq́ poſitam (dulce vinum Bauaris & Sueuis mittentem) peruênit: eodemq́ ferè tempore, quo exierat, anno vertente, in Bauariam reuertit.*

Bauzanum.

Ratisbonæ conuentus Friderici: vbi Veronenſes, in gratiam recepti.

Idibus inde Octob. cùm Ratisbonæ conuentum ageret: Veronenſis eum Epiſcopus, publicè miſſus, conuênit: effecitq́ deprecatione, vt Verona in gratiam reciperetur: vt quæ ſcelere, paucorum improbitate commiſſo, prorſus vacaret. Exegit magnam ab eis, Imperator pecuniam: ſacramentoq́ de militia contra Mediolanenſes præſtanda obligauit. Hæc ferè de prima Friderici expeditione Italica, ex Friſing. Vrſperg. & Sigon. Nunc ad alia eiuſdem 1155. anni tranſeo.

De Volcknando, Eberſperg. Barone.

Volcknandus, Dominus Eberſpergenſis, non longè ab Hohenſtauffa, tunc vixit. Aulicus erat is Ducum Sueuiæ, more ſuorum patrum, bello & pace clarorum.

Eques auratus fuit: & Adelbergam ſequenti tempore fundauit, quòd liberos non haberet. Inter alia, Comopolin Eberſpachum infra Gæppingam poſſedit. Vnde & Eberſpachenſem nominarunt. Sed placet populari linguâ eulogium eius ſubijcere: ſicut ab auditore noſtro, M. Marco New *Gæppingenſi, acceperam.*

Eberſpachum.

WOLKNANDT / Freyherr zu Eberſperg / nit ferr von Hohenſtauffen gelegen / hat geläbt anno M. C. LV. vnnd ſich / wie ſeine löbliche Voreltern / an der Hertzogen von Schwaben Hof gehalten. Auch dermaſſen von Jugent auff / in Kriegen vnd fürnemmen Sachen gebrauchen laſſen: daß er nach volbringung ſeiner Mannlichen Thaten / zu Ritter geſchlagen worden. Sein Herrſchafft hat ſich biß in daß Filsthal erſtreckt: vnd jhme der Marckfläck Eberſpach / vnderhalb Göppingen / eygenthumlich zugehört. Dahär jhn etliche einen Freyhärren von Eberſpach nennen. Vnnd nach dem er ſein Läben / vnd Haußregiment / biß in die LX. Jar hingebracht: vnd mit ſeinem Gemahel keine Kinder / ſo das Läben behalten / gezeuget: nam er jhm für / ſein Haab vnd Guet an Gottesdienſt zuverwänden. Hat darauff bey den Hertzogen von Schwaben / deß Lehensgerächtigkeit gemäldter ſeiner Haab vnd Güter alſo zuvbergeben bewilligung erlangt. Vide ſequent. lib. cap. 11.

Annotatio D. Volcknando, alicubi inuenta.

Fridericus I. Imp. eum non aliter, quam Volcknandum de Stauffen nominat. Dictus tamen ab alijs eſt, Dominus in Eberſperg: quòd in arce Eberſperg habitauerit: cuius rudera & foſſæ adhuc apparent: in ſylua proxima Cœnobio Adelbergenſi: qua itur Bergheimium, quod inferius vocatur.

Marchiones Badenſes. Munſt lib. 3 cap. 264.

Bello antehac moto à Conrado Zæringenſi contra luſcum Fridericum, Ducem Sueuiæ: filius huius Fridericus Barbaroſſa Tigurum ei ademerat, & arcem Zæringenſem: pacemq́ petere coëgerat, ac tradere ditionem Hochbergenſem. Hanc Fridericus, poſtquam Imperator factus eſt, dedit in feudum cuidam Marchioni Veronenſi adoleſcenti, ex Italia dato obſidi. Quod incidit in annum 1155. Ab hoc Marchione ſcribuntur deſcendiſſe Marchiones Badenſes. At etiam antehac fuêre tales: vt ſuprà in anno 1138. de Rudolfo Badenſi, & Ioanne VVirtembergenſi, diximus. Et Munſt. lib. 3. cap. 278. Marchiones, inquit, Badenſes atq́ Hochbergenſes, vnam commune habent principium: ſcilicet Hermannum qui anno Chriſti 1120. hanc putatur poſſediſſe terram. At lib 3. cap. 270. idem Munſterus ſcribit: Fridericum I. duxiſſe ex Italia ſecum Hermannum Veronenſem ſanguine ſibi iunctum. Quem, reſignata ditione ſua Voronenſi (cùm ſcilicet ei Germania arrideret) impetraſſe nuptias Iudithæ comitiſſæ: & per eam, Comitatum Badenſem atq́ Hochbergenſem. Eum Comitatum à Friderico euectum eſſe in Marchionatum: & ipſum Hermannum, creatum ab eo eſſe Marchionem, & Principem Imperij: Vide ſup. in anno 1151.

Badenſium Marchionum origo. Et Hochbergenſium.

Hochbergæ & Hohenbergæ differentia.

HOCHBERG *&* HOHENBERG. *ſunt duæ diuerſæ ditiones. Hochberg, eſt in Briſgoia infra Friburgum. At Hohēberg, eſt in Nigra ſylua prope Rotvvilam, arx iam in ruderibus iacens. Rotvvilenſibus iuſſu Sigiſmundi Cæſ. demolitus. Vnde comitatus Horb & Rotemburg iuxta Neccarum, denominationem habet.*

Conſtantienſis Epiſcopus Hermannus, impetrauit ab Imp. Friderico (ſcribente Bruſch.) confirmationem donationis ac bullæ Regis Galliarum Dagoberti. Vixit Dagobertus Magnus circa 634.

VVern-

VVernherus (al Henricus) Fabarienſis Abbas, inuênit magnum theſaurum rerum precioſarum, veſtium & librorum, 1155. Accepit priuilegium à Barbaroſſa, 1158. Theſauri inuentio.

De Parthenône VVILERA.

Huius Templum extitit (ſcriptore Bruſch. anno ſalutis 1155. quia tunc conſecratum eſt ad honorem Chriſti, D. Mariæ: ſanctorum item Nicolai, Ægidij, Laurentij, Cæſarij, VVenceslai, Cæciliæ Zoæ, & XI. millium virginum: ab Epiſcopo Aldenburgenſi Geroldo, Calend. Septembribus. VVilera Gynæceum, vbi Blaburæ. *Erat tunc in ea vicinia caſtrum nobilium virorum à VViler: qui recens condito & conſecrato Templo donarunt eleëmoſynas quaſdam, ad alendum Deo ibi ſeruientes. Ex qua arce, multis exactis annis, prodijt tandem prima cœnobioli huius inceptrix honeſta & religioſa virgo Adelbaidis: quæ domunculæ, quam Templo contiguam conſtruxerat, ſeſe incluſit: ac ſola ibi ieiunijs & precibus, annos 40. Dei colendi causâ ſe macerauit.* Adelbaidis Monacha. *Mortua eſt anno 1280. & apud Blabyram ſepulta: vbi tunc conuentus erat LX. ſororum. Situm enim eſt Monaſteriolum inter Vrſpringum & Blabyram oppida, infra Schelcklingam. De hac Adelbaide Felix Fabri ſic narrat: eam tempore feſtiuitatis cuiuſdam, prodijſſe ornatam (vt filiam nobilis, caſtellum: ibi habitantis) more ſeculi: tranſeuntemq́; per hortum, Eccleſiam verſus, offendiſſe ad radicem arboris, atque corruiſſe. Sublatam à pediſſequis, dixiſſe: Fiat (quæſo, Domine) hæc offenſio corporis mei, & caſus, animæ meæ reſurrectio, & ſalus. Ac ſtatim reuerſam domum, veſtem ſecularẽ poſuiſſe: & ad Eccleſiæ parietem ſibi tugurium ex aſſeribus feciſſe: vbi diu viuens, vitam benè finiuerit.*

Succeſſit priori (inquit Bruſchius.) Adelbaidi, altera Adelbaidis, quæ moleſtata à Blabyrenſi Paſtore, Romam profecta, impetrauit ibi cum quadam eleganter picta tabula Virginis Mariæ Pontificiam confirmationem contra aduerſarios. Altera Adelbaidis. *Hac ſuffulta primam ædiculam ſubſidijs piorum amplificauit: elegantioremq́;, quam prius erat, contubernio ſibi condito: ipſa quoque 40. A. religiosè vixit: & circiter 1320. obijt Felix autem ſic ſcribit: eam accepiſſe à fratre ſuo, qui carpentarius fuerit, ædificatum nouum tugurium (vetere ruinam iam minante) ita anguſtum: vt homo extentis brachijs quoquo verſus in quadrum, parietes tangeret. Ibi Deo ſeruientem, ſtupendum poſt ſe exemplum vitæ reliquiſſe. Sic in legenda Baradati Græca.* Οὗτος τὸν φιλόσοφον καὶ ἐρημικὸν ἀσπαζόμενος βίον· πρῶτον μὲν, ἐν οἰκίσκῳ τινὶ καθεῖρξεν ἑαυτόν· εἶτα δὲ, ὃ δὲ τῷ σώματι σύμμετρον κατασκευάσας κελλίον, ἐν αὐτῷ διῆγεν. Eremita Baradatus.

Tertia ſecuta eſt, Guta viuens & ipſa in hoc cultu A. 37.

Incluſa 1357. ex Blabyrenſi oppido Adelbaidis Toblerina: ſolitaria ibidem 18. A. vixit.

Ad eam ſe contulit anno 1374. nobilis & pia virgo Gertrudis SchVVellerina: quæ in arce non longè diſtante, comitiſſæ cuidam Helffenſtainenſi 20. A. fideliter ſeruierat. Gertrudis SchVVellerina. *Ideo autem ſe à Toblerina recipi petijt: quòd cùm aliquoties apud eam fuiſſet: conuerſatione eius proba delectabatur: hortante præſertim ipſam eôdem fratre ſuo germano, Bertholdo SchVVellero, Sacerdote Eſslingenſi. Iam hac occaſione, conuentus plurium ſororum fieri cœpit: cuius Matres, hæ fuerunt.* VVilerenſes matres.

1. Hæc Gertrudis: recipiens 12. ſorores quibus, labore manuum ſuarum viuentibus, ipſa 25. A. præfuit laudabiliter. Obijt anno Domini 1400. ætatis ſuæ 60. ac prima, in conſecrato eius loci cæmeterio humata eſt.

2. Anaſtaſia à VVeſterſtetten, nobilis Domina.

3. Anna à Munderkingen, oppido Danubiano.

4. Clara Heſsina.

5. Catherina Reuterina.

6. Adelbaidis Oſuualdina, è Blabyrenſi vicino oppido oriunda. Sub qua, anno 1475. cœpta eſt ædificari domus ea ſatis amplè & pulchrè, ſequentium matrum habitaculum.

7. Agnes Ganſerina.

8 Corona Schneiderina VVellenburgia. Obijt 1545. cùm multis annis antè reſignaſſet.

9. Euphroſyna Haidina, patricia Vlmenſis. Obijt 1531.

10. Magdalena Megenheertina Ebingenſis: quæ anno 1550. ſexagenaria erat.

In Sicilia, Gulielmus R. conſecrationes Epiſcoporum ſuorum Pontifici Hadriano eripiens ab eo ſacris excluſus fuit: exules (viri illuſtres) contra eum in Apulia reſtituti: Manuel & Fridericus Impp. in eum ad arma ſocianda incitati. Guilh. Siciliæ R.

In Lombardia, Mediolanenſes ingentem armorum apparatum, contra ſuos domi aduerſarios, & contra Imperatorem rediturum, fecerunt. Mediolanenſium apparatus.

CANES, A PRINCIPIBVS VIRIS PORTATI. ARCHIEPISCOPI MOguntini Arnoldi tragicus interitus, & vrbis Moguntiæ calamitas. Nuptiæ Imp. Friderici, & Beatricis Burgundiæ. Græca legatio, Noribergæ apud Cæſarem. Propoſitum expeditionis contra Mediolanenſes ſuſcipiendæ. Hohenfælderi, Auſtriæ proceres. Principum diſſenſio, per Fridericum pacata. Quædam Coloniæ ab eo geſta. Rebdorffenſis cœnobij fundatio, Templum S. Michaelis, & Mercatus, Halæ Sueuicæ.

CAPVT XIIII.

ANNO 1156. Imperator natalitia Domini VVormaciæ celebrauit. Ibi Arnoldus Moguntinus Archiepiſcopus, & Hermannus Palat. Comes, in diſceptationem trahuntur: eò quòd, Principe Friderico in Italia verſante: ipſi interim rixantes inter ſe, contra ſe mutuò prædationibus & incendijs graſſati fuerant. Cumq; ambo, cum complicibus ſuis deprehenſi eſſent ſontes: ambobus pœna impoſita eſt. Vetus erat conſuetudo, pro lege, inter Francos & Sueuos (teſte Othone) vt,
Canum portatio, pœna nobiliũ pacem violantiũ. *ſi quis nobilis, Miniſterialis, aut colonus, coram Iudice talis rei conuictus eſſet: is, antequam capitali ſupplicio afficeretur: ad ignominiam ſui, nobilis canem, cæteri ſellam de comitatu in proximum comitatum portare cogerentur. Tunc igitur, Epiſcopo quidem, ob Pontificalis ordinis reuerentiam, ne ipſe portaret canem, parſum eſt: ſed tamen pro eo canes portarunt, Ludouicus comes de Lobun, VVilhelmus comes de Glitzberg, & alij: verùm mox tamen ceſſare permiſſi ſunt. Palatinus verò comes, magnus Imperij Princeps, canem portare per Teutonicum milliare coactus eſt, ipſe, & decem ſocij eius comites: inter quos, Emicho Lynigen. Gottfr. Spanheimen. Henric. Katznelnbog. Conrad Kirchbergen. Henr. Didesheimen. Pacem enim à Frider. mandatã, vtique violauerant. Hoc, tam ſeuero, iudicio vbiq; in Germanijs diuulgato: nemo amplius publicam quietem turbare auſus eſt. Acceſſit huc quòd Auguſtus circumquaque non pigrè diſcurrens nonnullorum Raptorum (Heckenſiſcher) arces, & prædatrices & receptrices, diruit: ex quibuſdam*
Arces prædonũ, dirutæ ab Imperatore. *latrunculis alijs breuem, alijs longam literam fecit: Teſtes, Friſing. & Tritenhemius. O PACÆ ET IVSTÆ LEGES, quantam vim habetis contra improbos & ſceleratos, ſi ſtrenuitas & celeritas executionis adhibita eſt:*

Groſſe Herren haben dazumal / wann ſie den Frieden gebrochen / müſſen Außling tragen. *Sic canes appello: quòd, quando eos depellere volumus:* Auß Auß / *ad eos clamamus.*

Seruetur ergo pax amica publica.

Quia de Moguntino Præſule Arnoldo, publicæ pacis turbatore, dictum eſt: libet etiam alia eius commemorare: quomodo Archiepiſcopatum, & quem exitum, nactus ſit. Fuit is, Selenhofenſis, è Ringouia Decanus Aquiſgranenſis, & Barbaroſſæ cancellarius, eiq; percharus. Sic Merſſæus habet. Cætera iam ſed breuiter, ex Conrado Epiſcopo: ab anno 1156. circiter vſque ad 1160. facta.
Arnoldus, Cardinalibus auro corruptis, Henricum Moguntiæ Archiepiſcopum perfidè deijcit, & ſe in ſede eius collocat. *Henricus Archiepiſcopus Moguntinus, cùm fideliter muneri ſuo præeſſet: tamen delatus fuit ad Papam, tanquam negligens. Miſit ergo Arnoldum, Clericum (qui omnia eius ſecreta ſciebat: cui duas Præpoſituras contulerat: quem, Camerarium ciuitatis Moguntiæ fecerat) ad Papam ſui purgandi causâ. Is Romæ ſibi pecuniâ Cardinal. comparauit: in quos Epiſc. Scriptor hic exclamat: O Cardinales, Cardinales: pacem de terra accepiſtis: &, vt homines ſe inuicem interficiant, vos feciſtis. Cardinales auro ſibi Arnoldus conciliauit: vt in pontificatum Moguntinum, eorum operâ ſe intruderet. Proinde calumnijs Epiſcopum ſuum lacerauit. Veniunt ergo, ipſo procurante, duo ex eis peculiariter corrupti Cardinales VVormaciam. Eò citatus Henricus, condemnatur ab eis: Arnoldus Moguntino Archiepiſcopatui præficitur: tanquam Friderico Imp. qui ipſum diligebat, occultè conſentiente. Henricus, nequicquam innocentiam ſuam tuens, tamen non vult Papam appellare: eo quòd ſibi nihil, niſi labores & impenſos, creaturus eſſet: ſed citat iniquos iſtos iudices ad tribunal Domini Ieſu Chriſti. Qui reſpondere: Præcede tu, nos ſequemur.*

Henricus Cardinales ad tribunal Chriſti prouocat. *Moritur ipſe poſt ſeſquiannum. Factiones inde duæ ortæ ſunt Moguntinorum: alteris indignantibus caſum Henrici: alteris de Arnoldo gloriantibus. Hinc, mutuæ cædes: clerus contemptui haberi. Sequẽti tempore ambo Cardinales, mali malè perierunt, alter, in cloaca (ſicut olim Arius)*
Exitium eorum. *viſcera ſua effundens: alter digitos ſuos articulatim morſu decerpens, & expuens. Laudabant pij Deum; quòd vindicaſſet mortem venerabilis Antiſtitis Henrici. Ciues in diſſidio perrexerunt: accerſitis extremis etiam auxilijs. Monebatur Arnoldus ſibi caueret. Reſpondit: Canes Moguntini latrant, non mordent. Monitus eſt ab Abbate Erbacenſi, & à S. virgine Hiltegarde: quæ per ſpiritum videret, eum breui moriturum. Proinde ſcripſiſſe ad eum dicitur: Pater, proſpice*

tibi,

tibi. Canibus enim ſunt vincula ſoluta, qui inſequuntur te. Ipſe deinde pridie S. Ioannis Baptiſtæ, de oppido Bingeno rediens, in Cœnobio S. Iacobi, ſito in monte ſpecioſo iuxta vrbem Moguntiam, diuertit. Inde eum poſtridie, igne ſubiecto, exire coëgerunt. Cùm autem cucullа indutus, inter Monachos latendi cauſa exiret: agnitus ab hoſtibus eſt. Quorum vnus gladium in collum eius adegit: alius ſuperiorem capitis partem, ab aure ad aurem amputauit: cæteri vario genere armorum deiecerunt eum. Iacuit triduum nudus, veſtibus ſpoliatus: annulis de digitis detractis. Volebant hoſtes, vt à canibus laniaretur. Tum fœminæ oluſculariæ & meretrices lapidibus dentes eius contuderunt: aliæ ligna ardentia gutturi eius infixerunt. Tandem à Canonicis S. Mariæ ad gradus, iam fœtens, clàm ſublatus eſt, & in Templo ſepultus. O Cardinales (inquit Scriptor) huius rei vos eſtis initium. Offerte Diabolo iam, tanquam Architriclino veſtro, cum pecunia, quam deglutiſtis, voſmetipſos. Tunc, qui tantum facinus perpetrauerant, Clericis exclusis, in ſede occiſi collocarunt Rudolphum Clobolouchum, fratrem Ducis Zaringiæ Friderici: vt, cùm eſſet conſanguineus Imp. Friderici, pœnas effugerent. Hic verò cædis auctores perpetuo exilio damnauit (Briningero, vt capite coniurationis, decollato) ciuitatem omnibus priuilegijs in perpetuum priuauit: muros & turres funditus deſtrui iuſſit: vt furibus, lupis, canibus, introitus pateret: nec vnquam inſtaurationem faciendam ſanciuit. Sed nec Cloboloucho res ſucceſſit: verùm in itinere, quo Romam petebat, interijt. Moguntiæ quoque perijt inæſtimabilis theſaurus Eccleſiaſticus, veſtium & ornamentorum: in quo crux quædam fuit, nomine Benna ſexcentarum auri puri puti librarum; hoc eſt, mille ducentarum Marcarum: 1. Libra valente 2. marcis: id eſt (vt Iacobus Spiegelius ait) olim LXX. Florenis Rhenenſ. hodie verò, LXXV.

Arnoldi tragicus interitus.

Alius in loco eius Archiepiſcopus locatur, Adolphus Clobolouchus, infeliciter.

Coniurati, ab Imp. Friderico puniti.

Benna crux.

Hermannus Comes Palat. obijt: cui frater Imperatoris ex parte patris, Conradus ſucceſſit: homo (inquit Tritenheim.) Dei oblitus: Eccleſijs & Monaſterijs, ac Miniſtris eorum, præſertim VVormacienſi Antiſtiti Conrado, grauis.

Hermanni Palat. mors.

Imperator hoc 1156. anno in Bauariam reuerſus, Pentecoſten in quadam arce Palatini Othonis priuatus egit. Herbipoli poſtea nuptias cum Beatrice, Reinaldi Matiſconenſis Burgundiæ comitis filiâ vnica (quæ ei ex filia Simonis Lotharingiæ Ducis nata fuerat) Regio apparatu, multis principibus præſentibus, in Katzvvickera curia celebrauit. Socere itaque non multò poſt mortuo: non modò Burgundiam, ſed Prouinciam etiam, Imperio iam diu alienatas, vxoris titulo poſſidere cœpit. Nati ei poſtea ex hoc coniugio ſunt filij plures: Fridericus, Dux Sueuiæ. Henricus Imp. Conradus Dux. Otho comes Burgundiæ.

Imp. Friderici nuptiæ cum Beatrice Bu[illegible]

Nati inde filij.

Philippus. Rom. Rex. Tunc autem Guibaldus Corbagenſis Abbas, è Græcia reuerſus, aduenit. Legati enim Græcorum qui cum eo ad Imp. Fridericum deſtinati fuerant, Iuuauiæ relicti, ad hunc non admittebantur. Nam ſuperiore anno, cum ab eo circa Anconam diſceſſiſſent: literas quaſdam Imperatorio ſigillo confirmatas, fraude ſurripuerant: quibus loca maritima ſibi ab illo conceſſa mentientes, ipſi & adiutores Apuliæ regionem occupauerant. Quo audito, Auguſtus iratus, eos non ſolùm in conſpectum ſuum non admiſit: ſed etiam de puniendo eos, vt proditores, cogitauit. Poſtea tamen in Norico caſtro (Norberga) auditi ſunt: tum de ineundo coniugio (quod iam neglectum erat) tum de vlciſcenda Vngarorum in Græcum Imp. iniuria. Remiſſi ſunt ad Manuelem Imp. adiuncto Friderici capellano Stephano: per quem Sueuus de Græci voluntate amplius cognoſceret. Doluit Friderico, Imperij ſui limites, non modò à Gulielmo Siculo, ſed etiam à Græcis, conculcatos eſſe. Eò ergo ſuſcepturus expeditionem erat. Audito verò, Gulielmum Græcos Brunduſio & Apulia deturbaſſe: ad compeſcendam Mediolanenſium contumeliam iram conuertit. Papa Hadrianus, hactenus Siculo Regi aduerſatus: tamen in magnas ab eo difficultates adductus: ipſum ad pedes procidentem, in gratiam recepit: & ligium de more homagium facientem. Regem Siciliæ, Ducem Apuliæ & Calabriæ, principemque Capuæ, comprobauit. Domini à Gulielmo expulſi, ad Fridericum refugerunt.

Græci legati ad Fridericum.

Litera falſa.

VVilh. Siculum Papa Hadrianus in gratiam recipit, & in Regno confirmat.

Mediolanenſes etiam non quieſcebant: ſed Dertonam inſtaurabant: Papiam & Vigeuer. um ad deditionem coëgerunt: Laudenſibus grauiter imminebant. Cum eis, faciebat Brixia & Placentia, aliæque ciuitates. Semper Mediolanenſes reſiſtebant exortis de Sueuia Cæſaribus. Igitur à Friderico Principes contra eos literis extimulabantur: inter quos ad Friſingenſem ſic ſcripſit, teſte ipſo Friſingenſi.

Mediolanenſes, inquieti contra Fridericum.

Fridericus, Dei gratia Romanorum Imp. & ſemper Auguſtus: dilecto patruo ſuo Ottoni, Friſingenſi Epiſcopo, gratiam ſuam & omne bonum.

Quia diuinæ prouidentiæ clementiâ, vrbis & orbis gubernacula tenemus: iuxta diuerſos euen-

» euentus rerum. & ſucceßiones temporum, ſacro Imperio, & diuæ Reipub. conſulere debemus. Quæ
Querela Friderici de ipſorum ſuperbia.
» igitur Mediolanenſium ſuperbia, iam diu caput contra Romanum Imperium erexit: & totam Ita-
» liam ſuo nititur Imperio ſubiugare: ideo ex iudicio Principum, expeditionem cōtra Mediolanum,
» à proxima pentecoſte ad annum iuratum, tibi indicimus: quam intimè rogantes & præcipientes,
» quatenus ad eam nobiſcum peragendam, à vigilia Pentecoſtes ad annum, VLMÆ nobis indubi-
» tanter occurras: certus, quòd nec te, nec aliquem Principum noſtrorum, montem Apenninum
» tranſire cogemus.

Guntherus.

Vlmenſem ad vrbem exercitus cius.

Totus apud noſtram coiens exercitus Vlmam.
me Duce, per rigidam ſecurus & integer Alpem
tranſeat: & fortem ſatis impiger occupet vrbem.

Hîc cùm triceſimo Martij, diei finem ferè feciſſem: adhibitus ſum cœnæ à generoſis & præ-claræ indolis Auſtriacis adoleſcentibus: noſtras hîc lectiones, Latinas Græcasq́; diligenter audien-tibus, vtraque lingua ſcribendo doctè ſe exercentibus: Georgio Acacio Ennenckelio: VVolfgango & Ludouico Hoehenfelderis, generoſi & magnifici Domini ACACII (qui & ipſe nos olim audie-bat) filijs: optimè à Pædagogo ſuo, M. Michaële Zieglero Grœningenſi, inſtitutis. Aderant quoq; egregij iuuenes: nobilis Hermanus Salburger: Dauid Mageirus, V. I. Doctor: reuerendi D. Io-annis Stutgardianæ Eccleſiæ Præpoſiti, illuſtriſſimoq́; Principi noſtro à conſilijs, filius: atq; Mel-chior Noerdlinger Beſeckheimenſis, Iuris Studio addictus. Patres denique familiarum, M. Eber-bardus Bibenbachius, Diaconus Eccleſiæ Tybingenſis reuerendi Bebenbuſani Abbatis. Theol. Doctoris, Eberbardi filius charus affinis noſter: & Philoſophicus Academiæ Profeſſor, illuſtris Stipendij cum clariſſimo M. Samuele Hailando adminiſter, M. Vitus Myllerus Bulnbe:men-ſis Francus: cuius, omnis prædicta iuuentus honeſtiſſima, conuictrix erat. Quanta dulcedo huius conuiuij! Non tam ferculorum lautitiâ: quàm ſermonum ſuauitate, muſicæq́; varijs inſtrumentis artificioſiſſimè concinentis iucunditate! Quid in cœlo expectandum beatis erit! Quæ oculus non vi-dit: auris non audiuit: in cogitationem hominis non aſcenderunt: quæ Deus præparauit diligenti-bus ipſum. Huic omnis tribuatur pleno ore gloria.

Hohenfelderi Auſtrij.

Principum de Ducatu Bauariæ pacificatio. Auſtria, pro Marchionatu Ducatus facta.

Hoc demum 1156. anno (teſte Friſing. illa duorum Henricorum de Bauariæ Ducatu con-trouerſia, de qua ſup. cap. 11. dictum eſt, pacificum omnibusq́ue gratum finem, Auguſti fideli indu-ſtria accepit: anno Regni eius S. Imperij 2. medio Septembri: in campo duobus ab vrbe Ratisbo-nâ milliaribus. Hac de re extat prolixum Friderici Imp. priuilegium, in Auſtria Ioannis Cuſpi-niani. Commutauit Marchionatum Auſtriæ, & dictam Marchiam ſupra Anaſum, in Ducatum: conferens Henrico patruo ſuo, & prænobili vxori eius Theodoræ, ac liberis eorum. Eam Au-ſtriam, clypeum & cor ſacri Romani Imperij appellat. Poteſt Dux in terris ſuis omnibus te-nere Iudæos, & Vſurarios publicos: quos vulgus vocat Gewerteſchin. *Teſtes literarum.*

Pilegrinus, Patriarcha Aquileienſis.
Eberbardus, Archiepiſcopus Salisburgenſis.
Otho. Friſing. Epiſcopus. Hartmannus, Brixnienſis.
HartVVicus, Ratisbonenſis & Tridentinus Epiſcopus.
Dominus VVelpho.
Dux Cunradus, frater Imperatoris Friderici 1. Cæſaris.
Palatinus Rheni Fridericus, filius Regis Chunradi.
Henricus, Dux Carinthiæ.
Marchio Engelbertus de Hiſtria.
Marchio Albertus de Staden.
Marchio Deopaldus de Vochburg.
Hermannus, Palatinus Comes de Rheno.
Otho, comes Palatinus: & frater eius Fridericus de Schiern & VVittelſbach.
Eberhardus, comes de Sultzbach.
Rudolphus, comes de SchVVeinbeut.
Albertus, comes Hallenſis.
Eberhardus, comes de Purchauſen.
Comes de Putina.

Comes de Peilſtain, & alij plures. Peilſtein.

Datum Ratisbonæ 15. cal. Octob. Indict. 4. anno 1156. non autem 1166. ſicut Cuſp. habet.

VVelfonis (quem & ipſum Imperator ditionibus auxerat) titulus erat in Scriptis, quæ edebat: VVelfo, Dei gratiâ Dux Spoleti, Marchio Tuſciæ, Princeps Sardiniæ. VVelphonis titulus.

Eodem anno, cum Imperator Auguſtæ eſſet: Conradus Epiſcopus, & capitulum Cathedrale (teſte Marco Henningo ex Achille Gaſſaro) ciuitatem de malè adminiſtrata iuſtitia, & vitijs in contractibus, detulerunt. Ideo Auguſtus in comitijs Ratisbonenſibus & Noriberg. cum cæteris Principibus, ordinaria & certa iura ciuitati præſcripſit: quibus Præfecti & Aduocati vrbis, Clerici & ciues, vterentur. Ita ciuitati maior libertas, in curandis ciuilibus negotijs, & Repub. exornanda, contingit, præter ſpem Sacerdotum: & violentiæ Epiſcopi frænum iniectum eſt: exquiſita ſtatuta ſuper conſtituendo Parocho, admittendo Burggrauio, conducendo Monetario, telonijs, mulctis, & adſcriptitiorum Colonorum tributis exigendis, præſcripta ſunt: ac diligenter in actis à Senatu conſeruata. Auguſtanæ v[rbi] Iura à Frideric[o] præſcripta.

Antehac Imperator Coloniæ fuerat: ab Archimyſta Arnoldo, & ciuibus, ſatis honorificè exceptus. Ibi iuſſu eius, gladio percuſſus eſt miles quidam Bernhardus: quem in necem Hermanni de VVinceburg conſpiraſſe, Saxoniæ Dux conuicerat. Tritenh.

Mortuo autem hoc Arnoldo: diſſenſio de ſucceſſore ſubſtituendo grauiſſima exorta eſt: Præpoſitis & Abbatibus, Gerhardum Bonnenſem Præpoſitum: maioris verò Eccleſiæ Canonicis (tunc præpoſito & Decano deſtitutis) Fridericum De Daſſele (nobili familia Saxoniæ) eligentibus. Imperator autem huic Friderico ſuffragans, eum Regalibus inueſtiuit: Romamq́ ad Pont. Hadrianum miſit, qui ipſum conſecrauit. Sed triennio pòſt, in Italica Friderici expeditione, Papiæ debitum naturæ ſoluit. Friſing. (huc vſq́ hiſtoriam ſuam deducens) & Merſſæus. Coloniæ A[rchie]piſcopus, [Frid]ricus de D[aſſele].

Guntherus, Spirenſis Epiſcopus, Mulbrunnenſis cœnobij cum VValthero Lammersheimio fundator, è vita diſceſſit. Ei ſucceſſit Vdalricus Durmuntzius: quem poſtea 1167. in Roma per Fridericum obſidione peſtilentia ſuſtulit. Spirenſes Epiſcopi.

Monaſterium Rebdorffum, canonicorum Regularium S. Auguſtini egregium, ad Almonum ſiue Altenudum, fluuium ſupra Aichſtadium, poſt arcem Epiſcopalem in valle amœniſſima ſitum, fundari cœptum eſt anno Domini 1156. (epiſcopante Conrado à Mœrſpergk, Bauaro, Imp. Friderici chariſſimo conſiliario) ab Auguſta Beatrice, Burgundionum Duciſſa, Barbaroſſæ vxore: quæ pagum Rebdorffenſem Epiſcopo ad huius cœnobij conſtructionem donauit. Rebdorffum cœnobium.

Eodem 1156. A. (vt apud G. VVidemannum reperi) conſentientibus, VVirceburg. Epiſcopo Gebhardo ac Alberto 4. ac Gernando vel Gerneto 5. Abbatibus Chomburg. & Duce Frider. (Sueuiæue, Cæſaris Conradi 3. filio?) vetus & labile Sueuicæ Halæ in monte caſtellum (quod, nobilibus de Halb, qui id Rotenburgenſium Tubari Comitũ conceſſu habuerant, extinctis, cum cæteris ipſorum rebus ac mancipijs, ad Chomburgenſes venerat, vt feudi dominos) vetus illa & ruinoſa arx, inquam, permutatione in poteſtate Halenſium vênit: quia Abbati & conuentui illi aream, vbi nunc Noſodocheũ eſt ad riuum, tradiderunt: in qua illi domicilium ſuos ad vſus ædificarunt. Tunc vetus illud caſtellum Senatus Halenſis demolitus, ibi Templum S. Michaëli ſacrum conſtruxit: vt fieret Parochialis Eccleſia ciuitatis. Ea poſteriori tempore de Eccleſia Stainbachenſi detracta eſt. Primò enim Halenſes & Lympurgenſes, cum pluribus vicanis, ſingulis diebus Dominicis in paruum fanum S. Iohannis Steinbachenſe, ceu filiæ ad matrem, accedebant. Poſt autem nouæ Parochiali Eccleſiæ libertas parta eſt: ad quam etiam mancipia, vel ſerui, qui antea fuerant arcis Hall. ædificato iam in area eius Templo, acceſſerant. Halenſia quondam Sueuica. Templum S. Michaëlis.

Ad augendam autem frequentationem Sammichaëlicæ Eccleſiæ, ſupradictus Epiſcopus Gebhardus conceſſit (confirmante Imp. Friderico 1.) mercatum Hallæ celebrandum quotannis: ſeptenis ante & poſt S. Michaëlis diebus. Mercatus Halenſis.

Quibus de rebus accepi ante ſeſquiannum, à prudentiſſimo & optimo viro, M. Michaële Grætero nunc vitam in cœlo beatam viuente, hoc Scriptum.

In nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Ego Gebehardus, Dei gratiâ ſanctæ VVirtzburgenſis ſedis Epiſcopus, notũ facio omnibus, tam futuris, quàm præſentibus: quòd Monaſteriũ Halle, permittente beatæ memoriæ Adilberto, venerabili Comburgenſis cenobij Abbate: omniũ fratrũ ſuorũ conuentu annuente: in eorũ fundo ab incolis loci illius ædificatũ eſt. Succeſſore verò eius, Domino Gernoto Abbate, pari conſenſu fratrũ ſuorum, petente: & dotẽ tã in mancipijs, quàm prædijs, per liberales manus Aduocati ſui, ſcil. Ducis Friderici, ad idẽ Monaſteriũ tradẽte: per nos in honore

Templi, vel Monaſterij, conſecratio.

„ *Domini noſtri Ieſu Chriſti,ſanctæq́ genitricis virginis Mariæ,& victorioſiſſimæ crucis ſanctiq́ Michaëlis Archangeli,& omniũ celeſtium virtutum,& ſanctorũ Apoſtolorum,Martyrum,confeſſorum virginum,quorũ nomina ſubtus deſcripta inueniuntur,conſecratũ eſt. Primitus autẽ tam edificatio,quàm conſecratio,præfati Monaſterij,ea inſtitutione & conditione celebrata eſt: vt in Parochia,quæcunq́ eſt,vel fuerit,in Eccleſia Stainvvagh,vtpute filia in matris cura & poteſtate,abſque vlla conditione permaneat. Iuxta hæc quoq́ inſtituta,pacem perpetuam eidem Monaſterio,& atrio per circuitũ eius deſignato: vt tam prædijs,quàm mancipijs,indotetur ad præſens collatis: ſimiliter futuro à fidelibus,conferendis: auctoritate beati Petri Apoſtoli,ſucceſſorũq́ eius Apoſtolorũ virorum: noſtra quoq́ noſtrorumq́ ſucceſſorum VVirtzburgenſium Epiſcoporum, pro vt iuſtitia exigit,confirmamus. Et,ſi quis,quod abſit,temerario auſu hæc impugnare,violare,vel aliqua tenus immutare,præſumpſerit: hunc perpetuo anathematis vinculo innodamus.*

„ *Acta ſunt hæc anno incarnationis Dominicæ milleſimo,centeſimo,quinquageſimo ſexto: primo verò Imperij Friderici ſemper Auguſti,quarto autem Regni eius, Indictione quarta, quarto idus Februarij.*

Teſtes autem,qui præſentes his interfuerunt, hi ſunt.

Poppo, Abbas S. Burckhardi. Hainricus, Abbas in Murrhart. Gernotus Abbas, & Burcardus Prior,de Chomburg. Regingbardus, S. Chiliani Archidiaconus. Hainricus, Adelbertus, Capellani. Hainricus,Rupertus,Heroldus,Parochiani,Liberæ autem conditionis,Dux Fridericus. Fridericus de Bilriet, Hainricus de Trymperg. Hartman de Schillingsfurſt. Beringerus de Bonsfeld. Arnoldus de Thierbach.

Et alij quam plures.

Tempus mercatus.

„ *Præterea notum ſit omnibus ſcire volentibus: quòd annuente Imp. Friderico,ibidẽ,tam Epiſcopatus,quàm Ducatus noſtri,poteſtate,ſolenne forũ,ante & poſt Feſtum S. Michaëlis,continuis ſeptem diebus celebrandum indiximus: & eò euntibus, Deinde reuertentibus,ante & poſt idem Feſtum, per quatuordecim dies pacem auctoritate noſtri officij, ſub anathemate confirmamus. Hæc autem vt per ſuccedentia tempora,à fidelibus verius credantur, & diligentiori cura obſeruentur: cartula deſcribi,& impreſſione noſtri ſigilli,dignum duximus confirmari.*

Reliquiæ,quæ in altari S. Michaëlis Archangeli erant reconditæ.

Reliquiæ Halenſis Michaëlis.

De ligno Domini. De veſte S. Mariæ. Ioannis Baptiſtæ,Petri & Bartholomæi Apoſtolorum, Lucæ Euangeliſtæ,Stephani Protomartyris, Dionyſij, Bonifacij, Ianuarij, Chiliani, Ioannis & Pauli,Chriſtophori,Sigiſmundi,Floriani,Viti,Suuigberti,Gangolfi martyris, Nicolai, Arnolfi, Gotthardi,Egidij,Galli confeſſoris. Cæciliæ,Margaretæ,Vrſulæ. Scholaſticæ, VValpurgis, XI. millium. Et aliorum,quorum nomina non ſunt deſcripta.

Sequenti tempore facta, de hac Eccleſia & Mercatu.

Mutatio Templi.

Ipſa huius Templi longa domus (Das lang Mynſter) *poſterius deſtructa fuit, & maior extructa. Anno etiam 1496. vetere Choro deiecto,nouus Chorus erectus eſt: atq́ 1525. ad finem perductus. Lapidem primum, valde profundum locauêre:*

Lapis primus.

Ioannes Hofmannus,Schœnthallæ Abbas. Michaël Molitoris,Parochus huius Eccleſiæ. Duo Diaconi.

Item nobiles viri,conſules (Stettmaiſteri) Fridericus Schlætzius,& Michaël Senfftius.

Deniq́,Burcardus Eberhardus,atq́ Eberhardus Nagelius,Senatores Halenſes. Excauatus erat hic lapis: in eoq́ poſita hæc. Conte ctum vitrum cum vino,vitrum cum frumento, carbo cauus cum Auro Rhenano incluſo: cum quatuor modò dictorum Politicorum virorum ſignis,vel typis: & aliquot Halenſibus nummis.

At etiam,vt in hoc primo lapide: ita ſupra eũ in altero (ad ſacrariũ) lapide,inciſum eſt: quando primus lapis poſitus ſit: inditâ plumbea tabula,quo Cæſare Imperium gubernante: quibus Rempub. Halenſem regentibus: indito vino frumento,nummo aureo,ſicut in primo lapide.

Mutatio temporis nundinarum.

Sequenti etiam (poſt primam inſtitutionem) tempore, Michaëlicæ illæ nundinæ tranſlatæ ſunt in XII. noctis Natalis Domini: ſicut adhuc tẽpore natalitiorũ celebrantur. Cauſa fertur hæc quòd VVirceburgenſis Epiſcopus voluerit, ſibi ius eſſe viæ hominibus cum Mercatũ accedentibus tutæ præſtandæ: quòd item controuerſia quædam de forenſi regionis iudicio inciderit. Halam autem voluiſſe non VVirceburgico Francorum,ſed Cæſareo Rotvvilenſi,iudicio ſubeſſe. Oppidum itaq́ Halam fuiſſe de monte capitalis iudicij obſeſſum: ac magna inde ſaxa in illud coniecta machinis vetuſtæ conſuetudinis: cùm nondum excogitatæ fuiſſent bombardæ: ſed re infecta diſceſſum ab obſidione eſſe.

Halæ oppidi irrita obſidio.

eſſe. Ait VVidemannus ſe in atrio ſenis viri nobilis, Halam incolentis, Gabrielis Senfftij, Saxum ad potionem gallinarum excauatum, vidiſſe: quod in illa obſeſſione, tormento fuerit de patibulari monte eò coniectum.

Senfftius Gabriel.

NOMINA FAMILIARVM ILLVSTRIVM, NOBILIVM, ET HONEſtarum, plurimarum: quæ cùm alibi hoc XII. Chriſti ſeculo, tum in VVirtembergia, habitarunt: qua donationibus ſuis celeberrimum Hirſaugiæ cœnobium illis temporibus ditarunt.

CAPVT XV.

ANNO 1157. Indict. 5. Hirſaugienſis Abbas 15. Volmarus, 5. Calend. Febr. circa primã noctis vigiliam, ex hac fragili vita diſceſſit: benè de hoc Monaſterio meritus: tum ruinoſis eius ædificijs reficiendis: tum cenſibus & redditibus amplificandis: tum pluribus Monachorum habitaculis conſtruendis: tum verbo & exemplo ſubditis praeundo. Sepultus in maiori Eccleſia, ante altare S. Michaëlis. Tritenhem.

Volmari ob... Abbatis Hirſau...

Epitaphium eius.

Do. mit in hoc tumulo, Monachorũ gemma piorũ, Abbas Volmarus, virtutũ culmine clarus.

IVVAT nunc ponere plurimas donationes, Hirſaugienſi Monaſterio factas (Gebhardo 1091. Brunone 1105. & Volmaro 1121. Abbatibus. At etiam antè & pòſt) vt illuſtrium, nobilium, & honeſtorum hominum, qui circa illa tempora vixêre, nomina conſeruentur: & locorum Sueuiæ multorum antiquitas videatur. Annos ipſos quibus quoq; collata ſunt, habere non potui.

RVDOLfus Rex (Henrici ne quarti æmulus?) Hubas ad Burchaldam XI. dedit.

BERtholdus Dux Zeringenſis, in Gileſtein dedit 9. Hub. & dimidium Eccleſiæ, & dimidium Mercatum, in concambio pro prædio in VVilheim. Quod prædium dederat cœnobio Gebehardus, Conſtantienſis (an. 1082. vſq; ad 1116.) Epiſcopus, frater huius Bertholdi: qui Dux addidit poſtea 5. H. in eodem loco.

Zering. Dux Berchtoldus.

BERtholdus, Comes de Chirchberg. 6. H. in Gileſtein.

Kirchberg.

BVRckardus, Comes de Stauffenberg, 3. H. & partem Eccleſiæ ad Niueren. BERtholdus, frater eiuſdem Burckardi ad Forcheim in Briſgovva, 2. H. In Endingen, quicquid vinearum habuit. Ad NOPpenovv in Mortnovva, 5. H. Ad Vulcenbach. 1. H. Ad Mylenbach, 3. H. Ad Steinbach partem Eccleſiæ: & quicquid ibi terræ, vineti, & ſyluæ, habuit. Ad Eberſtein, quartam partem Eccleſiæ: & quicquid in eodem loco habuit. Item, quicquid ad Cuppenheim, & ad RASteten, & ad Forcheim. Ad Niueren, partem Eccleſiæ, & 4. H. Ad VVile, 15. H. & molendinum. Ad Rumfels quicquid habuit. Ad Ramersberg. 2. H. in Pfortzheim, octauam partem villæ, excepto Mercatu. Habuit is Berchtoldus fratres, Anshelmum & Adelbertum, de Anshelmi filio Hermanno, Hirſaugienſes emerunt quartam partem villæ ibidem, 70. Marcis. Cuius rei teſtes erant:

Stauffenberg. Raſtet.

Adalbertus de Salleſtat, & frater eius Bertholdus. Eberhardus de Seedorff. Bubo de Venningen. VValtherus de VViler. VValtherus de Geroldſecca. Luidfridus de Ovvenſvviler.

Venningen.

ESSO, & filius eius Sigehardus de VVolfesleden, in Tegerloch, 12. H. In VVurmlingen, 5. H. & vnum Vinetum. In DVrinkeim, 2. ſyluaticas H. & vinetũ. Idẽ Sigehardus, 2. H. ad Scadevviler.

SIGEfridus. Spirenſis Epiſcopus (is opinor qui 1031. vixit) filius prædicti Sigehardi, pro fratre ſuo Godefrido dedit molendinum ad Sulichin. Poſtea, reſidua ſua, pro ſe. Domnus Abbas GEBEhardus & frater eius Egeno, Comes de Vrach, tradiderunt ad Ovvam, & ad Attenberd, vnam ſalicam terram, & 8. H. Quod fratribus ad S. Gregorium conceſſum eſt.

Vrach.

SIGEhardus de Kalphen. 14. H & dimid. Eccleſiã, octauamq; eius partem, ad Grubingen.

MARQuardus de VVerſtein, & vxor eius Gepa, filiusq; eorum VVernherus, ad Mulen 1. ſalicam terram, & 1. H. & 2. molendina. Ad Altheim, 1. H. Ad Rageſingen, 4. H. Ad Viſchingen, 1. H. AGNES Imperatrix dedit 5. H. ad Sultzuelt: pro quibus ſex datæ ſunt in Ruthmarsheim.

VVerſtein.

HEMMA (al. Gemma), Comitiſſa Tubingenſis (Tritenhem. teſte, qui ſub Abbate Brunone, & hoc & ſequentia quædam ponit) cum filijs ſuis Henrico & Hugone pro ſe maritoq; ſuo Hugone, ac Eckenvviler 1. ſalicam terram & 3. H. dedit.

Tubing. Hemma.

GEBA, conuerſa & comitiſſa Oſtrofranca, dedit S. Petro Hirſaugiæ 8. H. in VVeſtheim: quas emerat 32. Marcis, Abbate Brunone. Dedit & Calicem, ac ſtolam, aurifrigio & timulis decentiſſimè contextam. Et aliam rubeam minoris precij. Lapidem altaris, argenteis bracteolis ornatum. Crucem, quæ ſuper altare ponitur in Sanctorum feſtiuitatibus. Fratrem habuit Goſvvinum. Erant tunc fratres, ſeu Monachi, in hoc Androne, Adalbertus de Zimbern, Henricus de VVurmlingen, Hugo de Rutingen.

LVIT-

VVirtenberg. LVITGardis ſoror Brunonis Abbatis, & Conradi, de VVirtemberg: dedit duas armillas aureas, appendentes 16. vncias, ad calicem faciendum. RICHenſa, comitiſſa de Leſenburg, Scyphum argenteum. ADALBERtus, Comes de Caluua, pateram Argenteam. Hæc omnia κειμήλια, & alia poſtea pro multis agris expoſuerunt.

Eberſtein. BERtholdus, & vxor eius Adelhait de Eberſtein: cum filijs ſuis, Bertholdo, Eberhardo, & Hugone: quartam partem villæ Eltingen, cū omni iure ſuo, Deo & S. Petro tradiderunt. Nec nō pro remedio animæ mariti ſui: qui hoc ipſum enixè poſtulauerat in extremis ſuis. Huius rei teſtes.

Luſtnovv. Gotefridus, Comes de Caluua. Eberhardus, Comes de Helffenſtain. Hugo, Comes de Tuvvingen. Vdalricus de Luſtnovv. Reginboto de Talacker. Maſelinus de Rietburg. Ratboto de Grumbach. VVolfram de VVulhauſen. VVolfram de Saldingen.

Bruno, Hirſaug. Abbas. BRVNO, Abbas, Hirſaugiæ, aſcenſu & manu fratris ſui Conradi de Beutelſpach, prædiū in Pfrundorff, cum omni iure S. Petro tradidit. Ad VValheim quoq, 12. iugera vinearum, cum beneficijs ſex hominum, ad eaſdem vineas pertinentibus. Ad Saldingen, S. H. Ad Brackhuſen. 2. H. cū vineto. Ad Suuiendorff, 1. H. Sed filius ſororis eius Conradus, adhuc viuente matre contendebat: partem horum prædiorum, iure matris ſuæ ad ſe pertinere: licet traditio eorum, Abbas idem dedit ei per manus Aduocati Hirſaug. Gotefridi de Calvva, in Erlebach 1. H. & dimidiam. In Erlebach 1.

Turckaim. H. & dimidiam. In DRVnkeim quoq curtem vnam, & 2. iugera vineti, & 6. iugera arabilis terræ, cum nemore quodam. Ita domnus Conradus, pacatus fuit: & fideliſſimum ſe amicum fore Monachis promiſit. Teſtes:

Gotefridus, Comes Palatinus. Hermannus Marchio. Gertoldus de Huggenberg.

Beutelſpach. CONRadus de Butelſpach, frater Brunonis Abbatis, cum vxore ſua VVerndrut, dedit in Durnkeim 6. H. cum molendino: & in proxima villa eiuſdem nominis, vinetum. Ad Sarsheim, 1. ſalicam terram: & quicquid ibi habuit, præter 3. H. Item in Schafhuſen, 1. molendinū. Mortuo verò domno Conrado: ipſa VVerdrut, pacto inito cum Abbate Volmaro, quotannis quoddam tributum per ſuam vitam, in manus Gotefridi, Palatini Comitis, Aduocati Hirſaugienſis, ſoluit. Poſt obitum verò eius, omne proprietatis ius ad cœnobium recidit.

Caluenſis Palatinus Gotefridus.

Gruningen. Vixit circa 1080. VVERNherus, Comes de Gruningen, curtem 1. ad Eſſingen: cum mancipijs & Manſis, ad eam curtem pertinentibus: &, quicquid habuit ad Schervviler in Alſatia. Ad Vilovva quoq 3. H. S. Petro tradidit.

Achalm. Thalſingen. LVITOLFVS, & frater eius CVNO comites de Achalm, ad Tagelfingen (Talſingen) 10. H. & ſuam partem de Eccleſia, & 1. ſalicam terram.

Caluenſ. Vta. Domna VTA, ſoror Gotefridi, Palatini comitis, prædium ſuum ad HEILprunnen, ſibi ex paterna traditione conceſſum, SS. Apoſtolis Petro & Paulo pro remedio animæ ſuæ donauit. Frater verò eius Palatinus, id poſtea attraxit, ac diu retinuit. Sed circa finem vitæ compunctus, in

VVeinſberg. VVelfo. manus D. VVolframi de VVINSperg tradidit: vt Hirſaugienſi collegio reſtitueretur. Poſtea VVelfo Dux, qui filiam eius duxerat, quaſi hæreditario iure illud prædiū ad ſe retraxit, ac diu itē retinuit. Iturus verò in expeditionem Hieroſolymitanā: præmonitus à fideli coniuge Vta, & alijs

Bietikeim. fidelibus Chriſti, reſtituit Hirſaugienſib. in loco dicto BITingevve: præſentib. vxore & filio VVelfone, coram multitudine Clericorum & Laicorū, in natali Domini. Erat autem ſalica terra, & 17. Hubæ: & 14. ſeruorum præſtationes ad vineas colendas: & præſtatio preconis ac bubulci: atq dimidius mercatus, & dimidia moneta, & portus, ac villa. Hanbacha tota, & mons Nortberg: omnisq familia, ad curtim pertinens.

ADALBERTVS Comes, & frater eius Bertholdus. 2. H. ad Haldevvanck.

Egesheim. ADALbertus, Comes de Egesheim, & vxor eius Heilevvig, in Alſatia, ad villam VVintzenheim, dederant 1. ſalicā terram, & vinearum non modicam partē. Sed filius illius rurſum abſtulit.

Levvenſtein. ADALbertus, Comes de Lævvenſtein 6. H. in Sindringen, & 1, molendinum. Filij eius, Adelbertus, Bertoldus Gotefridus, & Conradus, 6. H. ibidem.

Zollern. FRIDEricus Comes de Zolra crucem auream: & ſcyphum argenteum deauratum, 10. marcarum, admirandi decoris & operis. Item Eccleſiam, & quicquid habuit, in Genckingen.

Zell. op. VTA Duciſſa dedit Hirſaugienſibus oppidum Zell, cum iure patronatus Eccleſiæ, Villam Ernſtmulin, Schamberg, Colbach, dimidium Maiſenbach, totum Bæſelsberg, Niderlingenbart,

Igelsloch. VVickartshuſen: duas partes in Igelsloch: cum hominibus, ſyluis, & omnibus attinentijs: & eodem iure, quo ipſa poſſedit.

VVirsbach. CVNISA de VVirsbach, mater Adalberti comitis, villulam Holtzhofen, apud VVinſperg ſitam tradidit: in ſyluis & agris plenè, 20. H. & 1. molendinum, in eodē loco. HER-

HERmannus de Lyningen, & vxor eius Adela, & Diemo Comes de Bratſeleden, dederunt Lainingen.
100.H *in Rotha, & circumiacentibus villulis: pro ſe, & cognatione ſua. Idem Comes Diemo,* 2. H. Bratſeleden.
ad Dieffenbach.

VVILhelmus de Helſsickeim, 1. *Salicam terram, in eadem villa ſitam:* & 1. *vinetum, valens* Heſs.ckeim.
6. *carradas vini ſufficere. Confirmatum ſub Abbate Brunone, apud Ingresheim, præſente Comite*
Adalberto. Teſtes:

Remming de Hochdorff. Erlevvinus de Steinheim. Ruding de Rutingshuſen. VVernherus de Erckmarshuſen. VVolfgang de Heſsickeim. Schvvigger de Borebor, & Hiltpolt F. eius. Schvvigger de Schvveigern, & Birtilo frater eius. Eckhart de Heſsickeim. Mattolf de Illingen. Rutger & Bertholdus de Bietickeim. Gerlach de Ruxingen. Folbertus de Lochenheim. Heinricus de Embart, de Friecheim. Berthold & Ruding de Murra. Bietigkeim.

*EBERhardus, Comes de monte (*Graff von Bergen*) & filius eius Eberhardus atq; Harnidus, villam* Detenhuſen/*cum omni iure. Inde annuatim dabantur mille caſei cœnobitis, & totidem oua: duo porci larduales, &* 4. *minores: ac* 12. *maltra leguminum, &* 2. *boues paſcuales.* Bergen.

ALEvvig, Comes de Sultz/ 1. H. *& vinetum in* Bocksberg. Sultz.

RVDOLfus, Comes de Himelſsberg/ 4. H. *ad* Grotzinogen/ *&* 4. H. *in* Barckhuſen. Himelsberg.

HARTMANNVS de Vcklingen/*dedit ſuam partem Eccleſiæ in Zutrin: & quicquid in illa marca habuit. Huius rei teſtes:* Vcklingen.

Burckhartus de Jngerſsheim. *VVernherus, Comes de* Gruningen. *Eckebertus de* Spira. *Adalbertus de* Stoffeln. *Burchardus de* Strubenhart. *Engelbert de* Moringen. *Ceiſolf. de* Gretzingen. *Erlevvinus de* Katfelden. *Marquardus de* Mulhuſen. *Adalbertus de* Gerringen. *Rudolphus de* Pfullingen. *Gerungus de* Emingen. *VVernherus & Rudolphus de* Cuppingen. *Egeno de* Burbach. *Hartvvigus de* Cimbren. *Sigefridus de* Horwa. *Bubo de* Venningen. *Adalbertus de* Rinickeim. *Bertholdus de* Heſsickeim. Gruningen. Cuppingen.

RIChmunt de Sulchen *dedit* 1. H. *in* Schadwiler: *quæ data eſt pro alia in* Wurmlingen. Sylchen.

Domna RICHINSA de Simmeringen/ *dedit in* Walcheim *tertiam partem quartæ partis villæ. De ipſa quoque* Hirſaugienſes *emerunt prædium in* Ruderchingen 78. *Marcis, Conrado inſuper, cognato eius de* Wirtemberg/ *ob ſedandam eius de illo querimoniam, data ſunt* 30. *Marcæ.* Simmeringen. VVirtenberg. Conradus.

VVOLFgang, & vxor eius Heilevvic, de Wittingen/ *dederunt. S. Petro totum prædium VVittingenſe: excepta* 1. H. & 3. *mancipijs, Abbate Volmaro.* Teſtes: VVittingen.

Fridericus Dux. Adalbertus & Berchtholdus, comites de Caluua. Eberhardus Eberhardi F. de Helfenſtein. *Adalbertus de* Waldeck. *Erlefried de* Vbingen/ *& frater eius Vdalricus. Ruggerus & Sigeboldus, filij Domini Engelboldi de* Kaltenthal. *Cunrat de* Muntzingſsheim. *Dieterichus de Saxonia.* Caluenſes comites. VValdeck. Kaltenthal.

CONRadus & Otto, fratres de Wiler/ 5. H. *ad* Gruppenbach: *præſentibus, Sigefrido Spirenſi Epiſcopo, & comite Adelberto de* Calwa. *Aduocato cœnobij.* Teſtes: Gruppenbach.

Adelbertus, Adalberti comitis F. Gerhardus de Schowenburg/*frater Epiſcopi Sigefridi. Ludouicus & Emicho, fratres de* Wirtemberg. Caluenſ. Adalb. VVirtemberg.

GERHardus de Schwowenburg/ *cum Vxore ſua Hailecka, & filijs ſuis, prædium in* Etingen: *id eſt, ſalicam terram, in* [illegible] H. *cum quartæ parte Eccleſiæ, pratis, & omni iure. Quod comes Ludeuicus de VVirtemberg in vadimonio habuit pro* 20. *Marcis. In cuius redemptione, dominus Volmarus Abbas* 19. *Marcas, cæteras fratres, dederunt.* Schvvenburg. VVirtemberg. Lud.

Hubæ 3. *CONRADI, hominis nobilis in* Rutmarſsheim/ *de Miniſterialibus* Hirſaugiæ, *mortui, ad Monachos venerunt. Sed interceſsione Comitis Conradi Caluuenſis, filia ipſius* Hartrut *vnam illarum tenuit: ſed ita, vt quotannis ad Feſtum Martini* 1. *ß. perſolueret: ipſâ verò mortua, Huba illa ad Monaſterium rediret.* Rutmarſcheim.

Clericus EBErbardus, ex nobili & libera ſtirpe oriundus, prædium manu fratris & Aduocati ſui Brunonis tradidit, in Eberdringen: *& Eccleſiam in* Nuſsdorff. *Sed cum frater ipſorum Drutvvinus contradiceret: pacatus eſt aliquot Marcis: habens* 2. *filios clericos, Conradũ & Drutvvinuũ. Conſtitutus deinde eſt Eberhardo dies anniuerſarius: & parentibus eius, Dieterico patri, atq; Abe matri, cæteriſq; Parentibus eorum, proximo die poſt annuntiationem S. Mariæ: & vt tunc Camerarius fratribus, ad charitatem* 3. Hamas *(omas) vini, &* 6. *maldra puri tritici, &* 1. *Marcam, perſolueret. Anathema ſancitum, perfringenti.*

Vendiderũt Hirſaugienſib. *bona quadã Nendandus de* Beckingẽ/*Rudolp. de* Heinriet, *Vdalricus de* Rode/ *Adalbertus de* Steineck/ *Abbate Volmaro. Teſtes diuerſorũ borũ cõtractuũ erãt:* Beckingen.

Adal-

VVeinſperg. Gilſtein. Schvveigern.

Adalbertus, Comes Calvvenſis: Ceiſolphus & VVignandus de VVinſperg: Embardus de Heten: Volbertus & Billunc de Garta: Ruggerus de Bietigkeim: Dietericus de Gilſtein: Hermannus de Louffen: VVarmunt de Maßebach: Embart de Stetten: VVarmunt, Friderich, Otto de Schvveigern: Henricus de Mebosheim: Gotefridus, Palatinus Comes. Rudolphus de Stetfeld: Dietericus de Starnheim: Ortvvinus de VValdeck, Rudolphus de Kislach, & alij. Quædam ab Hirſaugienſibus permutationes bonorum, in GILStein factæ erant. Ea de re conquerebatur Hugo, Comes de Tuvvingen: ſine ſuo conſenſu factas eſſe: Cùm ipſe, Aduocatus Eccleſiæ in Gilſtein eſſet. Sedata eſt querela X. talentis (libris) ei datis.

Tubing. C. Hu-

Straubenhart.

CHRIStina, Vxor Eberhardi de Strubenhart, 1. H. dedit in Bonhartshuſen, 4. vncias perſoluentem Spirenſis monetæ: vt in Anniuerſario ſuo, aliquod inde ſolatium fratribus impenderetur.

Munchingen.

RVDIGERVS de Munchingen, & fratres eius dederunt 1. H. in Murra: Conſentiente domna ipſorum Adelhaide de Nußlingen.

Dederunt etiam multa, ſequentes: SVeneger de VVirtemberg. conſentiente Domino ſuo Conrado ad Hoſen. ERMingart, vxor Teutvvini de Bellinheim, & F. eius Hermannus: ad Hofenriet & Michelgarten, Hemma de Rutmarsheim, 2. H. in Hebersheim. HEinricus de Obernrixingen, & vxor eius Hiltegart (habentes Vdalricũ F. Hirſaugiæ Monachũ) 6. H. ad Richershuſen.

Metzingen.

BERNgerus de Strubersheim, 10. H. ad Metzingen in Schvviggerana valle. Cùm autem filius Rudolfi de FRIcke, eas inuadere vellet: Bernegeri filij, Adalbertus & Berngerus, X. talenta (libras) Hirſaugienſibus dederunt: ea conditione, vt ipſi prædium reciperent: &, quocunq; die ipſi ſuam pecuniam ab Hirſaug. reciperent, prædium hoc eis reſtitueretur.

VVeſtheim.

HESSO de VVeſtheim, 1. ſalicam terram. 1. H. & partem Eccleſiæ, in Almendingen.

RAPOTO de Braitenovva, ad Altheim S. H. & ad Niueren 2. H.

SIGvvarde de Vrach, 1. H. in Grata. Marquart de Kungen, 1. H. in Sieſſen.

Rux'ngen.

SIGEBOtus de Ruxingen pro coniuge ſua Giſela 2. H. apud Mura villulam. Generi eius erant, VVolframus de Glatbach, & Bertoldus de VValtorff.

Pfortzheim.

DRAGeboto de Pfortzheim, H. 1. in Pfortzheim: cùm VValcunus, Camerarius Hirſaugienſis dediſſet Marcam 1. Duci Friderico, vt permitteret.

SIGifridus, Decanus de Pfortheim (poſtea Monachus Hirſaugiæ) dedit CC. maltra puri frumenti, computata XX. Marcis. Dedit & 4. Marcas: de [illegible] Marcas: & equum, qui venditus eſt 5. Marcis: & alia plura.

Malmsheim.

GERhardus de Malmsheim, Monachis dedit prædium, & familiam ſuam. Ipſe Hieruſalem profectus, ibi vitæ finem fecit. Hæredes ipſius, de ijs rebus litem mouentes, ſedari non potuerant: antequam magna pecunia, & alia, eis data ſunt.

VVormacia.

HENricus quondam Decanus S. Petri VVormaciæ, dedit 3. cappas purpureas: vnam cum aurifrigio: & ſubtile purpureum: item 60. Marcas ad prædium emendum: vt inde Anniuerſarius ſibi dies ageretur. Sed fame cogente, pro frumento & alijs expoſitæ ſunt. Poſtea tamen Abbas Volmarus, vt illius petitio non fieret irrita: de conſenſu totius congregationis dedit prædium ad Bietuckheim, in poteſtatem Camerarij VValcuni: vt ipſe & omnes ſucceſſores ipſius, annuatim in Anniuerſario illius, ſimilam, vinum, & piſces, fratribus omnibus præberent.

Salleſteten. Meßingen.

ADALbertus de Salleſteten, ad Rutmacheim Eccleſiã dedit: & alia multa, in Gileſtein, Gundlingen, Bleichahe, Meßingen, Salſteten. De prædio Salſtetenſi, pactum inter cognatũ eius VValtherũ & Hirſaugienſes factũ eſt: vt hi prædij bonis vterentur, quotannis illi dando 2. Mar. argenti.

Huius rei teſtes:

Alberich de Sclettorff. Reginboto de Talacker. Luitfridus de Eßkingen. Ceiſolphus de VVile. Egino de Burbach. Bubo de Venningen. Vdalricus de Stauffeln.

DIEmo de Sachſenheim, & filij eius Hugo & Gerlach: dederunt 2. H ad Tuntzlingen. [illegible] Eberhart de Buggingen, 1 H. atq; in eodẽ loco 1. H. Eberh. de Strubesheim. Comes verò Egeno 5. H.

Burbeltingen.

HILTEBrant de Burbeltingen, dedit, quicquid habuit in Bietigkeim. Sed cognatus eius, Ruggerus Bietigktinenſis, ſibi antè donatum ab eo dicens, non quieuit: priusquam Volmarus Abbas, æqualem prædiorum diuiſionem cum ipſo fecit.

RVGGerus de Bietikeim, & vxor eius Himeltrudis, 5. H. in Murra.

Bebelingen.

GEBehardus de Bebelingen, & vxor eius Adelheit, 2. H. ad VVeſtheim.

Knittlingen.

ADELbertus de Knuttlingen, dedit ad VVeſtheim partem, quam ibi habuit.

Binnickeim.

VVERNherus de Binnickeim, quicquid ibidem habuit.

ADELbertus de Reineckeim, ibidem. 2. H.

GISELA & Hilteburg, ſorores Meribotonis, prædia in diuerſis locis.

BVRchardus & Heſſo, fratres de Furſt, ad Schvvaldorff bona ſua.

HILT-

HILTVVINVS de Bilſingen, 1. *vinetum in* Bochingen.

NIBELune de Schweicheim/ ½. H. *in* Gunningen.

MARQuardus de Gechingen/ 2. H. *in eodem loco.* Gechingen.

DIETERICVS de Tergingen/ 2. *Marcas ad redimẽdam caſulam.* Derendingen.

BVRCARDVS de Tarodingen/ 2. H. *in eodem loco: quæ venditæ ſunt Abbati Zuifaltenſi.*

MACHTILD de Tußlingen/ *& filij eius Fridericus ac Diemo (nobiles ſcilicet Herteri)* 3. H. *ad* Horthuſen. Tuslingen.

DIEMO de Tuſcelingen *dedit, quicquid ibi habuit: & in Ginningen, prædium. Item* 1. H. *ad* Wilritingen. *Tuſcelingenſe prædium, datum eſt pro alio prædio ad* Suualdorff/ *Diemoni, Miniſtro Hugonis Comitis de* Tuwingen. *VVilritingenſis* H. *data eſt cum prædio, quod Hirſaugienſis ad Egge habuerunt & ſylua alibi ſita, Adalberto de* Oberſteten / *pro prædio in* Stutpferrich: *quia auferre illis voluit.* Ginningen.

CVNO de Hurningen/ *& vxor eius Vta, dederunt XI.* H. *in Bercka. Pro quibus per concambium Conradus de* Butelſpach *dedit, in* Schafhuſen 1. H. *In* Toeffingen/ 3. H. *& quartam partem Eccleſiæ: atq; ad* Haimertingen, ½. H. Hurningen.

CVNO de Sulua/ *&* Crafft *de* Luſtnow/ 5. H. *ad* Boeſingen. *Pro quibus Hermannus, Aduocatus de* Owa/ *ad* Toeffingen 2. H. *&* 1. *molendinum, &* 20. *agri iugera, dedit.*

GOTEBERTVS de Offenhuſen/ H. 1. *in* Weſtheim. Offenhuſen.

EGIlolf de Phullingen/ *in eodem loco* 3. H. *In* Brunwiler / 5 H. *ad* Bodelshuſen. 2. *H.* Pfullingen.

ADALbertus de Heiſingen/ *ibidem curtim* 1. *& quicquid habuit, dedit.* Heiſingen.

FRIDericus de Entringen/ 1. H. *ad* Meboßheim. *Poſtea, pro Friderico filio ſuo, ſyluam iuxta* Wurmlingen. Entringen.

VVernherus de Schwertißloch/ *pratum in Ambra dedit: &* ½. H. *quam iniuſtè inuaſerat, Monachis reddidit.* Schvvertzloch.

BERTOLfus de Walttorff/ *& frater eius Erpho, in* Altheim ½. H. *& in villa* Ihingen/ 3. H. *in qua mater eius* Luitgart *prius dederat* ½. H. VValttorff.

MARquardus de Eßlingen (*Ruperti Eßlingenſis, & vxoris eius VVilleberga, gener*) *XXX. talenta Hirſaugienſibus obtulit: vt vinum ad Miſſas miniſtraretur: & frumentum ad Oblatas faciendas: ob memoriam ſui, & omnium parentum ſuorum, & præcipuè coniugis ſuæ Giſelæ.* Eslingen.

RVPERTVS modò dictus, Eßlingenſis, cum fratre ſuo Henrico, comparauit prædium in Teckenpfrund: *ex quo ſemper in feſto S. Michaëlis X. ß. tribuerentur ſororibus ad S. Candidum: vt in commemoratione omnium fidelium, exinde ancillis Chriſti charitas impenderetur.* Teckenpfrund.

HILTIbertus de Nuhuſen/ ½. H. *in eodem loco.* Neuhauſen.

DIEMO de Berge/ *ſyluam iuxta* Drunkeim.

CONRADVS de Hemmendorff/ *receptus in cœnobium, multos Hemmendorffæ ſitos agros & prata, nec paruam ſyluam, dedit: atq; familiæ vtriusq; ſexus amplius triginta.*

GOSOLT de Bliderhuſen/ *& vxor eius Frideruna*, 1. H. *&* 1. *molendinum in* Vaßburgerſwiler: *&* 4. H. *ad villam* Argoſſingen *in* Sulngoia. Bliderhauſen.

REGINBertus de Kandſtat/ *prædium ad* Geiſenburg. Canſtadium.

HVGO de Plieningen/ ½. H. *& curtim ad* Bircke: *& agrum pro filia ſua iuxta* Winiſperg. Plieningen.

CISOLFVS de Gretzingen/ 1. *H. ad* Talacker. Gretzingen.

ADELvvig de Nidlingen/ *in* Schaffhuſen ½. *Eccleſiam: &* 1. *molend. cum prato ibi, ac duorum hominum beneficia. Arnoldus, F. eius, prædium in eodem loco dedit.* Neidlingen. Schaffhuſen.

VDALricus, Ruperti F. de Gretzingen *iuxta* Dagelfingen/ *dedit in* Sunneßheim *&* Rorbach 2. H. *In* Krachelwanck/ 3. H. *& in* Aßmundeßhart/ ½. H. Thalfingen.

HARTvvigus & Egilolphus, Monachi Hirſaug. dederunt ad Ginningen 6. H. *& ad* Duttlingen/ 2. H. *& ad* Pfluchfald/ 3. H. *Item* Hartwig/ *pro ſe* 1. H. *ad* Weſtheim. *Sororem habuerunt Fridirunam, cui filius erat Richardus: qui dedêre pratum, & quicquid habuerunt, ad* Zimbern: *in pago, qui dicitur* Zabergöw/ *iuxta fluuium* Zabern. Duttlingen.

SChvviggerus de Eberdringen/ 1. H. *in* Gynterbach. *Filius eiusdem nominis, cum matre ſua Gliſmut, & ſorore Luitgarde, dedit* ½. H. *apud* Gebrichingen: *manu Domini ſui Adalberti, comitis de* Löwenſtein. *Eggebardus, frater huius Schvviggeri*, ½. H. *in* Megißheim/ *ſeu* Meinßha. Eberdringen.

VVECIL de Mercklingen/ *& filij eius Ingramus ac VVernherus*, 4. *iugera, &* 1. *pratum, in villa Blanda. Burckardus quidam*, ½. H. *ad Sachſhuſam. Arnoldus de* Bebilingen/ ½. H. Mercklingen.

ADElbertus de Enſingen (*cuius vxor, Adelhait*) *contulit indigentijs fratrum LII. Marcas: vt ſibi iuſtitia perfectæ prabendæ, quoad viueret, impenderetur: ac, ſe mortuo, perpetuæ orationes, & ſibi &* Enſingen.

vxori præſtarentur. Quod & conſecutus eſt: domno Manigoldo (qui 1157. Abbatiam cepit) & fratrum collegio, annuentibus ac Scripto comprehendentibus.

Sed deſinendum eſt tandem ab hac prolixa enumeratione: quæ fortè alijs tædio ſit legentibus: non tamen (opinor) his, qui in VVirtembergia habitant: quibus eius loca, quorũ nomina hîc commemorata, nota ſunt. Metior enim aliorum ingenia meo animo: tanquam ij priſcarum rerum cognitione (quamuis non raro tenuiorum) non minus, quam ego, delectentur. Ego enim mihi portas quoq; omnes Troianæ vrbis, atq; ſapientiſsimarum illarum Athenarum, notas eſſe optarē (ſi quid optatione proficeretur) quot, & quibus nominibus, fuiſſent. Tunc autē temporis, quando illæ vrbes florebant, talia contemnebantur, vt parua. Ideo, tamquam illis vrbibus æternùm manſuris, nemo ea literis mandabat. Deſpicimus videlicet præſentia: præterita requirimus interdum ſollicitè. At ex illis donationibus etiam perſpicitur: quanta ſalutis animorum cura, quàm incenſa, apud Maiores noſtros fuerit: cùm eis nec linguarum Græca & Hebraicæ, quæ hodie, notitia: nec lectio S. Bibliorum, nec accurata explicatio eſſet: ſed huiuſmodi actionibus, quas identidem in hiſtoria & literis reperîmus, mercari vitam æternam iuberentur: ſubinde D. Petro, cum cæteris Sanctis, rete ſtrenuè in mare Mundi eijciente: & ad eos, qui ſe Mundo valedixiſſe videri volebant, omne genus poſſeſſionum expiſcando attrahente.

Antiquitatis amor. — *Animarũ cura.* — *S. Petri piſcatio.*

HIRSAVG. ABBATES, HARTVVIGVS ET MANEGOLDVS, AERIS INclementia 1157. anno. Imperatoris bellum in Polonia. Anglici Regis Henrici Epiſtola ad ipſum. Kaiſerslauter, Tres Soles & Lunæ. Res ab Imperatore in Burgundia geſtæ. Diſſidium inter Imp. Fridericum, & Pont. Hadrianum, exortum: & querelæ vtriusque. Num Papa conferat Germanis Regibus Imperium.

CAPVT XVI.

Hirſaug. Abbas Hartvvigus.

MORtuo (vti præcedente capite diximus) 1157. anno, 28. Ianuar. die, Hirſaugiæ Abbate Volmaro: collegium fratrum de ſucceſſore ſubſtituendo diſpexit. Electus igitur eſt eodem die XVI. Abbas, HARTvvigus: ſenex bonus & venerabilis, natione Francus: qui inuitus, ſed tamen fratribus inſtantibus, id munus ſuſcepit: ac Treuerim deſcendens, ab Archiepiſcopo Hillino, in maiori Eccleſia, 4. nonas Mart. (Dominicâ 2. Quadrageſimæ) conſecratus eſt. Inuiſit in eo itinere S. Hiltegardem: quæ ipſum, de munere Paſtorali ſollicitum, conſolata eſt. Præfuit autem tantùm 2. M. atq; 8. Calend. April. circa primam noctis vigiliam, vitæ finem impoſuit: & in maioris Eccleſiæ abſide meridionali humatus eſt. Conſpicitur hic, & ſequentes Abbates Hirſaugiæ, in pariete ibi: qui atrium verſus, ſeu veterē Abbatiam, tendit.*

Manigoldus, eius ſucceſſor.

Succeſsit ei eodem 8. Cal. April. XVII. Abbas, MANegoldus: natione & ipſe Francus, atq; Hartuuigi deceſſoris cognatus. Spiræ ab Epiſcopo Gunthero conſecrationē accepit. Præfuit vtiliter A. 8. M. 4. D. 6. genere nobilis ſed virtute nobilior: licet ſtaturâ corporis breui præditus. Ante Abbatiam, primò Succentorem egit (quando plus 60. libros in Bibliothecã deſcribendos curauit, ſumptibus amicorum & cognatorum ſecularium) deinde, Priorem: poſtea, cellarium: inde, rurſus Priorem. Tritenhem.

Imp Fridericus Paſcha VVormaciæ celebrauit: præſentibus ferè omnibus Germaniæ Princibus: qui ſe promiſere cum i[p]ſo in Lombardiam anno ſequente ituros, contra rebelles Imperij. Idem.

Nix. Frigus. AEſtus. Grando. Venti.

Nix magna, & frigus inſolitum, circa dies paſsionis Domini inhorruit. Æſtate, peſtilentia & torriditas ingens ſecuta eſt. Calendis autem Iulij, maxima grando: & tanta ventorum ſæuitia: vt non ſolùm affligeret ſegetes: verumetiam arbores euelleret: ædificiaq; & caſtrorum munitiones proſterneret: deniq; aliquot Templorum turres cum campanis deiecit. Vrſperg.

Auguſtus ab exule Vladislao, tribusq; filijs eius, Herbipoli ſollicitatus (teſte Cromero) de eo in Poloniã reducendo cogitat: præſertim Duce quoq; Bohemiæ Vladislao ſollicitante: Polonorumq; faſtũ, & Cæſareæ maieſtatis contemptionem, exaggerante. Legatos itaq; mittit: atq; aut Vladislaum recipere, aut bellũ expectare, principi Boleslao fratribusq; mandat. Reſponderunt hi ex Cracouiæ conuentu, in eã ſententiam: in quam olim, Cæſari Conrado: Polonos quiduis potius paſſuros: quàm turbulentum & immanem fratrem recepturos. Fridericus igitur cum maximis Germanorum & Bohemorum copijs, per Saxoniam in Poloniam, Odera flumine vado tranſito, nemine prohibente, inuadit. Poloni, & ipſi exercitu (in quo etiam Pomerani, Pruſsi, Ruſsi) inſtructi: tamen non aliter reſiſtebant: quàm quòd partim prædatoribus & pabulatoribus inſidiabantur: partim villas & oppida, quâ hoſtes tranſituros exſtimabant, ipſi comburebant. Conflictabantur Germani inopiâ cibariorum & ceruiſiæ: inteſtinorum dolore laborabant. Interuentu tandem Bohemorum Principis Vladislai, pax facta eſt: Duce Boleslao cum ſuis, ſe Imperatori ſubmittente: fratrem ſuum non ad contumeliam Imperij Romani fuiſſe expulſum, iurante: eum ad Sileſiæ dominatum admittente. Auguſto duo millia Marcarũ, principibus mille, curiæ ducentas, Imperatricri verò viginti Marcas auri, pollicente: Italicam expeditionem iurante: deniq; ad conuentum, proximo natali Domini Magdeburgi celebrandum, reſpondendi causâ de expulſis ne fratris, promittente. Sed ne Magdeburgum, nec ad Italicam expeditionem, iuiſſe, Radeuicus ait. Pace facta, Imperator exercitum in Germaniam reduxit.

Polonicum Friderici propter Vladislaum bellum.

Non

Non longè pòſt Herbipoli, Græci Imperatoris legati cum muneribus aderant: quibus Fridericus propter eorum orationem, faſtu Regali inflatam, iratus fuit: Placatus deinde deprecantibus ac lacrymantibus eſt: accepta promiſſione, eos in poſterum maiore erga vrbis & orbis Dominum reuerentia vſuros. Tum adoleſcentulum Fridericum, Ducē Sueuiæ, filium Conradi Regis ſe præſentibus gladio accingi, ac militem fieri, orarunt, atq; etiam impetrarunt. Matertera nanque eius Herena, Imperatrix Conſtantinopolitana, tum antehac, tum in præſenti. multis & magnificis eum puerum affecerat muneribus: Legatisq; mandauerat, ne, niſi expleto negocio, domum reuerterentur: aſtipulante ipſi Auguſtæ marito quoq; Manuele: ob antiquam gratiam & amicitiam cum patre pueri, Rege Conrado, habitam. Radeuic. Græca legatio, VVircebergi apud Imperatorem. Fridericus, filius eius. Berta, vel Herena.

Ibidem affuêre tunc etiam Henrici Regis Angliæ Legati: precioſa varij generis dona, cum eleganti oratione exhibentes: inter quæ papilio (tentorium) fuit, magnitudine & artificio excellens. Aderant & literæ Regis, hac inſcriptione & ſententia.

Præcordiali amico ſuo FRIDERICO: Dei gratiâ Romanorum Imperatori inuictiſſimo: HENRICVS Rex Angliæ, Dux Normanniæ & Aquitaniæ. Comes Andegalienſis: ſalutem, & veræ dilectionis concordiam. *Angli R. Henrici epiſtola ad Imp. Fridericum.*

" *Excellentiæ veſtræ, quantas poſſumus, referimus gratias, Dominantium optime: quòd nos nuntijs*
" *veſtris viſitare ſalutare literis, muneribus præuenire: & quod hic charius amplectimur, pacis & amoris*
" *inuicem dignatus eſtis fœdera incohare, &c. Exultauimus, & tota mente magnificentiæ veſtræ aſſur-*
" *reximus: id vobis in ſincero cordis affectu reſpondentes: quòd, quicquid ad honorem veſtrum ſpectare no-*
" *uerimus: pro poſſe noſtro, effectui mancipare parati ſumus, &c.*

" *Sit igitur inter nos & populos noſtros, dilectionis & pacis vnitas indiuiſa, commercia tuta: ita ta-*
" *men vt vobis, qui dignitate præeminetis, imperandi cedat auctoritas: nobis nō deerit voluntas obſequen-*
" *di. Et ſicut veſtræ ſerenitatis memoriam, veſtrorum excitat in nobis munerum largitio: ſic vos noſtri*
" *quoq; reminiſci praoptamus: mittentes, quæ pulchriora penes nos erant, & vobis magis placitura. Atten-*
" *dite itaq; dantis affectum non data: & eo animo, quo dantur, excipite.*

Guntherus.

Munera parua tibi, ſed quæ placitura putaui, mittere cura fuit: tu ſuſcipe mente benigna.

Aderant præterea aliarum diuerſarum nationum (Daciæ, Pannoniæ, Italiæ, Burgundiæ) legationes: certatim munera ſupplicationesq;, non ſine mutua admiratione afferentes. Idem Radeuic.

Hoc anno Fridericus Imp. ſcribitur, apud Cæſaream Lutram (Kaiſerßlautern) *extruxiſſe palatium Regale, ex rubicundis lapidibus: deſignato ei loco iuxta lacum quendam magnum & piſcoſum: à quo deinde ciuitas ipſa Cæſarea Lutra ſit appellata. Nomen verò Lutræ, à fluuio Lutra ibi naſcente habet. Munſt. libr. 3. capit. 160.* Lutra Cæſarea palatium.

Eodem anno, nonis Septemb. tres Soles cœlo ſereniſſimo, & paucis diebus pòſt tres Lunæ, conſpecta ſunt. Ergo diſcordia dicebantur fore inter Cardinales, de Pontifice creando: & inter Electores, de Imperatore eligendo. Atq; res euentu comprobata poſterius fuit. Parelij.

Medio menſe Octobri (Scriptore Radeuico) Imperator apud Biſuntium (Veſontionem Burgundiæ) curiam ſiue conuentum celebraturus, eò proficiſcitur. Ibi, vt fortiſſimus & clementiſſimus Dominus, ſummo honore (amore pariter & timore miſto) exceptus eſt: præſtolantibus eum Legatis Romanis, Tuſcis, Apulis, Venetis, Hiſpanis, Francis, Anglis. Ibi die quodam, Cardinales duo à Papa miſſi (Rolandus, Tit. S. Marci, Præsbyter Cardinalis, Cancellarius Rom. Eccleſiæ: & Bernhardus, Tit. S. Clementis, presb Card.) Imperatorem conueniunt. Burgundiam Fridericus viſit. Rolandus Cardinalis.

ἔσπετε νῦν μοι μοῦσαι, ὀλύμπια δώματ᾽ ἔχουσαι: ἀρχιερεῖ πῶς ἦμαρ ἔρις, καὶ ἄνακτι συνέβη.

Illi hoc exordio vſi ſunt: Salutat vos beatiſſimus pater noſter Papa Adrianus: & vniuerſitas Cardinaliū S. Romanæ Eccleſiæ: ille, vt pater: illi, vt fratres: ac paucis adiectis, literas tales reddiderunt.

ADRIANVS EPISCOPVS, Seruus ſeruorum Dei, dilecto filio Friderico, illuſtri Romanorum Imperatori, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. *Hadriani P. literæ ad Fridericū.*

" *Qualiter venerabilis frater noſter, Epiſcopus Lundunenſis, dum à ſede Apoſtolica remearet, à qui-*
" *buſdam impijs & ſceleſtis, euaginatis gladijs, ad contumeliam vniuerſalis Eccleſiæ, & Imperij tui captus*
" *fuerit: & adhuc in cuſtodia teneatur, atq; inhoneſtè tractetur: tua ſereniſſima celſitudo nouit: & ad remo-*
" *tiſſimas regiones fama tanti ſceleris iā peruenit. Tu verò diſſimulas, nec gladio, tibi diuinitus ad vindi-*
" *ctam maledictorum, laudem verò bonorum, conceſſo, in ceruicem impiorū deſæuis: quod valde miramur.*
" *At debes, glorioſiſſime fili, ante oculos mentis tuæ reducere: quàm gratanter & iucundè antehac te mater*
" *tua, ſacroſancta Romana Eccleſia, ſuſceperit: quanta cordis affectione tractauerit: & Imperialis inſigne*
" *coronæ libentiſſimè contulerit. Cuius rei tamen nos non pœnitet: etiamſi maiora à nobis beneficia (ſi fieri*
" *poſſet) accepiſſes: conſiderando, quanta Eccleſiæ & nobis à te incrementa prouenire poſſint. Legatos au-*
" *tem ad te, duos Cardinales, miſimus: quos rogamus, honeſtò tractes, &, quæ ex parte noſtra, ad honorem*

 Dei

Dei, & Romana Eccleſia, ad decus etiam Imperij, propoſuerint Imperatoriæ dignitati: ijs, tanquam ab ore noſtro prolatis, fidem non dubites adhibere.

Principum indignatio contra literas.

Pictura & Diſtichon Papicum, de ſeruitute Imperatoris.

His literis lectis: & per Reinaldum Cancellarium fida ſatis interpretatione expoſitis: magna Principum indignatio commota eſt: propter illarum acrimoniam, & coronæ impoſitæ exprobrationem. Nouerant enim hoc quoq; à nonnullis Romanorum iactari: Imperium vrbis, & Regnum Italicum donatione Pontificum hactenus Germanos Reges poſſediſſe. Vnde in Palatio Lateranenſi, de Cæſare Lothario, ſuper huiuſmodi picturam ſcriptum eſſe:

Rex venit ante fores iurans prius vrbis honores. Pòſt homo fit Papæ: ſumit quo dante coronam.

Curauerat ſcil. olim Innocentius 2. ſe in muro pingendum, ſedentem in ſella Pontificali: & Regem Lotharium humiliter ab ipſo coronam Imperialem ſuſcipientem.

Atqui amicè antea Papam Fridericus monuerat: vt & ſcriptura & pictura iſta, de medio tollerentur: ne tam vana res ſummis in orbe viris diſcordandi & litigandi materiam præberet. Scripſerat verò ad tres quoq; Archiepiſcopos (teſte lib 6. Auentino) Hadrianus inter alia ſic: Romanum Imperium à Græcis translatum eſt ad Alemannos: vt Rex Teutonicorum, non antè, quàm ab Apoſtolico coronaretur, Imperator vocaretur. Ante conſecrationem, Rex: pòſt Imperator. Vnde igitur habet Imperium, niſi à nobis? Ex electione principum ſuorum habet nomen Regis: ex conſecratione noſtra, habet nomen Imperatoris, & Auguſti, & Cæſaris. Ergo per nos imperat. Roma, noſtra ſedes eſt: Imperatoris eſt Aquis, in Arduenna, quæ eſt ſylua Galliæ. Sicut Zacharias Papa tranſtulit Imperium à Græcis ad Teutonicos: ita nos poſſumus ab Alemannis transferre ad Græcos. Ecce, in poteſtate noſtra eſt: vt demus illud cui volumus. Propterea conſtituti à Deo ſuper gentes & Regna: vt deſtruamus, & euellamus, & ædificemus, plantemus, &c.

Papæ dominium in Imperatorem.

Imperium Rom. in dominatu Papæ.

S Petre, data ne tibi eſt hæc tanta poteſtas? Dominus noſter reſpondet Matth. 22. Vos autẽ non ſic.

Negant Germani.

Tunc autem Principes Imperium negarunt eſſe Germanis beneficio Pontificis: cumq; vnus Legatorum, eſſe affirmaret: Otho Palatinus de VVittelſpach, propè mortem ei intuliſſet: niſi Auguſtus motum ſedaſſet: qui mox eos re infecta Romam dimiſit: vetans, ne ad quenquam Epiſcoporum Abbatumúe in via diuerterentur. Poſtea literas per Imperium ſparſit: in quibus inter alia hæc ad verbum.

Friderici reſponſum ad Papam.

Querela de Pontificia iniquitate.

Cùm diuina potentia (à qua omnis poteſtas in cælo, & in terra) nobis Chriſto eius, Regnum & Imperium regendum commiſerit: & pacem Eccleſiarum, Imperialibus armis conſeruandam ordinauerit: non ſine maximo dolore cordis conqueri cogimur dilectioni veſtræ quòd à capite S. Eccleſiæ (cui Chriſtus, pacis & dilectionis ſuæ characterem impreſſit) cauſæ diſſentionum, ſeminarium malorum, peſtiferi morbi venenum, manare videntur &c.

Cùm enim in Curia Biſuntij eſſemus: & de honore Imperij, & ſalute Eccleſiarum, debita ſolicitudine tractaremus: venerunt Legati Apoſtolici, &c.

Cardinalium faſtus.

Quos cum prima die aduentus ſui honorificè ſuſcepiſſemus: & ſecunda (vt mos eſt) ad audiendam legationem eorum, cum principibus noſtris conſediſſemus: ipſi quaſi de mammona iniquitatis inflati de altitudine ſuperbiæ, de faſtu arrogantiæ, de execrabili tumidi cordis elatione, legationem Apoſtolicis literis conſcriptam nobis præſentauerunt, Imperialis coronæ collationem obijcientibus, &c.

Certè ad vocem illam nefandam & omni veritate vacuam: non ſolùm Imperialis maieſtas indignationẽ concepit: verùm omnes Principes, qui aderant, tanto furore & ira ſunt repleti: vt ſine dubio illos duos iniquos Presbyteros mortis ſententiâ damnaſſent: niſi hoc noſtra interceſſiſſet præſentia, &c.

Talium ſacrilegia.

Imperium, à Deo.

Hos, ne per ſingulas Eccleſias Teutonici Regni virus ſuum ſpargerent (ſicut tales hactenus ſoliti ſunt) ne altaria denudarent, vaſa domus Dei aſportarent, cruces excoriarent: eâdem via, qua venerant, Romam redire iuſſimus. Ac dicimus, à ſolo Deo nos habere Regnum & Imperium. Ideo nobis & Imperio de illata ignominia condolere vos hortamur. Honorem enim & libertatem Eccleſiarum, iamdudum indebitæ ſeruitutis iugo depreſſarum, è manu Ægyptiorum ſtuduimus eripere. D. Petrus inquit: Deum timete. Regem honorificate. Ergo, qui nos imperialem coronam pro beneficio à Domino Papa ſuſcepiſſe dixerit: diuinæ inſtitutioni, & doctrinæ Petri, contrarius eſt: & mendacij reus erit.

Guntherus.

Ecce paterna fides, & magni præſulis alma
integritas: humilisq; Petri veſtigia ſectans.
Iã non ferre crucẽ Domini, ſed tradere Regna,
gaudet: & Aug. mauult, quàm præſul (Petrus) haberi.
Eccleſiæ pacem, gladijs quæ ritè duobus
utitur (alterutro nunquam benè firma remoto)
ſcindit: & in ſeſe geminos exaſperat enſes.

Gladij duo ecce hic.

Sequitur Cõmentitiã (inquit in Scholis ad R. Rom. Ferdin. de hoc loco, Iacob. Spiegelius, A. 1531.) Scholaſticorũ Theologorũ ſententiã: qui Chriſti verba de duob. gladijs (vt pleraq; alia quæ propius ad Philoſophiã, cæleſtẽ pertinebãt) ſubuertexunt: reclamantib. omnib. Chriſti præceptis: reclamãte tota ipſius vita: reclamante doctrina Apoſtolica: refragantib. tot Martyrũ millibus: repugnantib. vetuſtis interpretibus.

Paucis

Paucis illis verbis, Ecce duo gladij hic, Mundi gladium Imperatori, & Eccleſiæ, ſi Chriſto placet, aſſeruerunt; quamuis ipſe affirmet, Regnum ſuum non eſſe de hoc Mundo. Et Apoſtolus: Arma noſtra non ſunt carnalia, ſed potentia Deo, &c. Et abſq; hoc dicto, in S. literis Magiſtratui conſtat ſua auctoritas.

Redijt deinde Imperator è Burgundia rebus bene ibi geſtis: prædijs vxoris ſuæ, arbitratu ſuo diſpoſitis: illa regione ei obediente: Archiepiſcopis Epiſcopis, Principibus, fidelitatem (teſte Rad.) ei facientibus: ac beneficia ſua, de manibus eius reuerenter ſuſcipientibus. Qui verò ipſi adeſſe non poterant; per Legatos ſubiectionem & fidem ei compromiſerunt. Quin & Galliarum Rex Ludouicus (etſi occultè metuens de exercitu proſpiciebat) legatione ſuam erga ipſum humanitatem declarauit.

Reditus Friderici è Burgundia.

Monaſterium Schoenthalenſe Bernhardini ordinis, in Othonica ſylua ad flumen Iagſtum, Ditionis VVirtzeburgicæ, fundatum eſt à D. VVolframo de Bebenburg, inibi ſepulto.

Schœnthalenſe Monaſt.

RATISBONÆ CONVENTVS IMP. ET PRINCIPVM. VLADISLAVS. REX Bohemiæ creatus. Pietas, & diligentia officij, Friderici Imp. Eccleſia Racemburgenſis. Reconciliatio gratiæ inter Frid. & Pontificem. Friderici ſecunda in Italiam expeditio. Iuramentum fidelitatis erga Cæſarem. Leges caſtrenſes. Duellum Itali & Germani. Mediolani obſidio, afflictio, debitio. Ordinatio Italicæ Reipub. & ſub Imperium ſubiectio. Priuilegium Studioſæ iuuentuti ab imperatore Friderico datum. Inſidias Manuel Imp. Græcus effugit, indicio fidæ vxoris Alemannicæ.

CAPVT XVII.

ANNO 1158. *Imperator dies natiuitatis Domini, Magdeburgi egit. Poſtea Ratisbonæ magnam curiam Principum, in octaua Epiphaniæ habuit. Huc cùm Gaiſæ, Regis Vngariæ, frater Stephanus confugiſſet: tanquam ſuæ vitæ inſidiæ fierent à fratre: Gaiſæ autem legatio hoc refelleret: iniquitatemq; Stephani, vt Regno inſidiantis, oſtenderet: Fridericus ad alia properans, deciſionem litis huius diſtulit: adoleſcentem Stephanum in Græciam mittendo: Legatos, cùm ad* CIↃ. *talenta dona per eos accepiſſet, viciſſim cum muneribus domum dimittendo.*

Ratisbonæ comitia.

Vngarorũ duorum fratrum diſſidium.

In eodem conuentu Vladislaus (Radeuico, Labezlaus) vir ingenio, conſilio, viribus, manu, præpollens: qui in Polonica præſenti expeditione ſe præclare geſſerat: ab Imperatore Rex ex Duce Bohemiæ creatus eſt. Suſcepto itaq; Priuilegio & vſu diadematis, alijsq; Regni inſignibus, lætus reuertitur: & ad Italicam profectionem cum Imperatore iturus, ſe præparat.

Bohemiæ Rex creatus, Vladislaus.

Ibidem controuerſiam Auguſtus compoſuit: quæ inter patruos ipſius, Ducem Auſtriæ Henricum, & Epiſcopum Friſingenſem Othonem, exorta fuerat: cùm hic ſibi ab illo quædam Eccleſiaſtica prædia adimi quereretur: & ita fratres in concordiam redegit.

Pacificatio Friderici inter patruos.

Poſthæc, Ripuariorum fines viſitans, inferiores Rheni partes peragrauit: nullum diem tranſire otioſum ſinens (teſte Radeuico) quo non aliquid Imperio vtile, & iuſtitiæ tranquillitatiq; inter populos conſeruandæ conducibile, gereret. Paſchate apud Eccleſiam S. Guiberti celebrato: iter ad ſuperiores Vangionum partes reflexit: & in Regali Lutrenſi, à ſe ædificata domo, familiaribus negotijs ſuis per aliquot dies vacauit.

Nulla Friderico dies ſine linea.

De fundatione Eccleſiæ Razenburgenſis, & renouatione huius fundationis, Scriptum quoddam vidi, ſic incipiens.

Heinricus, diuina propitiante Eccleſia, tam Saxoniæ, quã Bauariæ, Dux: Euermodo dilecto ſibi, & reuerendo in Chriſto, Racemburgenſium Epiſcopo, in perpetuũ: non ad vulgi fauorẽ. Sed adiutoris honorem, & rei geſtæ aduerſus omnis boni inimicũ, & eius membra, perpetuã conſolationem, operæ preciũ ducimus: quæ acta ſunt, ad omniũ fidelium, tam præſentium quã futurorum, perferri cognitionẽ, &c. Huius rei teſtes ſunt: Euermodus, Razenburg. Epiſcopus: Geroldus Lupicenſis Epiſcopus: Perno, Zuringenſis Epiſcopus: Hermãnus, Verdenſis Epiſcopus. Marquartus de Lunenburg, Bruningus de Hultesheim, Bruno de Heſſeuelde. Abbates. Theobaldus de Ratzenburg, Theodoricus de Sageberge, Obertus de Hammenberg, Præpoſiti, &c. Laici teſtes: Heinricus, Comes de Dannẽberg: VValtherus de Bege: Heinricus Comes de Ratzenburg: & Bernhardus, filius ſuus: Adolphus, Comes de Schavvenburg &c. Datũ Luinnenburg, M. D LVIII. conſentiente Friderico, glorioſo Rom. Imperatorẽ, & ſemper Auguſto.

Racemburgenſis Eccleſia.

Gliſcebat hoc tempore odium Cleri & ciuium Moguntinenſium aduerſus Archiepiſcopum Arnoldum: de quo ſupra copioſius dictum eſt. Imperatorem illi contra eum interpellarunt. Soli autem Macellarij (inquit Tritenh.) vel laniones, pro Archiepiſcopo propugnabant. Vnde tam ab Imperatore Friderico, quàm ab Arnoldi ſucceſſore, ſingulari quodam priuilegio & libertate donati ſunt.

Lanij Moguntini.

Cardinales illi duo, quos Imperator indignabundus dimiſerat, rem apud papam exaſperauerant. Ideo hic per literas à Germaniæ Epiſcopis petijt: vt filium ipſius Imperatorem, in rectam ſemitam reducerent. Reſponderunt Epiſcopi, ſe illa verba Pontificis nec audere approbare, nec poſſe. Imperatorem dicere, ſe habere coronam Imperij diuino tantum beneficio: gradus ad eam factos, hominibus acceptos referre: electionis vocem, Moguntino Archiepiſcopo: Regalem vnctionem, Colonienſi. Imperialem, ponti-

Epiſcoporum Germanorũ reſcriptum

Pro dignitate Imperatoru, ad Papam.

„ fici. Deus (inquit ille) per Imperium exaltauit Eccleſiã: Eccleſia (non per Deum, vt credimus) nunc demolitur Imperium. A picturna cœpit: ad ſcripturã pictura proceſſit: ſcriptura in auctoritatẽ prodire conatur: Non patiemur. Picturæ deleantur: ſcripturæ retractentur: vt inter Regnũ & Sacerdotiũ, æterna inimicitiarũ monumenta non remaneant. Sanctitatẽ illius ſuppliciter orarunt Epiſcopi: vt leniret priora ſcripta, ſcriptis mellita ſuauitate dulcorantibus. Guntherus.

Num Petrus, aut Clemens, aut cætera turba piorũ, Sceptra latina dabat? Romanus tempore priſco
Pauper erat Præſul: Regali munere creuit, &c.

Petra Eccleſiæ.

Abutitur (inquit ante hunc locũ in Scholijs Spiegelius ad R. Ferdinandũ) Pontifex notiſſimo Scripturæ apud Matthæũ loco, ad aſſerendũ Rom. Eccleſiæ primatũ: cùm Chriſtus ijs verbis ſignificauerit: ſe ſuper iſtã petrãm hoc eſt ſolidam iſtã fidei profeſſionẽ, extructurũ Eccleſiã ſuã. In quo fundamento ſi conſtiterit: nec Inferi quicquam aduerſus illam poterunt, nedum homines. Proinde hæc verba: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram, &c. non tantùm ad Pontificem vnum, ſed ad omnes Chriſtianos, pertinent.

Friderici ſecunda expeditio Italica.

Fridericus dehinc exercitum ad tranſalpina ducturus: ante omnia ſpẽ ſuam (inquit Radeuicus) in Deo repoſuit: & religioſos viros, tanquam diuinũ oraculum, conſuluit (in primis fidum Secretariũ ſuum, Hartemannum Brixinorenſem Epiſcopum) qui cauſas belli eius, vt iuſtas contra rebelles approbarunt.

Ipſe igitur procinctum feliciter mouens: & apud ripã amnis Lyci, vbi Auguſta Rhætiæ eſt, caſtra locans: confluentes vndecunq; milites, per dies VII. operibatur: præmiſſis iã in Italiã verſus, prudentia & fortitudine præcellentib. viris: Reinaldo cãcellario ſuo, & VVittelſpachenſi Othone, ob ſacramẽta à ciuitatibus exigenda. Hi, caſtro Riuolâ in clauſtris Veronenſiũ in deditionẽ accepto: aditũ & reditũ noſtris effecêre tutiorẽ. Deinde Verona bene excepti, ibi & alibi ciuitates his verbis in fidẽ Auguſti adegerunt.

Iuramentum fidelitatis erga Cæſarem.

EGO IVRO, quòd amodò inantè ero fidelis Domino meo Friderico, Romanorum Imperatori, contra omnes homines: ſicut iure debeo Domino & Imperatori: & adiuuabo eum retinere coronam Imperij, & omnem honorem eius in Italia: nominatim & ſpecialiter ciuitatem N. & quicquid in ea iuris
„ habere debet: vel in omni virtute comitatus, vel epiſcopatus. N. Regalia ſua ei non auferam ibidem,
„ nec alibi: &, ſi fuerint ablata: bona fide recuperare & retinere adiuuabo. Neque in conſilio ero, neque in
„ facto: quod vitam, membrum, vel honorem ſuum perdat: vel mala captione teneatur. Omne mandatum
„ eius, quod ipſe mihi fecit, per ſe, vel epiſtolam ſuam, aut per Legatum ſuum de facienda iuſtitia, fideliter
„ obſeruabo: & illud audire, vel recipere, vel complere, nullo malo ingenio euitabo. Hæc omnia obſeruabo
„ fide bona, ſine fraude. Sic me Deus adiuuet: & hæc ſancta quatuor Euangelia.

Progreſſi Veronâ fideles præcurſores Cæſaris, Reinaldus & Otho: Mantuã, Cremonam (vbi Archiepiſcopos Rauennatem & Mediolanenſem cum 15. eorum ſuffraganeis: itẽ Marchiones, comites, conſules ciuitatum, honorificè occurrentes habuêre) Æmyliam, & Rauennatẽ Exarchatum, peragrarunt.

Exarchatus Rauenna.

Arimino perrêxerunt Anconam verſus: Græcos Legatos, ſpecie militis aduerſus Guilielmum Siculum conſcribendi, ciuitates oræ illius occupare ſibi conantes, increpitos inde depulerunt.

Eo tempore alij duo Cardinales (Henricus Card. Presbyter tit. S. Nerei & Achillei: Iacinctus Card. Diaconus S. Mariæ in Schola Græca) prudentiores ſuperioribus, ad Imperatorẽ in caſtra Auguſtenſis campi venerunt. Hi & miti oratione, & comi Epiſtola Pontificis, animum eius placarunt: quòd, cùm beneficio Papæ ipſe Imperalem coronam accepiſſet: id non tanquam feudum intelligendum eſſe: ſed tanquam benefactum ſeu bonum factum: ex quibus voculis vocabulum Benefactum compoſitum ſit. Et verbo contuliſſe inſigne coronæ Imperialis ſignificari tantùm, honorificè impoſuiſſe. Ecce, wie die frum Grãmatica ſo wol kumet: wann man die Kappen verſchnitten hat. Ita pax Pontifici & Clero Rom. reddita eſt: oſculo per præſentes abſentibus miſſo: legatiq; cum Regalibus muneribus dimiſſi.

Reconciliatio inter Papam & Imperatorem. Grammaticæ vtilitas.

Daniæ R. legati.

Iisdem diebus, eodem in loco, cum legati à Rege Daciæ (Daniæ) adeſſent: petentes, inueſturam de Regno Regi ſuo ab Imperatore mitti: hic, accepto ab eis ſacramento iuriſiurandi, compotes petitionis ſuæ dimiſit, ſed ita, vt poſt reditum ex Italia ſuum, intra 40. dies Rex ipſe ad ſe veniret: Regni adminiſtrationem, debitæ fidelitatis interpoſita ſecuritate ſuſcepturus.

Iam ſecunda tandem Italica profectio Friderici, circa Feſtum Pentecoſtes proceſſit: cùm innumeræ ad eum fortiſſimorum virorum copiæ apud Auguſtam conueniſſent: Saxonum, Franconum, Ripuariorum, Burgundionum, Lotharingorum, Sueuorum, Bauarorum, Bohemorum, Vngarorũ. Peruaſerunt autem Alpes diuerſis vijs & Ducibus.

Exercitus Friderici apud Auguſtam. Ex tali ibi congregatione, campo exiſtimo eſſe nomen. Concio legionũ.

Duces Auſtrius & Carentanus duo Henrici, & 600. ferè lectiſſimi ſagittarij Vngari, Comitesq; & Barones illarum terrarum: per Canalem & Forum Iulij, atq; Marchiam Veronenſem.

Dux Zaringenſis Bertholfus, vel potius Burgundiæ, cũ Lotharingis, p viã Iul. (aſ. montẽ ſcil. Iouis. Magna pars Ripuariorum, Francorum, Sueuorum, per Clauennam, & lacum Cumanum.

Princeps ipſe Fridericus, per fauces Alpium, exeunte menſe Maio, in campos Italiæ deſcendit. Erat cũ eo, Rex Bohemiæ: & Fridericus, (Conradi R. filius, Dux Sueuiæ & Franconiæ) plerunq; Rotenburgi

ad Tuberum habitans (atq; frater ὁμοπάτριος Principis Palatinus Rheni, Conradus. Et Archiepiſcopi, Fridericus Colonienſis, Arnoldus Moguntinus, Hillinus, Treuerenſis. Epiſcopi verò, Conradus Aiſtetenſis, Daniel Pragenſis, Hermannus VVerdenſis, Gebehardus Herbipolenſis. Abbates Regalium cænobiorum, Marquardus Fuldenſis, Fridoleus Augienſis. Multi deniq; Marchiones, Comites, nobiles: quorum nomina vtinam nobis Radeuicus conſeruaſſet. Moleſtus mihi, & mei ſimilibus, non fuiſſet.

Brixia, prima ſe Regi Bohemiæ opponere auſa, cum Mediolanenſibus ſentiens, ad deditionem coacta eſt, & ingenti pecuniâ mulcta, obſidibus LX. datis. Ibi Auguſtus, auxilia Italica & Germanica coëuntia expectans, ſeueras diſciplinæ caſtrenſis leges tulit. Vt,

Brixia deditio.

Nemo cum altero rixetur: nec quiſquam accurrat cum armis (barnaſcha) ſed cum fuſte, ad dirimendam rixam. Qui alterum vulnerauerit: is conuictus, manum det abſcindendam.

Caſtrenſes leges, vel militares.

Si extraneus miles pacificè ad caſtra acceſſerit: ſedens in palefrido (equo gradario, aut non bellico) ſine armis: qui eum læſerit, pacis violator iudicabitur: ſecus, ſi læſerit ſedentem in dextrario (bellatore equo) ſcutum in colla habentem, lanceam in manu.

Palefridus. Dextrarius.

Nemo aliquam mulierem habeat in hoſpicio. Qui habuerit: auferetur ei omne ſuum barnaſch: & excommunicatus habebitur: ac mulieri naſus abſcindetur.

Si quis inuenerit vaſa plena vini: vinum ita inde extrahat: ne vaſa confringat, vel eorum ligamina incîdat: ne ad damnum exercitus, vinum effundatur.

Si quis birſando feram baliſta vel arcu occiderit: eius erit.

Birſare.

Narrat Bernard. Scardeonius, lib. 3. Patauij ſui, monomachiam cuiusdam Aldebrandini conſyluij cum Germano quodam: referens ad annũ Domini 1165. At cum Fridericus Imp. eo anno nõ in Italia fuerit, ſed in Germania: huc ego referã, cùm hic de rixis & pugnis militum agatur: & Patauiũ nondum tunc ad Mediolanenſes ab Imp. defecerit, ſed poſterius. Friderico Patauiũ quodã die pertranſeunte (paucis refero, quæ ille prolixè) contentio incidit conſyluio cum quodã Imperatoris Tribuno, de Italica virtute, & militari diſciplina. Cùm Germanus Italis contumelioſè detraheret: atq; Alemannos mirè extolleret: Prouocauit eũ conſyluius, ad ineundum ſecum ſingulare certamen, pro vtriuſq; gentis laude. Aſſenſus eſt alter, vt nobiliſſimus vir, & bellicoſus, & apud Cæſarem gratioſus. Petitâ itaq; ab Imperatore poteſtate dimicandi: vterq; in foro armatus, ingenti multitudine ſpectatorum, conſtitit. Acerrimè pugnatum eſt gladijs co[illegible]nus. Conſyluius, cum in leuo brachio vulneratus eſſet: tantâ ira exarſit, vt frequentes eius ictus non fere[illegible] amplius aduerſarius, cederet. Quem complexus mediũ Italus: in orbem rotatum proſtrauit: agensq;, vt ſe victum fateretur, poſtulauit. Qui cum taceret: victorq; pugionẽ gutturi eius intentaret: Imperatoris miſſu direptus eſt conflictus, alterq; liberatus. Victor ad Cæſarẽ, hunc maieſtati tuæ, inclyte Imperator, dono do, ſeruum armis meis partum: & vnà cum eo, me quoq; ipſum. Tunc Cæſar eum laudans, equitem & comitem creauit: honorificeq; donatum dimiſit. Hæc, in hanc ſententiam Scardeonius.

Monomachia inter Italum & Alemannum.

Cùm autem iam in caſtra apud Brixiam aduenîſſent ex Italia Marchiones: Montis ferrati, Ateſtis, Saluciarũ, Carecti, Maleſpinæ, & capitij (enumerante Sigonio) ac præterea, Ferrarienſes, Bononienſes, Patauini, Veronenſes, Vicentini, Taruiſini, Rauennates, Mutinenſes, Parmenſes, Regienſes, Mantuani, Cremonenſes, Papienſes, Laudenſes, Comenſes, Nouarienſes, Vercellenſes, Haſtenſes, Bergomates, Blanderatenſes, Hetruſci & Vmbri. Fridericus, aduocata concione, verba fecit: ſe non ſuſcepiſſe hoc bellum libidine aliqua: ſed pro dignitate Imperij: quæ, niſi audacia rebellioq; Mediolanenſium puniatur, ſalua eſſe non poſſit. Hortari ergo ipſos ad fortiter agendum: vt & aduerſariorum temeritas peruicaciaq; infringatur: & Imperij, à Carolo & Othone adhuc vſq; tempora deducti, dignitas vindicetur.

Marchiones Italiæ.

Cauſa belli præſentis.

Imperij honor, vindicandus.

Hanc orationem ingens acclamatio exercitus alacerrimi & fauſti euentus precatio, approbrauit. Iureconſulti verò Imperatori ſuaſere: Mediolanenſes, ne iniuſtè ſecum actum vociferentur, prius citandos eſſe legitimis inducijs (id eſt, Iudicis edicto vno, mox altero, deniq; tertio) aut loco plurimum, vno peremptorio. Quod & factum eſt.

Ergo & hodie, aduerſus Turcas.

Venerunt à Mediolanenſibus viri eruditi & eloquentes: ſed, cùm pecuniâ, ſuffragioq; optimatium, nihil obtinerent: quòd pœnalibus, & ſtricti iuris actionibus, conuenirentur: infecto negotio diſceſſerunt. Tum ſententiâ condemnatoria in Mediolanenſes latâ obſidio vrbis eorum comparabatur. Cuius rei fama illis terrorem incuſſit, muliebri præſertim ſexui, inſolitum. Pauperibus verò, & obæratis, & iuuenibus operarijs, res grata accedit, rapinas ſperantibus: quibus numero præualentibus, nobiles & cordati viri cedere cogebantur.

Obſidio Mediolani, parata.

Fridericus, Mediolanenſium pœnitentiâ dies aliquot neſquicquam expectata: cũ ſuis ad fluuium Abduam, Cremonenſium ac Mediolanenſium fines dirimentem, progreſſus eſt. Hunc, cũ pontes inundatione aquarum ex Alpibus rupti eſſent, Bohemus Rex, & Dux Dalmatiæ Conradus, vado ſuperarunt: ac mille armatos Mediolanenſium equites fugarunt: eorumq; ſarcinis & præda vniuerſa, potiti ſunt: amiſſis tamen viris circiter ducentis in tranſuadando, aquarum vehementia inuolutis.

Abdua fl.

Tricij deditio.

Coëgit Fridericus caſtrum Tricium oppugnando, ad deditionem: quòd pons eius loci, ad traducendum exercitum idoneus eſſet.

Germanorum equitum plaga.

Interim Eckebertus Butenenſis, vir Regij ſanguinis, & alij nobiles, facto agmine circiter mille equitum: iniuſſu Imperatoris ad vrbem Mediolanum propius proуolarunt: ſperantes, ſe facturos aliquid memorabile ante alios. Sed valido hoſtium globo erumpente: cùm primò haſtis, deinde gladijs acerrimè certatum eſſet: Eckeberto & alijs nobilibus occiſis: Germani multitudine hoſtium, & anguſtia loci, profligati ſunt. Quibus iratus Imperator, interceſſione tamen exercitus ignouit: ſed ſeuerè interdixit, ne amplius extra ordinem pugnaretur. Obedientia ſcilicet erga Duces, exercitui ſalutaris eſt.

Strateres.

Mediolani magnitudo.

Obſidio eius.

Inde 8. Cal. Aug. cum exercitu qui amplius C. millium armatorum erat, ordinatè incedente, ad Mediolanum obſidendum, diuino auxilio implorato, profectus eſt, ſtratoribus ſeu fabris, qui viam facerent expeditã, præcurrentibus: circo aquilam, cæteráque ſigna Tubicinibus & cornicinibus: illis deinde, qui machinas expugnatorias aduehebant, ſequentibus. Vrbis ambitus, in planitie ſitæ, centum erat ſtadiorũ. Ipſa mœnibus foſſa aquis plenâ, inſtructa: non autem ita, vt aliæ vrbes, proceris turribus: quòd ciues circumiectarum fœdere ciuitatum freti, nunquam obſideri eam poſſe putaſſent. Hanc Fridericus, primo die quieſcens, ita obſidere cœpit: vt ante ſingulas portas, vnum principum firma cum manu locaret. Non exiſtimabat, arietibus & turribus mobilibus oppugnandam: ſed lenta potius fame, aut præliorum contentionibus, domandam.

Turris, arcus Romanus.

Crebræ inde fiebant eruptiones oppidanorum: ijsq́ue nocte quadam caſtris Rhenenſibus Palatini Conradi, & Sueui Ducis Friderici, magnum tumultum intulerunt improuisò: ſed ſuccurſu Bohemi Regis, magno accepto incommodo, in vrbem reiecti ſunt. Conatus eſt alio tempore VVittelſpachenſis Otho, ignẽ ponti & portæ inferendo, vrbem inflammare. Inde atrox noctu pugna exorta eſt: ſed poſt horam, vtrinque diſceſſum. Turri potitus eſt Auguſtus craſſa & validiſſima, quatuor columnis inſiſtente: quæ Arcus Romanus appellabatur: quòd à vallo non longius abeſſet, quam vno arcus iactu: vel quòd à Romanis olim conſtructa. Vnde miſſilibus potuit totam vrbem inceſſere.

Durante ſic obſidione: multisq́ue violentis actionibus vtrinque ſæuientibus: non modò ferro ſed iam fame etiam & peſte oppidani premebantur.

Deditio vrbis.

Suaſu igitur prudentiſſimi cuiusdam viri, apud & nobiles & populum gratioſiſſimi, Vidonis Comitis Blanderati, Mediolanenſis ciuis (tempori cedendum eſſe, & ignominiæ ſeruitutis fore ſolatium imperantis dignitatem, dicentis) Legatos ad Imperatorem, pacis petendæ causâ miſerunt. Accepit is in deditionem ipſos: ſed multis, nec leuibus, conditionibus: inter quas mandauit, vt Comum atque Laudem reſtitui ſinerent: neque poſthac oppugnarent, nec tributo grauarent: Regiam Imperatorum reædificarent, & ſartam tectam tuerentur: nouem millia Marcarum auri, ad ſarciendas iniurias tribus penſionibus exoluerent: obſides trecentos præcipuorum hominum darent: captiuos omnes dimitterent: Legatos Imperatoris, vbi in Italiam veniſſent, in Palatio ſedere ob res iudicandas paterentur: Regalia (monetam, teloneum, pedaticum, portus, comitatus) Imperatori dimitterent, nec poſthac vſurparent.

Supplicum geſtus.

Accepêre conditiones ſuppliciter: primò veniens agmen Clericorum, prælatis crucibus, pedibus nudis, Archiepiſcopum ſequens: deinde primores ciuitatis, nudis pedibus, veſtibus abiectis, ſtrictis ſuper colla gladijs portatis, præcedentibus conſulibus. Dixit ad horum conſpectum hilari vultu Auguſtus: ſe lætari, quòd Deus tam claram ciuitatem admonuiſſet: vt aliquando ſuam potius clementiam, quàm vim, experiri mallet. Darent operam, vt errata corrigerent. Vinci ſe magis obſequio, quàm contumacia, poſſe.

Vexillum Imperatorium, in vrbe.

Recitatis deinde, & acceptis, conditionibus ſupradictis: confirmata fuit pax: Imperatoriumq́ue vexillum, ſigno victoriæ, in vrbe erectum. Magna vbique gratulatio, propter bellum hoc finitum. Captiuos liberatos, ad pedes Imperatoris longo ordine venientes, noti & propinqui præ gaudio cum lachrymis (κλαυσιγέλως ἔχοντες) exceperunt. Factum 8. die Septemb. nempe natali B. matris Dei. Tunc Imperator & Bohemus Rex coronati, tanquam triumphantes, inceſſerunt.

Modoëtiæ reſtitutio.

Modoëtiam poſthæc Fridericus vênit (ſedem olim Italici Regni) vbi coronam induit: & id oppidum, iampridem à Mediolanenſibus euerſum, priſtinæ libertati ac decori reſtituit. Tunc quoſdam Principes domum dimiſit, cum eorum copijs: Bohemũ Regem, Ducẽ Auſtriæ, Bertholdum Burgundiæ, Arnoldum Præſulem Moguntinum. Veronenſes ac Ferrarienſes, qui ab officio deceſſerant, vi ad id redegit.

Lauda, C. noua.

Calones, lixas, ſcorta, caſtris incõmodantes, eiecit. Laudenſibus nouũ oppidũ maximis ſumptibus ædificauit: flumine Abdua circumfluum, præter vnũ aditũ, muro & vallo ſepiendũ: vt ſi à Mediolanenſibus quid poſthac in eos tentaretur, tutiores eſſent.

Roncalijs conuentus.

Conuentum poſt hæc Roncalijs, vel in campis Roncalianis latis, egit: frequentẽ Germaniæ & Italiæ proceribus, Cardinalibus & Epiſcopis. Ibi de ordinanda Italia tractauerit: de tempore pacifico bonis legibus aſtringendo: de iure pauperib. iuxtâ, ac diuitib. tribuendo: eaq́ue omnia, cũ aſſenſu & admiratione omnis præſentis multitudinis. Omnes controuerſias, ex auctoritate

clariſſimo-

Iuriſconſulti Bononiæ.

clariſſimorum Bononiæ Iuriſconſultorũ (Bulgari, Martini, Iacobi, & Hugonis) iudicare aggreſſus eſt. At multitudine conquerentium, crucesq́; præferentium motus: in ſingulis Diœceſibus Iudices conſtituit: non ex ipſis Diœceſibus (ne gratiæ odioue locus eſſet) ſed ex conuentu, alijsúe ciuitatibus. Ita hominibus benè prouiſum fuit: ac lites breui temporis ſpacio terminatæ. De iure Regni cõſtituendo retulit: eius rei cognitione, iiſdem & alijs Iuriſconſultis commiſſa. Eorum iudicio, Regalia ab Italis in manus Auguſti reſignata ſunt: nempe Ducatus, Marchiæ, comitatus, conſulatus, monetæ, telonea, fodra, portus, pedatica, molendina, piſcaria omnis vtilitas è fluminib. & terra, capitũq́; propriorũ cenſus annui. Quæ ipſe ijs Imperiali beneficio, & Regni nomine, reddidit: qui legitima Regũ donatione ſe habere docuiſſent. Qui verò ipſi talia attraxerant: ex ijs circiter XXX. millia talentorũ, quotannis in fiſcũ redacta. Decretũ, vt oppidatim conſules & Magiſtratus, aſſenſu populi, per Imperatorẽ crearentur. De pace ſeruãda ſtatutũ eſt: ne ciuitas ciuitatẽ, priuatus priuatũ, oppugnaret vſquã, iniuſſu Regis. Sin qui violarent: ciuitas C. Marcas auri dependeret, Marchio L. Comes XL. Capitaneus XX. cæteri X. vſq; ad ternas. De feudorũ ratione, diligenter ſancitum. Vt, Nulli licere feudum totum, aut partẽ eius, vendere, aut quomodolibet alienare, ſine permiſſu ſuperioris Domini ad quẽ feudũ ſpectaret. Illicitas hactenus alienationes factas, in irritũ deduci. Quia quod ab initio de iure nõ valuerit: tractu tẽporis conualeſcere nõ debere. Si quis infeudatus, maior 14. annis ſuã negligentia per an. & diẽ ſtaret: quò minus inueſtituram à primo Domino peteret: tranſacto hoc ſpatio, feudum amittere: & id ad Dominum redire. Item, in omni ſacramento fidelitatis, Imperatorem nominatim excipiendum eſſe. Exegit ab omnibus ciuitatibus & ſubiectis, iuſiurandum & obſides: hæc omnia fideliter ab eis obſeruatum iri.

Italiæ ordinatio per Fridericum.

Pacis conſtitutio.

Feudorum ratio.

Iuramenti exactio.

CONSTITVTIO de Scholaſticis & Studioſis, ibidem ſancita humaniſſima.

IMP. FRIDERICVS, Regni ſui fidelibus.

Scholaſtica conſtitutio.

Habita ſuper hoc diligenti Epiſcoporum, Abbatum, Ducum, omniũ Iudicum, & aliorum Procerum ſacri noſtri palatij: examinatione omnib. qui cauſâ ſtudiorũ peregrinantur, Scholaribus: & maximè diuinarum atq; ſacrarum legũ profeſſoribus, hoc noſtræ pietatis beneficiũ indulgemus: vt ad ea loca, in quib. literarũ exercentur ſtudia, tam ipſi, quàm eorum nuntij, veniant: & habitent in eis ſecurè. Dignum namq; exiſtimamus: vt cum bona facientes, noſtrã laudẽ & protectionem omnes mereantur: eos, Quorum ſcientiâ mundus illuminatur: & ad obediendũ Deo, & nobis eius Miniſtris, vita ſubiectorum informatur: quadam ſpeciali dilectione ab omni iniuria defendamus. Quis enim eorum non miſereatur: qui amore ſcientiæ facti exules, de diuitibus pauperes, ſemet ipſos exinaniunt: vitam ſuam multis periculis exponunt: & à viliſſimis ſæpe hominibus (quod grauiter ferendum eſt) corporales iniurias ſine cauſa perferunt? Hac igitur generali, & in æternum valitura lege, decernimus: vt nullus de cætero, tam audax inueniatur: qui aliquam Scholaribus iniuriam inferre præſumat: nec ob alterius eiuſdẽ prouinciæ delictũ, ſiue debitum (quod aliquando ex peruerſa conſuetudine factum audiuimus) aliquod damnum eis inferat. Sciturus huius conſtitutionis temeratoribus: & etiam ipſis locorũ Rectoribus, qui hoc vindicare neglexerint; reſtitutionem rerum ablatarum ab omnibus exigendum in quadruplum: notaq́; infamiæ eis ipſo iure irroganda, dignitate ſua ſe carituros in perpetuum. Veruntamen ſi litẽ eis quiſpiã ſuper aliquo negotio mouere voluerit: huius rei optione data Scholaribus: eos corã domino aut Magiſtro ſuo, vel ipſius ciuitatis Epiſcopo, quib. hanc iuriſdictionẽ dedimus, conueniat. Qui verò ad aliũ Iudicẽ eos trahere tentauerit: cauſâ, etiamſi iuſtiſſima fuerit, pro tali conamine cadat. Hanc autẽ legem, inter Imperales conſtitutiones ſub Titulo, Ne filius pro patre, &c. inſeri iuſſimus. Datũ apud Roncalias, an. M. C. LVIII M. Noue.

Placentinorum condemnatio.

Fridericus eo tempore Placentinos, qui vim fecerant Cremonenſibus, & Regno infidi fuerant, condemnauit: pecunia mulctauit: ad vallorum, nuper vrbi obiectorũ, turriumq́; altiorum, deiectionẽ, & foſſæ vrbis expletionem, coëgit: deniq; in gratiam cum Cremonenſibus redire imperauit. Comandò Friderico (inquit Corius) à Piacentini: che tutte le torri delle lor città foſſero roinate da venti braccia in ſuſo: & ſimilmente, che le foſſe faceſſero piane. Sic & Cremenſes, caſtri muros deijcere iuſſit. Modoëtia ius, quod ſibi Mediolanenſes vindicabant, ad Regem pertinere iudicatum eſt: quòd illa olim Regum ſedes fuiſſet. Conradum Epiſcopum Eiſtetenſem, & comitem Emichonem, ad Sardiniam & Corſicam conſtituendas deſtinarat: ſed Piſanis & Genuenſibus eas retinere ſibi ſtudentibus, res non proceſſit. Genuenſibus pacem dedit: mille Marcis ab ea ciuitate fiſco perſolutis: & Regalibus, quæ ad Imperatorem pertinebant, remiſſis: atq; à munienda vrbe abſtento.

Cremenſ…

Genuenſes.

Hæc, tunc in Italia. In Oriente verò, circa idem tempus (teſte Radeuico) Manuele Imp circa Antiochiam contra Turcos cum copijs morante: quidam de ſeruis Palatij, Caniclinus ſcil. (quem nos Cancellarium dicere poſſunt) ſcelus conatus eſt perpetrare. Nam tres audaciſſimos iuuenes grãdi pecunia corruptos, ad occidendum Imperatorem pellexit. Ipſe die ad ſceleris perpetrationem præſtituto, apud vrbem (Conſtantinopolin) ob Imperium occupandum, magnis præſtolabatur copijs. Quo periculo Imperatrici (Berthæ, vel Irenæ: quæ Sultzbachenſis comitis Berengarij filia fuerat: de qua dudum ſcripſimus per indicium

Caniclinus.

Manuelem Imp. Bertha ſua conſeruat.

dicium enunciato: illa magnitudine rei perterrita peruiciſſimo nuntio proditionẽ marito ſignificauit. Ita comprehenſi ſunt Sicarij, atq; primus etiam ſceleris auctor: & de omnibus dignum ſupplicium eſt ſumptũ.

Guntherus lib. 8.

Hic Caniclinus erat: nobis Camerarius idem eſſe poteſt. At Græcè, ὁ ἐπὶ τοῦ κανικλείου. *Chroniata de Manuele lib. 1.* ἡ τύχη αὐτὸν εἰς τὴν τοῦ ἐπὶ τοῦ κανικλείου μεγαλοπρεπῆ προβιβάζει τιμήν· καὶ τὴν παρὰ τῷ βασιλεῖ μεγίστην οἰκειότητα καὶ μείζονα ἐπῆρεν κατὰ ... προκοπαῖς. *Ad magnificum Canicleí honorem, & intimam Imperatoris familiaritatem, ad maioresq; etiam dignitates, fortuna ipſum extulit.*

Hoc tempore Ioannes M. ſue Medicus claruit.

ITERVM INTER IMPERATOREM ET PAPAM DISSIDIVM. ROMAnum Pontificum. Noua rebellio Mediolanenſium, & Friderici cum eis bellum. Illorũ in hunc inſidiæ. Obſidio Cremenſium, & tandem deditio. σχίσμα: duo Antipapæ, malorum magnorum auctores. Fridericus Imp. ab Alexandro P. excommunicatus. Aliquot Epiſcopi Patauiæ Bappenhaimij, S. Virgo Hiltegardis, in Sueuia. Irenes, Imperatricis Græcæ, obitus.

CAPVT XVIII.

Fodrum. ANNO 1159. *Imp. Fridericus natalem Domini celebrauit Albæ: nuntios Regij fodri (certæ frumenti ſummæ) colligendi causâ in Tuſciam & Campaniam emiſit Principes item, ad creando, in vrbibus conſules: nec non Chartularios (Quæſtores) qui de Regalibus quæ fiſco acceſſerant, certam referrent notitiam. Reditus deniq; Mathildis diſſipatos collegit: coactosq; Duci Guelphoni reddidit.*

Papa & Imp. iterum diſſident. *Inter Hadrianum P. & Imperatorem, noua exarſit diſcordia: quòd ille huic petenti, vt Guidonem, Guidonis Blanderatenſis comitis F. electũ Rauennæ Antiſtitẽ confirmaret, id denegarat: eò quòd is Guido eſſet Romæ Subdiaconus: nec pontificis iniuſſu ad alienam Eccleſiã traducendus. Offenſus etiam hinc Papa fuerat: quòd Fridericus fodrũ ab vrbibus Eccleſiæ ſubiectis exigeret: atq; Cardinales ingreſſu Germanicarũ vrbiũ prohibuiſſet ac quòd & illũ ſcribens, nomen ſuũ nomini illius præpoſuiſſet, ad eũq; ſingulari numero appellaſſet.* *Singulari numero appellare.* *Imp. reſpondit: Cæſari danda eſſe quæ Cæſaris ſint: Cardinales nõ prædicandi Euangelij cauſa ſed prædãdi Eccleſias veniſſe: in poſtremo ſe veterẽ latinitatis morẽ obſeruaſſe. Hinc Mediolanenſes aliæq; ciuitates à Pontifice ſollicitatæ ad defectionem ferebantur. Vide Rad. lib. 2. cap. 16. & inde.*

Interea cum Reinaldus Cancellarius (poſtea, Colonienſis Archiepiſcopus) Otho Palatinus, comesq; Gozuuinus, Mediolani conſules deſignari peterent: populi concurſu, veterẽ ſibi libertatẽ eripi clamantis, verborum & miſſilium iactibus (ῥήμασι καὶ βλήμασιν) *eos inceſſentis eiecti ſunt: ne comitis quidem Blanderatenſis dehortatione moti.* *Mediolanenſiũ perfidia.* *Auguſtus in conſilio de Mediolanenſium iniquitate conqueſtus, eos ad ſe citat. Qui cùm Marnicam, vbi ipſe erat, veniſſent: nec factũ defendere valentes, arrogantius etiã reſpondiſſent (IVRauimus quidem: ſed iuramentũ attendere non promiſimus) alterum iam in eos, vt perfidos & læſæ maieſtatis reos, bellum decretũ eſt: atq; Beatrix coniux, Henricus Dux Saxoniæ & Bauariæ Leo, Imperatoris auunculus Guelpho, alij proceres & Epiſcopi quidam (inter quos, Auguſtenſis Conradus) ex Germania acciti ſunt, cũ ſubſidijs neceſſarijs: qui poſtea æſtate aduenerunt.* *Legatio varij apud Fridericum.* *Mortuus erat Friderici Legatus VVibaldus, Abbas Stapulenſis, in Græcia. Cuius mortis ne ſuſpecti haberentur Græci: ad curiã Imperatoris venturi fidẽ publicam petebant. Erant inter Reges Ludouicum Francum, & Henricum Anglum (cuius illius repudiata nupſerat Leonora) diſcordiæ. Itaq; vterq; Imperatorem muneribus ſibi adiungere ſtudebat. Rex Vngariæ, audita Mediolanenſium rebellione, auxilia Friderico prioribus maiora promiſit. Eos legatos ſingulos, prudenti cum reſponſo, & dignis muneribus ipſe dimiſit.*

Haſtam C. is diruit. *Auguſtus, ad bellum ſe præparans, vrbem arcemq; Haſtam ſibi reſiſtentem, diruit: Nouam laudẽ, vt perficeretur (vtpote XX. tantùm milliaribus à Mediolano diſtantem) per Quadrageſimæ tempus adiuuit* *Comenſes.* *Comenſibus antiquas ſedes, vnde à Mediolanenſibus ſuperiori tempore pulſi erant, reddidit: Inſulam, Mediolanenſibus adhærentem, ſibi & Comenſibus reconciliauit, Paſcha deinde Mutinæ egit: inde in agrum Bononienſem, vbi exercitus erat, proceſſit die cinerum.*

Recruduit interea diſſenſio inter ipſum & Papam. Hic enim inter alia ad illum ſcripſerat: ne poſthac nuntios ad vrbem quando omnes Magiſtratus S. Petri ibi cum Regalibus eſſent, Pontifice inſciente mitteret. *Papæ ſuperbia in Imperatorem.* *Reſpondit Fridericus: ſic fieri, vt Imperator inane tantùm nomen Imperatoris Romani habeat: ſi Romam in poteſtate non habeat. Obiecit Hadriano: eũ pacem, recipiendo Siculo Guilielmo in gratiam, fregiſſe. Cùm deniq; diceret ſe iudicium de controuerſia dijudicanda & DATVRVM & ACCEPTVRVM: reſponſum à Legatis tulit, debere ſolùm accipere: Neq; enim Pontificem, hominis vllius iudicio ſubiacere.* Hadrian iſt gar maiſter looß/ 2. *Teſſ. 2. Vide 2. Rad. 31.*

Iacob. Spiegel. Scholijs Gunth. lib. 6. ad R. Ferdin.

Inuenias hodie, inquit, qui tam impudenti mendacio ſubſcribant (D. Petrum omnia iura Romæ tenere) ſolum cum à Nerone ſub quo Romæ Petrum paſſum eſſe credimus, vſque ad Phocæ tempora & *Romam non eſſe Pontificiũ.* *Principatum, vrbs Roma in Imperatoris poteſtate fuerit. Nam Bonifacio non licuit,* τὸ πάνθεον *(Pantheum, Cybelæ matri & omnibus Dijs commune) in honorem Mariæ virginis transferre: niſi poteſtate ædificandi à Phoca impetrata. Adeo Pontifex (vrbis non tam Dominus, quam inquilinus) omnẽ*

ditione

ditione carebat: vt ne ſacellum quidem vnum, ſine Imperatoris iuſſu ædificare potuerit. Hæc, ille. *En vſum hiſtoriarum & Chronologiæ, ad notitiam rerum Eccleſiaſticarum.*

Hiſtoriarum vtilitas.

Cùm Mediolanenſes iterum iterumq́; citati, non comparerent: ipſi, tanquam rebelles & contumaces, Imperijq́; deſertores, hoſtes iudicati ſunt: res eorum direptioni, perſonæ ſeruituti, adiudicatæ. Gunth.

Mediolanenſes, hoſtes iudicati.

Pœna fuit deſcripta illis: direptio rerum, ſeruitium populi, ſubuerſio funditus vrbis.

Ipſi ergo ſe ita præparabant: vt non modò propulſare, ſed etiam inferre; bellum (ipſo auctore Archiepiſcopo) poſſent. Obſeſſum igitur ſe iri exiſtimãtes: omnia ſuburbana ædificia, tam ſacra, quàm profana, diruerunt; ne ſibi obeſſent, hoſtibusq́; prodeſſent. Inde Tricium, quod Germanorum tenebatur præſidio, expugnarunt: in ciues omnes crudeliter ſæuierunt: oppidum direptum incenderunt: Germanos cuſtodiæ tradiderunt, numero circiter LXXX.

Ipſorum præparatio.

Fridericus in Roncalias reuerſus, copias ſuas vndiq; contraxit. Inde in Mediolanenſium agrum ducens; ſegetes, vites, arbores, tecta perdidit: frumenti importationem ad eos omnem impediuit (ſi fortè fame ad officium cogi poſſent) ex vrbe prolectatos, & ſuperbè egreſſos, partim cecîdit, partem cepit. Ipſi viciſsim, Cæſare parumper ab vrbe digreſſo, 6. Cal. Iun. ipſo die Pentecoſtes, Laudam verſus erumpentes cum D. equitibus, ingenti præda potiti ſunt, clade tamen aliqua accepta. Sic & Brixienſes eorum ſocij, Cremonenſibus inſidiati, multos ſuorum amiſerunt.

Actiones vtrinq; hoſtiles.

Fame apud Mediolanenſes creſcente: hominem vaſti corporis miſerunt, magnis promiſsis inductum, in caſtra Imp. eius interimendi cauſâ. Qui ſimulatâ inſania, iocularibus geſtibus agendis, excluſus inde non fuit. Quodam deinde die manè Imperatorem ſolum nactus: trahere & portare ad præcipitium fluminis Abduæ, iuxta quod caſtra erant, conatus eſt. Verùm inter luctandum, cùm ambo funibus tentorij impediti cecidiſſent: concurſu ad vocem Imp. facto: inſidiator ille flagellis cæſus, eò præcipitatus eſt.

Inſidiæ in Fridericum.

Præcipitatione.

Vênit & Arabs quidam ex Hiſpania (Mediolanenſium ſubornatu) ſenex: deformis, altero oculo captus: qui afferebat annulos, gemmas, fræna, calcaria. Omnia ſulfureis ita delibuta venenis: vt ſolo tactu Imperator extemplò periret. Si non tangeret: ſicâ ipſum ſublaturus erat. Auguſto verò præmonito: nebulo ſceleratiſsimus captus eſt. Contemptu tamen mortis & cruciatuum, neminem, à quo ſumiſſus eſſet, prodere voluit. Si morti dederetur: ſe Imperatorem vnà tracturum, dixit. At hic, contemptis vaniſsimi hominis minis, excruciatum in crucem ſuſtulit.

Veneno.

Mediolanenſes deinde 3. id. Iunias, Cremenſibus (qui à Cremonenſ veluti filia à matre, ad illos defecerant) aſſumptis: atroci prælio cum Laudenſibus & Comenſibus decertauerunt. Hortatu itaq; Cremonenſium, XI millia talentum pollicitorum, Imperator, exercitum biſariàm partitus: vnam partem ipſe in Mediolanenſes duxit alteram Cremonſibus, ad Cremam obſidendam attribuit. Interceſſêre Romani, miſſa legatione, apud Auguſtum pro multis nobilibus & innocentibus viris apud Mediolanenſes: ne illos propter improbitatem ignobilium hominum perderet. Imperator viciſsim litem, inter ipſos & Pontificem quæ erat, legatis miſsis, componere conatus eſt ſed nihil profecit.

Crema & Cremona.

Cremæ obſidio per Cæſarianos.

Elicuit poſtea idibus Iul. dum Papienſes ad vrbem hoſtilem immiſit, Mediolanenſes: qui eruptionẽ fecerunt, in locum inſidijs præparatum: vbi plerîq; à Cæſare (vexillo commiſſo Zaringiæ Duci) aut capti ſunt, aut occiſi, aut conuulnerati. Cremenſes interim firmis munitionibus, & Mediol. Brixianorumque auxilijs freti: crebris eruptionibus in Cremonenſes, clades & intulerunt, & acceperunt, ad Marchionem Anconæ Garnerium interfecerunt. Oppugnati manganis, Petrarijs, Cattis, ex turri altiſsima, quam Cremonenſes conſtruxerant: ipſi ἀντιμηχανησάμενοι, machinis contrà factis, contempſerunt. Dehinc cruẽto prælio cum Germanis conflixerunt. Hinc exaſperatis vtrinq; animis: Germani capitibus Cremenſiũ, quæ amputauerant, tanquam pilis (ὡς κόνδυλον, ἢ σφαίραις) ludere: Cremenſes, captiuos ex ipſis in muris membratim dilacerarunt. Germanis Cremenſes in conſpectu eorum ſuſpendentib. illi Germanos in crucem egerunt. Iubente Imp. (eôdem enim venerat) rurſus turribus excitatis, & machinis admotis: ſummis viribus oppugnatio tentata eſt: ſed & tunc ſine effectu oppidanis ne filiorum quidem ſuorum reſpectum habentibus: quos ad manganorum (μηχανῶν λιθοβόλων) ictus, Fridericus oppoſuerat. Sic aliquot ex pueris obſidibus perierunt. 7. Rad. 47. Interim Mediolanenſes, vt Fridericum ab obſidione Cremæ retraherent: Minerbiũ, Comenſi lacui propinquum oppidũ, cum 30. ferè millib. bellatorũ egreſsi, inuaſerunt. Sed à Comite Goſuuino, Comitatus Seprienſis & Matheſiani tunc adminiſtratore (ſubſidio miſſo 500. equitũ ab Imp.) deterriti, multis ſuorũ in diſceſſu amiſsis & ſauciatis, ingloriè in vrbẽ ſe receperũt.

Mediol. clades.

Sæuitia Cremenſium & Germanorum mutua.

Mangana.

Placentinos ſub hæc, quòd cum Mediolanenſibus colluderent, Fridericus hoſtes declarauit, indicans, nullam peſtem efficaciorem eſſe ad nocendum, quàm quæ ſpeciem ſanitatis præferret.

Placentini, hoſtes iudicati.

Hadriano Papa Cal. ſeptemb. Anagniæ defuncto (muſcæ in faucos inuolatu (duo Antipapæ, diſſentiente Cardinal. Senatu, facti ſunt: Roland Senenſis Rom. Eccleſiæ Cancellarius: & Octauianus, tit. S. Cæciliæ, Presbyter Cardinalis: quorum ille, Alexand. 3. hic verò Victor 4. appellatus eſt. Vterq; alterũ pœnis inferorum deuouit: vterque literas ad Fridericum, in caſtris Cremenſis obſidionis hærentem, dedit.

Hadriano extincto, Antipapæ duo, Alexander 3. & Victor 4.

dedit Fridericus à Rolando memor actionum præteriti temporis, alienus erat in partes Victoris incli-nabat: cauſæ amborum iudicio Epiſcoporum diſcutiendæ, conuentum Papiæ in octauam Epiphaniæ in-dixit: ſicut 2. Rad. 56. Imperatoris ad Epiſcopos, eos ad illum conuentum inuitantis, Epiſtola, Cremæ 10. Cal. Nouemb. data indicat. Ibi hæc verba ſunt: Defuncto Adriano Papa in Cal. Septemb. Cardinales, qui columnæ immobiles eſſe videbantur. quibus ſancta & vniuerſalis firmiſſimè inniteretur Eccleſia: non „ quæ Dei ſunt ſed ſua quærentes: & vnitatem Eccleſiæ ſcindentes: duos Pontifices elegerunt, & ambos „ conſecrauerunt.

Cardinalium iniquitas.

Hoc 1159. anno, Indict. 7. 10. Cal. Octob. patruus Friderici Imp. Otho Friſingæ Epiſcopus, cùm cle-menter ab eo ex Italia domum redire permiſſus fuiſſet, ex hac mortali vita diſceſſit. Radeuicus lib. 2. cap. 11. qui hiſtoriam eius Friderici mam, iuſſu eiuſdem Imp. perſecutus eſt.

Othonis Friſing. mors.

Conflagrauit eodem anno cœnobium Petershuſa Conſtantiæ: cum campanis, ſacrarijs, conclaui-bus: ſed reſtitutum fuit contributione Hirſaugienſium & Zuifaltenſium.

Petershuſa.

Anno 1160: Cremenſes, cum commeatu abundantes, fame premi non poſſent: tela faceſq́, deinde turrium plus C. pedes altarum admolitionem, & põtium ex ijs in mœnia pluribus in locis proiectionem, hoſtiumq́ per eos tranſcurſum ſenſerunt. Quibus malis, etſi fortiſſimè repugnabant, tandem victi: 7. Cal. Febr. interuentu Aquileienſis Patriar. Peregrini, & Ducis Bauariæ, in deditionem accepti ſunt: hac conditione, vt ipſi Cremenſes exirent cum rebus, quas ſinguli vno geſtatu efferre poſſent: Brixiani verò, & Mediolanenſes, arma & res cæteras relinquerent. Exierunt 6. Cal. Febr. ad XX. millia hominum vtriuſq́ ſexus, miſerabiles. At mulieres antehac in choris per plateas cecinerant: Fridericũ, æquè ac Lo-tharium olim, inglorium receſſurum. Tunc Imp. Papiam concedens, triumphali honore exceptus eſt: gratiaſq́ Deo in Templo egit Literis hanc victoriã quoquo verſus notam fecit. Ibi etiam die Purifica-tionis (in quem concilium ſtatuendi de Papis propter Cremenſis obſidionis moram dilatũ erat) ab Epiſ. & Abbatibus, qui vndiq́ conuenerant, Victor (qui aderat: cùm alter, Imperatori non confidens, non ve-niſſet) ſine vlla dubitatione (vt antehac ante alterum electus) Papa receptus eſt: alter verò (vt vitio fa-ctus) reprobatus. Nouus ergo Pontifex, in Templum primarium poſtridie deductus eſt à Clero, Epiſco-pis, & populo: eiuſq́ ex equo deſcendentis ſtrepam Imperator pro foribus ſtans, tenuit: ac pedem oſcula-tus eſt: quod idem ab Antiſtitibus Eccleſiarum, & à Principibus factum eſt. Poſtero die (ſabbati) Anti-papam Alexandrum, cum factione eius, candelis accenſis deiectiſq́, Victor eſt execratus. Sed Guilielmũ Siculum ac Mediolanenſes, Eccleſiæ & Imperij inuaſores, ad ſatiſfactionem citauit. Contra Alexander Anagniæ diris Victorem & Fridericum deuouit: fœdus cum Mediolanenſibus fecit, per Ioannem Ana-gninum Cardinalem: qui 5. Cal April. de ſuggeſtu maioris ibi Eccleſiæ, Victorem, Imperatorem, Epiſco-pos & ciuitates, eorum ſectam ſequentes à communione Chriſtianorum reiecit.

Turres mobiles. Cremenſium deditio. Papiæ Friderici triumphus. Victor Papa ſtatuitur, contra Alexandrum. Alexander viciſſim Victorem execratur: ſed & Imperatorẽ.

Poſt hæc, Mediolanenſes nihil non contra Laudenſes tẽtarunt. Eos oppidum Comenſis lacus Car-canum, Archiepiſ. Duce, obſidere inſtituentes, Fridericus poſtridie nonas Aug. cecidit: carrocio eorum, de quo vexillum detraxerat, in proximam foſſam deiecto. Qua victoria petitus, ſubito Brixianorum ad-uentu fugatus eſt: cum paucisq́ Comum (denſiſſimâ pluuia diuinitus conſeruatus) ſe recepit: atq́ in ar-cem Baratelli aſcendit. Mediolanenſes, fuſis hoſtibus, & caſtris captis, ingentem prædam nacti ſunt. Fa-ctum 5 idus Auguſt Fridericus Papiam redijt: amicis, quantum copiarum poſſent, in ſequentem annum trahendum mandauit: eo inde Cremonam, rurſusq́ Papiam in hyberna, ſe cõtulit. VVelpho Marchio, Im-peratoris auunculus, in Tuſciam cum exercitu profectus eſt: ac conuentu apud S. Geneſium habito: cùm à cæteris, tum maximè à Piſanis & Lucenſibus, benignè acceptus eſt. Partem Italiæ, ſibi ab Imp. tradi-tam, filio VVelphoni commiſit: ac per vallem Tridentinam, ad Lycates ſuos in ſuperiorem Boiariam re-dijt. Vterq́ res prudenter & iuſtè adminiſtrauit. Miſit Imperator Henricum Ducem Carentanum, & alios Legatos, Conſtantinopolin ad Imp. Manuelem, de Pentapoleos maritinis in Apulia, & quibuſdam ſecretioribus conſilijs contra VVilhelmum Siculum. Radeuic. Vrſperg. Sigon. & Auent.

Mediol. clades. Mediol. victoria. VVelphonis aduentus. Filius eius VVelpho.

Erat hoc 1160 anno Pataniæ Epiſcopus, Conradus: filius S. Leopoldi, Marchionis Auſtriæ: nepos Henrici 4. Imp. ex Agnete. Qui cùm nimis Alexandro papæ ſtuderet: Barbaroſſa Rupertum quendam ei obduxit. Qui tamen, quòd Conradus eſſet potens: & tandem Imperatori reconciliatus, ad Epiſco-patum admiſſus non eſt: ſed illicò ab Alexandro excommunicatus. Cui ſubrogatus eſt Albero (al. Albo-nus) qui Papali excommunicationi medium oſtendens digitum, Pataniæ triennium ſedit: donec, de enor-mibus quibuſdã vitijs accuſatus, ab Imp. 1163. extruſus eſt. Surrogauit ei, cum Imperatoris conſenſu, do-minus eius rei, Henricum Hiſtriæ Marchionem, hominem decrepitæ ſenectutis. Sed is quòd ſe excommu-nicatum audiret, paucos poſt menſes reſignauit. Reſtitutus ergo fuit 1164. prior Rupertus: qui tamen ſe-quente anno mortuus eſt. Bruſch.

Pataniæ Epiſc. Conradus.

Anno 1160. diem ſuum obijt Auguſtæ Rhætiæ, Gebbard. Canonicus Auguſtanus: cùm XC. annos & in præsbyteratu ibi egiſſet. Natus fuerat ſub Epiſcopo Auguſtano 27. Brunone (inquit Marcus Hennin-

Longæuus Auguſtæ presbyter Gebh.

Henningus) quem Bruſch. ait 1009. electum eſſe. & 1031. mortuum Si ergo 1031. A. natus eſſet: vixiſſet vſq; ad 1160. annum, 130. annos. Die S. Ambr. huius anni obijt Comes Manigoldus de VVerd cuius vxor fuit Mechtildis de Smaleck: quorum filia fuit Benedicta, Othoni de VVittelſpach nupta: ex quibus nata eſt Amaleia (fort. ἐμμέλεια membrorum apta compoſitione, decora: vel ἐμμελῆ, concinna, wolgethon*: non ἀμελῆ, negligens) Mareſcalca, hoc eſt, Friderico Mareſcalco Bappenhaimio nupta. Matth. Bapp. vide ſequent. lib. cap. 1.* Bappenhaimij. *Eodem anno vixit Erneſtus Calatinus Baro: qui vxorem habuit Eulaliam (εὐλαλίαν, probè loquentem, non garrulam) de Neiffen. Obijt ipſe 1170. Sepultus cum vxore Neoburgi ante oppidum, in vetere Parochia. Eulaliæ pater fuit Bertholdus de Neiffen & VVeiſſenborn.* Neiffen. VVeiſſenborn. *Idem Bapp. S. Hiltegardis, Monaſterij Rupertum apud Bringium Abbatiſſa (de qua aliquoties dictũ) in Sueuiam vênit: & pluribus in locis religionem docuit, præſertim Hirſaugiæ, & Zuifaltæ. Summo autem gaudio excepta fuit ab Hirſaug. Abbate Manegoldo. Fratribus breui venturam tribulationem prædixit. Ea fuit poſtea diſſenſio inter hunc Abbatem & conuentum pernicioſa. Monachis quoq; vtriuſque ſexus Zuifaltenſibus grata concionatrix fuit. Tritenhem.* S. Hiltegardis, Hirſaugiæ & Zuifaltæ.

Hoc tempore Amedeus vixit, Comes Mompelgardenſis, Aulicus Imperatoris Friderici. Vxorem habuit Gertrudem, Comitis Habſpurgenſis VVernheri filiam. Mompelgard. C. Amedeus.

In Oriente, Legati venerunt ab Im. Manuele, viri ſpectabiles, ad Hieroſolymæ Regem Balduinũ, cum aurea bullæ (χρυσοβούλλοις) literis. Summa legationis erat. Noueris, nobis dilectiſſime, & noſtro Imperio acceptiſſime: quòd felix, & inclytæ in Domino recordationis, Hirene, ſacri noſtri Imperij conſors, diẽ vitæ clauſit extremum, electis ſpiritibus ſocianda: vnicâ nobis filia, communis Imperij hærede, relicta. Petimus ergo ſecunda vota, & quidem vnam de conſobrinis tuis, &c. Rex ſororem comitis Tripolitani, virginem illuſtrem, Meliſendam deputat. Cui cùm pararentur magnis ſumptibus ornamenta & mũdus: Imperator, eâ poſt annum neglecta, Mariam, Principis olim Antiocheni Reimundi filiam, duxit. Das heiſt Geiſt. *Tripolitanus, propter hoc repudium Imperatori iratus, ei nocebat ſummo conatu (quòd enormes ſcilicet feciſſet impenſas) per piratas, prædis & incendijs faciendis. Guil. Tyr. lib. 18. Hæc Irene erat illa, cuius ſæpe meminimus, Bertha Sulzbachenſis: cuius ſororem Conradus 3. habuit.* Bertha Irena obitus. Meliſſenda ſponſa, a Manuele Imp. decepta.

Finis Libri decimi, in ſecunda parte Annalium Sueuicorum.

MARTINI CRVSII GRÆCÆ ET LATINAE LINGVAE IN ACADEMIA TYBINGENSI PROFESSORIS, ANNALIVM SVEVICORVM, IN ſecunda parte LIBER VNDECIMVS.

PRogreditur hic liber vſque ad annum conſeruatoris 1190. qui Friderico Barbaroſſæ mortem attulit. Multæ hîc res memorabiles: vt, Mediolanenſis vrbis excidium, ac reſtitutiô: diſſidium Imp. Friderici cum Pont. Alexand. & cum eo pacificatio: Bellum Guelfonis ante oppidum Tybingam: plures, Friderici in Italiam contra coniuratos profectiones: Henrici Leonis deſertoris pœnæ: amicitia inter Impp. Fridericum Latinum, & Manuelem Græcum: plurium Monaſteriorum fundatio: pax, Conſtantiæ à Friderico cum Italis facta: & eius filij: Hieroſolymarũq; amiſſio: deniq; Barbaroſſæ in Orientẽ expeditio, res geſtæ, & interitus.

MEDIOLANI OBSIDIO, A FRIDERICO IMP. REPETITA. ALEXANdri Antipapæ factio. Patauienſe Imp. Friderici priuilegium. Hermannus, Hildesheimenſis Epiſcopus Neiffenſes Barones. Marchiones Badenſes. Diſcordia Hirſaugienſium cœnobitarum, tranſacta per S. Hiltegardem.

CAPVT I.

ANNO 1161. *Germani Principes, præſertim qui ſuperiori tempore domum dimiſſi ab Imperatore fuerant (Frid. Conradi R. filius, Bohemi R. filius Dux, Reinoldus Colonienſis Arhiepiſcopus, Daniel Pragenſis Epiſcopus, alijq; Proceres & nobiles) cum maximis copijs in Italiam redierunt. His, & Italicis auxilijs nixus, Fridericus 4. Cal. Iun. in Mediolanenſem agrum progreſſus eſt: ſegetes ipſorũ, vineas, arbores, corrupit: vrbem circumquaq; obſedit: Laudem recedens, Pontificem Victorem denuò confirmauit: obſidionem 5. idus Aug. repetijt.* Mediolanum, denuò obſeſſum. *Ibi in pugna quadam, cupidius inſecutus Mediolanenſes, in ponte cum equo conuulnerato corruit, ac graue vulnus accepit: ſed à ſuis alium in equum ſubleuatus, è periculo euaſit. Premebat fames oppidanos. Itaq; Legatos de pace miſerunt. Sed hi à Germanis violati, non peruenerunt ad Imperatorem. Appetente iam hyeme: ſe Laudem cum vxore recepit: ac circumpoſitis caſtris, à cibariorum inuectione Mediolanenſes arcuit. Quòd ſi quos Brixianorum & Placentinorum id conantes caperet manibus præciſis, aut oculis effoſſis, aut naribus truncatis, dimittebat, reliquos deterrendi causâ. Etſi autem Victorem P. recipi cupiebat à Ludouico Franciæ, & Henr. Angliæ, Regibus: tamen hi cuiuſdam Gulielmi Papienſis oratione, ad Alexandrum tuendum impulſi ſunt: cui Ciſtertienſis quoq; ordo, tunc ampliſſimus, ſtudebat.* Alexandro P. Reges, Gallus & Anglus, dediti. *Ideo eos Monachos, Victori ſubſcribere nolentes, Fridericus omnes expulit. Qui ſe in Galliam (quò & Alexander) contulerunt.*

Priui-

Priuilegium CONRADO iuniori, 39. Patauienſi Epiſcopo, ab Imp. Friderico, de S. crucis Nidernburgenſi Abbatia datum.

Patauienſibus datum à Friderico Imp. priuilegium.

Vniuerſorum Imperij noſtri fidelium, tam futura, quàm præſens, nouerit ætas: qualiter nos pio ac ſedulo rogatu dilectiſsimi patrui noſtri Conradi, venerabilis Patauienſis Epiſcopi, & Principum interuentu, Abbatiam S. Mariæ in Patauia, cum omni integritate & honore) quod ad nos & Imperium ſpectare dignoſcitur) videlicet & cum omnibus poſſeßionibus, intus & exterius: cum Miniſterialibus, ſeruis & ancillis, villis & terris, cultis & incultis, vineis, agris, pratis, ſyluis, paſcuis, aquis, aquarumq́ decurſibus, molendinis piſcationibus, & cum omni vtilitate, ad ipſam pertinente, ad Epiſcopatum Patauienſem B. Stephano tradidimus: pro religione in ea religione in ea reformanda, & pro remedio animæ noſtræ, & anteceſſorum noſtrorum, tali conuentione interueniente: vt Epiſcopus, & eius ſucceſſores, nobis & noſtris ſucceſſoribus, ſingulis annis in Epiphania Domini, quadraginta libros Ratisbonenſis monetæ, Regio fiſco, de eadem Abbatia perſoluant. Ab hac autem donatione Abbatiæ prædictæ Aduocatiam excipimus: cuius inueſtituram nobis, noſtrisq́ ſucceſſoribus, Regibus & Imperatoribus, cum omni integritate reſeruamus: Mandantes, &c. Et, vt hac noſtra donatio, rata & inconcuſſa permaneat in perpetuum: hanc noſtri priuilegij paginam ſigilli noſtri autoritate inſigniri & immuniri iuſsimus.

Huius donationis noſtræ teſtes ſunt.

Pilegrinus, Aquileienſis Patriarcha. Hillinus, Treuerenſis Archiepiſcopus. Eberhard. Bambergenſis Epiſc. Conradus, Auguſtenſis Epiſcopus. Gero Halberſtatenſis Epiſcopus. Hermannus, Conſtantienſis Epiſcopus. Fridericus, Monaſterienſis Epiſcopus, Godefridus, Traiectenſis Epiſcopus. Hermannus, Verdenſis Epiſcopus. Henricus, Dux Bauariæ & Saxoniæ.

Landgrauius.

Otho, Comes Palatinus: & Fratres eius, Fridericus & Otho. Ludouicus, prouincialis comes. Conradus, Comes Palatinus de Rheno. Fridericus, Dux Sueuorum, filius Regis Conradi. Henricus, Dux Carinthiæ. Bertholdus, Comes de Andechs. Rudolphus, comes de Pfullendorff. Et alij plures.

Et ego Vlricus Cancellarius, vice Reinaldi Colonienſis Archiepiſcopi, & Italiæ Archicancellarij recognoui. Acta ſunt hæc anno Dominicæ incarnationis 1161. Indict. 9 regnante Domino Frider. Romanorum Rege victorioſiſsimo: anno Regni eius decimo, Imperij verò ſeptimo, foliciter. Amen, Data ante portas ciuitatis Mediolanenſis, tempore vaſtationis, tertio nonas Ianuar. Bruſch. Bataviæ lib. 2.

Hildesheim. Epiſcopus Hermannus.

Hermannus, Præpoſitus S. Crucis, Hildesheimenſis Epiſcopus factus eſt: Friderico Barbaroſſæ charus: à quo Mediolanum obſidente, in Italia feudis & Regalibus inueſtitus eſt. Conſecrauit Brunſuicenſem Eccleſiam S. Blaſij: ab Henr. Leone, Brunſuicenſium Duce, conditam. Excepit omnium Imperij ordinum nomine Fridericum Imp. venientem ad Goslarienſia Comitata. Obijt in peregrinatione Hieroſolymitana, inde rediens, anno 1174. in vicino Parmenſi ciuitati oppido. In adeunda autem S. terra, naufragium paſſus ſolus enatauerat eò: vbi à Patriarcha liberaliter ſubleuatus fuerat. Bruſch.

...ſium Ba- ... Genealo-

Poſita eſt ſuprà lib 9. cap. 14. Genealogia Neiffenſium Baronum, ex Lazio. Sed vide nunc hanc ex Matthæi Bappenheimij cap. 67.

Berchtoldus, Baro Neiffẽſ. — *N. Baroniſſa, Vxor eius, A. 1161. Chriſti. (nominatur part 3 lib. 2. cap. 12. Berchta, Marchioniſſa Burgouienſis.)*

- *Gottfridus de Neiffen, præpoſitus, 1200.*
- *Albertus, Comes de Maurſtetten. dictus Neiffenſ. 1200.*
- *Berchtoldus, Baro de Neiffen. Vxor, Eliſabet Thrubedingenſ. 1191.*
  - *Henricus de N. 1221. — Henric. de N. 1230. Berchtold, Comes Graisbachenſ. 1280. 1303.*
    - *Agnes, Baroniſſa Gundelfingen.*
    - *Anna de N. Abbatiſſa.*
    - *Berchtoldus, Comes Thrubedingen: cuius vxor Anna de Burgovv. 1340.*
    - *Hainricus, Comes Graiſbach, —— Eliſabeta, Com. Neiff. Abbatiß.*
  - *Conrad. de N. cuius Vxor Eliſabet de Altheim.*
- *Eulalia Neiffenſis, D. Erneſti Calatini vxor, 1170. præced. lib. cap. vlt.*
  - *Heinricus Mareſcal. de Calatino: Vxor Gutha, 1214.*
  - *Rudolf. de Cal. Vx. N. Baroniſſa Hervvenſ.*
    - *Fridericus de Bappenheim. Vx. Amæleia. cuius filius Hein. Mareſcal. eius Vx. Priſca. Rudolfus de Calatino.*
      - *Heinric. Mareſcal. eques Aurat. 1290. — Rodolf. Mareſcal. de Bappenh.*
      - *Hiltebrand. Mareſc. Eques aurat. Vx. Gutha. — VVilhelmus Mareſc. de Biberbach.*

Her-

Hermannus, Marchionis Veronenſis filius (inquit Lazius) obſes à Friderico Caeſ. antehac ex Italia eductus, fertur habuiſſe ſororem Iudeutham anno 1161. ſepultam Backenæ ſequenti A. Dicitur ille, primus eos agros beneficio Romani Imperij accepiſſe ſecus flumen Rhenum: vbi hodie Badenſis Marchia ſita eſt: à Thermis, quæ inibi pleræq; ſunt, nomen adepta. Cuius vxor Imutha, Præpoſituram Backenenſem, ad amnem Murr auſpicata eſt: in qua 8. Canonici viuerent: quibus poſtea Benedictini Monachi acceſſerunt. Fratres habuit Hermannus Henricum & Burcardum, Marchiones Veronenſes: quorum poſterior obijt 1182. Filij Hermanno fuêre, Rudolphus, VVernherus, & Albertus. Badenſes Marchiones.

Rudolfi ſenioris dicti, ex Chunigunde, Othonis ſenioris comitis ab Eberſtain filia, liberi erant, Heſſo, Rudolf. & Hermannus. Titulus: Rudolfus, Dei gratiâ Marchio Veronenſes, dictus de Baden. Albertus genuit Ioannem, Henr. & Hermannum 2. Qui Diplomatibus adhuc Marchiones Veronenſes nominati ſunt, & de anno 1200. & 1208.

Hermannus 2. cognomēto paruus, Backenæ in ſacello D. virginis ſepultus eſt: relicto Herman. 3. qui liberos genuit, Hermannum 4. VVernherum, Rudolf. Agnetem, primam in Liechtal Abbatiſſam.

Hermannus,
- *Rudolfus ſenior.*
  - *Heſſo.*
  - *Rudolfus 3.*
  - *Hermannus 6.*
- *VVernherus.*
- *Albertus.*
  - *Ioannes.*
  - *Henricus.*
  - *Hermannus 2* —— *Hermannus .3.*
    - *Hermannus.4.*
    - *VVerberus 2.*
    - *Rudolfus 2.*
    - *Agnes.*

Hermanno 4 natus eſt Hermannus 5.

Magna hoc 1161. anno diſcordia, inter Abbatem Hirſaugienſem & conuentum exorta eſt (ſicut fore, ab Hilegarde Abbatiſſa prædictum fuerat) de qua re peſſimi ſermones in Sueuia fuêre. Cauſa diſcordiæ erat: quòd videbatur Priori Diemoni & fratribus Manigoldus Abbas nimium indulgere familiaribus ſuis: ac patientius, quàm par eſſet, eorum inſolentias ferre: nec admonitionib. congregationis parebat: ſed aduerſarios auſterè puniebat: Volens autem ſe munere abdicare, per literas conſilium à S. Hiltegarde petijt: quæ inter alia reſcripſit: Per ſeptē feneſtras proſpice: conſiderans, vnde accipiter veniat: & caue, ne ille te decipiat. Paſce ergo oues tuas cū manſuetudine acceptionis: quia dies ſalutis à te non fugit, & nondum cinis eris. Eſto quoq; ſpeculum vitæ, in ſpeculo vitæ. Eadem à conuentu quoq; literis reuerenter appellata, ita inter plura reſcripſit: Tu eſto lucidum ouile in victoria: conculcans vitia, quæ in inquieto tempore concutiunt te: nec erubeſce, quòd te propter mala opera tua accuſes: quoniam Deus omnia vulnera in pœnitentia tergit & vngit. Apprehendite miſericordiam: quæ non eſt ex vobis orta: ſed quæ ex Deo venit. Trit. Sic conſilio virginis huius, concordia ſtabilis facta eſt. Hirſaug. Abbatis & conuentus diſcordia. S. Hiltegardis litera.

MEDIOLANI DEDITIO AC DESTRVCTIO, ET LONGOBARDIÆ SVBactio ac conſtitutio, per Fridericum. Schiſmatis inter Antipapas progreſſio: & Friderici reditus in Germaniam. Conradus, Moguntiæ Archiepiſ. Henrici Leonis coniugia, & liberi. Rex Hieroſolymitanus 6. Amalricus. Moguntiæ calamitas à Barbaroſſa. Tertia huius in Italiam profectio. Conradus, VVormacienſis Epiſcopus.

CAPVT II.

ANNO *1162. Mediolanenſes, fame ad canes & equos comedendos adacti (Archiepiſcopo ipſorum, qui eos in hanc lernam induxerat, ad Antipapam Alexandrum profugiente) per Legatos pacem à Friderico petierunt: pollicentes (vt Sigo. ex Bern. Corio ſcribit) ſe in honorem eius, ſex locis muros vrbis deiecturos: foſſas completuros: et dicto audientes futuros. Noluit Imperator, conſilio ſuorum habito, conditiones ſibi ab illis præſcribi: ſed eos ſe ipſius arbitrio dedere. Grauiſſimū hoc ipſis fuit: ſed quid facerent, extrema neceſſitate compulſi? Itaq; deditio 5. nonas Mart. facta eſt, hoc modo. Conſules, de auctoritate Senatus Laudem profecti: liberè iurarunt (ſtrictos tenendo gladio: conde ſpade nude in mano) ſe omnia imperata facturos: & ad idem obligaturos ſacramento ciues ſuos omnes. Biduo pòſt (la Domenica ſequente) trecenti equites venêre, tradentes 36. vexilla ſereniſſimo Imperatori, oſculantes pedes eius. Per Gentilium magnæ auctoritatis virum, traditæ ſunt claues nomine totius ciuitatis: quæ iurauit, ſe Cæſareæ Maieſtati, & cuiuis legato eius, dicto audientem fore.* Mediolanenſium deditio.

Die Martis, mille pedites Carrocium adduxerunt, cum vexillo crucis (al. S. Ambroſij) alijq; nonagintaquatuor, attulerunt duas tubas Reip. Poſtridie 400. obſides Imp. poſtulauit: partim ex ordine equeſtri, partim ex nobilitate. Imperauit etiā, ad ſingulas portas vrbis tantū muri deijci, ac foſſæ cōpleri: quantū exercitui, quadrato agmine ingreſſuro, ſatis eſſet. Poſtremò, iuſiurandū à ſingulis poſtulauit: cui accipiendo ſenos Principes German. ac Lomb. præfecit. Quibus rebus peractis, ſe 15. Cal. Apr. (die Mar.)

Papiam imperator cum vxore redit. Papiam cum Beatrice coniuge recepit: Comitatus Duce Bohemiæ, Friderico Rotenburgenſi Duce (Regis Conradi filio) Marchione Saxoniæ Theodorico, aliјsque multis Principibus viris: ſecum etiam illis obſidibus ductis. Eo die, in conſilio Epiſcoporum, Principum, & amicarum ciuitatum, conqueſtus eſt de immenſa longi iam temporis, in anteceſſores Imperatores ſuperbia Mediolanenſium: de iniurijs in Laudenſes, Comenſes, Papienſes, nulla Regum ratione habita: de ſeipſo, in ordinem ſæpius coacto: de perfidia, de nulla obſidum ratione habita: de ſtudio ſeditionum quarumuis concitandarum: ac Pontificum (nunc præſertim Antipapæ Alexandri) in Imperatores acuendorum. Ideo conſilium à ſe captum eſſe (atrox quidem illud: ſed ad reliquam Lombardiam pacandam, inq; fide retinendam, neceſſarium) delendæ totius Mediolanenſis vrbis. Quo ab omnibus, qui aderant, approbato: poſt quadriduum (die lunæ) conſules acceſſit: eis imperat, vt omnes vtriuſq; ſexus homines, intra octo dies ex vrbe emittant. Se nanq; omnia velle ædificia euertere. Grauatè quidem, ſed fecêre tamen, conſules Das ware ſchräckliche Zeitungẽ.

Conſilium in Mediolanenſes.

Tunc igitur 7. Calend. April. miſerrimi homines, mæſtiſsimis animis exceſsêre, cum miſerandis clamoribus & planctu: omnino (vt verbis Corij vtar) congrandiſsimi ſtridi & pianti: che per ogni luogo riſuonauano. Libet huc verſus Maronis accommodare (ὀφρύα περιπαθῶς ἔχοντας) quibus illi tunc (potuiſſent vti.

Ipſorum emigratio ex vrbe.

Eheu, nunc alij ſitientes ibimus Afros:
pars Scythiam, & rapidum Cretæ veniemus Oaxem:
& penitus toto diuiſos orbe Britannos.
En vnquam patrios longe poſt tempore fines,
ſaltem aliquod tuguri congeſtum ceſpite culmen,
poſt aliquot, mea regna videns, mirabor ariſtas!
Vna ſalus fuerat, nullam ſperare ſalutem.

Fœminarum præſertim & puerorum grex, omnia eiulatibus (λιγυρωτάτοις κλαυθμοῖς) implere: oſcula foribus domorum imprimere: ἀπειλουσπονδ... ἔχοντες ſed, quæ exaudiret, auris nulla aderat. Dij omnes, adytis ariſq; relictis, exceſſerant.

Exhauſta incolis vrbe: Imperator cum victore exercitu accedens, non per portas iniuit, ne fidem datam fefelliſſe iudicaretur: ſed per murorum ruinas. Inde negotio aliquot vicinis ciuitatibus (id muneris ſibi præcipuè depoſcentibus) dato: vrbs paucis Templis ſeruatis, exciſa eſt. A Laudenſibus, ædificia portæ Orientalis: à Cremonenſibus, Romanæ: à Papienſibus, Ticienſis portæ: à Nouarienſibus, Vercellinæ: à Comenſibus, Comenſis: à Seprienſibus & Marthèſanis Nouæ. Durauit ea diſturbatio vſque ad proximam Dominicam Palmarum vix quinquageſima parte ædificiorum reſtante: quod incredibile viſum antea fuiſſet: tam breui ſpatio temporis, tantas ruinas dari potuiſſe: ad quas, duo fortè menſes requiri fuiſſent viſi. Deiectum fuit Theatrum, Amphitheatrum, Hippodromus, Capitolium: turris Campanaria S. Mariæ maioris, altiſsima & latiſsima: alia deniq; multa mirandæ præſtantiæ opera. Ita

Mediolani vrbis exciſio.

vrbs antiqua ruit, multos dominata per annos.

Aratrum per vrbem decuſſatim tractum: ſal, nequid fructus ibi amplius proueniret, diſſeminatũ.

Salis diſſeminatio.

Abſtulit inde Fridericus corpora trium Magorum, ſeu Regum (Conſtantinopoli anno 311. Mediolanum deportata) item Geruaſij & Protaſij, Naboris & Felicis. Magorum corpora, deinde Coloniã per Archiepiſcopum Reinoldum tranſlata ſunt: & in Baſilica S. Petri repoſita. Innumeri quoque viri & fæminæ, cum paruulis, in Germaniam exterminati.

Magorum 3. corpora.

Imperator Cal. April. (die Oliuæ, ſiue palmarum) Papiam receſsit: vbi proximo Reſurrectionis die, poſt rem diuinam factam, triumphabundus, cum vxore coronatus inceſsit: ac ſtatuis ad ædem Saluatoris locatis, ſplendido Proceres epulo in palatio Epiſcopi accepit. Iurauerat autem triennio antè (teſte Corio) ſe nunquam amplius eam geſtaturum coronam priuſquam Mediolanum ſubegiſſet. Er pflegt bey ſeinem roten Bart zu ſchwären. Væ illis, in quos.

Epulum Proceribus à Friderico datum Papiæ.

Deſtructio hæc (ἡ κατάσκαψις, ἡ καθαίρεσις) vrbis, putatur (teſte Vrſperg.) præſignificata fuiſſe his antiquiſsimis Verſibus, in cuiuſdam ibi Baſilicæ lapide inciſis.

Rex eſt venturus, Mediolanum, tibi durus:
Rex tibi crudelis: per quadrum diminueris.

Sed neſcio, an longè ante id tempus Verſus Leonini fieri ſoliti ſint. Neſcio etiam, quò conuenientius, quàm ad hoc tempus, referatur illa (ſi vera eſt) narratio de Auguſta Beatrice. Eam cupiditate videndæ Mediolanenſis vrbis, ingreſſam eſſe, tempore pacato nihil mali metuentem. Sed plebem malè pacatam, rebellionis cupidam, impoſuiſſe Dominam mulæ præpoſterè: vt illa caudã beſtiæ teneret pro fræno. Ita per vrbem duxiſſe, & emiſiſſe. Poſtea coactos eſſe multos, comminatione mortis, eximere ficum de natura mulæ. Vnde natum eſſe illud Italorum contumelioſum: vt digitos inter duos pollice prolato, aut medio oſtenſo digito, dicant: Ecco la fico, Ecce ficus.

Beatrix Auguſta, contumelioſè quodam tempore à Mediolanẽſibus tractata.

Subactis ſic Mediolanenſibus: de bello in ſocios eorum, & Alex. Pontificis fautores conuertendo conſul-

conſultatum & decretum eſt. Brixiani anteuertentes, per Legatos, qui nudatos tenebant gladios, pacem ſuppliciter petiêre. Quam conſecuti ſunt: muris deiectis, foßis completis: præfecto à Cæſare accepto, pecuniâ data: expeditionis deniq; Romanæ & Apulæ ſocietate promiſſa. Pacem etiam Placentini, conſulibus mißis, 6. idus Maij acceperunt, ijsdem conditionibus. Nonis Iunij Legati Genuenſium, ſe iurato obſequio obſtruxêre (inter multos Epiſcopos etiam Hermanno Conſtantienſi & Ortliebo Baſilienſi, præſentibus) claſſem polliciti ad Siciliam, Apuliam ac Capuam, à Siculo recuperandam: nec iniuſſu eius facturos pacem cum eo. Itaq; Friderico omnem oram à portu Monæci, vſque ad portum Veneris, feudi nomine (teſte Sigon.) ſaluo iure Vaſallorum acceperunt. Cremonenſibus, alijsq; ciuitatibus, priuilegium dedit Conſulum creandorum, ad obſequium imperij, & conſeruationem ſui: inueſtituram ab Imperatore accipiendo: gubernationem ad honorem Imperij & conſeruationem ciuitatis, iurando: ducenas marcas boni argenti, quotannis ad Feſtum S. Martini perſoluendo: cum nulla ciuitate fœdus iniuſſu Cæſaris ineundo. Beneficia quædam eis dedit: certa loca ſibi ſeruauit. Mediolanenſiũ, per agros diſsipatorum, præfecturam in ſex diuiſit: ſingulis quinq; Germano Præfecto impoſito: ſextæ verò, quæ vrbem complectebatur, Epiſcopo Leodienſi præpoſito. Veteribus officialibus abrogatis, nouos inſtituit ſacramento ſibi aſtrictos. Como, Bergomo, Brixiæ, Placentiæ, Germanos Prætores dedit quos poteſtates Imperatoris appellarunt. Bononienſibus, quos Mediolanenſib. & Alexandro ſtuduiſſe compereret, per Iureconſultos deprecantibus, & obedientiam pollicentibus, veniam dedit: ſed ijſdem, quibus cæteris conditionibus. Reliquam denique Lombardiam totam pacauit, Papiamq; reuerſus eſt.

Brixia deditio.
Et Placentia.
Genuenſium erga Imp. obedientia.
Cremonenſibus priuilegium datum.
Mediolanenſium præfectura.
Poteſtates Imperatoris.
Bononia.

Interim Alexander (Claromonte conuentu Epiſcoporum, fauente R. Ludouico, congregato) Victorem, Fridericum, & factionem eorum pontificio fulmine icit. Fridericus, compoſitis Italiæ rebus, cum Victore Veſontionem Burgundiæ venit: Reges; Franciæ, Daniæ, Bohemiæ, Vngariæ, vt ad concilium, redintegrandæ Eccleſiaſticæ cõcordiæ gratiâ, in Feſto decollationis præſtò eſſent, rogauit. Non habuit effectum res. Ideo ex Burgundia iratus ipſe in Germaniam redijt: & poſtea in Italiam Victorem, Archiepiſcopumq; Colonienſem: Reinaldum, ad res moderandas miſit. Apud Tociacum autem amnis Ligeris oppidum, Alexander à Ludouico & Henrico Regibus, frænum equi eius dextra læuaq; tenentibus, confirmatus eſt. Auguſtus enim, & ab eo Rex Daniæ coronatus VValdemarus (Trit. teſte) in frequenti Epiſcoporum, Abbatum, Principum, Burgundico conſeſſu; Victorem denuò Papam vniuerſalem nominarant: Alexandro & ſuis, vt ſchiſmaticis, repudiatis.

Alexandri P. in Cæſarem & Victorem fulmen.
Friderici reditus in Germaniam.
Victor P. confirmatus.

Conradum, Comitem de VVittelſpach, Palat. Rheni fratrem Othonis τοῦ φιλιπποντόσου Frid. fecit Archiepiſ. Moguntiæ, in Longob. Sed poſt biennium deturbauit: quòd Victorem non agnoſceret pro Papa. Romam igitur cõfugiens Conradus, Epiſcopatum Sabinenſem (al. Cardinalatum) ab Alexandro P. accepit. In locum eius, Imperator Chriſtianum Comitem Buchenſem Turingum ſubſtituit. Quo poſt multos annos mortuo: rediјt in Moguntinum Epiſcopatum Conradus: eiq; adhuc 17. A. præfuit. Trit. & Merſ.

VVittelſpach. Conradus.
Chriſtianus, Archiepiſcopus Moguntiæ.

Eodem 1162. anno Conſtantiæ in Feſto S. Clementis, Henricus Leo vxorem ſuam, Conradi Zaringiæ Ducis filiam, dimiſit: de conſilio forſitan Imperatoris. Filiam deinde Regis Angliæ Henrici (qui Thomam occidit, Cantuarienſem Epiſcopum) Mechtildem duxit: ex qua tres filios exſculpſit: Henricum, poſtea Palatinum Rheni: Othonem modico tempore Imperatorem: & quendam VVilhelmum. Vrſperg.

Henricus Leo & vxor eius ac filij.

In Palæſtina, Balduino 3. defuncto, Hieroſolymorum Rex factus eſt Amalricus, frater defuncti: comes Ioppenſis & Aſcalonitanus: coronatus 18. Febru. die 8. poſt fratris obitum, natus, 27. annos: prudens, fortis, modicè literatus, memoria viuaci, pinguis, mediocribus longior, oculis fulgentibus, capillo flauo. Diſputationibus delectabatur. Dicebat aliquando ad Guil. Tyrium: Nõ dubito equidem ego, quin mortui reſurrecturi ſint. Sed tamen quomodo extra S. literas poſſem neganti perſuadere? Reſpondit hic Tyri Metropolita: Si tua Maieſtas dicat: Deum, cùm ſit iuſtus, & non retribuat bonis & malis hominibus in hac vita, quæ retribuenda ſunt id facere in altera: Valde ei reſponſum placuit. Tyr. lib. 19.

Hieroſolymæ Rex V. Amalricus.
Reſurrectio mortuorum.

Anno 1163. Imperator Paſcha VVormaciæ celebrauit: & in Octaua, ſolennem conuentum Moguntiæ: ex qua vrbe ciues pleriq; profugerant, necis Arnoldi Archiepiſcopi metu. Godefridus S. Iacobi ibi Abbas, cùm ſe illa purgare non poſſet: abiurare patriam, & Moguntinæ Eccleſiæ prouinciam, coactus decreto Auguſti & Principum eſt. Monachi, in vna domo concluſi ſunt: quorum, qui ætate valentiores erant, varijs modis profugerunt: debiles verò qui fugere non poterant, abire permißi ſunt. Monaſteriũ ipſum, funditus deſtructum eſt: ac ſic 14. annos deſolatum manſit. Deniq;, ad comprimendam ciuium audaciam murus vrbis circumcirca deiectus eſt. Ita Moguntia 37. annos muro caruit Tritenth.

Moguntinæ vrbis, propter Arnoldi Archiepiſcopi cædem, calamitates.

Fridericus Mercatoribus Ambergæ, oppidi in ſuperiori Palatinatu, immunitatem vectigalium conceßit: ſicut & Noribergenſibus, & Bambergenſibus.

Amberga op.

Reinoldus Archiepiſcopus, qui in Italia nomine Imperatoris erat, Lombardiam, Marchiam & Tuſciam, perluſtrans; Epiſcopo Victori aduerſantes exauctorauit: & amicas ciuitates, in fide retinuit.

Cuius

Tertia Friderici tranſalpinatio. S. Baſſianus. Cuius diligentiam etſi Fridericus probabat: tamen ſuâ præſentia plus effici poſſe exiſtimauit. Octauo igitur idus Octob. vnà cum vxore, & Moguntino Archimyſta Conrado, Alpeis transgreſſus, Laudem acceſſit: quò mox & Victor Cremonâ venit. Vtroq; præſente: oſſa S. Baſſiani, Laudenſium patroni, èx vetere Laude in Nouam (egregiè iam publicis priuatisq; ædificijs nitentem) graui cæremonia (humeris Victoris P. & Friderici Imp. & Patriarchæ Aquileienſis, aliorumq; Epiſcoporum) tranſportata ſunt: Imperatore & vxore, magnam pecuniam ob noui Templi ædificationem offerentib. Inde 16. die Nouemb. Papiam adijt: ciuibusq; petentibus, magnâ pecunia accepta, Dertonam iterum demoliendam conceſſit: vt quam Mediolanenſes, in communem contumeliam refeciſſent. Conradus verò ab ipſo ad Antipapam Alexandrum defecit. Fridericus menſe Decembri, è Regali ſede Modoëtia in agrum Mediolanenſem profectus eſt. Sigon.

Dertona iterata deſtructio.

Beutelſpach. Baro Vlricus. Vlricus, Comes VVirtembergen. Baro Beutelſpachen. hoc tẽpore Imp. Friderico familiaris erat.

VVormacienſis Epiſc. Conradus. Conradus 2. Epiſcopatui VVormacenſi præpoſitus eſt (auctore Bruſch.) qui poſterius pro Friderico Imp fortiter contra Ducem Henricum egit. Eum Fridericus quoq; poſt plures annos Conſtantinopolin ad Imp. Manuelem de rebus grauiſſimis miſit. A quo varijs Eccleſiæ ornamentis donatus, omnia VVormaciam attulit. Obijt 1187. Ianuar. 18. ac ſepultus in ſummæ Baſilicæ Choro Laurentiano eſt: cum 24. A laudabiliter præfuiſſet.

Daniel, Nariſcorum Abbas. Eodem 1163. anno, Abbas Eremitarum in Nariſcis conſtitutus eſt Daniel, Imp. Friderico acceptiſſimus: à quo multa etiam beneficia obtinuit: ſecumq; aliquot auri Marcas, & alia plurima, domum attulit. Bruſch.

RES IMP. FRIDERICI IN LONGOBARDIA GESTÆ (REBVS ITALIÆ non pacatis) & in Germaniam reditus. Victore mortuo, Antipapa Paſchalis 3. Hagenoa, ciuitas. Conradi Palatini cum Colonienſibus bellum. Precibus ad Deum, Philippus Auguſtus Regi Franco Ludouico natus. Bellum inter Hugonem Palat. Tybing. & Guelphonem Raueſpurg. Tybingæ obſidio & liberatio. Sueuiæ, bello hoc ciuili vaſtatio.

CAPVT III.

ANNO 1164. Fridericus, Mediolanenſium precibus fatigatus, captiuos eorum dimiſit. Moguntinæ Eccleſiæ, Conrado ſummoto, Chriſtianum Comitum de Bruche ex Turingia, cancellarium ſuum, præfecit: virum corporis proceritate, prudentia, linguarum cognitione, rei bellicæ ſcientia, humanitate, inſignem: qui 18. annos muneri præfuit: ac ſua non procul Româ morte, Imperatori & Aulæ luctum attulit.

Chriſtianus, Mogunt. Archiepiſcopus.

Menſe Ianuario in Marchiam Anconitanam progreſſus, ibi per menſem Februarium manſit.

Sardinia Regnum. Parmam reuerſus, rogatu Genuatium, vt 4. millia Marcarum accipiens, nouum Regni Sardiniæ titulum inſtitueret (Scriptore Sigon.) id eſt, Bariſonem, Arboreæ (quæ pars erat Sardiniæ) Iudicem, appellaret Regem (eum, inſulam ad commoda Imperij obtenturum) id 4. nonas Aug. demum (Piſanis iniuriam ſibi in eo fieri, fruſtrà expoſtulantibus) Papiæ in Baſilica S. Syri fecit: ac diademate, ſolenni cæremonia, redimiuit.

Gardiani Palatini iniuria in Italos. Stupro virginis effecta multorũ defectio ab Imp. Friderico. Interea Veronenſes, Vicentini, Patauienſes, & Taruiſini, magnis iniurijs irritati à comite Palatino: cui Gardam Fridericus conceſſerat: inter ſe coniurarunt, Venetis auctoribus, conſilio veteris libertatis repetendæ. Fuerat Patauij etiam Vicarius quidam (comitem Paganum lib. 3. Scardeonius vocat) Friderici: qui Speronellam Daleſmaninam, virginem forma & pudicitia ſpectabilem, vi & dolo è paterna domo rapuerat: & in arcem Pendiſij tractam, pro libidine ſua indignè tractauerat. Frater puellæ, qui Vicario antea fuerat amiciſſimus, effecit: vt patria, & fermè tota Venetia, ab Imp. deficeret: & vnaquæq; Reſpub. eius præfectos eijceret. Paganus, Patauio relicto, Pẽdiſium aufugit. Ibi à Patauinis obſeſſus: fame coactus deditionem fecit, incolumitatem pactus. Ita à plurimis coniuratum eſt. Eos cohercere Imperator conatus amicarum ciuitatum auxilio: caſtella quidem aliquot illorum expugnauit: ſed tamen viribus eorum deterritus, Papiam redijt.

Huius reditus cũ vxore in Germaniam. Priuilegijs beneficia quædam Mantuanis, Papienſibus, Guidoni Guerræ Comiti in Hetruria, largitus: poſtea ſe, cum vxore in Germaniam autumno retulit: vt nouos delectus haberet, iuſtumq; exercitum conficeret: ob dictam Lombardicam coniurationem comprimendam. Mediolani autem, & cæteris in vrbibus Lombardiæ, nouos Prætores reliquit. Hi verò iniquè ius dicere viſi ſunt: ac nimijs oneribus grauare Longobardos. Mediolanenſibus præſertim moleſtiſſimum erat: trium Magorum corpora, quæ ipſi religioſiſſimè coluerant, Coloniam Rheni eſſet aſportata.

Priuilegia, Italia ciuitatibus à Friderico data. De hoc tempore Bernhard Saccus, Ticinenſis Patricius, ſcribens, Anno 1164. inquit, cùm Cæſares Rom. (vt Carolus M. Papienſibus: deinde Otho & Henricus, alijs Italiæ ciuitatibus) Vicarios imperiales ciuitatibus præfeciſſent: Fridericus Barbaroſſa, ingreſſus Italiam & Imperiali diademate ſuſcepto: priuilegia pluribus Italiæ ciuitatibus conceſſit (præcipuè Papienſibus) tribuens eis ius & poteſtatem, ſuo arbitrio eligendi Conſules vel Rectores, qui populo ius dicerent.

Eodem

Eodem anno Victor, circa idus April. Lucæ (Tuſciæ ciuitate) mortuus eſt: & à factione eius, Vido Cremenſis (presbyter Card. tit. S. Mariæ Transtiberim) ſubſtitutus: ac Paſchalis III. appellatus. Papa Alexander Romam redijt.

Victore mortuo, Paſchalis 3. Antipapa.

In Germania, ciuitas Hagenoia, anno 1164. (teſte Munſt. lib. 3. cap. 145. ab Imp. Friderico muro eſt circundata: cùm antea vicus eſſet, habens adiunctum Burgum: in quo domini terræ morabãtur: quãdo in nemore venationibus vacabant. Fundum habet circa mœnia arenoſum: ſed agrũ fertilem, paulò longius remotum. Quas Ptolomæus tot enumerat vrbes Germaniæ: vicos veriſimilius eſt fuiſſe: teſtãte Corn. quoq; Tacito, nullas Germanorum vrbes, aut oppida, ſuo tempore fuiſſe. Itaque Hagenoia vicus fuit vſque ad Fridericum 1. Colmoria, Seleſtadium, Kaiſerſperga, vſq; ad Fridericum 2.

Hagenoa, muro cincta.

Vrbes olim Germaniæ nullæ.

Ex Bernh. Hertzogio didici: Fridericum Barbaroſſam libenter fuiſſe Hagenoæ in arce: in qua & pater eius Fridericus Vnioculus, circ. 1115. A quo Sueuicum Ducatum, & Alſatiam, hæreditate Barbaroſſa acceperit. Politiam etiam Hagenoæ inſtituiſſe. Arx antehac extra oppidum erat: ſed ipſius beneficio, nunc ferè in media ciuitate eſt. Vbi ipſe Cæſareum palatium extruxit, rubro marmore ornans, anno 1153. In qua arce, tria ſacella ſub vno tecto fecit: vbi contra fures ſeruauit Cæſarea κειμήλια*: coronam, ſceptrum, gladium Caroli M. Pomum, & alia. Ideo poſtea concurſus peregrinantium eo factus eſt: & tragœdia paßionis Chriſti, à ciuibus agitari cœpta: quòd peregrinatio ipſis prodeſſet. Mortuo autem filio illius, Rege Philippo: illa Inſignia circ. 1209. à Spirenſi Epiſcopo, ciuibus neſcientibus, in arcem Trifelſium translata ſunt: quam arcem Barbaroſſa, ſupra oppidum Anvveileram, ad amnem Queicham, condiderat. Hoſpitale quoque vetus circ. 1119. Fridericus extra oppidũ ædificauit: quod poſtea intra ciuitatem receptum, in Eccleſiam Parochialem mutatũ eſt. Vulgo fabula orta fuit Friderico ſingulis noctib. lectum eſſe ſternendum, Trifelſij & Kaiſerslauteræ, ad quieſcendum. Nam Hagenoæ vinum eſſe ſurreptum. Anvveileram dicitur muro cinctam eſſe ab vxore eius: & Eccleſiam virginis Fortunatæ factam: Ibi ſimulacra amborum, ligno artificioſè inciſa.*

Arx Hagenoæ.

Trifels.

Anvveilera.

Carolus Magnus: in catalogum Sanctorum 1164. relatus eſt: cùm id à ſummo Pontifice Fridericus Imp. impetraſſet. 3. Munſt. 199. Sed Auentinus lib. 4. ad 1166. annum, & Indict. 14. refert.

Peutinger de mir. German. antiquit.

Cùm Imp. Fridericus Carolũ M. in Diuos retuliſſet: eiuſdem Caroli documenta de Aquiſgrani inſtauratione inſeruit, inter cætera referentis hæc. Noſtis, qualiter ad locum, qui AQVIS, ab aquarum calidarum aptatione traxit vocabulum, egreſſus ſolito more causâ venandi: & perplexione ſyluarum, erroreq; viarum, à ſocijs ſequeſtratis, inueni thermas calidorum fontium, palatiaque reperi: quæ quondam Granus, vnus de Romanis Principibus, frater Neronis & Agrippæ, à principio conſtruxerat: nunc verò vetuſtate longa, frutetis & veperibus occupata, renouaui: & ibidem Monaſterium S. Mariæ matri Ieſu, cũ labore & ſumptu, quo potui, ædificaui. Pignora quoq; S. Apoſtolorũ, Martyrum, Confeſſorum, ac virginum, à diuerſis terris & Regnis (& præſertim Græcorum) ibidem recollegi: vt eorum ſuffragio Regnum Romanorum firmetur: ac peccatorum indulgentia condonetur. Præterea, à Domino Leone Rom. Pontifice, huius Templi conſecrationem & dedicationem fieri impetraui: præ nimia deuotione, quàm erga idem opus habui: præſentibus vnà nobiſcum Romanis Cardinalibus, multis Epiſcopis quoq;, Italiæ ac Galliæ Abbatibus, Clericis, & Principib. diuerſis: vt ſunt Romani Duces, Marchiones, Comites, Principesq; Regni Italiæ, Saxoniæ, Bauariæ, Alemanniæ, Franciæq; vtriuſq;: tam Orientalis, quàm Occidentalis: in omnibus voto & deſiderio meo obſequentes. Obtinuiq; ab omnibus: vt in loco præfato, Regia ſedes locaretur: ac eſſet caput Galliæ trans Alpes: quod ab omnibus eſt annutum: & hoc Domino Papa Leone præfato confirmatum, &c. Ita Gallia tunc etiam (quod, dudum antehac dictum) ſub Germanorum Cæſare fuit. Quid ſi autem illi Sancti, & tales reliquiæ, nunquam fuiſſent: quomodo nam ſalutem homines inueniſſent? Annon, ſicut Adamus & Patriarchæ: fiduciâ & inuocatione Dei, per ſolum ſemen benedictum? Non eſt aliud nomen ſub cœlo datum ſaluiuicum, Act. 4. Non alius Mediator Dei & hominum, 1. Timoth 2. Niſi Dominus cuſtodit ciuitatem: fruſtrà vigilat cuſtos, Pſal. 127. Abrahamus neſcit nos, Eſa. 63. ne adora me (inquit Apocal. 22. ad Apoſtolum Angelus) quia ſum conſeruus tuus, & fratrum tuorum. Deus honorem ſuum alteri dare abnuit, Eſa. 48.

Aquiſgrani thermæ & palatium.

Ibi Regia ſedes. Gallia, ſub Germanorum Rege.

Iuſtificatio, & precatio.

Conradus, Palatinus Rheni, frater Imperatoris, diœceſin Colonienſem prædando & vrendo infeſtam habebat. Quibus cùm bellum indixiſſet: præſtitutâ prælio ſecunda feria Rogationum, in campo Andernacenſi: Colonienſes cum multis armatorum millibus, ad locum progreßi ſunt. Ille verò, tantis eorum viribus per exploratores cognitis, non comparuit: licet 12. dies ab eis fuerit expectatus.

A Palatino Rheni Conrado, Colonienſis ditio vexata.

Imperator, in Octauis S. Martini celebrem agens conuentum Bambergæ: ibi inter Conradum & Colonienſes pacem reſtituit.

Hoc anno, Ludouicus R. Franciæ preces ad Deum habendas per totum Regnum ſuum curauit, vt ſibi filius naſceretur. Natus eſt ei ſexaginario Philippus, Adeodatus appellatus: ex Aliſa tertia vxo-

Philippi Auguſti Franci natiuitas.

re, comitis

re, Comitis Blaſiani F. Qua de re Æmylius lib. 5. Tertiam, inquit, duxit vxorem (poſt Leonoram & Conſtantiam) Adelam, filiam Theobaldi comitis Campani: publicisq; obſecrationibus ac votis, tandem proles virilis nata eſt, Philippus cognomento Auguſtus. Sub cuius ortum, per quietem viſus eſt Rex videre: filium ex ſe natum, calicem humano ſanguine proceribus miſcere. Ex eadem Campana, procreata Hagne, Auguſta Græcorum futura.

Tybinga, bello Guelphonico clara.

Hyems hæc, frigore & niue diuturna ſæuitiam infandam declarauit.

Eodem 1164. anno, Hugo 3. Palatinus Tubingenſis, Aduocatus Blabyrenſis Monaſterij erat: cui cum Guelfone 7. grauiſſimum bellum fuit hoc tempore: ſicut id deſcribemus.

DE BELLO GVELPHONICO ante oppidum Nicri Tybingam.

Vrbs Vrſpergenſis, exceptis in parentheſi declaratiunculis.

Hugo, Palat. Tubingenſis, VVelphonem offendit.

Anno Domini 1163. Hugo Comes Palatinus de Tubingen (Brigantiæ & Curiæ Rhætienſis Comes) in Comitatu, quem à Duce VVelfone (ſexto) habuit, quoſdam milites VVelfonis, pro ſuis exceſſibus captiuitatis ſuſpendit. & caſtrum eorum Moringen (Mæringen) deſtruxit. Pro quo Dux VVelfo querimoniâ eum impetens: pro ſatisfactione debile reſponſum accepit. Cumq; patienter ſuſtinuiſſet: nec à querimonia ceſſaret: procedente tempore pater Dux (ſenior VVelfo, nempe ſextus) filium (VVelfum ſeptimum) de Italia reuocauit. Ipſe illò iturus. & negotia terræ per ſe tractaturus, filio omne patrimonium, & poſſeſſiones, quas ex parte matris habiturus erat, ex integro tradidit.

Exercitus VVelfonis contra Hugonem.

Anno Domini 1164 factum eſt: vt VVelfo iunior, propter præfatam diſcordiam, cũ multis Principibus & Baronibus terræ, exercitum deduceret ad caſtrum Tubingen. In quo exercitu fertur habuiſſe militum, ſiue armatorum, duo millia (quid ſi duodecim millia? coniecturâ ex ſequentibus capienda) ducentos, vel amplius. Hi omnes octauo idus Septemb. (die 6. Septemb.) circa veſperam ſabbati, non longè à Tubinga (do Därendinger halden) caſtra poſuerunt: & diem Dominicum in quiete & otio deducere ſtatuerunt.

Cumq; die Dominico, multi de nobilibus & Principibus, de facienda concordia & pace laborarent: quidam proterui & minus cauti. de caſtris VVelfi (clàm, cæteris ignorantibus) eruperunt: & caſtro Tubingen (arci Palatinæ, der Pfaltz: atq; etiam oppido) appropinquare (auff dem Werd) cœperunt. Quibus alij de caſtro obuiam proceſſerunt. Sicq; inito conflictu: ortus eſt tumultus in caſtris vtrinque: & veloces (ſed, vt in feſtinatione, valde confuſè) aduolarunt.

Adiutores VVelfonis.

Quod factum eſt circa horam nonã diei. Comes quoq; Heinricus de Veringen, vexillifer fuit VVelfonis: & in comitatu ſuo (eius) fuerunt cum præfata turma militũm, tres Epiſcopi: Auguſtenſis, Spirẽſis, VVormacienſis: Bertolfus (Bertoldus) Dux de Zeringen & alij. Marchiones (Bertholdus, Marchio de Vohenburg: atq; Hermannus, Marchio de Baden) & comites quàm plurimi (inter quos, Rudolfus de Pfullendorff, de Kalb, Bergenſesq; Reguli: Gotfridus & Rudolphus de Rumſperg: Hermannus, Comes de Kirchenberg: Conradus, Templi Conſtantienſis curator: Albertus, Comes de Habſpurg. Ex Boioaria, Berchtoldus de Cham, & Vogburgen. Auent.)

Socij Hugonis.

In auxilio verò Palatini erat Fridericus, Chunradi Regis filius (Dux Sueuiæ, cum M. D. equitibus) & Zolrenſes, & alij quam plurimi: (in quibus, VVirtembergenſes. Laz.) multùm tamen impares tantæ aduerſariorum multitudini.

VVelfoniani, victi.

Inito itaq; conflictu: de caſtro (Palatio Tubingenſi) ſuper aduerſarios acclamatum eſt: & ex firmioribus locis contra eos pugnatum eſt (duas horas) ita, vt in fugam tanta multitudo verteretur. Sed neque fugere potuerunt. Nam diſperſi ſunt, & confuſi: ita, vt ex eis nongenti ferè in captiuitatem traherentur: & alij nemoribus, vel ſpeluncis, aufugerent. Ipſe quoq; VVelfo ad caſtrum Achalin (Achalmam ſupra Reutlingam) duobus vel tribus comitatus aufugit.

Pax vnius anni.

Anno Domini 1165. VVelfo ſenior, audito tali infortunio filij ſui: de Italia rediit: & cum Imperatore hoc egit, vt captiui remitterentur. Facta eſt pax: quæ tamen vno tantum anno durauit.

VVelfo renouat bellum.

Anno Domini 1166. VVelfo memor iniuriæ priſtinæ, terram Palatini rurſum depopulatur: & duo caſtra ipſius, Kelmuntz ſcilicet & VVilar, deſtruit: in quibus, LX. de ſuis (ipſius) captiuauit. Tunc Palatinus fractus animo: Fridericũ Ducem, qui VVelphoni plerumq; aduerſabatur, interpellauit.

Hugo Bohemica auxilia euocat.

Qui eius conſilio Ducem Bohemorum, cum gente ſua (eius) ſæuiſſima eduxit. Qui totam Germaniam, à nemore Bohemiæ, per Bauariam & Sueuiam, & vſq; ad lacum Lemannum (inter Feſtum Epiphaniæ, & purificationis Mariæ, anno 1166.) immaniter vaſtarunt: & ſuis ſpurcitijs fœdauerunt.

Sed iuſſu Cæſaris ſe VVelphoni tradit.

Tandem tamen de prouidentia Imperatoris factum eſt: vt dictus Palatinus, in manus VVelphonis, & poteſtatem ipſius, omnino ſe traderet apud Vlmam (conuentu feriâ 4. capitis ieiunij ibi habito) coram Imp. & Principibus. Imperator nanq; exercitum contra Romanos mouere decreuerat: & ideo in Alemannia pacem reformauit. Eo nanq; tempore Imperator præmiſerat ad pugnandum contra Romanos Reinaldum Cancellarium, Archiepiſcopum Colonienſem: & Chriſtianum Archiepiſcopum Moguntinum; quos & ipſe cum exercitu conſecutus eſt. Hæc, Vrſperg.

Ait

Ait Auentinus, Hugonem in cuſtodia detentum eſſe annum, & ſex menſes: quoad VVelfo (hic iunior) vixerit. In cuſtodia eius tenetur.

Ex appendice Othonis de Sancto Blaſio (Benedictino Conſtantienſis diœceſ. prope amnem Hercyniæ ſyluæ Albam Monaſterio) ad Othonis Friſingen. Chronicon adiuncta: coniunctè à Chriſtiano Vrſtiſio M.D.LXXXV. edita.

Anno Dominicæ incarnationis M.C.LXIIII. (inquit) Hugo Palatinus de TVINGEN tres latrones, quorum duo ſui ordinis erant, tertius Ducis VVelfonis apud Moringen capiens: ſuos abire permiſit: ſuſpenſo illo qui VVelfonis erat. Pro quo VVelf Iunior permotus, maxima indignitate in Palatinum exarſit: & igne ferroque acceptam iniuriam vlciſcitur. Palatinus itaque à Duce arctatus, ad Fridericum Ducem de Rotinburch, filium Conradi Regis, ſe contulit: auxiliumque eius contra VVelfonem nanciſcitur. Igitur VVelf Bertoldo, Duce de Zeringen, in adiutorium aſcito: ac ab vtroque, ſummo ſtudio exercitu congregato: contra Palatinum, & Ducem Fridericum, procinctum mouent: ipſosque apud Tuingin inuadunt. Eadem hiſtoria, copioſius deſcripta. Tuingin. *A quibus non ſegniter excipiuntur cum expeditis militibus: conſertaque pugna, Duces à Palatino fugantur: captis de eorum exercitu nongentis militibus.*

Quo infortunio filij, VVelf ſenior inflammatus, militem inſtaurat: venienteque Bertoldo Duce cum militia ſibi in adiutorium: cunctis rebus Palatini, igne ferroque profligatis, caſtrum Chelmuntz obſedit: ac poſt aliquot dies expugnatum, funditus deſtruxit.

Exinde ad caſtrum HILDRATSHVSIN diuertens: ſimili modo expugnatum deſtruxit. Ac deinde per GILSTIN tranſiens: turres Eccleſiæ, pro caſtello munitas, à fundamentis euertit. Deinde caſtrum VVILARE obſidione circumdedit: vbi aliquantiſper moratus, caſtrum forti aggreſſione captum deſtruxit: omnibusq; Palatini prorſus igne conſumptis: dimiſſo Duce Bertolfo, cum victoria in Sueuiam rediit.

Interim Dux Fridericus de Rotinburch: educto Bohemico exercitu, VVelfonem inſequitur: ac apud GALZIBRON morantem, prima noctis vigilia, de repente facto incurſu VVelfonem expergefactum cum ſuis in caſtrum RAVENSBVRCH fugauit. Sed non impunè ceſſit eis hæc temeritas. Nam quidam de nobiliſſimis Bohemicis Baronibus, Henricus de Landsberch, in ipſo impetu occiditur: inibiq; cum maximo planctu à ſuis ſepelitur: ſuccenſisq; quibuſdam territoriis, ad proxima reuertuntur.

Anno incarnationis Dominicæ M. C. LXV. auditis per Principes in ciſalpinis partibus Regni deuaſtationibus: Fridericus Imp. ex Italia regreditur: eiusque iuſſu dimiſſis à Palatino captiuis militibus VVelfonis: generalis curia in Quadrageſima apud Vlmam Principibus indicitur. Quo VVelf cum fratruele ſuo, Duce Saxoniæ & Bauariæ (Henrico L.) & Bertolfo, Duce de Zeringen, ac multis aliis terræ maioribus, perueniens: ab Imperatore honorificè cum filio ſuſcipitur: ac Palatinus, vt ſine omni conditione in manus ipſorum ſe tradat pro iniuria ipſis illata, aut Regno cedat, ab Imperatore iubetur. Qui tribus vicibus coram Duce VVelf in terram corruens, ipſo ſuſcipere dedignante, tandem receptus capitur: captusq; in exiliũ, Rhetiam Curienſem, ad caſtrum Nuinburch tranſportatur. Vlma, Comitia Cæſ. & Principum. Nuinburg.

Sicque VVelfone placato, Imperator inde digreditur. Poſtea quartum in Italiam profectus eſt. Hæc ille.

Scimus iampridem, ſeniorem VVelfonem, fratrem Iudithæ fuiſſe, matris Barbaroſſæ. Itha, Gotfridi Caluenſis Comitis filia, VVelfoni VI. nupta erat. Quæ quoniam ſuperſtes fuit omnibus Caluenſis familiæ maribus: ſcribit Lazius, eam traduxiſſe comitatum Kalvv in ſtemma VVelphonum. Pro quo, inter Hugonem Palatinum Tubingen. & VVelphonem ſeptimum, ex illo matrimonio procreatum, atrox hoc bellum fuerit. Vide ſup. libro octauo, capit. ſexto. Caluenſis C. Gotfridus. Cauſa præcedentis belli.

Veriſimile quoque eſt, quod alicubi legimus: Rotenburgenſem Fridericum, fortunæ excitatæ Guelphonum inuidiſſe: eoque promptius Palatino Hugoni auxilium tuliſſe.

Conflictus ſupradicti, & τροπῆς οὐελφικῆς (fuga VVelphica) indicium quoddam fuit adhuc anno M. D. LX. nempe ſacellum paruulum, in prato Neccarico, I. ſtadio à Tybinga: ſitum ſecus eam viam, qua hinc Reutlingam itur: quod interdum prætereuntes vidimus. Cui

VVanſald. *ſacello nomen erat, VVandſald: à conuerſione ſcilicet hoſtium ibi facta in fugam. Deſtructum id ſuperioribus annis eſt. Ferè nemo dicitur in illo conflictu occiſus eſſe: ſed plurimi vulnerati: & , vt dictum eſt, nongenti capti: partim in caſtro Palatinico, partim alibi, aſſeruati: donec iuſſu Auguſti dimiſsi fuerunt.*

Poſt calamitatem autem Hugonis Palatini, Rhatiæ & Brigantiæ domini ſubditi quidam ſe 42. Marcis, partim auri, partim argenti, à filio eius Hugone liberarunt: & è firma terra in inſulam Lindauiæ ciuitatis (in nouam Coloniam, ad D. virginem ſub tilias) migrarunt. Munſt. libro 3. cap. 246.

HENRICVS, FILIVS IMPER. BARBAROSSÆ.

Paſchalis, contra Alexandrum Pontifex. VVelpho & Lucenſes. Tiguri, Haſtiludium decimum. Rechbergenſes nobiles. Rupertus Tubingenſis. Epiſcopi, Curienſis Conradus, Conſtantienſis Otho II. Hirſaugienſis Abbas, Rupertus. Friderici quarta profectio in Italiam. Cupiditas Manuelis Græci, rurſum ſibi Occidentalis Imperij ſubiugandi. Sangallenſis Abbas, Vlricus Quartus, S. Eliſabeta Schœnaugienſis. VVilhelmus Bonus, Siciliæ Rex. Badenſis Marchio, Georgius Fridericus.

CAP. IIII.

Henricus, Friderico Imp. natus. *ANNO 1165. natus eſt Imperatori Henricus filius ex Beatrice, apud Nouiomagum. Trit. Longè poſt illum natus eſt Philippus, qui poſt Henricum fratrem regnauit.*

VVirceburgi cōfirmatur Paſchalis Papa. *Imperator celeberrimum conuentum Herbipolin aduocauit Principum, Epiſcoporum, & Abbatum, ad Feſtum Pentecoſtes. Ibi ab omnibus iuratum eſt: Paſchalem pro legitimo Papa eſſe habendum: nec vnquam ſe in partes Alexandri diſceſſuros. Ibi etiam Imperatrix erat. Trit. Fit Senatuſconſultum, nullum poſthac fore pontificem Maximum: niſi qui more Maiorum, conſenſu Imperatoris creetur: atque nuntius duntaxat Chriſti, ſucceſſorque Petri, non etiam Cæſareæ potentiæ æmulus, eſſe velit. Auent. Sed Romanis perſuaſum eſt, Alexandrum recipere: atque etiam receperunt. VVelpho ſenior, Dux Spoletanus, Marchio Tuſciæ, Princeps Sardiniæ: & dominus (ſic enim ſe appellabat) domus Comitiſſæ Mathildis: conceſsit Lucenſibus omnem iuriſdictionem: quam habebant intra ſex millia paſſuum ab vrbe Luca: quæ pertineret ad ius Marchiæ, & domum Comitiſſæ Mathildis: pro M. ſolidis Lucenſibus, ſoluendis quotannis vſque ad annos nonaginta. Cognita deinde clade filij VVelphonis, in Germaniam rediit. Sigon.*

Lucenſium priuilegium VVelfonicum.

Haſtiludium 10. Tiguri. *Ludi equeſtres decimi, ſcribuntur acti in vrbe Tigurina, hoc 1165. anno proxima poſt D. Andreæ hebdomade: à paulò antè dicto VVelphone, Bauariæ & Spoleti Duce, &c. qui eo veneris comitatus 480. equitibus.*

Reges horum ludorum equites aurati.

Bauaricus, Ioannes Laimingius.
Franconicus, Georgius Fuchſius.
Rhenenſis, VVernherus Greiffenklouius.
Sueuicus, Fridericus Stauffenſis.

Interfuerunt Sueuicæ nationis.

Comites. Ioannes Heiligenbergenſis.
VVangen. *Fridericus VVangenſis.*
VVilhelmus Kirchbergenſis.
Henricus Sonnenbergius.
VVeiſſenborn. *VVilhelmus VVeiſſenbornenſis.*
Georgius Feldkirchenſis.
Hugo Montefortenſis.
Albertus Schvvabeccius.
VVerdenberg. *Ludouicus VVerdenbergius.*
Henricus Fürſtenbergius.

Albertus

Albertus Caluenſis. Caluenſ. Albertus.
Ludouicus Helffenſtainius.
Rudolfus Hohenzollerenſis.
Rudolfus Tubingenſis.
Vlricus Vracenſis.
Otho Henricus Achalmenſis.
Barones VVolframus VValdſeenſis. Achalm.
Albeccus Zimbrenſis.
Ernfridus Brandiſius.
Ioannes Brandiſius.
VVolfius in Hohenſax.
Ioannes in Stæffel.
Burcardus VVeinſpergenſis.
Gotfridus Hohenhevvenſis.
Ganſolfius Gundelfingenſis.
Rupertus Hoheneccius.

Equites aurati. Hoheneck.

Adamus de Friburg.
Sigmundus de Klingenberg.
Fridericus de Schellenberg.
Albertus de Rietheim.

Alij nobiles.

Diezius, Dapifer de Hæfingen. Hæfingen.
Sebaſtianus, Dapifer de VVinterſtetten.
Eberhardus de Nippenburg.
VVolfhardus de Remchingen. Nippenburg.
Georgius de Luſtnovv. Remchingen.
Henricus de VValdeck. Luſtnovv.
Petrus ab Hoheneck.
Fridericus de Mundelheim. Mundelhaim.
Henricus de Gemmingen. Gemmingen.
Iohannes de VVeſternach. Ex qua familia eſt hodie 1594. matrona nobilis, Margareta VVeſternachina: nobilis virtute & humanitate viri, Leopoldi Caroli à Stain in Bibela & Bechenhaimo, vicini noſtri beneuoli, coniux laudata.

Cum Comite Alberto Caluenſi.

Contzius de Rechberg, eques.
Caſpar de Thalheim.
Ioannes Dapifer de Hæfingen.
VVolfius de Zylnhart.
Albertus de Stein. Et alii.

Cum Comite Ludouico Helffenſtainio.

VVolfius Schillingus, eques.
Conradus de VVernavv, eques.
Longus Fridericus de Rechberg.
Ioannes de Dachenhauſen. Dachenhauſen.
VVilhelmus de Zylnhart.
Rudolfus de VVeſterſtetten.

Cum Comite Rudolfo Hohenzollerenſi.

Fridericus de Kaltenthal, eques. Kaltenthal.
Albertus de Schellenberg.
Fridericus de Neuneck.
Sifridus de Stein, eques. Stein.
VVilhelmus Spæt.

Cum Comite Rudolfo Tubingenſi.

Ioannes de Stadion, ſenior.

Dornſtetten. *Ioannes de Dornſtetten.*

Fridericus de Tiſchingen.

VVolfius de Gamertingen.

Ehingen. *VVolfius de Ehingen, eques.*

Ræſchvvolfius de Schelklingen.

VVilhelmus de Sachſenheim.

Mandandis officijs præfecti.

Ioannes Hugo de Bodman, eques.

Henricus de Hohenſthelfingen.

Albertus Schellenbergius.

Inſpiciendis armis, viri.

Fridericus Ellerbachenſis.

Andreas de VVelden.

Fœminæ.

Eliſabeta Ellerbachia, coniux Philippi de Halvveil.

Margareta Hatſtattenſis, vidua Ioannis de Kynſeck.

Virgo Sibylla, Stainia in Stainneck.

Inter Arenarios erat.

Conradus de Rechberg, eques.

Chriſtoph. de Friberg, eques.

Ad Funes.

VVolfius de Zylnhart.

Ioannes Albertus de Fridingen.

Nouus Rex in futuros ludos.

Landavv. *VVilhelmus de Landavv, eques.*

Quintus honor Choreæ.

Duci VVelfoni datus eſt: cum Bertha, Burgrauij Henrici Ratisbonenſis vxore: S. Leopoldi, Marchionis Auſtriæ, filia.

Honos Regi ludorum ſecundus habitus.

Ab Agatha VVinterſtettenſi, Ioannis Dapiferi de Hæſingen vxore, Ioanni de Helffenſtain, vt Rhenenſi ludorum præfecto.

Tertius honos.

Datus Othoni VVolfio de Abſperg, vt Franconico ludorum Rectori: ab vxore VVolfii de Ehingen: quæ nata ex Abelſingenſibus erat.

Quartus honor.

VVilhelmo de Landavv tributus, vt Regi ludorum Sueuico: ab vxore Friderici Kaltenthalij Nippenburgica.

Tum celebritate equeſtri laudabiliter peracta, amicè domum cuique ſuam diſceſſum fuit.

Rechbergenſis Mareſcalcus Vlricus. *Viuebat hoc 1165. anno Vlricus, Mareſcalcus de Rechberg: qui duas vxores habuit, Adelhaitam & Gertrudam. Hic capſulam argenteam Sacramento Euchariſtiæ aſſeruando, Auguſtæ ad S. crucem dicauit, octo annis poſt: quàm hoſtia Sacramenti in eo cœnobio, 1199. in carnem mutata fuiſſet. Vnde, ad longam ætatem perueniſſe, intelligi poteſt. Vide infra A. 1190. libro 12. Temporibus Sueuicorum Ducum de Stauffen, Conradi & Friderici, nobiles Hohenrechbergenſes, prædiuites & bellicoſi erant: filias Baronum & Comitum ducebant. Cum eis affinitatem Calatini quoq; proceres iunxerunt: & arcem Rechbergam ædificarunt: quæ arx, hodie Dornſperga putatur eſſe. Vnde & Mareſcalci, nominati Rechbergenſes ſunt. Rechberga nomen, à dorcade vel caprea eſt. Matth. Bapp.*

Hohenrechbergenſes. Dornſperga.

Sed in literis quibuſdam, 1407. ſcriptis (cap. 94. Matth. Bapp.) Rechberg & Dornſperg diſtinctè

diſtinctè ponuntur: Georgius Mareſcalcus de Rechberg: SeitZius Mareſcalcus de Dornſperg: Goſvvinus & Engelhartus, fratres & Mareſcalci in Dornſperg.

Anno item 1165. Indict. 13. ſub Manegoldo Hirſaugienſi Abbate, quidam Rupertus de Duvvingen (Tybinga) vinetum fratribus Hirſaugienſibus comparauit apud Zutren, in monte, qui dicitur in Hohenberg, viginti talentis (libris) vt ex illo quotannis in perpetuum vna carrada vini in ſeruitium fratrum repraſentaretur. Sed & plura talenta contulit. Hac omnia, hac conditione: vt, ſi viuus ad ipſos veniſſet, in conſortium ipſorum reciperetur. Sin mortuus: Deo anima, corpus terra, omni fraternitatis humanitate commendaretur. Tubing. Rupertus.

Sic & VVernherus quidam de Cuppingen, Abbate Conrado Hirſaugia, pro mercede anima ſua, de ſuis laboribus & ſumptibus pradium in Eberdringen, auxilio camerarij clauſtralis Ernfridi acquiſiuit: Deoque, & SS. Apoſtolis Petro ac Paulo obtulit: de cuius pradij cenſu, pauperibus quiddam quotannis dari voluit. Vixit vnus Conradus anno 989. vſque ad 1102. alter vero, à 1176. vſq. ad 1188. Cupping. VVernherus.

Conradus II. Curienſis Epiſcopus, conſecutus eſt omnium ſuorum priuilegiorum confirmationem ab Imp. Barbaroſſa, 1165. Bruſch. Epiſcopus Curienſis. Conradus.

Electus eſt Conſtantienſis Epiſcopus, Otho II. Comes de Habſpurg (al. de Zaringen) qui fuerat antea Prapoſitus Auguſta ad S. Mauricium: vir prudentia & probitate laudabilis, ſed valetudinarius. Praſuit ergo difficulter 4. A. Idem. Conſtantienſis Epiſcopus Otho.

Eodem anno, Hirſaugia Abbas Manegoldus Cal. Auguſt. obiit, anno atatis ſua 69. cui poſtridie fratres, inuocata Spiritus ſancti gratia, ſubſtituêre XVIII. Abbatem RVPERTVM, Priorem in Schœnrein: Natione Francus erat: & antehac Gothaugia Abbatem egerat, 4. milliaribus ab Hirſaugia. Diſciplinam Monachorum, qua refrixerat, rurſus excalefecit. Pradia cœnobij auxit: ſacellum ibi Nicolai conſtruxit. Trit. Hirſaug. Abbas Rupertus.

Landgrauius Turingia Ludouicus, iuſſu Imper. Friderici, mœnia ciuitatis Erdfordia deiecit, à Moguntino Archiepiſcopo Conrado inſtaurata. Is enim Pontificem Alexandrum contra Fridericum, & Antipapam, tuebatur. Ideo eius etiam omnes & arces ac munitiones, deſtructa fuerunt: & ipſe, expulſus. M. Zachar. Riuander. Erdſordia mœnia.

Anno 1166. Fridericus, ſucceſſu Alexandri P. atque motu Italia, excitatus: nouam expeditionem in Italiam decreuit: ſtatimque Antiſtites, Colonia Reinaldum, & Moguntia Chriſtianum, eò pramiſit ingentibus cum copiis, contra ſtudioſas Alexandri in Marchia & Hetruria ciuitates. Interim ipſe negotium Palatini Tubingen, & Ducis VVelphonis (de quo antea dictum) tranſegit. Archiepiſcopi illi, populos Italia in ſtudium Pontificis Paſchalis iureiurando adegerunt: Anconamque, obſidibus datis, Friderico ſubiecerunt. Hac de re, Choniata libro 7. de Manuele ſcribit. Τὸν εἰκαῖον, ὡς ἡ λατίνων βέλεται φωνὴ, καγκελλάριον ὡς δ' ἕλληνες εἴποιεν, λογοθέτην (ἦν δὲ οὗτος, ὁ μαγδύτζας ἐπίσκοπος) πέμψας μετὰ πλείστης δυνάμεως: τὰς ἰταλικὰς, ὑποποιεῖτο πόλεις: ἀποσπῶν αὐτὰς ἐκ τοῦ πάντα. *Solebat vero Manuel ille, cùm creſcentem Barbaroſſa potentiam timeret, conciliare ſibi Italicas vrbes (vt, Venetias, Genuam, Piſas, Anconam) & pecuniis ſuffulcire. Nouerat enim, Orientales copias longè occidentalibus virtute inferiores eſſe:* δηλαδὴ ἄντικρυς χύτρας πρὸς λέβητας: *nempe nihil aliud, quàm illas ad lebetes. Auebat etiam occidentis Monarchiam rurſus cum Orientali coniungere. Qua de re ſunt hac loca ſcriptorum.* Friderici Imp. expeditio 4. in Italiam. Manuelis Graci machinationes contra Fridericum. Ipſe libenter Occidentem rurſus cum Oriente coniunxiſſet.

Platinæ.

Emanuel Orientis Imperator, ab Alexandro pontifice (non ignarus inimicitiarum eius cum Friderico Barbaroſſa) magnis pollicitationibus ac donis, Occidentis Imperium ambiebat.

Blondi.

Emanuel, miſſis legatis Romam, obtulit ſe cum omni Eccleſia Orientali: velle Pontificem Roman. orbis Chriſtiani caput recognoſcere: easque copias in Italiam mittere: per quas facile Fridericus inde expelli poſſet: pecuniasque ingentes promiſit: ſi ad Imperium Occidentis, vniuerſalemq. Monarchiam, redintegraretur. Ad quam rem exploratius intelligendam, Hadrianus quartus Pontifex Legatos Conſtantinopolim miſit.

Sic & pater eius antea, à Pontifice (teſtante Auentino) petierat: vt Romani ad ſe, tanquam antiquum & legitimum Imperatorem, redirent.

Choniata addit: nullam fuiſſe Italiæ vrbem: aut etiam ab Italia remotiorem: in qua ille non aliquem ſidum proditorem habuerit. Imo etiam ea, quæ in conclauibus intimis ab aduerſariis conſultata fuerint, ei enuntiata fuiſſe.

Comitia Friderici Herbipoli.

Herbipoli Bruſchius ait 1166. (potius 1168.) ampliſſima comitia habita eſſe: in quibus Barbaroſſa confirmauerit ſub aureo ſigillo, Epiſcopo Herbipolitæ Heroldo, priuilegia huius Epiſcopatus, & Franciæ orientalis Ducatum. Eodem anno exciſa eſſe iuſſu Imperatoris, caſtra centaurorum latrocinantium, Brambergum & Franckenbergum, Montem Bambergenſem ab Imperatore donatum eſſe Epiſcopo Heroldo ea tamen lege: ne vnquam amplius vllum ibi caſtrum ædificaretur.

Roncalias & Laudam ipſe peruenit.

Menſe Nouembri, Imper. Fridericus cum exercitu, Tridentinum ſaltum tranſgreſſus, in Italiam deſcendit: Roncalias & Laudam peruenit: Conuenerunt eum ciuitates Italiæ (teſte Sigon.) ac vehementer conqueſta ſunt de iniuriis, quæ ſibi à Præfectis eius inferrentur. Sed Fridericus in vnum Alexandrum intentus, poſtulata ipſorum contempſit. Piſanorum & Genuenſium de iure Sardiniæ controuerſiam, de integro cognoſci mandauit. Inde in Roncalias ad exercitum rediit: deinde Papiam conceſſit, vbi Aduentum Domini celebrauit.

Sangall. Abbas Vlricus.

Vlricus IIII. Baro Tegernfaldenſis, in agro Tigurino (al. comitatu Badenſi) natus, Abbatiam Sangallenſem ſuſcepit: & à Barbaroſſa confirmatus eſt. Erat homo (vt ſcribit Bruſchius) ſuperbus, pomparum amans: qui ambitione ſua Curienſem quoque Epiſcopatum eſt conſecutus, 1174. anno. Ea tamen dignitate poſtea ab Alexandro Pontif. detruſus eſt, per decretum Concilii: quo ſtatutum fuit, ne quis duas pluresve prælaturas haberet: quod tamen vim ſuam non ſemper tenuit. Ita 1182. Epiſcopus eſſe deſiit. Cum autem Abbatiæ 33. A. præfuiſſet: reſignauit eam ſuo Vicario vel præpoſito. Obiit 1199.

Sanct. Eliſabeta Schœnaugienſis.

Obiit Sancta Eliſabeta, virgo 36. annorum Benedictina, cœnobii Schœnaugienſis, Treuerenſis diœceſis, ſoror Eckberti, Abbatis ibidem in cœnobio Monachorum. Eam Tritenhemius mirificè laudat: tanquam διορατικὴν, *diuinarum reuelationum, & colloquii cum Sancto Angelo, participem. Longè alia fuiſſe ſcribitur quædam Hiſpanica Abbatiſſa, Donna Maria de Meneſes, Liſibonæ in cœnobio Dominicano Lanonciada. De qua his diebus in libello typis excuſo (his vernis nundinis Francofordiæ edito) hæc legebamus. Illam egiſſe vitam ſpecioſæ ſanctitatis. Solitam eſſe dormire, ſuper crucem ſanctam expanſis lacertis: & hanc appellaſſe ſuum ſponſum. Prædicaſſe mirabiles viſiones: ex ore precantis emicuiſſe claros lucis radios: Chriſtum anno M. D. LXXV. ei apparuiſſe cum ſpinea corona: & hanc capiti eius cum dolore impreſſiſſe. Anno rurſus M. D. LXXXIIII. in eiuſdem manibus & pedibus vulnera feciſſe: etiam illud, quod antea in latere habuerit, ampliauiſſe. Ipſam paralyticas virgines ſanitati reſtituiſſe. Hæc cum ad Pontificem Rom. perlata eſſent: ponitur eius ad ea, Epiſtola hæc.*

Meneſia Maria Hiſpana fraudes.

Papa ab illa deceptus.

„ *Legimus libentiſſimè, quod reſcribi curaſti, de virtutibus Prioriſſæ Monaſterii annunciationis beatiſſimæ Mariæ virginis: ſummiſque erga illam Dei beneficiis. Rogamus diuinam bonitatem: vt eam indies ſua gratia digniorem reddat: cæleſtibusque muneribus augeat: ad ſui nominis gloriam, ſuorumque fidelium lætitiam. Dat. Romæ apud S. Mariam, ſub annulo Piſcatoris, die 10. Septemb. M. D. LXXXIIII. Pontificatus noſtri, ſub ſig. Antonius Prucha Badulini.*

Miraculoſa, altera quædam Sanctimonialis.

Adiuncta eſt altera quædam religioſa Nonna, ordinis Sancti Franciſci, Anna Rodrigeza, miraculoſior ipſa. Exitus hic fuiſſe, ibi ſcribitur. Captum eſſe propter magiæ ſtudium, quendam Petrum del Caſſo: qui dixerit, ſe eadem miracula poſſe facere, quæ illæ ſanctæ. Eas itaque in iudicium adductas eſſe, conuictas, de criminibus & impoſturis ſuis confeſſas. Hæc initio celata fuiſſe: ſed ad Papam tamen perſcripta: qui ex iudicum ſententia, de omnibus tribus illis ſtatuendum præceperit. Paul. Gal. 4. Si Angelus de cœlo aliud Euangelium quàm nos annunciauimus, attulerit: anathema eſto.

Vvilhelmus Bonus, Siciliæ Rex.

Hoc eodem 1166. anno Gulielmus Siciliæ Rex mortuus eſt: quem filius ſuus Gulielmus Bonus, excepit, annum XIIII. agens. Qui per Legatos Pontifici Alexandro promiſit: ſe beneficiarium eius, & in auctoritate eius, exemplo Maiorum ſuorum fore. Sigonius.

Hic 13. April. ſcribitur mihi Durlaco, à clariſſimo & doctiſſimo viro, inter alia his verbis:

verbis: *Iunior Princeps, D. Georgius Fridericus, Illuſtriſſimi noſtri germanus frater, natus annos 19. ſuperioribus diebus lethaliter decubuit: magno & aulicorum, & ciuium, mœrore. Habitæ ſunt pro eo preces ardentiſſimæ, priuatim & publice: in ludo literario, & templis. Quibus tantum impetrauimus: vt intra paucos dies, contra ſpem omnium, ſanitati ſit reſtitutus, optimus & pientiſſimus Princeps: vita diuturna, cum firma valetudine, digniſſimus.* ἐν τῇ ἀκμῇ τῆς νόσου, *qua vires ſolent eſſe debiliſſimæ, hæc ex ore ipſius audita ſunt verba: libenter ſe victurum patriæ: ſi id ex commodo Eccleſiæ futurum ſit. Aliter, paratum eſſe ad exoluendum naturæ debitum,* εὐτύχει, ἄνερ ἐλλογιμώτατέ τε καὶ αἰδεσιμώτατε: διὰ μνήμης φέρων τὸν φιλεπαινέτου, τὸν φορκήσιον χόλαριον. Badenſis Marchio G. Fridericus.

Simul accepi Phorcâ, à viro etiã claro & charo Epiſtolam: in qua, hæc: Heſterna cœna funebri illuſtriſſimæ Ameliæ, Ducis Badanæ: aliquando nuptæ comiti à Leuuenſtain, quam hic terræ mandauimus tui mentione incidente, Theologi noſtri tibi bonam valetudinem, ad Sueuicum opus feliciter finiendum, amanter precati ſunt. Phorcæ 7. April. 1591. Carolus Chriſtoph. Baierus, Rector Scholæ Phorcenſis.

RES A FRIDERICO IN ITALIA GESTÆ. ITALICARVM VRBIVM contra eum conſpiratio. Mediolani inſtauratio. Romanorum clades, Romæ per Fridericum occupatio, Pontificis Alexandri fuga. Peſtilentia Magnates Germaniæ extincti. Hardouicus, Epiſcopus Auguſtæ. Vlricus Biberbachenſis, Abbas. Chriſtiani, Archiepiſcopi Moguntini eulogium.

CAPVT V.

ANno 1167. Fridericus, 3. idus Ianuar. Laudam repetiit (Sigon. teſte) &, vt primum exercitus conuenit: Lombardis in præſens omiſſis, infeſto agmine Romam verſus contendit. Aemylia via Mutinam, inde in Bononienſium fines, tranſiit: iisque vaſtandis, centum obſides, & grauem pecuniæ ſummam, extorſit. Exercitus partem vnam, Lucam ad Paſchalem inde Romam deducendum miſit: cum altera Romaniolam ingreſſus: ingentem pecuniæ vim, vt vaſtatione abſtineret, expreſſit ab Imolenſibus, Fauentinis, Forolimienſibus, & Foropopilienſibus. Iis in locis per Quadrageſimam manſit. In Marchiam progreſſus: Anconam rebellantem, nequicquam tentauit. Friderici graſſationes in Italia.

Interea Italicorum conſpiratio roborata eſt aduerſus Sueui populationes, libertatis tenendæ gratia: Veronenſium, Vicentinorum, Patauinorum, & Taruiſinorum. Hi alios multos attraxere: Mediolanenſes, Cremenſes, Cremonenſes, Brixianos, Bergomates, Mantuanos, Ferrarienſes, Bononienſes, Mutinenſes, Regienſes, Parmenſes, & Placentinos, ex Venetorum auctoritate. Præfecti Imperatoris, per tumultum vrbibus exacti: conſules, more veteri creati. Bononienſes Bocium, vt impotentiam eius vlciſcerentur, de feneſtra publicæ domus in forum præcipitarunt. Deinde ante 5. Calend. Maias, à coniuratis reſtituti ſunt in veterem patriam, quanquam deletam & deſertam, Mediolanenſes. Ne autem periuri viderentur: non reparârunt muros (id enim abiurarant) ſed περίδρομον κατασοφισάμενοι *(vt Choniata dicit) ſophiſmate vſi, foſſis aggeribuſque ingentibus ſe muniuerunt. Et tamen poſtea* τὰ τείχη ἀνεκαίνισαν, τῷ βασιλέως Μανουὴλ γενομένῳ συλλήπτορι: *mœnia noua condidere, Manuelis Imp. pecunijs ſuffulti. Laudenſes non potuerunt perſuaſione in partes illas adduci: ſed hoſtiliter circumſeſſi, idibus Maij ceſſere coniuratis. Omnia hæc fiebant prætextu hoc: tanquam communem libertatem aduerſus immanes Præfectorum Cæſaris actiones tutarentur: ſalua interim fide, quam ei dediſſent. Tricium deinde, vbi Germani theſaurum Friderici cuſtodiebant, bellum totum tranſlatum eſt.* Italicorum contra ipſum conſpiratio, aucta. Mediolani inſtauratio. Prætextus de Præfectorum iniurijs.

Hoc anno VVelpho ſenior, circa Epiphaniam iam iterum peregrinaturus Hieroſolymam, voti ſoluendi cauſa, cum quibuſdam alijs Proceribus: Imperatori filium ſuum, & eius omnia, commendauit. Nauigatione in terram ſanctam confecta: Paſcha ſanctum apud Sepulchrum Domini peregit. Interea Fridericus VVelphonem iuniorem, multis pollicitationibus ad ſe in Italiam traduxit. Eodem & alij Principes, qui domi manſerant, ſecuti ſunt. Vrſperg. & Auent. VVelfo ſenior, Hieroſolymæ.

Menſe Maio eiuſdem Anni, Romani tumultuariis armis Tuſculanos inuaſere. Cui oppido cum præeſſet Regino, homo Germanus: ſubſidio ſibi Reinaldum

 Chriſtia-

Chriſtianumque (de quibus ſupra ſcriptum eſt) accerſiuit. Romani non ideo territi ſunt: ſed prælio cum Germanis Tuſculaniſque contenderunt. At primo ſtatim concurſu (inquit Sigonius) fuſi fugatique: alij in ſyluas, alij in vrbem, trepidi refugerunt: duobus millibus ab hoſte cæſis: ac tribus, in poteſtatem eorum redactis. Alij plus 6. millia cæſa ſcribunt: alij, fere 15. millia. Clades hæc, ad montem Porcum accepta. Germani, fortunæ tenorem ſecuti: cum Albanis, Tiburtinis, alijſque Campaniæ populis, in ſocietatem prædæ accitis: ad vrbis vſque mœnia, ferro igneq; graſſati ſunt: Papa Alexandro, & tota ciuitate, valde æſtuantibus.

Romanorũ clades apud Tuſculum.

Anconæ obſidio.

Quo nuntio accepto: Fridericus, qui interim vſque ad Iunium menſem Anconam obſederat: obſidibus & pecunia ab Anconitanis accepta, & Lombardico motu ſpreto, Romam & Alexandrum petere contendit. Viterbij excepit Paſchalem, Luca adductum ab exercitu. Inde Romam, pulſis obſiſtentibus, irrupit: Alexander è Laterano in ædes Frangipanum fugit. Poſtridie Paſchalis rem diuinam in Templo fecit: ac ſequenti S. Petri die, Fridericum denuò coronauit, cum Beatrice coniuge. Receperunt deinde Paſchalem, tranſactione cum Friderico facta, Romani. Tum Alexander, Siculi Gulielmi conſilio & ope, noctu excedens cum ſuis ex vrbe: delatus eſt Circeios, Tarracinam, Caietam, ac Beneuentum.

Romam Fridericus occupat, & à Paſchale P. denuo coronatur.

Alexandri P. fuga.

Peſtilentia fœda.

Fœda dehinc peſtilentia, menſe Auguſto exercitum comitatumque Friderici inuaſit. Eam ex cadaueribus cæſorum ortam Stadenſis ait: quo in loco victores incanti manſerint. Qua non modo pars exercitus maxima: ſed ex ipſa etiam nobilitate præſtantiſſimus quiſque abſumptus eſt. Ex quibus memorantur hi.

Colonienſis Archiepiſcopus Reinaldus, pridie aſſumptionis B. Mariæ.

Deinde Epiſcopi:

Spirenſis, Vdalricus Durmuntius: Godefridum Auentinus ponit.

Auguſtanus, Conradus.

Leodienſis, Henricus Secundus, cuius oſſa relati, in Eccleſia ſancti Lamberti condita ſunt.

Ratisbonenſis. Eberhardus.

Pragenſis, Daniel.

Verdunenſis, Hermannus.

Halberſtatenſis, Gerion.

Præterea, illuſtres viri.

Friderici, Ducis Rotenburgij, mors.

Dux Fridericus, Conradi Regis F.

Dux VVelpho iunior.

Berengarius, comes Saltzbachenſis. Quem Bruſch. in Caſtell. Monaſt. ait, ab Imperatrice Beatrice veneno ſublatum eſſe.

Henricus, comes Tubingenſis.

Oſſiũ nudatio, carnium excoctione.

Quorum omnium pene oſſa, carnibus per excoctionem conſumptis, domum reportata ſunt. VVelphonis quidem certè, in Monaſterio Auguſtanæ diœceſ. Steingadeno, quod pater fundauerat, repoſita. Ipſe pater, Hieroſolymis in Italiam reuerſus, diram circa Romam menſe Iulio vaſtationem deteſtatus, ad ſua redierat, filio illic relicto.

Epitaphium Friderici Ducis, Rotenburgij dicti, in Eboracenſi Monaſterio.

Hic Dux Sueuorum Friderich, fotor Monachorum,
Et Romanorum Regis natus, iacet: horum
Autor fundorum. Deus huic da Regna polorum.

Scheffersheim.

Obiit 14. Calend. Septemb. Romæ. Inueni in M. Scr. & Irenico: Parthenonem Scheffersheimum ad Tubarum iuxta VVeickersheimum, ab illo conditum & dotatum eſſe Eberhartsbrunna & Budelbrunna villis, diœceſeos Herbipolenſis.

Vxorem habuit Saxonicam, Mechtildem. Sed quia defunctus eſt ſine liberis: ditio eius Franconica Friderico Imp. vt proximo hæredi, venit. Erat Mechtildis illa, Henrici Leonis filia, & Zeringiæ Clementiæ.

Friderici Imper. Roma diſceſſus.

Fridericus Imperator illius luis diritate motus: Paſchale Romæ cum præſidio relicto, Viterbium diſceſſit: & inde Lucam, ac Pontremulum. A Pontremulenſibus tranſire prohibitus: duobus millibus hominum morbo in itinere amiſſis: ope tamen Opizonis Marchionis Maleſpinæ, Pa-

na, Papiam, 3. Idus Septemb. ægre peruenit. Interim Tricium, re frumentaria & auxilio Friderici deſtitutum, & ipſum, & omnis pecunia Regia, in poteſtatem coniuratorũ conceſſerat, 3. Idus Auguſti. Imperator non perterritus his rebus, pridie idus Septemb. aduocata concione: omnes ciuitates, præter Cremonam & Laudam, proſcripſit: ac ſexto die poſt in agrum Mediolanenſem inuadens, caſtra eorum variè oppugnauit, ſed minore ſucceſſu. Placentinis & Bergomatibus vexatione illata: exercitum in hyberna dimiſit. Nouo dehinc fœdere coniurati ſe mutuò deuinxerunt. In ciuitatibus quibuſdam factiones extiterunt: aliis Papæ, aliis Imperatoris, partes aſſerentibus.

Tricium, cum gaza Cæſarea, à coniuratis captum.

Ipſi, ab Imperatore proſcripti.

Conſtituitur hoc anno Epiſcopus Auguſtanus, Hardouicus, nobilis heros à Lierhaim, ex Rhiaſa natus: qui antea Monachus & Prior cœnobij S. Vlrici fuerat. Præfuit 17. annos in ſumma temporum iniquitate. Adſciuit ſibi, mortuis iam (vt ait Bruſchius) comitibus à Schuuabeck, Fridericum Imp. & filios eius. Guelphones autem, Raueſpurgi reſidentes turbas dedere multas pacifico Epiſcopo: ius illud iuſtius ad ſe, quam ad Duces Sueuiæ, pertinere rati. Mortuus ipſe 25. Ianuar. 1184. ſepelitur in cathedrali S. Mariæ Eccleſia, ante aram D. Gregorij.

Auguſt. Epiſcopus Hardouicus.

Vlricus de Biberbach, ex Calatinorũ genere. Abbas erat 1167. Auguſtæ ad S. Vlricum, annos 7. qui Bibliothecam eius loci admodum auxit: multoſq; cœnobio ſuo pagos emit. Obiit 1174. Mart. 4. Matth. Bappenheim.

Vlricus Biberbachius, Auguſtæ Abbas.

Abbatiſſa Andlouienſis cœnobij erat Haziga, vel Haitzka: antehac à Friderico Barbaroſſa electa: quam tuliſſe grauiſſimas paſſiones, vt ipſa de ſe ſcripſerit, ait Bruſchius. Ea vicino Monaſterio Baumgartenſi aliquid 1167. contulit.

Andlouienſis Haziga.

Quoniam ſupra de Moguntino Archimyſta Chriſtiano dictum eſt: placet hoc caput concludere eulogio, quod ei à Krantzio, 6. Saxon. 29. ex Alberto Stad. tribuitur.

Specioſum erat viſu (inquit) armatum in equo conſpicere Pontificem (Friderico Cæſari bellum in Italia gerentem) auro galeatum loricatumq;, hyacinthina deſuper tunica. Clauam manu gerebat trinodem (ecce S. Biblia) Herculem putares. Vno fertur prælio nouem ſua manu ſtrauiſſe fortiſſimos. Bononienſes in fugam vertit: ciuitatem obſedit, breuique ad deditionem compulit: obſides eis imperauit. In montem ſupra vrbem, S. Michaelis cœnobio, ſacra iuſſit apparari. Ipſe indutus Pontificalibus, aram adiit: poſtquam religioſe manus conſecrauit ſanguine cæſorum. Officium diuinum ſatellites honeſtauere canentes. Erant trecenti pedites, & totidem mulierculæ, ad vnum omnes pſallere docti: qui de S. Thebæis Martyribus ſacrum cecinere officium Miſſæ. Monachi Monialeſque feruntur extitiſſe: qui euerſis Ciſtertienſibus, Alexandro Papæ obſequentibus, armatæ ſe militiæ immiſcuerant.

Epiſcopi Chriſtiani eulogium.

Nouerat linguas, Latinam, Italicam, Gallicam, Brabanticam, & Græcam.

IMPERATORIS IN GERMANIAM REDITVS. ITALICORVM ADuerſus eum incrementa. Alexandria Palearis, condita. Manuel Orientis Imper. nequicquam ſitiebat Imperium Occidentis. Francia Orientalis Ducatus, Epiſcopo Herbipolenſi confirmatus. Friderici Imp. incrementa ditionum & opum. Guelphonis VI. mores & mors. Reginæ Gertrudis ſepultura. Epiſcopi, Bertholdus Conſtantiæ, Egino Curiæ Rhœticæ. Proceres Calatini, Remnatij, Smaleccij. Terræ motus Siciliæ. Mediolani inſtauratio, & amplificatio. Martelenſe Monaſterium.

CAPVT VI.

A*Nno 1168. coniurati Blanderatum oppidum, cuius Marchiones Friderico ſtudebant, ſummopere inuaſerunt. Ipſe, ne validis Lombardorum viribus ludibrio eſſet: menſe Martio trans Alpeis diſceſſit: hoſtibus extremum agmen eius vſque carpentibus. Blanderatum captum, ad quatuor vicos eſt redactum. Præpoſitus & clerus Laudenſis Eccleſiæ à Paſchale auerſus eſt: & ad Pont. Alexandrum colendum traductus.*

Blanderatũ op.

Imperatores profecto: Nouarienſes, Vercellenſes, Haſtenſes, Comenſes, Dertonenſes, Opizo Marchio Maleſpina, Comites Serienſes, Belforenſes, & alij, ab illo ad fœderatos deſciuerũt. Papienſes, & Marchio Montisferrati, partes eius adhuc tutabãtur. Quos vt facilius ſubiicere poſſent coniurati: inter Haſtam & Dertonam condidere nouum oppidum: quod ad Friderici contumeliã, de nomine Pon. Alexandri Alexandriã appellarunt: amici Cæſaris, aut Cæſareã (à Frid. Cæſare) aut paleare Alexandriã (ab infirmitate eius) nominabant. Robororarunt deinde magis magiſq; ſacramento inuicẽ ſe obſtringentes, coniurati mutuã ſocietatem. Genuenſes ab ea abſtinuerunt,

Imp. Friderici diſceſſus, & coniuratorum incrementa.

Alexandria, nouum oppidum.

Alba op. exuſtio.

nuerunt, Friderico fidi manentes. Romani Albam, quod Tuſculanis & Germanis cõtra ſe fauiſſent, captam ac direptam igne deleuerunt. Sigon.

Manuel Græcus incaſſum affectat Occid. Imperium.

Manuel Græcus, ſe coronari ab Alexandro petijt etiam Imperatorem Occidentis: vt generalis Imperator fuiſſet more veteri: cum ea corona, iure Friderico eſſet adempta. Tunc ſe Græcam Eccleſiam cum Romana iuncturum: cum præſenti Friderici moleſtia liberaturum: & grandi inſuper pecunia donaturum. Sed eam petitionẽ Alexander, ex Cardinalium ſententia repudiauit. Idem, & Mutius lib. 18.

Sarebrucca.

Caſtrũ Sarebrucca Comitis Simonis, & alia tria caſtra eiuſdem, iuſſu Imperatoris diruta ſunt.

Franconiæ Ducatus, VVirceburgenſi Epiſcopo ab Imp. confirmatur.

Mortuo ſine prole Friderico, Duce Sueuiæ & Franconiæ (vt ſuperiore capite dictum eſt) Friderico venit hæreditas eius. Qui 10. Iul. Franconiam VVirceburgenſi Epiſcopo Heroldo tradidit, cum omni iuriſdictione (ſicut quondam Carolus M. Epiſcopatui tradiderat) confirmans aureo ſigillo. Ac ſolet Epiſcopo gladius præferri, propter adiunctionem Ducatus.

Conradus Palatinus Rheni, frater Imp. Friderici, fato conceſſit.

Anno 1169. Italici Alexandriam munitionibus ſepire, tectisque ac Templis exornare, perrexere. Gremonenſes quoque metu Friderici, mœnia firmarunt.

Paſchalis P. mors. Succeſſor eius, Calliſtus III.

Paſchalis, qui ſe pro Pontifice in vrbe geſſerat, mortuus eſt: & ad S. Petrum ſepultus. In cuius locum ab Imperialibus ſuffectus eſt Calliſtus III. natione Vngarus: antea dictus Ioannes, Abbas Strumienſis: à Paſchale Epiſcopus Tuſculanus factus.

Imp. Fridericus, regionibus & opibus ditatus.

Regionibus & opibus creſcit Fridericus.

Senior VVelpho (hærede poſt obitum filij apud Romam carens) Friderico Imperatori, filio ſororis ſuæ (Iudithæ) tradidit pro pecunia Ducatum Spoleti, Marchiam Tuſciæ, principatum Sardiniæ. Accepit etiam Fridericus comitatum Pfullendorff: & Nobiliũ, hæredibus carentium, bona de Suabek, VVarthuſin, Bibra, Hormingen, Suanhuſin, Bidertan, Lenzenburch, VVerde. Omnia, donatione vel precio. Sambl aſ. Rudolphus comes de Pfullendorff prædia ſuo loco hæredis Imperatori dedit: pro quibus hic Albertus, comiti Habſpurgenſi, qui filiam comitis Rudolphi vxorem habebat, conceſſit Turicenſem comitatum, & adiacentia Seckingenſi Eccleſiæ, cum prædiis conquiſitis.

Burgundiam, ſocero ſuo Reginaldo mortuo, & Regnum Arelatenſe, accepit: Quod Duces de Zeringen honoris cauſa, ſine fructu, in beneficij loco, iam diu ab imperio tenuerant. Extorſit à Duce Bertholdo: viciſſim præbens ei nomine Imperij, trium Epiſcopatuum aduocatiam, cum inueſtitura Regalium: ſcil. Lauſanenſis, Geneuenſis, & Sedunenſis. Hæc omnia liberis ſuis acquiſiuit. 2. Naucler. 39. & 8. Stumpff. 23. ac 25.

De VVelphone copioſior & explicatior hic Auentini locus eſt.

VVelfonis ſenioris, filio amiſſo, reliqua vita. Memmingæ.

VVelpho pater (inquit) vbi filio defuncto, nullos amplius ſperat liberos: ab re vxoria abhorret: Vtam coniugem, ad Alpes migrare iubet. Ipſe Memmingæ crebro habitat, potat, obſonat, commeſſatur, amat: conuiuiis, nimio veſtitu, venationibus, gaudijs corporis, indulgẽti otio ætatem tranſigit. Equites, milites obæratos, proſcriptos, ad ſe confugientes, benignè appellat: hos ſodales ſibi adſciſcit: cum illis libenter viuebat. His equos, veſtes, ſumptus, ſuggerit. Cumque neceſſe foret, his moribus pecuniam redditusq; dilapidari: æs grande alienum conflauit. Cumque ſufficere his ſe ſumptibus nequiret: Hetruriam, Sardiniam, Spoletum, Imperatori Friderico, nepoti ſuo ex ſorore: patrimonium verò in Sueuia atque Boiaria, Henrico (Leoni) Duci Boiorum, nepoti ex fratre, vendit. Imperator auro, argento, gemmis, auunculum explet. Dux Boius precium dolo differt. Rebatur propediem ad ſe gratuito redditura cuncta: quando legitimus ſenis capularis hæres eſſet. Vbi hæc Patruus ſenſit: omnia Cæſari, exhæredato Henrico, venundat. Tandem obſaturatus voluptatibus, luminibusq; captus: reuocata ab Alpibus vxore: pleraque pauperibus elargitus dedit: voluptati bellum indixit: in ſumma pietate vitam finiuit: Anno Chriſti CIↃ. C. XCI. Eius & filij Mauſoleum, apud Steingaden, Lycatiorum Templum, oſtenditur.

Fridericus Imp. filiis ſuis patrimonia diſtribuit.

Poſthæc, Fridericus filijs ſuis (ex Burgunda Beatrice generatis) terras diſtributurus erat (ſicut & fecit) has.

Friderico, Ducatum Sueuiæ, & hæreditatem VVelphonis, ac comitatum Pfullendorfſenſem.

Conrado, prædia & dignitates Ducis Rotenburgenſis Friderici. Cui, mortuo fratre, Friderico, datus eſt Ducatus Sueuiæ.

Othoni,

Othoni, Archiſolium Arelatenſe & Burgundiam, dotem maternam.

Henrico, Regnum poſt ſe.

Longe poſt nato Philippo, puero infanti, res Eccleſiarum, ab Epiſcopis & Abbatibus conceſſas, ſub iure hominij. Peperit eadem Beatrix Friderico Imp. filias: Sophiam (al. Luitgardem) Marchioni cuidam nuptam: & Beatricem, Quedelburgi Abbatiſſam. Filiæ illius.

In Ebracenſis cœnobij magnificentiſſima Baſilica (inquit Bruſch. Ego autem, in Lorchenchenſi, alibi inuenio ſcriptum) Gertrudis Suzbachia, Rom. Regina, humata eſt: quod & ipſa, & Rex Conradus, maritus eius, multa eo contulerit: præſertim veſtes, ſacris miniſteriis vtiles: quæ ſuis ipſius Dominæ manibus ingenuoſiſſime ſint facta. Gertrudis Cæſariſſa ſepulcrũ.

Epitaphium ſepulcro inſcriptum.

Hic iacet Regina Gertrudis: vxor quondam Conradi Regis Romanorum, huius cœnobij fundatoris: translata in hanc tumbam à venerabili Abbate Nicolao, Anno M. C. LXIX. quinto Cal. Maij. Cuſpin. de Imp.

Bertholdus, nobilis Baro Buſnangenſis ex Turgouia (al. Baro de Kuſnach ex Ergouia) Epiſcopus Conſtantiæ electus eſt hoc anno 1169. vir eximiæ virtutis & prudentiæ. Præfuit bene A. 10. & obiit 1179. Maij 20. Bruſch. Conſtantiæ Epiſcopus Bertholdus.

Erat Abbas 31. Offonis Cellæ Schuniggerus: in quod Monaſterium armata manu irruit anno 1169. Bertholdus, comes de Nuuuenburg: cuius prædia & fundos incendiis ac rapinis vaſtauit: ipſiusq; cœnobij partem aliquam incendio deformauit: Imperatore Frider. Barbaroſſa, & Pont. Alexandro III. In quem graſſatorem Pauli Volcij Diſtichon eſt: Offonis Cella.

Impie, quid tentas Mariæ ſuccendere ſedem?
Infernos meritis experiere canes. *Bruſch. in M. Scr.*

Anno 1170. Fridericus, natalitiis Domini in Alſatia celebratis, Feſto purificationis conuentum habuit Noribergæ. Ibi Ciſtertienſis & Clareuallenſis Abbates, atq; Babenbergenſis Epiſcopus: ſuam operam offerentes de componenda controuerſia inter Imperatorẽ & Alexandrum, Romam proficiſci permiſſi ſunt. Quos etſi benigne Papa initio excepit: tamen, conditionibus non probatis, eos infecta re dimiſit. Append. ad Radeuicum. Fruſtra compoſitio inter Imp. & Papam Alex. tentatur.

Paſchate deinde Auguſtus in Alſatia celebrato: Henricum filium, puerum 5. annorum, Regem Germaniæ faciendum, & Aquis à Colonienſi Præſule Philippo pridie Aſſumpt. Mariæ coronandum, curauit. Henricus puer, Germanus R.

In Italia, inteſtinis inter ciuitates bellis ſæuitum eſt: Bononiam & Fauentiam, Ferrariam & Rauennam, Florentiam & Aretium, Piſas & Lucam. Sigon. Italia inteſtina bella.

Gualfagus, Agleriæ comes, Mediolano inſtaurando inſeruiuit: auxiliantibus Pont. Alexandro, & Orientis Imp. Manuele, contra Fridericum Imp.

Hoc anno 1170. Curienſis Epiſcopus Egino, Aduocatia Curienſis Epiſcopatus inueſtiuit Fridericum Sueuiæ Ducem, Barbaroſſæ F. præſente Henrico, poſtea Imperatore huius nominis ſexto. Hunc Eginonem idem Barbaroſſa, propter ſingularem ſibi præſtitam fidem, circa hoc tempus, primum inter Curienſes Epiſcopos Principem ſalutauit. Ita is vtriuſq; gladij, ſpiritualis & ſecularis, ius ſibi ſumpſit. Bruſch. Curiæ Epiſcopus Egino.

Obiit hoc anno Iuuauienſis, ſiue Saltzburgenſis, Antiſtes Conradus, Friderici Imper. patruus. Inauguratus antea fuerat ſacris Herbipoli (vbi ordines Imperij conuenerant edicto Imperatoris) à Chriſtiano Moguntino. Præfuerat circiter 5. A. Saltzburg. Epiſcopus Conradus.

Eodem tempore viuebat Mechtildis, Soror Erneſti Calatini, nupta Hermanno de Arbona. Ex his nata Mechtildis Arbonana, nupſit Volckmaro de Kemnat. Ex eis nati ſunt, Hermãnus, Epiſcopus Conſtantienſis 1179. & Marquardus Kemnatius, eques auratus: & N. Dapifera VValdſeenſis. Kemnat, ſedes olim præclara fuit Baronum Kemnatiorum, non longe à Podamico lacu. Nunc, emptione eſt Abbatis Campidonenſis. Viuebat tunc & Baro quidam Schmaleccius, Rom. Imp. Dapifer. Vxorem hic habuit Baroniſſam, Mechtildem Calatinam. Smaleccum egregia fuit arx, nõ procul Rauenſpurgo, milliario, ſcil. 1. Vixit ſub Rege Philippo Conradus de Smaleck Dapifer, A. 1200. Item 1350. Eberhardus Smaleccius, prope Ehingam, Matth. Bapp. Calatinus Erneſtus. Kemnatius Marquardus. Kemnat arx. Smaleccũ arx.

Anno 1171. in Sicilia, pridie nonas Febr. terribilis fuit terramotus: Calabris etiã minarum ſonitum procul exaudientibus. Catana (ad Aetnam ſita) tecta, omnia ad vnũ procubuere: quindecim hominum millibus (Sigon. teſte) cum Epiſcopo & Monachis, oppreſſis. In agro, caſtra ſubuerſa. Multis locis, terra dehiſcente, noui fontes aperti: veteres vero, obſtructi. Mons Aetna, ex parte aliqua viſus ſubſediſſe. Terræmotus Siciliæ. Aetna mons.

In Italia,

Mediolani amplificatio.

In Italia, Mediolani reparatio profecit in maius: muris eius, latius prolatis: ac Sanctorum Templis, Ambroſii, Laurentij, Nazarij, & Euſebij, quæ olim extra fuerāt, iam intra comprehenſis. Epiſcopium tunc magnificentius, quam vnquam fuerat, ab Archiepiſcopo extructum. Sancitum etiam pœna linguæ fuit: ne Friderici Imper. nomen in ſermonibus à quoquam vſurparetur.

Nomen Friderici, prohibitum.

Chriſtiani Præſulis reditus in Italiam.

His rebus Fridericus motus: ne Hetruſci quoque à ſe deficerent: Chriſtanum Antiſtitem in Italiam cum exercitu remiſit: qui Genuam, Lucam, & Senas, inuiſit.

De Martalenſi cœnobio.

Guelphone iuniore, qui Hugonem III. comitem Palatinum Tubingenſem, captiuum tenuerat, defuncto: is Hugo hoc anno reuerſus eſt ad ſua, & ex voto, quod in exilio & cuſtodia fecerat, Monaſterium Martalenſe, vel Marchthalenſe, quod iam antea fuerat, ſed cōciderat, inſtaurauit: eiectiſque ſeptem canonicis ſecularibus (quos Duces Sueuiæ, Hermannus pater circ. 1000. & Hermannus filius circ. 1006. Chriſti, viuentes, illic conſtituerant) Monachos ibi conſtituit Præmonſtratenſes, ad honorem Petri & Pauli. Cuius Filius Rudolphus, poſtea Bebenhuſanum Monaſterium condidit. Situm eſt hoc Marthalenſe ad dextram Danubij, è Sueuia defluentis: inter Ehingam & Riedlingam, Auſtriacæ domus oppida: in rupe firmiſſima, magnificis conſpicuum ædificiis. In eo celebris eſt ſepultura (teſte Bruſch.) nobilium virorum de lapide, ſiue Stainiorum: vt inſignia eorum, triginta ſex tabulis adpicta, teſtantur. Sed & in peculiari ſacello, nobilium de Hohenek reconditorium eſt. Habuit Hugo, de quo dixi, coniugem Eliſabetam, Rudolphi Brigantini comitis filiam.

Martalenſis cœnobij per Hugonem Tybing. Palatinū, inſtauratio.

Filius eius Rudophus.

Præpoſiti Martalenſes.

Præpoſiti huius cœnobij.

1 *Eberhardus. Obiit poſt 7. annorum recturam, 15. Cal. April. 1178. ſub cuius imagine ſcriptum eſt: Iſte plantauit.*

2 *Vlricus. Præfuit 7. A. Obiit 4. Cal. Maij, anno 1185. Iſte rigauit.*

3 *Gerlachus, A. 2. ac quietis cauſa renuntiauit 1187. ac tandem paralyticus factus, vſurpauit hoc Pſalmi: Gloriabor in infirmitatibus meis.*

4 *Manegoldus; A 14. Obiit 1201. Cuius imagini ſubſcriptum: Bonum certamen certaui: quia plus omnibus laboraui.*

5 *Menhardus, A. 4. ac ceſſit de loco 1205.*

6 *Henricus, A. 1. ac reſignans, in peregrinas inſulas abiit, multa ibi paſſus.*

7 *VValtherus, 1206. qui poſt annos ſex deturbatus dignitate eſt, anno 1213.*

8 *Rudigerus, A. fere 2. ac propter negligentiam exauctoratus eſt.*

9 *Rudolphus An. 13. Hic lepra infectus, ceſſit anno 1228. cætera prudens & fidelis gubernator.*

10 *VValtherus, A. 14. Qui cum præclaris ædificiis illuſtraſſet cœnobium: defunctus eſt 4. Calend. Febr. 1243.*

11 *Theodoricus, A. 9. Liberauit Monaſterium ab ære alieno D. C. librarum.*

12 *Fridericus. Reſignans poſt annum: Lauriſſam, Rheni cœnobium non longe à VVormacia, ingreſſus, ibi mortuus eſt.*

13 *Henricus, A. 14. Obiit 1268. 7. Cal. Decemb.*

Altenburg caſtrum.

14 *Conradus, A. 6. Obiit 1274. in Aprili. Situm erat è regione huius Monaſterij, caſtrum Altenburg. quod expugnatum eſt anno 1269. cuius reſtant veſtigia quædam, cum ſubterraneis cauernis. Eodem Abbate, abrogatum eſt Monaſterium ſororum, Prioriſſam habentium: quod Martalenſi cœnobio adiunctum erat. cuius rei Epiſtolam Bruſch. hanc ponit.*

Martel. Parthenonis abrogatio.

Mulierum nequitia.

„ *Anno Verbi incarnati M. CC. LXXIII. Dominica, qua cantatur, Iudica me „ Deus: nos Conradus, Præpoſitus de Martello, cum vniuerſo conuentu canonicorum noſtrorum: „ attendentes, quod mulierum nequitia ſuperet omnes nequitias, quæ ſunt in Mundo: &, quod „ non eſt ira ſupra iram mulieris: quodque venena aſpidum & draconum, ſanabiliora ſint homi- „ ni, & mitiora: quam familiaritas mulierum: Decreuimus pari conſenſu, & communi conſi- „ lio: ſaluti tam animarum, quam corporum, & etiam rerum in poſterum, prouidere: volentes, „ vt aliquas de cætero ſorores, ad augmentum noſtræ perditionis, nullatenus recipiamus: ſed eas, „ quaſi venenata animalia, recipere deuitemus. Vt autem hæc firmitatis robur obtineant inconvulſum:*

nulſum: ego Conradus, prædictæ Eccleſiæ prælatus tradidi fidem meam ſanioribus & ſenioribus, nomine iuramenti: vt infra ſpatium L. annorum, nullam ſororum recipiam, vel recipi patiar. Poſt hunc terminum elapſum, quid ſucceſſoribus complaceat: eorum arbitrio relinquimus. Conſulimus autem, vt & ipſi prædeceſſorum veſtigia, ob commodum & ſalutem ſuam in his imitentur. vtinam fiat.

Hei, reuerende D. Præpoſite:

Quid mitis ſexus potuit committere tantum?
Præſertim pulchræ, nitidiſſima pectora, Sueuæ?

Rhodomontis Arioſtéi, hominis barbari, cantu 27. talia conuitia ſunt.

Credo (inquit) che t' habbia la natura e' Dio
Prouedicto, ô ſcelerato ſeſſo, al Mondo,
Per vna ſoma, per vn graue fio,
Del' huom: che ſenza te ſaria giocondo:
Come ha produtto ancho il ſerpente rio,
E' il lupo, e' l' orſo: e' fa l' aër fecondo,
E' di moſche, e' di veſpe, e' di tafani:
E' loglio e' auena fa naſcer tra i grani.

15 *VVernherus. Præfuit A. 8. Obiit 1283. menſe Febr.*

16 *Engelberus. Poſt menſ. 10. mortuus.*

17 *Bertholdus, ex Rhotenſi cœnobio, anno 1284. Obiit poſt 10. A. & totidem M. 1295.*

18 *Henricus, A. 13. Tactus paralyſi, ceſſit anno 1308.*

19 *Burcardus, A. 4. Obiit 1312.*

20 *Sifridus, A. 5. Obiit 1317.*

21 *VVernherus, A. 6. Obiit 1323.*

22 *Conradus VVolkius, A. 4. Obiit 1328.*

23 *Bertholdus Steinerus, A. 9. Obiit 1337.*

24 *Conradus Gagirus, ex Rhotenſi cœnobio. Sub quo nobilis comes Eberhardus de VVirtemberg, villam Marchthal, & omnes Monaſterij curtes, incendio vaſtauit. Itaque mœrore diſceſſit, nimia paupertate preſſus, Præpoſitus: neq; de eo quicquam amplius eſt auditum.* VVirtemberg. Eberhardus.

25 *Hermannus Huter.*

26 *Henricus VVelch. Ob. cum bona pace, anno Domini 1355.*

27 *Eberhardus Gryphius, A. 6. Ob. 1361.*

28 *Ludouicus Leo, A. 22. vir grandi ſtatura. Ob. 1383. Sepultus in media Eccleſia.*

29 *Stephanus Fœnerator, A. duos, & dimidiatum.*

30 *Iacobus Kupfferſchmidius Biberacenſis, A. 8. Ob. 1393.*

31 *Iacobus Klinger Riedlingenſis, A. 15. vtilis Rector. Ob. 1408.*

32 *Henricus Meerſtetter Ehingen. vltimus huius loci præpoſitus.*

Abbates Martalenſes.

1 *Allata noua dignitate ex concilio Conſtantienſi: primus Abbas idem Meerſtetter fuit. Præfuit & ante & poſt, 25. A. Plurima paſſus à comitibus VVirtemberg. & Lening. A. 1434.* Abbates poſt Præpoſitos.

2 *Albertus Arator Tubingen. A. 27. Ob. 1461.*

3 *Iacobus Plancus Ehing. A. 21. proſpere. Emit Alleshuſium, ad lacum Buchouienſem; vbi Hermanni Contracti mater cubat. Captus fuit 1470. à VVirtembergenſis Eberhardi ſatellitibus, in ſua habitatione, nudus: & cum ornamentis abductus: ſed poſtea cum mille Rhenenſibus Aureis dimiſſus. Ob. 1482. Maij 26.*

4 *Simon Götzius Ebingenſis, A. 31. & aliquot M. Monaſterij ornator. Ob. 1514. die S. Magdalenæ.*

5 *Ioannes Haberkhaltus Vberlingenſis: vir Græce & Latine doctus. Rexit A. 4. Obiit 1518. Collegit Lexicon Græcum: ſed morte interceptus, non abſoluit.*

6 *Henricus Stolzlinus, vir παχύσωμος, craſſo corpore. Præfuit cum laude 20. A. ac pulcherrimis ædificiis Monaſterium ornauit. Ob. 1538.*

7 *Ioannes Gudinus, ex Vthonis villa natus. Præerat adhuc 1550. denuo ædificatis, piſtrino, Infirmatorio, turriq; campanaria.*

Eodem 1171. A. Priuilegio donatum eſt Ottenbyrenſe cœnobium ab Imp. Barbaroſſa.

Rotenburgum Neccari.

Rotenburgum Nicri, quod 1112. corruerat terramotu, ab Hohenbergenſi comite Alberto inſtauratum eſt. Sed vide ſupra lib. 9. cap. 5. Vxorem habuit Vrſulam, comitem Oetingenſem.

Neiffenſes Barones.

Erneſtus Calatinus, & vxor eius Neiffenſis Eulalia, Neoburgum extra oppidum, in vetere Parochia mandati terræ ſunt. Aliquot annis poſt, Barones Neiffenſes facti ſunt comites Maurſtettenſes. Matth. Bappenheim.

Brunſuic. Dux.

Ducem Brunſuicenſem Henricum imperio rebellantem, Auguſtus ad obediendũ compulit.

CHRISTIANI, ANTISTITIS MOGVNTINI, RES IN ITALIA GESTÆ

Peregrinatio Henrici Leonis ad ſepulcrum Domini. Irenæ Græcæ, Imp. Iſaacij Angeli Comneni filiæ, natiuitas, familia, & nomina. Genera mulierum.

CAPVT VII.

Chriſtiani Moguntini res in Italia geſta.

ANno 1172. Chriſtianus legatos omnium Hetruriæ ciuitatum (ſcribente Sigon.) Senas acciuit: & agere cum eis de populorum concordia inſtituit: vir non tam manu promptus: quam oratione grauis & copioſus. Cæteris ei obtemperantibus: Piſani & Florentini, cum aduerſariis ſuis redire in gratiam nolebant. Ideo, tanquam communis otij hoſtes, ab eo proſcripti, & beneficiis Imperialibus ſpoliati ſunt. Anconem poſtea obſedit grauiſſimè: ſed, cum ea conſilijs & opibus Manuelis Græci iuuaretur, obſidionem ſoluit, Venetorum tamen ope, quib. Græcorum Anconæ imperium erat inuiſum. Germani Græcis triremes 5. eripuerunt. Maiores à Chriſtiano expenſæ in aſinos ſui exercitus factæ ſunt (teſte Stadenſi) quàm in familiam, quamuis magnã, Imperatoris omnem. Clerici & fœminæ exercitus eius, duo munitiſſima caſtra cæperunt. Imp. Fridericum res Germaniæ hoc anno occupantes, aliò deflectere oculos non ſiuere. Pentecoſten Moguntiæ celebrauit (teſte Trit.) præſentibus, vxore, Henrico F. & multis Principibus. Multa Reipubl. vtiliter conſtituit. Ei comes Flandriæ Hemino ſe ſubiecit.

Clerici & meretrices bellicoſi apud illum.

Augia diuitis templum.

Summa diuitis Augiæ Baſilica, cœpta eſt ædificari anno 1172. Abbate Diethelmo, Barone Krenckingenſi, Dom. VVeiſſenburgenſi: quem Barbaroſſa conſtituerat Abbatem. Multis annis pòſt, Epiſcopus Conſtantiæ factus eſt. Vbi cum 12. A. præfuiſſet: reſignans, in Augia manſit: & 1209. anno mortuus eſt.

Hybernia.

Hyberniam inſulam Angli Regno ſuo ſubiecerunt.

Henrici Leonis profectio Hieroſolymam.

Henricus Leo, rebus in ſuo Principatu compoſitis omnibus (6. Crantz 29.) cum adorare Chriſtum decreuiſſet in loco: vbi pedes eius ſtetiſſent: eo, verſus iter ingreſſus eſt: comitatus Conrado, Epiſcopo Lybecenſi: Henrico, Abbate Brunſuicenſi: Bertholdo, Abbate Lunæburgenſi. Præterea Pribislao, Obotritorũ ſeu VVandalorum Principe: Guncelino, comite Zuerinenſi: Sifrido, comite Blanckenburgenſi. Dominam Mathildem Anglam, vxorem prægnantem piam, domui præfecerat gubernandæ, honeſta adiuncta familia. Egreſſus infra octauas Epiphaniæ, Purificationem virginis egit Ratisbonæ: vbi ſe comites ei iunxere Marchiones: Henricus de Sudbach, & alter de Styre. Venit inde in Auſtriam ad Ducem Henricum: qui eum comiter excepit: monſtrauitq́ insignem matris ſepulturam: & Viennam Auſtriæ duxit. Deſcendit (exercitũ habens 1200. armatorum) per Vngariam: deinde per Bulgariam (relictis antè nauibus, pedeſtri itinere) poſtea Niceam, Adrianopolin, & in viciniã Conſtantinopoleos. Ibi Dominicæ paſſionis tẽpore peracto: die reſurrectionis Domini, manè finitis ſolennibus myſteriis, deinde prandio capto: iuſſu Imper. Manuelis, curiã eius petiit: præmiſſis ad eum pulcherrimis equis ſtratis & ornatis, loricis & galeis, veſtibusq́ precioſis. Expectauit venientem Imperator in horto venatorio, ſeu viuario: multis cum Epiſcopis & principibus: erectis plurimis tentoriis byſſinis & purpureis, capitellis auratis paxillorum. Excepit Ducem honorifice Manuel obuiam veniens: eum lateri ſuo iunctum duxit per ſemitam purpuream, aurifrigio tectam, præcedente clero: donec ad tentorium, auro & gemmis fulgens, venit. Inde in Eccleſiam: vbi Imperator in ſublimi ſolio ſedit: Dux vero, in paulò humiliore iuxta eum. Facta eſt res diuina. In Regia dehinc menſa, ſplendidiſſime hoſpites tractati. Aſſidebat VVormacienſis Epiſcopus Conradus Secundus, ante præmiſſus ab Imperat. Friderico: vt per ſponſalia affinitas iungeretur inter vtriuſque Imperatoris liberos. Is occaſionem introduxit veteris inter Græcos & Latinos diſputationis de Spiritus ſancti proceſſione: miſerandum ſibi videri dicens: quòd tanto tempore Græci, non etiam à Filio illum procedere concederent. Græcis ſuam opinionem variè aſtruere conantibus: Brunſuicenſis Abbas Henricus (vir ſui temporis doctiſſimus & diſertiſſimus) ex Nazianzeno, Cyrillo, Chryſoſtomo, teſtimoniis allatis, Græcos de errore ipſorũ conuicit. Copia poſt hæc abeundi petita: donatus eſt Dux

Manuelis Imp. honores erga illum.

Spiritus ſancti proceſſio.

insigni

inſigni naui ab Imperatore, cum armamentis: ab Imperatrice autem, tanto ſerico villoſo panno (hexamito) vt inde omnem ſuam familiam veſtiret: variiſq; pellibus, Zobelinis præſertim Ruſſicis, in ſingulos.

Nauigabat Acconem (olim, Ptolomaidem) & ab eius Duce (Chriſtianis vrbem tenentibus) humaniter excipitur. Inde iumentis Hieroſolymã defertur: à Templariis & Hoſpitalariis, Hieroſolymam H. Leo venit. *ſolenni comitatu introducitur: ſancta loca deuotus inuiſit: ad Dominicum ſepulcrum, & locum crucis, cæteraq; Dominicæ memoriæ veſtigia, deuotè procumbit: oblationes non paruas fecit. Adhæc portam crucis Chriſti, argento veſtiuit: muſiuo opere parietes ornauit: ad luminaria redditus conſtituit: mille argenti Marcas militibus Chriſti dedit. Montem Sion, vallem Ioſaphat, Oliuetum, Bethlehemum, Nazaretam, Thabor, inuiſit. Rex Amalricus Ducem in Regia ſua duos Menſes magnifice habuit. Antiochiã, à Templariis & Hoſpitalariis deductus, iniÿt. In quo itinere Epiſcopus (cum prius non bene valuiſſet) apud Tyrum deceſſit: ibique honorificam nactus eſt ſepulturam. Lunæburgen. quoque Abbas, Accone defunctus & humatus eſt.*

Henricus, redire domum cogitans, non confidebat Miloni Saraceno: vt per eius regionem tranſiret: licet is beneuolentiam præſeferret. Cum Heracleam minoris Aſiæ perueniſſet: à Turcis etiam hoſpitaliter acceptus eſt: præſertim à Soldano: qui ipſum oſculatus eſt, & conſanguineum appellauit. Heracleamque minoris Aſiæ. *Se enim natum eſſe è filia Principis Ruſſiæ: qui hanc è Teutonica vxore procreaſſet. Placuit Duci vndecunque, & quamuis longe, traducta cognatio. Donauit ei Soldanus auratam tunicam, equos triginta ornatiſſimos, ſex camelos, duos leopardos, & ſeruos: ſingulis denique Henrici militibus, ſingulos equos.* A Soldano honoratus. *Interrogatus ab Henrico: cur non ſe Chriſto, è virgine nato, adiungeret: reſpondit, non eſſe difficile creditu: Deum ex pura virgine carnem aſſumpſiſſe: qui hominem primum, ex terra virgine formaſſet: ſed communem omnium Dominum, non voluiſſe ſe vno ab omnibus honorari cultu.* Religio illius. *At per nullum alium ſalus datur, quam per Chriſtum, Act. 4. Valedixit illi Henricus magna cum gratiarum actione: ac deductus per homines ab illo adiunctos: tranſiit ſolitudinem, in quam Rex Conradus olim fraude Græcorum ductus, ibique deſtitutus, fuerat. Peruenit deinde ad Boſporum Thracium: ac Conſtantinopolim rediit. Ibi rurſus liberaliter acceptus, ac muneratus gemmis reliquiÿſque Sanctorum: Bulgaria & Vngaria fœliciter tranſitis, in ſuam Bauariam* [illegible], *rediit.* Conſtantinopolin H. Leo redit. *Inde Auguſtam veniens, ibi benigne ab Auguſto eſt exceptus. Tandem, ex annua peregrinatione, Brunſuicum reuerſus, domum ſuam reuiſit: Eccleſiamque ibi multis Sanctorum reliquiis, auratiſque ac ſericis veſtibus, exornauit: quas adhuc ſuo tempore Crantzius, in Eccleſia S. Blaſii, ibi primaria, viſas ait.* Et Brunſuicum in patriam.

Hoc 1172. anno, nata dicitur illuſtriſſima Domina Irena: filia Iſaaci Angeli Comneni: qui poſtea 1185. Conſtantinopoli imperauit. Hæc Irena, poſtquam nubilis eſſet facta: in Siciliam miſſa fuit Panormum, vel Panhornum: quippe Rogerio adoleſcenti, Tancredi (τῦ ταγκλ) Regis filio, deſponſata. Irenes Græcæ natiuitas, Angela Comnena. *Quo mortuo: Henricus VI. Imp. Sicilia & Panormo potitus, illam fratri ſuo Philippo, Duci Sueuiæ, anno 1195. deſpondit. Huic ipſa filias aliquot peperit. Cum autem Rex Philippus, anno 1208. Babenbergæ per inſidias occiſus fuiſſet: ipſa, vt viri amantiſſima, magnitudine luctus contabuit: atque in cœnobio Lorchenſi ſepulta eſt. De qua Regina, ex Græcis orta, & in vicina Tybinga regione verſata: nos, amore & profeſſione linguæ Græcæ incitati, plura ſuis locis afferemus. In præſenti, hæc addemus.*

Eam eſſe 1172. anno natam: ab Abbate Adelbergenſis Monaſterÿ Berchtoldo Dyrrhio, (qui ante annos 100. & citra, vixit) literis mandatum fuiſſe: ante biennium ad me ſcriptum eſt.

Cum autem Irenæ pater Iſaacius, anno Chriſti 1185. circiter, Imperium adeptus ſit: eoque poſt 9. A. 7. M. à fratre Alexio deiectus fuerit, anno opinor 1195. atque nondum 40. annos natus, cum Regno pelleretur, à Choniata dicatur: ſequitur, eum anno 1155. natum fuiſſe. Pater illius, Iſaacius Angelus. *Habuit porro duas vxores. Ex earum priore tres liberos genuit: duas filias, & vnum filium. Maiorem filiarum, Monacham fecit: alteram, Irenen nomine, Tancredi filio vxorem miſit. Filium, Alexium appellatum, in ſpem Imperÿ educauit. Altera vxor, fuit Maria: Belæ Regis Vngariæ (qui anno 1173. regnauit) filia: quam nondum 10. annos natam ambiuit. Iam ſi 1155. Iſaacius natus, & filia eius altera Irene 1172. nata, fuit: ipſe vxorem duxerit 15. anno ætatis: & 16. prior filia, 17. vero Irene, natæ fuerint. Alexius puer, aut adoleſcentulus, forte 13. annorum, quando 1203. interiit: circa 1190. fuerit natus: ita, vt illam Vngaricam, quam poſt matrem Irenæ*

duxit Iſaacius: modo poſt 1190. annum duxerit, Ideo ſuſpicor, Irenam aliquanto poſt 1172. annum natam fuiſſe. Sed liberum ſit ſuum cuique iudicium. Temporum ratio, ſæpiſſime à Scriptoribus neglecta, labores mihi facere ſolet.

Genealogia aliquantula, ex Choniata collecta.

Conſtantinus Angelus Philadelphienſis. Vx. Theodora Comnena. —— *Andronicus Angelus. Vxor, Euphroſyna.*
- *Iſaacius. Vx. N.*
  - *Filia N. Monacha.*
  - *Irena noſtra.*
  - *Alexius.*
- *Alexius Angelus. Vx. Euphroſyne.*
- *Theodora, Conradi Marchionis Monferratenſis vxor.*

Nomen Irene, εἰρήνη, pacem ſignificat: quæ eſt vna ex præcipuis virtutibus mulierum. Ab aliis cum aſpiratione ſcribitur: quod mihi non diſplicet. Nam εἰρήνη, à verbo εἴρω eſt: quod συνάπτειν & συμπλέκειν ſignificat, connectere, complicare: vt non immerito dicatur εἰρήνη, pax: à coniungendis in vnum ſenſum animis: qualis conſenſus in coniugio, & prodeſt, & decori eſt.

Εἰρήνη vocabulum.

Mulierum genera decem.

Decem enim genera mulierum Simonides facit.

1 Ἐξ ὑὸς τανύτριχος, *ex ſue ſetoſa, hirſuta*: Säwiſche Haußhälterin/garſtiger Talg.

2 Ἐξ ἀλιτρῆς ἀλώπεκος, *ex vulpe maligna*: Fuchßlüſtig/wil alles wiſſen.

3 Ἐκ κυνὸς λιτυεργῆς, *ex cane maledica*: Hundbäſſig/Zanckeiſen.

4 Γηΐνη, *terrea*: Faul vnd freſſig.

5 Ἐκ θαλάσσης, *ex mari*: wanckelmütig/jetzt ſchmeichlich/jetzt vnleidlich.

6 Ἐκ σποδιῆς, καὶ παλιντριβέος ὄνου, *ex cinere, & aſino doſſuario*: Träg/Kuchenſchläckerin/eins jeden Bulſchafft.

7 Ἐκ γαλῆς, *ex muſtela*: Sawerſenff/diebiſch/neidiſch.

8 Ἐξ ἵππου ἁβρῆς, *ex equa delicata*: Hochfertig/alle Tag geſtriegelt vnnd auffgemutzt/ſchädliche Haußhälterin/wann der Mann nicht eines Graffen Gut hat.

9 Ἐκ πιθήκου, *ex ſimia*: ein heßlicher vnlieblicher Mutz.

10 Ἐκ μελίσσης, *ex ape*: Häußlich/keuſch/from/ein zierd vnd frewd deß Manns. *Ad quod genus noſtram Irenen referamus.*

Criſac.

Krantzius 7. Metropol. 17. Irenam, Criſac & Ceciliam vocat. Hæc ego, vulgo tunc vſurpata & corrupta, ſic intelligo. Criſac, τοῦ κυροῦ ἰσαάκ, Domini Iſaac. ſcil. filia. Quando legati aut nuntij Græci, è Conſtantinopoli aderant Hohenſtauffæ, & alibi: audiebantur ex eis voces tales, vt credo: ὁ κυρισαάκιος, Dominus Iſaacius Imperator, pater Reginæ Irenes. Homines Germani talia audientes: ipſam vocarunt Criſac. Cæcilia, ἐκ σικελίας, ex Sicilia, ſcil. per Philippum Sueuum adducta.

Cæcilia.

Erina.

Fuit & Erina dicta. Vnde intelligitur, vocalem η tunc etiam per ι pronuntiatam fuiſſe: vt corruptio linguæ Græcæ, antiqua ſit.

Maria.

Appellata denique Maria fuit: &, Maria Græca. Atque ipſa ſe appellauit Mariam, vt aliquando cognoſcetur.

Error igitur eſt in Ioan. Pomarij, Magdeburgi concionatoris, cætera egregio Saxoniæ Chronico. Philippus/Keyſer Friderichs Sohn/nam Armgart/deß Königs von Dalmatien Tochter. Die gebar jm zwo Töchter. Die eine hieß Ethiſa/die nam ein Hertzog der Griechẽ. Die ander Tochter Beatrix/nam nach ſeinem Todt Keyſer Otten/da der Keyſer blieb.

REX HIEROSOLYMÆ VII. BALDVINVS IIII. ITALORVM CONSPIRatione inualeſcente: Imp. Friderici quinta in Italiam expeditio. Eremitani Alemanniæ cœnobij Abbates. Chriſtiani Archiepiſcopi res in Italia geſtæ. Friderici, rebus non ſuccedentibus, inde in Germaniam reditus. Henrici Leonis, qui Imperatorem deſeruerat, mulctæ. Sexta profectio Friderici in Italiam. Hildesheimen. Epiſcopus Adolocus. Friderici clades à Mediolanenſibus: & Venetijs cum Pont. Alexandro pacificatio. Ducis Veneti cum Thethye quotannis deſponſatio. Abbas Hirſaug. Conradus.

CAPVT VIII.

Italorum renouata coniuratio contra Imp. Fridericum.

ANno 1173. Fridericus, compoſitis rebus domeſticis, & re pecuniaria per otium prouiſa: non obſcure ferebat, quin ad vlciſcendũ Italicorum contra ſe conſpirationem profecturus eſſet. Ipſi ergo

Ipſi ergo moderatores coniurationis, conuentum Mutinæ agentes, 6. idus Octobr. ſacramentis iuratis, firmiſſime ſocietatem ſuam aduerſus Fridericum corroborarunt: & rationes belli ſuſtinendi inierunt. Sigon.

Hoc anno acies igneæ in cœlo conſpectæ ſunt. Etiam tonitrua, Cal. Ianua. crebra audita, ac diuerſa loca, ſacra & profana, diris fulminibus tacta. Conr. Lycoſth. oſtentorum Chron.

Meteora.

Electus fuerat anno 1171. Einſidelenſis Abbas à conuentu, VVernherus II. comes à Dockenburg: & eodem anno, VVarinus Sangallenſis Monachus, comes à Rapperſuuil, ab Aduocatiæ præfecto, Rudolpho fratre ſuo, Rapperſuuilenſi comite. Hi ambo contenderunt de dignitate per biennium. Verum anno 1173. Seckingam veniens Imp. Fridericus: habito conſilio & conſenſu Principum, vtrumq; gradu deiecit: locoque eorum VVernherum III. deſignauit. Sub quo 19. annis, cœnobium Eremitarum CC. Marcis ditius factum eſt. Bruſch. & 6. Stumpf. 21.

Einſidelenſes Antiabbates.

Erat Salisburgenſis Archiepiſcopus Adelbertus: filius Ladislai, Bohemiæ Regis. Eo ſummoto: Imperator Henricum, Berchtolgadenſem Præpoſitum, ſubſtituit. Auent. & Munſt.

Hieroſolymas regebat VII. Rex Balduinus IIII. Amalrici F. puer 9. annorum: pulcher, ingenioſus, μνημονικὸς, ἱππικὸς, hiſtoriarum amans. Progreſſu ætatis in Elephantiaſin incidit.

Hieroſolymæ 7. Rex Balduin. 4.

Anno 1174. Chriſtianus, exercitu ex Marchia in Ducatum Spoletanum ducto op. Interamnam, Pontifici adhærens, expugnauit: magnaque ex parte diruit. Romaniæ populi aliquot, à fœderatis ſollicitati, & ipſi in eorum partes tranſierunt. Fridericus has conſpirationes ægerrime ferre. Cogitare, Italiam hydræ inſtar eſſe: quæ, exciſo Mediolano, ceu capite: ſubito Alexandriam & Bononiam effuderit. Si leniter agat: breui tota Italia cedendum fore. Delectibus igitur militaribus (Sigon. Scriptore) maximis habitis: omnibusq;, quæ ad maximum bellum gerendum neceſſaria eſſent, comparatis: Henrico Leone aſſumpto, 3. nonas Septemb. per montem Ciniſium in Italiam tranſgreſſus: terrorem & fugam, quacunque iret, effecit. Seguſionem, imperium detrectantem, euertit: Haſtam, metu expugnationis exterritam, in poteſtatem redegit. Cremonenſes etiã, & Dertonenſes, ad illum extemplo ſe retulerunt. Chriſtianum iuſſit ex Vmbria ad oppugnandam Bononiam accedere: ipſe Alexandriam ſibi premendam ſumpſit. Subuenientibus Mediolanenſibus ac ſociis, obuiam iuit, conflixit, pulſus eſt. Poſtea, in Alexandriæ obſidione hyemem perſeuerauit.

Hydræ ſimilis, Italia.

Quinta Friderici tranſalpinatio.

Anno 1175. Imperator, quoniam à Pont. Alexandro fuerat excommunicatus: perſequebatur ipſum verbis, ſcriptis, & armis: omnesq;, cum illo ſentiẽtes. Ideo magna fuit in Alemannia, totoque Imperio, perturbatio. Etiam Hirſaugienſis Abbas Rupertus, & Monachi eius, à Pontifice aperte ſtabant. Ea propter plurimum moleſtiarum ipſis exhibitum fuit ab Imperatoriјs. Trit.

Alexandrum P. exagitat.

In Italia, tempore verno Mediolanenſes, vt Fridericum ab obſidione Alexandriæ auerterent: agrum Papienſem ingreſſi, Bronum & Sannazarium diruerunt: atque ipſam vrbem, confluentibus coniuratorum copiis, oppugnare acriter cœperunt.

Fridericus in oppidum Alexandriam, cuniculum laborioſiſſimum per multos dies occulte egerat. Nocte Paſchatis CC. ſtrenuos viros in cuniculum immiſit: qui concubia nocte, patefacto cuniculo, irrumperent: portaſque, ſtationibus cuſtodum oppreſſis, aperirent: & exercitum introducerent. Verùm oppidani, monitu excubitorum, inuaſores cõtrucidarunt: cuniculum obſtruxerunt: eruptione facta, Imperatorem in fugam dederunt: præda ingenti potiti ſunt: caſtellum ab illo factum, vrbi imminens, deleuerunt. Ideo Alexander, honoris gratia Epiſcopum Alexandrinis conceſſit: Epiſcopum Papienſem (quia Fridericus Papiam redierat) contumeliæ cauſa, crucis & palliј dignitate priuauit. Sigon.

Cuniculus, fruſtrà in Alexandria obſidione factus.

Tum Henricus Leo, nepos Imperatoris ex fratre (habens quinq; millia equitum, Auentin.) ipſum deſeruit (pecunia corruptus, ſuaſu Iordani Truchſaſſiј, Auentin.) magnam Germanorum partem ſecum abducens. Quomodo? ſumpta occaſione (inquit Vrſpergenſis) ab excommunicatione. Quid ſi etiam appetitione Imperiј: cum illum iam ſemel atque iterum offendiſſe videret? Quem ſecutus Imperator ad lacum Cummanum: ibi prope ad pedes eius accidit: orauit, ne ſe tempore tam neceſſario derelinqueret. Vetans ille, negauit præciſe. At fertur dixiſſe quidam Ducis Miniſter: Sinite Domine, vt corona Imperialis veniat vobis ad pedes: quia veniet & ad caput. Repulſa hac lata: Fridericus in caſtra reuertit. Interuentu poſtea Cremonenſium conſulum, menſe Iunio induciæ quadam inter Imperatorẽ & fœderatas ciuitates conſtitutæ ſunt. De pace conueniri non potuit: Pontifice bona Eccleſiæ, & ciuitatibus iura proxima, re-

H. Leonis defectio ab Imperatore.

Induciæ inter Imp. & Ciuitates.

Chriſtiani Antiſtitis ſtrenuitas.

ma, repoſcentibus: Auguſto vero abnuente. Interea Chriſtianus, aditus Tuſcis in agrum Bononienſem aperiendi cauſa, Sancaſſianum oppidum obſedit. Sed ei quibuſdam coniuratis ciuitatibus ſuccurrentibus, receſſit: & equites aliquot illarum, ex inſidijs oppreſſit: multaſq; villas incendit: donec de induciis factis inaudiuit.

Fidericus deinde exercitum, in patriam redire auentem, dimiſit: ac maximo cum labore (auxilio præſertim Taurinenſium & Nouarienſium) per montem Iouis ex Italia in Burgundiam venit, patriam vxoris ſuæ: interdum ſeruili tunica ſe occultans: & more ſerui, equos curans. Cum in Alemanniam reueniſſet: Ducem Henricum, proditionis & læſæ maieſtatis reum citauit. Is enim prius crimen nouo auxerat: quòd ſcilicet ante Imperatorem reuerſus in Sueuiam, coniurationem contra ipſum fecerat: tractis in ſocietatem Zollerenſibus, Veringenſibus, aliiſque nobilibus Comitibus. Cum autem iterum atque iterum illum Imperator citaſſet, ad obiecta reſponſurum: quidam Principes & Barones, Henrici fautores, eum alibi, quàm ſuis in finibus, iudicari poſſe negabant. Tunc quidam nobilis ſurgens, ſingulari certamine ſe probaturum profeſſus eſt contra quemuis: fas eſſe Imperatori, in quocunque loco Imperij velit, in iudicium vocare quemuis Principem. Nemine autem ſe ad pugnam offerente: ſententia hæc obtinuit, vt perpetuo iure ſeruaretur. Ita Henricus, damnatus eſt: Gamundia, Sueuiæ ciuitate, proſcriptus: ac Ducatus eius Bauaricus, Othoni Palatino VVittelſpachio: Saxonicus, nobili viro Bernhardo Anhaltino, attributus eſt. Otho, auxilio fratrum ſuorum (Conradi Saltzburgenſis, ac poſtea Moguntinenſis, Archiepiſcopi: & Othonis, quem fecit Palatinum: cuius filius poſtea Regem Philippum interfecit) Noricum fortiter obtinuit, Henrico inde eiecto. Bernhardus, Saxoniam itidem occupauit: auxiliantibus, Colonienſi & Moguntino Antiſtitibus, Turingiaque Landgrauio. Expulſus, in ciuitatem Brunſuigam profugit Leo: ex qua expelli non potuit. Auentinus tamen libro ſeptimo ſcribit: ab Auguſto in Angliam, cum vxore & liberis expulſum fuiſſe. Gratiam verò poſtea aliquam, factam: filio natu maiore, obſide capto: Vico Brunonis & Luneburgo, redditis. Bona eius Imperator multis diſtribuit: in primis patruo eius auunculo ſuo, VVelphoni: quæ tamen Imperatori poſtea ceſſerunt. Vrſpergenſis. Ita potentiſſimus ille Leo: qui à ſinu penè Hadriatico, vſque ad Germanicum Oceanum, Bois, Sueuis, Rhætis, Vindelicis, Noricis, Caucis (teſte Auentin.) dominabatur: vno anno, leui momento, oppidis amplius centum, plurimis caſtellis & vicis, exutus eſt. Ab eo dicuntur deſcendere Duces Brunſuicenſes: ſicut ab Othone VVittelſpachio, Bauariæ Duces, & Palatini Rhenani, hodierni.

Friderici reditus domum.

Gamundiæ damnatus & proſcriptus, H. Leo.

Bauaria, ei per Othonem VVittelſpachium erepta. Saxonia autem, per Anhaltinum Bernhardum.

Ita & maximis facultatibus exutus eſt.

Fridericus ſextũ redit in Italiam cum exercitu.

Breui poſthæc, in Italiam Auguſtus rediit: cum vxorem Comi reliquiſſet: & bellum poſt exactas inducias redintegrare conſtituiſſet. Ea re occultè exercitum ſuum è Germania euocauit. Sigon.

Teccenſis Dux primus.

Hoc tempore viuebat Albertus, primus Teccenſium Dux: qui 1179. obijt. Quo anno viuebant Comites: Caluenſis Conradus, Achalmenſis Albertus, VVirtembergenſis Ludouicus (qui in Aula Imp. Friderici fuit) quo natus eſt Henricus: atque hinc, Vlricus & Eberhardus. Sup. lib. 10. cap. 12.

Goslarienſis Adolocus.

Adolocus, Præpoſitus Goslarienſis, lectus eſt Hildesheimenſis Epiſcopus: qui rexit Epiſcopatum annos 15. & aliquot menſes. Emit, conſentiente Barbaroſſa, comitatum Homburgenſem. Secutus eſt poſtea 1189. Imperatorem in Aſiam: domumque cum aliis Germaniæ Principibus reuerſus, ſequenti anno obiit. Sepultus in crypta ſumma Baſilica. Bruſchius.

Anno 1176. ingens erat frigus à natali Domini, vſque ad purificationem Mariæ.

Italorum repetita conſpiratio.

In Italia, coniurati nouo iuramento ſe inuicem obligarunt: ad defenſionem Alexandriæ: ad acerbè bellandum contra Fridericum, contra vxorem eius Beatricem, contra filium Henricum, contra Marchionem Montisferrati, contra comites Blanderati, cæteroſque ſocios, vt ſe aut à duro Germanorum imperio (vt ait Sigonius) in perpetuum vindicarẽt: aut æternum ſeruitutis iugum ſubirent.

Cum ad vicum agri Seprienſis, nomine Lignanum, Imperator cum exercitu veniſſet: Mediolanenſes 9. Calend. Iun. obuiam profecti ſunt: cum præter cæteras copias, haberent etiam duas firmiſſimas cohortes: vnam 900. lectiſſimorum militum: qui à morte nomen habebant (tanquam morituri potius, quàm hoſti ceſſuri. Sic enim coniurarant) alteram 300. fortiſſimorum circa Carrocium (nouum enim reparauerant) iuuenum. Prælium 3. Calen. Iun. fortiſſimè

commiſſum

commiſſum eſt: Germanique ad Carrocium vſque illati, vexilla inde detraxere: ſed à duabus illis cohortibus repulſi ſunt: aquilaque Imperatoria, Aquilifero interfecto, in manus eorum peruenit. Imperator, iam ſtrenui militis munere fungens, manum ipſe conſeruit, animosè ſuos exemplo, & verbis cohortans: donec, equo ſuffoſſo, deiectus eſt. Tum Germani cedere. Interiere multi Germani, Papienſes, Comenſes: præda ingens, caſtris captis, Mediolanum aſportata. Imperator, ab vxore, quæ Comi erat, pro mortuo comploratus: quinto die poſt, præter omnium ſpem incolumis eo rediit: ac Chriſtianum, qui paulò antè Bononienſium copias profligauerat, cum exercitu ad ſe acciuit.

Fridericus, à Mediol. victus, caſtris etiam amiſſis.

Hac clade accepta: Fridericus animum ad pacem cum Alexandro faciendam (cohortantibus præſertim ſummis viris, maximæ apud eum auctoritatis) applicuit: miſſaque legatione ſplendidiſſima (cuius Princeps erat Antiſtes Chriſtianus) ad Papam, qui Anagniæ erat, de compoſitione egit. Poſt multas actiones, pax facta eſt pridie Cal. Aug. dantibus Cæſare & Papa pacem inter ſe perpetuam: Cæſare pacem VVilhelmo Siculo 15. annos, Lombardis inducias 6. annorum, dante: pacem etiam Imp. Græco Manueli concedente: & Chriſtiano Archiepiſcopatum Moguntinum, Philippo Colonienſem, retinentibus: Imperatrice quoque Beatrice, & R. Henrico, in ea pace comprehenſis. Sequenti 1177. anno, Papa Venetias profectus eſt: vbi à Sebaſtiano Ziano Duce, Henrico Patriarcha Gradenſi, ac Senatu vniuerſo, honorificentiſſimè eſt exceptus: atq; ad ædes Patriarchæ, tunc Venetias incolentis, deductus. Prima Quadrageſimæ Dominica, in Baſilica D. Marci rem diuinam fecit: concionem, præſentibus Duce & Senatu, habuit. Quarta Dominica, roſam de more ſacratam Duci præſenti donauit. Fridericus Imp. 9. Kal. Aug. Rauenna Clodiam, inde ad Monaſterium S. Nicolai, acceſſit. Ibi ipſe, Archiepiſcopi, Epiſcopi, & alij Germanici Regni Principes, iuſſu Alexandri, ab anathemate per Epiſcopos & Cardinales expiati ſunt. Quo facto benigno Veneti Ducis, & totius ciuitatis, occurſu exceptus eſt: & ad palatium Ducis, vbi hoſpitaturus erat, deductus. Inde ad continentem palatio S. Marci Baſilicam progreſſus: vbi Papa cum Cardinalibus & Epiſcopis ex compoſito ſedebat: ei reuerentiam & pedum oſculum exhibuit: atq; ab eo pacis oſculum retulit. Inde, dextrum tegens Alexandri latus, ædem iniuit: vbi canticum D. Ambroſii à Clero decantatum eſt: & à Pontifice Auguſtoque, ad maximam aram preces peractæ. Poſtea Fridericus in hoſpitium abiit. Poſtridie, natalitiis S. Iacobi, pontifici, poſt rem ſacram peractam palafridum aſcendenti ſtrepam tenuit. Calliſtus Antipapa, 5. Cal. Aug. veniens ad pedes Alexandri, ſe honore abdicauit. Sunt & induciæ, & pax (de quibus ante est dictum) Venetiis nomine Imperatoris iuratæ. Manſit diu Venetiis Fridericus: pacem 15. Cal. Octob. Epiſtola etiam ad Alexandrum firmans: ac poſtridie Rauennam, indeq; Parmam, abiit. Tum Romani quoque, exemplo Friderici moti, cum Alexandro in gratiam rediere: qui ita demum Romam regreſſus eſt. Sequenti 1178. anno, Imperator Parma Genuam, cum coniuge Beatrice, & Henrico filio, ſe contulit. Vnde, ampliſſimè honoratus ac donatus, Mediolanum perrexit: & ibi incredibili honore, iniuriis in ſpeciem obliteratis, celebratus eſt. Inde, Comenſi itinere in Germaniam tranſiit: Chriſtiano ad res Italicas moderandas, & in fide continendas, relicto. Hæc, ſed multo copioſius, apud Sigonium lib. 14. de Regno Ital. ſunt: quæ ipſe ex veterum commentariis, & literis ipſius Alexandri, profert. Quibus nunc breuiter ſubiiciam ea, quæ haud paulò ſecus ab aliis expoſita ſunt.

Ad pacificationem cum Papa incumbit.

Pax, tandem facta.

Papæ profectio Venetias.

Friderici & ſuorum, ab anathemate abſolutio.

Sic, Venetiis honoratus.

Calliſtus Antipapa Alexandro P. ſubiectus.

Mediolani honoratus Imperator, & in Germaniam reuerſus.

Hæc hactenus, ex Sigonio.

Papam Alexandrum, Friderico cum exercitu Romam verſus tendente, Venetias habitu coqui profugiſſe: ibiq; latuiſſe, dum Duci indicatus eſſet: deinde, honorifice habitum eſſe. Quem cùm à Venetis nequicquam poſceret ſibi dedi Fridericus: miſiſſe longas naues 75. cum filio ſuo Othone contra Venetias. Sed hunc à Duce Ziano, ſuperata claſſe, captum eſſe. Quem à victore dimiſſum, impetraſſe à patre: vt Venetias iret, ac pacem cum Pontifice iniret. Sic factũ eſſe: Friderico in Templo D. Marci, pedibus Alexandri calcato: dicentis, ſuper aſpidem & baſiliſcum ambulabis. Principem reſpondiſſe: Non tibi, ſed Petro. Papam rurſus deprimendo collũ illius, dixiſſe: Et mihi, & Petro. Venetis poſtea priuilegia quædam, ab Alexandro conceſſa eſſe. Vt funale candidum, ſolis Rom. pontificibus vſitatũ: poteſtatem literas plumbo (quod, ſolius Papæ) obſignandi: tertiam ſedem in Theatro Rom. Pontificis: in aſcenſione Domini, plenariam remiſſionem peccatorum in perpetuum, in fano S. Marci, &c. Sed ex ſententia Sigonij (quæ mihi admodum veriſimilis videtur) non potuit Otho, ætate puer, claſſi præeſſe: cum Henricus, fratrũ natu maximus, tantùm vndecim tunc annorũ (ſupra anno 1165 natus) fuerit: eumq; ſecutus ſit frater Fridericus: Otho autem poſteriore tempore ſit natus. Fortè Otho, vt imago patris Friderici Imp. non

Nunc, aliter ab aliis expoſita.

Priuilegia Venetis ab Alex. P. conceſſa.

autem, vt Dux claſſis, adfuit. Certè tamen claſſibus dimicatum fuiſſe, etiam Mediolanenſium rerum Scriptor Bern. Corius ait, his verbis: poco lunghe dal promontorio di Salborio, con grand' fu commeſſa la battaglia. Laqual alle genti Venetiane finalmente voltandoſi beniuola: quaranta otto naue, con la Regale trireme rimaſero prigioni. In modo, che otto con molti prencipi prigioni, fu condotto à Venetia.

IAM Epigrammata quædam ex libro octauo, Franciſci Sanſouini, Vrbem Venetam deſcribentis: quæ picturis nella Sala grande del palazzo publico ſubiecta ſunt: hiſtoriam Barbaroſſæ Italicam continentia.

I.

Hiſtoria Barbaroſſæ, Venetiis picta & ſcripta.

ADRIANVS PONT. MAX. FEDERICVM ENOBARBVM, Romani Imperij inſignibus in D. Petri decorauit. M.C.L.V.

II.

ROMANI FAMILIAM IMPERATORIS, à prato Neronis profecti ad motem Adriani, aggrediuntur, ad tentorium vſque Imp.

III.

ALEXANDRVM III. PONT. MAX. RITE creatum, & Octauianum vitio factum, Imper. Fridericus Ticinum euocauit. Alexander dicto eius audiens non fuit. Itaque Fridericus id ægrè ferens, Octauianum, qui ad ſe iit, Pontif. declarauit, ac veneratus eſt.

IIII.

INSOLENTES FEDERICI CONATVS Alexander Pont. anathemate & bello indicto deprimit, & propulſat. Federicus Imper. iniquo edicto ſubditos ſuos ab Alex. Pontif. alienat.

V.

De Ludouico Gall. Rege.

PRAETVLIT REX INCLYTVS BELLVM QVIETI: vt Pontificis dignitatem tueretur. Parantur vtrinque arma. Adſunt Federico Boëmi, Daci, Getæ, Germani, & Itali. Regi Franciæ fauent Anglici, Britanni, Flandrenſes, Burgundienſes, & Vaſcones.

VI.

P. Alexandri Venetias fuga.

PONTIFEX, NE TOT CHRISTIANORVM MILLIA, ſua cauſa hoſtiliter confligerent: celata perſonæ dignitate, è medio exceſſit: Venetiasque liberam vrbem ſe contulit, gregarij Sacerdotis habitu: fuitque hic ſeptuageſimusſeptimus, ſupra centeſimum ac milleſimum, eo, qui fuit humanæ ſalutis.

VII.

PRIMA NOCTE DECLINAVIT APVD CANONICOS S. Saluatoris. Qui duxerunt eum ad Monaſterium S. Mariæ charitatis: ibique in forma . . . . ſeruiebat.

VIII.

QVIDAM PEREGRINVS, nutu Dei ex voto venerat Venetias. Qui dum viſitaret Eccleſiam ſupraſcriptam S. Mariæ de charitate: cognouit Papam. Notificat illuſtri Domino Sebaſtiano Ziani, tunc inclyto Venetiarum Duci: qualiter ſumus Pontif. eſt in tali Eccleſia.

IX.

DVX, CONSILIARII, Nobiles, & tota Venetiarum ciuitas, ſimiliter Patriarcha Gradienſis, & Epiſcopus Caſtellanus: cum toto clero perueniunt cum crucibus ad D. Papam, dubitantem de tanto concurſu. Deuotiſſimus Dux, genibus flexis dedit oſcula ad beatiſſ. pedes: præſentans chlamidem, mitram, & ornamenta pedum: & confortans, vt metu depoſito, aſſumeret animum, & Pontificalia ornamenta: quia eſt in vrbe tutiſſima, libera, & potente.

X.

DVX VNIVERSO POPVLO COMITANTE, ad altare Eccleſiæ ſancti Marci, Papam

Papam cum cantibus & deuotione perducit. Vbi perſonam, facultatem, magnitudinem ciuitatis, & totum dominium, in protectionem ſuam & Eccleſiæ, contra quoslibet offert, &c.

XI.

PAPA præſtat Duci cereum album: quo ipſe, & ducantes poſt eum, perpetuo in ſuis proceſſionibus vterentur. Cereus albus.

XII.

PRO pace tractanda mittuntur ad Imperatorem, tum in Apulia reſidentem, ſolemnes Ambaſciatores, cum literis Ducalibus: quas Papa mandat per Ducem muniri bulla plumbea, cum figura S. Marci atq; Ducis.

(Vult Sanſouinus, Venetos ſigillo plumbeo vſos eſſe ab antiquo: non modo ab Alexandro accepiſſe.)

XIII.

IMPERATOR primo Ambaſciatores lætanter recepit. Sed audito, quod venerant ad tractandum pacem: rigidè reſpondit, quod Papam fugitiuum ſibi tradant: & nolint facere guerram alienam, ſuam: nec ſuſtinere, quem totus Mundus ſequitur. Alioquin parare ſe ad bellum.

XIIII.

LEGATI referunt Papæ & Duci rigidum Imperatoris reſponſum. Papa plurimum expauit. Sed benigniſſimus Dux ipſum hortatur, dicens: ob reuerentiam fidei catholicæ, & ſanctæ matris Eccleſiæ, viriliter defendetur.

XV.

HORTATVR Alexander Pont. Max. Principem & Venetos: vt cum 30. triremibus, publicè ad bellum inſtructis, pro pietate & religione fortiter in hoſtem moueant, datque inclyto Duci, & ſucceſſoribus, enſem perpetuum iuſtitiæ inſigne habendum: cæteris ad bellum euntibus, pleniſſimam dat veniam.

XVI.

POSTQVAM trepidè nuntiatum eſt: quinque & ſeptuaginta hoſtium triremes, Othonis Imp. filij ductu ventare: tum Venetus Dux circa Salbloicum Hiſtriæ promontorium, ſuos ad pugnam hortatus, edicit: vt, cum ferrum à ſe in hoſtem vibratum viderint, ſuo exemplo dimicarent.

XVII.

ATROX vtrinque prælium committitur. Demum Dux fortiſſimus, diuina ope, Venetaque virtute nixus, Imperatoria claſſe diſiecta, Othonem cum triremibus 60. capit. Reliquis, præter paucas, quæ celeri fuga abierant, aut igne abſumptis, aut alto mari depreſſis. Naualis pugna, & Othonis captiuitas.

XVIII.

COMPLECTITVR lætabundus Pontifex Venetum Ducem, inclytam victoriam reportantem: & pelagi dominum ſalutat. Tradit & annulum, quo ille & reliqui Principes, in veri perpetuiq; Imperii argumentum quotannis ipſum ſibi mare deſponſarent.

XIX.

OTHO Imperatoris filius, diuina motus voluntate, ſe futuræ pacis cum Federico patre arbitrum Pontifici & Venetis pollicetur. Atq; ita fide ab eo accepta, cuſtodia liberatur.

XX.

LAETATVR Imperator, viſo filio. Cuius cōſtantia, quod alioqui abhorruerat animus, tandem victus, ei tractandæ pacis tribuit poteſtatem.

XXI.

CVIVS pictura argumentum ponitur à Sanſouino. Pontifex ductus cum Imperatore in Templum S. Marci: facta inter eos pace, adoratus ab ipſo: gli metteua il piede ſul collo, per ſegno di ſuperiorità: ponebat pedem ſuper collum eius, in ſignum ſupereminentiæ.

IMPERATOR Othoque filius, hic pridie feſto, ille Chriſtianæ aſcenſionis die, triremibus Venetias aduecti: eodem die cum Rom. Pont. Venetoq; Duce, pacem firmarunt.

XXII.

OPERATVS ſacris in diui Marci æde Alex. Pontif. omnibus Dominicæ aſcenſionis diebus

diebus intra binas veſperas F. . . . . adeuntibus plenam delictorum veniam perpetuò conceſſit: ſeptima peccatorum parte per octauam frequentantibus remiſſa.

XXIII.

Vmbella.

LITERAE euanuere: pictura argumentum eſt, quod vmbellam (galeri genus) conceſſit Papa Duci, & ſucceſſoribus eius.

XXIIII.

PROFICISCVNTVR hinc Romam, cum celeri equitatu Alex. Pont. Imperator, & Dux Venetus. Quibus ibi appropinquantibus, omnes ſupremi ordinis Antiſtites, cum toto clero prodierunt obuiam. Sequuti Primores ciuitatis . . . . totaque nobilitas. Poſtremo, multitudo ingens ſtudio effuſa, venientes cum multa lætitia & veneratione excipit.

XXV.

Veneti Ducis inſignia Pompa.

OBTVLIT Romanus populus Alexandro ingreſſo, octo varij coloris vexilla, totidemque argenteas tubas: quæ dignitatis ornamenta vltro Pontifex Veneto Duci detulit: quibus ipſe, & omnis Ducum poſteritas, ſolemni pompa vterentur.

XXVI.

INVISIT Alex. Pontif. Lateranenſem Baſilicam, cum Imperatore & Veneto Duce. Hic cum fortè ſella eſſet vna Pontifici, altera Friderico Imperatori, ſtrata: tertiam Veneto Duci ſterni iuſſit: deditque tam illi ad curulis ſella inſigne, quàm poſteris Venetorum Ducibus, perpetuo habendam. Hæc hactenus.

Annulus aureus, Venetis arrha maris.

In hanc ſententiam Sabellicus quoque libro 7. Decad. 1. rerum Venet. ſcribit, addens & hoc. Duci Ciano reuerſo, Pontifex primo victoriam gratulatus: inde annulum porrigens aureum, Accipe, inquit, Ciane: & me auctore ipſum mare, hoc tibi pignore obnoxium reddito: quod tu tuique ſucceſſores, quotannis ſtato die ſeruabitis: vt omnis poſteritas intelligat: maris poſſeſſionem iure belli veſtram eſſe quandoque factam: atque vti vxorem viro, ita illud veſtro ſubiacere imperio.

Fœmina formoſa, eſca ſtultorū.

De Othone, Noribergenſe M. Scr. Chronicon Germanicum, Cæſar Fridericus, inquit, Papa Venetias fugato, Venetis bellum intulit. Tunc illi ludum quendam formoſarum fœminarum in mari inſtituerunt. Eas capere Cæſaris filius volens, captus eſt. Quæ clades coëgit Cæſarem, liberandi filij cauſa facere ea, quæ Papa volebat. Ita pax eſt facta. Hæc Noriberga acta ſunt: & inde literæ, Venetias miſſæ. Sic, ibi. Sed fortaſſe fabula vulgi fuit.

Columba alba.

Addatur & hæc Monaſtica. Petrus vnioculus, Abbas Claraualliſ, veniens in infirmarium (anno 1177.) vidit columbam niue candidiorem ſuper humero Monachi. Quam cum Monachus vellet comprehendere: ipſa tranſuolauit in ſinum Abbatis: & per aperturam tunicæ egreſſa: roſtro in aure eius fixo, dixit ei benignè: para te, para te, para te. In nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti, mandat tibi beatus Bernhardus: vt facias pacem inter Papam, & Imperatorem Alemanniæ. Paruit, & pacem inter eos fecit. Vincent. Specul. lib. 30. cap 36. Ita tandem ceſſauit Schiſma multorum annorum.

Hirſaug. Abbas Conradus. Kilberg. Comes Hermannus.

Eodem hoc 1176. anno, mortuus eſt 12. Kal. April. Hirſaugienſis Abbas Rupertus. Succeſſit ei XIX. Abbas, Conradus: Monachus huius cœnobij, Hermanni Comitis de Kilberg frater, Sueuus. Noluit ab Epiſcopo Spirenſi conſecrari: quod is Friderico Imp. excommunicato adhæreret: ſed à Bambergenſi Epiſcopo ordinatus eſt. Ingenio miti & humili. Præfuit A. 12. M. 3. D. 8. Trit. & alibi.

Herrenalbenſiū Monachorum Diploma.

DIPLOMA PONTIFICIVM HÆRRENALBENSIS COEnobij. Scriptiones Impp. Græci Manuelis, & Latini Friderici, inter ſe. Friderici domum ex Italia reditus. Chriſtianus, Mogunt. Archymiſta, in Italia captus. Andlouienſis Abbatiſſa Heldvvigis. Vndecimum haſtiludium, Coloniæ. Monhaimij Barones. Iſſungi, patricij Auguſtani.

CAP. IX.

ANno 1177. æſtas erat nimis feruida: ac parum pabuli frugumq́; natum eſt. Lycoſth. Eclipſis Solis, idib. Septemb. hora 6. Vincent. Spec. lib. 30. cap. 21.

Priuilegium Alex. III. Hærrenalbenſi Sueuiæ Monaſterio datum.

„ *Alexander Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei: dilectis filiis, VLRICO Abbati Monaſterii ſanctæ*

ſanctæ Mariæ de Alba, eiuſque fratribus: tam præſentibus, quam futuris, regularem vitam profeſſis, in P. P. M. (perpetuam memoriam) Religioſam vitam eligentibus, Apoſtolicum conuenit adeſſe præſidium: ne fortè cuiuslibet temeritatis incurſus, aut eos à propoſito reuocet: aut robur (quod abſit) ſacræ Religionis infringat. Ea propter, dilecti in Domino filij, veſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus: & præfatum Monaſterium, in quo diuino eſtis obſequio mancipati, ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus: & præſentis ſcripti priuilegio communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes: vt ordo monaſticus, qui ſecundum Domini, & beati Benedicti regulam, & inſtitutionem Ciſtertienſium fratrum, in eodem Monaſterio inſtitutus eſſe dinoſcitur: perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obſeruetur. Præterea, quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona, idem Monaſterium in præſentiarum iuſtè & canonicè poſſidet: aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis iuſtis modis, præſtante Domino, poterit adipiſci: firma vobis, & illibata, permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipſum in quo præſcriptum Monaſterium conſtructum eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis.

Grangiam in Otterſvvilere.
Grangiam in Raſteten.
Grangiam in Ortenchez.
Grangiam in Augia.
Grangiam ſuperiorem & inferiorem in Malſca.
Grangiam in Scibenhart.
Grangiam in Bretehi.
Grangiam Egge.
Grangiam Moſenbrunnen.
Grangiam in Vbeſtat.

Cum omnibus appendiciis ſuis, agris ſcilicet, pratis, ſyluis, paſcuis, cultis & incultis.

Sanè laborum veſtrorum, quos propriis manibus aut ſumptibus colitis: ſiue de nutrimentis veſtrorum animalium, nullus omnino à vobis decimas præſumat exigere.

Præſenti quoq; Decreto ſancimus: vt nullus infra dimidiam leuguam à Monaſterio veſtro ædificare præſumat Eccleſiam: de qua Religio & quies veſtra meritò poſſit turbari.

Liceat quoq; vobis Clericos vel Laicos è ſeculo fugientes, liberos & abſolutos ad conuerſionem recipere: & in veſtro Monaſterio abſq; contradictione qualibet retinere.

Prohibemus inſuper, vt nulli fratrum veſtrorum, poſt factam in loco veſtro profeſſionem, fas ſit de eodem loco abſq; licentia Abbatis ſui diſcedere. Diſcedentem vero ſine communium literarum veſtrarum cautione nullus audeat retinere.


Paci quoq; & tranquillitati veſtræ paterna ſollicitudine prouidere volentes: auctoritate Apoſtolica prohibemus: vt infra clauſuram locorum ſeu grangiarum veſtrarum, nullus violentiam, vel rapinam ſiue furtum, committere: aut ignem apponere, ſeu hominem capere vel interficere, audeat.


Decernimus ergo, vt nulli omnino hominum liceat præfatum Monaſterium temere perturbare: aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare. Per omnia, integra & illibata ſeruentur: eorum, pro quorum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt, vſibus omnimodis profutura: ſalua ſedis Apoſtolicæ auctoritate. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisve perſona, hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens: contra eam temere venire temptauerit: ſecundo tertiove commonita, niſi reatum ſuum digna ſatisfactione correxerit: poteſtatis honoriſq; ſui dignitate careat: reamq; ſe diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat: & à ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat: atq; in extremo examine diſtrictæ vltioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco ſua iura ſeruantibus, ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti: quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant: & apud diſtrictum Iudicem præmia æternæ pacis inueniant.

Amen, Amen.

Ego

Ego Alexander Catholicę Eccleſiæ Epiſcopus.





✝ *Ego Iohannes presbyter Card. ſanctorum Iohannis & Pauli. tt. Pamachÿ ſubſcr.*
✝ *Ego Albertus presbyter Card. tt. ſancti Laurentii in Lucana ſubſcripſi.*
✝ *Ego Boſo presbyter Card. ſanctæ Pudentianæ tt. Paſtoris ſubſcripſi.*
✝ *Ego Petrus presbyter Card. tt. ſanctæ Suſannæ ſubſcripſi.*
✝ *Ego Iacob. ſanctæ Mariæ in Cermedin Diac. Card. ſubſcripſi.*
✝ *Ego Cinthius Diac. Card. ſancti Adriani ſubſcripſi.*
✝ *Ego Hugo Diac. Card. ſancti Angeli ſubſcripſi.*

Datum Anagniæ per manum Gratiani ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Subdiaconi & Notarii, 12. Kalend. Ianuarii. Indict. 11. Incarnationis Dominicæ anno M. C. L X X V I I. Pontificatus verò Domini A L E X A N D R I PP. I I I. Anno X I X.

Inferius, bulla plumbea: in cuius vno latere, facies S. Pauli, S. Petri: in altera, verba, A L E X A N D E R PP. I I I. Autographi membrana, longa 3. ſpithamas, lata aliquanto minus.

Manuelis Græcis clades Saracenica. *Hoc tempore (anno 1177. vel, vt alii, ſequenti) Imp. Manuel Iconii Sultano Clitzaſtblani bellum intulit: licet is pacem peteret, ac ſeniores conſiliarii hanc Manueli ſuaderent. Sed vicit pars iunior & deterior, ſeniorem & meliorem. Manuel fauces montium temere ingreſſus, cum exercitu & impedimentis: non ante de montanis hoſtes vtrinque, miſſa exercitus parte, depulerat. Ergo inſignem ab editis locis cladem accepit: quam Choniata lib. 6. Manuelis prolixè deſcribit. Vulnera accepit ipſe in corpore ſuo: &, niſi aliquot hoſtium, à quibus inuaſus erat (ſolus à ſuis, miſerrimè pereuntibus, aliquandiu relictus) manu ſua occidiſſet: periturus ibidem fuiſſet. Euaſit tamen: & cum Sultano, adhuc pacem offerente, eam fecit: homo antea Conrado Regi, ac poſtea Imp. Friderico, infidus amicus.*

Iconÿ Sultanus. *De hoc bello Manuel ad Cæſarem Fridericum ſcripſit: vt eſt apud Albert. Stad. & apud Krantz. 6. Sax. 37. & 7. Metropol. 5. anno, vt reor, 1179. Soldanus enim Iconii (Othone Sanblaſ. teſte) eo anno filiam Friderici Imp. in matrimonium petiit (ſcribens tunc ſine dubio, à ſe victum eſſe Manuelem: vt ex ſequenti loco intelligitur) pollicens, ſe Chriſtianum fore cum ſua gente. Promiſit Imperator: ſed filia citius mortua eſt.*

Manuelis epiſtola ad Frid. Imp. M A N V E L, in Chriſto Deo fidelis Imperator, Porphyrogenitus, diuinitus coronatus, Regnator potens, excelſus, & ſemper Auguſtus, & moderator Romanorum magnificus: nobiliſſimo & glorioſiſſimo Regi Alemannię, & Imperatori, ac dilecto fratri Imperij noſtri, ſalutem, & fraterni amoris affectum.

In fine Epiſtolæ. Sultanus Imperio noſtro ſe dedidit: & miſſis Legatis, miſericordiam poſtulauit: fecitq́; Imperio noſtro hominiū: & iuramento pollicitus eſt, ſeruire nobis contra omnem hominem cum exercitu ſuo: ita, vt ſit amicorum noſtrorum amicus, & inimicorum inimicus.

Erat

Erat hæc Epiſtola literis aureis ſcripta. Sed prius acceperat Fridericus legationem Sultani, contraria nuntiantis. Venerunt quoque Imperatori cum eiſdem literis munera precioſa. Inter quæ fuit cantharus ſmaragdinus, capiens ſextarium balſami piſtici: & plurima gemma precioſa.

Imperator noſter, non benè confiſus Conſtantinopolitano (dann er war ein ſeltzamer Geſell) *& ægrè ferens nomen eius præpoſitum (maximè cum moliretur contra Imperium Romanum: & plures Romanorum corrupiſſet) indignans etiam, quod ille ſe vocaret Moderatorem Romanorum: reſcripſit tamen ſic.*

FRIDERICVS, diuina fauente clementia inclytus triumphator, Romanorum Imperator, à Deo coronatus, ſublimis, in Chriſto fidelis, magnus, pacificus, glorioſus Cæſar, Græcorum (ἀμοιβαίως) moderator, & ſemper Auguſtus: nobili & illuſtri Regi Græcorum & Imperatori, Manueli, dilecto fratri ſuo, ſalutem, & fraternæ dilectionis affectum. Reſponſum Friderici.

Inter alia, ſic. Sicut ille Rex Regum, à quo omnis poteſtas, Romanum Imperium caput totius orbis conſtituit: ita etiam ſedem Romanæ Eccleſiæ, omnium Eccleſiarum vnicam matrem, dominam magiſtramque ordinauit. Quod vtique duorum gladiorum numero (ὄντως) præfigurauit. Quos quidem ſufficere prohibuit ipſe auctor fidei Chriſtianæ. Quapropter tuam prudentiam commonemus: quatenus nobis & Romano Imperio honorem debitum recognoſcas: & ſummo Pontifici, quem nominetenus ſanctum appellas, debitam obedientiam exhibeas, & honorem. Remiſit etiam multis muneribus honoratos nuntios.

Anno 1178. Imperat. Fridericus, rebus Italiæ pacatis, in Germaniam cum ſuis rediit: Chriſtiano Pontifice, ibi gubernatore relicto. Sed cum is exercitum haberet: atque Eccleſiaſticis ciuitatibus, tanquam iuſſu Friderici (vt Sigon. ait) bellum faceret: equeſtri prælio à Conrado Marchione Monferratenſi (quem pecunia Imp. Manuel, Friderici ob Italicum Imperium æmulus, adiuuabat) fuſus, captus, & in cuſtodiam datus, eſt. Chriſtianus, cũ exercitu in Italia relictus: Friderico in patriã reuerſo, capitur.

Monaſterium ſancti Iacobi in monte ſpecioſo prope Moguntiam: quod anno antè nono, propter cædem Archiepiſcopi Arnoldi deſtructum fuerat: inſtaurari permiſſu Imp. Friderici cœptum eſt. Trit. S. Iacobi cœnobium.

In cœnobio Andlouienſi, poſt Hazigam facta eſt Abbatiſſa D. Hedovvigis. Quæ Haganoæ fuit hoc tempore cum Imp. Friderico: cum is Stiuagienſis Præmonſtratenſium cœnobij priuilegia confirmaret: præſentibus, Godefrido cancellario (loco Chriſtiani Moguntini Præſulis, cuius vices gerebat) Conrado Epiſcopo Argentinenſi, Ludouico Baſilienſi, Friderico Duce Sueuorum, Amedeo Comite montis Peligardi, Ludouico Comite Phyretarum, & Stiuagienſi Abbate VVernhero. Bruſch. Andlouienſis Abbatiſſa Hedovvigis. Phyretanus C. Ludouicus.

Anno 1179. factus eſt Conſtantienſis Epiſcopus, Hermannus II. nobilis Hegouienſis à Fridingen. Præfuit 12. A. Pacificus, & ſubditis charus. Sub eo pax per totum Imperium facta eſt, Conſtantienſis dicta: de qua, ſuo loco. Fridingen.

Conradus, Fuldenſis Abbas, Friderico Imperatori charus erat: à quo & Regalia, more Maiorum accepit. Habuit iratos poſtea ſibi Monachos ſuos: quòd crucem auream mille talentorum, Imperatori promiſiſſet. Sed lenito (de conſenſu illorum) aliis rebus Auguſto: crux illa in ſuo loco manſit. Bruſch. Fulda.

Hoc 1179. anno, Coloniæ (vetere Vbiorum ſede) celebrati ſunt vndecimi equeſtres ludi, ab illuſtri D. Florentio: Comite Hannoniæ, Holandiæ, & Zeelandiæ: Domino Friſiæ: conueniente illuc nobilitate (diligentia & ſtudio Helffenſtainij Comitis Ioannis) die Dominica poſt trium Regum proxima. Haſtiludium 11. Coloniæ.

Reges horum ludorum, equites.

Rhenenſis, Ioannes Helffenſtainius.

Franconicus, Otho VVolfgangus Abſpergius.

Bauaricus, Sifridus Leubelfingius.

Sueuicus, VVilhelmus Landouius. In cuius Inſignibus, tria nigra ceruina cornua.

Interfuere Sueuicæ gentis.

Conradus, Palatinus Rheni, Cæſaris Friderici frater ὁμοπάτριος.

Philippus, Dux Sueuiæ, Cæſaris Friderici F. Philippus Dux Sueuiæ.

Comites.

Manegoldus Veringenſis. Veringen.

Caluenſis C. Conradus. Conradus Caluenſis.

Ludouicus Helffenſtainius.

Ludouicus, VVirtembergenſis Comes, Baro Beutelſpachenſis.

Hermannus Grœningenſis.

Achalm. Albertus Achalmenſis.

Vrach. Aego Vracenſis.

Aſperg. Albertus Aſpergenſis.

Teck. Albertus Dillingenſis.

Albertus Teccenſis.

Friburg. Ludouicus Pfirtenſis.

Aego Friburgenſis.

Conradus Hohenlohenſis.

Baro Monteſortenſis Simon.

Nobiles, & quidam clariores.

VVilhelmus de Neuneck.
Fridericus de Knœringen. } Officia, ipſi & alii, idoneis hominibus diſtribuebant.
Engelhardus de Neidperg.

Theodoricus de Em[illegible]s, ſenior
Sigiſmundus de Rechberg, iunior } inſpector armorum.

Fœminæ inſpectores: { Agnes, vxor Melchioris de Landavv.
Adelhaidis Franckenſtainia, vidua Theoderici de Randeck.
Tiburtia, Gemmingenſis Henrici filia, virgo.

Curatores in ſabulo, ſiue palaſtra: prioris certaminis, Florentius Sickingenſis: poſterioris, Ellicherus Hauſenſis.

Curatores ad funes, vel ſepta: in priore coitione, Oſualdus VValdeccius: in poſteriore, Nicolaus Venningius.

Prius certamē, die Martis poſt meridiem: alterum, die Mercurii ante meridiem, actū eſt.

Chorea.

Primus ſaltauit Conradus Rheni Palat. cum vxore Ducis Brabantiæ Godefridi.

Tertius, Philippus Dux Sueuiæ, cum coniuge Philippi Comitis Flandriæ.

Honos etiam habitus eſt Ioanni Hyrnhaimio, vt nouo in futurum Regi.

Splendidiſſimè & lætiſſimè ſunt omnia ab illuſtri Comite Florentio adminiſtrata. Fuit is (ſi benè memini) quartus huius nominis: cui natus eſt ex Brabantina Mechtilde, VVilhelmus ille, qui anno 1254. Chriſti, Cæſar Romanus per biennium fuit. Diſceſſit Domina Mechtildis Colonia, die lunæ, comitata DC. equitibus: ac X. candidis ex Anglia equis: XV. deniq; inauratis carpentis: in quibus Gynæceum, ſpecie formoſiſſimum, ornatu magnificentiſſimum. Nunc omnia puluis & vmbra.

Monhaimia Baroniſſa Anna. Eodem 1179. anno, viuebat D. Anna, Monhaimia Baroniſſa: cuius maritus erat Ioannes, Comes Cimbrenſis. Fuit Monhaimiorum Procerum domicilium circa Brackenhaimum in Zabergoia. In quorum Inſignibus, dimidiata luna erat. Forſitan & Brackenhaimum (vbi, eorum ſepulcra) ipſorum fuerit. Ex M. Scr. Ad quæ ſciendum eſt: Magenheimorum, non Monheimiorum, hanc familiam nominatam fuiſſe. A Magenheim enim arce ſic dicti ſunt. Inſigne familia habet lunas duas auerſas ſemiplenas: vel quales circa quadras apparere ſolent. Neque dubium eſt, quin op. Brackenheim poſſederint olim, cum vicino territorio. D. Oſuald. (Magenheimij.)

Hoc tempore vixiſſe etiam Fridericus dicitur Ilſungus, Comes Mœringenſis & Hohenriedenſis, in Bauaria. Cuius filii & cognati, bellis Bauaricis partim interfecti, partim ad egeſtatem ſint redacti. Ilſungorum igitur μετανάστασις, migratio, Auguſtam Rhaticam facta eſt. Teſtes, M. Scr. Charta: & Lazius lib. 7. Migrat. gent. vbi, de Boiis. Itaque noſtro etiam ſeculo, Ilſungica familia Auguſtæ nobilis & honeſtiſſima eſt. (Ilſungi.)

CONRA-

CONRADVS PALATINVS FRATER BARBAROSSÆ. Priuilegium VVormacienſibus ab Imperatore datum. Templum primarium Lindauiæ. Philippus Auguſtus, Rex occident. Franciæ. Manuelis filius ALEXIVS, Imperator Orientis. Deus Turcarum Holoſphyrus. Alexij Imperatoris Sponſa Francica.

CAP. X.

ANNO 1180. demum, Henrico Leoni (de quo mulctato dudum diximus) in conuentu, quem VVirceburgi in natali Domini Imperator habuerit, omne feudum Stadenſis abiudicatum ait. Ita ſcilicet proſcriptus & exſpoliatus fuit. H. Leo.

Media Quadrageſima Imperator, Geilenhuſa electionem Sifridi Bremenſis confirmauit. Idem.

Conradus Palatinus collegium Nevvenburgenſe ad Nicrum, in cœnobium virginum mutauit. Poſtea mortuus, in Monaſterio Schönavv (1. mill. ab Haidelberga) ſepultus eſt. Vxorem habuit Eliſabetam Conradi Francorum Ducis filiam, ex Irmegarde Palatina propter quam is Palatini dignitate ornatus fuerat. Nata fuit inde Agnes (Auent. libro ſeptimo, Clementiam appellat) quam Henricus Saxo, Leonis filius, duxit: & ſoccro mortuo, Palatinus factus eſt, confirmante Henrico ſexto. Genuit Irmengardem, Hartmanni Badenſis vxorem: & Hagnam (Agnetem) Othonis Reguli Boiorum coniugem. Habuit Conradus etiam Claram Tutingam in matrimonio. Conradus Palatinus.

Florebat auctoritate hoc tempore Henricus Calatinus, Mareſcalcus Bappenhaimius. Inſignia Calatinorum, ſex caſsides habens: vnam in imo ſcuti, duas in medio, tres in ſupremo loco. Calatini Bappenhaimij.

M. MARTINO CRVSIO, Academiæ Tubingen. Profeſſori linguarum & Rhetoricæ celeberrimo, affini ſuo colendo.

S. Monuit me dennò, clariſsime affinis, ſocer meus D. Georgius Hamberger: vt petitis tuis ſatisfacerem. Egi igitur cum Rectore Scholæ noſtræ, M. Friderico Zornio (viro quinquagenario doctiſsimo: de re literaria multos annos optimè merito) vt priuilegium Barbaroſſæ ſibi deſcriberetur, quod is VVormacienſi vrbi quondam dedit: quod nunc ad te beneuolè miſsimus. Vale. VVormaciæ 27. Iul. M. D. LXXXIX.

T. obſeruantiſs.
affinis
Petrus Henerus Lindauus, Med. D.

PRIVILEGIVM FRIDERICI IMPERATORIS cupreis tabulis in VVormacienſi Templo ſummo fixum.

VVormatiæ priuilegium Barbaroſſanum.

In nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Amen. FRIDERICVS Romanorum Imperator Auguſtus.

IMperialis iuſtitiæ decet clementiam: vt, quæ ab Anteceſſoribus noſtris, Regibus ſiue Imperatoribus, ad fauorem populi alicuius aut ciuitatis piè ſtatuta cognouerimus: ea nos confirmare, aut renouare, debeamus. Cum igitur ad noſtram notitiam perlata fuiſſet, diuæ memoriæ Henrici V. Rom. Imp. Aug. conſtitutio, ciuibus VVormacienſibus rationabiliter indulta: nos rata haberi volentes ea: quæ idem Imperator, de cuius nos ſtirpe originem ducimus laudabiliter ſtatuit: & ad fauorem eorundem ciuium Vormacienſium priuilegio ſuo roborauit: ipſis fidelibus noſtris ciuibus Vormacienſibus confirmamus: & ex conſcientia, & conſenſu filii noſtri Henrici, Romanorum Regis Auguſti: ad concilium Principum, & petitionem fidelis noſtri Conradi Vormacienſis Epiſcopi, Dietheri maioris Præpoſiti, Lupoldi cuſtodis: cum beneplacito etiam Burckhardi Vormat. Vicedomini: aliorumque, qui ius & poteſtatem in ciues habere videbantur: ſtatuimus, vt ciuis Vormacienſis quilibet, & in eadem habitans ciuitate: ſi vxorem duxerit ſuæ conditionis, aut alterius: ſiue vxoratus illuc aliunde venit: hac in perpetuum indulgentia perfruatur: vt nullus Aduocatus coniugia cuiuſcunque Vormacienſis ciuis, iuramenti coactione, aut

„ *quouis alio ingenij modo, diſſoluat. Nulla poteſtas maior, aut minor, viri mortui aut mulieris* „ *res relictas, aut aliquid de rebus eius, tanquam iure ſibi debitum, exigat. Si ergo vir vxore* „ *ſua prior moriatur: vxor, & proles ex illo viro ſuſcepta, omnem viri hæreditatem, tam mobi-* „ *lia, quam immobilia, ſine conditione obtinebit. Similiter, ſi vxor præmoriatur: vir, & ſua* „ *proles, ex illa vxore ſuſcepta, omnia mortuæ vxoris obtinebit bona. Quod ſi alteruter coniu-* „ *gum, ſine hærede præmoriatur: ſuperſtes omnem præmortui hæreditatem, quoad vixerit, libe-* „ *re poßidebit. Defunctis autem ambobus ſine prole coniugibus: ad proximos eorum hæreditas,* „ *relicta ab illis ſubſtantia deuoluetur. Et viri quidem hæreditas, ad hæredes viri: mulieris au-* „ *tem hæreditas, ad mulieris tranſibit hæredes: ita, vt nemo dicat ſibi aliquod ius in bonis mor-* „ *tuorum, ratione ſupellectilis, quæ vulgo Bidella (Butel, in veteri libro) dicitur. Nos quoque* „ *fidem ac deuotionem, & prona eorundem ciuium Vormacienſium obſequia, attendentes: Impe-* „ *riali eis auctoritate indulſimus: vt, ſicuti ab actione iuris, quod Bidell dicitur, indulgentia pri-* „ *uilegij antiqui ſunt immunes: ita & ab exactione optimi animalis, ſiue precioſioris veſtimenti,* „ *quod in vulgo* Haubrecht *vocatur, de cætero ſint abſoluti. Similiter indultum eis confirma-* „ *mus: vt nullus eorum à Magiſtratibus ciuitatis, inuitus ſuper teloneum nauium conſtituatur.* „ *Ne autem ſeruitium de telonio, nobis aut Epiſcopo Vormat. debitum minuatur: detrectanti-* „ *bus omnibus hoc officium recipere: collaudamus & confirmamus in ſupplementum huius of-* „ *ficij, datum teloneum de groſſis & nigris laneis pannis conſtitutum: cuius telonei precium de* „ *ſingulis pannis, dimidio denario conſtat. Et vt hæc ciuibus Vormat. facta clementer indulgen-* „ *tia, omni æuo inconcuſſa permaneat, hanc paginam inde conſcribi iuſſimus: & ſigilli noſtri im-* „ *preßione inſigniuimus. Si quis autem huic noſtræ renouationis & confirmationis autoritati* „ *contraire tentauerit: L X. libras auri puri pro pœna componat: quarum medietas Fiſco impe-* „ *riali, reliqua perſonis iniuria læſis, perſoluatur. Item ſub eadem pœna ſtatuimus (ſicuti priui-* „ *legio prædeceſſorum & proaui noſtri* HENRICI IIII. *diui Imperatoris indultum legitur)* „ *& eis Imperiali authoritate confirmamus: vt ciues Vormat. in locis Imperio pertinentibus, nul-* „ *lum teloneum perſoluant: nominatim in his, Francofordia, Boppardo, Hamerſtein, Tramo-* „ *nia, Drutmunda, Goſlaria, Angera, Numagia, Duisburgia: & in reliquis locis ad Impe-* „ *rium ſpectantibus. Similiter earundem ciuitatum ſeu oppidorum ciues, nullum apud Vorma-* „ *cienſes perſoluant teloneum: vt hæc æqua viciſsitudo, intra loca Imperio ſpecialiter pertinentia,* „ *& inter Vormatienſes, perpetuo inuiolata permaneat.*

Huius rei teſtes ſunt.

Henricus, Romanorum Rex Auguſtus.
Conradus, Monaſterienſis Epiſcopus.
Cuno, Ratisbonenſis Epiſcopus.
Dietherus, maioris Eccleſiæ Vormacienſis Præpoſitus.
Meinhardus Decanus.
Rudulſtus, Vormacienſis Eccleſiæ canonicus, & Imperialis aulæ Protonotarius.
Fridericus, Dux Sueuiæ.
Ludouicus, Landgrauius Turingiæ.
Conradus, Palatinus Rheni.
Bolanden. *VVernherus de Bolanden.*
Philippus filius eius.
Dudo, Camerarius Moguntinenſis.
Lupoldus, Cuſtos Vormacienſis.
Eberhardus, Vicedominus Vormat. Et alij quamplures.

Acta ſunt hæc anno Dominicæ incarnationis. M. C. L X X X. Indict. V. regnante Domino Friderico Imper. glorioſißimo: anno Regni eius 33. Imperij verò 31. Datum apud ciuitatem Argentinenſem. 3. Non. Ianuar. feliciter, Amen.

Circa priuilegium hoc leguntur hi verſus.

A cenſu capitum ſis libera munere noſtro.
Libertate frui digna, fruaris ea.
Sit tibi, Vormacia, laus hinc, & fructus honoris:
Quod pia, quòd prudens, quod benè fida, manes.

Digna

Digna bona laude, ſemper Vormacia gaude.
Te mihi ſacrauit crux: te mihi mucro dicauit.

Hæc, ex vrbe VVormacia. Sed in eis numeri Annorum & Indictionis, non reſpondent inter ſe. Si enim eſt annus Chriſti 1180. tunc fuit Indictio 13. & annus Regni 29. Imperij vero 26. Si eſt annus Imperij 31. tunc fuit annus Chriſti 1185. & Indictio 3. Regni verò 34.

In ciuitate Lindauia Podamici lacus, anno 1180. Parochiale Templum S. Stephani, è regione Marianæ Baſilicæ ſitum, ædificari captum eſt: cum iam ex confluentibus vndiquaque mechanicis opificibus, & ex commigrantibus ad D. virginem ſub tilias vicinis Eſchacenſibus agricolis, natum eſſet mediocre oppidum. Bruſch. **Lindau.**

De hoc anno, narrat Vincentius libro tertio, capit. 32. γλυκὺν μῦθον: quo BERNHARDINVS ordo (in Sueuia etiam celebris) commendatur. Erat circa id tempus, inquit, Abbas Claræuallis Petrus: qui quadam æſtate exiuit ad labores meſſis cum fratribus ſuis. Quibus requieſcentibus, vidit Abbas tres pulcerrimas fœminas aduenientes. His occurrens ipſe: certè multùm audaces eſtis, inquit, quæ ſic ad nos venitis. An neſcitis, mulierem non debere venire inter fratres de ordine noſtro. Tunc illa præclarior reſpondit: Mihi licet venire inter meos: quia ſum mater Dom. noſtri Ieſu Chriſti Maria: & venio viſitatum meos meſſores. Et hæc eſt Maria Magdalena: altera vero, Maria AEgypti. Tunc Abbas cecidit ad pedes eius: cumq; vellet illam tangere, ipſæ euanuerunt. **Bernhardini ordinis commendatio.**

S. Hiltegardis, illa clara Rupertini iuxta Bingam cœnobij Magiſtra, mortua eſt, 15. Cal. Octob. anno ætatis 82.

Expatiemur etiam longius ad aues aliarum terrarum.

In Gallia Regi Ludouico ſucceſſit filius ſuus Philippus Auguſtus Adeodatus: qui regnauit annos 43. **Philip. Auguſtus, Gall. R.**

In Oriente, diem ſuum obiit ille, qui Conrado & Friderico Sueuis Impp. tam ſimulatus affinis fuerat, Imperator Græcorum Manuel. Hic aliquanto ante mortem voluerat (teſte Choniata) ex catecheticis libellis aboleri anathema: quod ibi poſitum erat in Mahometæ Deum, ab eo ὁλόσφυρον dictum. Putabat enim, Turcas ea execratione deterreri, quo minus Chriſtiani fierent. Sed non obtinuit: inter alios etiam Euſtathio, Theſſalonicenſi Archiepiſcopo (cuius commentaria in Homerum, & Dionyſium Afrum habemus) grauiter refragante. τὸ ὁλόσφυρος, mihi eſt, Totus malleatus Deus: id eſt, ſolidus prorſus: quod ſcilicet Mahometes dixerit: Deum, vt non genitus ſit, ita nec gignere. (Ex duro & ſolido corpore, nihil naſcitur.) Proinde falſum eſſe, quod Chriſtiani dicant, Deo filium eſſe. Sed apud Ioannem Cantacuzenum, Orat. 4. κατὰ τ̃ μωάμεθ, legitur ὁλοσφαιρος, totus ſphæricus: & ψυχρότατος, frigidiſſimus. Ignorat ergo (inquit Cantacuzenus) Mahometes ſtolidus: à ſe adorari corpus, non Deum. Nam ſphæra, ſpecies corporis eſt: frigiditas autem corporis qualitas. Verum Choniatæ lectionem ὁλόσφυρος, magis probo. **Manuelis Imp. mors. Catechesis. Euſtathius Theſſalonic. Archiepiſcopus. ὁλόσφυρος Deus. ὁλοσφαιρος.**

Idem Manuel, cùm actum de ſua vita videret, cucullam poſtulauit, (Bub/ Bibelher/ der Todt will die Drůß haben. Ait quondam Epicureus quidam centaurus) eaque indutus, animam efflauit. Sed erat ea cuculla breuior: quàm vt crura contegere illius heroici corporis poſſet. Subitò namq; longior cuculla haberi non poterat. **Cuculla Manuelis.**

Succeſſit ei filius ſuus Alexius, puer 13. annorum, tutore Alexio Protoſebaſto. Igitur nunc à me ponitur LV. IMPER. CAES. ALEXIVS COMNENVS IVNIOR Porphyrogennetus, P. F. Auguſt. qui non multo plus 3 A. imperauit. Huic Alexio deſponſata πρὸ γάμου fuit filia Regis Galliarum Ludouici, 8. annorum puella Agnes: quam Genuates ad ſe aduectam, honorificè exceperant: ac triremibus ſuis Conſtantinopolin deportauerant. Debebant nuptiæ fieri, vbi Alexius adoleuiſſet. Interim tamen ſponſalia, magnificentiſſimè peracta ſunt: & vtriuſque ſponſi ac ſponſæ, coronatio diademate facta. **Alexius, Imp. Orient. 55. Sponſa eius, Agnes Gallica.**

Venne in queſti tempi (inquit Paulus Interianus, rerum Genuenſium Scriptor) alla città, la figliuola del Re di Francia: iſpoſata con Aleſſio, figliuolo di Emanuele, Imperador Greco: de molti Baroni di Francia accompagnata: per eſſer in Conſtantinopoli condotta. A cui riceuimenti, da quanto à donna di tal ſtirpe ſi conuenia, furono fatti.

Sicula naues filiam Regis Marocci in Africa, ſponſam ethnici Principis, capiunt: quam **Marocci, R. Africa filia.**

Rex Siciliæ, patri pro duabus vrbibus reddidit. Modo ne de illa dici potuerit: quod de filia Soldani Babylonij (Boccac. Decamer. Giorn. 2. Nouel. 7.)

Bocca Baſciata non perde ventura: anzi rinoua, come fa la luna.

COMITIA FRIDERICI MOGVNTIÆ. PHILIPPI FILII eius natiuitas. Monaſteria plura: Adelbergenſe, Bebenhuſanum, Truttenhuſanum, VValdſeenſe. Baro Volcknandus Eberſpergenſis. Ingrati Diſcipuli in præceptorem. S. Virgo Herradis. Dapiferi VValdburgenſes. M. Georgij Hizleri parentatio.

CAPVT XI.

Comitia Moguntiæ, de pace Eccleſiæ, & bello Turcico.

ANNO 1181. *Imperator celebrauit Moguntiæ frequentiſſimum principum Germaniæ conuentum: præſentibus etiam à Conſtantinopoli & Hieroſolymis Legatis: vbi conſultatum eſt de pace Eccleſiæ: & de bello Saracenico, vel Turcico. Imperator ſplendidiſſimum Proceribus epulum dedit: in quo Henricum Regem & Fridericum Ducem, filios ſuos, gladiis accinctis, equeſtri dignitate exornauit. Sequentibus diebus, ſponſas Regias eis collocauit: Henrico, Conſtantiam Siculam: Friderico, Vngaram: quam tamen hic non accepit, morte præuentus. Vrſperg. & aliunde. Sed Krantzius ad 1184. annum refert, vbi rurſus commemorabo, ex eo ipſo. Henricus ille poſtea Briſaci arcem ædificauit: in qua corui nidificare ſolent.*

Philippi, Sueuiæ Ducis, natiuitas.

Hoc anno natum eſſe Imperatori Friderico filium PHILIPPVM, alicubi reperiebam. Ergo 9. annis poſt Irenam Græcam, futuram ſibi uxorem, natus fuerit. At ſupra 1179. à Ruxnero equeſtribus ludis, Coloniæ actis, interpoſitus fuit.

Alexandri P. mors.

Alexander P. mortuus eſt 6. Cal. Septemb. in Lateranenſi Baſilica ſepultus. Succeſſit ei Lucius III. 4. Cal. Septemb. poſtridie coronatus. Cui cũ ciues ſui gratularentur per Legatos: ipſe eos iure pecuniæ cudendæ (Tuſcis, Marchianis, Romanis, Campanis, Communis) aſſentiente Imperatore, donauit. Sigon. & Pannin.

De Monaſterio Adelbergenſi, quondam Madelbergenſi.

De Barone Eberſpergenſi Volcknando, ſuperiore lib. cap. 13. dictum eſt. De eo rurſum dicamus: ſumpta materia ex M. Scr. Rhythmis Germanicis: quos olim quidam Rudolfus Ehrmannus, Supprior huius Monaſterij, conſcripſerat. Anno hoc 1181. Domini, fundauit ille Baro Madelbergenſe, ſiue Adelbergenſe, Monaſterium: ſitum inter Hohenſtauffam & Schorndorffam, ſingulis milliaribus. Fuit pater eius equeſtri dignitate ornatus: Cæſari acceptus, vt pius, honeſtus, prudens. Pueritiam egit Volcknandus laudabilem: ad religionem colendam, ad caſtitatem ſeruandam, ad obedientiam Magiſtratui ſuperiori, ad beneficentiam erga pauperes exercendam, diligenter aſſuefactus. Cum iam adoleuiſſet: peregrè abiens, varias inuiſit regiones, cognitionis rerum comparandæ gratia. Inde reuerſus, Aulæ Sueuicæ inſeruiuit: ſicut & pater eius fecerat: interque intimos Cæſaris conſiliarios numeratus fuerat.

Albergenſe cœnobium.

Volcknandi Baronis vita.

Vnicus erat Volcknandus patris ſui filius, iuuenis ſpecie pulcher, virtute præſtans. Cum igitur induſtriam ſuam, & fidem, Sueuiæ proceribus probaſſet: equeſtribus decoratus honoribus fuit. Pater ſenectute languens, totum ei patrimonium tradidit: qui vxorem, patre adhuc ſuperſtite, duxit: vt familiam propagatione liberorũ ſuſtentaret. Sed ſi quis etiam filius naſceretur: vitalis non erat. Ita ne ſexageſimo quidem anno ætatis liberos habebat. Iam quia poſt mortem ſuam, omnia bona ſua ſciebat ad Duces Sueuiæ peruentura: orauit eos, vt ſibi ad cultum diuinum liceret conuertere, quantum ſatis eſſet. Qui clementer aſſenſi ſunt: quibus & ipſe magnas gratias egit. Quapropter quoſdam eremitas (fratres leucophæos vel cinereos nominatos, Grawe Brüder*) conuocauit: eiſque bona, ad Monaſterium condendum commiſit. Ii vero, cum eis area loci ſylueſtris & ferini non placeret, diffluxerunt. Appellauit deinde ad idem opus Monachos Almanganiæ Rhotenſes: quibus ſua obtulit. Venerunt quidem illi in rem præſentem: ſed & ipſi piniferam denſitatem recuſantes, ad ſua redierunt. Tum præpoſitum Rockenburgenſem rogauit: vt Monachos ad ſe mitteret. Qui, deliberata re, vnum elegerunt, quem miſerunt ad ipſum. Huic nomen erat Vlrico: qui mox Præpoſiti honore ab omnibus eſt affectus. Verum cum & ipſi negotium perquam difficile videretur: reuertens, ad Ger-*

Difficultas fundandi huius cœnobij.

Gertrudem, Propheticam viduam, Meshonæ acceſſit, conſilij ab ea petendi cauſa. Prædicabat hæc de bono principio, mediocri progreſſu, ſed fine non læto. Redijs Vlricus Rockenburgum: omnem rem geſtam expoſuit. Placuit Præpoſito loci, vt cum aliquot fratribus ad ædificandum proficiſceretur. Quò cum veniſſent: opus aggreſſi ſunt in valle, arci Baronis Volcknandi ſubiecta: ſita inter montem Eberſpergum & montem Adelbergum. Sed cum eis S. Andreæ ſpecies ſe obieciſſet: ductu eius in montem Adelbergum aſcenderunt, vt ibi ædificarent. Valde ibi magnitudine laboris premebantur: ſed eum bonorum hominum ſtudia ſubleuarunt. Verum enimuero cum opus ante mortem Volcknando non videretur ab illis abſolui poſſe: petiit ille à Sueuiæ Ducibus: darent ipſi operam, vt abſolueretur: qui petitioni quoque eius, ac delegationis muneris, accurate ſatisfecerunt: & quidem de ſuo etiam conferentes.

Fundatores & Patroni huius Monaſterij.

1 *Volcknandus, de quo diximus. Habitauit is forte 3. milliar. à Stauffa, in arce Eberſperg. Scutum & galea eius, cum ipſo, Adelbergæ ſepulta. Inſignia ipſius, flauus verres in campo rubro: ſed pedes verris, cæruleo inſiſtentes. Omnia quæ habuit vſque ad cliuum Remſe (Remſhaldam) contulit ad hoc cœnobium.* Eberſperg.

2 *Fridericus Barbaroſſa, ſecundus fundator & conſeruator. Interfuit conſecrationi ſummi altaris, anno 1188. menſe Februario. Tunc etiam affuerunt, vt teſtes:*

Filij eius, Henricus, Fridericus, & Philippus. Alij 12 primarij viri, ac multi nobiles. Altare conſecrauit Monaſt. Epiſcopus.

Exædificato Monaſterio, ac Monachis iam conſito: Imperat. Fridericus tres pueros nobiles eò miſit: qui religionem, probitatem, & bonas literas, diſcerent. His Præceptor quidam ex fratribus idoneus præpoſitus fuit: qui ſumma fide ac diligentia eos inſtituebat. Sed quam charus illis leunculis fuerit: ex hoc conſpicitur: quod cum is quodam tempore exiuiſſet ambulatum in prato ſyluatico (Tobeluniſen dicto) illi eum inſecuti, atque in ſolitario loco nacti, proſtrauerunt infelicem Pædagogum: verbera, quæ ab eo acceperant, crudeliter vlti ſunt. Namque pugnos ingeſſerunt: oculos ei effoderunt: in fugam ſe præcipites coniecerunt. Reminiſcor Arſenij illius, qui olim Arcadij & Honorij Imper. Præceptor fuit: de quo parte prima, libro ſeptimo, capite ſeptimo, ſcripſimus. Hæc, illi pueri: Sed non impune tulerunt ſcelus. Imperator enim eos deprehenſos retraxit: in carcerem tetrum coniecit: fame diu macerauit. Tandem tamen, deprecatione pro ipſis facta, eos emiſit: ſed procul ab Aula relegauit. Diſcipuli crudeles in Præceptorem.

Simile quid factum eſſe apud Monaſterium Zuifaltenſe, Tybingæ menſe Aprili 1589. audiebamus. Comitem Helffenſteinium Do. Sueiccardum, miſiſſe Zuifaltam quendam Belgicum Ieſuitam. Ab eo inſtituente, adoleſcentes Monachos virgis acriter caſos eſſe. Horũ ergo tres, quibus inſolita fuerit talis diſciplina, Præceptorem comprehendiſſe in loco ſibi idoneo: &, aliis eum tenentibus, nudatum caligis, virgis præparatis acerrime cecidiſſe. Itaque poſtea comprehenſos, in carcere pœnas dediſſe.

3 *Friderico in defenſione Adelbergenſis Andronis ſucceſſit Imp. Henricus F.*

4 *Rex Philippus, Henrici frater: fautor & ipſe cœnobij.*

5 *Otho, Philippi aduerſarius.*

6 *Fridericus Secundus, qui linguas & artes liberales à puero didicit. Monaſterij tutor fidelis.*

7 *Conradus Rex, pius patronus, bonarum artium promotor.*

8 *Conradinus, adoleſcentulus. Quo in Italia 1268. ſublato: in tutelam Monaſterij, ſucceſſere Duces Auſtriaci. Sed cum id ab eis remotius eſſet: curationem eius, VVirtembergenſibus proceribus commiſerunt: in quorum ditione ſitum erat: quorum etiam noſtro tempore eſt.*

Primus Adelbergæ Præpoſitus, Vlricus ille fuit, de quo initio ſcriptum eſt: qui diem ſuum 1216. anno obiit.

Fuit cœnobium quoque Sanctimonialium, ordinis Præmonſtratenſis, huic Monaſterio adiunctum: quod etiam ſuas leges & cenſus habuit. Interceſſit inter vtriuſque ſexus Monaſteria, murus: non tamen nimis altus. ὥστε μοναχοῖς ἀνεπίβατον, καὶ ἀνυπέρβατον εἶναι. οὐ γὰρ ἅμα μὲν, οὐδ' τοῖς τῷ κόσμῳ ἀπηλλαγμένοις τόποις, μιγνυτὸν, τὸ ἐπίβατον ἑκάτερον γένος. *Adminiſtratum fuit cœnobium, vſque ad annum Chriſti 1423. per Præpoſitos. Poſtea, ſecuti ſunt Abbates.* Gynæceum Adelbergenſe.

Priuilegium Adelbergenſe.

Adelbergenſium priuilegium.

„ *In nomine ſanctæ & indiuiſæ Trinitatis. Fridericus, diuina fauente clementia, Romanorum Imperator Auguſtus. Ad præſentis & æternæ vitæ gloriam, nobis admodum ſperamus profuturum: ſed ad conſeruandum largitiones & eleemoſynas fidelium, noſtram auctoritatem, & conſeruationis robur, apponimus: & dextram noſtræ defenſionis extendimus. Notum igitur eſſe cupimus omnibus Imperij noſtri fidelibus: qui clauſtrum Adelberg, & omnia ei attinentia recepimus in noſtram pacem & protectionem: ſtatuimus & vna cum Felckenando in Stauffen: qui fundator fuit loci illius: vt, quicunque in ſede Apoſtolica, præpoſitus loci illius, dabit Aureum vnum in ſignum & recordationem: quod illud clauſtrum defendi debet, vel ab ipſo Apoſtolico: & ab illo, qui fuerit Dominus de Stauffen. Volumus &, vt nullum habeant Aduocatum, præter illum, qui eſt vel erit Dominus de Stauffen. Volumus &, vt nullum habeant Subaduocatum, niſi quem Præpoſitus & conuentus de Adelberg elegerit. Vt igitur hæc rata & incommutabilis permaneant, præſentem paginam inde iuſſimus conſcribi: & noſtræ maieſtatis ſigillo inſigniri: ſtatuentes, & Imperiali, qua fungimur, auctoritate præcipientes, vt contra hoc noſtrum ſtatutum nullus attemptet. Quod qui facere præſumpſerit: viginti libras auri pro ſatisfactione componat: quarum dimidiam partem nobis, reliquam in iniuriã paſſis, aſſignamus. Huius rei teſtes ſunt.*

Henricus, Abbas de Lorchen.
Vdalricus de Anhuſin.
Ludouicus, comes de Helffenſtein.
Gottfridus de VVinenden. — VVineden.
Billingus de Iuſtingen. — Iuſtingen.
Adelbertus de Metzingen.
Rupertus de Gundelfingen.
Volcknandus, Fridericus, Conradus.
Bernoldus de Stauffen.
Gerungus de Vrabach.
Vdalricus de Rechberg.
Egeno & Adelbertus de VValthuſen.
Henricus Berageres, Adelbertus, de Lorchen.
Dropoldes de Schlechbuch. Et alij quamplures.
Signum Domini Friderici, Romanorum Imperatoris illuſtriſſimi.

Ego Gotfridus, Cancellarius Imperialis aulæ, vice Chriſtiani Moguntini Archiepiſcopi & Archicancellarij recognoui.

Acta ſunt hæc anno Dominicæ incarnationis M. C. LXXXI. Indict. XIIII. regnante Domino Friderico, Rom. Imperatore glorioſiſſimo: anno Regni eius 30. Imperij vero 27.

Hohenſtauffen. *Datum in caſtro Stauffen, 8. Cal. Iun. feliciter. Amen.*

De Bebenhuſano Monaſterio.

Circiter hoc tempus, Rudolphus, Comes Palatinus Tubingenſis, Hugonis antehac à Guelphone oppugnati F. Brigantiæ & Curienſis Rhætiæ dominus: conſentientibus, vxore ſua Mechtilde, comitiſſa Eberſteinenſi, & liberis ſuis: in prædio Spirenſis Eccleſiæ (quod ipſe poſtea concambio, ſiue permutatione, ordine iudiciario acquiſiuit) confirmante glorioſiſſimo Imp. Friderico, eiuſque filio R. Henrico: Monaſterium Bebenhuſam conſtruxit, ordini Præmonſtratenſi deputans. Poſtea tamen pro eo ordine, Ciſtertienſis S. Bernhardi ordo fuit introductus, Imp. Henrici VI. auctoritate. Erat id cœnobium Conſtantienſis diœceſeos. M. Ser. chartis. Aliis M. Ser. quibuſdam, in hanc ſententiam notatum inuenio. Rudolfus, Comes Palat. Tubing. filius Hugonis III. Bebenhuſam, ante à nobilibus de Luſtnouue viris fundatam, ipſe 1181. redditibus auxit liberaliter. — Bebenhuſanum Monaſterium.

Inueni etiam hoc: Bebenhuſam eſſe dictam à Sancto quodam, nomine Bebone: qui ibi Cellam habuerit. Huic in oppidum Tubingam, oſtiolum fuiſſe factum (vt intraret, quando vellet) per murum, inter fabrilem & Luſtnouiam portas, nunc adhuc obſtructum. Ex charta denique (quam mihi humaniter commodauit Aentringenſis Eccleſiæ parochus, M. Ioannes Neobolus,

M. Io-

M. Iodoci patris, ibi 1568. ſucceſſor) hæc ſcripſi: Anno Domini 700. Bebonem, Ducem Alemanniæ, ſecundum Comitem Habſpurgium, & Ahenburgium, primum Alſatiæ Landgrauium, conſtruxiſſe, & à ſe denominaſſe, Bebonis domum, Bebenhuſam: & Bebonis villam, Bebenweyler.

De cœnobio Truttenhuſano.

Anno hoc 1181. etiam fundatum eſt Truttenhuſium (Bruſch. literis mandante) canonicorum Regularium ſancti Auguſtini, ad pedem altiſſimi montis ſanctæ Otiliæ in Alſatia ad Voſagum, peramœno loco ſitum, cœnobium, in honorem B. Virginis Mariæ, ac ſancti Epiſcopi Nicolai: à D. Herrade, doctæ Altitonæ, ſiue S. Otiliæ, Abbatiſſa: & à fratre eius germano D. Gunthero, nobili viro de VVinheim & Landſpergo. Imper. autem Barbaroſſa, Sueuiæ & Alſatiæ Dux, potentiſſimus cœnobij S. Otiliæ Aduocatus erat: qui multis annis ante, quàm Imperium nactus eſſet, Otilianas Nonnas laſciuientes eiecerat: & ex Pergenſi Aiſtenſis Epiſcopatus Partenone, D. Rilindin, eruditam & honeſtiſſimam virginem, euocatam, diſciplinæ veteri renouandæ præfecerat: eique poſterius mortuæ, Herradem, de qua diximus, ſubſtituerat. Fuit hæc Herradis ex familia nobilium virorum Alſatarum, de arce Landſperg: quorum inſignia erant hæc. In ſuperiore viridi parte dimiſſi ſcuti, montes ſex flaui: tres infra, tres ſuper impoſiti. Inferior pars, alba. Supra galeam, coronatus Aethiops, cum faſciis flauis: ſupra viridis, infra flauus. In eius pectore, ſex flaui montes. Galeæ tegmen, album & viride. Fuit virgo Cæcilia de Landſperg, Conſtantiæ 948. in ludis equeſtribus. Adamus, Iacobus, Georgius, Pancratius, Marzolphus, Richardus, Fridericus, Landſpergenſes, anno 1582. in viuis. Docta autem fuit virgo Herradis: vt eius hi teſtantur Verſiculi:

Truttenhuſanũ cœnobium.

Landſpergenſes.

Herradis virginis verſiculi.

Salue, cohors virginum
Hoheneburgenſium,
Albens quaſi lilium,
Amans Dei filium.
Herrad deuotiſſima,
Tua fideliſſima,
Mater & ancillula,
Cantat tibi cantica.
Inſiſtas luctamine,
Diros hoſtes ſternere.
Te Rex Regum adiuuat,
Qui vel te deſiderat.
Ipſe tuum animum
Firmat contra Zabulum,*
Ipſe poſt victoriam,
Dabit Regni gloriam.
Vale caſta concio,
Mea iubilatio.
Viuas ſine crimine:
Chriſtum ſemper dilige.

* *Zabulus infidelis: Abraham fidelis. Nam ille in hominũ tranſgreſſione fuit perfidus: Hic verò iuſtificatus eſt ex fide. D. Hilar. in Matth. Canon. 2. Zabolus, pro Diabolus: ſicut ζάβι@ pro διάβι@: Ζάπλυτ@, pro διάπλυτ@.*

Zabulus.

Eiuſdem Diſtichon ad Chriſtum.

Eſto noſtrorum pia merces, Chriſte, laborum:
Nos electorum numerans in ſorte tuorum.

De VValdſeenſi Præpoſitura.

Huius fundator fuit, vt Bruſchius quidem ſcribit, illuſtriſſimus Sueuorum Princeps Fridericus Secundus, vt vero Pantaleon part. 3. illuſtri. vir. German. notat, Fridericus Primus Barbaroſſa. Ea eſt canonicorum itidem Regularium ſancti Auguſtini cœnobium in Sueuis: nempe in VValdpurgenſium Dapiferorum ditione: intra murum VValdſeenſis oppidi: ad amplum lacum, nomen & oppido & cœnobio dantem.

VValdſeenſis Præpoſitura.

Præpoſiti eius.

1 *Bertholdus, Dominus de VValdſee.*
2 *Rudolphus, nobilis de prato VViſer.*

3 Ioan-

3 *Ioannes de monte Zurch.*

4 *Iacobus de VValdſee.*

5 *Henricus de Thann, nobilis.*

6 *VVolfhardus de VVolfurt. Obiit 1382.*

7 *Conradus VViſer, VVangenſis. Obiit 1408.*

8 *Iacobus Spat, nobilis.*

9 *Iacobus Metſcher. Ob. 1418.*

10 *Conradus Rugelinus. Obiit 1428. Interfuit concilio Conſtantienſi. Fundauit vicinum cœnobiolum Beginarum, ſeu Franciſcani inſtituti Sororcularum.*

11 *Petrus Mahaber de Hopffenuuiler. Obiit 1459.*

12 *Henricus Fuchs, ex Epiſcopi Conſtantienſis oppido Martorffo: frater Petri & Ioannis Abbatum in Schuſſenriet, & Augia minore. Ob. 1492. cum 42. annos præſediſſet.*

13 *Lucas Herber, nobilis de Ringenberg. Obiit 1503.*

14 *Adamus Molitor VVurtzachenſis. Obiit 1523.*

15 *Hieronymus Schlaich, Monaſterij ædificando exornator. Præerat adhuc, 1550.*

16 *Secutus eſt Chriſtophorus Klocker: natus in vico Babenhuſen, non procul Memminga, anno 1517. Qui Bibliothecam diligenter parauit, bonis auctoribus exornans. Viuebat adhuc 1565.*

VValdburg. Barones.

Sepulti Barones VValdburgenſes, S. Romani Imperij Dapiferi, in hoc Monaſterio.

D. Georgius Dapifer, cognomine Longus dominus, anno 1482.

D. Chriſtophorus Dapifer, Ioannis Iunioris F. 1494.

D. Ioannes Dapifer. 1511.

D. Georgius, Ioannis F. Præfectus prouinciæ Sueuiæ: Vicetenens R. Ferdinandi in Ducatu VVirtembergenſi. Obierat Stutgardiæ, anno ætatis ſuæ 43 ſed domũ reuectus, in hoc VValdſeenſi cœnobio ſepultus eſt. Vixit luſtra nouem, ſeptem nec plus minus annos.

D. Iacobus Georgij F. Sepultus Sauonæ ad Cu[illegible]zerum, vbi mortuus erat, bello Marſiliano Imp. Carolum V. ſecutus. Sed in VValdſee Cenotaphium ei honorium factum eſt.

Cum 23. April. 91. (die S. Georgij, feria 6.) hæc abſoluiſſem: poſt horam tertiam pomeridianam proſecuti ſumus (Rector Academ. Georg. Hamberger, cæteri Doctores, Magiſtri, Studioſi, fœminaque piæ) funus M. Georgij Hitzleri Giengenſis, compatris mei dilecti, Profeſſoris linguarum & eloquentiæ multos annos hic, ætatis annorum LXV. Vna ſepultus eſt etiam affinis meus, Henricus Falckenſteinius, Mercator hic: & cuiuſdam Lapicidæ vxor. De quibus omnibus, vt beate defunctis, reuer. Parochus noſter, Doctor Ioan. Georgius Siguardus, concionem ex Epiſt. Pauli ad Philip. 3. de ciuitate noſtra in cælis, ψυχωφελέστατον habuit.

M. Georgij Hitzleri inſcr.

Affixeram ad valuas Sangeorgiani Templi, hoc vtriuſque Linguæ Epitaphium, in G. Hitzlerum.

Πένθιμος ἐξλῆρον θάνατος λάβεν ἀγλαόν: ἄφνω
　Τεσσαράκοντα καὶ ἓξ ἄμμιν ἑταῖρον ἐόντ'
Εὐσεβίῃ φιλαληθείῃ τε κεκασμένον ὄντως:
　Ἴδρις ὅτις γλωσσῶν ἦν, λόγιός τε λίην.
Αἰδὼς ὅσον κύρεις ὄρχαμος πέλε φιλομαθέσσιν:
　Οἶδε τύβιγγα σαφῶς, Ἀργυρῆ οἶδε πόλις.
Φεγγολιπὴς μὲν ἔτι ἴνα σώματος ὄμμαθ' ὑπῆρχεν
　Ὄμμα δὲ τὸ ψυχῆς ἀστεροφεγγὲς ἔχε.
Νῦν ἁγίῳ ψυχῇ συγχαίρω, φίλταθ', ὁμιλεῖς:
　Καρπούς τε ζωῆς ἀθανάτοιο δρέπει.
Τοιαύτη χ' ἡμῖν σέο γίγνοιθ' ἡλικιώταις
　Ἔξοδος, ἐκ δειλῆς λαίλαπος ἐς λιμένα.

Sententia Latina.

Suſtulit Hizlerum mors clarum, iure dolendum.
　Plus mihi luſtra nouem dulcis amicus erat.
Vir pius, ille fuit: iuſti ſyncerus amator:
　Vir magnus linguis, magnus & eloquio.

Ille

Ille iuuentuti quàm fidus & vtilis auctor:
Scis Vrbs argenti, ſciſque Tybinga ſatis.
Corporis extremos fuit annos lumine captus:
Lumine ſed mentis præditus vſque piæ.
Nunc felix viuis cum Chriſto, dulcis amice:
Gaudia nunc vitę percipis inſolitæ.
Nos ætate pares, parili tibi fine beemur:
Nos idem capiat, portus & aura poli.

Κρύσιος.

Eodem 1181. anno Guelpho Dux illuſtriſſimus (teſtante Chronic. M. Scr. Guelphonum) VVeingartenſi cœnobio duas curtes tradidit, Bergam & VVileram, cum omnibus appendicijs & quadam cœno-vtilitatibus. Inſuper beneficia, quibus vaſalli eius inbeneficiati erant, ea cōditione dedit: vt ipſi ijſdem beneficiis, dum viuerent, vterentur: ſucceſſores verò eorum, niſi ſecundum velle Abbatis & fratrum, de his nihil hæreditarent. Actum idibus Auguſti (regnante Friderico Imp.) in villa, quæ dicebatur Memmingen, teſtantibus multis.

VVelpho tradit bo VVingartēſi.

Memmingen.

LYBECA, IMP. FRIDERICO DEDITA. HANSATICÆ CIVITATES. Barones Degernfeldenſes. VVirceburg. Epiſcopus Gotfridus. Vrſinenſe Monaſterium. Marchiones Rumſpergenſes. Baiſuuilenſes nobiles.

CAPVT XII.

ANno 1182. Lybeca (Vandalicarum ciuitatum hodie præcipua, ac potentiſſima) in poteſtate Imp. Friderici erat: qui eam, cum ab expulſo Henrico Leone teneretur, aliquandiu magna vi obſeſſam, deditione in poteſtatē redegerat: cui etiam ipſe inde diſcedens, comitē à Daſſle Adolphum reliquit pro Præfecto. Ita tunc ſub Imp. Rom. eſſe cœpit. Poſterius, Henricus ex Anglia, quò cum vxore & liberis profugerat, Barbaroſſa mortuo reuerſus, illam recepit: ſed eo defuncto, ipſa dominium mutauit. Munſt. Idem Imperator (teſtante Theatri vrbium auctore) inclytam Hanſeaticam ſocietatem, multis priuilegiis paſſim ornatā, primus confirmauit: cuius dominam conſtituit Lybecenſiū Rempub. circa 1182. Chriſti. Proinde Hanſeatici cōuentus ibi celebrari ſolent: vbi de communibus ciuitatum negotiis agitur. Hanſa enim, ſocietatem ciuitatum ſignificat: pacis, mercaturæ, & iuuentutis inſtituendæ cauſa factam. Habet quatuor Emporia, Cuntores dicta: in quibus negotiatores ciuitatum reſident: quorum vnum eſt Londinum Angliæ.

Lybeca vrbs.

Hanſeatica ſocietas.

Cuntores.

Ait Tritenhemius, Fridericum Imp. hoc anno Italiam magno cum exercitu ingreſſum eſſe: ac multa mala contra Papam, & Romanam Eccleſiam, ferro igneq; patraſſe. At in VVingart. Chronic. contra annotatur: Fridericum menſe Auguſto huius 1182. anni, ſine armis Italiam eſſe ingreſſum (id eſt, vt intelligo, ſine animo belli inferendi) & à Veronenſibus ac Mediolanenſibus maximo honore ſuſceptum eſſe. At huius profectionis, nulla hoc, ſed 1184. anno, mentio apud Sigonium eſt.

Chriſtianus Archiepiſcopus, in Italia eſt defunctus anno 1182. (al. 1183. quem Lucius P. inuiſerat: eique omnium Eccleſiæ factarum iniuriarum veniam fecerat. Sig.

Chriſtiani Archimyſtæ mors.

Hoc tempore Lazius Liberos (id eſt, Barones) à Degernfeld, inter Sueuicas familias nobiles ponit. Quo nomine Lutoldus ſub Henrico IIII. floruerit: & Vdalricus ex Abbate S. Galli, Præſul Curienſis 1182. De quo ſupra anno 1166.

Liberi.

Degernfeldenſes Barones.

Herbipolenſi Epiſcopatui præfectus eſt Godefridus, nobilis heros à Piſemberg, Friderici Imp. Cancellarius, vir doctus & prudens. Conſtruxit de nouo cathedralem Herbipoli Baſilicam ex lapide quadrato. Secutus poſtea Friderici Aſiaticam expeditionem, non procul Antiochia diem obijt: ibique in maximo templo honorificè ſepultus eſt. Cui à canonicis Herbipoli, etiam cenotaphium conſtitutum eſt, memoriæ & honoris ergò. Sic Bruſch. qui ſtatuit hanc expeditionem in anno 1186. tanquam priorem Friderici in Aſiam: cum tamen alij vnam tantum expeditionem, illam 1189. Friderico tribuant.

VVirceburg. Epiſcopus Godefridus.

De Vrſinienſi cœnobio.

Vrſinium vel Vrſinum, vulgo Irſingum, Monaſterium Benedictinæ Regulæ egregium (paululum infra Kaufbyram Imperiale oppidum, non procul à VVertachio amne, in medio denſiſſimi nemoris ſitum) fundatum eſt (Scriptore Bruſch.) anno Domini 1182. à Marchione de Rumſperg, Henrico: & eius filiis Godefrido, & Bertholdo, & Irmelgarde filia: in

Vrſinienſe cœnobium.

Rumſperg.

media

media ibi Eccleſia ſepultus. Vxor Henrici fuit Vdilhildis. Obierunt, ipſe Neapoli, iturus in Aſiaticam Imper. Friderici expeditionem: Godefridus, Auguſtæ ſub cura Medicorum: Bertholdus, in conflictu prope Rhenum: iturus cum Imper. Othone excommunicato in Saxoniam. Irmelgardis nupſit Baroni cuidam de Vltimis, & enixa eſt Vdalricum de Vltimis magnum huius cœnobij benefactorem: habitantem in Adelburgo, Atheſinæ regionis caſtro. Lazius, VVirtembergenſi comiti Henrico nuptam ſcribit, & Kauffbyræ ſepultam eſſe.

De Vltimis Barones.

Idem, Marchiones Suauiæ de Ramſperg nominat: qui fundatores ſint Vrſinienſis cœnobij prope Kauffbeuram: oriundi à VVernhero comite à Rockenſtein, cœnobij Bethahuſenſis fundatore. Addit, à Gotofrido & Rudolpho huius familiæ, adiutum fuiſſe ſuperiori tempore VVelphonem iuniorem, aduerſus Palatinum Tubingenſem Hugonem, in recuperando comitatu Caluenſi, Imperatore Friderico Primo. Vide ſupra, anno 1164. Sepulturam habent in Vrſinienſi Monaſterio nobiles à Benzenauu: Ioannes pater, & VVernher filius, viuentes circ. Chriſt. 1440. Item Ioannes, eques auratus, mortuus 1515. & Georgius, defunctus 1535.

Ramſperg Marchiones. Rockenſtein. BentZenouij.

Ad Eccleſiam autem, & Scholam, Vrſinij conſtituendam, euocatus eſt ex Iſnenſi cœnobio laudatus vir, VVernherus Prior. Hic auxilio Henrici Marchionis fratres eremum in Vbergenſi nemore denſiſſimo colentes, in locum amœniorem, montem Vrſinum, 1185. transtulit. Abbate ibi conſtituto: Iſnam in ſuum cœnobium ſe retulit.

Abbates Vrſinienſes, ex Bruſch.

Vrſinienſes Abbates.

1 *Cuno: ab Henrico fundatore, & VVernhero Priore, ex Vtenbyrenſi Monaſterio euocatus. Is monitu fratris Mengoſi, tranſtulit ſedem ex monte in planitiem monti adiacentem, ad honorem B. virginis: at ſumptibus Henrici Marchionis, filiiq. Godefridi, habitationem cœpit ædificare paulò ſplendidiorem, ſed morte interceptus, non abſoluit.*

2 *Rudolphus, ex Ochſenhuſio adſcitus, vir doctus & eloquens. Aedificauit ſacellum S. Nicolai. quod Paradiſum vocant: ab Epiſcopo Auguſtano Vdalſcalco 1188. conſecratum. In quo ſepulti ſunt VVernherus Prior, & Cuno Abbas. Deſtinatus is locus poſtea ſepulturæ fratrum, & nobilium laicorum, eſt: vbi primus humatus, VValcherus à Baiſuuil legitur. Reſignauit 1223. ſenio confectus: & in cellam ſuam Ochſenhuſanam reuerſus, ſeptimo menſe pòſt ibi obiit.*

3 *Huius fortaſſis in Abbatia adiutor, Geboldus fuit: teſtis 1220. in quodam Cæſarienſis cœnobij Diplomate.*

4 *Albertus, ex Vtenbyra deſumptus à Gottfrido, Ramſpergenſi Marchione, anno 1223. Præfuit A. 5. & obiit 1228. Sepultus in ſacello S. Nicolai.*

5 *Conradus. Præfuit 39. A. Obiit 1267.*

6 *Vdalricus. Sub eo nobilis quædam & opulenta vidua Gertrudis, relicta à viro ſuo Henrico de Bickenriet, plurimum contulit ad huius Monaſterij ædificationem: eaque circ. 1269. obiit, ibidem humata.*

7 *Henricus. Sub quo, magna fames.*

8 *Hartmannus, A. 14. Sub quo Conradus de Ramſchuuag, Patronus huius Monaſterij, Eccleſiam Ingenriedenſem cum tota ea Aduocatia, eò contulit.*

9 *Henricus II. Prior antè cœnobij Auguſtæ Vlriciani. Cum præfuiſſet A. 7. factus eſt Fauenſis cœnobij Abbas.*

Herbeltshofen.

10 *Conradus II. natus ex pago Herbeltshofa Conſtantienſis diœceſeos: egregius aurifex, ſculptor, pictor. Ipſe Monaſterij ambitum primus lapideū fecit, 1334. Locupletauit cœnobium: quod propter bella inter Ludouicum & Fridericum, Imperij riuales, ad extremam penè paupertatem redactum erat.*

11 *Suiggerus: contra voluntatem Aduocati Ioan. Ramſchuuagij factus, καὶ βραχύβιος.*

12 *Henricus III. cognomine Zerrer, hebdom. 16.*

13 *Vdalricus II. de Altenſtadio, Ruſtici filius. Multa paſſus eſt 1345 ſub Aduocato illo Ioanne: qui tamen pœnitentia motus, bonis multis cœnobium auxit.*

14 *Henricus Quartus, anteceſſoris patruus, antea cuſtos Eccleſiæ. Homo ſimplex, ſed Monaſterio perutilis.*

15 *Ioannes Albinus Vtenbyranus. Fraternitatem fecit cum conuentu S. Magni Fauenſi, 1366.*

16 Petrus

16. Petrus, nobilis de Baiſvveil: per Gernicum de Baiſvveil intruſus, inuito Ioanne Ramſchvvagio. Fuit infelix Rector: qui etiam profuſione ſua Crœſi diuitias abſumpſiſſet. Venditis itaque Monaſterij prædiis: tanta inopia conſecuta eſt: vt præter vnum, omnes Monachi diffugerent: & ipſe pater, in parochiam PfortZenſem ſecederet. Qui remanſerat, Vdalricus Francus, hortos & vineas diligenter plantabat. Abbate igitur exbaliſtato: præfecit gubernationi Monaſterij, Epiſcopus Auguſtanus Burcardus Ellerbachius, ſororem ſuam D. Annam ab Ellerbach, in caſtro Kemnat degentem. Hæc ἀνθυπομένη & ipſa tamen tandem cogitans, quantum peccatum eſſet, Deo dicata dilapidare bona: vnum de fratribus diſperſis vocauit, ſequentem ſcil. Conradū: cui gubernationem Abbatiæ commiſit. Interim deceſſor Petrus, fato functus: in loco capitulari ſub cratibus vimineis eſt humatus. Baiſvveil. Prodigus Abbas.

17. Conradus Hauſanus, nobili genere natus. Hic parſimonia, imò tenacitate, ac ruri laborando, decimasq́ colligendo, reſtituit rem amiſſam. Præfuit ab anno 1399. vſque ad 1422. quo & in Nicolai ſacello mandatus terra eſt. Fratres ſeptem reuocauerat: combuſtum, excepto Templo & choro, Cœnobium inſtaurauerat: addita turri quoq;, & aliis ædificiis nouis. Itaq;, pro ſecundo huius collegij fundatore habitus. Tenax Abbas.

18. Henricus v. Eſſeler cognomento, Campidonenſis. Probus, & eximius œconomus. Inuenit theſaurum, ab anteceſſore abſconditum, magnum: de quo Monaſterium excoluit eximiè: impenſis circ. 20. millibus Aureorum. Emit quoque 10. millibus Aureorum, villam egregiam Baiſvvil: nobilium Baiſvvilenſium olim ſedem. Celebratur pro tertio conditore. Obiit decrepitus ſenex 1459. poſt 37. gubernationis annos.

19. Petrus Alberti, ex villa Ortringen ortus: ex Elchingenſi verò Cœnobio accitus. Præfuit 15. annos ſatis benè: ſed 1474. ſe propter aduerſam valetudinem à munere remouit: ac biennio pòſt, ſenectute ac paralyſi confectus obiit. Sanxit fraternitatem cum Monaſterio Eberſperg, an. 1463. & cum Staingaden, 1468. Eberſperg. Monaſt.

20. Matthias Stainbrucker, 1475. Obiit Auguſtæ 1490. Medicorum opera vtens. Sub eo Eccleſia Baiſvvilæ Parochialis, incorporata huic Cœnobio eſt: profecto ter ob eam cauſam Caſparo Seuboldo Romam ad Pontificem.

21. Othmarus Campidonenſis, Victoris F. Obiit 1501. Sub quo ſeditio Agricolarum 1491. cōtra Magiſtratus ſuos, in Campidonenſi Abbatia, & in cætera Algoia, extitit: ad Lubaſum conuenientium amnem numero 5. millium. Attamen citra ſanguinem multum, à fœdere Sueuico compreſſa eſt.

22. Petrus Fendius Campidonenſis, electus 1502. Obiit 1533. Sub quo Monaſterium 21. annis, de nouo reparatum eſt, totum, excepto Templo: ſed in Ruſticana ſeditione 1525. expilatum & incenſum. Inſtauratio tamen, partim ab ipſo, partim à ſucceſſore, facta.

23. Paulus Neccarus, Campidonēſis & ipſe: vir doctus, grauis, liberalis. Obiit 1549. Mart. 21. ſpoliato antè 1546. à Smakaldici fœderis militibus Monaſterio: qui tamen rapto contenti, aliud nihil mali ei intulerunt. Bibliothecam ibi ipſe inſtitutam auxerat: dicens, Monachum ſine libris & lectione, eſſe ſimilem Militi ſine gladio.

24. Sebaſtianus Steger Rauenſpurgenſis. Præerat adhuc 1550. cum Priore Thoma Hofmanno. Quo anno quædam Ruſtica fœmina, fabri ferrarij vxor VValpurgis, 3. Aug. enixa eſt in pago eiuſdem Abbatiæ Riedenſi, duas formoſas puellas, corporibus concretas: brachiis ſe inuicem complexas: ſed difficultate partus enectas. Meminit præter Bruſch. etiam Lycoſthenes. Monſtroſus Partus.

Eodem 1182. anno, Romani μνησικακοῦντες, veterum offenſarum cum Papis, & cum Tuſculanis, memores, bellum reſumpſere. Pont. Lucius Roma exceſſit.

PAX CONSTANTIÆ, CVM LOMBARDICIS, ALIISQVE ITALIÆ ciuitatibus: ab Imp. Friderico, & R. Henrico, facta. VVengenſe Vlmenſium Monaſterium. Comites generoſi Albeccenſes. Conflagratio Vlricani Templi Auguſtæ Rhæthicæ. Comitia Imperatoria Erdfordiæ. Hieroſolymæ Rex deſignatus, Balduinus v. Imp. Orientis, ANDRONICVS COMNENVS. Patriarchæ Conſtantinopolitani Tybingam ſcriptio.

CAPVT XIII.

ANno 1183. cùm Rex Henricus, Italici Regni coronam (vt qua omnes ante ſe Reges Germaniæ ornati fuiſſent) nullius cogitatione belli, ſed bona cum gratia, affectaret: patri Fride-

rico Imp. perſuaſit: vt, quandoquidem induciæ Lombardicæ ad finem venirent: integram pacem Italiæ præſtare vellet. Is igitur legatos eò miſit: atque Italorum animos, non refractarios, ſed æquos, inuenit: paratos facere illa, quæ ſuperioribus temporibus erga Imperatores facta eſſent: modo ipſe pacem cum Eccleſia, & cum ciuitatibus, coleret. Nauarunt diligentem Legati operam: atque, cùm Italica legatio (nomine ciuitatum Lombardiæ, Marchiæ, & Romandiolæ) in oppidum Alemanniæ Conſtantiam veniſſent: pax optata vtrinque eſt inita, & iureiurando confirmata: ſicut & per totum Imperium ſanctè ſeruanda, confirmata pax eſt.

Italorum erga Imp. Fridericũ æquitas.

Pax Conſtantiæ.

Epiſcopus tunc Conſtantiæ erat Hermannus II. *Fridingenſis nobilis. Hanc pacem, præſentibus non modò Italicis, ſed etiam Germanicis proceribus factã,* PACEM CONSTANTIENSEM *appellabant omnes: quæ literis eſt comprehenſa: quas illuſtris Iuriſc. Baldus*
» *commentariis explicuit. Literarum initium eſt:* IN NOMINE SANCTÆ ET *indiui-*
» *duæ Trinitatis: Fridericus, diuina fauente clementia, Romanorum Imperator, ſemper Augu-*
» *ſtus: & filius eius Henricus ſextus, Romanorum Rex Auguſtus. Imperialis clementiæ immenſa*
» *ſerenitas manſueta, eam ſemper in ſubditis ſuis diſpenſationem fauoris & gratiæ habere conſue-*
» *uit: vt, quamuis diſtricta ſeueritate exceſſuum delicta debeat & poſſit corrigere: magis tamen*
» *ſtudeat propitia tranquillitate pacis, & piis affectibus miſericordiæ, Romanum Imperium rege-*
» *re: & rebellium inſolentiam ad debitam fidem, & debitæ deuotionis obſequium, reuocare. Ea-*
» *propter Lombardos, qui aliquando nos, & Imperium noſtrum, offenderãt, & ſocietatem eorum,*
» *in plenitudinem gratiæ noſtræ recipimus, &c.*

Baldus: Pietas (miſericordia, clementia) decet Principem: per quam ſolam Dei ſeruatur imitatio.

In plenitudinem gratiæ recipitur, cui remittuntur culpæ, & recipitur ad fauores.

» *Deinde. Nobis intrantibus Lombardiam, fodrum conſuetum & Regale, quæ ſolent & de-*
» *bent, præſtabunt: & vias & pontes bona fide, & ſine fraude, & ſufficienter, reficient. In eundo*
» *& redeundo, mercatum ſufficiens nobis & noſtris, euntibus & redeuntibus, bona fide & ſine*
» *fraude præſtabunt. In omni decimo anno fidelitates renouabunt, &c.*

Decimo quoque anno fidelitates ſunt renouandæ: propter iuniores, qui antehac propter minorem ætatem iurare non debuerant.

Nomina principum & nobilium, qui præſcriptam pacem iurarunt.

Hermannus, Monaſt. Epiſcopus.
Henricus, Cirnenſis electus.
Citalinus Curienſis.
Abbas Gotifredus, Imperialis aulæ Cancellarius.
Otho, Dux Bauariæ.
Fridericus, Dux Sueuorum, filius noſter.
Bertoldus, Dux Zaermone. Legend. Zaringiæ.
Bertoldus, Marchio Hiſtriæ.
Hermannus, Marchio Veronenſis, &c.

Signum Domini Friderichi, Romanorum inclytiſſimi Imperatoris.

Ego Gotifredus, Imperialis aulæ Cancellarius, vice Chriſtiani Moguntinæ ſedis Archiepiſcopi, & Germaniæ Archicancellarij, recognoui.

» *Acta ſunt hæc anno incarnationis* M. C. LXXXIII. *Indictione prima, regnante Do-*
» *mino Friderico, Romano Imperatore glorioſiſſimo: an. Regni eius* LXXXII. *(debet eſſe* XXXII.)
» *Imperij verò* XXXIX. *(debet eſſe* XXIX.) *Dat. apud Conſtantiam, in ſolenni curia,* VII. *Ca-*
» *lend. Iulij.*

Iuramentum.

Iuſiurandum.

In Chriſti nomine iuro ego: quod amodò ero fidelis Domino Imperatori Friderichο:
» *& eius filio, Regi Henrico. Non erò in concilio, vel facto: quòd ipſi perdant vitam, vel mem-*
» *brum, aut mentem, ſeu coronam Imperij, vel Regni, vel caput. Et, ſi ſciuero aliquem feciſſe,*
» *vel facere volentem: per me vel alium, Domino Imperatori vel Regi, vel nuntio eius, ſine frau-*
» *de manifeſtabo eis: & adiuuabo honorem coronæ tenere, &c.*

Si Papa

Si Papa deponit Imperatorem dolo vel ambitione, ſine legitima & ardua cauſa: depoſitio ipſo iure eſt nulla. Debet enim Papa procedere, tanquam Deus, qui eſt veritas. Baldus. ὑμῶν δ᾽, οὐχ οὕτως. *Luc. 22.*

Ad ſupradicta in iurantium catalogo verba: Fridericus, Dux Sueuorum, filius noſter, &c. ἐπίμεμε, & annotatio.

Mirum, quod Zeringiæ Dux ſubſtituatur Friderico, Friderici I. F. Sueuiæ Duci: cùm cõſtet, Friderico iuniori à patre non promiſſum tantum, ſed & datum, Sueuiæ Ducis titulum: cùm mox ſequatur Bertholdus, Dux Zeringiæ: pro quo ſubſtituit Germanicæ linguæ planè imperitus, Zaermone. Omiſſi addantur: Comes Henricus, Dux Spletenſis (pro quo legendum Spoletanus: & Vrſligenſis familiæ, vel authorem, vel procerem fuiſſe, arbitrandum.) Comes Theopobus de Lexcominende. Pro Deopoldo, vel Diepoldo, Com. de Lechſgmünd.

Comes Ludouicus, frater Cancellarij, de Olfeſtre. Pro, Helffenſtein. Ex ea enim familia vtrunq; natum, nihil dubitandum.

D. Oſuald. Perhibetur, Gamundiæ quoque hoc 1183. anno Comitia, ab Imp. Friderico eſſe habita.

DE VVENGENSI apud Vlmenſes Monaſterio.

VVengenſe S. Michaëlis Archangeli Monaſterium, inſtituti Regularium canonicorum S. Auguſtini, Conſtantienſis diœceſ. (quod nunc intra Vlmenſem vrbem, non longè à noua porta ſitum eſt) ædificari cæptum eſt 1183. anno (Imp. Barbaroſſa regnante, & Lucio III. pontificante) in monte vrbi vicino, adhuc S. Michaëlis nomen retinente: à nobili & generoſo viro VVittigouo, Comite de Albeckha: & eius coniuge D. Bertha, in hoc Cœnobio honorificè ſepultis. *VVengenſe, Vlmenſium Monaſteriũ.* *VVittigouus.*

LITERÆ fundationis apud Bruſch. quas Conſtantienſis Epiſcopus Henricus, poſtea 1357. anno, vt veras, confirmauit.

In nomine S. & indiuiduæ Trinitatis: cùm ex verbis ipſius Domini diſcamus: Date eleemoſynam, & omnia mũda ſunt vobis: notum ſit omnibus, tam præſentibus, quàm futuris: quòd nobilis quidam VVitigouueus de Albegkhe, pro ſalute & remedio animæ ſuæ, & omnium parentum ſuorum, à quodam Monaſteriali Augienſis Eccleſiæ, precio interueniente, obtinuit montem & domum S. Michaëlis, apud Vlmam ſitum, cum omnibus appendiciis ſuis: quem vſque ad hæc tempora iure proprietatis poſſedit: vt in vſus Augienſis Eccleſiæ conferret: & omne ius ac proprietatem, & poſſeſſionem, in Eccleſiam transferret. Ex conſilio autem Religioſorum illius temporis virorum inſtituit: vt prædictus locus, domus hoſpitalis, pauperum refocillatio, & aſylum peregrinorum, in æternum permaneat. Eidem domus, præpoſitum cum aliis Canonicis, ſub S. Auguſtini Regula deuotè degentibus, præficiendum ordinauit. Vt autem peregrinantes in eodem loco (quia propter ipſos præcipuè eſt fundatus) honeſtam conſolationem de communi alimonia fratrum aſſiduè inueniant: Præpoſitus eiuſdem loci perſonas ad ſeruiendum Deo congruas, recipiat: & in recipiendo modum non excedat: ne pauperum conſolatio decreſcat: fratres in præfato loco ſibi præpoſitum liberè eligant: & electum ſuo Domino Abbati Augienſi pro inueſtitura, ab ipſo ſuſcipienda, quantocius, ne locus deſoletur, repræſentent. Si verò (quod Deus auertat) in dicta electione partes fuerint: Abbas Augienſis conſilio Aduocati domus illius, charitatis ſanioris electum inueſtiat. Sin autem fratres ſine rationabili cauſa electionem diſtulerint: Abbas Augienſis conſenſu Aduocati, ne domus pauperum deſtituatur: citatis fratribus, vbi Aduocatus fuerit præſens: cauſam dilationis diligenter inquirat: & ad eligendum præpoſitum in Deo, perſuadeat. Sin autem iniuſtè renunciauerit Abbas cum Aduocato: de Regula Auguſtini honeſtam perſonam ipſis præficiat. Notum ſit etiam omnibus: quòd VVitogouueus, fundator ipſius loci: pro defenſione, ab omni exactione, iure dominij, ab Abbate Augienſi ſuſcipiat Aduocatiam: & eadem Aduocatia, vt ad omnem ſuam poſteritatem, ſcilicet ad ſeniorem maſculum, tranſeat, inſtituit. Item dictus loci fundator, omnibus ſuis hominibus pro remedio animæ ſuæ, res ſuas tam mobiles, quam immobiles, ad montem Michaëlis conferendi libertatem ordinauit. Similiter dictæ domus author, pro honeſtate & vtilitate loci: ab ipſo loco, & ab omnibus pertinentibus ad ipſum: congregationem mulierum incommodam remouere firmiter ordinauit, & inſtituit: videlicet ne ſecundum conſuetudinem aliorum Cœnobiorum, ſorores in conſortium fratrum aſſumantur. *Albecenſis Comes.*

» Ego Diethelmus, Abbas Augienſis, conſenſu fratrum meorum, & Miniſterialium cõmu-
» nicato conſilio: vt huius ordinationis VVitigouuei conſtitutio (quam honeſtam & rationabi-
» lem, & intuitu Dei, inceptam, vidimus) firmum apud nos & ſucceſſores noſtros, ſuæ perfectionis
» tenorem obtineat: & domus beati Michaëlis, de immutabili donatione gaudeat: placuit nobis,
» præfatas traditiones, ſigillo Eccleſiæ noſtræ communire. Concedimus etiam, vt liceat omni
» familiæ Augiẽſis domus ſeruorum & Miniſterialium facere commercium vobiſcum rerum ſua-
» rum, mobilium & immobilium, per donationem, commutationem, & venditionem.

Huius rei teſtes ſunt.

Leopoldus, Dux Auſtriæ.
Rudolphus, Palatinus de Tubingen.
Veringen. Mangoldus, Comes de Veringen, & filius ſuus Eberhardus.
Hohenberg. Burcardus, Comes de Holienberg.
Schuſſenried. Conradus de Schuſſenried.
Diemo de Gundelfingen.

Erneſtus de Stuſſelingen. Et alij quam plurimi. Acta ſunt hæc anno Dominicæ Incarnationis M. C. LXXXIII. Indictione 2. regnante Friderico Imp. Romanorum inuictiſſimo, & ſemper Auguſto, in ipſius conſpectu, apud Vlmam. Characteres autem ſigilli ſupraſcripti inſtrumenti (inquit ille Conſtantienſ. Epiſcopus Henricus) hoc ſonant: Sancta Maria, Dei genitrix. Ipſumq́; ſigillum, rotundum: & in medio Sigilli, effigies ſiue imago S. Mariæ eſt deſculpta: & filium de ſericis gilus & rubeis, eſt ipſi inſtrumento appenſum.

Locatria VVengenſis Monaſterij. Tribus locis ſtetit hoc Michaëlicum Monaſterium: primò, in monte S. Michaëlis: vbi initio à VVitigouueo poſitum fuit: deinde 1215. in inſulis, vulgò in den Wengen vocatis, extra vrbem: poſtremò, anno 1399 in vrbem tranſlatum eſt, vbi hodieq́; manet.

Nullum reſtat hodie fundatorum ſepulturæ veſtigium: quod amicus meus, Laurentius Gualtherus Kuechelius, Med. D. & Vlmenſis iam diu Phyſicus, propter migrationes illas Cœnobij, quas dixi, factum arbitratur. Inſulas illas VVengenſes, ad Blauum amnem eſſe ait: vbi nunc ferraria officina, de Hammer.

PRÆPOSITI VVengenſes.

Præpoſiti eius. 1. Anonymus quidam 1183. ex Marbacenſi Alſatiæ prope Colmariam Cœnobio aſcitus.
2. Anonymus item: electus 1190. mortuus 1200.
3. Sifridus: vltimus in monte Michaëlis: & primus in Blaui inſulis: vbi 1215. Michaëlicum Cœnobium inchoatum fuit: Aduocato eius, Albeccenſi comite Sibothone. Præfuit 26. annos: obiit 1227. anno.
4. Diepoldus, an. 9.
5. Lutho, 1236. in annos 12.
6. Henricus, 1248. breuis vita.
7. Otho Arelopuſius, 1250. quo conſecratum eſt hoc nouum Monaſterium ab Epiſcopis, Sibothone Auguſtano, & Eberhardo Conſtantienſi: quando VVitigouueus Comes, Sibothonis filius, Aduocatum eius agebat.
8. Martinus, an. 1270. qui ſedit 28. an.
9. Conradus, 1298. an. 14.
10. Ioannes Straſſius: electus 1312. an. 23. præfuit: & 1335. deceſſit.
11. Truchbelinus, 1336. an. 5. Obiit 1341.
12. Bertholdus: exauctoratus 1353. obtenta tamen annua penſione.
13. Conradus, vſque ad 1381. Sub quo, anno 1377. Templum S. Mariæ ampliſſimum parochiale, Vlmæ conditum eſt: cùm antehac Parochialis omnium Sanctorum Eccleſia, extra vrbem ſtetiſſet.
14. Petrus Neger: in inſulis vltimus, & in ciuitate primus Præpoſitus. Nam inſulano Cœnobio deſtructo (ne quis vrbem poſthac obſidens, ſicut Carolus IV. Imp. fecerat, inde nocere poſſet) nouum intra vrbem an. 1399. conditum eſt. Obiit 1405.
15. Bertholdus Neger (al. Piſtor) qui præfuit 22. an. vir ſtrenuus in abſoluendo & exornando Cœnobio. Obiit 1427.

16. Vdalri-

16. Vdalricus Strobelius (al. Maier) ex pago Vlmēſi Langenavv oriundus. Obiit 1445. Religioſus, & qui ædificiis multis locum illuſtrauit.

17. Conradus, vir nobilis: parentib. natus, Ioanne de Plinthaim, & Anna de Liechtenſtain: artium Baccalaureus. Præfuit 19. an. & 1464. obiit: prudens & fidelis œconomus, ædificator diligens. Confirmatus fuerat in concilio Baſilienſi. *Plinthaim.*

18. Sigiſmundus Ehinger, patricius Vlmenſis, vir ſumptuoſus. Obiit 1468. *Ehinger.*

19. Vlricus Krafftius, patricius item Vlmenſis, an. 12. qui 1480. παραλελυμένος τὰ μέλη τοῦ σώματος, obiit. *Crafft.*

20. Matthæus Zimmermannus, an. 9. vtiliter. Reformauit Monaſterium, adiuuante pontificio legato Raimundo, & Vndersdorffenſi Præpoſito Vlrico Brotkorbio. Reſignauit 1489. Obiit 1505.

21. Vitus Deſelius Auſtriacus, ex Vndersdorffo aſſumptus. Electus 1489. & eodem die παρανόμως confirmatus. Valetudinarius: ſed tamen Bibliothecæ collector, ædificiorum extructor. Obiit, toto triennio in ſella ſedens.

22. Ioannes Mannus. Electus 1497. præfuit 12. an. ac reſignauit 1509. Obiit 1514.

23. Michaël Otterlinus de VVolmatingen, Cōſtantienſis, cognomine Heluetius. Electus eſt 1509. inſtaurauit Erbacenſe collapſum fanum, quod ad Danubium eſt. Obiit 1521.

24. Ambroſius Kautus, Vlmenſis. Seceſſerat Vberlingam 1630. propter reformatam Vlmæ Religionem: ſed poſt 16. annorum in iudicio Cameræ conflictionem, ab Vlmenſibus reuocatus eſt, atque rediit: ſuumque Monaſterium refecit. Obiit 1552. Nonis Decemb. anno ætatis 67. cui prolixum eſt ſcriptum Epitaphium, quod incipit:

Prò dolor, immites quid non tentatis in auſum
Parcę? Fas quibus eſt parcere morte nihil.
Triſtia fila viro pro tali cur ſecuiſti?
Quem potius vitæ reddere fata decet.

In cuius Epitaphij tabula, depicta eſt cœna Domini: & Dominus orat in oliueti monte, cū tribus Diſcipulis: Habuit Ambroſius fratrem, Antonium Kautum, Presbyterum: qui 1571. Obiit Id. Febr. & in eodem Templi choro ambo ſepulti ſunt.

25. VVolfgangus Beſſerer, antiquæ nobilitatis patricius Vlmenſis. Electus 1553. Obiit 1559. nonis Decemb. Depictæ ſunt ibi familiæ eius, & Saluatoris in cruce, imagines.

26. Sebaſtianus Saltzmannus Vberlingenſis, 1560. qui deceſſit an. 1585. die Ianuar. 2. In cuius tabula, extremum iudicium eſt depictum. Epitaphij longi principium eſt:

Huſſæus vates reſidens in ſtramine Iobus,
Mortalis querulo planxit ſic carmine vitam.
Mox, vt homo fuerit vitales ductus in auras:
Cogitur ad centum caſus, centumque labores.

27. Matthias Vbelacken Vberling. anno 1585. electus, pridie Idus Ianuar. Adhuc 1590. præerat.

Eodem anno 1183. anno, totum S. Vlrici & Afræ Monaſterium Auguſtæ, cum multis ciuiū vicinis domibus, die S. Alexij (17. Iul.) incendio periit, circa 9. horam: cum fabrica quadam, in valle ſita, nimio æſtu exarſiſſet: & vicina omnia inflammaſſet: ac ſic etiam ad hoc Monaſterium Templumq́; peruaſiſſet. Tunc corpus S. Vlrici, magna difficultate ab operariis repertum eſt, & tranſlatum. Qui autem de eius reliquiis aliquid ſurripuerant: diuinitus puniti feruntur. Sed & antè, & pòſt (ſi fides vulgaribus libellis habenda eſt) miraculis coruſcauit Vlricus. Vt, quidam vir, nomine Luitnotus, apud Baronem in oppido Bobinga panſus: cùm iam abiturus eſſet, coactus eſt ab eo plus bibere. Dixit ergo, ſe ob charitatem S. Vlrici bibiturum: vtpote cuius ope antehac, Epiſcopi ſui gratiam, profuſione farris (erat enim illius Piſtor ſimilarius) amiſſam recuperaſſet: quam flens, & nudis pedibus ingrediens, poſtulaſſet. Poculo exhauſto, manuque deorſum verſa, addidit: ſe hoc die tutum eſſe ab omni re aduerſa, etiam vulneratione. Baro, porrige mihi, inquit, digitum tuum: an non poſſim vulnerare. Tunc verò non illius digitum, ſed ſuam manum, vulnerauit: digitoq́; illius & cultro dimiſſis, indoluit. Tribuitur etiam meritis (ſerui ſcil. non inutilis, ſicut Luc. 17. dicitur) D. Vlrici: quòd in toto, quod eſt inter Vindam & Lycum, territorio, nulli glires viuere poſſint. At terra quoque ipſa, in quo corpus eius iacuit, glires fugare dicitur: ſed tantùm apud venerantes ipſum. Appingitur piſcis imagini eius: quòd, cùm aliquādo cum S. Conrado, Conſtantienſi Antiſtite, apud S. Afram cœnaturus conſediſſet die Iouis *S. Vlrici Monaſt. Auguſtæ, combuſtum.* *S. Vlrici miracula.* *Glirium expulſio.*

(*feria 5.*) *ipſiq́; diuinos ſermones vſque in poſterum diem produxiſſent: nec obſeruaſſet Vlricus carnes appoſitas: nuntio, qui ex Bauaria aderat, diſcedenti fruſtum carnis dedit. Ille, cùm ad ſuum dominum reuerſus, Epiſcopos infamaret: tanquam qui 6. feria non abſtinuiſſent ab eſu carnium: carnis ſe fruſtum in teſtimonium prolaturum dixit. Verùm, cùm proferret, erat in piſcem conuerſum: & Sanctorum innocentia, miraculo defenſa. Hæc ſcil. congruebant iis, quæ diuinitus reuelata oracula nos docent. Vt, Dicto Apoſtoli: quod eſt 1. Timoth. 4. Prohibentium cibos, quos Deus creauit ad ſumendum cum gratiarum actione fidelibus.* καίτοι ὁ λόγος, περὶ οὗ χάριν πολλάκις πλάνης. *Ineptum etiam, carnem in piſcem eſſe mutatam, id eſt, in non carnem. At 1. Corinth. 15. Paulo piſces carnem habent, dicenti: Alia eſt caro hominum: alia caro piſcium. Decet Monachos, ſi Poëta velint eſſe, & fingere,* τὸ πρέπον, *ſiue decorum, obſeruare. In tenebris quidem illorum ſeculorum, ineptiæ & mendacia poterant latêre: non autem hodie, ſeculo tam erudito: quod illi nunquam fore putaſſent, ne in ſomnis quidem. Alioquin aut temperaturi ſibi à mendaciis fuiſſent: aut circumſpectius mendacia confictur. Hoc ſcil. erat benè promouere Chriſtianiſmum. Quaſi denique neceſſe fuerit, innocentiam illorum Epiſcoporum defendi, tanquam non fuerint & ipſi peccatores. At S. literæ non tegunt Dauidis adulterium, aut Petri abnegationem. Longè igitur à S. Scriptura recedunt: qui Sanctos, per omnia puros faciunt: & rebus leuiculis miracula affingunt. Ideo rarò hodie tale quid fingitur, vel auditur.*

Caro, in piſcem mutata.

Poëſis Monaſtica.

Eccleſia Cæſarienſis Monaſterij 1183. ab Hardouigo, Epiſcopo Auguſtano, dedicata eſt: præſente Aiſtetenſi Antiſtite Othone.

Imper. Friderico conuentum habente Erdfordiæ, hoc 1183. anno (al. 1184.) in palatio, ſub quo erat cloaca: fractis trabibus, ſubmerſi ſunt in ea octo principes, & multi nobiles, ac plus centum milites. Imperator, feneſtra correpta, vix euaſit. Inter ſuffocatos erat comes Henricus de Schvvartzenburg: qui ſemper ſic iurauerat: Si hæc fecero, vel dixero: ſubmergar in latrina. Stadenſ. Factum eſt Iul. 26. Alibi filium Friderici Henricum Regem fuiſſe inuenias, qui vix euaſerit.

Caſus palatij.

Hieroſolymis VIII. *Rex creatus eſt* BALDVINVS V. *puer,* ὀλιγοχρόνιος.

Hieroſolymæ Rex. 8. Balduinus 5.

Conſtantinopoli menſe Octobri, ANDRONICVS *tyrannus, occiſo Imp. Alexio, ac poſtea matre eius, ipſe Imperium tenuit. Nunc ergo eſt* LVI. IMP. CÆS. ANDRONICVS COMNENVS, P. F. *Aug. ad biennium. De quo Robertus de monte, Andronicus, inquit, patruus Imperatoris Alexij, indignatus: quòd is duxiſſet filiam Regis Francorum: & multos latinos haberet ſecum, ſibi familiares: volebat eos exterminare. Itaque conducto Solidano Iconij, & multis Saracenis, fraudulenterq́; introductis, multos Latinos interfecit: & multi Saraceni interfecti ſunt. Pax tamen tandem facta eſt. Attamen Andronicus (Æmil. lib. 5.) Imperium occupauit & latinos (multos nobiles, qui cum Hagne Franca venerant, in Aula gratioſiores Græcis) expulit. Egnatius hunc Andronicum, ex Iſaacio Comneno, Ioannis fratre, natum ait. Poſtea Alexij coniugem, illam ex Francia Hagnem, inceſtis ſibi nuptiis copulauit.* ὑπεργήρως *(inquit Chomata)* ὁ κρονίων ἀπόζων, ἀνεψιῷ γυναικὶ, μιλτοπαρείῳ κόρῃ καὶ τρυφερᾷ, καὶ μήπω τὸ ἑνδέκατον ἔτος ἐξανυούσῃ, συγκατακείμενος ἀθεμίτως: καὶ ῥακογυαλιζόμενος ὁ πέπων τὴν ὀμφακίζουσαν: ὁ ὑπέρωρος τὴν ἡλικίαν, τὴν ὀρθόπτηθον νεάνιδα: καὶ ὁ ῥικνὸς τῷ χρόνῳ καὶ χαλαρὸς, τὴν ῥοδοδάκτυλον, καὶ δρόσον ἔρωτος στάζουσαν. *In M. Scr. Græcobarbaro Auguſt. Exemplo:* ὁ τὰ μάγουλα ζαρωμένος, τὸν τριακονταφυλλοκόκκινον, καὶ ἐρωτικήν: *Non reueritus eſt ille Saturni antiquitatem redolens: ille victus, immaturam 11. annorum puellam: ille corrugatus genas, roſeam amabilemq́; amplecti.* μάγουλα, *gena.* ζαρόνω, *contraho, corrugo.* τριακοντάφυλλον, *roſa, 30. foliorum videlicet.* κόκκινος, *ruber.*

Andronicus Cõnenus, Imp. Orient. 56. tyrannus.

Inceſtus eius.

Hoc 26. April. die, quo huic capiti finem feceram, redditæ mihi ſunt Græcæ literæ Cõſtantinopolitani Patriarchæ, D. Hierenia: quibus grauiſſimè negat, ſe Calendarium Gregorianum approbaſſe, atque obſeruandum recepiſſe: ſed iniuriam ſibi ab Antonio Poſſeuino Ieſuita, qui hoc publico ſcripto affirmarit, factam impudenter eſſe ait. De hac autem re ipſum ante triennium interrogaueram.

Conſtantinopolitani Patriarchæ ſcriptio Tybingam.

ITALICÆ CIVITATIS ALEXANDRIÆ, CVM IMP. FRIDERICO tranſactio. Iterum de comitiis Friderici Imp. Moguntinis. SEPTIMA eiuſdem in Italiam profectio. Henrici R. coronatio Mediolanenſis. Vrbeueti per eum obſidio. Vdalſcalcus, Epiſcopus Auguſtanus. Lutetia, lapide ſtrata. Nomina propria Germanorum vtriuſque ſexus recentiora. Auguſtæ Beatricis obitus. Quoddam Guelphonis VI. priuilegium. Imp. Orientis, ISAACIVS ANGELVS. Hieroſolymæ Rex, Guido, ſiue Vitus.

CAP.

CAPVT XIV.

ANno 1184. Alexandrini miſerunt Legatos in Germaniam (Sigon. teſte) ad Imp. Fridericum: qui conuentum Noribergæ habebat. Eum allocuti, 5. idus Martias impetrarunt: vt ciues Alexandriæ omnes oppido exirent: ac tantiſper foris morarentur: dum per ipſius Legatum, ſolenni more introducerentur: vt eo actu Imperator dare, & ipſi de manu eius patriam accipere, viderentur. Item, vt oppidum poſthac conſtanter Cæſaream appellarent: annui conſules honorem à Cæſare, cum in Italia eſſet, acciperēt: ſin minus, ab eius legato: aut quinto quoq; anno Legatos in Germaniam petendi cauſa mitterent. Bellum & pacem, arbitratu Friderici facerent: ipſe eos ab alieno imperio defenderet. Legatum deniq; in oppido collocaret, Rempub. cum conſulibus adminiſtraturum.

Alexandriæ, ciuitatis Italicæ, cum Imp. Friderico compoſitio, & ſubiectio.

Imperator per hæc tempora (anno 1184. vt Krantzius 6. Sax. 46. commemorat) inſignem egit conuentum Principum Moguntiæ: in quo Henricum F. ſuum Regem declaratum, auratum fecit militem, torque donata. Qua de re, ſupra anno 1181. quoque dictum. Ibi confirmatum eſt matrimonium inter eundem Henricum, & Conſtantiam: vnicam filiam Rogerii, Neapolitani vel Sicilienſis Regis: de quo coniugio Sigonius anno 1186. ſcribit. Hic conuentus tanto apparatu eſt inſtructus: vt ei anguſtior videretur vrbs. Igitur Imperator extra muros ampliſſimam erigi domum iuſſit: vbi curiam ſuam magnifice habuit. Cæterum cum ipſe in Templo ſederet: dextram eius tegente Moguntino, ſiniſtram Colonienſi, Archiepiſcopis: Abbas Fuldenſis (Conradum fuiſſe, ex Bruſchio intelligo) ſibi ſiniſtrum locum, ex antiqua conſuetudine popoſcit. Sane Imperatore veterem conſuetudinem aſſeuerante tuendam: cedo ergo (inquit ſurgens Colonienſis Philippus, & abiens) Abbati Archiepiſcopus: Monacho, Princeps elector. Simul alii Principes abeuntem ſequi. At habebat & Abbas ſuos defenſores. Spectabat res ad magnum tumultum, etiam in Eccleſia ſanguine fundendo. Tum Imperator, & Rex Henricus, precibus ſe interponere: ac ceſſit tandem Abbas: dicente Cæſare, id fore citra iuris ipſius præiudicium. Væ tibi, SVPERBIA (exclamat Krantzius) quæ in cœlis nata, cum authore tuo ad inferna demergeris, ſemper excrucianda.

Comitia Moguntiæ.
Equitis aurati creatio.
Seſſionis cauſa diſſidium inter Eccleſiaſticos.
Ἐπίφωνις.

Circa eadem tempora, ſimultas eſt orta (6. Krantz. Sax. 48.) inter R. Henricum, & Archiepiſcopum Colonienſ. Philippum. Hic enim ſpoliarat Mercatores Duiſburgenſes, per Diœceſin tranſeuntes, quòd vectigalia non ſoluiſſent. Ille autem, à ſpoliatis imploratus, Archiepiſcopum res eis reddere iuſſit. Hic nec priuatim, nec indicto conuentu, obtemperauit: donec periculum ſibi ſtrui ſentiens, deprecatus per amicos Regis eſt. Ab eo tempore conſpectum Imperatoris & filii vitabat: Coloniamque vallo maximo, & firmiſſimis turribus, muniebat.

Simultas inter R. Henricum, & Colon. Archiepiſcopum Philippum.

Pont. Lucius Veronam iuit, vt Sigonius ſcribit. Eodem & Imp. Fridericus, pridie Calend. Auguſti. Actum ibi de contumacia Romanorum: de bello Saracenico, de ditione Eccleſiæ Romanæ. Romanorum contumacia, diro Senatusconſulto notata: Regno Hieroſolymitano ſuccurſus, decretus. Venerat enim nuntius Saladini: qui ſe in literis ſuis Saladinum, felicem Ioſeph Ægypti (vt apud Stadenſem eſt) dominatorem Damaſci, ac principem Babylonis, appellabat: minans ſe repetiturum armis Hieroſolymam: vt iure hæreditario à Sara ad ſe pertinentem. Abnuerunt inuicem Cæſar & Pontifex poſtulata: ille, reſtitutionem terræ Mathildis: hic, Auguſtalium Henrico filio Inſignium collationem.

Friderici ſeptimus in Italiam reditus.
Saladini minaces literæ.

Inciderat quoque contentio (6. Krantz. 47.) de Treuerenſi Archiepiſcopo creando: Volmarum Papa Lucio, Rodolphum Imp. Friderico, tuentibus. Papam terruit vox Henrici Regis, ſi Volmarus ſublimaretur: omnem inter Principes concordiam peſſum ituram. Tandem pro vtroque riuale, Imperatoris Cancellarius Ioannes (teſte Merſſæo) Archiepiſcopatum conſecutus eſt. Auguſtus menſe Nouembri Mediolanum profectus: ibi Henricum, ab Archiepiſcopo Lamberto Regem Italiæ ornandum ferrea corona, fauentibus Mediolanenſibus, curauit.

Henrici R. coronatio Mediolani.

Henricus Rex Vrbeuetum obſedit: quod Imperiales inde ab Eccleſiaſticis expulſi fuiſſent: qui ad Imp. Fridericum confugerant. Sed cum nec altero anno quid Henricus proficeret: ſequenti 1187. cum Vrbeuetanis pepigit: vt exulibus bona ſua reſtituentes: eos Balneoregii, Aquapendente, & Vulſiniis, habitare ſinerent. Quo obtento, obſidionem ſoluit. Sigon.

Vrbeuetum.

Sunt & alia quædam de hoc 1184. anno, & circa.

Bohemiæ Regni inſignia.

Habebant Reges Bohemiæ iam pro Inſignibus album leonem cum gemina cauda, in rubro vel ſanguineo campo: quòd Regi Vladislao Fridericus Imp. hunc honorem attribuiſſet: eò quòd ille, in omnibus Friderici expeditionibus, ſe prudenter, fortiter, fideliter, geſſiſſet. Stumpff.

Schelcklingẽſis Baro.

Viuebat circa hoc tempus VValther, Baro Schelcklingenſis. Ioan. Moſerus Iuriſc. ex literis, anno 1589. ad me ſcribens.

Thennelohenſis Comes. *S. Vlrici fanum, Auguſtæ inſtauratum.*

Deſignatus eſt Auguſtanus Epiſcopus, Vdalſcalcus, Comes Thennenlohenſis, aliis Eſchenlohenſis. Præfuit utiliter A. 18. M. 4. Obiit 1202. Cal. Iunii. Sepultus in cathedrali Baſilica, ante crucem maximam. Conſecrauit cœnobium S. Vlrici, ſubſidiis ſuis reſtitutum ab incendio, anno 1187. præſentibus Friderico Imp. & filiis eius, ac pluribus Epiſcopis. Conſecrauit denuo Benedictinum S. crucis in Danubiana Sueuia VVerdea Monaſterium. Fundauit cœnobium Auguſtanum ad S. Crucem: in quod 1194. Indict. 12. tranſtulit Auguſtinianos Canonicos ex Hamelbergo, loco non procul urbe: in quem iidem non ita longè antè tranſlati fuerant ex Muterhofenſi cœnobio, ab Epiſcopo Conrado: vbi primum liberalitate Marſcalcorum à Biberach, initium eius conuentus factum fuerat. Bruſch. Titulus Epiſcopi tunc erat: Vdalſcalcus, Dei fauente miſericordia, Eccleſiæ Auguſtanæ Miniſter humilis.

Theſſalonicam VVilhel. Siciliæ R. capit.

VVilhelmus Siciliæ R. vt Alexij Imp. pueri ac Latinorum mortem vlciſceretur, Andronico bellum intulit: Theſſalonicam & alias vrbes Græcis ademit: quarum ærumnæ, quantæ ab extremo milite illatæ fuerint, ex lib. 1. de Andronico cognoſci apud Choniatam poſſunt.

Viuarium. Lutetiæ plateæ lapidibus ſtratæ.

Circa hoc tempus, Philippus R. Franciæ, ſyluam apud Lutetiam muro circumdedit, vt eſſet viuarium (παράδεισον) in quod Henricus, Angliæ R. ei varias feras donauit. Idem Philippus Lutetiam, quod nimis lutoſa eſſet, lapide totam ſtrauit.

NOTANDVM.

Nomina propria Germanorum.

Nomina talia Chriſtiana: Ioannes, Petrus, Paulus: Anna, Maria, Margareta: antehac in Germania non erant multum: ſed temporibus modo Fridericorum, primi & ſecundi, ex horum cum Italis conſuetudine, importata frequentius fuerunt. Munſt. lib. 3.

Ordinatio Italiæ per Fridericum. *Fauentia.*

Anno 1185. Imp. Fridericus iura populorum in Italia recognouit: & omnia pro virili ſua parte ordinauit: Mediolani, Cremæ, placentiæ, Parmæ, Regij, Mutinæ, Bononiæ. Fauentiam imperium detrectantem, obſeſſam per Cancellarium ſuum Berchtoldum obedire coegit. Hetruriæ ciuitatibus omnibus, præter Piſas & Piſtorium, menſe Iulio iuriſdictionem totius agri ademit: quod ſuperiore bello cum Pont. Alexandro ſenſiſſent: ibiq; ſuos legatos iuri dicundo præfecit. Sigon. & Tritenhem. Henricum filium ciuitatibus Italiæ præpoſuit. Func.

Beatricis Auguſtæ obitus.

Obiit Auguſta Beatrix: Spiræ ſepulta. Samblaſ. Etſi non nemo eſt, qui poſteriori tempore obiiſſe dicit. Datum ab ea ſcribit Bruſchius inſignem Spirenſi Eccleſiæ ſarcophagum: argento totum obductum: auro & precioſis lapidibus diſtinctum & illuſtratum: in cuius medio ſit pulcherrimum marmor album, in modum aræ factum, cum Epigrammate.

Hoc altare ſacrum, gemmis auroque decorum,
Fecit peccatrix, non re, ſed voce Beatrix.
Diſpereat prorſus anathematis igne peruſtus:
Quiſquis id abſtulerit, ſacro cuicunque dicarit.
Immolet hic almum rediuiui ſanguinis agnum,
Dextra Sacerdotis, potumque cibumque redemptis:
Quo facto, fortes animæ per bella, per hoſtes,
Dulcia perpetuæ veniant ad gaudia vitæ.

Philippi Sueui educatio.

De qua Stadenſis, Beatrix Imperatrix, inquit, obiit: mater Henrici Imp. & Conradi Sueui, & Friderici Ducis Sueuiæ, & Ottonis ſine terra, & PHILIPPI, *tunc ſcholaris pueri. Hæc, ille. Quid ſi Philippus tunc ſex, aut ſeptem annorum fuit? Quid ſi Lorchæ Adelbergæve, apud doctum Monachum didicit? Sicut videl. quodam tempore, Fridericus Adelbergam alios pueros nobiles miſit: vt antehac ſcriptum eſt.*

ILLVSTRISS. DVCIS VVELPHONIS DONATIO QVÆDAM ADELbergenſis confirmata: quam huc probabiliter reponere volui: cum annus huius negotii additus non eſſet. Miſit mihi 23. Mart. 1589. M. Georgius Oſualdus Vracen. ſtudioſæ iuuentutis Adelbergæ Præceptor.

Adelbergenſi

In nomine patris, & filii, & ſpiritus ſancti. VVelpho Dux, canonicus ſanctæ Mariæ, &

ſancti Vlrici, in Adelberg, in PP. M. Quia relatione ſæpius docti ſumus: omnipotentis Dei gratiam promereri per humana beneficia, ipſius Miniſtris impenſa: propter ſpei iſtiuſmodi occaſionem, ego VVelfo Dux, ſimul & dicta (leg. Vtha) mea vxor, ratum haberi decreuimus: ſi aliquis Miniſterialium, vel quiſquam familiæ cuiuſcunque, noſtri iuris dominio aſcriptæ, prædium, vel mobilem rem, vel venditionis contractu, aut pietatis intuitu, ſiue alia quacunq; conuentione, donauerit fratribus in Adelberg, Ieſu Chriſto, & glorioſæ matri ſuæ Mariæ ſemper Virgini, & ſancto Vlrico Conſtantienſi, iugiter ſeruientibus. Ob quam rem noſtra donatio illius prædii in VELBACH, *nullorum poteſt calumnia caſſari: quod reſignatum noſtræ perſonæ à Sibatone Nudungo & Cunrado (quorum, iure proprietatis ſolummodo interfuit) ipſorum precibus, fratribus prædictis Monaſterii, cum conſenſu coniugis meæ, cum ſui iuris integritate, contuli. Sed ne in poſterum, aut præfati, qui manu noſtra donauerunt: aut quilibet alius, nomine hæredis: huius noſtri facti veritatem, vel ignorantiæ temeritate, vel audacia calumpniæ, inquietando corrumpere attemptauerit: noſtri ſigilli authoritate, & memoria literarum, ipſorum præſumptionem amputamus.* " " " " " " " " " " " "

cœnobio donatio quadam Guelphonis confirmata.

Eodem 1185. anno VVelfo prædium Odenvvaldam, cum omnibus agris, pratis, & reliquis pertinentiis, Adelbergam contulit manu Imp. Friderici: ac viciſsim alia quædam accepit, in Achtertingen, &c.

Iohannes de Rechberghuſen, eques auratus, vendidit Adelbergenſibus prædia in Durnalb, cum collatura Eccleſiæ.

Bertholdus Marchio de Andeſche, teſtis citatur in quodam priuilegio: quod Fridericus I. *hoc anno dedit Hieroſolymitanorum vel Ioannitarum equitum ordini.*

Conſtantinopoli, Imp. Andronico deiecto: ſucceſsit LVII. IMP. CÆS. ISAACIVS ANGELVS *Comnenus, P. F. Aug. qui A. 9. M. 7. imperauit: cuius filia erat Irena noſtra, fortè iam 12. annorum puella, feliciter ſuccreſcens: vt aliquando in Siciliam Rogerio nuptum daretur: deinde Philippo, Barbaroſſæ filio, anno 1195. iungeretur. Caſu autem Iſaacio Imperium contigit.*

Iſaacius Angelus, Orient. Imp. 57.

Nam Andronicus iſte, inito Imperio, Nicæam, quæ ab ipſo defecerat, obſederat: omnique cognatu oppugnarat, ſed nequicquam. Tunc Iſaaci Angeli, qui apud Nicænſes erat, matrem, Irenæ auiam, Conſtantinopoli acceſsitam, arieti, quo muros feriebat, impoſuerat. Muliercula calamitatem fortiter tulerat: & oppidani, cum ſemper iactus ſuos ita temperaſſent, vt ei parcerent, hoſti tantum nocentes: tandem etiam, noctu eruptione facta, eam in vrbem attraxerant. Attamen ad extremum deditionem fecerant: & Iſaacius clementer ab Andronico habitus erat. Stephanus deinde Hagio Chriſtophorites (gratiæ ab Andronico ineundæ ſtudio: qui ſibi ex vaticinio quodam, à nominibus primam literam I. habentibus metuebat) conans occidere Iſaacium ab eo ipſo occiſus fuerat. Tum in Templum S. Sophiæ confugiente Iſaacio: eiq; ſtudentibus, patruo Ioanne Duca, & huius filio Iſaacio: poſtridie concurſus populi factus fuit: & Angelus Iſaacius, Imperator deſignatus. Andronicus vero captus, diris vexationibus & cruciatibus, tyrannidis ſuæ immanis acerbiſsimas pœnas morte perſoluit. De his rebus, copioſè lib. 1. & 2. Andronici, choniata.

In Syria, Rege Balduino II. *morbo triſtitiaque extincto (nam clades à Saladino grauis illata fuerat) ſublato etiam Balduino* V. *puero: cum Sibylla (prioris Balduini ſoror, poſterioris mater) virum ſuum Guidonem, Ioppenſem comitem, ad Regni occupationem incitauiſſet, mulier ambitioſa: Guido eodem die, quo filiolo funus factum eſt, Coronam Regalem accepit: nonus iam Hieroſolymæ Rex. In quem Raimundi Tripolitani Comitis, æmulatio grauis accenſa, Regno breui tempore ruinam attulit: conuiciis hoc Raimundo Guidonem, vt filii veneficum parricidam, inſectante: ac Saladino per hoc diſsidium eorum, inualeſcente. Profecti autem, iam antea erant Patriarcha & Hoſpitalis Magiſter, ad Lucium P. docentes eum de periculo Orientis: acceptisq; ab eo literis, ad Angliæ R. Henricum auxilii implorandi cauſa venerant. Tyrius & Sigon.*

Hieroſolymæ Rex 9. Vitus.

Lucio huic mortuo, Vrbanus III. *ſucceſsit: à quibuſdam Turbanus dictus: quod Eccleſiam contra Fridericum turbaturus fuiſſet: niſi nutu Dei percuſſus, interiiſſet. Vrſperg. Nam Vrbanus iſte (vt 6. Krantzij Saxon. 50. eſt) iurgabatur cum Friderico de patrimonio Mathildis, de inueſtitura pontificum: & quod Cæſar exuuias tolleret morientium Epiſcoporum, vnde nudarentur Eccleſiæ: & quòd Abbatiſſarum, & ſacræ virginitatis, reditus*

Vrbanus III. P. Turbanus.

Imp. Friderico aduerſarius.

verteret in vſum militiæ. Nec voluit Auguſtali corona Henricum eius F. ornare: quamdiu coronam non poneret pater. Henricus offenſionem auxit. Cum enim quidam Italiæ Epiſcopus ab eo interrogatus, à quo ſui Epiſcopatus conſecrationem teneret, reſpondiſſet: ſe & Epiſcopatum, & inueſtituram, à Pontifice, nihil autem à Regno & Imperio, tenere: indignatus Rex, annuit militibus, vt Epiſcopum in luto volutarent. Volebat Papa Imperii iura in Italia, ſibi vendicare: ad ea vero tuenda, Imperator exurgebat. Legantur plura in Krantzio.

NVPTIÆ HENRICI R. CVM CONSTANTIA NORTMANNIDE. Crema, Frixorium Cremonenſium. Imp. Friderici reditus in Germaniam. Aſtrologica prædictio. Anni tempora præcocia. Priuilegium Bebenhuſani Monaſterii à Duce Sueuo Friderico. Henrici R. res in Italia geſtæ. Hieroſolymarum amiſſio tragica. Saladinus. Prædicatio cruciatæ. Comitia Imp. Friderici Noribergæ. Sanctio publicæ pacis per Imperium. Ludionum expulſio ex Aula Francica.

CAPVT XV.

ANno 1186. Cum Imperator filio ſuo Henrico Conſtantiam, Rogerii filiam, qui fuerat Regis Siciliæ Guilielmi auus, deſpondiſſet, licet iam natu grandiorem (quod Guilielmo ſine prole morituro, illa Siciliæ Regnum eſſet adductura) venit ea magno cum comitatu in Lombardiam, menſe Ianuario: ac magnifice ab Imperatore, Mediolani excepta eſt: ibiq; poſtea nuptiæ, celebratæ. Sigon.

Nuptiæ Henrici R. cum Conſtantia Sicula. *Qua de re Gotfridus Viterbienſis, Anno, inquit, ab incarnatione Domini 1186. Indict. 6. (imò 4.) ſexto Calend. Febr. Rex Henricus VI. cum Regina Conſtantia, filia Rogerii Regis Siciliæ, nuptias glorioſas celebrauit Mediolani apud S. Ambroſium (in hortis S. Ambroſii. Sig.) anno ætatis ſuæ vigeſimo primo: anno autem Regni ſui decimoſeptimo. Sponſam pleriq; ſcribunt Monacham quinquagenariam, & conceſſu Pontificis Henrico nuptam, fuiſſe. Quidam non credunt, Deſponſam Henrico fuiſſe antea Margaretam Auſtriacam: quæ longe poſt, anus iam, nupſerit Odoacri Bohemiæ Regi:* Krantzius *7. VVandal. 19. ſcribit. Sponſalibus autem præſentibus honeſtandis (Sigon. teſte.)*

Cremonam Fridericus affligit. *Legati omnium Lombardiæ ciuitatum adfuere, præter ſolos Cremonenſes. Quam rem Fridericus ita indignè tulit: vt Cremam oppidum iuſſerit ad dolorem illorum reparari. Quod opus cum conarentur illi impedire: ira ipſe feruens, carrocio Mediolanenſium educto: copiis Placentinorum, Brixianorum, Bononienſium, & aliorum, adhibitis: caſtella illorum Soncinum & Manfredum capta euertit. Vrbem deinde ipſorum adortus: mœnia diſiecit magna ex parte: ac multos abduxit captiuos. Quibus malis conturbati Cremonenſes, pacem per Epiſcopum ſuum, ſumma auctoritatis virum, nomine Sichardum, petierunt, atq; obtinuerunt. Crema ipſa,*

Cremæ reparatio. *foſſis & vallis intra tres menſes munita, Frixorium inde Cremonenſium eſt appellata.*

His in gratiam receptis, redditi ſunt captiui, inſula Fulcheria, & caſtrum Manfredi. Conceſſum etiam ius pecuniæ ſignandæ: qua ciuitates Italiæ cæteræ vterentur. Iurisdictionem Mediolanenſibus Imperator auxit: conceſſis caſtris omnibus: quæ ab Abdua ad Ollium pertinebant.

Friderici reditus domum. Comitũ Mediolan. origo. *Filia idem Sophia Guilielmo Monferratenſi Marchioni collocata: Italiaq; Regi Henrico commiſſa: in Germaniam ſeſe retulit. Henricus Mediolanenſibus ius prætoris arbitratu ſuo creandi conceſſit: qui Comes eſſet, vitæq; ac necis poteſtatem haberet. Ita Vicecomites, quibus ante vſi fuerant, exoleuere. Primus factus eſt Comes Vbertus, ex familia Vicecomitum, Placentinus.*

Caluenſ. Gotfridus. *Obiit hoc 1186. anno, 8. idus Febru. Gotfridus: ex comite Palatino Monachus Hirſaugienſis: vir quondam in ſeculo ſtrenuus & illuſtris: poſtea feruidus religionis cultor: qui non paruis hoc Monaſterium donis affecit. Trit.*

Aſtrologi cuiuſdam prædictio. *Quidam Aſtrologus quoquouerſus ſcripſerat: in autumno huius 1186. anni exoriturum ventum: qui omnes domos, arbores, montes deiiceret. Secuturam famem & peſtilentiam. Hinc multi commoti, tuguria in campis, & ſub terra, ſibi fecerunt. Fiebant circumgeſtationes Crucis, ac ſupplicationes. Nec vllum malum illo autumno ſecutum eſt. Chronic. Argentin. Sed Vincentius lib. 30. cap. 41. ſequenti anno tribuit, dicens: & ab Orientis, & ab Occidentis, Aſtrologis, hæc literis ſparſa fuiſſe.*

Hyems calida. *Huius anni hyems, calida erat: ac ſequenti anno, cum arbores menſe Ianuario floruiſſent: poma*

poma in Februario conſpiciebantur magnitudine auellanæ, ac pulli auium. In Maio, Meſſis: ineunte Auguſto, vindemia matura. Altero vero anno, omnia contraria. Naucler.

Anno 1187. PRIVILEGIVM *hoc datum eſt Bebenhuſano Monaſterio, à Barbaroſſæ filio. In nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis,* FRIDERICVS, *Dei gratia Dux Sueuorum. Notum ſit omnibus, tam præſentis, quàm futuri, ſeculi, fidelibus: quod nos auctoritate Domini & patris noſtri Friderici, Rom. Imperatoris inuictiſſimi, noſtra quoq; auctoritate & poteſtate, ob honorem Dei, & ſuæ glorioſiſſimæ genitricis Mariæ, & ſanctæ religionis cultum, cœnobio in Bebenhuſen, & fratribus ibidem Deo ſeruientibus, conceſſimus, ac perenni iure tradidimus: vt nemore, cui* SCHAINBVCH *nomen eſt, liberè potiantur. In his videlicet: quæ in ædificiis, paſcuis, lignis cremandis, ſeu quacunque alia commoditate, præfato cœnobio ſint neceſſaria. Ad hæc, quicunque Miniſterialis noſter, vel Mercator, vel Ruſticus, ſeu cuiuſcunque conditionis, vel ſexus homo, prænominato cœnobio ſeipſum, aut aliquid de rebus ſuis, mobilibus vel immobilibus, conferre voluerit: liberè id faciat, cum noſtra licentia & voluntate. Et ne hæc noſtra traditio, à ſuccedentium memoria poſſit elabi: teſtibus, qui interfuerunt, & ſigilli noſtri impreſſione, præſentem paginam fecimus muniri, &c.* Bebenhuſanū priuilegium. Schombuch ſylua.

Teſtes.

Rudolphus, Palatinus, Comes de Tubingen.
Albertus de Oberoſteten.
Suiggerus de Arthain.
VValtherus de Itenbrugge.
Conradus de Huſekirche.
Bertholdus de Habithisberg.
Bertoldus de Griffenſtein.

Miniſteriales.

Eberhardus de Tanne.
Hiltebrandus de Thale.
Heinricus de Schmalnecke.
Albertus de Summerouue.
Conradus de Rhiethuſen.
Et alii quamplures.

Datum in TVBINGEN, *anno incarnationis Domini* M. C. LXXXVII. *Kal. Iunii, Indictione* VI.

Corrigo, Indict. V.

Eodem anno, die S. Ioannis Baptiſtæ, hora diei 6. vſque ad 9. fuit eclipſis Solis. Vrſperg. & Ædit.

Berchtoldus IV. *Dux Zaringenſis, habuit Præfecturam Tigurinam a Friderico.*

Rudolphus Palat. Tubingenſis, & vxor eius D. Mathildis, auxerunt donis ſuis Iſuenſe cœnobium. Bruſch. Iſna.

Rex Henricus, cum menſe Auguſto Bononiam veniſſet: ciuitati patris priuilegia confirmauit. Deinde, vt gratum faceret Mediolanenſibus: Comiti Sabaudiæ (Allobrogiæ) a quo multis ſe detrimentis illi affectos dictitabant, arma mouit: Villianaq; caſtrum, quod eſt ſupra Taurinum, obſedit, cepit, ſolo æquauit. Sigon. Henrici R. res in Italia geſtæ.

In Oriente, Salabadinus diſſidium, quod inter Guidonem R. & Tripolitanum Raimundum erat, audiuit. Igitur cū Raimundo fœdus init: ac pecoribus multis aſtutè obiectis (vt Ioan. Heroldus ſcribit in continuatione belli ſacri) occaſionem Hieroſolymitanis dedit inducias violandi, quas cum eis ipſe habebat. Nam cum ea Rainaldus caſtellio rapuiſſet: Saladinus bellum Regi ac Templariis indixit. Congregatis ergo auxiliis: Tripolitano iter per Galilæam præbente: cum Templariis apud Acconem conflixit 1187. Calend. Maii. In quo prælio etſi ipſe victus eſt, amiſſis 15. millibus ſuorum: tamen ex noſtris periit Hoſpitalis Magiſter, à Raimundo cæſus, & optimi quiq;. Itaq; pernicioſa fuit ea victoria. Ad Tiberiadem iterū pugnatum eſt 4. nonas Iulii: ſed proditione Tripolitani (qui ſimulate cum noſtris in gratiam redierat: in pugnaq; eos deſeruit) res Chriſtianorum peſſum iuerunt. Captus enim quamuis fortiter pugnans, fuit R. Guido: capta, ſancta crux: captus, nobiliſſimus quiſque: inter quos, Bonifacius Monteferratenſis: Templi Magiſter, Rainaldus Caſtellio. Cæſi nobiles, Templarii, Hoſpitalarii, fere omnes. Saladinus, prælio victus. Rex tamē Victus, captus.

Caſtellio, in conſpectu Victoris iugulatus. Saladinus, Ptolemaide ſiue Accone, Biblo, Benſto, & quicquid inter Sidonem atque Aſcalonam (præter Tyrum) eſt, in poteſtatem receptu: & Aſcalona, quæ ſe viriliter defendebat, relicta: ad Hieroſolymitanam vrbem pergit. Ea, die obſidionis 14. ſexto nonas Octob. illi dedita eſt: cum non eſſent, qui propugnarent. Ita hæc vrbs, 88. anno, quàm à Gottefrido Bilioneo capta fuerat, rurſum amiſſa eſt. Licuit Latinis, cum ſuppellectile, quam humeris quiſque portare poſſet, excedere: negata eis ad habitandum vrbe. Syris, Græcis, Armeniis, Iacobitis, Georgianis, Neſtorianis, ſtationes ibi deſignatæ. Emigrauit Regina Sibylla: emigrauit Heraclius Patriarcha, ſtrenuus omnis diſſidii incentor: emigrauit maxima multitudo Clericorum. Omnia, luctus plena: præſertim ad ſepulcrum Domini, ad monumenta Regum, ad loca ſancta: quibus adhærentes, oſculabantur. Sicut Poeta de Troadibus canit:

Hieroſolyma amiſſio. — *Hæreticorum ibi ſedes.* — *Emigratio Latinorum luctuoſa.*

Præcipites atra ceu tempeſtate columbæ,
Condenſæ, & Diuum amplexæ ſimulacra tenebant.

Vix quidam ſibi à Regina & Patriarcha temperabant: Guidonem R. & Tripolitanum execrabantur. Tandem Salahadinus eis voce præconis exire præcepit. Pro theſauro, viri ægrotas vxores, aut ægrotos viros ipſæ vxores, efferebant. Qui in Tripolitanum (homines eius) incidebant: ab eo verberati & ſpoliati ſunt. Templum Victor roſacea aqua lauit: odoribus pretioſiſſimis impleuit: ſua ſacra ibi fecit. Reliqua fana, in equilia mutata. Campanæ, confractæ omnes: Vexilla Regum, lacerata & deleta. Heraclio Imp. crux capta: Heraclio Patriarcha, amiſſa. Vrbano Papa, vrbs capta: Vrbano Papa, rurſus amiſſa. Tripolitanus deinde, abnegata fide, Tripolin venit, vt Rex. Ciues ei ſe iureiurando obligare nolebant. Ipſe poſtridie manè repertus eſt in lecto iugulatus. ὡς ἀπόλοιτο ϗ ἄλλος ὅμοιος.

Templi Saracenica expiatio.

Pont. Vrbanus (ſcribente Sigon.) tanto detrimento rei Chriſtianæ cognito, tantum doloris inde hauſit: vt Ferrariæ 14. Calend. Nouemb. mortem obierit. In cuius locum Gregorius VIII. *conſecratus 8. Calend. eſt. Hic mox poſt quatriduum literis ad omnes Principes populosq́ Chriſtianos, datis: ad recuperandum ſepulchrum Domini (quod communibus peccatis, & diſſenſione noſtrorum, amiſſum ſit) omnes cohortatur: in ea expeditione morientibus, indulgentiam plenam ſuorum criminum, æternamq́ vitam, pollicetur: bona ipſorum, vt primum crucem aſſumpſerint, ſub S. R. Eccleſiæ protectione fore (Epiſcopis & Abbatibus, ſub quibus quique viuant, commendata) nec vlli controuerſiam ante reditum nomine illorum motum iri, promittit. Dehortatus eſt à precioſis veſtibus geſtandis: a canibus & auibus, rebusq́ oſtentationi ſeruientibus, habendis: & ad pœnitentiam humilitatemq́ adhortatus. Idem non multò pòſt, 17. Calend. Ianuar. morbo oppreſſus, interiit. Conradus Marchio Montis ferrati, Tyrum egregie defendens: cum inſignem Saracenum cepiſſet: permutatione facta, patrem Bonifacium liberauit.*

Noui Pont. Gregorii exhortatio in Palæſtinam. — *Tyrus, à Bonifacio defenſa.*

Hortatione Papæ concitati Principes ſunt: in primis, Imp. Fridericus. Itaque belli orientalis gerendi cauſa, conuentum is Principum 3. Cal. Ianuar. habuit: leges pacis perferens, ne quis abſente ſe in hac cruciata, pacem domi turbaret: illasq́ literis perſcribi iuſſit: quas Alemanni (inquit Vrſpergenſis) vsq́ in præſens Fridebrieff, *id eſt, literas pacis, vocant. Quarum principium, hoc eſt.*

Ideo Friderici Imp. Comitia, Noribergæ.

» *Fridericus, Dei gratia Romanorum Imperator, & ſemper Auguſtus. Decet fidelitatem*
» *noſtram, tempore generali populorum & prouinciarum tranquillitati, circumſpectio-*
» *nis noſtræ ſtudio prouideri: vt, dum in ſubiectis dominationis virtute pollemus: reprobos*
» *quosq́ ac ſceleroſos, a ſubditorum iniuriis arceamus æquitatis noſtræ correctione.*

Statuta quædam inde.

» *Hæc in caſtro noſtro Nurinberg, ordinata & confirmata ſunt.*

De incendiariis demandamus generaliter: vt, ſi liber homo, ingenuus, Miniſterialis, vel cuiuſcunque conditionis fuerit, incendium commiſerit, pro guerra propria, pro amico, pro parente, vel cauſa cuiuſquam alterius occaſione: de ſententia & iudicio Imperiali, proſcri-
» *ptioni ſtatim ſubiectus habeatur, &c. Proſcriptum vero Diœceſianus Epiſcopus, ſi ad ſatiſ-*
» *factionem inobediens extiterit, a communione Eccleſiæ Dei, & fidelium Chriſti, abiiciat: &*
» *extraneum eum reddat: nec eum abſoluat, quoadusque læſo damnum reſtituat, &c. Item, ſi*
incen-

Fridebrief. Pacis vbique conſtitutio.

intendiarius captus fuerit: & coram Iudice negare voluerit incendiũ ſe commiſiſſe: ſi notorium fortè non fuerit: per prouinciam Iudex ſi poßit eum cum ſeptem idoneis teſtibus conuincere: capite plectatur. Sed ſi notorium fuerit: nullius requirendum eſt teſtimonium, ſed ſtatim decollandus, &c. Statuimus etiam, & eodem firmiter edicto ſancimus: vt quicunque alii damnum facere, aut lædere ipſum, intendat: tribus ad minus antè diebus per certum nuntium ſuum diffiduciet eum, &c. De filiis quoque Sacerdotum, Diaconorum, Ruſticorum, ſtatuimus: ne cingulum militare aliquatenus aſſumant: &, qui iam aſſumpſerunt, per Iudicem prouinciæ à militia pellantur, &c. Statuimus etiam, vt ſi quis vineas aut pomaria exciderit: proſcriptioni & excommunicationi intendiariorum ſubÿciatur, &c. Actum Nurenberg in præſentia Principum, conſilio & conſenſu eorum, anno incarnationis M. C. LXXXVII. *3. Kalend. Ianuar.*

Hunc conuentum cum haberet Noriberga Fridericus: iam cruce ſignatus erat, quemadmodum Vrſperg. ait: eiq́, Legatio Græci Imp. Iſaacii, quæ eò venerat, commeatum & auxilia promiſiſſe legitur. Vt vero Sanblaſianus ſcribit: Imperator vna cum filio Friderico, Duce Sueuiæ, in comitiis Moguntiæ ſequenti 1188. anno celebratis, hortatu Papæ accepit crucem Hieroſolymitanæ peregrinationis, in remißionem peccatorum ſuorum. Factum dicitur in medio Quadrageſimæ. Signauiſſe autem ipſum ſcribitur cruce, Verdenſis Epiſcopus (quem, Hermannum fuiſſe arbitror) charus & Imp. Friderico, & Regi Henrico.

Græca legatio Noribergæ. Cruce ſignatus Imperator.

Hoc 1187. anno, cum hiſtriones ſolerent in Aulis Principum verſari: & iocis atque adulationibus precioſas ab illis veſtes eblandiri: Rex Francorum Philippus promiſit: ſe non ludionibus, ſed pauperibus, daturum. Satius eſſe, Chriſtum nudum in pauperibus veſtire: quam hiſtrionibus dando, Dæmoniis immolare. Vincent. lib. 30. cap. 41.

Hiſtrionum & ludionum expulſio.

Viuebat tunc etiam Ioannes, Comes de monteforti. Qui, amiſſa Hieroſolyma, in Cyprum reuenerat. Ibi mortuus, Famaguſtæ fertur ſepultus: & eius loci Patronus eſſe, ac miraculis claruiſſe. Fuit & Philippus Montefortius, in expeditione ſacra, ſtrenuus miles.

CLEMENS III. PAPA. FRIDERICVS IMP. CVM FILIIS, ADELBERGÆ. APPARATVS BELLI IN ORIENTEM SACRI. PERMVTATIONES BONOrum, Bebenhuſæ & Adelbergæ. Epiſcopus Spirenſis, Vlricus Rechbergius. Monaſterium Schuſſenrierenſe. Abbas Hirſaugiæ, Henricus. Agatha, Dux Teccenſis. Regelina familia nobilis.

CAPVT XVI.

ANno 1188. 8. idus Ianuar. Clemens III. *Pont. Max. conſecratus eſt: qui cum Romanis lites tranſegit: ita, vt illi Patricium ſurrogarent: Senatores autem & Præfectum vrbis ita crearent: vt à Pontifice inueſtituram per manum acciperent. Ita ille Romam ingreſſus cum Cardinalibus: ingenti omnium lætitia receptus eſt. Sigon.*

Clemens III. P.

In Sueuia, quia Baro Eberſpergenſis Volcknandus, Monaſterium Adelbergenſe ita inſtituerat, vt in ſuperioribus diximus: Imp. Barbaroſſa, cui ille id commendauerat, eius res curæ ſibi habebat, hoc & ſequenti tempore.

Itaque quodam etiam anno (fortaſſe 1189.) poſt menſem Februarium Adelbergam cum filiis, Henrico, Friderico, Philippo, multisq́, illuſtribus viris, veniens, conſecrationi ſummæ aræ, à Monaſterienſi Epiſcopo factæ, interfuit. Proinde diſciplina Monaſtica, tum exercitiis religionis, ibi iam vigebat, ac commendabatur. M. Scr.

Fridericus Imp. cum filiis, Adelbergæ.

Clemente Papa ſacri belli expeditionem vrgente: ſummus armorum ardor, vehementiſſima animorum alacritas (aliis alio tempore huius 1188. & ſequentis anni, ſe parantibus) ob rem Chriſtianam recuperandam, extitit. Accinctus eſt ad illam Imp. Fridericus, atque Dux Sueuiæ Fridericus, F. eius. Præterea, Dux Bertholdus Meraniæ: Hermannus, Marchio Badenſis. Item Epiſcopi, Patauienſis VVolfgerus, Herbipolenſis Heinricus, Monaſterienſis Hermannus, Leodienſis Rudolfus, Miſnienſis Martinus, Argentinenſis Henricus, Baſilienſis Henricus (qui Baro Hornbergenſis ex VVirtembergia fuit) & alÿ. Item Proceres, Fridericus de Bergilen: Conradus de Dombach, & frater eius Fridericus: Gobertus, ac Poppo Hennenbergenſis comes, & alii multi.

Ad ſacrũ expeditionem apparatus maximus.

Hornberg.

Teſſera (ἔνδυμα) in armis veſtibuſq́; fuit ✝: ſignificans, Chriſtum crucifixum orbi terrarum præeſſe debere.

Accincti quoq́; ſunt: Philippus, comes Flandriæ: Theobaldus & Stephanus, comites Campaniæ: & nepos eorum Henricus.

Accincti Reges, Philippus Franciæ, Henricus Angliæ, Guilielmus [illegible]: & Dux Burgundiæ Otho.

Accincti denique Itali: Venetis, Genuatibus, Piſanis, maximas claſſes adornantibus: Mediolanenſibus, Cremonenſibus, Bononienſibus, Veronenſibus, Florentinis, Romanis, cohortes pleniſſimas conſcribentibus.

Quo ſtudio audito: Fridericus Imp. rogatu Clementis P. Florentinis iuriſdictionem agri ſui, paulò ante ademptam, reſtituit.

Omnes hi, & infinita nobilium ignobiliumq́; manus, nomina profeſſi, ſacris crucibus inſigniti ſunt. Expeditio, ad diem S. Georgii anni ſequentis dilata.

Henrici R. ex Italia reditus, vt Vicarius interim eſſet Imperii.

Hoc autem 1188. anno, Henricus R. à patre, profectionem in Orientem parante, ex Italia in Germaniam, vt interea vicarius Imperii tutor futurus, reuocatus eſt: qui loco ſuo Truſardum in Italia Legatum reliquit.

Interim Lõgobardi magnificis ex ſuperiore bello ſpiritibus inflati, ædificationibus & ſocietatibus ſe magis confirmare. Cremonenſes, cum de caſtro Manfredo reficiendo, vltro ab Imp. Friderico impetraſſent: nouum caſtrum inchoarunt, quod ſuperbo nomine Leonem dixerunt. Vrſperg. Sigon. & alii.

PERMVTATIO QVÆDAM INTER BEBENHVSAM, & Spirenſem Epiſcopatum.

Permutatio bonorum Bebenhuſenſiũ & Spirenſium.

» *In nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Vlricus Dei gratia Spirenſis Eccleſiæ Epiſco-*
» *pus (al. Miniſter humilis.) Notum ſit omnibus, tam præſentis, quam futuri ſeculi, Chriſti fi-*
» *delibus: qualiter Rudolphus, illuſtris Palatinus comes de* TVBINGEN, *prædia, quæ Spiren-*
» *ſis Eccleſia in Bebenhuſen habebat, concambio comparauit. Pro Eccleſia in Bebenhuſen, & cæte-*
ris bonis, quæ Spirenſis Eccleſia ibidem tenebat: videlicet domiciliis, campis, ſiluis, paſcuis,
agris; cultis & incultis, quæſitis & non quæſitis: Præfatus Palatinus comes, conſenſu & volun-
tate noſtra, canonicorum quoq́; & Miniſterialium, ac familiæ Spirenſis Eccleſiæ, dedit Eccleſiam
in Meinboldisheim (al. Meinbotesheim) duos Manſus in VVittingen, & duos Manſos in Sig-
» *gingen. Factum eſt autem hoc concambium in præſentia Domini Friderici, Rom. Imperato-*
» *ris Auguſti, & filii eius Henrici, Rom. Regis glorioſiſſimi: præſentibus Canonicis, Miniſteriali-*
» *bus, & magna parte familiæ Spirenſis Eccleſiæ. Sicq́; prædictorum bonorum commutatio, pu-*
» *blice & ſolenniter cõſummata & rata facta eſt: conſulentibus & approbantibus præfatis Prin-*
» *cipibus: ſcilicet Domino Imperatore, & eius filio, glorioſiſſimo Rege: eo tempore exiſtentibus*
» *Aduocatis Spirenſis Eccleſiæ: aliiſq́; adhibitis, quæ ius, ratio, & conſuetudo, exigebat. Acta*
» *ſunt hæc anno Dominicæ incarnationis* M.C.LXXXVIII. *Aderant ex parte comitis Palati-*
» *ni teſtes, homines liberi:*

Albertus de Mezzingen.
VValtherus de Vtenbrugge.
Albertus de Saxs.
Suiggerus de Eichein.
Habebat etiam Epiſcopus Spirenſis ſuos teſtes.

Confirmatum eſt hoc concambium ab Imp. Friderico: & ab Henrico filio eius, Duce Sueuorum, eodem 1188. anno.

PERMVTATIO ET DONATIO, ADELBERgenſibus facta.

Adelberg. permutatio & donatio.

» *In nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Hermannus Conſtantienſis Epiſc. ſecundus. De*
concambio Eccleſiæ VValdu, facto inter viros venerabiles, Vdalricum Præpoſitum de MADIL-
berg, & Plebanum Bertholdum de Achtirtingen, ad confirmationem facti, paginam præſen-
tem fecimus conſcribi. Quia enim præpoſitus Eccleſiam VValdu, ex contiguitate loci ſuæ Ec-
» *cleſiæ commodam eſſe perſpexit: canonicam cambitionem perficiens, Eccleſiæ Achtirtingen*
» *duo prædia in Caniſtat & Lichtinvvilare, cum manu Aduocati ſui, videlicet Friderici*

Ducis

Ducis Sueuiæ, tradidit: quæ memoratus Bertholdus, & Aduocatus ſuus Dominus VVelpho, ſuſcipientes, Eccleſiæ Achtirtingen Eccleſiam VValdu, cum omni iure ſuo & pertinentiis, Monaſterio Madilberg contulerunt legitime. Atq; ſic rationabilis cambitio inter duas Eccleſias facta eſt anno Dominicæ incarnationis M. C. LXXXVIII. *Anno primo præſulatus Domini Gregorii Papæ: Anno Imperii glorioſiſſimi & victorioſiſſimi Imperatoris Friderici* XXXIII. *Regni verò eius anno* XXXVI. *Teſtes, qui viderunt & audiuerunt, hi ſunt. Donationem Domini VVelfonis, & plebani Bertholdi de Achtirtingen, factam apud Bergartritten, iſti viderunt.*

Philippus, Præpoſitus de Syndelphingen.
Manegoldus de Ottolfiſvvane.
Ernſt de Hurelingen.
Ibero de Rauinſburc.
Henricus de Turngovve, Marſcalcus.
Domini VVelfonis.
Albertus Aſinus.
Cunrat de Achtirtingen. Et alii plures.

Exemplar, vnde hæc deſcripſi, mendis non carebat. Anno enim 1187. non 1188. congruit Friderici annus Imperii 33. Regni 36. Quo Gregorius VIII. *P. tantum à 13. Kal. Nouemb. vſq; ad 17.* Kal. *Ianu. eiuſdem 1187. anni, ſedit. Teſtium quoq; priorum nomina, donationē VVelfonis antecedentia, nulla legebantur. Ita hæ litera, potius priore anno ſcripta ſunt.*

Eodem 1188. anno, cum Rapotho Spiræ Epiſcopus obiiſſet, ſucceſſit ei Vdalricus II. *nobilis à Rechberg. Præfuit 4. A. Habuit fratres, Sigefridum, Epiſcopum Auguſtanum: & Hiltebrandum, acerrimum perſecutorem & vltorem Regis Philippi, improbiſſime ab Othone VVitelſpachenſi, 1208. trucidati, Domini ſui. Bruſch.* Spirenſes Epiſcopi.

SCHVSSENRIET.

Fundatum eſt cœnobium Sorethum (ſcribente Bruſch.) vulgo Schuſſenrietum: à Schuſſio dictum, præterfluente amne: qui prope Ereskirchium in lacum Acronium influit. Ordinis Pramonſtratenſis eſt, Conſtantienſis diœceſeos, in Sueuia: prope Alendorffum, arcem Baronum à Kyngseck. Fuit antea arx: ſed Barones de Schuſſenriet, Berengarius & Conradus, equites aurati, anno 1188. in Monaſterium conuerterunt: ad honorem Dei, & D. virginis Mariæ, ac S. Magni confeſſoris. Monachus ibi conuerſus factus eſt Berengarius. Primos eò Monachos miſit ex Augia minore, vel Alba, Vlricus à Thaunen, præpoſitus Augienſis IV. Schuſſenriet. Sorethum.

PRÆPOSITI SORETHENSES.

Præpoſiti eius.

1. *Fridericus: cum Berengario fundatore, in eodem tumulo poſitus: ſicut olim:*

Ennius emeruit, Calabris in montibus ortus,
Contiguus poni, Scipio magne, tibi.

2. *Mangoldus, ex Rotenſi cœnobio aſſumptus: quo & poſt quadriennium ſe retulit. Sub eo enim vaſtatum eſt Monaſterium, & concrematum, poſt obitum Schuſſenrietenſium Baronum, a Conrado quodam de VVartenberg: qui ſororem duxerat fundatorum, ſine maſculis hæredibus mortuorum: & bona cœnobio dedicata, ad ſe magis pertinere, quam ad iſtos Monachos, putabat.*

3. *Menfridus, ex Rockenburgo aſcitus: quo & reuolauit, ibi præpoſitus factus.*

4. *Luitherus: bonus, ſed propter ſimplicitatem breui remotus.*

5. *Burcardus Biberacenſis, doctus. Is anno 1215. Præpoſituræ Vrſpergenſi præfectus eſt. Obiit 1226.*

6. *Conradus Vlmenſis, ex Rota vocatus. Obiit 1218.*

7. *Menfridus ſuperior: è Rockenburgo reuocatus, quòd vtilis antea œconomus fuiſſet. Obiit 1220.*

8. *Rudolphus ex Augia minore. Poſt biennium propter negligentiam deiectus, 1222.*

9. *Conradus, ex Martalenſi cœnobio euocatus: prudens, religioſus, optimus œconomus. Is ab illa conflagratione Monaſterium inſtaurauit, & amplius fecit, anno 1229. priore illo veteri Schuſſenrietenſium caſtro: quod ipſorum, ac VVartenbergenſium, fuerat domicilium.*

10. *Hiltebrandus VVilinus de Michelvvinada, nobilis.*

11. *Albertus. De his, & aliis, nihil aliud ſcitur.*

12. *Ioannes Feſtrus (fort. Fetzerus) vir nobilis.*

13. *Ioannes rubei oris. Obiit 1438.*

14. *Ortholphus Schorpius: egregius œconomus, & illuſtrator cœnobii. Obiit 1441.*

15. *Conradus Rauber, vltimus Præpoſitus. Interfuit Baſilienſi concilio: vbi conſecutus eſt Abbatis priuilegia, & ornamenta pontificalia. Præfuit 34. A. Obiit 1475.* — *Abbates.*

16. *Petrus Fuchſius, ex Marttorffo Conſtantienſis Epiſcopatus oppido, ſecundus Abbas. Obiit 1481. Habuit germanum fratrem Ioannem, Abbatem Augiæ minoris, qui Obiit 1470. & Henricum VValdſeenſem præpoſitum, qui obiit 1492.*

17. *Henricus Auſtrius, Decretorum Doctor. Obiit 1505. April. 18.*

18. *Ioannes VVitmaier, ex Mengenſi Sueuiæ oppido. Præfuit cum laude 39. A. ac ſenio confectus, muneri renunciauit 1544. & obiit 16. Cal. Aug. 1546.*

19. *Gallus Molitor, Merſemburgius ad lacum Acronium, Muſicus eximius. Breui obiit, anno ſcil. 1545. die S. Benedicti.*

20. *Iacobus Renger Rauenſpurgenſis Sueuus. Præſidebat adhuc 1550.*

Sepulturæ in hoc coenobio:

Nobilium de VVinada, de ſtuba, de Eſſendorf, & de Molbertshuſen.

Hirſaug. Abbas. — *Hirſaugiæ Abbas Conradus, negotiorum quorundam cauſa profectus ad cellam S. Gregorij Richenbachenſem, febri oppugnari cœpit: atq; lecto decumbens, viatico ſe ad alteram vitam muniuit: & 5. die Septemb. deceſſit. Sepultus in maiori cœnobio, ad introitum Eccleſiæ, ante altare omnium Sanctorum.*

Electus eſt a Priore & fratribus, in loco capitulari, inuocato Spiritu ſancto, Abbas XX. *Henricus Francus orientalis, vir doctus & laudabilis. Hic primo poſtulatus, vt eſſet Abbas Bruvvilerenſis cœnobij: cum videret, ſe fratribus vtiliter præeſſe non poſſe: ea Abbatia deſerta, Hirſaugiæ Abbas eſt electus. Præfuit A. 8. M. 1. D. 15. Ponens Abbatiam, ad Præpoſituram Rotenſem ſe tranſtulit. Erat mediocris ſtatura, corpore tenuis, rari capilli, inceſſu grauis, ſermone fuſior, humanus & affabilis. Citus ad iram, citus ad placationem. temporalium, quam ſpiritalium, ſtudioſior. Trit.*

Teccenſis Duciſſa. — *Vixit hoc tempore Agatha, Duciſſa Teccenſis: vxor Theobaldi, comitis Burckheimij & Lechſgmyndenſis: vſq; ad annum 1193.*

Regel Marquardus. — *Vixit eodem tempore Marquardus Regel: teſtis citatus in quibuſdam Germanicis literis: anno 1188. ſcriptis, Indict. 5. (ſexta) Pontifice Clemente: Imperatore Friderico, anno Regni eius 37. ac filio ipſius Henrico, Imperii Vicario. Quæ familia nobilis, hodie ſupereſt: Georgio Regelio, Præfectum oppidi VVirtembergici Haidenhaimenſis agente: ac ſorore eius Barbara Regelina, honeſta & prudente virgine, proximo 1590. anno, cum laudata matre ſua Anna Eſſlingæ habitante. Inſignium clypeus, incuruatum dextrorſum habet piſcem lupum.*

IMP. FRIDERICI ORIENTALIS EXPEDITIO. ITALORVM, ATque aliarum nationum, auxilia. Tancredus, VVilhelmi R. ſucceſſor in Sicilia. Iſaacij Angeli Imp. Conſtantinopolitani, humanitas erga Imp. Fridericum deſiderata. Bebenhuſani Monaſterii Abbates, nomina Sueuicorum ibi Procerum & nobilium, atque Aduocati. Nobiles de Pleningen.

CAPVT XVII.

Hagenoa Monaſt. — ANno 1189. *Monaſterium Præmonſtratenſium Haganoæ, auſpiciis Imp. Friderici conditum fertur.*

Acco. — *Iacobus Auenius, Franciæ Occident. vir nobilis ac fortis, cum non exigua militum manu in Syriam profectus: ſtatim Ptolemaidem ſeu Acconem, adiunctis ſibi Templariis & Hoſpitalariis, obſedit.*

Fridericorum, patris & filii, Orientalis expeditio. — *Ex altera parte, Fridericus Imp. & Fridericus F. Sueuorum Dux, in humeris crucem habentes, 9.* Kal. *Maij (die S. Georgii) ex Germania magno & inſtructiſſimo cum exercitu, per Vngariam (bene ab eius Rege Bela tractati) in Orientem verſus profecti ſunt, teſtante hoc verſu:*

Annis Vndenis demptis de mille ducenis,
It pater & natus, Dux & Rector Fridericus.

Bruſchius (vbi de Henrico III. *Herbipolenſi Epiſcopo ſcribit: quem vnà contra Saladinum perrexiſſe ait) ducenta millia peditum & equitum, in illis copiis fuiſſe perhibet.* — *Copiis quantis.*

Sigo-

Sigonius Imperatorem noluiſſe audire ſcribit oraculum Ioachimi, Abbatis Calabria in Monaſterio Floris, eximia vaticinandi laude florentis: qui ab illo de euentu expeditionis Hieroſolymitanæ conſultus, nondum veniſſe tempus reſponderit Chriſtianis Hieroſolyma recuperandi.

Itali quoque in eam expeditionem exierunt: Archiepiſcopus Rauennas, Veneta claſſe cum Italicis ſignis: Piſanus Archiepiſcopus, cum 50. triremium claſſe Piſana. Poſt eos, Guido Spinola Genuenſium conſul, magna cum militum & nobilium manu. Cum autem Angliæ Rex Henricus defunctus eſſet: filius eius Richardus ſuccedens, pacem cum Franco Rege Philippo (nam diſſenſio inter ipſum & Henricum inciderat) fecit: cum eoq́; ſacræ expeditionis communibus armis ſuſcipiendæ conſilia contulit. Ita annus vtrinq́; in adornanda profectione conſumptus eſt.

Per eos dies Guilelmus, Siciliæ Rex (qui maria cuſtodienda, commeatusq́; Chriſtiano exercitui ſuppeditandos, vt Sigonius ſcribit, ſuſceperat) mortuus alieniſſimo tempore eſt. Eius voluntate, nullam ſtirpem relinquentis, Regnum ad Conſtantiam perueniebat, Regis Germaniæ Henrici vxorem. Sed extemplò Siculi Regem ſibi ſuffecere Tancredum, Rogerii Ducis Calabriæ ſpurium filium, Rogerii Regis nepotem. Cauſæ hæ erant. Vna, vt Saracenos, qui multi adhuc in inſula inquieti erant, reprimerent. Altera, quod odio Germanorum, Henricum Regem ſic excludere volebant. Poſtrema, vt ſic Pontifici gratum facerent: qui ipſe ad poſſeſſionem Siciliæ aſpirabat: & tum à Friderico, tum ab Henrico, propter ea, quæ aduerſus Pontifices fecerant, animum gerebat alienum. Quæ ibi Henricus cognouit: Siculis mox bellum Regni repetendi cauſa denuntiauit: ad idq́; omnes ſuas cogitationes intendit.

Italica copia, in Syriam ſecunda nauigatione aduecta: Francos, qui Ptolomaidem obſidebant, ſtrenuè iuuabant.

De aduentu Friderici Barbaroſſæ in Thraciam, Choniata ſcribit: cum per legatos ab Imp. Iſaacio petiiſſe: vt ſibi per eius prouincias pacatè in Palæſtinam tranſire, & commeatum emere, liceret. Φρεδερῖχος, ὁ τῶν ἀλαμανῶν ῥὴξ, πρὸς τὸν βασιλέα διαπρεσβευσάμενος Ἰσαάκιον: ὡς διὰ φιλίας ἴτοιτο τῆς ῥωμαίων γῆς, παρελθεῖν εἰς παλαιστίνην: καὶ τὰ πρὸς τὸ ζῆν ὠνουμένοις αὐτοῖς χορηγεῖσθαι. *Benè initio inter ambos imperatores de his rebus conuenit: ſed imprudentia Græcorum legatorum Fridericum offendit: atque etiam, vt Iſaacius eum pro hoſte haberet, effecit. Hic ergo commeatum Germanis negauit: & vias, ſucciſis arboribus, impeditas reddidit: pabulatoresq́; aggreſſus ex inſidiis eſt. Verum hæc fruſtra. Nam Germani per ambages Philippopolin venientes, eam occuparunt (circa exitum Auguſt. menſis) à ciuibus relictam: tantum Armeniis, gente Germanis amica, remanentibus. Nec admittebat Iſaacius verba Friderici benigna: ſed cuiuſdam ſuperſtitioſi ac falſi Monachi perſuaſione, Germanos, non propter recuperanda Hieroſolyma, verum Imperii ſibi eripiendi cauſa, adeſſe putabat. Fuit conflictus quidam factus: in quo Græci fugam iniuere. Pace tandem, interuentu prudentiorum apud Iſaacium Græcorum, facta: mutua inter Imperatores munera ſunt miſſa: & ſequenti anno exercitus Occidentalis in Aſiam, nauibus Græcorum apud Callipolin tranſportatus eſt. Hæc, copioſius apud Choniatam.*

In Epiſtola cuiuſdam Anonymi ſic ſcribitur. Humaniſſimè à Bela Vngaro habiti: ſtatim, cum Regnum Græciæ intrauimus, in manus furum & latronum incidimus: nulla in Græcis fide reperta. Nam contra fidem, quæ Legatis debetur, Epiſcopum Monaſterienſem, & Comitem Rupertum, ceperant. Capta Philippopoli, & deſtructa: capta etiam Adrianopoli, & à Duce Sueuiæ Didymoticho, aliisq́; locis: ſex millibus Græcorum perditis: datis & acceptis obſidibus: mare traiecimus. Hac ille.

Alibi legimus, Fridericum Imp. Græcis, à quibus in deſcenſu multum vexatus fuerit, multa eripuiſſe: ac montem acceſſu difficilem, contra Conſtantinopolin muniuiſſe: ac nomen ei feciſſe, Kynigsberg, *Regis montem.*

In Sueuia, cum cœnobium Bebenhuſanum effectum eſſet à Palatino Tubingenſi Rudolpho: conuentus fratrum ex Schœnaugia, permiſſu Regis Henrici, eò ingreſſus eſt hoc 1189. anno, 4. vel 5. Kalend. *Nouemb. Abbate primo facto, Diepoldo quodam. Obiit ille Rudolfus 1219. qui dicitur turrim ædificaſſe, nomine Kynigsvvart, ſitam in ſylua Hercynia poſt Baierſbrunnam, inciſo Epigrammate hoc: Rudolphus P. C. de Tuuingen, domum iſtam, procurauit fieri anno incarnationis Chriſti 1209. vt omnes hic venaturi, ſui ſint memo-*

Ioach. Abbas Calaber. — *Italorum expeditio.* — *Tancredus, Siciliæ Rex aſcitus.* — *Id quod contra R. Henricum Sueuum erat.* — *Iſaacii Imp. iniquitas in Imp. Fridericum.* — *Philippopolis.* — *Monachus malus.* — *Reconciliatio Imperatorum.* — *Bela, Vngariæ R.* — *Adrianopolis.* — *Traiectio Friderici in Aſiã.* — Kynigsberg. — *Bebenhuſani Monaſterii conſtitio Monaſtica.* — Kynigsvvart.

res: & ſalutem animæ eius imprecentur. Videtur illam turrim etiam propter Regem Rom. ædificaſſe.

ABBATVM BEBENHVSANORVM catalogus. Chart. M. Scr.

Abbates Bebenhuſani. *1. Diepoldus, anno 1189.*

2. Erkinbertus.

3. Entzmannus.

4. VValtherus.

5. Ludouicus, circiter annum 1211.

6. Conradus, circ. 1228. Al. Bruno.

7. Conradus.

8. Hermannus. Al. Conradus.

9. Bruno. Al. Hermannus.

10. Petrus.

11. Rudolphus.

12. Bertholdus. Vixit circ. 1247. Obiit 1253. 5. idus Maij: in medio Capituli ſepultus.

13. Eberhardus de Rutlingen. Sub quo, anno 1260. 12. Kal. April. in feſto S. Benedicti, inchoatus fuit murus Bebenhuſanus, qui totum ambit Monaſterium. Deinde 1271. circa dedicationem Eccleſiæ, inceptus eſt murus interior, & adiunctum ei granarium. Defunctus fuit Abbas Eberhardus anno 1278. 5. idus Octobris. *Murus.*

14. Fridericus, 1281. Antea Schœnaugiæ Abbas: ad quam forte poſt 17. annos reuocatus eſt: ſed iterum Bebenhuſæ Abbatiam cepit. Obiit 1305. Nonis Ianuar. cui Epitaphium eſt poſitum.

Floruit aureolis Abbas ſurſum Fridericus:
Qui par celicolis fuit hic, pietatis amicus.

Sub eo constructa fuerunt: Ambitus Monachorum, Infirmarium ligneum, Infirmarium lapideum, cella vinaria, granarium, totus interior murus, propugnacula muri exterioru, porta, molendinum, ſepes circa clauſtrum, aquæductus, & alia. Habuit ipſe LX *Monachos, &* CXXX. *conuerſos: id eſt, ſub regulari habitu cœnobio ſeruientes, & operantes.* *Conuerſi.*

Eßlingen. *15. Lupoldus (al. Hypoldus) de Eßlingen. Obiit 1300. 11. Kal. Nouemb. Humatus in cœmeterio poſt altare Petri & Pauli. Ante quem, Abbatiam geßit prædictus Fridericus: & iterum 5. annos, poſt ipſum.*

16. Vlricus de Eßlingen, Lupoldi frater. Obiit 8. idus Febru. 1320. Sepultus iuxta fratrem. *Domus Abbatica.* *Sub hoc Abbate conuentus bis diſperſus fuit. Ædificauit ipſe domum Abbatum cum ambitu ſuo. Putatur, capellam quoq; in porta feciſſe. Sed facta eſt à matrona quadam Rutlingenſi Haila: vt colligi poteſt ex antiqua inſcriptione in muro Eccleſiæ, in cœmeterio: vbi ipſa, & auia eius, ſepultæ iacent.*

Luſchnovv. *17. Conradus, nobilis de Luſchnovv. Præfuit A. 33. laudabiliter. Sub eo conſtructum eſt anno 1335. lapideum Refectorium Monachorum, cum omni ornatu ſuo: quod poſtea dictum eſt, Æſtiuale. Constructa, domus Abbatum lignea, maior & minor, iuxta capellam infirmorum: vbi poſtmodum coquina Abbatis erat. Item, campanile Eccleſiæ: feneſtra poſt ſummum altare, cum ſuo ornatu: in qua, hi verſus:*

Abbas ſtructuram Conradus condidit iſtam.
Præmia, virgo pia, ſtructori redde Maria:
In Regno cœli, quod poſco corde fideli.

Sacellum quoq; conſtruxit, Eccleſiæ annexum: in quo perpetuo Miſſa pro ipſo diceretur, aliisq; defunctis: vbi & humatus eſt.

Cum etiam non ſufficerent Monaſterio ad ſuſtentationem, ſui reditus: ipſe Papa permittente, per Epiſcopum Conſtantienſem, menſæ Bebenhuſanæ incorporauit Eccleſias complures: nempe, quæ in oppido Tubingen: in vicis Luſtnovv, Aentringen, Oberkilch, Altingen, Bondorff, VVila Schainbuchii, Plieningen, Aechterdingen. *Incorporationes Eccleſiarũ.*

Deceßit 6. idus Decemb. 1353.

Aſſumptus fuit poſt ipſum Henricus quidam Nicro rotemburgenſis. Sed propter diſſolutionem vitæ ſuæ, & contractionem magni æris alieni, cum ſuo conuentu & conuerſis expulſus fertur: nec inter Abbates numeratur.

Gomeringen. *18. VVernherus Gomeringius, anno 1379. Abbatiæ præerat. Sub eo ædificata eſt domus caprarum. Sepultus eſt poſt ſummum altare in cœmeterio: cum hac in lapide inſcriptione:* ANNO

M. CCC.

M. CCC. XCIII. *pridie Kal. Octob. obiit D. VVernherus de Gomeringen, XVIII. Abbas in Bebenhuſen: cuius anima requieſcat in pace. Amen.*

19. Petrus Gomeringius. Sub quo inchoatum fuit circa feſtũ Ioan. Baptiſtæ 1407. campanile Eccleſiæ lapideum: quod abſolutum eſt cum neceſſariis ſuis omnibus circa idem Feſtum 1409. Et anno 1410. conſtructum fuit lapideum campanile Refectorij æſtualis. Quorum artifex fuit Georgius, conuerſus in Salem. Sub eodem Abbate emptum fuit caſtrum ROSECK, *cum villa Ieſinga, 2500. florenis. Idem perſoluit 3. millia fl. creditoribus Monaſterij. Epitaphium eius eſt.* *Roſeck caſtrũ. Ieſingen.*

ANNO DOMINI M. CCCC. XII. *19. Kal. Ianuar. obiit reuerendus pater & Dominus, Dominus Petrus de Gomeringen,* XIX. *Abbas in Bebenhuſen. Requieſcat in pace.*

20. Hainricus de Halſingen. Obiit 1432. pridie Kal. Aug. die S. Germani, Epiſcopi & Confeſſoris. Sepultus in capitulo, ſeu domo capitulari. *Halſingen.*

21. Reinhardus, natus de Heſingen. Obiit 1456. 10. Kalend. Septemb. Sepultus in Eccleſia ante altare B. virginis Mariæ. Beneficio eius, datus eſt 1440. Oberndorffenſibus, pridie aſſumptionis S. Mariæ, proprius Miſſifex: eò, quòd nimis remota eſſet ab illis Oberkirchenſis Eccleſia: quò adire Miſſas, & mortuos ibi ſepelire, cogebantur. Egerunt cauſam eorum nobiles viri: Rudolphus de Ehingen: Marquardus de Hailſingen ſenior: & Ioannes Truchſaſſius ab Heſingen in Boltringen. *Heſingen. Oberndorff.*

22. Ioannes de Deckenpfrund, 1456. Is obiit 1460. 6. Kalend. Ianuar. Sepultus in capitulo.

23. VVernherus de Tubingen. Ceſſit Abbatia 1471. nonis Iunij: ſucceſſore mox 8. Id. Iun. ſequente Bernhardo. Multa ædificauit: etiam magnam lapideam domum Tybingæ. Ibidem, etiã cellam & ſacellum. Epitaphium illius.

ANNO DNI. M. CCCC. LXXIII. *obiit reuerendus in Chriſto pater & Dominus, Dominus VVerner de Tubingen,* XXIII. *Abbas in Bebenhuſen, 7. Id. Iulij: cuius anima requieſcat in pace. Iacet in capituli introitu. Prior erat Barthol. Heubach, Herrenberg. Sacerdos.*

24. Bernhardus Rockenbuch (fort. Rockenbauch) de Mag ſtat. Obiit 1493. 5. Id. Maij (pridie Dominica Vocem iucunditatis) magnæ clementiæ Abbas. Humatus in capituli ingreſſu.

25. Ioannes de Fridingen. Electus eſt 1493. 10. Kal. Iun. (in Octaua aſcenſionis Domini: quæ fuit die S. Deſiderij) ac die S. Geneſij conſecratus ad baculũ (μετὰ τῆς ποιμανικῆς καλάυροπος) præſentibus Dominis illuſtribus ac reuerendis: comite Eberhardo VVirtembergenſi Barbato: Itelhenrico iuniore VVirtembergenſi Comite (Vlrico) & Abbatibus, de Alba Dominorum, ac de Zuifalten, atq; de Hirſaugia: Miſſam cantãte Suffraganeo Cõſtantienſi: qui & iuniorem Comitem oleo conſecrato confirmauit: eiusq; nomen Itelhenrici, in Vlrici mutauit: cuius patrui fuerunt Abbates, Bebenhuſanus & Zuifaltenſis: qui Comitem denis honorarunt florenis. Curauit hic Abbas Ioannes renouanda anno 1520. ante Pentecoſten; arma ſiue Inſignia Heroum Sueuiæ, in tabula. *Abbatis cõſecratio.* *Itel Henricus, VVirtemberg. Comes, poſtea Vlricus.*

Erant autem ab antiquo, ac ſequentibus temporibus, Heroës hi, à quibus nimirum benignè huic Monaſterio factum fuerat.

Principes atq; Nobiles, de Bebenhuſanis benè meriti.

Palatinus Tuvvingenſis, fundator.
Fridericus Cæſar, confirmator.
Dominus de VVirtemberg, defenſor.
Comites Tubingenſes.
Marchiones Burgouienſes.
Duces Teccenſes: pro VVeckenſes, à VVeck, id eſt, Cuneo.
Duces Sueuiæ.
Comites Hohenbergenſes.
Comites Eberſtainenſes.
Comites Zollerenſes.
Comites Aichelbergenſes.
Comites Vracenſes.
Comites Aſpergenſes.
Comites Herrenbergenſes.
Barones Gundelfingenſes.

Barones Magenhaimenſes.
Barones Iuſtingenſes.
Barones Stæffelenſes.

Nobiles.

Luſtnouienſes. VVildnouienſes.
Gomeringenſes. Saxenhaimenſes.
Nothafftij. Spati. Herteri. Stainij.
Schenckij de Andeck.
Schenckij de VVineda.
Halſingeri. Heſingeri. Brandeccij.
Æchterdingenſes. Bernhuſeni. Omahuſeni.
Giltlingeri. Æntzbergij. Ehingeni.
Gyſſenſes. VVurmlingeni. Ovvenſes.
Aurbachenſes. VVerenvvagenſes.
Ietenbruccenſes. Murderi.
Gylſtainij. Altingeni.
Salmendingeni. Schvvelleri.
Neuheuſeri. Rotvvileri. Læſcheri.
Zimmeri. Pfullingeni. Nærenij.
Pſaleri. Brechtenſes. Frovvenbergij.
Schillingij. Sperberſeccij.
Kaltenthalij. Nippenburgeri.
Plieningeri. VVernouij. Braitenſtainij.

Epitaphium huius Abbatis, in ſaxo erecto chori.

ANNO DOMINI M. D. XXXIV. *in die Thomæ Apoſtoli obiit reuerendus in Chriſto pater & Dominus, Dominus Ioannes à Fridingen, Abbas in Bebenhauſen* XXV. *vir magnæ prudentiæ & maturitatis: cuius anima requieſcat in pace. Abbas fuerat per 40. an.*

Sub eo profeſſionem, inter alios, etiam M. Ioannes Mendlinus Tybingenſis fecit, an. 1509. qui Tybingæ 1577. obiit, collega facultatis philoſophicæ. Obiit quoque 1520. uxor D. Pauli Phrygionis, paſtoris Eccleſiæ Tybingenſis.

Sebaſt. Lucij Abbatis exilium, & reſtitutio.

26. Frater Sebaſtianus Lucius (al. Hebenſtreit) Tubingenſis. Hic, cùm Abbatia (reſtituto VVirtembergico Duce Vlrico, Religionis 1535. correctore) 13. annos vacauiſſet: & ipſe cum conuentu exularet: in exilio à Monachis electus eſt: præſente eis Schænaugienſi Abbate Sebaſtiano, Viſitatore ipſorum: & Mulbrunnenſi Abbate Henrico: ac Bernhardo Maiero, maiore Cellario in Salem, loco ſui Abbatis. Factum 17. Nouemb. 1547. in Cœnobio Porta cœli (vulgo, Tennenbach) cuius loci ipſe antea fuerat Abbas. Poſtea 1549. Mart. 20. rediit ex Prioratu Bernis in ſuperiore Alſatia, cum fratribus ſuis Bebenhuſam, reſtitutus à Carolo V. *Obiit Tybingæ 1557.*

Perſonæ Monaſterij.

Abbas. Prior. Supprior. Monachi.
Conuerſi. Magiſter Conuerſorum.
Sacerdos. Diaconus. Subdiaconus.
Cantor. Succentor. Burſarius.
Piſtrinarius. Doliarius.

Bidenbachius Abbas.

27. Eberhardus Bidenbachius, S. Theologiæ Doctor: Primus ibi Euangelicus (vulgò Lutheranus) Abbas: creatus 3. Decemb. 1560. de voluntate pij Principis VVirtembergici D. Chriſtophori, à D. Ioanne Brentio ſeniore: cuius filiam Sophiam, reuerendus hic Præſul Eberhardus habet in matrimonio, S. literis conceſſo: ex qua ſecundum Dei Paradiſiacam inſtitutionem liberos ſuſcepit vtriuſque ſexus: ex quibus filiorum alter, M. Eberhardus, Diaconus erat Eccleſiæ noſtræ Tybingenſis: alter, Ioannes, V. I. Doctor, illuſtriſsimi Ducis ac Domini noſtri Ludouici Conſiliarius eſt. Præſidet adhuc hoc 1591. anno hic Abbas: Principis Conſiliarius, pietate, ſapientia, auctoritate, præſtantiſsimus.

Bebenhuſanorum Tutores.

ADVOCATI, ſeu TVTORES, Monaſterij Bebenhuſani.

Rudolphus, Palatinus Tubingenſis, qui fundauerat, anno 1189.

Vlricus,

Vlricus, Comes VVirtembergenſis, anno 1343. cùm priore anno oppidum Tubingam, à Tubingenſibus comitibus Palat. Goteſrido & VVilhelmo fratribus, vnà cùm palatina arce, & adiunctis omnibus, emiſſet. 100. M. librarum obolarium. *Tybinga venditio.*

Carolus Auſtriacus, Hiſpan. & Rom. Rex, anno 1520.

Poſtea VVirtembergenſes Duces.

Pertinet Vrſperga quoque in Heluetia ad Bebenhuſanum Cœnobium. Anno ſanè 1502. Ioannes Frembd Tettingenſis, Bebenhuſanus Monachus, Procurator erat Vrſpergæ.

Hæc, de Bebenhuſa nunc ſufficiant.

Circa hunc 1189. annum, viuebat in vico Stutgardianæ Præfecturæ Plieninga, nobilis quædam familia: quæ de Plieninga (Edel Knecht von Plieningen. *Sic olim loquebantur) nominabantur. Cuius rei documenta reperit honeſtus & prudens vir, Ioachimus Brotbeckius, hodie Stutgardiæ Archigrammateus. Signa remanent: quoddam vetuſti muri caſtellum, atque circa id foſſa, & hortus: agricola quodam nunc tenente, Michaële Siglino.* *Plieningia familia nobilis.*

TRAIECTIO FRIDERICI BARBAROSSÆ IN ASIAM. ALEMANNI cuiuſdam memorabile factum. Res Friderici vtriuſque, patris & filij, in hac expeditione geſtæ: ac mors vtriuſque. Eulogia quædam Barbaroſſæ. Diuerſæ opiniones Hiſtoricorum, de interitu ipſius. Inſignia nobilitate virtutis. Libertas ingenuorum.

CAPVT XVIII.

ANno 1190. Imp. Fridericus, cùm tempore Paſchatis tranſiiſſet Boſporum: expertus eſt inhumanitatem etiam Philadelphienſium (vt ſcribit Choniata) qui partem exercitus eius per latrocinium adorti ſunt, ſed magno ſuo malo: tanquam, ſi in gigantes ferreos incidiſſent: ὡσεὶ ἀνδριάσι χαλκηρέσιν, ἢ γίγασιν ἀνεπιβλήτοις, προσπταίσαντες. *Sed apud Laodiceam Phrygiæ caſtra metati, ſummam horum ciuium hoſpitalitatem ſenſerunt. Itaque omnia eis bona ſunt a Deo precati: præſertim Fridericus, qui genibus nixus, manibus & oculis in cœlum ſublatis, orauit: vt eis à Deo daretur, quicquid corpori & animæ ipſorum conduceret.* ἀναλύσας τὰς χεῖρας εἰς οὐρανὸν: καὶ ἄρας ἄνω ὄμματα: τὸ δὲ γόνυ κάμψας εἰς γῆν: εἴ τι βιωφελὲς, εἴ τι ψυχῶν σωτήριον: ἐκ τοῦ τῶν ὅλων κηδεμόνος θεοῦ καὶ πατρὸς, ἐπιψηφισθῆναι τούτοις ἱκέτευσε. *Poſtea, apud Philomelium, Sultani Iconienſis filios prælio vicit, & id oppidum euertit. Iiſdem iterum apud Ginglarium ſuperatis: atque apud Iconium etiã, Turcis profligatis: ipſe & exercitus ea vrbe ſunt potiti: ſed tantùm in tectis ſuburbij caſtris fixis: ac neceſſariis vitæ inde direptis, abierunt. Profugerat ex eo loco Soldanus: cui iraſcebatur Fridericus: memor iniuriarum, olim patruo Conrado ibi factarum.* *Philadelphiẽſium inhumanitas in Germanos. Laodicenſium hoſpitalitas. Victoria Friderici apud Philomelium. Iconium captum.*

In hac expeditione, fertur Alemannus quidam, corpore ingẽti, & inuicto robore, præditus (ἀλαμανός τις πελώριος τὸ σῶμα, καὶ τὴν ἰσχὺν ἀπαράμιλλος *) populares ſuos longo interuallo ſecutus, pedetentim inceſſiſſe: trahendo equum ex itinere fatigatum. Qui à quinquaginta Saracenis, eminus ſagittis inceſſitus: ſcuto & firmo thorace tectus, animi ſecurus, iter ſuum nihilo minus perſecutus eſt, cùm autem quidam ex hoſtibus audacior, adequitans, cominus eum gladio percuſſiſſet: Alemãnus ille valida heroicaq; manu (* παχείᾳ καὶ ἡρωϊκῇ χειρὶ *) ambos equi hoſtilis pedes anteriores, ictu aliquo (* ἐπιδοχμίως *) amputauit. Equitis mox, equo collapſo adhuc inſidentis, caput, pectus, ventrem, ipſam etiam equi ſellam, diſſecuit vno gladij ictu: ita, vt iumenti quoque dorſum vulnerauerit. Sic, apud Choniatam.* *Gigas Alemannus.*

Armeniam deinde Fridericus ingreſſus, Melitenam cepit: ac Saracenorũ, qui ciuitati auxilio venerant, ducenta millia (vt eſt in continuationis ſacri belli libro 2. apud Heroldum profligauit. Tum Reguli illorum circumcirca locorum, muneribus eum placarunt: & in verba eius iurarũt, In Comagenam autem per Amanum montem (vbi Cicero quondã Parthos ceciderat. Lib. 2. Famil. Epiſt. 10.) profectus: Saphadinum Saladini F. victum fugauit. Ibi dum per altum flumen (variè ab Hiſtoricis nominatum: Sarum, Serram, Ferrum, Selephiũ) inſequitur: equo offendente lapſus: armorum & ætatis pondere grauis, tamen extractus eſt: equo ad citeriorem ripam reuerſo. Ibi cùm poſt alia dixiſſet: Accipe, Ieſu Chriſte, ſpiritum meum: expirauit. Stadenſis ſcribit, eum dici ſic exclamaſſe: Benedictus, crucifixus Dei filius: quòd aqua me ſuſcipit, quæ me generauit. Me martyrem faciat, quæ me fecit Chriſtianum. Sic reſpiratio Saladino contigit: qui iam de refugiendo in Ægyptum cogitans: Syriæ regionem igne populatus: vrbes eius, Biblum, Laodiceam, Berytum, Sidonem, & alias, nudari muris præceperat. *Melitena Armeniæ, capta. Amanus mõs. Friderici Imp. interitus.*

Periit Fridericus III. Idus Iunias (al. IV.) hoc 1190. anno, propè ſeptuagenarius. Hæc ferè, apud
Correctio loci hiſtorici. Heroldum. Si autem Serra fluuius, Cydnus eſt (vt quidam volunt) atque à Philadelphia Laodiceaq́; deſcendenti, prior eſt, quàm mons Amanus, teſtante tabula geographica Aſiæ: quomodo hunc montē Fridericus tranſiit: qui prius ad Cydnum venerit? Mōtem potius Taurum tranſiit: ac tum ad Cydnum venit.

Sed placet ex Anonymi etiam, cuius ſupra meminimus, Epiſtola commemorare: quæ à Phrygiæ Laodicea vſque ad obitum Barbaroſſæ facta ſunt.

A Laodicea, inquit, proficiſcentes ante diem Rogationum feria ſexta: propter defectum
Certior expoſitio ſuperiorū. graminis & aquæ, maximo damno in equis accepto: venimus, vbi fluuius Mandra (Mæander, vt credo) oritur. Etſi autem Soldanus, & filius eius, per nuntios pacem firmiſſimam promiſerant: tamen Turcos contra nos miſſos inuenimus: quos cecidimus diluculo, feria ſecunda, prima Rogationum die. Deinde, rurſus multos concidimus: profecti Suſopolin verſus, pridie aſcenſionis Domini, in anguſtiis montium. In die aſcenſionis, magnis difficultatibus & iactura, trans montes in planitiem Finimini deſcendimus Iconium verſus. Tunc, Turcis reiectis, Duci Sueuiæ dens excuſſus fuit: qui cum Duce de Mair, & Marchione de Bodin (Badenſi ne?) à tergo remanſerat (præmiſſis equis) ad præcedentes tuendos. Sequentibus diebus à manè ad veſperam ſemper conflictus habuimus: ac ſemper vicinus: non tamen ſine vulneribus, & iactura equorum. Proxima Dominica poſt diem aſcenſionis, Fridericus de Hunlitra, eos inſequendo, ex equo lapſus periit. Poſtridie apud Finiminum caſtra metati ſumus: vbi circa veſperam caſtra noſtra aggreſſos,
Equinarū carnium eſus. plus ſex millia Turcorum occidimus: nemine amiſſo, præter equos. Fame laborauimus: & ego quoque comedi carnes equinas. Feria item ſexta ante Pentecoſten, multos occidimus. Poſt Pentecoſten, cùm vix IↃ. C. equites eſſemus: fugauimus, victricibus aquilis erectis, ſub ſigno viuificæ
Lud. de Helffenſtein. crucis, circiter CCCC. millia equitum Turcicorum. Tunc Ludouicus de HELFFENſtain, vidit S. Georgium præcedere noſtram aciem, & opitulari: idq́; iureiurando confirmauit. Feria 5. pentecoſtes, apud Iconiū in horto deſtruximus duo Palatia Soldani nobiliſſima. Et, quia fame vrgebamur: ac vix IↃ. viros in equis habebamus: diuiſimus exercitū in duas partes, neceſſitate cogēte. Feria 6. Dux Sueuiæ (quod incredibile videatur) & ſex adiuncti viri, ceperunt ciuitatem,
Iconij magnitudo. incolasq́; occiderūt. Imperator interim foris pugnauit cum Turcis: quos, cùm eſſent circiter CC. millium, in fugam dedit. Iconium, magnitudine æquat Coloniam Agrippinam. Tunc Soldanus obſides dedit: quoniam antea non ſeruauerat fidem. Inde Iarandinum verſus iuimus: & Calē-
Terræmotus. dis Iun. ibi hoſpitati ſumus. Tum intempeſta nocte terræmotus extitit maximus: quod credimus fuiſſe præſagium mutationis circa Dominum Imperatorem. Nam difficilimè montes ſupergreſſi: ſumma iactura rerum vix Calephum peruenimus, Dominica die: quæ fuit vigilia Barna-
Imperatoris mors. bæ Apoſtoli. (Ἔνθ' ἄρα τοι, φεῖδ' ἔιχε, φάνη βιότοιο τελευτή.) Tunc Imperator, poſt magnos menſis labores, in aqua rapidiſſima ſe refrigerare volens, ſummerſus eſt. Cuius reliquias nobiſcum portantes: Turſoch (Tyrum ne?) vſque, famoſiſſimam ciuitatem peruenimus. Inde Antiochiam verſus tetendimus, cum maxima rerum amiſſione: laborantes penuria commeatus per ſex hebdomadas: quia nulla inueniuntur cibaria venalia. Hæc, ex illo Anonymo: cuius nomen vetuſtate detritum fuit: qui ea latius ſcripſit ad Pontificem: quæ Epiſtola incipit: Credētes, ſanctitatem veſtram eſſe cupidam circa notitiam rerū, ab Imp. geſtarum: ea, quæ vidimus, & manibus tractauimus: ſine adulterinæ falſitatis admixtione, ſuccincta breuitate vobis ſcribere curauimus.

Iconium Fridericus expugnauit (inquit Samblaſ.) quòd Soldanus eum contra fœdus infeſtaſſet: cuius antea filiam petierat. Soldanus in arcem fugiens, ad officium rediit.

Frideric. Imp. Tyri ſepultus. Fridericus filius cadauer patris ſecum in Syriam vectum, Tyri honorificè ſepeliuit. Poſtea ſe exercitui, Ptolomaidem obſidenti, adiunxit: ac poſt res ſtrenuè, vt Imperatores bellici munere fungens, geſtas, ibi peſte cum aliis multis extinctus eſt. Quæ res ab Heroldo ſic deſcribitur. Fri-
Fridericus F. peſte ſublatus. dericus filius (inquit) pugna hoſtes vincens, Antiochiam venit. Vbi exercitus Auſtriorum, Sueuorum, Franconum, Saxonum, copia cibi & potus oppletus, cœliaco morbo conſumebatur. Inde diſcedens, cum reliqua haberet tantùm ſeptem millia bellatorum: inter quæ, ſeptingētos equites: acie ſtructa, funere patris in medio poſito, aquilis explicatis, in Dodequinum Saracenum pugnat: de cuius exercitu amplius 4. millia occidit, vnum mille capit, cum ſignis militaribus quindecim. Victores, ad L. ceciderunt. Ipſe eo die optimi ducis & militis laudem (etiam hoſtis confeſſione) adeptus, Tyrum venit. Ibi patrem in cathedrali Eccleſia, ingenti cum luctu & pompa, ritu patrio ſepeliuit. Laudauit funebri eum oratione Guilielmus, Tyrius Archiepiſcopus. Apud Ptolemaidē, crebri conflictus: vbi tandem & his Fridericus diem ſuum obiit.

EVLO-

Evlogia Friderici, & viuentis, & extincti. Radeuic. lib. 2. cap. 76. ad annum 1160.

Laudes Imp. Friderici.

Diuus Auguſtus Fridericus, ut de Theodorico quidam (Sidonius Apoll.) ſcribit: & moribus & forma talis eſt: ut & illis dignus ſit agnoſci: qui eum minus familiariter intuentur. Ita perſonam eius Deus arbiter, & ratio naturæ, conſummatæ felicitatis dote ſociata cumularunt. Moribus huiuſcemodi: ut laudibus eorum nihil, ne Imperij quidem fraudet inuidia. Forma corporis, decenter exacta. Statura, longiſſimis breuior, procerior eminentiorq́; mediocribus. Flaua cæſaries: paululum à vertice frontis criſpata. Aures vix ſuperiacentibus crinibus operiuntur: tonſore pro reuerentia Imperij, pilos capitis & genarum aſſidua ſucciſione curtante. Orbes oculorum, acuti & perſpicaces: naſus, venuſtus: barba, ſubrufa: labra, ſubtilia: nec dilatatis oris angulis ampliata: totaq́; facies, læta & hilaris. Dentium ſeries, ordinata, niueum colorem repræſentans, &c. In patria lingua admodum facundus. Latinam melius intelligere poteſt, quàm pronuntiare, &c. Reges Hiſpaniæ, Angliæ, Franciæ, Daciæ (Daniæ) Bohemiæ atque Vngariæ, quamuis ſuſpectam eius habeant potentiam: tamen per amicitiam eos habet ad voluntatē ſuam inclinatos, &c. Imp. Conſtantinopolitanum Manuelem, vltrò amicitiam eius expetentem: cùm ſeſe, ſicut anteceſſores ſui, Romanorum appellaret Imperatorem: flexit, ut ſe non Romæ, ſed Neo-romæ, vocet Imperatorem, &c. Vrſpergenſis.

Corpus eius.

Fridericus, Soldano & Turcis domitis, deuênit in Armeniam. Vbi, peccatis noſtris promerentibus: dum in æſtu maximo in flumen, quod Serram incolæ appellant, lauandi gratia deſcendiſſet: mortuus eſt: & acceſſit damnum inæſtimabile Chriſtianis. Fuit enim vir Chriſtianiſſimus: bellorum omnium triumphator, animoſus, manſuetus, &c.

Choniata lib. 2. de Iſaac. Angelo.

Græcū de Frideric. teſtimonium.

Γενόμενος δὲ κατά τινα ποταμὸν (ὢ τῶν ὑπὲρ δόξαν καὶ ἐλπίδα περιπτώσεων: ἢ μᾶλλον εἰπεῖν, τῶν ἀνεφίκτων ἀνθρώποις κριμάτων θεοῦ) ταῖς τῶν ὑδάτων δίναις ἐναποπνίγεται: ἀνὴρ διαμνήμης ἀγαθῆς ἀγαθῆς καὶ διηνεκοῦς, καὶ μακαρίζεσθαι δικαίως τοῦ τέλους, παρὰ τοῖς ἐχέφροσιν ἄξιος: οὐ μόνον, ὅτιπερ ἦν οὐχὶ γένους: καὶ πολλῶν ἐκ προγόνων κατῆρχεν ἐθνῶν: ἀλλ' ὅτι, καὶ τῷ τοῦ Χριστοῦ πόθῳ πυρούμενος, ὑπὲρ τοὺς ὁπηνίκα ποτὲ τῶν τότε Χριστιανῶν αὐτοκράτορας: πατρίδα, καὶ χλιδὴν βασίλειον, καὶ ἀνάπαυλαν, καὶ τὸν οἴκοι μετὰ τῶν φιλτάτων ὄλβον, καὶ ὑπερήφανον βίον, παρωσάμενος: εἵλετο συγκακουχεῖσθαι τοῖς κατὰ Παλαιστίνην Χριστιανοῖς, ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τοῦ Χριστοῦ, &c.

Cùm ad flumen quoddam perueniſſet (ò inopinatos caſus: ò potius inſcrutabilia hominibus iudicia) vorticibus aquarum ſuffocatur: vir honeſta & perpetua dignus memoria: & in tali etiam caſu, indicio prudentium beatus: ut qui non tantùm nobili ortus genere, multarum gentium iam inde ab auis tenuerit imperium: ſed quòd etiam præ omnibus Chriſtianis tunc Imperatoribus, deſiderio Chriſti flagrauerit: ideoq́; patriam, delicias Regias, otium, felicem elatamq́; domi cum chariſſimis vitam, deſpicatus ſit: ac cum Paleſtinæ Chriſtianis, ob nomen Chriſti, tolerare ærumnas maluerit, &c.

Teſtimonium Itali, de inſidiis aquæ in illum.

Bernardinus Corius, lib. 1. Hiſtor. Mediol. exiſtimat: non certò conſtare, quomodo interitus ei acciderit: ſed cùm is inſtinctu Papæ, in Aſiam profectus eſſet: multos Longobardos, & Italos alios potentes, ſibi maiora, quàm antea accepiſſent, ab illo mala, ſi barbaros debellaſſet, metuiſſe. Hinc fraude compoſita, per Papam inſidias ei ſtructas apud Soldanum fuiſſe: ut Fridericus, corruptis auro familiaribus ſuis à Barbaro: balneo venenato, quod in illo amne paratum eſſet, tolleretur: ac ſic factum eſſe.

Verba Corij ſunt.

Ne conſta per alcune ſcritture autentiche: come la morte del magnanimo Imperatore interuenne. Che già eſſendo, à perſuaſione del Pontifice, paſſato alla eſpedittione di Gieruſalem: molti potentati d' Italia & Lombardia, già crudelmente moleſtati da lui (del quale ancora temendo: ſe contra la perfida natione hauea vittoria: in tutto poi finalmente ſi riuoltaſſe à procurare l' vltima ſua deſtructione) dopò varij conſilij ſ. conuennero operando: che in tutto il Pontefice lo priuaſſe dello ſtipendio: quale hauea dalla Chriſtiana religione: & che in ſecreto ſi pratticaſſe col Soldano contra di lui: acciò in queſta parte più non haueſſe à ritornare. Il che eſſequendoſi: il Soldano hebbe trattato con alcuni familiari de Barbaroſſa: da i quali corrotti di denari: volendoſi il Re lauare in vn bagno de nominato fiume, fu auelenato. Onde ab bandonò la vita. Hæc tunc ſuſpicio fuit.

ADDITAMENTVM de Friderico I.

Symbolũ Friderici. Pataüienſis Academia. Ingelheim.

Huic tribuitur Symbolum: *Præſtat, vni probo, quàm mille improbis, placere*. Ipſi tribuitur Pätauienſis in Italia Academiæ fundatio; teſte Georg. Fabricio Chemnic. Eidem Marchionatus Badenſis inſtitutio, lib. 3. cap. 275. Munſteri tribuitur. Item Ingelheimenſis palatij inſtauratio, lib. 3. cap. 178. eiuſdem Munſteri: cuius is vicus patria eſt.

Monachorum acus.

Vacabat quodam tempore (vt eſt in Speculi Exemplorum, Diſtinct. 6. Exemplo 59.) vna ex Imperialibus Abbatiis. Ad quam duorum, qui electi erant, alter pecuniam dedit magnã Imperatori, vt ſe iuuaret. Promiſit ille: ſed poſtea reſciſcens, aduerſarium eius eſſe virum ſimplicem & bonum: conſultauit cũ ſuis, quomodo alterũ amoueret. Datum eſt ei conſilium. Sedens ergo in capitulo, petiit ab illo acum ad digitorum ſuorũ punctionem. Quo non habente: à cõpetitore petiit. Qua mox accepta, ait: Vos eſtis Monachus in ordine iuſtus: & ideo tanto honore dignus: non autem aduerſarius veſter, propter irregularitatem ſuam. Qui rem minimam, quam Monachus ex Regula ſua tenetur habere, negligit: quantò magis in re maxima diſſolutus ſit? Sic alter ſophiſmate hoc repulſam tulit.

VVeida ciuitas. Ignigen.

Carinthiæ Duces (inquit Theophraſtus Paracelſ.) Fridericum Cæſarem in ciuitate VVeida ædificanda, & in Feriola deſtruenda ac reædificanda, vt cognati, multum adiuuerunt. Ipſe viciſſim Templum magnum in Carinthia conſtruxit: quod vocatur, Eccleſia maior Ignigen in Buſterthal. Quod Templum imaginibus variis, artificioſè pictis, ac ſculptis, ornauit. Inter quæ ſimulacra, vnum in lapide inciſum, inuentum eſt, figura Monachi præditum, raſo & nudo capite, cum lineo circa corpus cingulo: ſub cuius capite, in lapide inciſum eſt maiuſculis literis, LVTERVS: nomen vetuſtate & tempeſtate obſcurius factum. Sic ille, in deſcript. Carinthiæ.

Luterus. Montis Cœnobium.

Montis Cœnobium, ſeu Præpoſituram Altenburgenſem, fundatam eſſe à Friderico Barbaroſſa, & filio Henrico (quorum icones ſaxo ibi inciſæ videantur) ait in M. ſcriptis Bruſchius, cum inſcriptione: Collegiatam Eccleſiam prope arcem. Deutſchhauß. Franciſcanorum Cœnobium, cum Schola. Monialium Cœnobium.

Inſigniũ vſus.

Tempore huius Augusti, magis etiam in vſum venerunt Inſignia: virtutis ergo viris fortibus, à Principibus donari ſolita. Teſtatur Paulus Iouius vel Ragionamento dell' impreſe. Al tempo di Friderico Barbaroſſa (inquit) vennero in vſo l' inſegne delle famiglie, chiamate da noi Arme: donate de Principi, per merito dell' honorate impreſe, fatte in guerra. Ad effetto di nobilitare i valoroſi caualliere, ne nacquero bizarriſſime inuentioni nè cimieri, & pitture ne gli ſcudi.

Liberi Barones. Krenchingen.

Addam aliquid de Barbaroſſa, ex Felice quoq; Malleolo, vel Hemmerlino: qui circ. 1444. Chriſti vixit. Liberi (inquit) Barones & Ruſtici, ab antiquo dicebantur: qui nullius dominio erant obnoxij. Vnde legimus, quòd quidam Baro de Krenckingen, Dominus oppidi Tungen Conſtant. Diœceſ. Imperatori Friderico primo, ſuum oppidum perambulanti, immobiliter in ſede collocatus, noluerit aſſurgere: ſed tantùm, dum ille apparebat, capellum (pileum) ſuum mouendo, curialitatis quandam reuerentiam nitebatur oſtendere. Cùm Imperator quæreret, quiſnam ille eſſet: qui taliter prope viam ſituatus, ſuæ maieſtati venerationem debitam non exhiberet: reſponſum accepit: quia idem Baro, poſſeſſionibus, corpore, rebus, tam liber eſſet: vt nec ab Imperatore, nec ab alio quoquã, vſum ſeu beneficium rei feudalis perciperet. Igitur Imperatorem, vt Clericus, pro Domino ſuo agnoſceret, ſed non rerum ſuarum. Vnde Imperator animum eius hilariter aſpexit: eiq; monetam in oppido ſuo cudendi, ſeruatis ſeruandis, cum imagine Cæſaris, & hæredibus eius, in feudum ſeu beneficium ab Imperio liberaliter conceſſit.

Hæc, hactenus: ex quibus abundè perſpicitur: quanta huius Sueui excellentia fuerit.

Finis libri vndecimi, in ſecunda parte Annalium Sueuicorum.

MARTI-

MARTINI CRVSII, GRAECAE ET LATINÆ LINGVÆ IN ACADEMIA TYBINGENSI PROFESSORIS, ANNALIVM SVEVICORVM, IN SECVNDA PARTE LIBER DVODECIMVS.

Viginti duos annos trium Imppp. Rom. hic liber continet: Henrici VI. & Philippi II. Sueuorum, atque Othonis IV. Saxonis. Conſtantinopolis à Latinis capta deſcribitur. Illuſtres fœminæ: Sibylla Nortmanna, Irena vel Maria Græca, & huius filia Beatrix. Res denique plurimæ, ſcitu digniſſimæ.

VICESIMVS TERTIVS OCCID. IMP. HENRICVS VI. SVEVVS. Heluetica vrbs Berna, à Berchtoldo Zæringenſi Duce condita. Rechpergenſes nobiles, ac Barones. HENRICI R. in Italiam profectio, Romæ coronatio, irrita Neapoleos obſidio, in Germaniam reditus. Priuilegium Bebenhuſæ, à Palatino Rudolpho. Heertvvartina Auguſtæ Vindel. familia. VVelphonis VI. & vltimi obitus. Regum Franciæ & Angliæ res geſtæ in Oriente.

CAPVT I.

FRIDERICO I. *Imp. inclyto, ſic de rebus humanis ſublato: vt ſuperiore proximo libro ſcriptum eſt: Rex Henricus, eius filius, coronam conſentientibus Principibus Aquiſgrani, anno 1190. à Philippo Archiepiſcopo Colonienſi accepit: licet initiò rebellaſſent Colonienſes, & quidam Principes, ac Burgundiæ Comites: quæ tamen rebellio, Leodienſi Epiſcopo Alberto eius anteſignano, inſidiis Regis (vt fertur) interfecto, mox quieuit, veniam aduerſariis, ab Henrico petentibus. Ita ſequitur nunc* XXIII. IMP. CÆS. HENRICVS VI. P. F. *Aug. qui Imperio præfuit 8. A. 2. M. 22. D. De quo verba hæc extāt Gotfridi Viterb. qui ei carmine præcepta, quomodo ſe gerere in Imperio debeat, præſcripſit, tanquam præceptor.* *Henricus VI. Imp. Occi. 23.*

Videmus, inquit, Domini Regis Henrici elegantiſſimam formam, laudabilem militiam, audaciam & largitatem, beneuolentiam, pietatem, iuſtitiam, & veritatem: atque omnes Regias virtutes, quas ex ætate adoleſcentum poſſemus optare. Qui licet natura & literatura, ſuper omnes coætaneos, ſapientia & ſenſuum ſubtilitate videatur pollere: nos quidem ſi plura neſcimus, plura tamen temporum ratione conſpeximus: plura etiam experti ſumus, &c. *Eulogiū ipſius.*

O iuuenis iuuenum, flos Mundi, gloria Regum,
Vrbis & orbis honor, cui plaudunt tempora rerum.
Suſcipe conſilium, quod mea metra ferunt.
Sordibus implicitos, prauoſque cauebis amicos.
Omnibus æquus eris: ſed caſtigabis iniquos.
Proſpice, quicquid agas: te tibi noſce magis, &c.

Princeps erat (inquit ex Vrſperg. Cuſpianus) prudens & facundus, ſtatura mediocri, facie decora & macilenta: corpore tenui, ſed animo imperterrito, & hoſtibus formidando: venatione & aucupio plurimùm intentus. Vxorem habebat Conſtantiam Siculam: vt præced. libro dictum eſt. Symbolum Henrici erat: Qui tacendi non habet artem: is nec loquendi nouit opportunitatem. Frater eius Othò, ditionum in Burgundia maternarum hæres fuit: quibus (Vignerio teſte) Palatini & Regni Arelatenſis titulos adiunxit. *Corpus eius.* *Symbolum.*

Ad eundem 1190. annum, aut aliquantò pòſt, Berchtoldus V. & vltimus Zeringenſis Dux, Bernam Heluetiorum incepit menſe Maio condere, ob futuram vltionem nobilium: qui eius filios veneno ſuſtulerant. Nominata eſt Berna: quòd tunc venator Ducis, in vicina ſylua *Berna Heluetica conditur.*

Berchtoldus, Zaring. Dux.

Sacco, iis diebus vrſum cepiſſet: teſtante Stumpſio lib. 8. cap. 3. Priuilegia dedit eis Henricus VI. *Imp. & frater eius Philippus R. Quæ ciuitas, poſtea Friderico* II. *data eſt, Imperio Rom. adiungenda. De hoc Berchtoldo, hæc plura & explicatiora idem Stumpſius ſcribens, Berchtoldus, inquit, erat pecunioſus: nec voluit, licet peteretur, Rex 1198. fieri contra R. Philippum. Nobilitati autem inuiſus erat, propter auaritiam, vt dicitur. At verè iuſtus erat Princeps: qui vitia tyrannidemque nobilium compeſcebat. Hi autem, vt antea patri eius inſidiati fuerant: ita Annæ, vxori huius Berchtoldi (quæ, Comitiſſa Kyburgenſis erat) per Medicum, ſpecie medicamenti, atocium (ἀτόκιον) curarunt dandum. Cùm autem ex ipſa antea nati fuiſſent duo pueri: hos illi nobiles occultè veneno ſuſtulerunt: qui ſunt Soloduri ad S. Vrſum ſepulti, in fani choro. Anno autem 1544. cùm is chorus eſſet reficiendus: oſſicula illorum reperta ſunt, & caluaria matris, in nigro ſerico villoſo: quod vetuſtate putrefactum, in partes collapſum erat. Se vidiſſe Stumpſius ait, & in manibus habuiſſe, die Septemb. 9. Fictum autem exiſtimat, pueros ab ipſa matre necatos eſſe: vt eorum hæreditatem ipſa haberet: eamque ob cauſam, apud Solodurenſes legem eſſe latam, ne mater ſit hæres liberum. At ea lex, inquit, apud alios multos eſt. Scelere nobilium motus Berchtoldus, oppidum Bernam condidit: hac ratione, quam verbis non occultauit: quandoquidem nobilitas illa ſuos liberos veneno perdiderit: ideo ſe hanc ciuitatem, ad ipſorum perniciem conditurum. Et ita factum eſſe, Stumpſius ſcribit: nobilitate bellis pluribus Bernatium extirpata. Vide lib. 7. Stumpſ. 29. &c.*

Filioli eius duo nobilium inſidiis necati veneno.

Sepulcri apertio.

Ad vlciſcendos nobiles, Berna condita.

Sicut ſcil. libro 1. Germanici Heroum operis, ethnicus Tyrannus, à quo filiam Rex Otnitus abduxerat, in Lombardiam venatorem cum ciſta, pullos 2. draconis habente, miſit: à quorum altero, poſtquam is adoleuiſſet, Otnitus, ſub tilia incantata ſomno ſopitus, deglutitus ac perditus fuit.

Cùm autem ligna cæderent ædificatores oppidi Bernæ, dicebant:

Du Holtz/nun laß dich hawen gern/
Dann dieſe Statt ſol heiſſen Bern.

Domorum ſeries Bernæ.

Pauca reſtant ex prima ædificatione ligneæ domus: ſed nunc lapideæ ſunt: eo ordine ſtructæ, vt ſub fornicibus tutò à pluuiis iri poſſit.

Munſterus lib. 3. cap. 55. ſcribit: à Berchtoldo IV. *captam eſſe ædificari Bernam: ſed à filio eius Berchtoldo* V. *abſolutam eſſe: qui ciuitatem Imperio dederit.*

Moneta verò Bernenſis argentea, ſic habet.

In priore latere, vrſus eſt: & ſupra hunc, biceps aquila: ſed in circumferentia, MONETA NO. BERNENSIS. *In altero latere:* DVX BERCHT. ZERINGE. CONDITO. BERNENS. ANNO D. *1191. Sic Berna Sueuum habuit conditorem.*

Rechbergenſes nobiles.

Viuebat in Sueuia adhuc hoc 1190. anno, qui etiam antea 1165. vixerat, Vlricus Mareſcalcus de Rechberg. Deinde 1200. filius eius Hiltebrandus. Anno poſtea 1270. Cõradus de Rechberg: ex matre Bappenheimia natus. Filium habuit Conradum, 1289.

Matth. Bappenheim.

Otho & Berchtoldus (ſcribit Lazius) reperiuntur ſubſcripſiſſe literis in Auſtria anno 1160. cum epitheto Liberorum à Rechberg.

Otho & Conradus citantur in literis, 1180.

Hiltebrandus, & fratres eius Epiſcopi: Vdalricus Spirenſis, & Sigefridus Auguſtanus: ſub Henrico VI.

Erat deinde Ioannes, cognomine Miles de Stauffeneck.

Et Conradus, cognomento Miles de Ramſperg: qui ex Comitiſſa Kirchpergenſi genuit Ludouicum, Conradum, & Epiſcopum Auguſtanum Sigefridum.

Ludouico, ex Kirchpergenſi Comitiſſa Adelhaide natus eſt Albertus. Conrado (qui duas vxores habuit: Luciam ab Aichaim, & Niffenſem) Conradus, Albertus, Gebhardus, &c.

Rechperg. Baronus, & eorum ditio.

Sunt autem liberi à Rechperg (eodem Lazio teſte) ditiſſimi hodie Baronum Sueuiæ: quorum ditionis fuit caſtra & oppida Algoniæ: Brandenburg, Kurnburg, Kalniüntz, Aichbach, Scharpfenberg, Rauenſtain, Bomkirch, Ainbach. In nigra verò ſylua, & Albucha, parent eis: VVeiſſenſtain, arx cum oppido: Roſenſtain, Luterburg. In Remſthala, Falckenſtain: in Brentiana valle, pleræque arces. Gerunt in Inſignibus, duos rubros leones, erectè ſtantes, tergis inuicem obuerſis.

Anno

Anno 1191. (al. 1192.) Henricus Rex, Alpibus traiectis, in Italiam cum vxore Conſtantia venit: quòd Regnum Apuliæ & Siciliæ, poſt mortem R. VVilhelmi, non ad Tancredum, ſed ad coniugem ſuam Conſtantiam, pertineret. Papa quoque eum aduerſus Tancredum, vt inobedientem, euocarat. Italiam ergo potenter intrauit. Ibi Cremonenſibus, ad quos ineunte Ianuar. profectus erat, ius ſignandæ pecuniæ, quod antehac acceperant, confirmauit: eosq́; cum Bergomatibus iunxit. Pridie Idus Ianuar. Bononiam prodiit: atque in Epiſcopio hoſpitatus (ſcribente Sigon.) nouum ius cudendæ monetæ ciuitati conceſſit. Primus nummus excuſus, ab vna parte Henrici, ab altera Bononiæ, nomen habuit. Poſt alias res hinc inde adminiſtratas, Apennino ſuperato, Piſas iniuit. Ibi Calendis Martij, fœdus cum Piſanis aduerſus Tancredum Siculum fecit. Legatis deinde Genuam miſſis: ac beneficiis, partim à patre datis confirmatis, partim nouis conceſſis, promiſſionem claſſis ab eis obtinuit.

Henricus R. in Italiam profectus.

Cõtra Tancredum Siculum.

Flagrante adhuc Romanorum odio in Tuſculanos: hi ſe Henrico aduentanti tradiderunt. Cùm autem Henricus coronam Auguſtalem à Pontifice, qui nuper lectus erat, Cæleſtino III. *obtinere ſatageret: Romani verò, niſi is Tuſculum ſibi traderet, ſe obſtituros denuntiarent: Rex magna difficultate affectus eſt. Nec enim cogere ipſos, ſibi in facili eſſe indicabat, bello in Siciliam potius mouendo: nec Tuſculanos hoſtibus prodere, Germanicæ integritatis, ac Regalis dignitatis, exiſtimabat. Ergo mediam ſecutus ſententiam, ipſis quoque Romanis non improbatam: Tuſculum (Imperij hactenus contra Romanos aſylum) in manibus Pontificis poſuit: atque hic 18. Kalend. Maij (die Reſurrectionis) conſecratus, poſtridie Henricum Imperatorem & vxorem conſecrauit. Imperatore poſt 15. dies cum exercitu, ad inuadendam Siculi Regis ditionem profecto: Romani à Pontifice Tuſculum mnis obtinuerunt: idq́; veteris odij (propter cladem antehac à Moguntino Antiſtite Chriſtiano ibi acceptam) acerbitate, ſæuiſſimè euerterunt: nobilibus, aut membris mutilatis, aut diro cruciatu interfectis. Henricus, omnibus oppidis adusque Neapolin ſubactis, hanc ipſam circumfuſo exercitu arctiſſimè obſedit. Ibi in caſtris, 9. Calend. Iunias Guidoni Guerræ, Comiti Tuſciæ, bona & iura à Friderico patre conceſſa, virtutis fideiq́; ergò confirmauit.*

Henricus Imp. cum vxore cõſecratur.

Tuſculũ, à Romanis euerſum.

Per Iunium inde menſem, cælo propter immenſos æſtus inſalubriore effecto: ſæua peſtilentia in exercitum incidit. Quæ cùm maiorem partem exercitus, ac quoſuis maiores quoque, & nobiles (Archimyſtam Colonienſem Philippum, & Ducem Bohemiæ Othonem. 7. Krantz. 3. Saxon.) abſumpſiſſet: in maximas Imperator difficultates eſt coniectus. Auxit terrorem triſtiſſima etiam Solis per aliquot horas obſcuratio, pridie Ioannis Baptiſtæ. De qua in noſtrorum hominum libris inuenio: eam attuliſſe ſterilitatem agrorum, vinearumq́;, & famem magnam. Nam accidiſſe grauiſſimos imbres, fulgura, tonitrua. Conſpectos quoque eſſe cornos, roſtris ardentes prunas gerentes, quibus domus incenſæ ſint. Perculſus illa lue, atque defectu lucis, Henricus (qui nec ipſe languoris expers erat) poſt tres menſes ab obſidione Neapoleos diſceſſit. Genuenſes, cum claſſe 33. triremium è portu euecti: cùm in itinere rumor allatus eſſet: Henricum apud Neapolin peſtilentia eſſe extinctum: curſum inhibuêre: ab eoque poſtmodum moniti, domum rediêre.

Peſtilentia, in exercitu Henrici.

Eclipſis Solis.

Corni cũ prunis.

Neapolis, fruſtra obſeſſa.

Per aliquot dies, Auguſtus vxorem ad quædam procuranda Caietam, inde Salernum, miſit. Apud illam in latrones delapſa, multis onerata fuit contumeliis: apud hoc verò, à Salernitanis comprehenſa eſt: à Tancredo Panormum traducta: ibiq́; in Regia, cuſtodita. Perturbatus hac etiam re non mediocriter Henricus: Diepoldum, qui bellum cum prouincialibus continuaret, reliquit. Ipſe Genuam ſub Feſtum S. Martini receſſit: & varia ibi conſilia cum Genuatibus, belli eorum ope renouandi, volutauit. Poſtea, variis rebus circa Longobardiam adminiſtratis: præſertim Brixianis ope ſua promiſſa, ac firmata: ſoluturis quotannis duas auri puri Marcas: per montana in Germaniam ſeſe retulit.

Conſtãtia Imperatricis captiuitas, apud Tancredum.

Hẽrici reditus in Germaniã.

PRIVILEGIVM, Bebenhuſanis à Palat. Rudolfo datum.

In nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Ego Rudolfus, Dei gratia Palatinus Comes de Tubingen, venerabili Abbati Diepoldo, cunctisq́; canonicè ſibi ſuccedentibus, in perpetuum. Nouerit generatio præſens, & omnis, quæ naſcetur & exurget: quòd cùm vniuerſitatis auctor, ſuæ ſanctiſſimæ genitrici domum illam in Bebenhuſen, per noſtræ amminiſtrationis impendia, fundari diſpoſuiſſet: adhibito conſenſu dilectæ iugalis noſtræ Mathildis, & liberorum noſtrorum, prædium ipſum, quod erat Spirenſis Eccleſiæ: fauente & confirmante glorioſiſſimo Imperatore

Bebenhuſ. priuilegium.

» *Friderico, eiuſque filio Rege Henrico, aliiſq́; Regni Principibus: ordine iudiciario per concambi-*
» *um acquiſiuimus: & eorundem auctoritate locum, ob iugem noſtri, parentumq́; noſtrorum, me-*
» *moriam, in cultum diuine Religionis premonſtratenſi ordini deputauimus. Poſtmodum verò*
» *eiuſdem ordinis conuentu certa de cauſa ſublato: & ordine Ciſtertienſi per auctoritatem Domi-*
» *ni Heinrici Imperatoris, qui tunc patre defuncto, in Imperium ſucceſſerat, feliciter ſubrogato:*
» *locum illum, cum poſſeſſionibus ſuis, iam habitis, vel habituris in poſterum, nec non & omnes ho-*
» *mines cenſuales, ad ipſum pertinentes, cum poſſeſſionibus ſuis, ab Aduocatoria, ſimul & ab exa-*
» *ctoria conditione, qua nobis tenebantur, ſicut eiuſdem ordinis exigit inſtitutio, penitus emanci-*
» *pauimus. Et quoniam eorundem Religioſorum ſancta & benè placens conuerſatio, nos ad am-*
» *pliora beneficia conferenda promouit: illud quoque ſpecialis doni priuilegium iure perpetuo con-*
» *tulimus. Ad hac, vt, quicunque Miniſterialium, vel Mercatorum, vel Ruſticorum, ſeu cuiuſ-*
» *cunque conditionis aut profeſſionis homo, infirmus aut incolumis, ad ipſorum conuerſationem*
» *tranſire, vel quicquam de rebus ſuis, mobilibus aut immobilibus, transferre voluerit: liberam*
» *de omnibus teneat facultatem: hic ſcilicet, qui noſtre ditioni eſt ſubiectus. Hos igitur apud tre-*

Merita operũ humanorũ.

mendum Iudicem ſupplices Aduocatos, de MERITIS NOSTRIS *nihil preſumentes, magis*
eligimus, hanc ab ipſis recipientes gratiam, firmiter ac fideliter promiſſam: vt poſt obitum no-
» *ſtrum, ſingulis diebus, quibus licuerit, Miſſa defunctorum in noſtri memoriam, Parentumque*
» *noſtrorum, ſemper ibidem celebretur. Nec illud ſanè pretereundum: quòd poſſeſſiones & pra-*
» *dia, que ſunt à nobis, ipſis collata, vel conferenda: ab omnis Aduocati dominatione conſtituimus*
» *ſemper eſſe libera. Diuine quoque retributionis intuitu, eidem Cenobio indulſimus auctoritate*
» *Imperiali in ſilua* SCHAINBUCH *hos terminos. Quorum primus eſt, vbi confluunt duo ri-*
» *uuli, Stainach & Bolſterbach: & deſcenſus per eundem riuum, qui Stainache vocatur, abhinc*
» *per aſcenſus montium vſque ad Gebeharts Aich. Inde, vſque dum venias Tabernenbrunnen.*
» *Abhinc vſque Dieffenclingen: & per aſcenſus eiuſdem vallis, vſque dum venias ad pratum,*
» *quod dicitur Cunonis. Inde, ad verticem proximi montis: & per eius confinia vſque ad ſedes.*
» *Hinc, ad lapideum pontem. Abhinc, vſque ad cliuum, qui dicitur Hanneſtaige. Inde, ad cornu,*
» *quod dicitur Alegerſrutin: vſque dum venias ad riuum, qui dicitur Querenbach, vſque in*
» *Stainache. Vt in his terminis ligna, igni, vel aliis vſibus ſuis, neceſſaria, incidant. Quod ſi in*
» *preſcriptis terminis non reperiuntur ligna, ad edificia eorum ſufficientia: in tota ſilua, que*
» *Schainbuch dicitur, liberam incidendi habeant facultatem: & paſcuis totius ſilue vtantur: ex-*
» *ceptis ouibus eorum, quibus ibi depaſcendi non concedimus libertatem. Ne quis igitur huius*
» *traditionis tam firmam rationem temere preſumat infringere: preſentem chartam ſigilli noſtri*
» *impreſſione, teſtium quoque deſignatione, fecimus inſigniri.*

Teſtium itaque, qui interfuerunt, hæc ſunt nomina.

De clero.

Diethelmus, Epiſcopus Conſtantienſis.
Gottfridus, Abbas Sconaugienſis.
Diepoldus, Abbas in Bebenhuſen.
Albertus, Plebanus in Tubingen.
Rudolfus, Decanus de Aſpere.
VValtherus & Heinricus, Capellani.

De liberis.

Burcardus, Comes de Hohenberg.
Albertus de Oberenſtein. Al. Oberenſteten.
VValtherus de Otenbruke.
Adelbertus de Mezzingen.
Albertus, & frater eius Conradus, de Stæffelen.
VValtherus de Grezingen.
Burcardus, & filius eius Sigeboto, de Eberisberg.
Bertholdus (al. Albertus) & filius eius Cuno, de Griſenſtein.
Hildeboldus de Iſenburg.
Eberhardus de Entringen.
Albertus de Rauenſtein.

De

De Miniſterialibus.

Fridericus Dapifer, & frater eius Diemo.
Cunradus, Aduocatus de Rucke: & filij ſororis eiuſdem, Cunradus & Heinricus.
Heinricus de Bolſtringen.
VValtherus de Luſtnovve: & filij eius, Heinricus & Hugo.
Heinricus, & filius eius Reinhardus, de Oendingen.
Dietericus & Hugo de Hielingen. Al. Ieſingen.
Fridericus & Etecho de VVittingen. Al. Entringen.
Heinricus & VVernherus de Bondorff.
Craffi de Haluingen.
Conradus de Pfeffingen.
VVolpoto de Pfeffingen.
Fridericus & Hugo de Gomeringen.
Hugo de Terdingen.
VVolpoto, & alter VVolpoto, de Rore.
Hugo & Henricus de Niuuerin. Et alij quamplures.

Acta ſunt hæc anno M. C. XCI. (*al.* XCII.) *ab incarnatione Domini: imperante Hērico Romanorum Imperatore. Datum in Aſperg* VI. *Kalendas Auguſti.*

Hic Rudolphus habuit communem villam cum fratre ſuo Henrico: qua diuiſa, partem ſuam cum omni libertate, iure perpetuo tradidit Monaſterio huic. Sic & prædium quoddam in Altorff. Comparauit etiam ab Alberto, libero de SPERBERſeck, *25. Marcis prædium: quod habuit in Beringen, in agris, pratis, nemoribus (ad quod prædium ſpectauerunt feoda trium militum: & quarta pars Eccleſiæ Beringenſis) hæc omnia tradidit huic Cœnobio, præter feoda. Nec non curiam in VValtorff, cum omnibus ipſius attinentiis: quæ curia Hoſpitali pauperum ibi perpetuò deſeruiret: in quo Hoſpitali tres Eleemoſinarij, tanquam Præbendarij, ſuſtentarentur. Hanc donationem poſtea 1277. aſſenſu omnium hæredum, Rudolfus Palatinus de Tubingen, cognomento Scharerius, nepos fundatoris, confirmauit, omni grauamine liberam. Multa etiam alia prædia fundator Bebenhuſanis tradidit: in VValtorff, Vtingen, Hochdorff, alibi. Item, bona quædam in Beringen, & Adelungeshart, & Zimberbuch: vt ex eorum prouentibus, eius dies anniuerſarius, cum refectione ſolenni (id eſt, albo pane, vino, & piſcibus) ab illis quotannis ageretur. Idem fieri voluit 1211. de Eccleſia in Veſper vvile, collata cum ſuis appendiciis: & de prædiis in Sallenſtedin, & in Lurbach: in Anniuerſario vxoris ſuæ Mathildis. Dedit inſuper bona quædam in Therendingen, VVurmlingen: & quaſdam decimationes in vico Hirſovve. Tanta cura fuit animæ ad alteram vitam conſeruandæ, ex via, qua docebatur.* Scharerius Palatinus Tubin.

Οὐ πώποτε δ᾽ οὕτως ἐμαράνθησαν ὅλως τὰ ἐγγεῖα: οὐ πώποτε οὕτως ἐθλίβησαν ὅλως οἱ εὐσεβεῖς: οὐ πώποτε οὕτως ἐσκοτίσθη ἡ περὶ χριστοῦ διδασκαλία; ὥστε μὴ παρὰ τῷ θεῷ περιποιηθῆναί τινα αὐτῆς ἐκκλησίαν, ὥστε μὲν ὁ προφήτης ἠλίας, μόνος τῶν φοβουμένων τὸν θεὸν περιλειφθῆναι. Ἤκουσε δὲ, αὐτῷ ἔτι ἄλλους ἑπτακισχιλίους τοιούτους περιεῖναι. Καὶ ἐν τῇ Βαβυλωνικῇ μετοικεσίᾳ, ὅμως θεοσεβεῖς ἄνθρωποι περιεγένοντο. Καὶ ἐπὶ τοῦ χριστοῦ, τῶν φαρισαίων ψευδῆ διδασκόντων, ἰωσὴφ καὶ ἡ ἀειπάρθενος, συμεὼν καὶ ἄννα, ὀρθόδοξοι ἦσαν. Ἀλλὰ μὴν, καὶ ἐν τῷ βάθει τοῦ παπισμοῦ, παμπόλλοις χάριτι θεοῦ ἐγένετο σωτηρία. Εἰ γὰρ καὶ ἐσφάλματα ἀνθρώπων, καὶ πεποίθησις ἐν ἰδίοις ἔργοις, καὶ ἁγίων ἐπίκλησις, ἐδιδάσκοντο καὶ ἐκελεύοντο: ὅμως ἔμενε τὸ ἅγιον τῶν ἀποστόλων σύμβολον, καὶ τὸ Πάτερ ἡμῶν, καὶ τὰ κυριακὰ λεγόμενα εὐαγγέλια: ἅ τινες ἐπὶ χριστῷ βαπτισθέντες δραξάμενοι, καὶ τούτοις ἐμμένοντες, τὰς μακαρίας ἐν οὐρανοῖς λήξεις καὶ ὡς ἐπέβησαν. Eccleſia aliqua ſemper manet, in tenebris etiam.

Viuebant hoc tempore, E. Comes de Vrach, Albertus de Hohenſtein, Vdalricus de Bach, Vdalricus de Bregantia, & filius eius Peregrinus: qui citantur teſtes in quibuſdam literis Palatini Tubingenſis, Bebenhuſæ fundatoris.

Circa annum 1191. in Annalibus quibuſdam (teſte Marco Henningo) VVernherum Heervvartum inter ciues Auguſtanos honoribus enituiſſe, ſcribitur. Quæ, prima mentio eſt Heervvartinæ familiæ: etiamnum inter patricias eius vrbis domos conſpicuæ. Heervvartii Auguſtanus.

Eodem anno 18. Kalend. Ianuar. VVelfo VII. *Altorffenſis: Princeps Sardiniæ, Dux Spoleti, Marchio Tuſciæ, deceſſit: cuius ſoror Iuditha, mater Friderici Barbaroſſæ fuerat. Sic extincta eſt hæc illuſtriſſima familia. Vxorem habuit Itham, vltimi Comitis de Caluv Gotteſridi filiam.* VVelphonū genus extinctū. Caluueſ. C. Gotteſridus vltimus.

VVelphonis huius eulogium, ex Altorffenſi Chronico, Monaſticum.

Laudes vltimi VVelphonis.

Hic innatam ſibi nobilitatem, virtutum ampliauit moribus. Seculari etiam dignitate ampliſſimè præditus: circa ſtatum ſpiritualis vitæ, ſumma vigilare ſtuduit diligentia. Quid plura? Quotidie pauperum continuauit expenſas: atque donis munificentiæ ſuæ, Monachorum vel Eccleſiarum diſcretè ſuppleuit indigentiam.

Monaſterio etenim VVingartenſi principaliter, à Parentibus ſuis fundato, ſpeciali condeſcendit beneuolentia: & fratribus, Deo ac S. Martino ibidem ſeruientibus, inter alia beneficia tradidit Berge & VViler: cum non modica familia, & ſuis appendiciis. Fratribus etiam in Augia, pro remedio animæ ſuæ contulit prædium in Fridenshofen. In montanis etiam clauſtrum, Staingaden dictum, à primaria fundatione conſtituit. Quod ſuæ prouidit ſepulturæ: quod & conſecratione, & multa dote, ditauit. Quibus ex rerum ordine ita diſpoſitis: nobile patrimoniũ cum prædiis, nec non aduocatiis & Miniſterialibus, Friderico Rom. Imperatori (filio videl. ſororis ſuæ) & filio illius, Friderico Duci Sueuorum, ſub iure poſſeſſionis contulit. Quibus in expeditione Hieroſolymitana mortuis: idem Guelfo, propter innatam familiaritatem & conſanguinitatis lineam, prædictum patrimonium, cum omnibus ſuis pertinentiis, Heinrico illuſtri Romanorum Imperatori, ſub hæreditaria poſſeſſione contradidit.

EPITAPHIVM eiuſdem.

Diffuſa latè Guelfonum nobilitate:
Nomine poſtremus obiit, & virtute ſupremus.
Sublato fatis hoc Principe: nobilitatis
Gloria multorum ruit, & lux aurea morum.
Plangant orbati vitam Ducis incinerati,
Mortis in edicto, qui viuimus ordine ficto.
Labimur, vt fœnum, cùm florem perdit amœnum.

Staingaden.

Extat Mauſoleum eius (Auent. lib. 7.) in ſuperiori Bauaria apud Staingaden.

Philippus, Henrici Imp. frater, vt & Conradus.

Imper. igitur Heinricus, cognito in Alemannia Guelfonis obitu: omne eius patrimonium ſuo mancipauit dominio. Sueuiam deinde Conrado fratri (inquit Auent.) Philippo autem, ſuo itidem fratri, Hetruriam Spoletumque, tradidit: in celebri apud VVormatienſes conuentu.

Franci & Angli Regum, Orientalis expeditio.

Ptolemais, capta.

Cyprus, Vito Regi exuli tradita ab Anglo R.

Eodem 1191 anno, Philippus Francus Rex poſt Paſcha in Syriam delatus: Ptolemaidem obſidentes adiuuit. Anglus verò Richardus, tempeſtate Cyprum tenere compulſus: Tyrannum eius Iſaacium Comnenum, Saladini amicum, ſe à littore repellere conantem, inde expulit: inſulamq́; ſuæ poteſtatis fecit. Tum aliquantò ante diem Ioannis Baptiſtæ, ad Ptolemaidem & ipſe peruenit: quæ 5. Idus Iul. huius anni, in poteſtatem Chriſtianorum venit. Alij ſequenti anno captam aiunt. Guidoni Gallo, Hieroſolymitano expulſo Regi, Cyprus à Richardo eſt tradita (vnde Anglicis Regibus, titulus Hieroſolymitani Regis) & Ioppe inſtaurata. Tenuit deinde Cypri Regnum, quod antea Græcorum fuerat, Guidonis poſteritas per annos 275. Bergomate teſte.

DIEPOLDVS, CÆSARIS VICARIVS IN ITALIA. ALTARIVM Bebenhuſæ dedicatio, & dedicationis vſus. Mompelgardenſis Comes Hanzon. Origo Teutonicorum militum. Exitus proximæ in terram ſanctam expeditionis. Inſulæ Cypri dominatores. Literæ Imp. Henrici Lorchenſes & Bebenhuſanæ. Irena Græca, Rogerio Siculo R. deſponſa. Angliæ Rex Richardus, Viennæ Auſtriæ captus. Natiuitas Alberti Magni. Godefridus, Epiſcopus VVirceburgenſis.

CAPVT II.

Diepoldus, Cæſaris in Italia Vicarius.

ANno 1192. *Henrico Imp. ſe in Germania continente (ſcriptore Sigon.) ac bellum Siciliæ inferendum, animo magis, quàm viribus, moliente: Diepoldus, ſuperiore anno ab eo in Italia relictus, multis rebus in Campania ex ſententia geſtis, etiam Salernum recepit.*

Altariũ Bebenhuſæ conſecratio.

In Monaſterio Bebenhuſæ, altare S. Martini Epiſcopi & Confeſſoris, dedicatum eſt hoc 1192. anno, 4. Kal. Iul. Indict. 10. à Diethelmo, Epiſcopo Conſtantienſi, ad eiuſdem Martini honorem. Fuerat hic Diethelmus, antea Diuitaugienſis Abbas 25. Annos à Barbaroſſa

conſtitu-

conſtitutus: ac poſtea, præſenti anno, etiam Conſtantienſi Epiſcopatui (retenta Augiæ Abbatia) præpoſitus fuit. Ab eodem conſecratum eſt 1193. anno, 17. Kal. April. S. Stephani apud Bebenhuſanos altare: ad honorem SS. Stephani protomartyris, & Laurentii aſſati. S. verò Ioannis Euangeliſtæ altare, à Conrado II. Conſtant. Epiſcopo, ad honorem eiuſdem Ioannis, 1214. anno, 10. Kal. Ianuar. Indict. 2. dedicatum eſt: & ad id lampas poſtea fundata, ab Arnoldo Plebano, olim TuntZelinga. Plurima deinde, diuerſis temporibus altaria, diuerſis Sanctis conſecrata fuere: in quibus ſingulis, plurima reliquiæ aſſeruata. Indulgentiæ autem dabantur in anniuerſario dedicationis die altarium: & in diebus Sanctorum, quorum reliquiæ in eis cuſtodiebantur. Ad quædam etiam altaria, deuoti Laici calices ordinabant, veſtes Sacerdotales, lampades perpetuas, & alia. Dedicationis vtilitas.

In Hirſaugienſi cœnobio, Abbas Henricus habebat petulantes & importunos Miniſtros, in Monachos. Rogarunt hi ſæpe, vt eos remoueret. Quod cum non fieret: Monachi, adiuuantibus exteris, eos eiecerunt. In quo tumultu, grauiter vnus illorum miniſtrorum vulneratus, poſt 8. dies mortuus eſt. Hinc, grande inter Abbatem & fratres diſſidium: donec id à Spirenſi Epiſcopo Othone ſedatum eſt. Tritenhem. Hirſaugienſe diſſidium.

Circa hæc tempora (inquit Vignier.) vixiſſe videtur HanZon (quod paruum Ioannem ſignificat) Montis Belgardi comes. Qui autem eum in hoc comitatu præceſſerint: adhuc ignoratur. Succeſſorem eius, Theodoricum fuiſſe, veteres Schedæ teſtantur: quo natus ſit Theodoricus II. ſucceſſor eius: & duæ filiæ, nuptæ comiti de nouo caſtro trans Dubim, & Domino de Nouo caſtro in Burgundia. Mompeligar. C. HanZon.

In Palæſtina, poſt Hoſpitalarios & Templarios, tertius ſacræ militiæ ordo exortus eſt, TEVTONICORVM militum. Cum enim Fridericus, Sueuiæ Dux (eo tempore adhuc viuens) in obſidione Ptolomaidis (vbi ipſe, & Dux Brabantiæ Henricus, Germanorum Duces erant) apud Lybecenſes & Bremenſes, qui ibi tunc erant, ægrotis & vulneratis militibus, omnem Chriſtianis dignam beneficentiam, vltro præſtari vidiſſet: dixit, ab his ciuibus omnes, qui adeſſent, Principes, pietate & miſericordia ſuperari: ac Principibus imitatu dignos eſſe. Nam ſi etiam Principes, ſauciorum ac miſerorum parem curam ſuſciperent: faciliores omnes inferioris conditionis homines fore, ad pericula ob terræ ſanctæ recuperationem ſubeunda. Conuocatis ergo in conſilium Principibus: quam charitatem Lybecenſium & Bremenſium in afflictos miſeroſq; vidiſſet, expoſuit. Hanc verò, magis ad officium & curam Principum pertinere dixit. Sibi proinde videri, ordinem quendam militum, ex nobilitate Germanica inſtituendum eſſe: quorum officium eſſet, primò curam pauperum, qui in terra ſancta verſarentur, gerere: deinde, tam ſanctam terram, quam alios Chriſtianorum fines, armis tutari. Pedibus itum in eam ſententiam eſt: ordo, inſtitutus: ipſis Hoſpitale S. Mariæ ædificandum, conceſſum. Acceſſit confirmatio poſtea Imp. Henrici, & Pont. Cœleſtini: qui eis veſtem albam nigra cruce inſignitam, dedit. Sic & ſcutum album, cum nigra cruce. Hæc, apud Func. Comment. in Chronologiam. Verum equitum S. Ioannis Hieroſolymitanorum (poſtea Rhodiorum, hodie Melitenſium) ſcutum, rubrum eſt: & in eo, crux alba. Hi, initiò Hoſpitalarii erant: ſed Hieroſolymis expulſi, Rhodum occupauerunt. Templarii, pulſi & ipſi, longè poſt in Galliis deleti ſunt. Teutonicorum ordo, in Pruteniam & Liuoniam migrauit. Qui eis præeſt Princeps, Magiſter Teutonicus vocatur. Ad hunc annum, Sigonius Friderici Sueuici Ducis, & maioris Germanici exercitus partis, peſtilentialem interitum ponit: qui Ptolemaidem, vel Acconem, obſederant. Hic exitus tertiæ in Palæſtinam (poſt Bilſoneum, & R. Conradum Sueuum) inſignis expeditionis fuit: reuerſis domum Francis & Anglis (diſſenſione inter Reges eorum nata) atq; Italis. Remanſerunt tamen aliquot vrbes Chriſtianis: vt Antiochia, Ptolemais, Tyrus, Aſcalona, Ioppe. A Guidone Regnum Cypri, Hieroſolymitano attributum, penes Luſignanos, vſque ad annum Domini 1470. manſit: à quo anno, Veneti eius compotes facti ſunt: Turca verò, eis 1570. anno eripuit. Teutonici milites, exorti. Vulneratorũ militum cura habenda. Lybecenſium & Bremenſ. laus. Inſignia ſacrorum militum. Melitenſes milites. Templarii. Teutonici. Reliquiæ Chriſtianorum in Palæſtina.

Anno 1193. Henricus Imp. ſequentes literas & priuilegium, ſicut ad manus meas venere, ſcripſit.

DE MOLENDINO QVODAM.

Hainricus ſextus, Dei gratia Romanorum Imperator, & ſemper Auguſtus. Cum Eccleſiarum indempnitati, & earum vtilitati, propenſius intendimus: ad præſentis vitæ cur- Molendinum, Lorchenſibus datum.

» *ſum feliciorem, & ad eterni premii retributionem, nobis id profuturum non dubitamus. Inde*
» *eſt, quod nos Eccleſie noſtre in Lorche prouidere, & eius vtilitati intendere, cupientes: ea, que*
» *predicte Eccleſie, ad honorem Dei, & fratrum conſolationem, collata ſunt: & in preſentia no-*
» *ſtra, pro commodo & vtilitate Eccleſie ordinata: rata haberi volumus, & inuiolata obſer-*
Stainhaim. *uari. Nouerint itaque vniuerſi fideles Imperii noſtri: quod Theodoricus de Stainheim, in*
» *preſentia noſtra, ex bona voluntate Abbatis & fratrum de Lorche, obtinuit molendinum*
» *iuxta Monaſterium, in loco, qui dicitur Vellere, eodem pacto: quo Cunradus pater eius antea*
» *ab eadem Eccleſia habere conſueuit: ita ſcilicet, vt annuatim idem Theodoricus, quandiu ipſe*
» *vixerit, dimidiam Marcam argenti perſoluat Eccleſie prenominate. Cum autem contige-*
» *rit, predictum Theodoricum viam ingredi carnis vniuerſe: coram nobis promiſſum & firma-*
» *tum eſt: vt ipſum molendinum ad vſus Eccleſie libere redeat: nec aliquis heredum ipſius Theo-*
» *dorici, de illo molendino ſe intromittat: neque aliquid iuris in eo ſe habere dicat. Vt autem hec*
» *ſupradicta, rata perpetuò habeantur, & firma: preſentem inde paginam conſcribi, & ſigillo no-*
» *ſtro iuſſimus communiri.*

Huius rei teſtes ſunt:

Cunradus, Dux Sueuie.
Dux Albertus de Tecke.
Comes Ludovvicus de Helphonſtain.
Godefridus de VVinoden.
Arnoldus de Horenberc.
Burchardus de Groningen.
Heinricus de Lorche.
Engilhardus de VVinesberc.
Filii eius, Cunradus & Engilhardus de VVinesberc.
Cunradus de Stoufe.
Albertus de VValthuſen.
Conradus de VValthuſen.
Egeno de VValthuſen.
Typoldus de Euerſpert.
Dipoldus de Eueſperch. Et alii.
Datum apud Gamundiam, anno Domini M. C. XCIII. *Indict. 10.* XII. *Kal. Iulii.*
Debet eſſe Indict. 11. ſicut eam ſequens habes PRIVILEGIVM.

Bebenhuſenſibus priuilegium datum. *Henricus* VI. *diuina fauente clementia Rom. Imperator, & ſemper Auguſtus. Ad eterne vite beatum premium, & Regni temporalis magnum incrementum, apud Regem Regum omnium, nobis profuturum non ambigimus: ſi Eccleſiarum Dei, & virorum religioſo-*
» *rum, profectibus & commodis propenſius intenderimus. Notum itaque fieri volumus vni-*
» *uerſis Imperii noſtri fidelibus, tam preſentibus, quàm futuris, paginam preſentem intuenti-*
» *bus: quod nos intuitu diuine retributionis, fidelibus noſtris, venerabilibus viris, Abbati S.*
» *Marie in Bebenhuſen, ſuiſque fratribus & Eccleſie, Imperiali libertate conceſſimus: vt, ſi*
» *quis noſtrorum Miniſterialium, Clericorum, Laicorum, ceterorumque omnium vtriuſque*
» *ſexus Chriſti fidelium, cuiuſcunque conditionis, aliqua de rebus ſuis, mobilibus ſiue immobi-*
» *libus, prefate Eccleſie conferre, pro anime ſue remedio propoſuerit: hoc faciendi habeat faculta-*
» *tem. Statuimus itaque, & Imperiali edicto firmiter precipimus: vt nulla vnquam perſona,*
» *alta vel humilis, Eccleſiaſtica vel ſecularis, hanc noſtre munificentie conceſſionem preſumat*
» *infringere: vel ei auſu temerario attemptet contraire. Quod, quicunque facere attemptaue-*
» *rit: grauem noſtre Maieſtatis indignationem, & iuſtam eterni Iudicis iram, ſe nouerit incur-*
» *ſurum. Vt itaque hec noſtre munificentie libera conceſſio, rata perpetuò & inuiolata poſſit ob-*
» *ſeruari: preſentem exinde paginam conſcribi, & noſtre Maieſtatis ſigillo precepimus commu-*
» *niri. Datum apud Gailnhuſen, anno Dominice incarnationis* M. C. XCIII. V. *Kal. Iunii,*
» *Indictione* XI.

Idem Imperator, literis VVormacie ſcriptis 3. Kal. *Iul. eodem 1193. anno, Indict.* XI. *confirmauit Rudolphi Palat. Tubingenſis, & Vlrici Spirenſis Epiſcopi (iam mortui) ſuperius illud concambium: & fundationem, ac libertates ſeu priuilegia ſupradicta, cœnobii Bebenhuſenſis: teſtibus, Heinrico VVormacienſi, Othone Friſingenſi, Epiſcopis, &c. Item Heinrico, Duce*

Loua-

Louaniæ: Heinrico, Duce de Limpurg: & eius filiis, Heinrico ac Vualrauen. Emechone, Comite de Liningen: Friderico, Comite de Zolre: Alberto, comite de VVerningerode, aliisq;.

Hoc 1193. anno, nullam in Siciliæ Regno rem, quæ memoriæ prodita ſit, Sigonius geſtam ait. Etſi igitur Imp. Henrici ſecundam expeditionem in Italiam, alii hoc anno ponunt: nos eam ad ſequentem annum reponemus: aſtipulante quoque Vrſpergenſi. Illuſtriſſimam autem virginem, Græci Imp. Iſaacii ex priore vxore, cuius nomen ignoramus, filiam, Dominam Irenam, hoc 1193. anno, Rogerio, Tancredi Siculi Regis filio, deſponſatam eſſe, & per mare Ægæum Panormum (Siciliæ Regiam vrbem) aduectam, probabiliter credimus. Quæ forſitan tunc annorum 20. fuit. Achilles Gaſſarus M. Scr. Auguſt. Chronic. Rogerio deſponſatam ait à Danckmairo, Antiocheno Principe.

Irenæ Angeli deſponſatio in Siciliam, Rogerio, Tancredi F.

Magna hoc anno ponitur eclipſis Solis, atq; lunæ.

Eclipſis luminarium cæli.

Leopoldus, Styriæ & Auſtriæ Dux (qui recens ex comitiis Imp. Henrici Ratisbonenſibus, vbi diſcordiæ Bauaricæ ſedatæ erant, domum redierat) reſciuit: Viennæ latere ſeruili habitu Regem Angliæ Richardum. Hic in obſidione Ptolomaidis, inſigni contumelia Auſtriacum affecerat: ſigno eius refixo, in lutum abiecto, pedibus conculcato. Dicebatur inter alias iniurias, cum Saladino etiam colluſiſſe. Inducias quidem cum eo in triennium pactus erat: quod factum non laudabatur. Domum autem redire conans: naufragio facto, rebuſque amiſſis, in littus Hiſtriæ eiectus erat. Inde Viennam occultè venerat: à Franciæ Rege, & à propioribus, ſibi metuens. Comprehendit ergo ipſum Leopoldus 20. die Nouemb. cum is ad ignem ſedens (Stadenſi teſte) gallinam aſſaret. Cum etiam eiuſdem ſororem, Henricus Leo vxorem haberet, in Anglia exulans: Richardus Germanis minus erat charus. Hunc ergo Leopoldus Ratisbonam adduxit ad Imperatorem: ei tradens Nouemb. 29. die. Francus Rex Philippus, hoc cognito: per legatos à Cæſare petiit, Richardum ſibi iudicio ſiſti: atque in Britanniam minorem, ac Nortmanniam, quas tunc Angli tenebant, inuaſit. Mulctatus eſt ab Auſtriaco Richardus 50. millibus Marcarum puri argenti: quibus oppida quædam Auſtriaca muris cincta, Viennæ autem pomœria prolata, ſunt. Imperatori verò coactus eſt (quod tranſmarinæ expeditioni diſſoluendæ cauſam dediſſet) 300. millia Marcarum puri auri perſoluere. Sic illi facilius fuit, bellum poſtea in Apuliam & Siciliam mouere. Richardus in Angliam reuerſus, Francicum bellum continuauit. Hæc ferè ex Auent. lib. 7. in popularis linguæ Bauarica hiſtoria. Vrſperg. Marcis ſemel centies mille, ab Imperatore mulctatum ſcribit: vna ſcil. Tina, vt Auentinus vocat. Germanis Tonna eſt.

Richardus, Anglus Rex Viennæ Auſtriæ captus.

H. Leo.

Mulcta Richardi.

Hoc anno Tritenhemius ait Albertum, qui Magnus poſtea ſit cognominatus, natũ eſſe in vico Sueuiæ, cui Lauingen nomen ſit. Obiit 1280.

Alberti Magni natiuitas.

Godefridus II. factus eſt Epiſcopus Herbipolenſis, genere Hohenlohenſis Comes. Charus fuit Imp. Henrico, & omnibus Sueuiæ Principibus. Sic & Clero: à quo, Religioſorum omnium pater appellari ſolebat. Deceſſit 1198. anno. Bruſch. qui Imperatori etiam neceſſitudine ſanguinis iunctum fuiſſe, ait.

Hohenlohenſis C. Godefridus.

VVALDSASSENSIS ABBAS DANIEL. RVDIGERI, NOBILIS VIRI, filiolus extinctus. Secunda Imp. Henrici Italica & Sicilienſis expeditio, Siciliæque occupatio. Reginarum, Sibyllæ Nortmannæ, & Irenæ Græcæ, captiuitas. Monaſterium S. Crucis, Auguſtæ Rhætorum.

CAPVT III.

ANNO 1194. erat adhuc Eremitani VValdſaſſenſis in Nariſcis cœnobii (teſte Bruſch.) Abbas, Daniel quidam: qui eam dignitatem 1163. anno adeptus erat: Imperatoriq; Barbaroſſæ perquam familiaris fuerat: etiam in Italiam ſecutus eum, & liberalitate eius auctus. Is hoc anno, quem nunc in manibus habemus, conſecutus ſcribitur inſigne priuilegium Herbipoli ab Imp. Henrico, menſe Februario.

VValdſaſſenſis Nariſcorum Abbas.

In eo teſtes nominantur hi:

Conradus, Archiepiſcopus Moguntinenſis.
Adolphus, Colonienſis electus.
Henricus, Dux Bohemiæ.

Otho, Epiſcopus Babenbergenſis. (Timo tamen eo tempore ponitur à Bruſch. in Catalogo Babenberg. Epiſcoporum: & anteceſſor eius, Potho. Sed nec alii quidam in eius Epiſcopico libro, ad annum 1194. præciſe congruunt.)

Hermannus, Monaſterienſis.

Eberhardus, Merſenburgenſis.

Bertramus, Metenſis.

Henricus, Herbipolenſis.

Theodoricus, Miſnenſis.

Conradus, Ratisbonenſis.

Rudolphus, VVerdenſis.

VVulſgerus, Patauienſis. (ſecutus Barbaroſſam in Oriente VVolfgerus, poſt aliquot inde annos domum redierat.)

Conradus, Palatinus Rheni.

Leopoldus Auſtrius.

Bertholdus, Merania Dux, &c.

Colon. Archiepiſcopus Bruno.

Eodem anno, Colonienſis Archiepiſcopus Bruno, Comes Altenaenſis: reſignato pontificatu ſuo in Manus Henrici Imp. monachus Ciſtertienſis in cœnobio montis antiqui factus eſt: cui ſucceſſit frater ſuus Adolphus. Trit.

Rudigerus, vir nobilis.

Epiſcopo Curienſi Henrico: dono dedit hoc tempore nobilis quidam vir à Lymbach, Rudigerus, præſente Henrico VI. S. Lucio Curienſi parochiam Benedurenſem: nunc Præpoſituram, in dextra Rheni ſupra Feldkirchium ſitam. Cum enim ille nobilis vnicum filium, ætate puerum, haberet: amiſerat eum, æſtiuo dormientem tempore in collectis ariſtarum aut frugum manipulis. Nam iis ſemper magis magisq́; coaceruatis, ſuffocatus perierat puer. Pater igitur mæſtus, cum neſciret, quid ei factum eſſet: votum fecit, quo die is reperiretur, ſeu viuus, ſeu mortuus: ſe ſtatim ei Diuo, cui is dies ſacer eſſet, ſuas omnes oblaturum poſſeſſiones. Cum autem in die S. Lucii repertus eſſet: facta eſt donatio hæc cœnobio S. Lucii Curienſis: in quo etiam puer terræ mandatus eſt. Bruſch.

Rogerii, qui Irenen duxerat, obitus. Nec non patris Tancredi.

Hoc 1194. anno (teſte Sigon. ex Collenutio) adoleſcentulus Rogerius, Tancredi Regis filius: poſtquam Irenen, Iſaacii Imp. filiam duxiſſet: è vita migrauit: relicta hac ſpecioſa magnificaq́; ſponſa. Quanto tunc luctu Regium Palatium oppreſſum fuiſſe, credendum eſt! Eius certe caſus dolorem, Tancredus adeo acerbe tulit: vt non multis pòſt diebus, & ipſe viuendi finem fecerit: tribus filiabus, & Guilielmo puero, relictis: quem mox Sibylla mater, Panormi Regem Siciliæ coronandum curauit. Horum funerum fama, ad Imp. Henricum perlata (ὑγὲς πολὶ λανθάνει τὰ δεινὰ τῶν παθῶν) ipſe idoneum ſibi tempus repetendi Regni oblatum ratus: in expeditionem Sicilienſem, omni labore & induſtria incubuit. Miſſis itaque Truſardo, & Dapifero Marcoaldo, in Italiam: per illum, concordiam inter Lombardiæ ciuitates (Brixiam, Cremonam, & ſocias) reconciliauit: per hunc verò, Piſanos & Genuates rem naualem expedire iuſſit. Marcoaldus hic, Marquardus de Anvvileſt. Rebus dein omnibus, quæ tantæ molitioni oportuna erant, in Germania comparatis: Italiam per Alpeis ingreſſus eſt (quod Barbari Scriptores Tranſalpinare appellant) ac tranſgreſſus Apenninum, menſe Iunio Genuam venit. Cuius Henrici blando rogatu, & magnificis promiſſis, ſi ipſorum ope Siciliam tenuiſſet, perſuaſi Genuates (Sigonio ſcribente) claſſem, ipſo præſente, omni ſtudio inſtruere aggreſſi ſunt.

Anvvilerus Marquardus.

Imp. Henricus in Italiam cū copiis redit.

Inde circa idus Aug. cum ea ornatiſſima claſſe, è portu illorum ſoluit: & aſſumptis in itinere triremibus Piſanorum: ſecundo vento mox Caietam appulſus eſt. Qua nullo certamine in deditionem accepta: Neapolin dehinc 10. Cal. Septemb. proceſſit. Neapolitani, viſo, claſſem terra admoueri: & audito, in ea Henricum adeſſe: ſtatim ſe imperata eius facturos ſpoponderunt. Hos circumiectæ inſulæ omnes imitatæ, pacem armis prætulere. Calendis inde Septemb. in Siciliam profectus, Meſſanam tenuit. Ibi Piſanorum & Genuenſium vetus inuicem odium, in concertationem periculoſam erupit: quæ tamen breui per Marcoaldum ſedata eſt. Catana deinde Siracuſaq́; petitæ, atq; expugnatæ.

Neapolin capit.

Et ciuitates Siciliæ.

Sibylla Regina (al. Sibilia) ſe imparem viribus ad reſiſtendum videns: cum filio Guilielmo, & filiabus, Archiepiſcopo Salernitano, & fratribus eius, in caſtellum ſitu & opere munitum ſe recepit. Legatis inde ad Henricum miſſis: Regno ſe ceſſuram oſtendit: ſi filium ille Guilielmum, Leuccii comitem in Iapygia, & Tarenti Principem, relinqueret.

Acce-

Accepit conditionem Auguſtus: eoſq́ omnes in deditionem & fidem recepit. Exercitum deinde Panormum traduxit: quam leui negotio in poteſtatem adduxit. Qua recepta: & Conſtantiam vxorem liberauit è cuſtodia (in qua occultiſſime aſſeruata erat: ita vt fama de ea, mortuam eſſe, vagata fuerit) & Irenen Græcam, quæ Tancredi filio collocata fuerat, in Palatio Panormitano cum aliis cepit: & Regem ſe Siciliæ cum vxore coronari, maximo totius Regni concurſu iuſſit. Hæc pridie Cal. Decemb. geſta. Itaque ab hoc die, Regni Siciliæ annos inſtituit. Sibiliam verò, cum filio & filiabus, atque cum Archiepiſcopo & fratribus, 3. Cal. Ianuar. comprehendit. Hæc pleraq́, Sigonius: qui addit, Henricum poſtea hanc tam inſignem victoriam perfidia in Genuenſes deformaſſe: quibus non ſolum non præſtiterit promiſſa: ſed priuilegia etiam, à patre eis tributa, ademerit. At etiam crudelitate fœdaſſe tantam felicitatem: punitione ſcil. nimia quorundam poſtea. Sed non viuit amplius Henricus, nec eius Principes: qui fortaſſe ſuorum factorum defenſionem afferre poſſent.

Sibyllam Tancredi viduam cum liberis, & Irenen Græcā, capit: vxorem etiam Conſtantiam recipit. Rex fit Siciliæ.

Hoc anno, tempeſtatum diritate fruges & vites perditæ ſunt: quæ res magnam ſequenti anno famem attulit.

DE AVGVSTANO S. Crucis cœnobio.

Hoc Monaſterium (vt Bruſch. ſcribit) ordinis Regularium canonicorum S. Auguſtini, ex Hamelbergo, vbi antea ſitum, Auguſtam translatum eſt, anno Domini 1194. per Epiſcopum Auguſtanum Vdalſcalcum, comitem Thennenlohenſem: qui, primus fuit huius cœnobii intra Auguſtanæ vrbis muros conditor. Fuerat id primum, cœnobiolum S. Nicolai: à Mareſcalcis de Biberbach, in pago Muterhofen inchoatum: poſtea verò, ab Auguſtano Antiſtite Conrado, Comite Lytzelſtainio, in vicinum Auguſtanæ ciuitati montem Hamelbergum, tranſlatum: ex quo Auguſtam, vt dictum eſt, migrauit. In eo ſolet Pontificius legatus, ſi qui Roma Auguſtam ad comitia Imperialia mittitur, diuerti.

S. Crucis Monaſt. Auguſtanum.

Muterhofen.

Præpoſiti huius loci.

Præpoſiti illius Monaſterii.

1. *Bertholdus, electus anno 1199. ſacris ſtudiis totus deditus.*
2. *Vdalricus, 1234.*
3. *Bertholdus, 1270.*
4. *Henricus de Laugingiaco, 1298. præfuit prudenter A. 46. Obiit 1344.*
5. *Arnoldus, 14. A. Obiit 1358. 5. Kal. Aprilis.*
6. *Vdalricus Gerſtenhoferus, A. 27. Obiit 1386. Sepultus ad aram S. Ægidij.*
7. *Conradus, vix 2. A.*
8. *Henricus, 1388. Obiit ſequenti anno.*
9. *Vdalricus: eodem anno mortuus.*
10. *Petrus, 1389. qui præſedit A. 7.*
11. *Nicolaus, annos 2.*
12. *Petrus Stauber, 1398. Præfuit A. 9. Obiit pridie S. Martini 1407.*
13. *Henricus Endorffer Auguſtanus. Benè præfuit A. 28. Obiit 1435. die Pirminii.*
14. *Stephanus Secherlinus, A. 5. Obiit 1440. Sepultus in Eccleſia S. Crucis, pridie Leonhardi.*
15. *Ioannes Dachs Auguſtanus. Præfuit prudenter 30. A. quibus collapſum Monaſterium, quaſi de nouo præclare erexit.*
16. *Vdalricus Burgſchnider, ad A. 3. Obiit extra cœnobium 1474. apoplexia: obeſo corpore, & intemperantiore vita, præditus.*
17. *Ioannes Fuchs: electus 1474. Præſente Epiſcopo Auguſt. Ioanne VVerdenbergio, ex Clerico ſeculari, & concionatore. Conſtruxit totum Dormitorium de nouo: & ſuperiorem Chorum ambitumq́ nouum, vetere deiecto. Turris ſummum refecit: quod tempeſtate & fulmine die S. Petri ceciderat: ipſamq́ turrim dealbauit, vt magis eſſet conſpicua. Quo die S. Vlrici quoque Eccleſia, per vim tempeſtatis & ventorum corruit. Sacellum autem S. Nicolai in Muterhofen, in loco Monaſterii antiquitus inchoati ſitum, renouauit, & conſecrandum curauit. Obiit longa ægritudine confectus 1488. poſtridie D. Benedicti: cum 14. A. præfuiſſet: plurimis vulpinis aduerſus ciuitatem technis vſus.*
18. *Vitus Facklerus, condidit primo ſtatim anno theſaurophylacium, in veteribus Templi adytis. Plurima conſtruxit: præſertim ſacellum Præpoſiti, & horreū nouum: atq́ totam S. Crucis Eccleſiam, ex imis fundamentis nouam, cupro tectam, anno 1500. & quadriennio poſt, turrim ei*

adiunctam: poſteriori tempore, altius ſublatam, & cupro opertam: cum auratis epiſtyliis, aurataq; cruce. Eiuſdem iuſſu fuſa eſt magna 52. centenariorum campana. Obiit 1517. cum 29. A. vtiliſſimè præfuiſſet.

19. *Iacobus VVegelinus Riedlingenſis. Clementior conuentui ſuo, quam anteceſſor: & bonus nihilominus gubernator. Cupreum is tectum Eccleſiæ, ab anteceſſore inceptum, abſoluit. Obiit 1521. penult. die Maii.*

20. *Chriſtophorus Gailius Dillingenſis. Præfuit 21. A. cum laude. Obiit 1542. Seceſſerat Dillingam 1537. die S. Antonii, propter mutatam Auguſtæ religionem.*

21. *Bernhardus VVerlinus Gundelfenſis, ex oppido Palatinorũ ad Brentium amnem. Electus 18. Octob. 1545. Rediit Auguſtam cum ſuis, pridie Hilariæ, 1548. præſente Imp. Carolo V. Seceſſerant ante 1546. Dillingæ Monachi Sancruciani, nato bello Germanico, in oppidum Bauariæ, ad Lycum ſupra Auguſtam ſitum, Landsbergum. Præerat adhuc 1550.*

HENRICI IMP. RES IN CALABRIA ET SICILIA GESTÆ. SVPPLIcia in perfidos & rebelles. IRENA ISAACIANA, Philippo Sueuo data. Poſtulata Henrici ad Iſaacium Græcum. Marquardus Anvvillerus. Henricus Calatinus. Catana & Panormus, Sicilienſes vrbes. Calamitates Imp. Iſaacii. Pro eo, Græcorum Imp. ALEXIVS ANGELVS.

CAPVT IV.

Henrici Imp. ſupplicia in cõſpiratos Siculos.

ANno 1195. *Henricus conſpirationes aduerſum ſe compertas nactus: duriſſimè in Tancredi partes animaduertit. Nam Sibiliam (inquit Sigonius) & Archiepiſcopum, perpetuo carceri deſtinauit: Guilielmo virilitatem, ad ſpem ſtirpis adimendam, exemit: aliquos nobiles obſides luminibus priuauit: multos in vincula coniecit: Siculis multis eripuit bona: grauiſſima tributa, etiam Eccleſiis, impoſuit. Irenen Rogerii viduam, fratri ſuo Philippo collocauit: eundem fecit Ducem Tuſciæ, & terræ Mathildis (in detrimentum, vt Sigonius ait, Eccleſiæ) Marcoaldum verò, Rauennæ Ducem, & Anconæ Marchionem, conſtituit: ſed Conrado, Spoleti Ducatum dedit. Cum denique Apuliæ Diepoldum, Siciliæ verò Conradum, præpoſuiſſet: in Germaniam verſus cum Sibylla, & liberis eius, cum Archiepiſcopo & fratribus, Siculisq; obſidibus, deceſſit: ac menſe Maio in Lombardiam traiecit. Diplomate quodam Epiſcopum Mutinenſem Henricum iuuit: dato 7. Cal. Iunias, anno 1195. Regni anno 25. Imperii 5. Regni Siciliæ 1. Sed Papæ, Genuenſes ipſum promiſſorum admonentes, non obtinuerunt. Hæc, apud Sigon. ferè dẽ Henrici Imp. rebus, hoc & præcedente anno geſtis. Ea certè mihi rectè ſic ad hos annos digeſta videntur. Sed nunc etiam commemorare libet: quæ apud alios Hiſtoricos, de eis reperiuntur. Apud quos, quod ab hactenus expoſitis alicubi diſcrepet, non nihil eſt. Sed prudenti lectori non difficile erit, videre: quid veritati magis conſentaneum ſit. Pluſculum quoq;, quam hactenus commemoratum eſt, ibi inuenietur. Spero omnino ea, quæ ex diuerſis ingeniis profero, non ingrata lectoribus fore.*

Irenen fratri Philippo deſpondet.

Ordinata Italia, in Germaniam redit.

Plura, & planiora, de hactenus dictis.

VRSPERGEN.

Imperatori traditur Richardus, Angliæ Rex, in Auſtria à Duce Lupoldo 1193. captus. Imperator verò C. millia Marcarum, ſibi ab eodem data, fecit militibus dari in ſoldum: & magnum adunauit exercitum in Apuliam: & Salernum manu armata expugnauit: de cuius præda ditatus eſt exercitus.

Anno 1194. tota Apulia, Calabriã, & Sicilia, eius ſubduntur imperio. Et de ſubiectione, & fidelitate, vades accepit quoſdam nobiles & potentes terræ. Inter quos erant, Archiepiſcopus Salernitanus: & duo Comites, germani fratres eiuſdem: & quidam Margaritus, qui potens fuerat in mari pirata. Anno 1195. rurſus quidam Comites & Barones, in Apulia rebellant Imperatori. Quocirca Imperator, miſſa legatione, vades, quos acceperat, in Alemannia iuſſit excæcari (quod & factum eſt) præter Epiſcopum. Rebelles quoq; captiuatos, diuerſis ſuppliciis & horrendis fecit interimi. Eo tempore Imperator, Marquardum de Anninvvilir (Pandulfus lib. 4. Neapolit. hiſtor. Marquardum Hanenfederium Baronem vocat) Dapiferum & Miniſterialem ſuum, libertate donauit: & Ducatum Rauennæ cum Romania, Marchiam quoq; Anconæ, ſibi (ei) conceſſit. Diepoldo etiam quaſdam prouincias commiſit: ponens eum in quodam caſtro, quod vocabatur Rocca de arce. Hi duo, bella Imperatoris ſtrenuè peregerunt. Philippo

Margaritus.

Marquardus Anvviler.

lippo quoq; fratri ſuo dedit vxorem, Dominam ERINAM, filiam Regis Græcorum (quam reperit in Palatio Panormitano. Deſponſata ſiquidem fuerat filio Tancredi.) tradens ei dominium totius Tuſchiæ, & terram Dominæ Mathildæ. *Erina, Elcôra.*

OTHO S. BLASII.

1193. In hac ſecunda in Italiam profectione, Henricus Imp. Richardum de Scerre, Comitem ditiſſimum, apud Capuam ſuſpendit patibulo, capite deorſum verſo: iratus ei, quòd Imperatrix ab eo, & aliis Baronibus Apuliæ, anno 1190. Capta fuiſſet, propinquis eius. Campaniam & Apuliam ſubegit. In Sicilia, apud Catanam hoſtes per Henricum, Marſcalcum de Callindin, vicit, & ciuitatem cepit. Eccleſiam ibi S. Agathæ, cum hominibus, qui intro confugerant, combuſſit. Nobiles, qui poſt deditionem contra eum conſpirarant, miſerabiliter occidit. Margaritam Archiepiſcopum (imò Archipiratam) & conſanguineum vxoris comitem Richardum, oculis priuauit: (alii eximunt excæcationi Archiepiſcopum) quendam, læſæ maieſtatis conuictum, excoriauit. Cuidam, Regnum occupare conato, coronam clauis ferreis ad caput affixit. Quoſdam ſtipiti alligatos combuſſit. Sic terrorem omnibus maximum incuſſit. 1194. Panormum, Siciliæ caput & Archiſolium, deditione capit: exercitum ditat: ſpectacula edit: à ciuibus honoratur. Theſauris Regiis exercitum ditauit. Vxorem Tancredi, filium & filiam, & filij ſponſam Græcam, capit. *Comitis Richardi ſuſpenſio. Catana. Calatinus Henricus. Excoriatio. Panormus.*

MATTHÆVS Bappenhaim.

Anno 1193. Henricus VI. validum exercitum in Siciliam duxit: quo inſulam ferro & igne vaſtabat. Tunc & Henricum Mareſcalcum Calatinum, equitem auratum (qui vxorem habuit Guthām de Retchenbach) cum copiis miſit contra Catanam. Qui potenti hoſtium exercitu profligato, cepit vrbem, Epiſcopum, & nobiles multos. Etiam cremauit vrbem, nulli Eccleſiæ parcens. Magnam hominum multitudinem, qui in fanum S. Agathæ confugerant, inibi combuſſit. Rediit inde magna cum gloria ad Imp. multis cum captiuis. Hæc, ille. Ego verò metuo, ne nimis ira Dei, talibus factis acceſſatur. *Henricus Calatinus. Catana.*

Catana vrbs, vna ſui parte (ad Orientem) mari alluitur: cæteris, ad radices Ætnæ, cui ſubeſt, extenditur: à Duce Catano, vel quod κάτω (ſub alto monte Ætna) iaceat, nomen habens. Gymnaſium ibi hodie eſt diſciplinarū omnium, præſertim Cæſarei & pontificii iuris. Vide Fazell. Decad. 1. lib. 3. cap. 1. Vbi is ait, à Friderico II. Rom. Imp. Siciliæ huius nominis primo Rege, quod ab eo deſciuiſſet, ſolo fere æquatam eſſe: arcemq; in ea, quæ adhuc extet, in formidinem rebellionis poſitam eſſe. Pœnitentibus poſtea indultum: vt eam ſtructura lutea & humili reſtituerent. *Catanenſis Academia.*

ANTONINVS, Archiepiſc. Florent. Volum. 2. Tit. 17. cap. 9. §. 25.

Anno Domini 1195. (rectius 1194.) Rogerius Tancredi, Regis Siciliæ, primogenitus filius (quem pater etiam in vita ſua, fecerat in Regem coronari: illiq; Imperatoris Conſtantinopolitani filiam dederat in vxorem) mortuus eſt. Et non multò poſt pater Tancredus, ex dolore mortuus etiam eſt: relinquens tres filias, & vnum maſculum, Vilielmum nomine: quem mater eius Sibylla, fecit ſtatim in Regem Siciliæ coronari. Henricus autem Imp. cum potentia magna intrans (ex theſauro, quem à Rege Angliæ Richardo extorſerat) Regnum illud (ex occaſione vxoris ſuæ Conſtantiæ, ad ſe pertinere aſſerens) ſine contradictione obtinuit. Præfata vero Sibylla, Tancredi olim vxor, cum filio ſuo Vilielmo, & cum filiabus ſuis: videns, Imperatoris potentiæ non poſſe reſiſtere: vna cum Salernitano Archiepiſcopo, in quodam caſtro munitiſſimo Siciliæ ſe recepit. Cum qua Imp. Henricus fecit de pace tractari. Quæ faciens de neceſſitate virtutem, cum Imperatore ita compoſuit. Nam Imperator, interpoſito iuramento, conceſſit Vilielmo filio eius, & hæredibus ſuis, Litii comitatum: quem pater eius ante Regnum habuit in Apulia. Inſuper & addidit illi principatum Tarenti. Quo facto: cum ſe prædicta Regina, fidei eius commiſiſſet: ipſe ſuæ fidei immemor, ipſam cum filio Vilielmo, & cum filiabus, & quoſdam alios Regni nobiles, quos ſuſpectos habebat, captiuos in Alemanniam deſtinauit: atque ſub arta cuſtodia mandauit recludi. (excæcans Vilielmum, & eunuchizans: ne ex eo filij naſci poſſent. Volum. 2. Tit. 19. cap. 6.) Inſuper & ipſum Archiepiſcopum incarcerauit: atque eius fratres, & quoſdam alios, oculis priuauit. Philippus autem, Imperatoris germanus, relictam præfati Rogerii viduam, Imp. Conſtantinpolitani filiam, duxit vxorem. *VVilh. puer, à matre Sibylla Rex creatus infeliciter. Sibylla, cum liberis in Alemanniā miſſa.*

Siciliæ expilatio.

Heinricus autem Imp. ex quo totam Siciliam obtinuit: propter graues & frequentes collectas, & importabiles exactiones, id Regnum auro & argento, & aliis bonis, expoliauit: atque in Teutoniam rediit.

NAVCLER. 2. Volum. Generat. 40.

Panormi occupatio per Imp. Henricũ.

Anno 1194. Imperator contra Falternum (leg. Palernum, olim Panormum) Siciliæ archiſolium, nec non ærarium theſauri Regii, aciem direxit: atque in hortum Regalem, muro cinctum, omniq; beſtiarum genere refertum, irrumpi iuſſit. Itaque ciues animoſitatem Cæſaris metuentes, ſine pugna vrbem tradiderunt. Ipſe in gratiam recepit eos: ſignis Imperialibus turres inſigniuit: diem proceſſionis magnificæ præſtituit: exercitum opibus lætitiaque refecit. Tum vrbs tota fuit ornata tapetibus, ſericiſq; pannis: odores incenſi ſunt ſuauiſſimi, aromatum omnis generis: ciues turmatim pro dignitatis conditione, ætatiſq; differentia, egreſſi (nobiles, ſeniores, iuniores, adoleſcentes vtriuſq; ſexus: quisque in ſuo ordine) cum muſicis inſtrumentis, Cæſari obuiam proceſſerunt. Ipſe non minori induſtria, compoſito exercitu diſciplina militari, & modeſtia decente, armorumq; ſplendore fulgente, binis longiſſimo tractu incedentibus: cum Principibus Imperiali gloria ſequens, vrbem ingreſſus eſt: cunctis in laudes eius, prono in terram vultu, acclamando ſe profundentibus. Sic in Regiam acceptus, quieti ſe dedit. Multis deinde muneribus à ciuitate eſt honoratus: equis generoſis, ſellis auratis, frænis ornatis. Ipſe in Principes Regalia dona contulit: militum promerita, grandi munificentia compenſauit. Nam etiam inæſtimabilem pecuniam in theſauris Regiis inuenit. Itaque ærarium publicum apud Trifels auro argentoq; referſit. Redacta in poteſtatem Sicilia, cum Sardinia: exercitum externorum militum, multis cum muneribus dimiſit.

Triumphalis eo introitus. — *Trifels.*

Amiſum, Embs. Hohenburg Alſatiæ.

Anno 1195. repatriaturus ([illegible]) nobiles captiuos in Germaniam præmiſit: Filium Tancredi, adhuc puerum, in Rhætiam Curienſem ductum, luminibus orbari, & in caſtro Amiſo (Hohen Embs) perpetuò aſſeruari, iuſſit: ſponſam Rogerii, fratri ſuo Philippo deſponſauit: Reginam Sibyllam, filiamq; eius, Monaſterio virginum in Hohenburg Alſatiæ (Altitona) mancipauit. Quoniam autem quidam rebellarant in Apulia: vades, quos in Alemanniam miſerat, oculis priuari imperauit: præter Epiſcopum, & Eccleſiaſticos. Rebellium etiam captiuos, diuerſis affecit ſuppliciis.

KRANTZ. 7. Saxon. 9. Etſi hæc, poſterius geſta: tamen propter argumenti ſimilitudinem, præcedentibus ſubiiciam.

Iordani Siculi exitium.

Delatum ferunt Imperatori, quòd Conſtantia Regina, etſi in ſenium vergeret: occulta tamen ageret conſilia ſubuertendi Imperatoris: vt alium è Regno maritum, quem amabat, Regem faceret. Iordanum nobilem Siculum, ferunt Reginæ fuiſſe gratiſſimum: & ab ea ſuſcepiſſe munera, auro gemmiſq; precioſa: viciſſimq; ſua non minori æſtimatione remiſiſſe. Imperator iram non ferens: hominem capi iuſſit: & in ferrea, igni candente, ſede collocari: coronamq; ferream ignitam, clauis capiti eius affigi. Alium, nomine Richardum, coniurationis conſcium, per plateas publicè tractum, ſuſpendio mandauit necari: quod tentaſſet, poculo ſubuertere Imperatorem.

ADDANTVR ex Niceta Choniata: quæ de his fratribus (Henrico Imp. & Philippo Duce) ad Græcos perlata reperiuntur.

Henrici Imp. poſtulatio ab Imp. Iſaacio.

Alemannorum Rex Amerigus (ἀμερίγον, Henricum Imp. vocat) Friderici F. in palæſtina expeditione ſubmerſi, Italia & Sicilia ſubactis, Romanos ipſos (ſic Imperio Græco ſubiectos vocat) laceſſebat, graſſator ineuitabilis: μάλης κακῶν δυσπάλαιστος. Miſſis enim ad Imp. Iſaacium Legatis: Romanas prouincias omnes, quæ ſunt ab Epidamno (Dyrrhachio) vſq; ad celeberrimam vrbem (μεγαλώνυμον πόλιν) Theſſalonicam (eas enim Guilielmus Rex non ita pridem ſubiecerat: etſi non omnino retinuerat) ſibi, vt Siciliæ Regi vendicabat. Commemorabat quoq; iniurias Imp. Manuelis in R. Conradum: & Imp. Iſaacii, in Fridericum Imp. Auxilia denique naualia latinis in Syriam ab Iſaacio poſtulabat. Quibus de rebus cum legationem ad eum Iſaacius miſiſſet: viciſſim ab Amerigo venere Legati. His cum ſe Iſaacii ſucceſſor Alexius (quando autem ſucceſſerit: poſtea dicetur) in natalitiis Chriſti, gemmata veſte, & Principes ſuos aurato amictu, oſtentaſſet: Alemannis non eſſe admirationi, huiuſmodi muliebria ornamenta, à Legatis reſponſum eſt. Si Græcus Imperator poſtulata negaret; ei neceſſitatem impo-

Dictum Alemannicorum legatorum in faſtum Græcorum.

impoſitum iri pugnandi cum viris: qui non gemmis, vt prata floribus (ὡς λειμῶνες πεποικιλμένοι) *niterent: nec auro & margaritis, vt pauones* (ὡς ἀλαζὼν ὄρνις ὁ μηδικὸς) *gloriarentur: ſed qui Martis alumni, iræ flamma oculos ſuffuſi* (θυμῷ πνεῖν τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐρυθραινόμενοι) *inſtar gemmarum radiarent: ac ſudorem margaritis ſplendidiorem* (ἱδρῶτας ὑπὲρ στιλπνότητα μαργάρων) *totos dies ſtillarent. Exitus hic fuit: vt, Legatione Alexius miſſa, obtineret: vt Amerigus, qui pendi ſibi quotannis 50. centenarios auri poſtularet, 16. auri talentis acquieſceret. Tum primum ab Alexio tributum; quod Alemannicum appellabatur, inſtitutum eſt. Sed cum res omnibus moleſta eſſet: cum omnes murmurarent, & tumultuarentur: ſacra donaria è templis auferre conabatur: ſed & id nequicquam. Itaq;, ſepulcris Imperatorum effoßis, ornamenta eorum abſtulit: ne Magno quidem Conſtantino parſurus, niſi interceſſum fuiſſet. Sic ad 70. centenarios argenti, & nonnihil auri, confecit. Sed antequam pecunia mitteretur: Amerigus è vita deceßit: anno ſal. 1197. vt dicetur. Spoliationem illam mortuorum, his verbis Auguſtana Bibliotheca M. Scr. Choniatæ exemplum* (*in pleriſq; magis vulgari lingua, conſtans, ſed aliquantò cultiore*) *effert.* Ἐλάμβανον τὰ ἐκ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου, καὶ λίθων τιμίων, φορήματα: μόνα τὰ σώματα ἀφέντες, γυμνά τε καὶ ἀκαλλώπιστα, μετὰ τοῦ ἐσχάτου ἐνδύματος. *Choniat. Alexii Angeli libro 1.*

Alemannicũ tributum.

Idem Choniata ſcribit ſequenti 2. lib. gratiſsimam fuiſſe Siculis mortem Amerigi: propter crudelitatem eius in eos: quorum inſidiis fuerit appetitus. Alium feruenti aqua in caniſtro excoxiſſe: & pro miſſu (καθάπερ σῖτον) *ad ſuos remiſiſſe: alium conieciſſe in rogum ardentiſsimum* (ἀκοντισθέντα εἰς πυρὰν, ἀναφθεῖσαν ἑπταπλασίως) *alium culeo inſutum* (ἐνσακκευθέντα) *in mare abieciſſe: Regem eorum, corona quatuor clauis ad caput eius affixa, interfeciſſe. Addit.*

Supplicia dira Siculorum ab Henrico Imp.

Capta Sicilia: vna cum aliis Irene, Iſaacii Imp. filia (θυγάτηρ, ᾗ ἡ κλῆσις Εἰρήνη) *captiua eſt abducta: & deſponſata notho fratri Regis Alemanniæ Philippo* (ἐκ πορνικοῦ φύντι σπέρματος. *Falſum hoc eſt. Natus enim ex legitimo coniugio Impp. Friderici & Beatricis*) *deſponſa, inquam, Philippo: amiſſo priore marito* (ἐμβαλοῦσα θανάτῳ τὸν ἐκ παρθενίας καὶ πρότερον σύνευνον) *qui poſt patris Tancredi mortem, Siciliæ Rex fuerat.*

Irenes deſponſatio.

Hanc Irenam, quam alii vxorem viduamq; Rogerii faciunt, Auentinus lib. 7. Germanica Bauariæ ſua, virginem ait, his verbis: Keyſer Heinrich zog wider in *Italiam* von Regenſpurg/gar gen Neapolis. Allda gab er zu der Ehe Jungfraw Irenam/des Keyſers von Conſtantinopel Tochter/ſeinem Bruder Hertzog Philippo.

EX THOMA FAZELLO Siculo, poſter. Decad. cap. 7.

Hic contendit, Tancredi mortui filium ſuperſtitem, non Guilielmum, Sed Rogerium, appellatum fuiſſe: de quo ego dubito. Non enim exiſtimo, ſi hic Rogerius fuiſſet maritus Irenæ: futurum fuiſſe, vt ea ab illo diuulſa, Philippoq; data fuiſſet. At modò ex Choniata audiuimus: eam, priore marito amiſſo, Philippo fuiſſe deſponſatam. Non fuiſſet tanta iniuſtitia Imp. Henrici. Addit poſt alia (*vbi Regni cum Rogerio diuiſi, ſed fidei non ſeruatæ, Henricum arguit*) *hæc verba. Hac concordia dum Rogerius, plus ſatis Henrico confidit: anno ſalutis 1195. pridie Calend. Decemb. Henricus Panormum venit: ac more Regio intra vrbem receptus, Rex etiam declaratur. Rogerius interea, dum ad ſua iura prætendit: nihil tale metuens, in vrbe Panormo, cum Alteria, Conſtantia, & Madonia, ſororibus, 3. Calend. Ianuar. captus, Henrico deditur. Nec mora, Regno omni à Germanis occupato, exauthoratus: miſer mœſtusq;, cum ſororibus in Alemanniam relegatus, & luminibus priuatus eſt. Vbi & ſpem omnem ei ſucceßionis: & de iure hæreditatis futuræ, poſteris litigandi ſurriperet cauſam: genitales illi partes deſecans, eunuchum fecit: ac carceri ad mortem vſque addixit. Ita Rogerius Rex, ſub alieno cœlo: extincta in eo Normannorum ſobole* (*ex qua olim in Sicilia permulti, & magni etiam, Principes, annos 135. regnauerunt*) *longis fletibus querelisq;, tranſlato ad Sueuos Regno, feſſam tandem emiſit animam. Hæc, ex his variis, alicubi variantibus, Scriptoribus.*

Irenes maritus quinam.

Sibyllæ Reginæ filiæ tres.

Normanni Sicilienſes, extincti.

Ego autem optarem, Regio adoleſcenti parſum fuiſſe. Metuo enim aliquando tragicam à Deo, in Hohenſtauffenſe genus talionem. Fuit ex vindicandi ſeueritate Henricus, ASPER *nominatus.*

Henricus, Aſper dictus.

Neſcia, mens hominum, fati ſortiſque futuræ,
Et ſeruare modum, rebus ſublata ſecundis.

Quia autem Panormi capta eſt Irena: & ibi corona decoratus Henricus: deſcribatur pau-

Panhormi deſcriptio. *lulum ea vrbs,partim ex Fazello,partim ex Theatro vrbium. Panhormus igitur (vulgo, Palermo) vetuſtiſsima,maxima, & Regia, etiam hodie, vrbs eſt : ſita in campeſtri ſolo, ad ſeptentrionem ſpectans. Vnam eius partem mare Tyrrhenum alluit : cætera tres lato patent campo : qui montibus excelſis & aſperis, arborumq́ expertibus, vndiq́ cingitur. Agri plani in circuitu,ad eos ab vrbe patentes,plus minus 25. millia paſſuum, amœniſsimi. Naſcuntur ibi mala Punica,Medica,Citria : frumentum, vinum, oleum, mellitarum arundinum ſeges. Muri vrbis, alti, ex quadrato lapide,multarum turrium. Literæ lapidibus inſcriptæ dicuntur : tan-* *Palatium.* *quam Noha temporibus Panhormus fuerit, & Chaldæi ibi fuerint. In palatio ſacellum eſt, marmoreum totum, D. Petro dicatum, pulcherrimum & artificioſiſsimum. Ingens pulcherrimorum extrà parietum Templum : in quo, Siciliæ Reges ſepulti. Ad Orientem ferè, propinquum celebre hoſpitale. Altera ex parte, locus : vbi veteri more Reges aureis ornabantur co-* *Regia.* *ronis. Inſignis erat olim Panhormi Regia : nunc verò, in horreum mercium mutata : vbi Portitores Regii ſunt, ob vectigalia exigenda. Curia Prætoria, pulchra : & prope, Gynæceum ſacrum. Magnus ædificiorum nitor : magnificus Templorum aſpectus. In ea quoque vrbe, cæſum eſt præſidium Gallorum poſteriori tempore: de qua re prouerbium Veſperarum Siculanorum eſt. Imago picta oſtendit, ſupra Panhormum eſſe multa montana : infra quæ, ipſa in lon-* *Partes 4. Panhormi.* *gum porrecta, iacet ad mare. Partes vrbis hodie 4. ſunt. Prima, vetus vrbs, à Phœnicibus & Chaldæis condita. Secunda, longè poſt condita, Neapolis : veteri vrbi ad meridiem adhærens. Ibi ædes ſacra eſt S. Trinitatis : quam Henricus Imp. Eccleſiæ S. Mariæ, & Hoſpitali Teutonicorum,conceſsit. Tertia, Seralcadis & Tranſpapyretum dicta, à fluuiolo Papyreto. Veteri vrbi ad Septentrionem hæret. Quarta : ſita inter veterem vrbem, & duas reliquas vrbis partes. Habet Panormus hodie portas decem. Legat aliquis Fazellum,ſi velit,copioſe omnia* *Nomen eius.* *deſcribentem.* Πάνορμος, παρὰ τὸ πάντας ἐκεῖσε προσορμίζεσθαι, διὰ τὸ ὅρμον. *Panormus, à commoditate portus, cuiuis Mercatori apta.*

De patre Irenæ, Iſaacio Imp. *Redeo ad Græcum Imp. Iſaacium, Irenæ patrem. Pollicebatur is ſibi (Niceta teſte) abſq́ dubitatione 32. Imperii annos : tanquam ſi diuinam voluntatem noſſet, vel in manu haberet. Conſtantinum ſanè, fratris ſui filium, Imperium affectantem, & à ſuis proditum, excæcauit : ſed inſidias fratris ſui minoris, Alexii, quamuis ab amicis, vt caueret, moneretur, euitare nec voluit, nec potuit. Non enim credebat : & alter, tectus ac malitioſus homo erat. Ideo ſpem illam 32. annorum labefactauit, atq́ euertit.*

à fratre Alexio, Imperio & oculis priuatus. *Nam hoc 1195. anno Domini, à fratre Alexio (homine ingratiſsimo : quem ipſe à Turcis captum, grandi ære redemerat) captus, luminibus priuatus eſt, & in carcere conditus : vbi propter ingentem dolorem, pluribus diebus cibum non guſtauit. Poſteà in ædificio Diplocionio (* διπλῷ κίονι *) apud Peram, incluſus : nihil habuit ad refectionem ſui : quam quoddam panis & vini demenſum. Adiutores parricidii fuerant Alexio, homines nobiliſsimi quidem generis, ſed ingenii leuiſsimi. Theodorus Branas, Georgius Palæologus, Conſtantinus Raules, Ioannes Petraliphas, Michael Cantacuzenus, & alii : Imperatori quidem ſanguine con-* *Corpus eius.* *iuncti, ſed nouarum rerum cupidi. Imperaſſe Choniata Iſaacium ait A. 9. M. 7. Fuiſſe flammanti facie, capillo rufo, mediocri ſtatura, robuſto corpore : ætate nondum 40. annorum. Fuit & filius eius Alexius, cuſtodiæ eidem mandatus, adhuc puer : ſed non diligenter aſſeruatus, vt ſuo tempore cognoſcetur.*

Alexius Angelus, Imp. Orient. 58. *Ita factus eſt Orientis* LVIII. IMP. CÆS. ALEXIVS III. ANGELVS, *P. F. Aug. qui imperauit A. 8. M. 3. D. 10.*

NATIVITAS FRIDERICI II. IMP. HENRICI EX ITALIA DOMVM reditus. Nuptiæ Philippi Sueui, & Irenæ Græcæ, Auguſtæ Rhæticæ. Epiſtolæ Adolphi Occonis, & Ioan. Georgii VVerdeſtainii. Locus ibi, Concio legionum. Ducis Sueuiæ Philippi profectio in Siciliam verſus. Quarta ſacra in Palæſtinam expeditio. Abbas Hirſaugiæ Marquardus.

CAPVT V.

Frideric. II ex Auguſta Conſtātia naſcitur. *ANno 1196. ineunte, nempe die S. Stephani, Conſtantia Imperatrix Fridericum peperit, ſequentibus temporibus Imperatorem, in vallis Spoletanæ ciuitate Aſis : admiſsis quibuſuis ad ſpectandū matronis : ne videretur ſuppoſititius partus eſſe. Nam Fazellus Decad. 1. &*

2. lib.

2. lib. 8. omnino aſſerit: eam fuiſſe Panormi Deo dicatam virginem: ſed à Gualterio Archiepiſcopo raptam Henrico VI. Cæleſtini Papæ permiſſu nupſiſſe: cum ſcilicet eſſet quinquagenaria (vt à multis ſcribitur) videlicet ferè ad pariendum inhabilis. Alii Fridericum 1193. aut 1194. natum volunt.

Eodem anno coorti fuere violentiſſimi venti: ac nimia effuſio aquarum, inundatioq; fluminum, menſe Martio: ita, vt quædam villæ & oppida deſtructa fuerint: teſte Lycoſthene in prodig. libro. Secuta eſt fames per Alemanniam pergrauis: de qua, verſiculus: *Venti & inundatio.*

Maxima tres annos preſſit fames hîc Alemannos.

Kal. Mart. donatio quorundam prædiorum facta eſt Templariis militibus (ſcribente Sigon.) ab Henrico: teſtibus, Conrado Duce Spoleti, & Vicario Regni Siciliæ: Bonifacio, Marchione Montisferrati: & Marcoaldo, Marchione Anconitano. Confirmata eſt non ità multò pòſt à Conſtantia (quæ ab Auguſto relinquebatur gubernatrix in Sicilia) vt patet ex Indice & ſubſcriptione Diplomatis. Conſtantia, Romanorum Imperatrix, & Regina Siciliæ. Datum Panormi, anno Dominicæ incarnationis M. C. XCVI. menſe Martio, 14. Indict. regnante Domino noſtro Henrico VI. Roman. Imperatore, & Rege Siciliæ potentiſſimo: anno Regni eius 26. Imperii V. Regni verò Siciliæ ſecundo. Henricus inde in Germaniam tranſiit. *Templarii milites.*

Qui profectò: Philippus frater eius, Dux, in Tuſcia ciuitates, quæ in fide Eccleſiæ erant (vt Sigon. ſcribit) oppugnare, ac ſuæ adiungere ditioni, inſtituit. Itaq; à Pont. Cæleſtino, communione Eccleſiæ exclusus eſt. Idem in Henricum Imp. & cæteros, quorum opera Salernit. Archiepiſcopus captus fuerat, futurum erat: niſi Legati ab Henrico miſſi, illum breui ſolutum iri aſſeruiſſent. *Philippus, Henrici Imp. Frater, in Italia relictus, à Pontifice excommunicatus.*

De nuptiis Græcæ IRENES, cum Duce Sueuiæ, Tuſciæ, ac terræ Mathildis, PHILIPPO, Imp. Henrici fratre.

Philippus Irenam, antehac in Panormitano Palatio inuentam, ſibiq; ab Imp. Henrico fratre traditam, in Alemanniam duxit. Qua de re, & cohærentibus, locum Vrſpergenſ. & Naucleri (Volum. 2. Generat. 40.) apponam. Per id tempus, inquiunt, Cunradus, frater Imperatoris, Dux Sueuorum, exercitum mouit contra Bertholdum, Ducem Zæringiæ, de voluntate Imperatoris. Qui Cunradus, cum eſſet in oppido Durlaich, obiit: ac ſepultus eſt in Monaſterio Lorchenſi. Multi aſſerebant, eum fuiſſe interfectum à quodam, cuius vxori vim feciſſet: vel, ab ipſa muliere. Erat enim vir libidinoſus ac totus fornicationibus deditus. Strenuus tamen in bellis, & ferox, ac largus in amicos: ſed metuebatur tam à ſuis, quam ab extraneis. Tunc Imperator contulit Ducatum Sueuiæ fratri ſuo Philippo: cuius opera præcipua vſus erat in Sicilia. Qui, relicta Italia, tranſiuit in Alemanniam cum vxore Irena, Conſtantinopolit. Imperatoris filia: ponens eam in caſtro Suainhuſen: cum multo & honeſto (vt alibi inueni) Gynæceo. Tum de mandato Imperatoris, Regium diadema impoſuit Otakero, Regi Bohemorum. Nuptias poſtea (anno ſequenti, tempore Paſchali, ait Vrſperg.) celebrauit, præſentibus multis principibus & Baronibus, apud Auguſtam, in campo magno: qui dicitur, concio legis. Hæc, illi. Alibi reperi, eas nuptias hoc 1196. anno, Regio cultu magnificè factas eſſe, in loco modò dicto: qui Germanicè Guntzimlech nominetur, in Pentecoſte. *Conradi, Sueuorum Ducis, mors.* *Philippo fratri, Sueuia tradita.* *Otaker, Boemiæ Rex, ab illo, in Germaniam reuerſo, coronatus.*

De Conrado ſupradicto, VVingartenſe Chronicon M. Scr. addit. Conradus, Berchtoldo in magno terrore poſito: morte præuentus, menſe Auguſto occubuit. Pro cuius requie, Miniſterialibus & ſuis hominibus mediantibus: non parua cœnobiis donata ſunt allodia. Inter quæ, Monaſterio VVeingartenſi collatum eſt prædium in Berengartrute, cum Eccleſia, & omnibus appendiciis, nec non familia. Imperator, audito eius obitu, vltrà, quàm dici poteſt, animo conſternatus eſt. Ducatum itaque Sueuiæ, fratri Philippo dedit: qui Irenam Conſtantinopolitanam, ab Imperat. Henrico iampridem datam, duxit. Proinde, conuocatis cunctis Imperii Principibus: nec non adducta ſponſa cum inſigni equitatu ad Pentecoſten: glorioſè arma ſumpſit, ac nuptias celebrauit, in loco, qui concio legum dicitur.

De hoc matrimonio, H. Mutii locus eſt German. Chronic. lib. 19.

Regis Siciliæ vxorem Henricus matrimonio iunxit Philippo fratri ſuo: cuius ſtrenua & fideli opera in bellis Apuliæ & Siciliæ vſus erat. Hæc mulier, nomine Irene, filia Conſtantinop.

Amor Philippi erga Irenen.

Imperatoris, pudicitiam ſeruare in votis habuit. Sed ob famam, & genus, animumque, Philippus ad eam adiecerat animum. Quare coacta eſt vi ad nuptias ſecundas, cum hoſte. Multa queſta eſt de rerum humanarum fragilitate & inconſtantia. Sed quo magis philoſophiæ præceptis animum muliebrem imbutum vidit Philippus: hoc magis rapitur in amorem eius: & ſecum in Germaniam ductam, Auguſtæ, præſentibus multis Principibus, magnificentiſſimis apparatibus nuptias celebrauit. Cum autem negotiis publicis ab ea abeſſe cogebatur: in munito, & amœnitatis præcipuæ, caſtro eam habuit, inter multas matronas & puellas nobiles. Hæc, Mutius. Qui quoniam formæ Irenes meminit: dubium non eſt, quin ea fuerit in ipſa excellens: ſicut hodie illi, qui Græcas fœminas Conſtantinopoli, & in Græcia, viderunt, valde ſpecioſas eſſe dicunt, tanquam Angelici decoris, vt vulgò loquimur. Dubium non eſt: quin optimis moribus, ab ineunte ætate, & aulica venuſtiſſimarum virginum ac matronarum ciuilitate fuerit inſtituta. Ideo nec hoc dubium eſt: quin huic Græcæ congruant etiam Græca hæc verba. Τὸ εἶδος εὐπρεπεστάτη ἦν: καὶ ἄντικρυς ἄγαλμα πλασθεῖσα ὑπὸ τῆς φύσεως. Item, hæc. Περικαλλὴς ἦν: καὶ ὁ τῆς ὥρας αὐτῆς ἀκμὴ, πολὺ διέπρεπε: τό, τε φθέγμα, ἀστειότατον εἶχε: καὶ προσομιλοῦσα διὰ χαρίτων εἶχεν.

Græcarum fœminarum formoſitas.

Et illa, quæ Heroni ſuæ tribuit Muſæus.

Μαρμαρυγὴν χαρίεσσαν ἀπαστράπτουσα προσώπου:
Οἷά τε λευκοπάρηος ἐπαντέλλουσα σελήνη:
Ἄκρα τε χιονέων κύκλα φοινιχθεῖσα παρειῶν,
Ὡς ῥόδον ἐκ καλύκων διδυμόχροον.

Διὸ, ὁ δὲξ φίλαπτος, ἰδὼν αὐτὴν, καὶ φθεγξαμένης ἀκούσας, εὐθὺς αὐτῇ ὑπεδουλώθη.

Nuptiæ Philippi & Irenes, Auguſtæ ad lycum.

φαντασία rerũ ibi magnificè factarum.

Quanta autem frequentia illuſtriſſimorum Principum, tunc apud Auguſtam! Quantus cœtus generoſorum comitum ac Baronum! Quanta multitudo animoſorum equitum ac nobilium, ex Germania & Sueuia! Quantus numerus, quæ ſpecies, quæ ornamenta, illuſtriſſimarum, & ſplendidarum matronarum, atque virginum! Fortaſsis & Græci generis cum Irena homines vtriuſq; ſexus aderant. Quantus populi concurſus vndiq;, cum totius pompæ, tum peregrinæ præſertim Dominæ nobiliſſimæ, ſpectandæ gratia! Quæ fercula! Quæ muſica! Qui concurſus equeſtres inclytorum & nobilium virorum! Quæ choreæ, quam modeſtæ, quanta cum reuerentia erga vultu & veſtitu ornatiſſimas fœminas! Cœlum ipſum ſua ſerenitate, terram herbis & floribus ſuis gratulata eſſe his tam ſplendidis nuptiis, credibile eſt.

In campo lyci ſi.

In campo enim Lyci, ſupra vrbem Auguſtam, inter Fridbergam & Meringam, celebratæ ſunt: ſicut ibidem, anno circ. 1127. Henrici nuptiæ Superbi, cum Lotharii Cæſaris filia Gertrude: quemadmodum ſupra lib. 9. ſcripſimus. Ergo, ſub diuo: contignationibus pro tempore, & papilionibus, erectis: aut quædam etiam ibi perpetua erant ſplendidiora ædificia. Non intra vrbem: quòd ea tunc nec capax tantæ multitudinis hoſpitum, & foris omnia amœniora, eſſent.

Hæc ſic à me cogitata, fortè à vero non abhorreant. Sed tamen ante biennium Auguſtam, cum ad M. Dauidem Hœſchelium, doctiſſimum Annææ Scholæ Profeſſorem: tũ ad nobilem clariſſimumq; virum, Med D. Adolphum Occonem, literas miſi: vt aliquid de hiſce nuptiis, aliisq; Irenæ rebus, certius cognoſcerem: ſi fortè quid ibi ex veteribus monumentis ſciretur. Reſpondit vterque humaniter: ſed quid effici potuerit: ex hac D. Adolphi Epiſtola ſatis patet.

MARTINO CRVSIO, PROFESSORI RHETORICÆ ET Græcarum literarum Tybingæ digniſſimo.

Ἐν Χριστῷ ὑγιαίνειν, καὶ εὐτυχέστατα πράττειν.

Epiſtola de illis nuptiis.

Vtinam potuiſſem præſtare id, quod magnopere deſideraſti, de nuptiis Irenes: & de proceribus, qui eis interfuerunt: atque de ipſo nuptiarum loco. Sed de horum nullo quid explicatè conſtat. Adeo autem mihi ſtudium cognoſcendi non defuit: vt etiam expertiſſimum talium rerum, virum nobilem, Ioan. Georgium à VVerdenſtain, Aichſtadii modò degentem, per literas interrogauerim: cuius reſponſum mitto. Te febri laboraſſe, cognoui. Scio, febres in ſenibus eſſe periculoſas. Tua verò tertiana, cum iam vellera ſiccet, ſicuti ſcribis, vide, ne in Hecticam prolabatur. Proinde opus erit omnibus modis humectatione, & refrigeratione: ſed tali, quæ ſenectuti non obeſſe poſsit: in qua dominatur frigiditas & ſiccitas. Tu verò quod Climactericum metuis, tibi fortè iniurium fore (quem cum Auguſtus Imp. euaſiſſet: fertur Diis ſacrificaſſe, neſcio quot hecatombas) certum eſt, plures, eoſque doctos viros, Climacterico maiore in humanis eſſe deſiiſſe: non tamen omnibus eundem eſſe fatalem: ſicuti

Febris in ſene.

Climactericus annus.

nec

Nec mihi, nec progenitoribus meis: qui hunc annum etiam 73. exceſſerunt: & ego viuo, ſicut indies moriturus. ἐσόμεθα γὰρ, ὁ βίος οὗτος, *vt noſti. Deus, qui te in ægritudinibus, periculis, anguſtiis, mirificè recreauit: & videre fecit dies annosq́ complures: per Chriſtum Ieſum tibi porrò adſit: ac tibi det Pylij ſecula longa ſenis. Auguſtæ Vindel. 1589. 4. Idus Iulij.* D. Occonis vita.

Tuus ex officio Adolphus Occo.

CLARISSIMO, ET MVLTIIVGA ERVDITIONE ORNAtiſſimo, viro, Medico, Philoſopho, Polyhiſtori, D. Adolpho Occoni, amico ſingulari, ὑγιαίνειν.

Quæſtio de Cæſaris Philippi Sueui coniugio, & loco nuptiarum, me ſanè aliquot diebus torſit: dum libros Germanicorum Hiſtoricorum euoluo. Sponſa Irena, ab eo in Germaniam deducta, aliquandiu in caſtro Schvveinhauſen habitauit: cum qua ipſe poſtea, anno 1196. ſalutis, magnificentiſſimo apparatu, præſentibus cum pluribus Magnatibus, nuptias apud Auguſtam Vindel. vel Rhatiæ celebrauit. Locus nuptiarum, concio legis ab Vrſperg. nominatur: quem aliqui interpretantur Guntzenlohe, & aliter. Sed quàm benè: aliorum iudicium eſto. Ego omnino arbitror, fuiſſe in vrbe Auguſta locum aliquem percelebrem, dictum Guntz in Leche: quaſi editam ſpeculam ad Lycum fluuium: adductus authoritate Othonis de S. Blaſio: eorum temporum Hiſtorici non incelebris: qui ad annum 1196. inter reliqua ita ſcribit. Philippus Henrici VI. Imp. frater, in Alemanniam perueniens: apud Auguſtam vrbem, in Pentecoſte, armis cinctus, nuptias magnificè celebrauit: in loco, qui Guntzinlech, à quibuſdam Cōcio legum, dicitur. Non latet me, D. Achillem Gaſſarum in manuſcripto ſuo Chronico Augſburgenſi, eadem ferè cum Nauclero, & quaſi per coniecturas, poſuiſſe. Sed cùm in propinquo Auguſtæ agro, haud facilè huius denominationis locus extet: & mihi non veriſimile videatur: Philippum cum tanta Principum, & illuſtrium virorum, copia, ſub aperto cælo, & in campo edito, tantas nuptias celebraſſe, extra tam inſignem vrbem: acquieſco ſupradicta ſententia mea. Poſſet etiam talis coniectura moueri de Imp. Friderici I. nuptiis ſecundis: cum Beatrice Burgunda apud VVirceburgum celebratis, in loco dicto Katzenvveicker: qui adhuc eſt, ſed intra mœnia ſitus: & hoc tempore eſt curia canonicalis, amici mei Craffionis Hartmanni, Michlingi Canonici. Non etiam mouet me: quòd Albertus Crantzius, diligens rerum Germanicarum author, Saxoniæ ſuæ lib. 7. cap. 15. ſcriptum reliquit: Philippum Regem, Moguntiæ cum ſua coniuge contraxiſſe matrimonium: contra authoritatem Authorum omnium. Idem etiam ſuæ Metropolis lib. 7. cap. 17. refert de hoc Philippi coniugio cum Conſtantinopolitana: neque vllius loci meminit: ſed nomen ſponſæ facit (Cæciliam) quod nullus Authorum ponit. Habes nunc, optime D. Adolphe, meam de hoc coniugio & loco ſententiam. Catalogum verò Principum virorum, qui huic pompæ interfuerint, non puto apud vllos Authores reperiri: niſi aliquid tale ex diplomatibus Regiis colligamus: quæ hinc inde in Principum tabulariis adſeruantur. Nomiſmata verò Cæſarum Germanicorum (in quibus fortè imago Philippi & Irenæ conſpicerentur) vſque ad tempora Imp. Sigiſmundi, nulla ferè viſuntur. Vale. Euſtadij 4. Kal. April. 1589.

Concio legis. Achillis Gaſſari Chronicō. Katzenvveicker. Nomiſmata Cæſarum Germanicorum.

Tuus ex aſſe

Iohan. Georgius à VVerdenſtein.

Hæc, illi clariſſimi & doctiſſimi viri, Auentino tamen placere videmus (vt dictum eſt) locum illum nuptiarum, Concionem legionum dici (fortè quòd Romanorum legiones, quādo ipſi Vindeliciam & Rhætiam adhuc tenebant, ibi luſtrari, aut recenſeri, ſolitæ fuerint) & eſſe campum extra vrbem Auguſtam. Gaſſari locus, cuius mentionem Epiſtola VVerdenſteinij facit, hic eſt: ſicut à clariſſimo viro, Ioanne Vlrico Rumlero Auguſt. Medico 1588. accepi. Apud Augſburgum Philippus nuptias anno Chriſti M. C. XCVII. *quàm ſplendidiſſimo apparatu, planeq́ Regali luxu, fecit. Alij, iſta prope ciuitatem noſtram, in latiſſimo Lechi campo, loco, qui Eptaticus, & Concio legionum, vulgariter* zum Guntzlech *dicitur, aſſeuerant. Hæc, ille. Ibi etiam reperi ego de Suainhauſa (quam diu antè veſtigaueram, vbinam eſſet, ſed non inueneram) eam non longè ab vrbe Auguſta abfuiſſe. De qua arce, rurſus aliquid ſuo loco dicam. Vide etiam literas Occonis alteras, ſuperioribus prius ſcriptas, infra cap. 14. Nunc felicem & fauſtam precationem ponam: qua vſuri fuiſſent, politicus ſiue vulgaribus verſiculis, Græci: ſi nuptiis Philippi & Irenæ affuiſſent. Ipſi* πολυχρονισμὸν *vocant.*

ὁμήρως ad ſupraſcripta. Eptaticus locus. Suainhuſen. Gratulatio de nuptiis. πολυχρονισμός.

Φιλίππῳ τῷ παντευτυχοῦς, δουκὸς ἐκλαμπροτάτου,
Ἐνδόξου συμβιοῦντος· Εἰρήνῃ σὺν τῇ χρυσῇ,
Φαεινοτάτῃ βασιλίσσῃ, γλυκείᾳ, παναρέτῳ·
Πολλὰ τὰ ἔτη καὶ καλά, μερίμνης ἔξω πάσης.

Ex Sidonio Apollinare dictum fuiſſet.

Illuſtres ſponſi, longum feliciter æuum
Ducite concordes: ſint nati, ſintque nepotes:
Cernat & in proauo, ſibimet quod pronepos optat.

Splendor nuptialis.

Rhytmi Germanici.

Köſtlicher Volck man nicht bald ſah:
Alſo/daß männiglich da jah:
Von Fürſten/Ritter/vnd auch Frawen/
Künd man die Welt gar wol da ſchawen.
Die Königin hielt ſich tugendlich/
In reicher zier demütiglich.
Die Hochzeit wahrt viel manchen Tag:
All ehrlicher frewd man da pflag.
Aber nach frewd kompt manchsmal leyd:
Nach güldnem ſtück/ein trawrig Kleyd.
Im Himmel bleibt recht Seligkeit:
Auff Erden/lauter nichtigkeit.

Imaginem aliquam harum nuptiarum, part. 3. lib. 1. cap. 3. in Iola cum Friderico II. Imp. nuptiis, contemplari potes.

Muſica nuptialis. Tempus, rerū ἀφανιστικόν.

Quales tunc cantilenæ (ἀναθήματα δαιτός τε καὶ ὀρχήσεως) à Muſicis, voce & organis, ſuauiter & pro dignitate, magis exhilarandi gratia tantæ maieſtatis nuptias, decantatæ fuerint: ignoratur. Nam ſenex ille, qui χρόνος vel κρόνος (Tempus & Saturnus) appellatur: tum cantiones, tum nomina conuiuarum illuſtrium & nobilium, tum cætera pleraque, in paludem Lethes (obliuionis perpetuæ) iniecit. Vtinam verò duo Cycni (Hiſtoricus aliquis, aut Poëta) ea ſurſum extuliſſent. Haberemus nunc multa, quibus delectaremur. Sed nondum erat tunc felicitas hodiernorum temporum: vt & docti homines deſcripſiſſent: & diligenter Bibliopolæ expreſſiſſent.

Fridericus, Hēnrici F. Auguſtæ tunc Rex Rom. deſignatur.

Ad has nuptias, cùm ferè omnes Germani Principes (teſte Gaſſaro in M. Scr.) confluxiſſent: ac peracto Feſto, in ciuitate Auguſtenſi de communibus etiam negotiis conſultarent per aliquot dies: Imp. Henricus per internuntios amicos ab eis contendit: vt filium ſuum Fridericum, Regem Romanorum conſtituerent. Quod & factum eſt: literas cum ſigillis ſuis (Vrſperg. teſtante) Principibus ad Imperatorem mittentibus.

Ducis Philippi in Italiam profectio.

Nuptiis ſummo honore & gaudio ſic peractis: Dux Philippus non ita diu pòſt, non manſit in Germania: ſed iuſſu Imp. Henrici, in Siciliam, ob Regni inſpectionem iter ſuſcepit: ſuis negotiis interim Conſtantienſi Epiſcopo Diethelmo commiſſis. Siciliam tamen non attigit, vt poſterius audiemus.

Henrici Leonis mors.

Henricus Leo (de quo dudum, & multa, dicta ſunt) 16. Aug. 1196. vitam reliquit Brunſuigæ, vbi & ſepultus eſt.

Noua in Syriā contra Saracenos expeditio.

In Germania verſans Henricus: cùm malè audiret ob captum & mulctatum, poſt reditum è ſacra expeditione, Richardum Regem Anglum: compenſare id correctione hac voluit: quòd & ipſe ſtatuit afflictis Syriæ rebus opem ferre. Ea re comitia VVormaciæ, exeunte Nouembri, habuit: & Germanos ad illam expeditionem accendit. Quinetiam, plerisq; crucem à Legato Pontificio accipientibus, & ipſe abiiſſet: niſi domi manere ei ſuaſum eſſet. Sic enim magis, quæ exercitui neceſſaria eſſent, ſumminiſtrare poſſe. Proceres huius militiæ fuerunt.

Conradus, Moguntiæ Archiepiſcopus.
Conradus, Epiſcopus Herbipolenſis: antea Cancellarius Imperatoris.
Zizenſis & Halberſtatenſis, Patanienſis & Ratisbonenſis, Epiſcopi.
Henricus, Dux Saxoniæ, Leonis F.
Henricus, Palatinus Rheni.
Leopoldus, Dux Auſtriæ.

Herman-

Hermannus, Landgrauius Turingiæ.

Gotfridus, Dux Brabantiæ.

Henricus Caledinus Mareſcalcus.

Et alij multi. Iturus vnà Philippus Sueuus fuiſſet: niſi deſiderio ſuæ Irenæ retentus eſſet.

Adiuti fuêre Conſtantinopoli, commeatu & claſſe, ab Imper. Alexio Angelo, Irenæ patruo.

Eodem 1196. anno, menſe Decembri, Hirſaugiæ Abbas Henricus, ſe munere hoc abdicauit: conſcius ſibi multorum, quæ negligenter & perperam in eo feciſſet: conſulens etiam otio ſenectutis ſuæ. Præpoſituram viciſſim Rothenſem, vt ſe ſuſtentaret, à fratribus accepit. Obiit ſequenti anno, poſtremis menſibus dolore conſumptus, 4. nonas Iunij. Subſtitutus eſt 1196. vltimo die Iunij, in locum eius, Marquardus Monachus huius conuentus, XXI. Abbas. Oriundus è Sueuia fuit, perquam nobilibus Parentibus: nempe ex Comitibus de monte Solis (Sonnebergenſibus) originem ducens. Factus fuerat in hoc Cœnobio Monachus, ſub Abbate Conrado, auunculo ſuo. Paulò longior mediocri, robuſtus, μελανόθριξ, μεγαλόφωνος: id eſt, capillo circùm nigricante: voce tubali, improborum territrice. Satis diſertus, Latinè & Germanicè. Largus & beneuolus in ſubditos: ſed negligentior in regulari diſciplina ſeruanda: dum ſcil. incumbere coactus eſt ad reſiſtendum Comiti Adelberto, Cœnobij huius Aduocato: contra priuilegia Pontificum & Imperatorum agenti. Camerarium hic Monaſterij, die quodam ante portam ceperat: manibus poſt tergum religatis captiuum abduxerat: in ipſum Abbatem, à Camerario ſtantem, impetum fecerat. Abbas verò Romam profectus: ſemel item, iterumq́ue, nuntios eò mittens: Comitem auctoritate Apoſtolica compeſcuit: & ad ſatisfactionem (pro bonis ademptis, & Monachis expulſis) compulit. Præfuit A.8.M.6.D.21.

Hirſaug. Abbates.

Sonnebergenſes Comites.

Adelberti Comitis iniuria in Hirſaugienſ.

MORES ALEMANNORVM IN SYRIACA EXPEDITIONE. IMP. Henrici tertia trans Alpeis profectio. Priuilegium, ab eo datum Henrico Calatino. Leopoldus, VVormacienſis Epiſcopus. Haſtiludium duodecimum, Noribergæ celebratum. Obitus Imp. Henrici VI. in Sicilia. Philippi Ducis reditus difficilis in Alemanniam. Nouus Papa, Innocentius III. Gualtherus Comes, Siciliæ turbator.

CAPVT VI.

ANno 1197. menſe Martio, Alemanni in terram promiſsionis venerunt (verba Vrſpergen.) bellicoſi, crudeles, expenſarum prodigi, rationis expertes, voluntatem pro iure habentes, enſibus inuicti. In nullis, niſi hominibus ſuæ gentis, confidentes. Ducibus ſuis fideliſsimi: &, quibus vitam citius, quàm fidem, poſſes auferre. Hi cùm eò veniſſent: treugas (inducias) fregerunt: quas Rex Angliæ in diſceſſu ſuo ſtatuerat. Vrbem Berytum recuperarunt, Ioppen perdiderunt. Deſcribit eos, tanquam Pyrgopolinicas.

Alemannorũ militum mores in Syria.

Imp. Henricus (poſtquam Haſtiludio ſcilicet, de quo poſterius dicam, Noribergæ interfuiſſet) rurſum in Italiam & Siciliam profectus fuit. Ex Sicilia, quòd Papa inſidiaretur ei in Inſula attrahenda, omnes theſauros in Germaniam aſportandos curauit. Effecit etiam Panormi: vt filiolus Fridericus, Siciliæ Rex coronaretur: ac Sacramenta apud eum dicerentur.

Tertiũ Fridericus Imp. in Italiã profectus: Fridericus F. Rex Siciliæ.

PRIVILEGIVM, ab eodem datum Henrico Caledino. Apud Lazium, & Matthæum Bappenh.

In nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis: Henricus ſextus, diuina fauente clementia, Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, et Rex Siciliæ. Imperialis excellentiæ noſtræ conſueuit benignitas, deuota fidelium ſuorum obſequia clementer reſpicere, eisque pro benemeritis multimoda munificentiæ ſuæ impartire beneficia. Quapropter notum facimus vniuerſis Imperij noſtri fidelibus, præſentibus & futuris: quòd nos præ oculis habentes puram fidem, & præclara ſeruitia: quæ fidelis noſter Henricus, Mareſcalcus de Kallentin, ad exaltationis noſtræ gloriam, frequenter & fideliter exhibuit: præcipuè, vbi contra proditores noſtros fideliter & ſtrenuè decertauit: in remunerationem obſequiorum ſuorum, de innata nobis clementia concedimus ei in rectum feudum, & heredibus ſuis præſenti pagina in perpetuum confirmamus, totum officium noſtrum: quod Sigboto de Iagsbouen, & Hermannus Dietenkerus « « « « « « «

Calatino Henrico priuilegiũ datum.

» (in Germanico, Denckering) à nobis tenuerunt. Videlicet paludem, & omnia bona, quæ perti-
» nent ad paludem circa Nevvburg apud Danubium: Aduocatias omnes (alle verwaltung) &
» ſpecialiter Aduocatiam ſuper bona beati Vdalrici apud Horben: & omnia bona, quæ noſtræ Vr-
» bana fuerunt (in German. Alle Güter / die vns zu haben gehören) cum omnibus hominibus
» (Zinßleuten) & Aduocatiis, ad ea pertinentibus. Inſuper concedimus prædicto Henrico Mare-
» ſcalco, & Heredibus ſuis, nomine recti feudi, & præſenti pagina in perpetuum confirmamus, to-
» tum officium noſtrum, quod Vdalricus de Rotenburg tenuit: videlicet curiam in Mulbach: de-
» cimam omnem in Langgrundule: decimam omnem ante ſyluam circa Gelere: omnes Eccleſias,
» quas Gumpertus Clericus de Tuſingen à nobis tenet, &c. Ad cuius rei certam in poſterum euidẽ-
» tiam, præſentem paginam inde conſcribi iuſſimus: & Maieſtatis noſtræ ſigillo communiri.

Huius rei teſtes ſunt.

Matthæus, Capuanus Archiepiſcopus.
VVilhelmus, Rheginus Archiepiſcopus.
Bonghamus, Cuſentinus Archiepiſcopus.
Laurentius, Syracuſanus Epiſcopus.
Heinricus, Aichſtetenſis Epiſcopus.
VVilhelmus, Marchio Montisfortis.
Henricus, Dominus Auſtriæ.
Chunradus, Dux Spoleti.
Comes Berchtoldus de Legſgmynd.
Marquardus Seneſcalcus, Marchio Anconæ, & Dux Rau...
Comes Albertus de Sponheim.
Arnoldus de Horben.
Arnoldus de VVulfa.
Rombodo Mareſcalcus.
Henricus Pincerna.
Henricus, Mareſcalcus Auebor.
Sigefridus, Mareſcalcus de Hagenoue.
Chunradus, Dapifer de Rotenburg.
Fridericus de Rotenburg.
Eſchenau. Ortmundus de Eſchenoue.
Albertus Rindſmaul.
Hermannus de Stalem.
Merbodus de Subenhaim.
Dietenckerus, Henricus, & Bibodus, de Surffenſtain.
Burchardus Kornhund.
Conradus de Holtzingen.
Henricus de Sunnenbach.
VVerndo de Büttelbrunn.
Conradus & Diepoldus de Holtzhaim.
Raimundus de Horben.
Henricus de Vogburg.
Rudiger de Mundelingen.
Albertus & Sigfridus Keſtelini.
Volmarus de Lombardia.
Eberhardus Camerer Aquenſis.
Bôtzvvirus Camerer de Aneſtetten.
Otto Speiſer. Et alij plures.

Signum Henrici VI. Romanorum Imperatoris inuictiſſimi, & Regis Siciliæ.

Et ego Conradus Puldeneshofer Epiſcopus, curiæ Imperialis Cancellarius, vna cum Domino VValthero Troiano Epiſcopo, & Regni Siciliæ Cancellario, recognoui. Actum anno Dominicæ incarnationis M. C. XCVII. Indict. 15. anno inuictiſſimi Imp. Rom. Henrici VI. & Regis Siciliæ: Regni eius 28. Imperij 7. Regni Siciliæ 3. Datum in Sicilia inſula, die 3. Auguſti.

His

Hic Henricus Calatinus eſt ille: qui poſt 1208. annum, necem indigniſſimam Philippi R. ſtrenuè in Othone VVittelſpachio vltus eſt. Præſenti autem anno, cum Principibus in Palæſtinam iuit.

Hoc tempore, Vracenſis Comitis filij viuebant, Conradus & Bertholdus. *Vracenſ. Comites.*

Comes Rudolphus Habſpurgenſis, vxorem habuit Agnetem. Vnde natus fuit Albertus, Landgrauius Alſatiæ, Hohenſtauffenſem ſe prædicans. *Hohenſtauff. Albertus, Lãdgrauius Alſatiæ.*

Leopoldus, ex Præpoſito Neohuſano factus eſt (ſcriptore Bruſch.) Epiſcopus VVormacienſis: vir inſigni, tum corporis, tum animi robore, præditus. Præfuit ab hoc 1197. anno, 20. annos. Obiit enim 1217. anno. Hic 1200. anno Sigefridum, Baronem ab Eppenſtain, Moguntinum Archiepiſcopum conſtitutum, exercitu inuadens, expulit: atq;, quandiu Rex Rom. Philippus vixit, quietè vtriq; Epiſcopatui præſedit. Qua de re, poſthac plenius. *VVormac. Epiſcopus Leopoldus.*

Hoc anno campanile (ſic vocatur turris Templi: in qua cãpanæ pendent, οἱ ἱεροὶ κώδωνες) Cæſarienſis ad Danubium Monaſterij factum eſt. *Campanile Cæſarienſe.*

Anno 1198. ſcribuntur à Ruxnero, Norikergæ facti eſſe duodecimi ludi equeſtres, Germanicæ nobilitatis: die Dominico poſt purificationis D. virginis, ibi congregatæ: & ſequentes dies huic exercitationi oſtentationiq; impertitæ. Sed cùm Henricus Imp. qui eis interfuit, poſt vernum tempus in Italiam & Siciliam præcedente anno ſit profectus, nec inde redeat: debemus eos ludos ad 1197. annum (qui initiò à Ruxnero quoq;, in Germanico ipſius opere ponitur) referre. Horum autem ludorum ratio & celebratio hæc fuit. *Haſtiludium 12. Norikergæ.*

Cauſæ, cur eos Imp. Henricus voluerit Norikergæ celebrari.

Vna, quòd peregrè abiturus erat, ob conſtituenda ſua Regna.

Altera, vt aliquorum commodorum occaſio ciuibus, qui temporibus Henrici IV. & Henrici V. magna damna acceperant, daretur.

Reges horum ludorum.

VVilleboldus Degenbergius, Bauaricus.

Ioannes Hyrnheimius, eques, Sueuicus.

Ortholphus VVilhelmsdorffius, Francicus.

VVilhelmus Reiſſenbergius, eques, Rhenanus.

Interfuerunt Sueui.

Imp. Henricus VI.

Lyzelmannus, Dux Teccenſis. (Fratrem is habebat Hermannum II. & vxorem Beatricem, Grœningenſis Comitis F. ex qua, filia Anaſtaſia nata fuit. Patre ille natus fuerat Hermanno I. qui ſe Comitem quoque VVilspergenſem nominauerat.)

Rudolphus etiam interfuit, Marchio Badenſis.

Comites.

Rudolphus Montfortenſis.

Henricus VVerdenbergenſis.

Fridericus Friburgenſis. *Friburg. Comes.*

Ioannes Helffenſtainius.

Conradus VVeiſſenhornanus.

Albertus Dillingenſis.

Ludouicus Pfirtenſis.

Gebhardus Hohenlohenſis.

Lampertus Veringenſis.

Barones.

Gotthardus VVeinſpergenſis. *VVeinſperg. Baro.*

Godefridus Lympurgicus.

Aſſignatores munium Ludicrorum: qui ſuum cuique officium præſcriberent.

Ioannes Fridericus Fridingenſis.

Ei adiuncti, Nicolaus Eptingius, & VVolfgangus Halvveilius.

Inſpectores & iudices armorum.

Viri. Ioannes Henricus ab Anvveil, pro ſeniore.

Henricus à Bach, pro iuniore.

Fœminæ. Adelhaidis Hacholtingia, vxor Alberti de Ahelſingen.
Gutta VVeſterſtettenia, vidua Philippi Sturmfaderi.
Anna Gundelshaimia, virgo.

Arenarij, vel diremptores pugnarum. Primo die.

Eringus ab Entzberg.

Poſtero die.

Schvvickardus de Hatſtat.

Funarij, vel obſeruatores ſeptorum. Primo die.

Fridericus Bernſelſius.

Poſtero die.

Conradus Zylnhartus.

Nouus Rex, in ludos ſecuturos.

Erneſtus Staffelius.

Et alij aliquot Sueui, ludis his interfuerunt.

Numerus certantium. *Numerus omnium galeatorum in his ludis, fuit 620. in quo, 13. Principes, 29. Comites, 13. Barones, 68. aurati equites, & 497. nobiles. Hi omnes certarunt. Sed multi etiam non certantes adfuerunt, Comites & nobiles. Fœminarum illuſtrium & nobilium numerus, 176. inter quas, 7. Principiſſæ, 15. Comitiſſæ, 6. Baroniſſæ, nobilesq́; 148. aut etiam plures.*

In Choreis.

Imperator non adfuit.

Quartus (poſt præſultantes tres) ſaltabat Hermannus, Landgrauius Turingiæ: cum vxore Lyzelmanni, Ducis Teccenſis.

Quintus, Lyzelmannus hic: cum Sophia Bauara, vxore Comitis Hennenbergici Popponis.

Sextus, Conradus, Luſnicia Marchio: cum Anaſtaſia, Lyzelmanni Teccenſis D. filia.

Prãdium Noribergenſe. *Die ſequente Dominico, Imperatori, Principibus, & conſequenti nobilitati, Prandium dedêre ſplendidum Noribergenſes: etſi magna pars præcipuarum fœminarum, domum propter ſuas cauſas diſcedebat. Imperatorem ergo præſtolantes deducebant Principes & nobilitas, equitantem pedites, ad conuiuium.*

Sedebant ibi: in prima & ſuprema oblonga menſa:

Imperator, & iuxta, quadam Princeps matrona.

Deinde, octo Principes Imperij, ac totidem matronæ, virginesque primariæ, viris intermiſtæ.

In ſecunda, dextrorſum poſita:

Generoſi Comites duodecim, cum fœminis totidem: quæ ſingulæ ſingulorum latera tegebant.

In tertia menſa, ſiniſtrorſum.

Duodecim Conſiliarij Cæſaris, cum duodecim item matronis & virginibus, interſidentibus.

In quarta, proximæ menſæ appoſita:

Comites & fœminæ duodeni.

In quinta menſa:

Duodeni equites, & Palatio Præfecti: cum matronis ac virginibus.

In ſexta & vltima:

Conſules & Senatores Noribergenſes.

Erant & aliæ duæ aulæ: quæ habebant ſenas menſas: in quarum vna, 150. ferè Comites, Barones, & nobiles, ſedebant: in altera verò, 80. pulchertimæ ornatiſſimæque matronæ & virgines, Noribergenſes patriciæ.

Ferculorũ numerus. *Miſſus appoſiti, in menſa Imperiali 36. in cæteris ſingulis, 24. cibi: caro domeſtica & ferina, piſces, aues, pulmenta. Vina: Italica, Gallica, & Germanica. Ex Germanicis, Franconica, Rhenenſia, Neccarica, Auſtriaca.*

Chorea. *Remotæ deinde ſunt menſæ, & aliquandiu chorea ducta: donec patricij vrbis pararent ſe: qui & ipſi Imperatorem decurſione quadam equeſtri honorarunt, ac laudem inuenerunt.*

Quoniam

Quoniam autem quidam principes ante hanc ſolennem inuitationem, non æquis animis ab Imperatore diſceſſerant: ipſe, qui non vltra 400. equitibus comitatus aduenerat: à Noribergenſibus quoq; comitatum aliquem, vt tutius Donavverdam perueniret, petiit: quod & obedientiſſimè factum eſt: comitantibus etiam, 5. Principibus.

Comites igitur fuerunt Maieſtatis eius: — Comitatus diſcedentis Cæſaris.

Ludouicus, Dux Bauariæ. 380. equis.
Lyzelmannus, Dux Teccenſis, 86. equis.
Ludolphus, Marchio Badenſis, 120. equis.
Henricus, Marchio Rumſpergenſis, 65. equis.
VVernheri, Marchio Hochbergenſis, 64. equis.
Noribergenſes, Magiſtro equitũ VVilhelmo Hallero ſeniore, 400. equis. Qui erant cũ equis.

VValdſtromeri, 16.	*Brunſteri, 7.*
Halleri, 19.	*Ripperi, 8.*
Volckheimeri, 13.	*Ingrami, 3.*
Koleri, 9.	*Grundharri, 13.*
RuntZenij, 15.	*Fœrchtelii, 13.*
Nortvveinij, 8.	*Bilgrami de Eibe, 11.*
Ebneri, 8.	*Rietharri, 10.*
Sigvveini, 11.	*Muffilii, 14.*
Tatzelii, 9.	*Mendelii, 10.*
Schyrſtabii, 11.	*Zenneri, 6.*
Saxenii, 5.	*Tucheri, 14.*
Holtſchuberi, 12.	*Gruberi, 14.*
Fſchalavveri, 8.	*Schytzii, 9.*
Steinlingeri, 12.	*Nevverlini, 9.*
Lemleinii, 6.	*Groſſenii, 10.*
Amonii, 6.	*Creſſii, 9.*
Cunharri, 8.	*Behemii, 9.*
Reinſpergeri, 12.	*Schlevvizeri, 4.*
Eiſenvvangeri, 10.	*Drachtemii, 6.*
Elvvangeri, 6.	*Stromeiri, NutZii, 18.*

Magnam omnes hæ familiæ, ab imperatoria maieſtate gratiam, virtute & obedientia ſua inierunt: eaſq; Auguſtus poſthac ceteris nobilibus, qui montana incolerent, dignitate æquales, & equeſtrium certaminum participes, eſſe voluit: modò, vt hactenus, ita in poſterum quoq;, mercatura & cauponatione abſtinerent: annuis ſuis redditibus & commodis victitantes. Quarum rerum Diploma eis dedit: ſumma cum gratia à ſe domum dimiſſis: Hæc, hactenus. — Honores Noribergenſium ab Auguſto Henrico.

In Sicilia autem Imp. Henricus verſans, dum venationi operam dat, in ſylua ex frigidiſſimo fonte bibit. Vnde in febrim incidens, & Meſſanam deportatus, cum finem adeſſe ſibi vitæ videret: filium ſuum paruum Fridericum, cum matre eius Regina Conſtantia, commiſit tutelæ Pontificis Rom. atq; fratris Philippi: quem Romano Imperio, dum Fridericus adoleſceret, præeſſe voluit. Inde 3. Kal. Oct. 1198. in feſto ſcil. S. Michaelis, animam Deo reddidit. Alibi ad 1197. aut 1199. annum, obitus eius ponitur. Sepultus eſt Panormi, in maximo Templo, porphyretico ſepulcro. Dicebatur, veneno vxoris periiſſe: quod in propinquos ipſius crudelis fuiſſet. Sed negat hoc veriſimile eſſe Vrſpergenſis: & à familiariſsimis Henrici negatum ait. Fu Enrico prudente, eloquente, & di mediocre ſtatura: aſſai gratioſo di aſpetto: debile di corpo, ma d'animo aſpero & vehemente. Onde fu molto terribile à gli nemici. Molto ſi dilettaua di cacciare, & di vccellare con falconi, & altri vccelli di rapina. Leander Albert. in deſcript. Italiæ. Fuit Heinricus, magnus venator & auceps. Ac dicitur pater eius Fridericus, primus in Italiam importaſſe morem falconibus, & aliis id genus rapacibus auibus, aucupandi. Conſtantia porro cum Friderico puero, in Regni Sicilienſis gubernationem ſucceſſit. Ante autem ſucceſſionem pueri huius, Piſani Siciliæ vrbem Syracuſas (la città di Saragoſa) quã olim Barbaroſſa Genuatibus conceſſerat, occuparũt: expellendis inde ciuibus & clericis. Sed recuperarũt Genuates. Paul. Interianus in Genuenſi hiſtor. Secutum eſt dehinc, auctore Papa, ciuile in Germania bellum. Qua de re, verſiculus eſt vetus: — Imp. Henrici obitus. — Eius mores [illegible]. — Venator. Auceps.

Auguſtus moritur: fugit hinc pax, lis reparatur.

Exercitus ex Syria redit. Ioppa deſtructio. Armenia Rex.

Exercitus Chriſtianorum, qui in Syriam profectus erat, audita Heinrici Imp. morte, per vrbem Conſtantinopolin eſt reuerſus. Vnde magis factum eſt: vt res Chriſtianorum, illic habitantium, auxilio deſtituta, paulatim peſſum iret. Perdita eſt Ioppe, & à Barbaris deſtructa. Moguntinus verò Archimyſta Conradus, in Armeniam profectus: Leonem Regio diademate inſigniuit (qui ſic factus fuit cliens Imperii Rom.), paceque inter eum, & Antiochenum Principem, facta, ſequenti tempore domum & ipſe rediit.

Philippi Ducis reditus in Germaniam.

Dux Philippus, qui in Siciliam perrecturus erat: fratre Henrico defuncto, difficulter in Germaniam euaſit, ex inſidiis Italicarum gentium: puero Friderico, & matre Conſtantia, remanentibus in Sicilia. Siculi, Calabri, Apuli, Alemannos oderant. Eccleſiaſtici quoque in Ducatu Hetruriæ, adeo animos extulerant: vt, cum Philippus ex Germania Montemflaſconem veniſſet, vim militibus eius inferrent. De quibus rebus, verba Vrſpergenſis hæc ſunt. Philippus, inquit, frater Imperatoris, eo tempore exierat de Alemannia: vt veniret ad ipſum in Siciliam: proceſſeratque vſque ad montem Flaſconis, caſtrum quoddam apud Viterbium. Vbi de morte Imperatoris nuntiatum eſt ei, ortaque eſt ſeditio in partibus illis: maximè contra Teutonicos, qui tunc in partibus Italiæ demorabantur. Vnde in caſtro eodem, quidam de familia Ducis occidebantur. Inter quos erat Fridericus, nobilis Miniſterialis eius de Tanne: frater Dapiferi, qui nunc eſt. Et ipſe Dux, cum magno diſcrimine ab Italia receſſit: & laborioſè peruenit in Alemanniam.

Flaſconis mons.

De nouo Cæſare eligendo, Principum incôſtantia, aduerſus Heinrici filium Fridericum. Hagenoa.

Ibi iam Principes (inquit idem) iuramenta ſua de filio Imperatoris Henrici Friderico promouendo) poſtponentes: de electione noui Imperatoris tractare cœperunt: quia cupiebant diripere hæreditates, quæ ad Sueuicam ſtirpem pertinebant. Sed Deus conterens omnem impietatem & perfidiam ipſorum, hoc fieri non permiſit. Inſpirauit enim hominibus: vt ſuos natiuos Dominos non derelinquerent, & alienis adhærerent. Ideo Philippus mox ad partes Rheni ſe contulit: ac natalem Domini in caſtro Hagenoa celebrauit. Vbi venerunt ad eum Officialis & Miniſteriales: ac quidam de Principibus & Baronibus terræ: cum quibus in arcano conſilia tractauit. Aderat & Conradus, Argentinenſis Epiſcopus: qui etiam auxilium Duci promiſit de obtinendo Imperio. Id enim Philippo tenere, in animo erat: cùm in poteſtate ſua haberet Imperii inſignia: Coronam, crucem, & reliqua. Non ille committendum ſibi ducebat: vt ad alium tranſiret Imperium: & ita tum ipſe, tum paruulus ex fratre nepos; omni hæreditate ſua priuarentur.

Philippus, ſui ex fratre nepotis tutor fidelis, nempe Friderici.

Innocentius III. Papa.

Cœleſtino pont. mortuo, ſucceſſit Innocentius III. qui ſedit 18. A. & aliquot menſes. Hic fœdus improbauit, quod Epiſcopi & conſules Hetruriæ percuſſerant, tuendæ libertatis contra Ducem Philippum cauſa. Ducatum enim Tuſciæ, pertinere ad ius Eccleſiæ. Recuperandis incubuit iis: quæ de patrimonio Eccleſiæ (vt ipſe iudicabat) beneficii ſiue feudi nomine, ab Impp. Friderico & Henrico, aliis data fuerant. Tenebant autem, Marquardus Romaniam, & Marchiam Anconitanam: Philippus, Tuſciam: Conradus, Ducatum Spoletanum. Vſus eſt terroribus fulminis ſui (excommunicationis) vt cuſtodiis Germaniæ liberarentur, & in Italiam remitterentur, Epiſcopus Salernitanus, & reliqui captiui, obſideſque. Inter captiuos autem adhuc erat Regina Sybilla, & filius ac filiæ eius. Obiit Regina Conſtantia circa principium Decemb. cum Innocentium P. inſtituiſſet filii ſui Friderici tutorem.

Conſtantia Reginæ mors.

Gualtherus Gallus.

Hinc iam Sibylla, Tancredi Normanni vidua, collocata vna ſuarum filiarum Gualthero Gallo, Brennenſi Comiti; Normannia Regnum permiſſu Papæ occupare nititur. Sed à Theobaldo, vel Diepoldo, Alemanno, captus eſt. Qui contumelioſus in Theobaldum, mori maluit: quàm benignam eius orationem admittere. Itaque emplaſtris vulnerum ſuorum laceratis, chirurgiſq; repulſis: quarto die poſt obiit. Theobaldus deinde Regnum adminiſtrauit: dum Fridericus II id per ætatem regere potuit. Pandulph.

Siciliæ adminiſtrator Theobaldus.

VICESIMVSQVARTVS ET VICESIMVSQVINTVS IMPP.

Occident. Philippus II. Sueuus. & Otho IIII. Saxo. Bellum inter hos in Germania ciuile: auctore Pont. Innocentio III. Sueuis infeſto. Philippus & Irena, Moguntiæ Reges conſecrati. Berchtoldus V. Zæringenſis Dux, & Comites Vracenſes. Regis Philippi adiutores, σύμμαχοι. Alſatiæ populatio, & Argentorati ſubiectio, per Philippum. Epiſcopus Spirenſis, Conradus Scharpfeneccius.

CAP. VII.

Philippus Sueuus, & Otho Sa-

ANNO 1199. (etſi Vrſpergenſ. 1198.) factus eſt XXIIII. CAESAR PHILIPPVS REX ROMA-

ROMANORVM, 8. idus Martii: qui regnauit A. 9. M. 3. D. 15. contra eum creatus eſt XV. Anticæſares,
XXV. Imper. Cæſ. Otho IIII. P. F. Auguſt. menſe Martio. Imperauit A. fortè 12. ſed vixit 24. & 25.
A. 8. amplius. Hæc quomodo geſta ſint: audiantur ſcriptores fide digni.

Conradus Vrſpergenſis, his verbis.

Innocentius Papa tertius, tunc de nouo in ſede Apoſtolica ſublimatus, omni ſtudio cœpit Innocentius P.
aduerſari Duci Philippo: hoc agens, vt illum impediret: ne ad ſublimitatem culminis Impe- aduerſarius Phi-
rialis poſſet aſcendere: improperans ei, quæ frater ſuus & Parentes crudeliter peregerant. lippo.
*Quæ tamen MVLTA NEQVITIA hominum impulſi creduntur peregiſſe. In quo ſal-
ua reuerentia SEDIS APOSTOLICAE (vnde Apoſtolicæ?) non videtur ſecundum
æquitatem iudicaſſe: cum Dominus teſtetur per prophetam: quod nec peccata Parentum, filiis
imputentur. Quanto minus, peccata fratrum, aut aliorum propinquorum? Ezechias quoque
& Ioſias, Reges religioſiſſimi, iniquiſſimos habuere Parentes. Quinimo in generatione Saluato-
ris noſtri Ieſu Chriſti, communerantur multi iniqui. Extat adhuc Epiſtola præfati Innocentij,
directa ad Bertholdum, Ducem Zaringiæ: in qua, contrà Philippum multa abſurda, & quæ-
dam falſa (ecce) deſcribuntur. Quam fecit interſeri in compilatione Decretalium ſuarum:* Decretales Pon-
quas Magiſter Petrus Beneuentanus, Subdiaconus ipſius, poſtmodum in vno volumine com- tificij.
*pegit: diſtinguens ea ſub certis Titulis, & librorum differentiis, ſecundum cõuenientes ſenten-
tias. Tunc cœpit Papa friuolis inſiſtere obiectionibus, & exceptionibus: quatenus (vt) ipſum im-
pediret: ſententiam obiiciens ei excommunicationis. Nam cum in Tuſcia adhuc gereret Prin-
cipatum: dicebatur, quod Cæleſtinus, Prædeceſſor ſuus, ipſum excommunicaſſet. Sanè, vt plus
indeuotum poſſet eum comprobare: ſi non eius monitis acquieſceret: miſit Epiſcopum Sutrinum,
ad repetendum ab eo vades de Apulia: quos olim frater ipſius, Henricus Imperator, iuſſerat exo-
culari. At ipſe Philippus, vt erat manſuetus & benignus: cùm audiuiſſet de ſententia excom-
municationis: petiuit humaniter ab eodem Legato abſolui. Inſuper vades præfatos Domino Pa-
pæ remiſit. Quocirca Papa (ecce) vt odioſum plus redderet Philippum: Comites illos cæcos, &* Papa iniquitas.
*viros nobiles, & perſonatos, fecit demonſtrari multis, in curia Romana exiſtentibus. Ego quoq;
in minori ætate, & ſeculari vita, conſtitutus adhuc: eo tempore Romæ vidi eoſdem. Epiſcopum
quoq; prædictum Sutrinum, pro eo, quod illicitè abſoluerit Philippum, excedens fines mandati
(ſicut in prætaxata Epiſtola ſua expreſſit) priuatum Epiſcopatu relegauit in quandam inſulam
maris, quodam Monaſterio diſtricto: vbi ille feliciter vitam finiuit. Audiui etiam eo tempore
(quod tamen difficile eſt relatu, & vix credendum) quod dixerit idem Papa: quod ablaturus
eſſet Philippo diadema Regium: aut ipſe ſibi Papæ, inſigne Apoſtolicum. (Quis Apoſtolus ei τὸν* Eiuſdem mina
τρίπυργον στέφανον impoſuit?) Cæterum, quamuis non ſit credendum (inquit Vrſpergenſis) quod in Philippum.
*voluntatem ſuam diuinæ voluntati prætulerit: conſtat tamen, quoniam omni tempore aduer-
ſabatur eidem. Addit, quod Philippus, & Andernacum Rheni & Coloniam miſſis legatis, con-
tra aduerſarios ſuos, iuſtis rationibus proteſtatus ſit: ne quem eligerent Regem cõtra, quam opor-
teret. Elegiſſe tamen Ottonem, Henrici Leonis F. quem, hominem ſuperbum & ſtultum vocat:
ſtatura tamen procerum, & viribus fortem.*

*Epiſtola, cuius ab Vrſpergenſe ſit mentio, extat Decretal. Gregorii IX. lib. 1. Tit. 6. cap. 34.
Venerabilem. Nos vtique (inquit Papa) non Ducem (Philippum) ſed reliquum (Othonem)
reputamus & nominamus Regem, iuſtitia exigente, &c. Sunt enim notoria impedimenta Du-
cis, ſcilicet excommunicatio publica, periurium manifeſtum (parcius, τριστέφανε) & perſecutio
diuulgata: quam progenitores eius, & ipſe, præſumpſerunt in Apoſtolicam ſedem (non vult Re-
gi ſubeſſe ὁ πυργοστέφανος, ſed dominari dominantibus) & alias Eccleſias, exercere. Fuit quoque à
Præ. noſtro, excõmunicationis vinculo innodatus. Quod poſtmodum recognouit: cum per nun-
tium ſuum, abſolutionis beneficium poſtulauit. Vnde patet, quod ipſe fuit excommunicatus ele-
ctus, &c.*

Albert. Stadensis.

*Peregrini Principes in Palæſtina, cognoſcentes de morte Imperatoris, territi ſunt, & Ak-
karon fugerunt. Rex Ieruſalem (Vrſperg. comitem Henricum, terræ Hieroſolymitanæ domi-
num, vocat) nocte ſurrexit, vt vrinam proiiceret: ac de feneſtra cadens, fractis ceruicibus ex-
ſpirauit: & cliens ſimiliter, qui eum retrahere conabatur. Illi peregrini elegerunt filium Impe-* Hieroſol. Regis
ratoris Fridericum, adhuc infantem. Vocabatur autem à matre alio nomine Conſtantinus. Sed interitus.

Principes Alemanniæ elegerunt Philippum, fratrem Imperatoris Henrici: excepto Adolfo, Colonienſe Archiepiſcopo: qui cum ſuis complicibus elegit Ducem Zaringiæ, qui noluit acceptare. Vnde elegit Ottonem Henrici filium de Bruneſvvich: & hoc, conſilio atque auxilio Richardi, Regis Angliæ, auunculi ſui: & Henrici fratris ſui, & Ducis Brabantiæ. Otto Aquiſgrani, Philippus verò apud Moguntiam, coronatur. Hi ambo inter ſe fortiter præliantur, magno Imperij detrimento. Richardus, Rex Angliæ, Ottonem nepotem pecunia iuuit: ſed ipſe in Pictauia, ante caſtrum quoddam ſagitta traiectus, die 7. occubuit: cui ſucceſſit Ioannes, frater eius.

ARNOLD. Abbas Lubec. 6. Chronic. Sclauor. 2.

Philippus, coadunata multitudine prælatorum & Principum, de Franconia, Saxonia, Sueuia, Bauaria, Turingia: apud Moguntiam, conſenſu & fauore omnium, in Regem eſt electus: & à Domino Tarentino Archiepiſcopo, conſenſu cleri, & conniuentia capituli maioris
Philippi & Irenæ coronatio Moguntiæ.
(ſine præiudicio Domini Moguntini Conradi, qui nondum è terra ſancta aderat) cum magna ſolemnitate Rex conſecratur: & Romanorum Auguſtus ſalutatur. Ibi quoque Regina, Regio diademate, non tamen coronata, ſed circulata, proceſſit. Quæ de Græcia oriunda, Philippo nupſerat: & eius dignitatem non modice in ſuis partibus auxerat. Boiemo etiam maior dignitas acceſſit: vt, cùm antea Ducatum teneret: titulo Regio à Philippo ſublimatus, ibi & ipſe procederet coronatus, & gladii Regii baiulus.
Bohemus, etiam Rex coronatus.
Sic, Arnoldus. Meminit huius circulatæ proceſſionis, etiam Crantzius 7. Sax. 15. vbi addit: Id quale ſit, nouerint Aulici. Sic ergo ipſe ignorat. Quid ſi ſententia ſit: eam non latini moris auream coronam geſtaſſe, cum Latino genere non fuerit orta: ſed Græco diademate, more Auguſtarum Græcæ gentis?
Circulata Regina.

IOANNES TRITENHEMIVS.

Principes ante promiſerant Henrico Imperat. quod filium eius, Regem Siciliæ, Fridericum, eſſent in Regem Romanorum electuri. Sed non ſeruauerunt promiſſum. Nam Adolfus, Archiepiſcopus Colonienſis, & Theodoricus Archiepiſcopus Treuerenſis, habito conſilio apud Andernacum cum Bernardo Duce, & aliis Epiſcopis, atque nobilibus pluribus: omnibus principibus ad Dominicam oculi mei, Coloniæ generalem curiam indicunt, ad noui Regis electionem (vt pro iure ſuo) celebrandam. Interea Marchiones orientales, Conradus Archiepiſcopus Moguntinus, Bernardus Dux Saxoniæ, Archiepiſcopus Magdeburgenſis (Ludolphus) & alii Principes, apud Erphordiam conuenientes: Philippum, Ducem Sueuiæ, in Regem Romanorum elegerunt.
Philippi Regis electio.
Statuto vero die, alteri ſupradicti Principes, Coloniæ conuenientes: Bertolfum, Ducem de Zeringen, quem ſe promiſerant electuros, magno præſtolabantur deſiderio. Qui cùm 1100. Marcarum argenti, cum Ducatu Sueuiæ, à Philippo accepiſſet: electionique renuntiaſſet: venire contempſit.
Bertholdus, Zeringenſis, Dux.
Quod cum prædictis innotuiſſet Principibus: valde indignati, Ottonem, Pictauiæ Comitem filium quondam Henrici Ducis Saxoniæ, in Regem Romanorum contra Philippum elegerunt.
Anticæſar, Otho.
Hinc multiplicata ſunt mala in terra: bella, incendia, deſtructiones vrbium, & pauperum neces. Philippus, audita Ottonis electione, trecentis armatis militibus miſſis, hunc ab ingreſſu Aquiſgrani arcere voluit: vt ſibi vrbs ac ſedes Regni ſeruaretur. Sed Otto, tempore meſſis eam obſidione cingens, ac vi capiens, in ſede Regni triduum ſedens, inde receſſit, præſidio muniens. Hæc, apud illos Hiſtoricos.
Aquiſgranum, ab eo captum.

Alibi ſic inuenio: Ichtershauſæ in Turingia, Philippum eſſe electum, ab Epiſcopis & Principibus plus viginti. Contra eum, electum eſſe Coloniæ, Ducem Zaringiæ Bertholdum (quod etiam Vrſpergenſis habet: ſed Mylhuſæ Philippum electum ait) non quia Bertholdus, bonus & iuſtus eſſet: ſed quia pecunioſus, auarus, iniquus.
Ichtershuſa Turingiæ. Mylhuſa.
Hic propter Regni expenſas, nepotes ſuos, Cunradum vel Cunonem, & Bertholdum, filios Comitis Eginonis de Vrach, Coloniæ obligauerat: nec poſtea redemit. Ipſi verò ſe plurimo redemerunt: polliciti in captiuitate: vbi liberi facti eſſent, Monaſticæ ſe vitæ addicturos. Itaq; Cuno factus eſt Ciſtertienſis Monachus: & poſtea, Abbas: tum, Cardinalis Portuenſis, & S. Rufinæ. Bertholdus vero, Abbas in Luzirach. Vide 3. part. lib. 1. cap. 7. Zaringius, ſe Philippo ſubmiſit.
Vracenſes Comites, iniquè à B. Zeringenſi tractati.

De hoc ſciſmate P. Aemylius, Germanorum res, inquit, contrariis ſtudiis agitabantur, ſeditionibus ægra: nomenque Imperij, diſtractum. Alij Philippum, Henrici Cæſaris defuncti fratrem, Hetruriæ Ducem, Francorum (Gallorum) amantiſſimum, Auguſtum ſalutabant.
Ciuile bellum in Germania, Papæ conſiliis.

bant. Alij Othonem, Henrici Saxoniæ Ducis F. ſorore Ricardi Angli Regis genitum: & qui tunc etiam in Anglia degebat. Is continuo ab auunculo in Germaniam, ad ingens nomen capeſſendum, cum egregio comitatu, ingentique vi auri, miſſus eſt. Contra Philippus, amicitia fideque Francorum ſubnixus, animum non deiecit. Maieſtatem nominis ſemel ſuſceptam, præſtanter tutatus eſt. Sic AEmylius. Cauſa, cur Francus faueret Sueuo, erat hæc: quòd ſic Anglo ſe facilius reſiſtere, & Flandriam ſibi ſubiicere, poſſe ſperabat.

Philippo fautor Rex Franciæ Phil. Auguſtus.

Didicimus autem iampridem in his Annalibus: hunc Philippum fuiſſe Friderici & Beatricis Impp. filium. Hic iam deinceps fideliter & induſtriè tutabitur Imperium, ſuo ex fratre nepoti, Friderico puero: quod Imperium Papa, ad ſuam libidinem, odio Ducum Sueuiæ, agebat & ferebat. Perſequar ergo hiſtoriam malorum: quibus hic Innocentius cauſam dedit, ſui in primis emolumenti cauſa. Tempora autem rerum, ſanè confuſius à Scriptoribus notata ſunt.

In Italia, quoniam Conſtantia Imperatrix obierat: Proceres Apuliæ, libertatem quærebant. Marquardus igitur (Sigonio, Marcoaldus) vt res pueri Friderici tueretur: ex Marchia cum exercitu in Apuliam ducto: rebelles, quibuscunque modis poterat, coercuit. Pontifex verò, & ipſe copias contra, tutorio nomine comparauit: quibus Marquardum & Marchiam, ad Eccleſiæ auctoritatem reduxit. In Germania, feſtinante vtroque Rege (Vrſperg. teſte) occupare ſedem Regni Aquiſgrani: ſanè Philippus, prior occupauit: præſidioq; nobilium & ſtrenuorum virorum muniuit. Inter quos erat VValramus, filius Ducis Lymburgenſis: & Henricus, Dapifer de VValtpurg. Superueniente vero Othone cum Colonienſibus, & aliis auxiliis: vrbemq; valde vrgente: eam, qui intus erant, dediderunt, ſecurum diſceſſum pacti. A Philippo tamen (vt Funccius habet) Otho ad Moſellam fugatus eſt. Quod non longè à confluentia factum legi.

Bellū Marquardi in Italia.

Aquiſgranum, à Philippo occupatum

Otho eiicitur.

Cum autem Othonem Colonienſis Adolphus coronaſſet: eam coronationē, vt ritè factam, Pontificius legatus approbauit: Philippi vero cauſam condemnauit. Attamen Philippo adhærebat tota Curia Imperialis, loca munita, ciuitates & caſtra: Bauaria, Sueuia, Rhenenſis ora, Franconiæ, Saxoniæ, Bohemiæ. Ad eum quoque tranſiuit Herbipolenſis Epiſcopus Conradus, nobilis à Rauenſpurg, vel Rabenſpurg: cum è Palæſtina, coronato Amalrico Rege Cypri, rediiſſet. Ideo & Philippo charus fuit: & donatus ab eo eſt (teſte Bruſch.) arce Sternbergenſi, vicinoque territorio. Sceleratè autem poſtea 1203. pridie S. Barbaræ, à duobus equitibus auratis interfectus fuit: cui ſucceſſit commendatione Regis Philippi, Henricus, nobilis Oſtrofrancus, ex familia Caſeorum. Eidem Philippo fideliſſimè quoq; adhæſit Magdeburgenſis Archiepiſcopus Ludolphus, pauperis ruſtici filius: cui Philippus tributum & cenſum, diu à deceſſoribus eius ſolui Imperio ſolita, omnino remiſerat. Ferebat equitatu Palatinus Rheni Henricus fratri ſuo, Regi Othoni, opem: ac quædā huic Ludolpho eripuit. Sed parem ei gratiam Ludolphus retulit, Helmſteto & VVarbergo deſtructis. In obſidione quoq; oppidi VVeiſſenſchs, quæ poſterius ſecuta eſt, Ludolphus M. C equitibus, aliisq; viris fortibus, Philippo auxiliatus eſt: teſte Pomario, in Magdeburgenſi Germanico Chronico. Ab eodem Philippo ſtabant etiam Heluetii, & Alpini.

Philippi adiutores.

Sternberg arx.

Helmſtet.

Rurſus, contra Philippum erant, non modo Colonienſis Præſul Adolphus: ſed etiam Conradus Epiſcopus Argentinenſis: ex Baronibus Alſatiæ Hunnenburgiis ortus. Ob quam cauſam, ab Argentinenſibus captus dicitur (auctore Bruſch.) ſed rurſus à Philippo, vt mitiſſimo Domino, receptus in gratiam, & è cuſtodia liberatus. Hermannus quoque, Landgrauius Turingiæ, Philippo aduerſatus eſt (dirum facinus, inquit Vrſperg. cum eſſet filius amitæ eius: ſperans, ad ſe poſſe deuolui ius Imperij. Philippus itaque, prudenti conſilio vſus, cenſuit primo eos, qui viciniores erant, bello atterendos: & ſuo dominio ſubiugandos. Coacto igitur ingenti exercitu, in Alſatiam inuaſit: ibique loca hoſtium euaſtauit. Obſedit caſtrum Haldenburg, prope Argentinam in planitie ſitum: foſſis & ædificiis valleque munitum. Id paucis diebus expugnauit fortiter, deſtruxit funditus, incolas abduxit captiuos. Caſtra quoque Rufach & Aphich expugnata confregit. Molleshemium cremauit, cœmiterio parcens. Hæc, anno 1199. Tritenheimio. Vrſperg. tamen ad 1200. annum refert: ſicut Argentinæ obſidionem, ad ſequentem annum: quæ tempora mihi veriſimiliora videntur. Nam alicubi etiam reperi: R. Philippum cum Irene ſua, in Feſto natalis Chriſti fuiſſe Magdeburgi: præſentibus, Epiſcopo Hildesheimenſi, Abbatiſſa Quedlinburgenſi, & aliquot Principibus.

2. Philippi hoſtes.

Turingus Landgrauius Hermannus.

Philippi bellum in Alſatia.

Irena, Magdeburgi.

Argentinenſis autem ciuitatis deuaſtauit ſuburbia incendiis Philippus: & agros ciuium

Argentina, Philippo dedita. *dirè depopulatus eſt. Ciues, cùm ſe viderent reſiſtendo impares eſſe: Regi portas aperuere: fidelitatis ſacramento ſe obligarunt: Epiſcopum etiam inire cum illo gratiam coegerunt.*

Ex Alſatia deinde idem Philippus abiit: & in partibus Rheni bellum geſſit, maximè circa fluuium Moſellam: poſtquam Otho Spiram vſq; aſcendiſſet: ſed reuertì compulſus à Philippo eſſet: qui circa Moſellam quoq; exercitum eius fudit fugauitque. Semper fugatum teſtatur Othonem Vrſpergenſis. Philippum verò Tritenhemius, hoc 1199. anno, circa aſſumptionis D. Mariæ, à Tarentino Archiepiſcopo coronatum ponit Moguntiæ. *Otho, ad Moſellam victus.*

Scharpfeneccius Conradus. *Eodem hoc 1199. anno, Conradus III. Baro à Scharpfeneck, Epiſcopus antea Metenſis (vt Bruſch. ſcribit) & Cæſaris Philippi Cancellarius, vir prudentiſſimus, aſſumptus eſt in coadiutorem à Spirenſi Epiſcopo Othone, conſenſu capituli. Poſtea 1202. mortuo Othone, in locum eius ſubſtitutus & confirmatus eſt: reſignata tamen Eccleſia Metenſis adminiſtratione. Fuit poſtea etiam Imp. Othonis Cancellarius: cui dedit inſignia Imperij: quæ ipſe ſibi à Philippo commendata, in arce Trifels religioſè aſſeruauerat. Obiit 1224. Decemb. 12. & ſepultus eſt in choro Regum: in quo nullus Epiſcopus, ni qui Cæſarum Cancellarius fuit, humari ſolet.*

Sangall. Abbas Vlricus. *Apud S. Gallum, Abbatia præfectus eſt Vlricus V. Comes Veringenſis. Vtilium nullus prouiſor, prodigus æris. Eum tamen ante annum completum, ſubita paralyſis necuit.*

Monaſterium Alſatiæ Hohenburg, ante natalem Domini combuſtum eſt.

ISAACII IMP. GRÆCI ET FILIÆ IRENÆ, MVTVÆ LITERæ. Harum literarum inueſtigatio: Brunſuicenſis vrbis obſidio, per Regem Philippum. Nobiles in Sueuia plures: Ehingeni, Schvvartzenburgenſes, Helenſtainij, Gundelfingenſes, & alij. Leopoldus, Mogunt. Archiepiſcopus. Henricus, Sangallenſis Abbas. Inſcitia linguæ Græcæ. Salmanshofa, Gynæceum extra Mundum. Germanicorum priuilegiorum & literarum origo.

CAPVT VIII.

Iſaacii Imp. & Irenæ mutuæ literæ. ANNO *1200. aut aliquantò poſt, Iſaacius Angelus, cæcus, & in carcere conditus, Imperat. Græcorum (vt ſuprà cognouimus) Regem Romanorum Philippum Sueuum, & vxorem eius Irenam, filiam ſuam charam (Samblaſiano teſte) hæredes Imperij ſui adoptauit. Idem per literas à filia opem, ad deiiciendum fratrem Alexium, petiit: ac viciſſim literas, quid deberet facere, ab illa accepit. Sic enim apud Choniatam legitur.*

Τὴν Ἀλεξίου (τοῦ τυράννου) καθαίρεσιν ἐμεθόδευε: γραμμάτια πρὸς Εἰρήνην πέμπων, τὴν θυγατέρα: κοινωνὸν λέχους φιλίππῳ, τῷ κρατοῦντι τότε τῶν Ἀλαμανῶν: πρὸς τὴν πατρῴαν ἐκδίκησιν ὑπολύξαντα: κἀκεῖθεν διαπολούμενα ἔχων ἀντίγραφα, τὸ πολλὸν αὐτῷ εἰσηγούμενα.

Iam quoniam literarum, quas Imperator Iſaacius hic, & noſtra sereniſſima Regina Irena, inter ſe miſerunt, hoc loco mentio incidit: quid obſtet, quo minus, quid mihi eius rei occaſione contigerit, commemorem? Leue videatur aliis: at mihi non omittendum. Græcis enim bonis, tum perſonis, tum rebus, amicus ſum: Græcorum Scriptorum, non Latinorum tantùm, & vtriuſq; ex his eloquentiæ, in hac illuſtri Academia, Profeſſor iam 32. annorum humilis.

Hoc, meum Regnum minutum: hoc forſitan ne Græca quidem Irena, ſi ego tunc vixiſſem, aut ſi ipſa nunc viueret, diſpliciturum.

Græci duo, Tybingæ. *Cum igitur anno M. D. LXXXVII. die 2. Aug. quintùm collegii Philoſophici in Tybing. Academia Decanus, 26. Magiſtros creauiſſem: Græci duo, qui hîc diutius erant, Ioannes Dondes Cretenſis, & Coſmas Mechmetes Ianizzarus (qui in Eccleſia noſtra, S. Baptiſmate tinctus, ex Turca Chriſtianum ſe profeſſus eſt) poſt actum illum, etiam Magiſtrali prandio à me adhibiti ſunt. Sermonem tunc ego, cùm aliarum rerum Græcarum, tum etiam de Irena Angela, Imperatoris Iſaacii filia, quæ non longè hinc humata eſſet, iniiciebam. Ibi clariſſimus Iuriſprudentiæ Doctor, vir virtute & eruditione præſtans, Samuel Heiderus, apud nos cum laude Aduocatum in conſiſtorio Principali agens, mihi reſpondebat: ſe in cœnobio Lorchenſi non ita pridem fuiſſe. Animaduertiſſe, ſed quaſi per tranſennam, literas ineſſe Græcè ſcriptas. Anſa ego inde arrepta, ὡς φιλέλλην καὶ φιλομαθὴς ὤν, 15. Octob. ſummiſſe ab Illuſtriſſimo noſtro Principe per literas peto: ſi quæ literæ Græcæ aſſeruentur Lorchæ (ſicut mihi inaudiuiſſe contigerit) forrè circa 1200. annum Chriſti ſcriptæ, tempore Cæſaris Philippi, & coniugis eius Græcæ Irenæ: nec in iis aliquid inſit, quod ego neſcire debeam: ad me eas Celſitudo ipſius clementer mittere dignetur,* *Inueſtigatio ſupradictarum literarum, ſed inanis.*

La-

tur, Latine conuertendas. Addidi: Iſts müglich/von ewer F. G. zu erhalten/laſſe ichs nicht dahinden. Ich wolte ehe drey Tag faſten/ vnd mir wehe thun. *Tuli 1. Mart. 1588. clemens hoc reſponſum.*

Dem Ehrſamen vnſerm lieben Getrewen M. Martino Cruſio, Profeſſori zu Tübingen.

Von Gottes Gnaden Ludwig/ Hertzog zu Wirtemberg.

Vnſern Gruß zuvor/ Ehrſamer lieber Getrewer/ Wir haben auff euwer vnderthenig Berichten vnd Anbringen/ in vnſers Cloſters Lorch Bibliotheck vnd Regiſtratur/ fleiſſig nachſuchen laſſen. Es ſeyn aber keine literæ Græcæ, ſo vor etlich hundert Jaren/ vnd vielleicht (wie jr vermeint) tempore Imperatoris Philippi, Sueuię quondam Ducis, &c. geſchrieben worden/ zufinden. Welches wir euch gnädiger Meynung nit wöllen bergen. Datum Stutgarten/ den 28. Februarij/ Anno 88.

Balthaſar Eiſengrein D. ſubſcripſit.
Ioan. Baiſch ſubſcripſit.

Cùm deinde Lorchæ 29. Maij eſſemus: tantum vt inſpiceremus ſepulchra Ducum Sueuiæ, & Irenæ, ibi humatorum: intelleximus etiam, priſcorum Latinorum Diplomatum aſpectum, eminus præſeferre formam Græcæ ſcripturæ: cùm quis non propius adhibeat oculos, nec legat.

Ad hunc 1200. annum, Alſatiæ vaſtatio, à Rege Philippo facta (vt ſupra dictum eſt) reponitur: in qua ipſe inter alia, Rubiacum & Epiacum, huiusq; cæmeterium munitum, confregit: impugnans aduerſarios ſuos, Conradum Epiſcopum Argentinenſem, & Albertum Comitem Dagesburgenſem. — *Alſatica Philippi vaſtatio.*

Rex Philippus Bruſuigiam obſidet anno 1200. nec obtinet: inquit Stadenſis. Erat Othonis Regis frater in vrbe illa, Henricus Palatinus: qui fortiter eam defendebat. Quodam tamen die. murum circa S. AEgidij milites Philippi tranſgreſſi, iam pontem occupabant: ſed iaculis repulſi à ciuibus ſunt. Interim à quibuſdam direptum eſt Monaſterium AEgidianum: Monachi, veſtibus ſpoliati: ſupellectilia hinc inde, exportata: ſacrarium tamen, repertum ab illis non fuit: oſtio eius arte Monachorum antea ita occultato, vt ſolidus paries videretur. Diu durauit obſidio. Sed interclußis commeatu Sueuis: exercitum Philippus re infecta abducere coactus eſt. Arnold. lib. 6. cap. 4. Krantz 7. Saxon 16. In caſtris Philippi tunc memorantur fuiſſe multi Principes: Marchio Brandenburgenſis Otho, Dux Auſtriacus Henricus, Comes Anhaltinus Henricus: Archiepiſcopi, Bertholdus Halberſtatenſis, Herbordus Hildesheimenſis, & alij. Spangenberg. Chronic. Sax. 238. — *Brunſuiga, ab ipſo obſeſſa, ſed fruſtra.* — *Principes cum ipſo.*

Otho, Philippi Regis frater, Biſuntij in Burgundia morbo confectus, piè obijt. Anonym. — *Othonis, fratris eius obitus.*

Nobilibus viris, qui ab Ehingen dicuntur, caſtellum anno 1200. fuit, Aigelſehe nominatum, prope pagum VVeſterhaimum: quod caſtellum poſtea 1309. Comitibus Helffenſtainiis venditum fuit. Sed multò ante 1200. annum, arcem Ehingam, in valle Neccarica, ſupra Rotenburgum, poſſederunt, poſterius confractam. Quis deſtruxerit neſcitur. Emerunt hi nobiles olim etiam Kilbergam, Obernovvam, VVeilenburgum. Sultzovvam, Berſtingam: pleraque à VVitingenſibus nobilibus, permultas poſſeßiones in Nicri valle habentibus. Emerunt longe pòſt, Georgius & Rudolphus equites, Neuneccum & VVanckam: ſed AEntringam vendiderunt. M. Ser. — *Aigelſehe.* — *Ehingenſes nobiles.*

Nobiles & ingenui (inquit Laz.) à Schvvartzenburg, Sueui, & ante, & hoc tempore, vixerunt. Chunradus, ſub Henrico 5. Volmarus verò, 1200. Henricus & Chunradus, in cænobio Vrſinenſi. prope oppidum Kaufbyram Imperiale, 1230. Viuebant etiam 1200. anno, Henricus Truchſaßius de VValdpurg, & Conradus Schenckius de VVinteſtetten. — *Schvvartzenburgenſes.* — *Truchſeß.*

Item, Degenhartus Helenſtainius, Baro Haidenhaimenſis. Eum præfecit patronum cænobio Vrſpergenſi Rex Philippus: ita vt ei quotannis daret Præpoſitus, à ſingulis Ruſticis, ſalarij loco medimnum auenæ. Helenſtain autem, arx eſt in edito loco iuxta Haidenhaimum. Ibi habitat hodie Præfectus maior, der Oberpfleger. *Eſt & minor Præfectus in eo oppido,* der Vnderpfleger. *Fuit Baronatus hic olim interdum VVirtenbergenſium, nonnunquam Bauarorum, aliquando Vlmenſium: tum iterum, VVirtembergenſium. Sed clarius de eodem loco ſic cognoui: Fuiſſe Haidenhaimum 1350. ſub Imperio. Deinde, oppignoratum Comitibus Helffenſteinijs:* — *Haidenhaimius Baro Degenhartus.* — *Helenſtain arx.*

quibus Carolus 4. oppidum & arcem, in feudum conceſſerit nobile. Hos, Comitibus VVirtenbergenſibus vendidiſſe. Hos rurſus, Palatino: à quo tempore Bauarici belli, veniſſe ad Vlricum Ducem VVirtenbergiæ. Quo ditione ſua expulſo: perueniſſe ad Vlmenſes. A quibus denuò Vlricus, anno 1534. in patriam reuerſus, ſoluto, quod eo nomine expenderant, precio, redemiſſe. D. Oſuald. Bona ibi piſcatio eſt, & venatio. Fluit ibidem Brenzius amnis: vbi arx Schnaitshaim eſt: ſupra Haidenhaimum ad dimidium milliare ſita, illo ipſo amne circumflua: hodie ad Ioan. Ludouicum à Sperberſeck pertinens: cùm antea, paucos intra annos, plures habuiſſet dominos: Schvvendios, Ebneros, Stainios, ac Ruſſios. Fuit Vrſpergenſe cœnobium, anno 1200. oppigneratum Bertholdo à Neiffen. Sed Monachi ſe redemerunt (Bruſch. teſte) 100. Marcis auri, à tyrannide.

Gundelfing.
Gmynd.
Brentzius fl.

Claruit tunc & Vlricus Gundelfingenſis. Gundelfingen autem, ex Gundelfanningen factum eſt: & hoc, ex Gundfaienningen: quod à Gmynd, Baienna. Gmynd, loca ad riuorum exitus (quod στόματα, MUND) ædificata ſunt. Fluuius autem Brenzius, iuxta oppidum Gundelfingam in Danubium exit: & in Baienna (à Baiennio primipilo dictæ) ſedibus, ſtationes legionis 3. Rom. olim diſpoſitæ fuerunt. Herold. qui tamen alicubi nimium ſibi indulſiſſe videatur: dum Etymologias locorum, ad antiquitatis normam format. Ita enim ingenioſus aliquis, beneficio περὶ θέσεως, ἀφαιρέσεως, μεταβολῆς, μεταθέσεως, literarum, quidlibet ex quolibet fecerit, τερατεύσαιτ' ἄν. Eodem tempore, mœnia circum Moguntiam reparabantur. Vide ſuprà lib. 10. c. 14.

Leopoldus, Mogunt. Archiepiſcopus.

Moguntino Archiepiſcopo Conrado mortuo: à maiore parte capituli, & à Cæſare Philippo, vocatur anno 1200. ad eius ſedis gubernationem Leopoldus, VVormacienſis Epiſcopus. A minori verò numero Canonicorum, & à Papa Innocentio, conſtituitur & confirmatur Sifridus, Baro ab Eppenſtein. Ibi Leopoldus, vtens exercitu R. Philippi, igne & rapinis graſſans, nec Templis, nec Monaſteriis, pepercit: donec Sigefridum expulit ad Pontificem. Ita Leopoldo vtriuſque Epiſcopatus curatio ceſſit: quam & quietè tenuit, quamdiu Philippus vixit. Eo verò mortuo: vtrunque Epiſcopatum amiſit, Othone 4. dominante: iam diu pontificio anathemate flagrans. Ipſe nihilominus generoſo animo præditus, exercitum in Italiam duxit: ipſiq́ Papæ bellum infert. Verùm neruo pecuniario deſtitutus: ſupplex ei factus, & abſolutionem à diris, & Epiſcopatum VVormacienſem, recepit.

Ita 1209. VVormaciam reuerſus, adhuc 8. annos feliciter præfuit. Bruſch & Tritenhem.

Klingenſis Baro.

Henricus Klingenſis Baro, electus eſt Abbas S. Galli: & à R. Philippo confirmatus. Præſedit 4. A. per quod tempus, curtes pignori datas pro 200. Marcis, feliciter redemit. Legitur, hoc quadriennio 840. Marcas auri, in expeditiones Philippi expendiſſe. Vnde admirabantur Monachi: quomodo, quæ ab Anteceſſore dilapidata fuerant: ipſe tam breui tempore reſarcire potuerit. Obiit 1204. menſe Nouembri: homo in rebus gerendis induſtrius, etſi doctrinis deſtitutus. Bruſch.

Græcarum literarum ignorantia.
Nothiſelitos.

Ruditas quanta his temporibus fuerit Literarum Græcarum in Monaſteriis: hinc colligi poteſt. Anno enim 1200. vixit in territorio Beluacenſi Helinandus, Frigidimontis Monachus: qui dicebat, Apollinem non fuiſſe auctorem huius oraculi, Nothiſelitos, id eſt, noſce teipſum: ſed furem ex Iobi 5: Viſitans ſpeciem tuam, non peccabis. Quam ſententiam Iuuenalis diuinam & cæleſtem appellet.

E cœlo deſcendit, NOTHISELITOS. Quod eſt dicere: inſipiens ſapientia eſt, ſuperuacua noſcere, neceſſariis ignoratis. Quid enim prodeſt homini, metiri Mundum, & neſcire ſeipſum? Hæc, ille. Quæ citat Antoninus volum. 3. tit. 18. cap. 5. Pro, Γνῶθι σεαυτόν, Gnothi ſeauton, Noſce teipſum.

Salmanshofa παρθενών.

Eodem 1200. anno, fundatum eſt cœnobium virginum Salmanshofa, tertiæ regulæ S. Franciſci: cuius Aduocati fuere Biberbachenſes Mareſcalci.

Germanica L. ſcriptio.

Modo hoc tempore cœperunt negotia publica & ardua ſcribi Germanica lingua: antea verò tantum Latina: inquit AEgidius Tſchudus. Nos verò, quid alibi factum ſit, neſcimus. In Sueuicis certè locis, & aliis permultis, Rudolphi I. temporibus demum cœpta ſunt Germanicè conſcribi negotia publica. Et tamen ea, tunc quoque rarius. Plura enim inuenias Latina, quam Germanica, Inſtrumenta, ad tempora vſq́ Henrici VII. & Ludouici IIII.

ADVEN-

ADVENTVS ALEXII PVERI E GRÆCIA PER ITALIAM IN ALEmanniam, ad ſororem Irenam. Philippus Cæſar, à Pont. Innocentio excommunicatus. Vindicta eiuſdem in ſceleratos milites. Chunigundis Auguſta, Bambergæ canonizata. Bohemici Regis Odoacris defectio à R. Philippo. Heinricus Veringenſis Comes, Epiſcopus Argentinenſis. Comites nonnulli VVirtembergenſes. Alexius puero ſororem Irenam, Irena virum ſuum Philippum, Rex Philippus Francos & Venetos, contra tyrannum Græcum Alexium, concitat. Comes Nuuenburgenſis Briſgoius Bertholdus.

CAPVT IX.

ANNO 1201. Venetias aduenisse intelligo Alexium (puerum fortè 12. annorum) Imp. Iſaaci Angeli Conſtantinopoli captiui, filium: auxilij à Latinis, ſiue occidentalibus, contra tyrannidem Alexij patrui, petendi cauſa. Verba enim Sanſouini in deſcript. Venet. ſunt hæc: Ci venne l'anno 1201. Aleſſio Imp. di Conſtantinopoli: ilquale ſcacciato di caſa, ricorſe all' aiuto della Repub. Ma non vi trouò il Principe: ch' era all' aſſedio di zara. Non reperit Ducem Venetum, Henricum Dandulum, Venetijs: ſed is Iaderam (Zaram) quæ ab ea vrbe ad Regem Vngarorum defecerat, obſidebat.

De fuga hac pueri Alexij, Choniata.

Alexij pueri, fraterculi Irenes, aduentus Venetias.

Excæcauerat quidem fratrem Iſaacium, Imperio deiectum, Imp. Alexius: ſed non cogitabat, vindictam non perpetuò ſtertere. (Ἐγχρόνιαι μὲν τοῖς πλείσοις αἱ συμφοραὶ, καὶ εἰσὶν ἀναπόνιστοι: ὑμὴν ἡ δίκη δι᾽ ὅλου τὶς ἐστὶν ἀδιώπνιστος: ἀλλ᾽ ἔπεισι ταχύπους, καὶ ἀφέως ἐπιπίπτει τοῖς ἔργα ῥέζουσιν ἄδικα.) *Proinde cuſtodiam illius neglexit: detenti in ædificio, ſito in littoris freto, vbi duæ columnæ ſtabant. Poterat ergo quiuis ad Iſaacium naui accedere: præſertim Latini homines: cum quibus de vlciſcendo fratre conſultabat: & in Germaniam ad Reginam Irenen, filiam ſuam ſcribebat. Filius quoque Iſaacii Alexius, de eius ſententia, vt ad ſororem peruenire poſſet: naue cuiuſdam Piſani per AEgæum mare profugit.* εἰς λόγους γὰρ ὁ πισσαῖος ἐληλύθει μετὰ τοῦ ἰσαακίου: καὶ συνπεφωνήκει ὅτῳ μετ᾽ ἐκεῖνο (*vt eſt in vulgari M. Scr. libro*) ἵνα ἐκπάξῃ αὐτὸν πρὸς τὴν ἀδελφὴν αὐτοῦ. *Fuerant ſanè, fugæ eius cognitæ, miſſi ab Imp. Alexio inquiſitores, qui eum retraherent. Sed ipſe agnoſci non potuit: quia in orbem tonſus, & latino more veſtitus:* τὴν κόμην περιτρόχαλα κειράμενος (*in vulgari*, ντζεφάτον αὐτῷ ἐποίησαν) καὶ τὴν αὐτὴν τοῖς λατίνοις σολὴν (ῥοῦχα φραγγικὰ) ἐνδυσάμενος. *Perductus in Siciliam, ſorori indicatur; Hæc, iuſto ſatellitio miſſo, curauit, vt ad ſe veniret. Hæc, ille. Sed priuſquam in Alemanniam proficiſceretur: Venetias & Romam veniſſe, cognoſco. Quæ de re, & adiunctis, poſterius plura. Nunc verò, ad res Germaniæ, & Imperij, redeo.*

Profugerat enim naue Piſana.

Cùm Philippus Alſatiam & Argentoratum domuiſſet: de die in diem (inquit Nauclerus) Principes & nobiles ſibi conciliabat: ſuosq́ hoſtes, valida manu expugnabat. Verum Argentoratum verſus non multò poſt tendebat Otho, cum valido exercitu. Cùm tamen audiret, Philippum imperterrito animo potenter ſibi occurſurum: ſe in Saxoniam verſus conuertit. Iam, quia Philippus, Hetruriæ Ducatum, & parui Friderici tutelam, ſibi ab Imp. Henrico fratre commiſſa, non relinquebat: Pontifex maiore odio motus, circa 3. Cal. Iulias Guidonem, Præneſtinum Cardinalem, ſedis Apoſtolicæ legatum, Coloniam mittit: vt ſuo mandato Philippum, tanquam illegitimè ad Regnum aſpirantem, atque bona Eccleſiæ friuolè detinentem, è communione Sanctorum exterminaret. Sic & omnes alios, qui cum illo facerent. Eum enim eſſe rebellem Eccleſiæ, & hoſtem publicum. Itaque ab iuramentis, quibus Philippo tenebantur, abſoluendos omnes: Othonem verò, pro indubitato Rege agnoſcendum eſſe. Sic ille legatus fecit.

R. Philippus, à P. Innocentio excõmunicatus.

De quo Guidone, in ſpeculo Exemplorum Diſtinct. 6. Exemplo 72. legitur: eum tempore Schiſmatis inter Philippum & Othonem, Coloniæ inſtituiſſe: vt ad eleuationem hoſtiæ, omnis populus in Eccleſia, ad ſonum nolæ veniam peteret: ſicq́ vſq́ ad Calicis benedictionem proſtratus iaceret. Præcepiſſe quoq́, vt quoties deferendum eſſet Sacramentum ad infirmum: ſcolaris, ſiue Campanarius, Sacerdotem præcedens, per nolam illud proderet: ſicq́ omnis populus, tam in ſtratis (plateis) quam in domibus, Chriſtum adoraret.

Nola ad Sacramentum.

Sequentium aliquot rerum à Philippo geſtarum tempora, exactè mihi cognita non ſunt. Sequar in eis duntaxat probabilitatem aliquam.

Hoc igitur 1201. anno (nõ enim 1199. puto, vt Trit. ponit) Lotharingi, quos auxilio ſibi Otho adſciuerat, circa Andernacũ Philippo reſiſtere nõ poterant. Sibi ergo metuẽtes ei occultè ſtudebãt: ſed

Lotharingorum ſcelus in quandã Monacham.

R. Philippi in eos acerrima vindicatio.

ſed interim multa nefariè illis in locis patrabant. Quæ qualia fuerint: vel ex vno hoc exiſtimari poteſt. Sanctimonialem quandam, veſte omni exutam, melle perunxerunt: & in plumis lecti volutarunt: ſicq; monſtroſè quodammodo hirſutam, caballo impoſuere præpoſterè: ac per aliquot dies, miſerabili ſpectaculo circumduxerunt. Quod ſcelus vbi Regi Philippo innotuit: ipſe zelo Dei ſuccenſus (Trit. teſte) omnes flagitio obnoxios, aqua bulliente extinxit. Andernacenſe quoque oppidum exuſtum eſt ab exercitu Philippi: qui poſtea reuerſus ad ſua eſt.

Irrita Othonis expeditio.

Otho, filia Ducis Brabantiæ ſibi deſponſata, in æſtate cum exercitu aſcendit contra Philippum: auxilio ſuffultus Colonienſis Archiepiſcopi, ac ſoceri ſui Brabantini. Tum parte Confluentiæ, villisq; circumquaque exuſtis, Bopardiam acceſſit. Sed cùm proceres quidam, qui ipſum aduocauerant, tanquam in partes eius tranſituri, non venirent: deluſus, comeatuque exercitum deficiente, ad ſua reuerſus eſt. Quodam tempore in Saxonia Goslariam, & vicina oppida, oppugnauit: ſed à propoſito depulſus eſt.

Coloniam Philippus ſibi ſubdit.

In Regno confirmatus cum Irena, Aquis.

Philippus Rex, iterum collecto exercitu, Moſellam tranſiuit: Coloniam obſedit: Archiepiſcopum (Adolphum) cepit: ciuitatem & prouinciam totam ſubiecit. Deinde Aquiſgranum venit, cum multis Principibus: vbi vna cum Irena coniuge, in ſede Regni collocatus eſt. Inde feliciter ad ſua rediit. Tritenheimius anno 1201. facta ait: Vrſpergenſis, 1204. Funccius verò, 1205. Poſtea ergo, de eis rurſus.

Philippo excommunicato nulli fautores.

Chunigundis cũ Henrico canonizatio.

Quoniam Philippum è Sanctorum cœtu Papa Innocentius expunxerat: grauemq; aduerſarium Othonem ei impoſuerat: Philippus, vt ſibi & Regno ſtudioſius prouideret: magnum ſuæ partis Principum, Epiſcoporum, nobiliumq;, conuentum Bambergæ habuit. Quo tempore oſſa Henrici & Kunegundis Impp. auſpicijs Innocentij P. de tumulo leuata ſunt: ipſiq; albo Superorum adſcripti: tanquam ſcilicet non omnes pij, qui in Chriſtum baptizati ſunt, in numero filiorum Dei ſint. Dicuntur multis claruiſſe miraculis: maximo numero hominibus concurrentibus: tanquam non etiam fingi miracula poſſint: aut, ſuperſtitione dominante, permiſſu Dei fieri. Matth. 24. Dabunt ſigna magna. Et 2. Theſſal. 2. Mittet Deus efficaciam illuſionis.

Anno Domini 1201. 10. Idus Nouemb. obijt Lukardis de Tuvvingen, Comitis Burcardi vxor.

Schola Magdeburgi.

Ottocarus, Bohem. R. ad Othonem deficit à Philippo.

Hermannus Turingus, contra cognatum Philippum.

Anno 1202. facta eſt quædam acceſſio ad partes R. Othonis, hoc modo. Odackerus enim Boiemus (vt Arnoldus lib. 6. cap. 5. ſcribit) ligitima ſua vxore repudiata: aliam duxit, Vngaram. Vnde commotus frater repudiatæ, Theodoricus, Marchio Miſnenſis, vnà cum Duce Bernhardo, qui erant Philippi Regis familiares, hoc apud ipſum obtinuerunt: vt is Regnum ſiue Ducatum Boiemiæ, Odackero adultero auferret: & ad Theobaldum puerum, qui tunc Magdeburgi ſtudebat, Theobaldi filium, transferret. Quod & factum eſt. Vnde commotus Boiemus, à Philippo eſt alienatus: & cum Landgrauio Turingiæ Hermanno fœdus inijt. Hi ambo contra Philippum ſentientes, multa contra eum machinari cœperunt. Hermannus equidem, qui ex ſorore Friderici Barbaroſſæ natus fuerat, immemor conſanguinitatis & iuriſiurandi, ad R. Othonem tranſiit: ita, vt Northen (Northuſam. Krantz. 7. Sax. 16.) & Mulenhauſen, ab ipſo in beneficio ſuſciperet: atque cum eo, adiuncto Boiemo, exercitum contra Philippum produceret: & ſuam ditionem maximè affligeret. Philippus enim graui exercitu (Leopoldo Moguntino Præſule, & alijs multis, auxilium ferentibus) Turingiam inuaſit: & Erpiſfordiæ (Erdfordiæ) conſiſtens, totam regionem circumcirca vaſtauit: Boiemis præſertim, immoderatè ſe gerentibus.

De Philippo Imp. (inquit D. Paulus Meliſſus, Haidelbergæ Bibliothecarius) hoc habeto, Cruſi, ex Chronico M. Scr. cuiuſdam Saxonis, perducto vſque ad annum Chriſti 1423. Idem (Philippus Imp.) Ottarum Ducem Bohemiæ, Regem fecit. Qui, Rex factus, deſerens ſuum Regificatorem, tradidit eum Ottoni (IIII. Imp.) qui & ipſum manu Comitis Palatini Ottonis (poſteriore tempore) interfecit Bambergæ, die ſancti Albani. Vnde ſurrexit Prouerbium: Non eſt fides in Bohemo.

Veringenſis C. Henricus.

Cur Innocentius P. ita Philippo infeſtus.

Henricus, Comes à Veringen, Sueuus, fit Epiſcopus Argentinenſis: qui præfuit ſapienter & vtiliter 21. A. Inſtaurauit caſtrum Dagenſtein, penè collapſum, quaſi Dagoberti R. Franciæ ſaxum: quod ab eo quondam extructum, eius ſedes fuerat. Obijt 11. Mart. 1223. Sepultus magnificè in ſacello Sanctandreano cathedralis Baſilicæ. Bruſch. Vix autem anno 4. electionis ſuæ (Trit. teſte) potuerat ab Innocentio P. confirmationem ſui accipere: quòd cum R. Philippo ſentire cogebatur: quem oderat Papa, propter res à Sueuis in Italia & Sicilia geſtas. Siciliæ enim domina-

dominatum ipſe ſitiebat. Ideo & funeſtiſſimum hoc bellum, Othone contra Philippum Rege facto, in Germania excitarat: vt ſic potentiam & opes ſuas augeret. Vnde Vrſpergenſis, Gaude “
mater noſtra Roma, inquit: quoniam aperiuntur catarractæ theſaurorum in terra: vt ad te “
confluant riui & aggeres nummorum, in magna copia. Iocundare ſuper adiutrice tua, Diſcordia: “
quia erupit de puteo infernalis abyſſi: vt accumulentur tibi multa pecuniarum præmia. Per ma- “
litiam hominum, non per tuam religionem, orbem viciſti, &c. “

Auguſtano Epiſcopatui præfectus eſt Hardouicus 2. non tamen conſecutus conſecrationem Papalem, propter maximos tunc tumultus Germaniæ: cum ipſe cauſam Regis Philippi probaret. Præfuit nihilominus laudabiliter A. 6. Obijt pridie Apoſt. Philippi & Iacobi, anno 1208. Ex Bruſch. & aliunde.

Auguſtanus Epiſcopus Hardouicus.

Conradus à Liechtenavv (poſtea Abbas Vrſperg. quem toties in hiſtoria citamus) Preſbyteratum accepit à venerabili Epiſcopo Conſtantiæ Diethalmo: vt ipſe de ſe ſcribit.

Vrſperg Abbas Conradus.

VVirtemberg. Comites, ex M. Scr.

Vlricus, primus clarior Comes VVirtembergicus, 1202. natus. Supra lib. 10. cap. 12. Eberhardum, VVirtembergenſem Comitem, Henrici filium poſuimus.

VVirtemberg. Comites.

Eberhardi progenies.

I. *Vlricus, cum pollice (quem, maiorem in dextra habuit) dictus, fundator collegij Bentelſpachenſis: qui vxorem habebat Agnetem, Duciſſam Polonicam. Vixerunt 1264.*

II. *Ex Vlrico natus,*

Eberhardus illuſtris, 1320. Cuius vxor 1. Adelhaidis, comes Sigmaringena, 1290. vxor 2. Irmegardis, Marchioniſſa Badenſis, 1301.

Eberhardi ſorores. 1. Irmegardis, nupta Ludolfo, Marchioni Badenſi. Vixere circa 1300. annum. 2. N. Comitiſſa VVirtembergenſis, 1296. anno. 3. Agnes, Comitis Ludouici Oetingenſis vxor, circ. 1310. 4. Luitgardis, Henrici Leoſtenij coniux, 1318.

Eiuſdem Eberhardi frater, Vlricus: cui nupta fuit Irmegardis, Hohenbergica Comes. Horum liberi. 1. Vlricus, 1330. 2. Agnes: cuius mariti, Eberhard. Comes VVerdenbergenſis, 1331. & Vlricus, Comes Helffenſtein. ſenior, 1357. atq. Conradus, Com. Schlyſſelbergenſis, 1366.

III. *Eberhardo illuſtri natus, Vlricus: cui deſponſata, Sophia, comitis Pfirtenſ. Theobaldi filia. Vixere circ. 1336. & 1340.*

Fratres & ſorores Vlrici. 1. Margareta, nupta Eitelfrizio, Com. Zollerenſi: qui viuebant circ. 1346. & 1349.

2. Adelhaita, vxor Vlrici, Comitis Hohenlohenſis: circ. 1333. & 1340. 3. Irmegardis: cuius vir Rudolphus, Comes Hohenbergenſis, 1330. & 1334.

IIII. *Vlricus: cui nupta, Irmegardis, Comes Hohenbergica: qui erant circa annos Domini 1299. & 1321.*

Sed pro hoc pari, alibi rectius reperiebam Eliſabetam, comitiſſam VVirtemberg. 1327. & maritum eius Henricum, Ducem Auſtriæ, mortuum 1343.

Conſpectus horum.

- *Eberhardus I. 1235.* — *Vlricus Pollex, 1264.*
  - *Eberhard. 2. illuſtris, 1320.*
    - *Vlricus, 1336.*
    - *Margareta, 1346.*
    - *Adelhaita, 1340.*
    - *Irmegardis, 1334.*
    - *Eliſabeta, 1327.*
  - *Irmegardis, 1300.*
  - *N. Comitiſſa, 1296.*
  - *Agnes, 1310.*
  - *Luitgardis, 1309.*
  - *Vlricus,* —
    - *Vlricus, 1330.*
    - *Agnes, 1331. & 1366.*

Sed in alijs M. Scr. aliquid ab his non parum diuerſum inuenitur: vt, Eberhardum I. & Vlricum Pollicem, fuiſſe ex Ludouico fratres. Ex Eberhardo, & Agnete Zeringenſi, natos eſſe: Henricum, Epiſcopum Eichſtetenſem: & Eberhardum 2. & Vlricum, Collegij Bentelſpach. conditorem: ex quo Vlrico, Eberhardus 3. Illuſtris ſit. Hæc, prioribus fortè magis vera: meo quidem animo. Vide infra part. 3. lib. 3. cap. 10. & lib. 4. cap. 12.

Redeo

Redeo nunc ad res Imperij Græci. Alexius, Irenæ noſtræ fraterculus, puer 12. annorum, præditus forma & ingenio liberali: elapſus (vt antehac diximus) ex inſidijs impij patrui Alexij, in Italiam, deinde Romam, poſtea in Alemanniam, ad ſororem & Regem Philippum, perfugit. Vnde, maxima mala vrbi & Imperio Conſtantinopoleos nata. Puero enim cum comitatu & literis à patre, ad ſororem Irenam veniente: cum Iſaacij calamitates apud eam & maritum, tragica querimonia expoſitæ eſſent: Irena Philippum incitauit: Philippus, qui ciuilibus malis ipſe implicatus erat, apud alios tamen effecit (etſi non nemo Alemannorum etiam vnà profectus eſt) vt expeditio facilius procederet aduerſus Conſtantinopolin. De quo puero (qui forſitan etiam Hohenſtauffam aſcendit) rebusq́ adiunctis, loca plura Auctorum ponam.

Alexij pueri, ex Italia in Alemanniam, ad ſororem Irenē aduentus.

VINCENT. lib. 30. Spec. hiſtor. cap. 64.

Puer Alexius, à patruo Alexio cum Iſaacio patre incarceratus, effugit: & in Alemanniam ad ſororem, & ſororium ſuum Germaniæ Regem, proficiſcens, cuidam ex Francia in Italia accurrit. Et, cum Franci Venetias decurriſſent: tanquam in terram S. profecturi: cauſam eis ſuam & patris lacrymabiliter commendauit, per nuntios: grandem pecuniam, & Eccleſiæ Græcæ cum Latina vnionem, promittens. Vocarunt ergo puerum, &, iuramento ab eo accepto, cum eo Conſtantinopolin nauigarunt. Nominat eo in loco Vincentius patrem pueri, Conrezas: & capit. 101. Thurſac. ſed vtrunque inſcienter, propter imperitiam linguæ Græcæ: pro, κῦρ Ἰσαάκ.

Pactio eius cum Latinis.

Conrezas. Thurſac.

ANTONIN. volum. 3. tit. 19. cap. 2 §. 1.

Corean.

Iſaachius (al. Corean) fauore populi, qui tyrannidem Andronici ferre non poterat, hunc cepit: & propter immenſa eius ſcelera, ad ſtipitem ligauit, ac ſagittari fecit: ac poſt eum Conſtantinopoli imperauit. Eum frater ſuus Alexius cepit: oculis priuauit: Alexium filium eius, carceri mancipauit: coronamq́ Imperij nequiter vſurpauit. Alexius de carcere euadens, in Italiam, & ad vrbem ac Papam, ſe contulit. Coram quo, multis aſtantibus Romanis, de crudelitate in patrem commiſſa querimonias poſuit: ſedis Apoſtolicæ auxilium implorans. Deinde ex Italia ad prædictum Philippum, qui ſororem eius habebat vxorem, in Alemanniam properauit. Cùm quo deliberato conſilio ſic effecit: vt ocyus Philippus nuntios ſuos, ad Principes exercitus Chriſtiani, qui iam Venetijs congregati erant, ad transfretandum in ſubſidium terræ ſanctæ (nolebant per terram: quia ſuſpectum habebant odium Græcorum in Latinos propter ea, quæ præceſſerant) miſerit: qui eis lacrymabiliter cauſam patris & filij proponerent: petens, vt, quia pater eius, & ipſe, fuerant nequiter ſpoliati: cum eo ad recuperandum Imperium Conſtantinopolitanum nauigarent. Promiſit eis puer: quòd tam in ſubſidium terræ ſanctæ, quàm in expenſis, magnificè reſponderet. Ac XXXIII. millia Marcarum argenti, quæ Venetis dare pro nauilo conuenerat, ſe eis ſoluturum promittebat. Spondebat etiam, Græcorum Eccleſiam pro poſſe ſuo, ſacroſanctæ eccleſiæ Romanæ ſubdere, atque vnire. His igitur auditis: de conſenſu Romani Pontificis, vocato puero Alexio: & iuramento ab eo corporaliter recepto, quòd promiſſa nuntiorum impleret: ad recuperandum Imperium eorum, patrocinium & auxilium promiſerunt.

Promiſſiones pueri Alexij, ad Latinos.

Corean illud Antonini, intelligo κῦρ ἄγγελος, Dominus Iſaacius Angelus.

CHONIATA.

Ἀπαχθεὶς ὁ Ἀλέξιος ἐς σικελίαν, δῆλος τῇ ἀδελφῇ γίνεται. ἡ δὲ δορυφορίαν ἱκανὴν ἀποστείλασα, τὸν ἀδελφὸν ἀγκαλίζεται: καὶ δεῖται τἀνδρὸς φιλίππου, τὰ δυνατὰ τῷ πατρὶ ἐπαμῦναι: φάος ἅμα καὶ κράτος ὑπὸ τῶν γνησίων ἀφῃρημένῳ: καὶ τῷ ἀδελφῷ ἐπαρήξειν, ἀστέγῳ τε καὶ ἀπόλιδι, κατ᾽ ἀστέρας μεταφερομένῳ τοὺς πλανήτας: καὶ μηδὲν ἐπαγομένῳ, πλὴν τοῦ σώματος. *Fratrem Irena amplexa, maritum Philippum orat: vt patri ſuo pro virili ſua ferat opem: oculis iuxta, ac Imperio, à ſuis priuato. Fratrem etiam iuuet, exulem & extorrem errantium ſtellarum ritu vagantem: neque quicquam, præter corpus, ſecum ferentem.*

Irenes adhortatio ad maritum Philip. pro illo.

P. ÆMIL. lib. 6.

Alexis Iſaaci filius, admodum adoleſcens, antequam comprehendi à patruo poſſet, elapſus: ac ab aliquot ſuorum proceribus ad Latinos ductus: in primis Philippum Cæſarem, quod ei ſoror ipſius Irena nupſiſſet, adijt. Auguſta fratrem exterrem pie benigneq́ excepit: orauitq́ virum

Auguſtum: ne comprehendendorum, à quibus minime deceret, Auguſtorum exoriens exemplum, licentiamq́, inultam ſineret. Patrem ſuum (quod miſerum indignumq́ eſſet) à fratre, cuius beneficio vitam, lucem, libertatem, recuperaſſet: ac penè in conſortionem rerum potiendarum receptus eſſet: Sole, Imperio, mortalium colloquio congreſſuq́, priuatum: adoleſcentulum in ſpem Imperij educatum, iniuria patrui extorrem, egentem vagari. Huius indignitatis partim in ſe, quæ filia Iſaacij, quæ ſoror adoleſcentuli, ſit, redundare: atque adeo ad ipſum Philippum Auguſtum, qui gener Iſaacij Auguſti ſit, pertinere. Parricidam Alexin nunquam tantum, tamque nefarium ſcelus, conſciturum fuiſſe: niſi ei vilis; Maieſtas Philippi, ac parum ſancta, extitiſſet. Hæc ac talia, mulier Græca, iuſto dolore incenſa: & magna neceſſariaq́, precandi cauſa, apud virum indulgentiſſimum. Ipſe ſuo bello, certamineq́, aduerſus Othonem, æmulum Imperij occupabatur: apud Francum (Regem Philippum Auguſtum) authoritate valebat: fœdere ſocietateq́, armorum iunctus. Francia pace, viris, equis, nobilitate, opibus, nomine, florebat. Iam Balduinus Flander ſacra induerat arma: tota Francia ſacrum aurum cogebatur. Eius rei cauſa, & ab Rege, & à Pōtifice maximo, viceſima omni generi ordiniq́, hominū indicta. Argumenta ſuaſionis Irenæ. R. Philippus, domeſtico bello impeditus Gallorū R. Philippū Aug. & alios, ad vltionem Alexij, Irenæ patrui, excitat.

MARC. GVAZZ.

Aleſſio, figliuolo d'Iſacio, ch'era anchora gargionetto, iſcampò via: è fu d'alcuni de ſuoi baroni condotto à dimandar ſoccorſo à Principi Latini: & prima à l'Imperatore Filippo: per che hauea per moglie Irene ſua ſorella. L'imperatrice, con molta carità & amoreuolezza riceuette il cacciato fratello: e pregò ſuo marito, che l'haueſſe voluto aiutare: e non laſciare ſenza vendetta queſta tanta licenza, & ardire temerario, di por mano à l'Imperatori quelli: à chi meno ſi acconueniua: ſoggiungendo, che non ſi poteua dire: quanto era indegno e malfatto: che'l padre loro fuſſe ſtato dal proprio fratello priuo de l'Imperio, de la viſta, e de la conuerſatione de gli altri huomini: & al quale hauea egli dato la libertà, la vita, & appoſe il primo luogo. Et per ſpronare à tal vendetta piu il marito: anchora oltre molte altre parole diſſe: che non haurebbe hauuto mai tanto ardire, lo ſcelerato Aleſſio, di fare coſi empio tradimento: ſe non haueſſe tenuto à vile, e fatto poco caſo de la Maeſtà de l'Imperatore d'Occidente. Trouauaſi Filippo molto trauagliato de Ottone, figliuolo d'Henrico Principe Brunſuigienſe, ſuo emulo: ma molto amato da Franceſi: & da molti altri Principi Criſtiani: ch'erano ad ordine per paſſare ne l'Aſia: à quai ricomandò il chugnato.

M. Anton. Sabellic. hiſtor. Venet. lib. 8.

Alexius puer Dandulo Gallisq́, circa Laderam hybernantibus, ſuperuenit. Hic multa de iniuria patrui queſtus: cæcitatem patris, vincula, ſqualorem, tenebroſum carcerem, exilium ſuum, vel ipſi hoſti miſerabile, flebiliter exponit: auxilium afflictis ſuis rebus longa oratione petit. Hæc, illi Scriptores. Alexij pueri querimonia.

Placuit ea occaſio Latinis, per hunc puerum oblata; tanquam ſic Orientis Imperium & Eccleſia, poſſet Romanis reſtitui: ac Saracenis hoc modo facilius reſiſti. Ideo Alexius à cunctis, tanquam filius Imperatoris, receptus fuit. Nec enim vel ipſe ſuæ cauſæ deerat: quippe probè inſtructus à ſuis: ac præter ſalarium in copias, magnifica etiam dona promittens. Occaſionem hāc latini accipiūt.

Hoc tempore multos proceres & nobiles Germanos, Tritenhemius profectionem adornaſſe ſcribit ad Dominicum ſepulchrum. Inter quos nominat Bertholdum, Comitem de Nuuenburg in Briſgavv: qui, accepta pecunia, comitatum ſuum cum omnibus prouentibus, Argentinenſi Eccleſiæ in perpetuum tradiderit: atque Hieroſolymæ cum filio, Deo ad mortem vſque ſeruierit. Ait etiam, Baſilienſem Epiſcopum Lutholdum, & Comitem Spanheimenſem Adelbertum, cum Latinis aduerſus Conſtantinopolim iter intendiſſe. Nevvenburg. Comes in Briſgoia.

PHILIPPI CÆS. BELLVM TVRINGICVM. VVORMAC. EPISCOPVS Leopoldus, bellicoſus. Ordo Dominicanus, vel Prædicatorum, natus. De Parthenonibus, Medingenſi & Medlingenſi. Apud Dominam Irenam, fraterculus ſuus Alexius, in Alemannia: & inde, ad claſſem Venetam: in qua Conſtantinopolin nauigat. Conſtantinopolis, à Latinis expugnata. Imperatores Orientis, alius poſt alium. ALEXIVS ANGELVS puer. ALEXIVS DVCAS Murzuphlus. BALDVINVS FLANDER, I. Latinorum ibi Imperator. Græcum Imperium nouum, apud Nicænam Bithyniæ. Emerſio Tartarorum.

CAPVT X.

Turingum Hermannum Philippus ſubigit.

ANno 1203. Cæſar Philippus Turingiam vaſtauit: eiusq́ Landgrauium Hermannum, in deditionem accepit: qui antea Northuſam, Mylhuſam, Salfeldam, & alia, auxilio Bohemorum oppreſſerat: ſed poſt deditionem, eas ciuitates à Philippo in beneficium accepit: non tamen fidelem ſe erga eum, quamuis cognatum, præbuit. Ideo Philippus ipſas ab eo poſtea repetijt. Vrſperg. & alij. Nauclerus vero 2. volum. Generat. 41. alijq́, duas Philippi Turingicas diuerſorum annorum expeditiones ponunt.

Sifridus, Mogun. Epiſcopus.

Nam anno 1203. Rex Philippus, manu ſuorum valida Turingiam, contra Hermannum Landgrauium intrauit, ſibi rebellem: præſertim, quod is Sifrido, Moguntino Archiepiſcopo, contra Philippi decretum electo, adhæreret: ac, quod de ſententia Innocentij P. reditus Eccleſiæ Moguntinæ in Turingia, Sifrido cedentes, in vſus ſuorum hoſtium, & Regis Othonis, conuertiſſet. Idcirco Hermannus Othacarum Bohemiæ Regem, & Comitem Palatinum Henricum, auxilio vocat. Qui contractis ſuorum tumultuariè copijs, magna cum multitudine armatorum Landgrauio ſuccurrunt. Philippus hoc videns, à congrediendo cum eis abſtinuit: ſed ferro & igne obuia quæque conſumens (erat quippe adhuc vetus inter Sueuos & Turingos odium: illiq́ tunc his non parcebant) ſeſe cum ſuis oppido amico Erdfordiæ incluſit. Qua Hermannus cognito: exercitu ſuo & auxiliorum, oppidum arctè obſedit. Philippus periculo ſuo intellecto, nocte intempeſta cum paucis ſuorum, ad Marchionem Miſnenſem ſe contulit. Cuius auxilio milites ſuos ex obſidione eripere conans: hoſtes cum paucis nequicquam aggreſſus eſt: ſuiq́ vehementius in oppido oppugnati ſunt. Audito vero, Philippum profugiſſe: ſoluta obſidione, quæ nouem dies durarat, hoſtes ad ſua ſunt reuerſi. Philippus Smalkaldam obruens, deprædatus eſt, & deſtruxit. Quo etſi Proceres aliquot offendit: tamen multos Turingiæ nobiles ſibi conciliauit: quos oneribus Landgrauius grauaſſet.

Erdfordiæ Philippus obſeſſus, ſed elapſus.

Smalkaldiæ per eum deprædatio.

Otho, Mersburgi iterum coronatus.

Otho cum ſuæ functionis Principibus, menſe Auguſto conuentum Mersburgi egit: & à Præneſtino Epiſcopo, Apoſtolicæ ſedis legato, in feſto S. Bartholomæi, iterum nomine Papæ eſt coronatus. Anno vero altero, nempe 1204. Rex Philippus, magnis congregatis copijs (Bauarorum, Sueuorum, Auſtraſiorum, Rhenenſium, Oſtrofrancorum, Sorabiorum, Saxonum: auxiliantibus etiam Comitibus de Schvvartzburg: & comite Lamperto de Glichen: nec non Erdfordenſibus) in Thuringiam denuò contra Hermannum Landgrauium irruit: in primisq́ oppidum VVizenſe (VVeiſſeſeham) obſedit: & in deditionem accepit. Quo Archiepiſcopus Magdeburgenſis Ludolphus (de quo antehac) Philippo cum 1100. equitibus auxilio venerat. Regem deinde Othakarum, & Palatinum Henricum, ſuppetias Hermanno currentes, primo congreſſu fugauit: &, quicquid per circuitum, locorum & præſidiorum erat, cepit, ſpoliauit, incēdit, ſubuertit. Bohemum Otho de VVittelſpach, Dux exercitus Philippi, CCCC. viris vſque ad Bohemiæ ſyluam perſecutus fuit: & Philippus illum ita humiliauit: vt vix dimidium Ducatus retinuerit. Hermannus cladem conſpicatus, & quòd à Bohemo deſereretur: venit ad Philippum: ſuppliciter ſe ad pedes eius abiecit. Qui multis verbis de leuitate ſua, à victore grauiter obiurgatus: deprecatione circumſtantium, cum oſculo tandem ſubleuatus, & in gratiam receptus, eſt. Pepererunt hi ſucceſſus Philippo, multorum ad partes eius acceſſus. Talia ferè, Nauclerus: qualia apud Arnoldum quoque, Krantzium, Tritenhemium, & apud alios, inuenias. Sed ante hanc alteram Philippi expeditionem in Turingiam, Palatinus Henricus ad Philippum à fratre Othone defecit: quòd minatus ei fuiſſet Philippus: niſi, relicto Othone, ſe ſequeretur: ſe dignitatem Palatini in alium collaturum: nec diutius paſſurum, vt ſuis ab illo viribus oppugnaretur. Tum Otho, viribus ſe diminutum cernens, Brunſuigam, vnde cum exercitu egreſſus fuerat, reuerſus eſt. Eius vero Dapifer Guncelinus, improuiſo aduentu Goslariam, Philippo longius abſente, occupauit, ac diripuit. Piperis & aromatum (multi enim inerant Mercatores) tanta inuenta fuit copia: vt modijs & aceruis diuideretur.

VVeiſſeſeham Turingiæ capit Philippus.

Ottocari Bohemi fuga.

Palatini Henrici ad Philippum defectio.

Goslariæ direptio.

Leopol. VVormac. Epiſcopus, Philippi defenſor fidelis.

Fertur Philippus 1203. anno, conuentum cum aliquot Germaniæ Principibus, præſente Papæ Legato, Auguſtæ celebraſſe. Gaſſarus M. Scr. Annal. Leopoldus ille, vel Lupoldus, Epiſcopus VVormacīæ, de quo ſuprà dictum eſt, omnibus pugnis Philippi (teſte Trit.) contra Othonem interfuit, inuito Pont. Innocentio. Idem pugnauit, vt miles: pauperes ſpoliauit: ac neq́ Eccleſijs, neq́ Monaſterijs, pepercit. Dicentibus ad eum militibus: Domine, non licet nobis Eccleſias & Cæmiteria ſpoliare: reſpondit: Cùm oſſa mortuorū tollitis: tunc Eccleſias & Cæmiteria ſpoliatis. Ex cōmunione quidē Eccleſiæ, à Papa eiectus eſt: ſed beneficio Regis in odiū Othonis reſtitutus.

Hoc 1203. anno, nempe Indictio. 6. conſecutus eſt priuilegiorum ſuorum confirmationem Erckenbertus, Eremitanus in Nariſcis Abbas, in ciuitate Egrana, 9. Kal. Mart. à Rege Rom. Philippo. Bruſch.

Electus eſt Antiſtes Bambergenſis, alius quidam Eckenbertus (al. Erinbertus) Stephani Vngarorum Regis frater: filius Meronia Ducis Bertholdi: & Dominæ Agnetis, filia Dedonis: Comitis in Rochlicia, & Marchionis Miſniæ. Præfuit A. 30. De quo, plura Bruſch. Non fuit is extra culpam, occiſo poſtea Rege Philippo. A nobilibus duobus, Miniſterialibus ſuis, de facinore neſcio quo aliquoties obiurgatis, occiſus eſt pridie S. Barbaræ. VVirceburgenſis Epiſcopus Conradus, Imperialis Aulæ Cancellarius. Erant illi (teſte Vrſperg.) de caſtro apud Herbipolin, Rauenſpurg vocato: quod poſtmodum à ciuibus Herbipolenſibus deſtructum eſt: percuſſoresq́, de terra expulſi: Succeſſit ei commendatione R. Philippi, Oſtrofrancus nobilis Henricus Caſeus. Bamberg. Epiſcopus Eckenbertus. Rauēſpurg apud Herbipolin.

Dominicus Cataguritanus Hiſpanus, fundator ordinis Prædicatorum, clareſcit. Natus fuerat ipſe anno 1170. in pago Exonienſis diœceſeos Calagura: patre Felice, matre Ioanna. Hic cum Simone de Monteforti, ſectæ VValdenſium aduerſatus eſt. Varias regiones docēdo peragrauit. Poſtea confirmationem ordinis ſui, ab Honorio papa obtinuit: ac multa erexit Monaſteria. Obijt 1223. nonis Aug. apud Italiæ Bononiam. Eum ſecutis temporibus Gregorius 9. Pont. (qui circa 1230. Chriſti ſedit) auditis miraculis & vita eius, numero Sanctorum aggregauit. Inſtitutus eſt hic ordo (viribus Chriſtianorum per bella tranſmarina conſumptis) ſub Regula D. Auguſtini. Qui prædicatores ne à docendo impedirentur: decretum eſt huic ordini, terrenas poſſeßiones abijcere: vtpote contra hæreſes prædicandi cauſa inſtituto. Cuius ordinis amplificator, inter alios etiam Thomas Aquinas fuit, & Albertus Magnus, & Iacobus de Voragine, & Florentinus Archiepiſcopus Antoninus. Lege 31. Vincent. 65. & inde. Poſtea etiam Franciſcanorum, vel Mendicantium & Minorum, ordo, ab eodem Gregorio ratus eſt habitus. Dominicani prædicatorij ordinis origo.

Medingenſe & Medlingenſe, Monaſteria virginum.

Putatur Medingenſe fuiſſe ante inſtitutionem ordinis Prædicatorum: & poſtea eidem ordini cōmiſſum, atq́, inſertum: ſicut alij multi Parthenones, qui diu ante Prædicatorium ordinem fuerunt: ac ſub regula S. Auguſtini viuentes, SORORES POENITENTES dicebantur. Aucto deinde Medingenſium numero in tātum: vt nec locus, nec alimenta, ſufficerent: re ad Papam Clementem relata (qui anno 1265. ſedit) dedit hic eis poteſtatem, alterum inſtituendi cœnobium ſui ordinis: in quo 15. ſorores Medingenſium collocarentur, ad releuationem illius conuentus. Hoc deuulgato: contulit ſororibus generoſus Baro de Faimingen, villam ſuam Medlingam, cum omnibus attinentiis: & cum adiumento nobilis viri Hainrici Spat, ac multorum nobilium, anno 1266. nonis Maij. AEdificato igitur Monaſterio: Medingenſiumq́, ſororibus 15. inibi conſtitutis: plures eò confluxerunt virgines, eaq́, nobiles. Baro autem ita earum ſtudio religionis delectabatur: vt ipſarum officijs dies noctesq́, intereſſet: ac ſe mortuum ibi ſepeliri vellet: orans, vt, ſi ipſæ aliò migraturæ eſſent: oſſa ſua ſecum tollerent. Putabat enim, ſorores, ſi multiplicarentur, ibi non manſuras, propter aquæ defectum: Sed manent. Poſtea, Prædicatorum diſciplina deficiente: ipſarum etiam mores degenerarunt. Sed 1467. Medingenſes reformatæ ſunt (quò anno, Vlmenſium quoque Monaſteria) per M. Ludouicum Fuchſium: qui priorem Landshutenſem AEgidium Schvvertmannum, ſubſidio ſibi à Bauariæ Duce Ludouico impetrauerat. Reformatio verò, in Medlingenſi cœnobio difficilior fuit: eò quòd ære alieno implicitum erat. Succeßit tamen ea per Reformatrices: quæ de Schönenſteinbachenſi Monaſterio aduenerant. Et 1474. anno, diues quædam Vlmenſis virgo, Margareta Schleicherina, omnibus ſuis bonis eo collatis, benè ſubuenit. Quæ ita ſe geßit: vt anno ſequenti Priorißa fieret. Situm eſt vtrumque cœnobium in parte, qua Bauariam reſpicit. Ex Germanicis M. Scr. Felicis Fabri. Meding. Monaſterium. Medling cœnobium.

Initia Imperij Latinorum apud Conſtantinopolin.

De nauigatione nunc dicam Latinorum, ſiue Occidentalium, cum Alexio puero Conſtantinopolin verſus: de fuga Tyranni Alexij: de vrbis expugnatione, & Murzuſli Tyranni deiectione: de obitu Impp. Iſaacij, & filij Alexij: de Imp. Balduino, à Latinis ibi conſtituto. Quæ anno facta ſunt 1202. vſque ad 1204. de quibus rebus, loca afferam ex Latinis & Græcis Scriptis, ſed ad pauciora contrahens.

Ex Vrſperg.

Græcus quidam Princeps, apud Philippum.

Venit frater Reginæ Erinæ, cuius pater erat excæcatus, ad Philippum in Alemanniam. Venerat autem ante eum quidam Princeps Græcorum: volens percipere Regnum nomine Reginæ. Quem cum deprehendiſſent fraudulenter agentem: iuſsit eum Rex captiuum teneri: ſed interuentu Reginæ, cito abſoluit eundem. Qui reuerſus in Græciam, Regnum illud ſibi vendicauit: ſed breui eum Græci ſtrangularunt. Alter, legatione accepta à ſorore, & Rege Philippo, Regnum Græciæ accepit (reductus à Latinis) ſed breui perijt: & Latinus exercitus Conſtantinopolim cepit.

Ex Æmilij lib. 6.

Bellum Latinorum aduerſus Conſtantinopolin.

Cùm Adoleſcentulus Alexis ad Francos, cæterosq; proceres, ſacrum bellum profeſſos: à Pontifice Max. Philippoq; Auguſto, à Franco Rege (Philip. Aug.) miſſus: illos ad Iaderam ſedentes inueniſſet: ac benignè receptus eſſet: & tum ipſe, tum Proceres Græcorum, qui cum eo erant, ingentia omnia promiſiſſent: ipſi, omiſsis Syriacarum rerum conſilijs, hoc bellum ſuſcepere. Proinde in oppida Græca, quæ præſidijs inſeſſa, & tormentis miſsilibusq; in noſtros inſtructa, prætereunda erant, famam euulgarunt: nullum cum gente nobiliſsima ſe bellum gerere, quondam ſocia & amica: ſed iuſtum legitimumq; Imperatorem reſtituere in priſtinam Maieſtatem velle. Ex Ionio, in Aegæum mare circumacta claſsis: in Helleſpontum perrectum, nullis anguſtijs curſum remorantibus. Propontis etiam liberius patuit: nec fauces Thracij Boſpori, ac propè concurrens, exiguo dirimente freto, cum Europa Aſia, alacritatem noſtrorum remorata eſt.

Chryſoceras promont. Pera. Catena eius freti. Theodorus Laſcaris, Alexij Tyranni gener.

Huius initio, in promontorio, quod optima ſignificatione Chryſoceras appellatur, à meridie Byzantium occurris: à ſeptentrione, Pera oppidum è regione oppoſitum eſt, breui tranſitu: vnde illi Græcè vulgò nomen inditum. Turris oportuno loco aſſurgebat: & catena prætendebatur, ad arcendos libero ingreſſu hoſtes. Sed ea perrupta eſt impetu incurrentis maximæ nauis: quæ propter ſummam celeritatem, Aquila nomen habuit. Obſtabat ibi Tyranni Alexij gener Theodorus Laſcaris, à littore arcens noſtros: LX. millia armatorum ex Græca iuuentute habens. Latinorum potentia, hæc erat.

XX. millia peditum.
VIII. millia equitum.
Naues CCL. quarum, triremes LX.
Onerariæ LXX. Hippagines CXX.

Conſtantinopoleos deditio. Iſaacij cæci Imperium reſtitutio, cũ Alexio F. Latini, extra vrbem.

Prælio ſuperati, fugerunt Græci: eaq; nocte Imp. Alexis (magna vi auri, apud alteram filiarum Irenen, ſacrarum virginum maximam, loco ſacro defoſſa) ac gener Laſcaris, cum paucis amicorum ex vrbe profugerunt. Ciues poſtridie Iſaacium, è carcere eductum, adorant: et vitam victoriamq; acclamant: Latinos, portus patefactus, Græcæ maieſtatis vindices ſeruatoresq; ſalutant. Ita cæde direptioneq; opulentiſsimæ vrbis temperatum. Liberatus Iſaacius, filius reſtitutus: nouumq; Francis, ſocijsq; decus partum. Senex Auguſtus maximas gratias agere: quòd illorum fide ac virtute, Græcia tyrannide liberata eſſet: ſibi, libertas reſtituta cum filio. Tam pij erga ſe filij pacta, ſibi rata ſanctaq; eſſe. Filius memor, gratusq; in primis, agitabat conſilijs: quanam ratione perſolui fides poſſet. Vt autem ciues libentius pecuniam conferrent: quæ fœderi filij dabatur: Franci in caſtra ante vrbem locata, Veneti ad naues, ſe recepere. At collatio ingentis pecuniæ, grauis ingrataq; Græcis erat: ſolitis exigere, non pendere. Fremebant, Imperium addictum eſſe à puero auaris ſuperbisq; gentibus: præſertim, quòd iam inſulam Cretam Bonifacio Ferratenſi, vt propinquo, donaſſet. Item, quòd Græcam Eccleſiam Latinæ ſubijceret.

Ciuium in vrbe inconſtantia.

Tumultus & concurſus armorum, ad Regias ædes fiebat: quem tamen Cæſar (puer Alexius) ſedauit: dum ſe è ſuperiore ædium parte oſtendens, in ſuorum ſe ciuium poteſtate fore: nihilque, niſi illis authoribus, acturum, teſtatur. Cùm autem æſtuaret: quod vtriſque ſatisfacere non poſſet: fidem tamen, quam Latinis dederat, ſanctiorem ac potiorem duxit. Miſit ad Ferratenſem: vt proxima nocte, de tertia vigilia, copias in vrbem induceret. Senſit Alexis, cognomine Myrtius, vel Murzuphlus: Cæſareæ ſtirpis vir, & Imperij cupidus. Hic, oratione miſeratus publicam Græcorum fortunam, quæ ab infirma ætate proderetur: viroque conſeruatore opus eſſe, clamans: effecit, vt à populo Cæſar ſalutaretur.

Murzuphlus, eorum Imperator factus.

Sedecim ergo naues, plenas tæda, ſulfure, ſtupa, pice, emittit: quibus claſsis Veneta incenderetur. Sed id fruſtrà fuit. Ille itaq; legatis emiſsis, ſe inſcio factum eſſe hoc ab imperita multitudine, nuntiabat:

Latinos

Latinos ſe pecunia, commeatu, bello in Saracenos, adiuturum promittebat. Reſpondit Venetorum Dux Dandulus: tunc ſe crediturum, vana non afferri: ſi Alexis, Iſacij filius, fidem daret: ac pro multitudine, in quam crimen intenderetur, deprecaretur. Murzuphlus vero metuens, ne vulgus, impetrandæ veniæ ſpe Alexin rurſus adoraret: et in latebris ſpiritum, oppreßis faucibus, interclußit (patre eius Iſacio, iam antea mortuo) famamq́; emiſit, eum ſibi laqueo mortem conſciuiſſe. Cohortatus deinde ciues ad patriam, Maiorum gloriam, decus præſens, tutanda: eruptionem in Latinos facit: præferentibus Sacerdotibus D. virginis ſignum. Balduinus, primus vim hoſtium ſuſtinere: donec omni ex parte conclamatum ad arma eſt. Tum vero Græci, fuſi, fugati, in vrbem compulſi: virgo, in poteſtatem venit. Duodeſeptuaginta dehinc dies, vrbs acriter oppugnata eſt: non interdiu, non noctu, quiete data: alijs poſt alios in vrbem ſuccedentibus: Francis à terra, Venetis à mari, prementibus. Capta tandem eſt vrbs: Sacerdotes cum ſacris veſtibus & crucibus occurrentes, miſericordiam Ducum efflictim obſecrarunt. Duces, voce præconis pronuntiauerunt: captis opportunis locis vrbis: placere, continuo Templa peti: Deoq́; Opt. Max. pro victoria de tanta vrbe gratias agi. Hoc temporis ſpatium, & nox opprimens, miſeris plus, quàm miſericordia preceſq́;, profuere. Conſultatum deinde de vrbe & Imperio. Non euertenda viſa eſt nobilißima vrbs: quæ opportunißimo loco coërcere Barbaros poſſet: ſed Imperio potius, legibusq́; noſtris, firmanda. Erant, qui ſuaderent: vnum oportere eſſe nominis Chriſtiani Imperium: vt vnum Pontificatum maximum. Id ius temporaq́; poſtulare. Iſacij iuſti legitimiq́; Græcorum Auguſti filiam IRENEN, Auguſtam Latinorum eſſe: ad quam leges paternam hæreditatem, ſummamq́; rei Græcæ, deferrent, quòd vna reliqua illius ſoboles foret. Philippum Auguſtum, virum eius, fuiſſe huius belli authorem: eundem, Francici nominis amantißimum eſſe: nec à Venetis alienum. Maiori verò parti Ducum viſa eſt res Græca præſenti Auguſtæ maieſtatis moderatore indigere: qui ex propinquo ferre opem Latinis ſacro bello poſſet. Hæc vicit ſententia. In ſanctius deinde conſilium (quò etiam duo Syriaci Pontifices, tubæ ſacri belli admißi, Betlemita Ptolemaitaq́;) itum à præcipuis Ducibus. Hi re diuina facta, afflationeq́; almi Spiritus implorata conſedere. Conſenſu Imperium ad Balduinum delatum eſt: qui, auunculus erat Ludouici: Auguſto Regi patri, in Regnum Francorum ſucceſſuri: opulentißimus, belloq́; egregius. Ferratenſis, accepta ingenti vi auri, Venetis CRETA ceßit: Theſſaliaq́; donatus eſt: ac Rex Theſſalorum ſalutatus. Venetis præterea datæ, maris Aegæi inſulæ. Gotthofredus, è Tricaßium nobilitate, ſummæ virtutis vir, Dux ATHENARVM, idem & Achaiæ Princeps, declaratus. Quicunq; verò donabantur vrbium regionumúe ditione: iußi ſunt quartam partem publicorum vectigalium, fiſco Balduini Cæſaris inferre: ac ſe ei deuincire ſanctißima religione, panagioq; iureiurando: quo Græco vocabulo, etiam vulgato poſtea Franci vſi ſunt. Byzantijs datus Patriarcha ex Veneta nobilitate, Thomas Maurocenus: qui Balduinum inſignibus Auguſtalibus exornauit. Tunc & Eccleſia Græca, Romano Pontifici ſubiecta. Hæc, ex AEmylio: qui anno ſalutis milleſimo ducenteſimo quarto, pridie idus April. Byzantium receptum ait. At 1203. receptum ex Choniata colligo. Venetis tunc Corcyra quoq;, Corona, Modona, Callipolis, & alia, contigere.

Iſaacij & Alexij Imp. interitus.

Conſtantinopoleos expugnatio.

R. Philippus debuiſſet Imperator ibi fieri.

Sed delatum eſt Imperiũ ad Balduinum Flandrum.

Creta inſula.

Athenæ.

Venetorum vrbes Peloponẽſiæ.

Ex Vincent. Spec. Hiſtor. lib. 29. cap. 64. &c.

Alexius excæcati fratris filium quoq; in carcerem conijcit. Sed is Dei nutu elapſus, à Græciæ finibus ad ſororem ſuam, in Alemanniam, & ad ſororium Philippum Regem proficiſcitur. Venetias cum veniſſet: Francis, qui huc venerant, multa pro fratris & ſui reſtitutione promiſit. Ceperunt illi Conſtantinopolin 1203. & Alexius cum patre Curſach (κυρισαακίῳ) coronatur. Sed Curſach anno 1204. moritur: Alexiusq; à Morculpho (Murzuphlo) necatur: qui etiã profligatur.

Quædam ex Niceta Choniata.

Dux Venetorum, Erricus Dandulus, homo cæcus & capularis (τὰς ὄψεις πηρὸς, ϗ τῷ χρόνῳ [illegible]) ſed callidißimus, & Græcis infenſißimus. Bergomas ait, quòd olim Imp. Manuel, cogens eum candentia ænea aſpicere, ſic viſu priuauerit.

Dandulus Henricus.

Vna Venetarum nauium, quia inſigni magnitudine, ab eis Mundus (κόσμος) appellata fuit.

Mundus, nauis.

Alexius, Iſaacij F. literis Pontificis veteris Romæ, & Regis Alemanniæ Philippi, inſtructus (qui Piraticis iſtis collegijs, plurimum ſe debituros profitebantur: ſi Alexium in patrium Imperium reſtituerent) ad claſſem Latinorum cupidißimè venit: & ab eis benignè exceptus eſt: vt qui & infinitam pecuniam (θαλάσσας χρημάτων) & alia, quæ ad exitum perduci non poterant, illis promiſit.

Conſtantinopolis, Sybaris.

Nouerant iampridem Occidentales: Græcum Imperium iam nihil eſſe aliud, quam crapulam & ebrietatem: nec aliud Conſtantinopolin, quàm illam celebrem luxu Sybarim.

Latini, abrupta illa ponderoſa cathena (σιδηρᾷ βαρυταλάντῳ ἁλύσει) *quæ contra hoſtes ante fretum Peræ obtendi ſolebat, Græcos pepulere. Factum ineunte menſe Iulio, anno Mundi (ſic numerant Græci) ſexies milleſimo, ſeptingenteſimo, & vndecimo. Sic, ille. Ergo anno Chriſti 1202.*

Annus Mundi Græcus.

Nam hoc 1591 Chriſti, Græci numerant annum Mundi ſepties milleſimum & centeſimum.

Aſſederũt in palatio, reſtitutis Imperatoribus, patri & filio, Latinorũ Duces, & nobilitate inſignes viri: vt benemeriti, vt ſeruatores, celebrati: & exquiſitis honoribus lautitijsq́ accepti. τοῖς βασιλεῦσι συνήδεσζον, εὐεργέται καὶ σωτῆρες ἀκούοντες. θεραπεῖαί τε καὶ τρυφητήρια τούτοις ἐπινενόηντο.

Auaritia Latinorum inexplebilis.

Militaris leuitas.

Nihil ſufficiebat Latinis, omnia exiguæ guttæ inſtar eis erant: genti auariſſimæ & luxurioſiſſimæ. οὐδὲν ἔθνος, ἐρασιχρηματώτερον, τρυχοδειπνότερον, καὶ δαπανηρότερον. Fromme Landtsknecht ſchöpffen mit dem groſſen Leſſel auff. *Pueri Alexij Imp. colluſores Latini, ei diadema aureum & gemmatum detractum, ſuis capitibus: illi verò laneum hirſutum pileum, imponebant. Sic magnificum & inclytum Romani (Græci) Imperij nomen, fœdatum eſt.* Οἱ συμπαίγμονες ἐκείνῳ, τὸ τῆς κεφαλῆς ἀφαιροῦντες διάδημα, χρυσόκολλον ὂν καὶ λιθόστρωτον: αὐτοὶ μὲν ἐκεῖνο περιετίθεντο: τὸν δ᾽ ἀλέξιον περιέβαλλον τὸ λαχνῆεν καὶ ἐρεοῦν, καὶ τῆς λατινικῆς ταλασίας, περίβλημα. Das hieß Hüt tauſchen.

Murzuphlus.

Solus Alexius Murzuflus Latinis reſiſtere audebat. Dictus μύρζουφλος, ἐκ τοῦ συνεσπάσθαι τὰς ὀφρῦς: καὶ οἷον τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐπικρέμασθαι. *Ergo contra Angelos populus, imò Senatus & Pontifices, alium Imperatorem creare aggreſſi ſunt in templo Sophiæ. Erat tunc 25. dies Ianuar. annus 6712. Id eſt, Chriſti 1203. Ponitur à Choniata tunc 7. Indict. ſed mihi 6. eſt. Quo anno & vrbs à Latinis eſt expugnata, die April. 12. die hebdomadis ſecundo, id eſt, die lunæ.*

Locus, vbi expugnata vrbs.

Expugnatam autem inuenio, ea parte, qua Regia eſt, & Templum Sophiæ: duabus nauibus colligatis, & ad murum admotis; Paradiſo & Peregrina nominatis. 30. Vincent. 91. ex Epiſtola Balduini Regis.

In hac expugnatione, Græcos fugauit omnes quidam nobilis, giganteæ ſtaturæ (τὴν ἀναδρομὴν τοῦ σώματος, ὡς γίγας μικροῦ περιφαινόμενος ἐννεαόργυιος) *Petrus Planzius: caſſidem, turritæ vrbis inſtar in capite habens, vt Choniata ſcribit. Neſcio, an ex ea familia fuerit D. Martinus*

Petrus Planzius.

Plantſchius: qui anno 1513. in Academia Tybing. S. literas docuit: à quo fundatum eſt Martinianum Stipendium: in quo circiter 24. Studioſi adoleſcentes gratis aluntur. Fuit ipſe ex oppido Dornſtattio, 4. hinc miliaribus diſtante, oriundus.

Scortum militare in patriarchica ſede.

Muliercula quædam, coopertà peccatis, miniſtra furiarum, ancilla Dæmonum, in ſolio Patriarchico ſedit: fractam cantelinam cantans: pedibusq́ in ſaltationem motis perſtrepens: γυναικάριον σεσωρευμένον ἁμαρτίαις, ἐριννύων ζάκορον, δαιμονίων πρόσπολον.

Veteres migrate coloni.

Choniata, puellæ conſeruator.

Exceſſerunt tunc miſeri ciues: inter quos & Choniata noſter, receptis in medium fœminis. Cùm autem per Auream portam exeundum eſſet: barbarus quidam ferox, rapuit eis nobilem puellam. Sed Choniata eum ad prætereuntes aliquot milites accuſans: eosq́ per Deum obteſtans: vix tandem, cùm ſuam vxorem eſſe diceret, ope eorum eripuit ipſam. Putatur eam poſtea vxorem duxiſſe.

Patriarcha exilium.

Antecedebat ipſos Oecumenicus Patriarcha: ſine nummis, calceis, pedo (ἄνευ χρυσοῦ, ἄρραβδος, ἀσάνδαλος) *vna tunicula indutus.* Der arm Stigelhüpffer. *Selybriam eo die peruenerunt.*

Balduinus qualis Imperator.

Creatus eſt Imperator, Balduinus, nondum 32. annos natus. Vir pius & modeſtus. Vacabat diuinis laudibus. Ne impudico quidem aſpectu mulierem intuitus: quandiu à ſua coniuge abſuerat.

Ignauia ſeruitutis mater.

Ἡ ὑπτιότης καὶ ὀκνηρότης τῶν τὰ ῥωμαίων χειριζόντων πράγματα, δικαστὰς ἡμῶν καὶ κολαστὰς τοὺς λῃστὰς ἐπήγαγεν. *Oſcitantia & ignauia eorum, qui rerũ potiebantur, effecit: vt ius nobis dicant, & pœnas irrogent, latrones iſti*

Prædictio huius cladis.

Hæc Choniata, notatu digna: qui addit, has vrbis clades, nullo nec cæleſti, nec terreſtri, portento (οὐδενὶ σημείῳ ὕψοθεν, ἢ καὶ γῆθεν, ἐκφανθέντι) *præſignificatas eſſe. Vide tamen apud Ioan. Tzetzen (qui vixit 1176.) Chil. 9. Hiſtor. 277. & 278. Oraculum:* βοῦς βοήσει, καὶ ταῦρος θρηνήσει *Boabit Bos, & taurus lamentabitur. Item,* οὐαί σοι, ἑπτάλοφε, ὅτι οὐ χιλιάσεις: *Væ tibi, ſepticollis, quoniam ad milleſimum annum non accedes. Quæ oracula Petrus Gyllius de hac expugnatione*

Murzulphi exitium.

vrbis intelligit, lib. 4 cap. 2. Topograph. Conſtantinopol. Tyrannorum enim alij ex Tauri ſumma columna Theodoſij præcipitati ſunt (vt, Murzuphlus) alij, ad Bouem æreum combuſti. Sunt loca Conſtantinopoleos.

Quòd

Quòd autem Alemanni quoque his rebus interfuerint: facilè hinc patet, quod Philippi R. impulſu hoc bellum ſuſceptum fuit. Ideo, ſi non etiam miſit vnà quoſdam ſuorum: multos tamen voluntate ſua vna profectos eſſe; dubium non eſt: vt ſupra, Baſilienſis Epiſcopus Lutholdus. Teſtatur & Alb. Crantz. 7. Metropol. 22 ex Stadenſi. Alemanni huius expeditionis ſocij.

Teutonici cum Gallis & Venetis, capta Conſtantinopoli, Regem ſibi creauerunt, Comitem Flandriæ Balduinum.

Ex Auent. Annal. Boior. 7.

In Thracia, Germani, Saxones, Flandri, Halberſtatenſis Epiſcopus, expugnato Byzantio, rebus Orientalibus Balduinum Flandrorum imponunt.

De hoc bello extant Epiſtolæ duæ lib. 6. Arnoldi, cap. 19. & 20. prolixæ.

1\. *Excellentiſſimo Dn. Othoni, Dei gratia Romanorum Regi & ſemper Auguſto: Balduinus, Flandrenſis & Henneg. Ludouicus, Blezenſis & Clar. & Henricus S. Pauli, Comites: cæteriq; Barones & milites exercitus ſignatorum in Stolio Venetorum: cum amoris plenitudine & honoris, paratum ſemper obſequium.* Balduini Epiſtola.

Scribitur ibi de proſpera Conſtantinopolin nauigatione: de Imperatore ſuperato: de Imp. Iſaacio, cuſtodia educto: de illuſtris filij eius Alexij, in Eccleſia S. Sophiæ coronatione: de gratitudine eius erga Latinos: de propoſito tranſeundi, poſt hanc hyemem, in partes AEgypti contra Saracenos.

2\. *Balduinus, Dei gratia fideliſſimus Imperator Conſtantinopolitanus, à Deo coronatus, Romanius moderator, & ſemper Auguſtus Flandrenſis & Hennegouienſis Comes: vniuerſis Chriſti fidelibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & Abbatibus: Primoribus, Præpoſitis, Decanis, cæteriſq; Eccleſiarum Prælatis, Eccleſiaſticiſq; perſonis: Baronibus, militibus, Sarziantis, omniq; populo Chriſtiano, ad quos præſens pagina peruenit: in vero ſalutari gratiam & ſalutem.*

Scribitur ibi, Imp. Alexium perfidia Græcorum ſeductum, ne promiſſa faceret, à Murzuflo quodam necatum, & latera coſtaſq; eius claua ferrea confractas, eſſe: nec multo pòſt Dn. Iſaacium, à quo filius dicebatur fuiſſe ſeductus (ſed potuere Græci de eis fingere, quæ voluerunt) diem clauſiſſe extremum: Murzuflum occupaſſe tyrannidem. Inde 5. Idus Aprilis ſexta Feria, Latinos infeliciter cum Græcis nauali prælio dimicaſſe: ſed pridie Idus April. ſecunda Feria poſt paſſionem Domini, conſcenſis muris, in vrbem irruiſſe: Imperatorē, qui non procul à muris ſteterit in tentoriis armatus, conſpecto hoſte, ſtatim fugiſſe: Latinos, magna cæde facta, vrbem occupaſſe. Poſtridie Murzuflum iterum repugnantem, victum eſſe. Tum plenam victoriam Latinis contigiſſe: & inæſtimabilem prædam correptam eſſe: equorum, auri, argenti, gemmarum, veſtium precioſarum. Si inter ſingulos (inquit) victori m partiamur: quilibet ex noſtris, non pauciores, quàm centum, obſedit & vicit. Nobis non victoriam vſurp mus: à Domino factum eſt iſtud: & eſt mirabile in oculis noſtris. Addit, à certis delectis, ſe Dominica Miſericordiæ Domini (quod à ſuis meritis abfuerit procul) Imperatorem electum eſſe: ſequentiq; Dominica iubilate, ingenti applauſu ſublimatum. Murzuflus Tyrannus.

Hæc, ex Imp. Balduino.

Scribit Choniata, ſequenti tempore Imp. Alexium (Irenæ patruum, qui tam ingratus pro beneficiis fratris Iſaacij fuerat) cum Euphroſyna coniuge, à Marchione Bonifacio, ad Germanorum ἄρχοντα, Principem (in M. Scr. Barbaro codice, ῥῆγα, Regem) miſſum eſſe. Ergo, ad R. Philippum: cui ille Ferratenſis, propinquitate coniunctus erat. Duxerat hic Mariam Vngaram Iſaacij Angeli viduam. Alexius Tyrannus, in Germaniam miſſus.

Succeſſio Imperatorum Orientalium. Imperatores Græci.

Anno 1203. 58. Imp. Cæſ. Alexius IIII. Angelus Purpurigena, P. F. Aug. qui imperauit M. 6. D. 8. ſuffocatus eſt à Murzuphlo. Alexius Angelus, 58.

Anno 1204. 59. Imp. Cæſ. Alexius V. Ducas Murzuphlus, P. F. Aug ſed poſt M. 2. D. 16. Imperij, præcipitatus. Interregnum M. 1. D. 4. Alexius Murzuphlus, 59.

LX. Imp. Cæſ. Balduinus, P. F. Auguſt. primus ex Latinis, in Oriente Imp. per M. XI. Poſt quem, à Myſis & Bulgaris captum & interfectum, fuit Interregnum A. 1. M. 4. teſte Onuphrio. Balduinus 60.

Catalogus Latinorum Conſtantinopoli Imperatorum. Imperatores Latini in Oriente.

1\. *Balduinus Flander, 1204. Flandriam G. Pachymeres φιλανδείαν vocat: Philandriam, tanquam*

tanquam amatricẽ fortitudinis (meo quidem animo) niſi ad mulieres reſpicias, virorum amantes, γυναιφίλανδρος.

2. *Henricus, Balduini F. 1206. ἄπαις.*

3. *Petrus, Comes Altiſiodorenſ. 1216.*

4. *Robertus, Petri F. 1222.*

5. *Balduinus II. Roberti F. 1229. ad A. 30. donec Michael Palæologus 1258. Latinis Imperium eripuit, Græcisq́ reſtituit.*

Eorum aduerſarij. *Interea Græci nobiles, & alij, Adrianopolin contra Latinos defendebant: & in Bithynia*
1. *Theodorus Laſcaris (qui Alexij Angeli filiam Annam, Alexius verò Palæologus Irenam, huius*
2. *Annæ ſororem, habebant) Nicææ Græcus Imperator per A. 18. fuit. Cui ſucceſſit Ioannes Ducas Batazes, vel Diplobatazius, Theodori gener, regnans A. 33. vide part. 3. lib. 1. cap. 15.*

3. *Theodorus Laſcaris iunior, ſenioris filius, A. 3.*

4. *Ioannes, Theodori huius filius, ætate puer. Ideo à tutore ſuo Michaele Palæologo, Imperio fraudatus, & excæcatus. De his Laſcaribus, hiſtoria Græca Nicephori Gregoræ extat: ab Hieronymo VVolfio Oetingenſi Latinè (vt & Zonaras & Choniata) conuerſa.*

Tartarorum Regnum. *Hæc, hactenus de anno ſalutis 1203. quo tempore, Tartarorum quoq́ Regnum cœpit: quos Gregoras, Scythas appellat. Qui exiſtimantur Thotharim Hebrais eſſe, tanquam reſidui: Iudæi ſcilicet, qui ex Babylonica captiuitate (ante Chriſtum circ. 600. & 530.) non fuerunt in patriam* Chan, Cohan. *reuerſi: ſed ad Septentrionem diſperſi, paulatim creuerunt. Quorum Imperator, Chan nominatur: vel Cohan, Sacerdos.*

PHILIPPI R. INCREMENTA CONTRA R. OTHONEM. PRÆDATRIcum in Sueuia arcium deiectio. Nobiles Sulmaiſteri, vel Senfftij. Philippi & Irenes Aquisgrani repetita coronatio. Colonienſis Archimyſtæ Adolfi excommunicatio. Obſidio Coloniæ Agrippinæ per Philippum. Bellum inter Conſtantienſem Epiſcopum, & Abbatem Sangallenſem. Bebenhuſanorum priuilegium. Hirſaugienſis Abbas, Lutfridus. Elvvangenſis Cuno. Philippus & Irena, Auguſtæ & Suainhuſæ. Transmutatio hoſtiæ Euchariſticæ.

CAPVT XI.

Friderici II. educatio. *ANno 1204. Fridericus, Henrici Imp. defuncti filius, Siciliæ Rex, bene educabatur in artibus & linguis: ſuo tempore, Rom. Imperator futurus. Cùm Othoni R. Colonia ſtuderet: ampliorq́ ei proſperitas arridere videretur: repentè fortunæ aduerſitas (περιπέτεια) ei accidit. Nam Comes de Gulike (ſic Iuliacenſem Arnoldus 7. lib. 1. Chronic. Sclauor. vocat) ei inſidians: literas & nuntios ad R. Philippum occultè miſit: per quos promiſit, ſi ſe diuitiis & honoribus amplificaret: ſe non ſolum omnes Principes, ſed ipſum etiam Colonienſem Archimyſtam Adolphum, ad partem eius traducturum. Gauiſus ea re Philippus: comitem ad ſe venire iuſſit. Qui cum adeſſet: Rex eum iureiurando ſibi arctius aſtrinxit: eidemque Curiam quandam, DC. marcas perſoluentem, pro beneficio conceſſit: & ditatum auro argentoq́, veſtibus precioſis & equis, miniſtris* Iuliacenſis Comitis VVilhelmi defectio ab Othone ad Philippum. *eius benè veſtitis, ad ſua remiſit. Hic igitur Comes, cui nomen VVilhelmus, & Archiepiſcopum, & nobiliſſimum quenq́, artibus ſuis ab Othone ad Philippum traduxit. Potenter itaque poſtea Philippus Aquisgranum profectus, ibi coronatus eſt, vt audiemus. De hoc negotio Tritenh. quoque ſcribens, Archiepiſcopũ Colonienſem Arnolphũ, inquit, agentibus Archiepiſcopo Treuerenſi,* Sic & Colonienſis Archiepiſcopi. *& Epiſcopis Spirenſi Conſtantienſique, Andernaci ſibi Rex Philippus conciliat. Atq́, vt Ducem Brabantiæ, & Lothæringiæ nobiles, fideles ſibi efficeret: Colonienſi 9. millia Marcarum donauit: Salfeldamq́ dudum ab Eccleſia Colonienſi ablatam, reſtituit: ac plurima ſe daturum promiſit. Ita Adolphus, neglecto Othone & Innocentio: poſt Feſtum D. Martini, cum Duce Brabantiæ ad Philippum venit Confluentiam: vbi iuramentum fidelitatis ei ambo præſtiterunt.*

Prædatricum arcium deſtructio. *Circa hunc 1204. annum, arces quædam in Sueuia prædatoriæ, deſtructæ ſunt: Remſecka, non procul à VVaiblinga: & VVolfſelda, iuxta VVinedam. Apud Remſeckam autem, amnis Remſa in Nicrum influit: ibiq́ Remſthalæ nomen abſorbetur. Dicitur in Remſecka poſtremò* Remſeck. Nothaffti nobiles. *habitaſſe quidam, nomine Ioannes Nothafftus: cuius poſteri hodie habitant non procul ab ea arce, in pulchro pago Hohenberga, & egregia arce: atq́ Euangelicæ doctrinæ ſunt addicti. Chart. M. Scr. Eodem 1204. anno, dicitur vixiſſe, ex oppido Hala Sueuicæ oriundus, nobilis eques Burchar-* Sulmaiſteri Halenſes. *dus Sulmaiſter, frater ordinis Ioannitici: apud fratrem Albertum de Katzenſtein: in domum Halenſem receptus: & apud fratrem Rudigerum de Schæffavve, Vicarium: in inſulam Rhodum miſſus.*

miſſus. Ex M. Scr. chartis, teſtantibus hac ex literis Ioannitarum Hala: quas ſignarint Abbas Sigfridus Chomburg. & VValtherus de Cuntzelſavv eques. Sed in Catalogo Chomb. Abbatum, quem ſupra lib. 8. cap. 3. poſui, Sifridus Abbas ad 1304. annum reperitur. Fratrem habuit Burchardus hic Burckelinum. Eodem anno & Henricus Sulmaiſter vixit, Sulmaiſteri porrò, poſtea nominati ſunt Senfftij: familia antiqua honeſtiſſimorum nobilium, adhuc ſuperſtes. Fuit autem Sulmaiſterorum nomen à Salina Halenſi ortum: cuius ipſi inuentores, & tanquam Magiſtri, fuerunt. Vnde fortè eſt, quod adhuc maximo inter eos natu, quinta pars vnius elixamenti, quanti aſtimari ſolet, à curatoribus ſalina quotannis penditur. Veteri etiam conſuetudine, ſingulis annis ad diem S. VValpurgis, elixationis Magiſtri, & opera ipſorum, ſoliti ſunt cum fiſtulari cantu, ad maximi natu Sulmaiſteri, vel Senfftij (poſtquam nomen familia mutatum fuit) domum, honoris cauſa venire: & frondes virentes ante eam defigere: ipſeq́ eis duo aut tria vaſa vini, ebibenda donare. Quando deniq́ illi conuiuium inibant, aut ſalinam mundauerant: maximum Sulmaiſterorum Senfftiorumve, ad id epulum liberaliter adhibebant: eumq́ primo ducenda chorea loco honorabant. De Sulmaiſteris, alias plura.

Senfftii.

Charus fuit Patauienſis Epiſcopus VVolfgerus (nobilis Ellenbrechtskirchenſis: qui Aſiatica cū Friderico Barbaroſſa expeditioni interfuerat) Henrico VI. Imperatori, & fratri eius Philippo: qui hoc 1204. anno, mortuo Aquileienſi Patriarcha Peregrino ipſum ſuffecit: quo honore VVolfgerus 14. annos functus eſt. Bruſch. lib. 2. de Patauia.

VVolfgerus Epiſcopus.

Eodem anno, Vlricus de Saxen Baro, Abbatiam Sangallenſem adeptus eſt: qui Baſilea honorificè præſentatus Philippo Cæſari, honorificè quoq́ ad honores Principis ab eo eſt euectus.

Cum anno 1194. conflagraſſet Vtenbyranum Monaſterium: reſtitutum eſt id poſt 11. annos egregiè, Abbate 20. Conrado, & dedicatum 1204. Bruſch.

Anno 1205. Indict. 8. Rex Philippus ad Feſtum Epiphania, magnum conuentum Principum ſibi coniunctorum, habuit Aquisgrani. Vbi cum maximo apparatu Archiepiſcopus Colonienſis ei occurrit. Ibi Rex, conſilio cum ſuis habito: vt Principes ſuam liberam electionem, ſecundum antiquitatis inſtitutum non perderent: Regium nomen & coronam depoſuit: &, vt concorditer ab omnibus denuo eligeretur, petiuit, atq́ impetrauit. Quem Adolphus, Archiepiſcopus Colonienſis, magna ſolennitate, vna cum Maria vxore eius, filia Imp. Conſtantinopolitani, rurſus inunxit, & coronauit: Othone, languore grauiſſimo detento: & omniū penè auxilio deſtituto. Tritenh. Maria hac, noſtra Irena eſt: ſic in Alemannis nuncupata. Atq́ ipſa ſe Mariam appellat in literis quibuſdam: quas ſuo tempore ponam. Diſplicuit hoc Archiepiſcopi factū Colonienſibus, qui fidem Othoni ſeruabant: illumq́ accuſabant, quod tantam rem, ipſis inconſultis, auſus eſſet: multisq́ ſupplicationibus inſtabant, vt factū ſuum retractaret: eo quod Papa ipſo petente, antea Othonem confirmaſſet Regē. Verùm Archiepiſcopo non obtemperāte: miſſa ſunt ad Innocentium litera tam Regis, quàm capituli maioris, & ciuium vrbis. Vnde Pontifex per ſcripta illi mandauit: vt intra ſex hebdomadas ſedi Apoſtolica ſe ſiſteret, & de obiectis reſpōderet. Arnoldus lib. 7. cap. 1. Sed cum Adolphus non ſletiſſet: negotium datū eſt quibuſdam, qui denuo ipſum officij monerent: Quos cum etiam non audiret: cōmunione Eccleſia eiectus à Pontifice eſt: eiq́ Bruno, Bonnenſis Præpoſitus, Comes de Seina, ſuffectus. Procuratū eſt etiam à Papa: vt, pulſatis cāpanis, & accenſis candelis (7. Arnold. 3. in Epiſtola Innocentii) idem Præſul Adolphus, ſingulis dieb. Dominicis & Feſtis, publicè nunciaretur excōmunicatus, per omnes Eccleſias, Coloniēſes & vicinas: omnesq́ tū clericos tum Laicos, ab obedientia eius abſolutos eſſe. Nā ipſum contra iuramentū, Dominū ſuum prodidiſſe: & nobili viro Philippo, Duci Sueuia, contra eum impudenter adhaſiſſe.

Philippus & Irena, denuò Aquis coronati, ab Adolfo Archiepiſcopo Colonienſi.

Adolfus, à Papa propter id factū excommunicatus.

Tunc Adolphus Regem Philippum, Spira Principum comitia celebrantem, acceſſit: qua ipſius cauſa ſibi acciderent, expoſuit: ab eo conſilium & auxilium poſtulanis. Communi igitur decreto Principum (teſte Trit.) Rex aduerſus Brunonem & Colonienſes, magnum coegit exercitum: poſt natiuitatem B. virginis Maria, Moſellam tranſiuit: & die feſto S. Archangeli Michaelis, Coloniam obſidione vallauit. Sed cum expugnanda facultas non eſſet: inde diſcedens, omnia circum depopulatus eſt: multa loca munita cepit: Nuſsia oppidum Adolpho tradidit: Caſtellum Landskronam, ad donandum Colonienſes conſtruxit, quod celeriter perfectum eſt: cùm, fame dira graſſante, plurimi ob ſolum ventrem paſcendum operarentur. Maxima fuere tunc calamitates, nuſquam tuta fides, mille vbiq́ pericula: in agro Colonienſi, propter deiectionem Adolphi: & in Moguntino, propter Sifridum, qui ipſum deiecerat.

Coloniam Philippus obſidet, ſed fruſtra. Ergo regionem vaſtat.

Huius 1205. anni aſtas, ſicca fuit: hyems vero, dura.

Conradus

Conradus, Conradi Frontenhuſii F. Ratubonenſi Epiſcopatui præfectus eſt à R. Philippo. Obiit Magdeburgenſis Archiepiſcopus Ludolfus: cui ſucceſsit Comes Albertus Kirchbergenſis, ſtudioſus & ipſe Cæſaris Philippi. Turingum Pomarius facit.

Bellum inter Conſtantienſem Epiſcopum, & Sangallenſem Abbatem.

Erat hoc tempore, Conſtantiæ Epiſcopus VVernherus, Baro à Stauffen. Inter quem, & Vlricum Saxenſem, Sangalli Abbatem, cruentum bellum fuit de arce Rinecca. Victo autem pugna ſuperbo Abbate: poſtea Cæſar Otho ſibi & Imperio eam vendicauit, cum attinentibus bonis. Item, ius patronatus cœnobii Sangallenſis (quod antea Berchtoldo Zæringenſi, pro magna pecunia negauerat Vlricus) quoniam illud etiam ſocer ſuus R. Philippus (eius enim filiarũ vnam, vt aliquando noſcemus, poſtmodum duxit Otho) habuiſſet. Dum itaque prælati flagrant inter ſe odiis, & vindictæ ſtudio: ſubditi ad egeſtatem redacti ſunt: & tertius ſuperueniens Cæſar, qui τὸ ἀμφισβητούμενον Prælatis eripuit. Stumpf. lib. 4. cap. 49.

Bebenhuſanis priuilegium à P. Bonifacio datum.

Innocentius III. Pont. Max. anno 1205. Priuilegium 15. Kal. Iun. Bebenhuſanis Monachis dedit (ſcribens ad Mogunt. Archiepiſcopum & clerum) ne ab illis quiſquam exigeret decimas de noualibus, & de cæteris agris, quos ſuis manibus colerent: nec de nutrimẽtis animalium, ſub pœna excõmunicationis, Laicis: ſuſpenſione ab officio, clericis. Item, ſi quis Parochianorum, in prædictos fratres violentas manus iniiceret: is, accenſis candelis, publicè excommunicaretur: donec illis congruè ſatisfaceret: ac cum literis Diœceſani Epiſcopi, rei veritatem continentibus, Apoſtolico ſe conſpectui offerret.

Hirſaug. Abbates.

In Hirſaugienſi Monaſterio, Abbas Marquardus, cum ſtrenuè & vtiliter in nonum annum præfuiſſet: quartana febri diu decoctus (ταριχευθεὶς) & tandem dyſenteria diſſolutus, 13. Cal. Febr. humanis exceſsit rebus: ante altare S. Nicolai ſepultus. Reditus Monaſterii auxerat: duo latera clauſtri, vetuſtate collapſa, cum aliis ſtructuris multis reparauerat: murum ante portam Monaſterii inſigni opere inchoauerat: ſed morte præuentus non perfecerat. Tempore denique diſsidij inter duos Reges, prudenter ſe geſſerat. Lectus eſt in locum eius XXII. Abbas LVTFRIDVS, huius conuentus Monachus, 23. Ianuar. & confirmatus à Spirenſi Epiſcopo Conrado: atque benedictionem conſecutus à Guidone Cardinale, Præneſtino Epiſcopo, Apoſtolicæ ſedis Legato per Alemanniam. Noluit enim ab Epiſcopo Spirenſi: quod is Philippo R. contra interdictum Papæ faueret. Geſsit munus A. 11. D. 15. Ortus fuit ex Francia orientali: mediocriter doctus, probus & religioſus.

Elvvang. Cuno.

Viuebat hoc tempore Cuno Gottbaldus: ab anno 1188. vſque ad 1218. Abbas Elvvangenſis: interim etiam 4. A. Fuldæ Abbas. De quo Achilles Gaſſarus, Cuno, inquit, Elvvanginus Antiſtes, Fuldam (tempore Auguſtani Epiſcopi Hardonici: qui à 1202. vſque ad 1208. Chriſti præfuit) poſtulatus, ibiq́ Abbas effectus: Imperatricis (Irenæ) Archicancellarii titulum habuit.

Irenes Archicãcellarius.

Addam & ſequentem, ex eiuſdem Achillis M. Scr. opere, locum: quem humaniſsimè ad me D. Ioannes Vlr. Rumlerus, 12. Nouemb. 1588. Auguſta miſerat.

Philippo & Irene, Auguſta vrbs chara. Schvvainbuſa. Burgouienſ. Marchionatus. Roggenſtain. Comites. Auguſt. Epiſcopus Hartvvichus. Auguſt. Epiſcopus Hartvvichus. Confeſsio auricularis. Veronica ſudarium. Cœna Domini, ab Innocentio 3. P. mutilata.

Cum anno Meſchiæ (inquit) M. CC. V. Aquiſgrani ab Adolpho, Colonien. Archiepiſcopo, Philippus coronatus Rex fuiſſet: ab eo tempore, quotieſcunque per ardua negotia licebat: pro ſingulari, quem erga Auguſtanam Rempublicam gerebat, adfectu, cum Irene Auguſta ſua, in Schvvainbuſia (caſtro non procul hinc ſito) & venationibus liberaliter indulſit: & iocundiorem vitam degere volens, quotannis Auguſtburgum inuiſere ſtuduit. Quo etiam pro ſuo iure VVidoldum à Sultzbachio, ſecuritatis cauſa Prætorem conſtituit. Quin &, deficiente antiqua propagine, Burgauienſem Marckgrauiatum Comitibus Roggenſteinenſibus, haud ſine vrbis noſtræ congratulatione (quod ſemper boni aliquid à bono vicino ſperemus) in beneficium contulit hæreditarium. Mortuo autem Kal. Iunii, anno M. CC. II. Epiſcopo Vdalſchalko: Hartvvichus II. ab Hirnheim, 39. Epiſcopus (Bruſch. 37.) conſtituitur. Qui tamen ab Innocentio III. Papa (qui primus maledicentibus Romano Pontifici pœnam infligere præcepit. Et creandorum Epiſcoporum meram poteſtatem, inuitis Principibus, apud Germaniam & Angliam demum obtinuit. Ac confeſsionem auricularem, primus miſeris Chriſticolis extorſit. Sudarium item, quo vultus Chriſti adumbratus putabatur, Veronicæ appellatione, in Hoſpitali S. Spiritus Romæ adorandum populo primus demonſtrari ſpecialibus cæremoniis iuſsit. Denique & Euchariſtiæ conſecratum panem, per Parochialia Templa proprio ſacrario cõtinenter ſeruandum mandans, ſanguinis Chriſti calicem in cœna Domini Laicis apertè, & plus quàm ſacrilege, prohibere primus quoque, non eſt Deum veritus) iuxta nouum morem, quia Philippo II. Germanorum Imperatori, à ſe excommunicato, contra Othonem Saxonem adhæreret: nunquam confirmari potuit:

tuit: vtut in mera poſſeßione dignitateque permanſerit. Ad hunc noſtrum Præſulem memoratus Imperator, ſubinde Augſtburgum accedere dignatus fuit. Idque eius miraculi ergo factitatum quidam narrant: quo in Templo quopiam huiuſce ciuitatis, hoſtia, quam vocant, azymi panis, inter miſſandum, in cruentam carunculam, per ea tempora (ad ratificandum dubio procul, nouum & inauditum de Sacramenti Euchariſtiæ transſubſtantiatione commentum) conuerſa putabatur. Alij portentoſam hanc Sacramentarij panis metamorphoſin, in tuguriolo pauperculi ciuis repertam: & ex illo ad nouum S. crucis Templum, religionis cauſa, anno M CC. translatam, eſſe: ac Vrrichum Marchſchalckum à Rechperga, pro ea conſeruanda, Monachis argenteam thecam (Monſtrantiam vulgus vocat) donaſſe, prædicant. Hæc, Gaſſarus.

Azymi panis, vel hoſtiæ, in carnē tranſmutatio.

Monſtrantia.

In Monaſterio Herbertingenſi, clypeus, cum Ehingerorum Vlmenſium Inſignibus.

Anno Domini 1205. Jar/ ſtarb der veſt Hartman Ehinger: dem Gott gnedig ſey.

Anno Domini 1240. Jar/ ſtarb der veſt Vlrich Ehinger: dem Gott gnedig ſey.

Ehingeri, patricy Vlmenſes.

Ambo ſub Saxo quieſcunt Herbertingæ in Templi ſacello, cum inſcriptione:

Anno Domini 1240. die octaua Calend. Maij, 5. Noſt. obiit Vlricus Ehinger.

Id ſacellum ab illis fundatum fuit. Hæc iam commemorata, adhuc ibi viſuntur. Tunc non admodum curabantur: nunc nobis, poſt aliquot ſecula, ſcitu iucunda ſunt. Moris quoque tunc fuit (durante ibi adhuc Pontificia Religione) vt Abbas, ſi quando Ehingerorum aliquis Herbertingam veniret: ei obuiam veniens, claues cœnobij exhiberet, atque traderet. Vide part. 3. anno 1360.

DESPONSATIO FILIARVM PHILIPPI ET IRENES. OTHO, à Philippo pugna ſuperatus. Vrbs Colonia, Philippo pacificata. Fabarienſis Abbas Conradus, & arx VVartenſtainum. Pacificatio ab Innocentio P. tentata inter riuales, Germanici Regni, Philippum & Othonem. Herbipolenſis Epiſcopus Otho βραχϊονοδότης. Priuilegium Diuitaugienſibus à Papa donatum.

CAP. XII.

ANNO 1206. pridie Calen. Mart. hora diei 10. (al. 3.) Solis defectus fuit: & multi, à ſe viſum eſſe humanum caput in Sole, teſtati ſunt. Trit. Conuentus eſt à R. Philippo actus, paulò ante Bacchanalia Oſenbruccæ, & 8. Septemb. Auguſtæ. vtrique interfuit etiam nobilis Quernfurtenſis Dominus Gebhardus, Burggrauius Magdeburgenſis. Spangenberg.

Eclipſis.

Philippus R. vt Regnum ſuum efficeret firmius: filiarum (quas ex Irena quatuor ſuſcepit) vnam, Chunigundin, deſponſauit VVenceslao, filio Regis Bohemiæ Otackari: alteram, Ethiſam vel Martam, Henrico, filio Ducis Brabantæ. Ita admodum corroboratus eſt: paucis in Saxonia, & inferioribus partibus, cum Colonia, adhuc Othoni fauentibus. Vrſperg.

Filiarum Cæſ. Philippi deſponſatio.

Idem Rex, denuo in Colonienſium fines cum exercitu inuaſit: eique præſto fuit Adolphus: qui adhuc ſe pro Archiepiſcopo gerebat. Cuncta populatus, ciuitatem Coloniam obſedit. In qua erat Rex Otho, & Archiepiſcopus Bruno: à Moguntino ordinatus Sifrido: præſentibus duobus ab Anglo Rege miſſis Epiſcopis: cum nemo Germanorum Epiſcoporum, metu Philippi auſus fuiſſet. Continuere ſe omnes, qui intus erant, aliquandiu intra muros. Eruperunt deinde Otho, & Bruno, cum CCCC. equitibus, & duobus peditum millibus. Commiſſa eſt pugna apud VVaſſenburg: in qua, Othone & ſuis terga uertentibus, victoria penes Philippum fuit. Quod ſic factum Arnoldus lib. 7 capit. 5. ſcribit: quod Philippus muneribus ita homines ſibi aſtrinxit: vt etiam Limburgenſem Ducem, in ſuas partes inclinarit. Hunc, poſt Adolphi defectionē, curam ciuitatis ita accepiſſe: vt omnia fierent ad nutum eius. Philippo igitur Coloniam impetente: ipſum ciues (vt Ductorem Othoniarum copiarum) inſidioſè eduxiſſe, tanquam nihil ab hoſte metuendū eſſet. Tum, repente irruentibus hoſtibus, CCCC. virorum ſtrage facta, cæteros captos eſſe, paucis fuga euadentibus. Regem tamen Othonem, cum Epiſcopo Brunone, & filio Limpurgenſis VValrauvio, ad caſtrum VVaſſenburg confugiſſe. Sed, animaduerſa proditione (cum ſe in ea arce, ad ferendam obſidionem parum tutum crederet) cum eodem iuuene per noctem occulte euaſiſſe. Epiſcopum Brunonem ab hoſte, capiendi Othonis ſpe fruſtrato, in caſtello latitantem, deprehenſum eſſe: ac Regi Philippo traditum. Qui eum in vincula coniecerit: poſt multaque loca, quo ignominioſe ductus fuerit: tandem Herbipolin iuſſerit deduci: vbi diutinam (plus annuam, Tritenh. teſte) ſed mitiorem, ſuſtinuerit captiuitatem. Othonem ipſum fuiſſe vulneratum, Krantzius 7. libro 26. Saxon. ait. Inter hæc, Colonienſes (vt apud Tritenh. & Naucler.

Coloniæ à Philippo noua obſidio.

Otho, pugna à Philippo ſuperatus.

Limbur. Dux.

Bruno Archiepiſcopus, captus.

Colonienſes, Philippo dediti.

Naucler. eſt) conſiderantes, ſibi totum Imperium aduerſari: & ſuos conatus, vbique irritos cadere: accepto conſilio & auxilio Ducis Brabantiæ: R. Philippum, Bopardiæ commorantem, adierunt: ac veniam commiſſorum petentes, in gratiam ab eo recepti ſunt. Qui miſſo poſtea Spirenſi Epiſcopo Conrado Coloniam: fidelitatis ab eis iuramentum exegit, cum neceſſariis cautionibus: qui legatus, honorificè ab ipſis eſt habitus. Rex autem Otho Brunſuigam & Saxoniam petiit. Vbi rebus ſuis vtcunq; ordinatis: in Angliam ad Regem, auunculum ſuum, nauigauit: à quo cum honore receptus, aliquandiu ibi manſit.

Othonis R. fuga in Angliam.

In veteribus quibuſdam literis, anno 1206. datis, teſtes hi Sueui ſunt.

Fridericus, Aduocatus in Göppingen.

Bernhardus, filius eius.

Conradus & Egino de Stauffen.

Albertus de Rauenſtain.

Eremitani in Heluetiis cœnobii Abbas erat Bertholdus à VValdſee, Baro vetuſtus Sanctimontanus, diligens ſenex.

Fabarienſis Abbas Conradus.

Fabarienſis vel Pfefferenſis apud Rhetos Monaſterij, Abbas 45. erat hoc 1206. anno Conradus de Zuifelthun: temporibus Cæſarũ, Philippi, Othonis IIII. & Friderici II. qui obiit anno 1221. Huic perſuaſit (teſte Bruſch.) nobilis quidam, cœnobij Miniſterialis: vt propter bellicos tumultus, qui vbiq; eſſent, in vicino ſaxo validã arcem ſibi ſuiſq; ædificaret: in qua periculoſis temporibus tutus eſſet. Conſtructa eſt ab Abbate, maximis laboribus & ſumptibus, prope Monaſterium arx, nomine VVartenſtein: architecto huic ædificationi præfecto, ipſo cõſilij huius auctore. Qui videns, magnificum & robuſtum eſſe caſtrum, id occupat: omniq; iniuriarum & vexationis genere, Abbatem ac Conuentum afficit. Sed Monaſterii Aduocatus Albertus, Baro de Saxen, Abbatis precibus motus, tam diu inuaſori inſidiatus eſt: donec aliquando eum apud Raguſium deprehendit. Eum in caſtrum Saxenſe abduxit: atque in carcere biennium, & ſex menſes, detinuit. At nihilo melior illo euaſit. Nam & ipſe arcem illam occupauit: ſeque hoſtem Fabarienſium profeſſus eſt omnium. Defuncto enim Abbate Conrado: in ſucceſſorem eius Ludouicum Vipertum, etiam manus iniecit: captumque, ſeptem hebdomadas in caſtri ſui Saxenſis carcere tenuit: donec videlicet eum ad promittendum, ſe nihil amplius poſtulaturum, adegit. Aduocatiam poſtea cuidam de Falckenſtein, pro 70. Marcis argenti puri oppignerauit. Paulo poſt mortuus, reliquit filios tres: qui hæreditatem ita inter ſe partiti ſunt: vt Vlricus haberet caſtrum Saxenſe: Henricus, arcem Clantzenſem: Albertus verò, caſtrum VVartenſteinenſe: cuius poſſeſſione diu quietè potitus eſt. *Vide infra part. 3. lib. 2. capit. 12.* *Manegoldus, Hiſtriæ Marchio, factus eſt 1206. Patauiæ Epiſcopus. Qui emit ab Othone, Meraniæ Duce, caſtrum VVindenvverchenſe: & comitatum à Regi fluminis ponte, vſque ad Illicenſem riuum. Quem contractum Cæſar Philippus, altero anno confirmauit.*

VVartenſtein arx, ab illo condita.

A nobilibus improbè occupata.

Hiſtriæ Marchio Manegoldus.

Anno 1207. Rex Philippus (vt quidam Anonymus ſcribit) cum Principibus Argentinæ fuit: cum 16. Kal. Iun. (in Pentecoſte) Archiepiſcopus Senonenſis ferè 500. Clericos ordinaret, ac conſecraret. Numerus Sacerdotum, 104. erat.

*Hoc tempore (ſcribente Nauclero) diuturnis Regum diſcordiis, & per eas calamitatibus, fatigati Principes Alemanniæ: communi inter ſe habito conſilio, Philippo annuente: Legatos ad Roman. Pontificem mittere decreuerunt: vt de duorum inter ſe digladiantium Regum concordia & pace laboraretur. Miſſi ergo fuere Legati: VVolfgerus, Aquileienſis Patriarcha: & Gebhardus, Magdeburgenſis Burggrauius: ac nonnulli Miniſteriales de curia Regis Philippi. Hi adiunctis ſibi Iureconſultis quibuſdam Cremonenſibus, Romam venerunt. Ibi Papæ multis rationibus ſuaſerunt: vt Philippo iura Regni permitteret adminiſtrare. Verùm Sanctiſſimus conditionem admodum peregrinam interponens, voluit: vt filia quædam Regis Philippi, nepoti ſuo, filio fratris ſui Richardi Comitis, deſponſaretur. Hoc modo indubitanter exiſtimabat: Tuſciam, Spoletum, atque Marchiam Anconitanam (*da lag der Haaß im Pfeffer*) ex huiuſmodi nuptiis, ad eum deuentura. Ideo nec ſtatuit, eas regiones (ſæpe aliàs à Romanis Pontificibus repetitas) ne minus nepoti cederent, velle repetere. Legati vero, ſe huius negotij nullam prorſus commiſſionem accepiſſe, reſponderunt. Pontifici, vt ipſe legatos in Germaniam mitteret, conſuluere. Se daturos pro viribus operam negotio efficiendo. Paret conſilio Legatorum, eiſque ſuos Legatos aſſociat: magna ſpe de matrimonio nepotis ſui concepta. Erant hi duo Cardinales: Hugolinus Epiſcopus Hoſtienſis & Velitrenſis: Leo, tit. S. crucis Hieroſolymæ. Præ-*

Actio de pace inter ambos Anticæſares.

Papa petitio.

uenerunt

uenerunt autem ipſos Legati Principū, qui Romam miſſi fuerant, Auguſtam Vindelic. vbi Philippus Kal. Decemb. (al. circ. S. Septemb. Gaſſarus vero, menſe Nouembri & Decembri) colloquium multorum Principum celebrabat: cui propoſitas à Papa conditiones expoſuerunt: eiuſque Legatos breui adfuturos nuntiauerunt. Verùm Rex & Principes, audita Pontificis petulantia, in riſum verſi, admirabantur: quod homo, Chriſti Vicarius, legem Domini ſui temerare (proprio commodo auarè ſpectando) præſumeret. Venientibus tamen ad ſe Legatis Apoſtolicæ ſedis Auguſtam: rem diſſimularunt: honorificeque eos exceperunt. Inde Spiram deſcenderunt: atque publico per literas edicto, comitia in oppido Northuſano, ad proximum natalem Domini agenda, indixerunt. Intermediis tamen diebus, multa pacis conciliandæ capita in medium allata: ſed non ad rem quadrare viſa. Conuentus dehinc, à Philippo & Proceribus ad diem dictum Northuſæ actus, ſemper interim manentibus, & expectantibus bonum reſponſum, Papæ Legatis: ac victum apud excommunicatum Cæſarem habentibus. Vnde & auctoritas Pontificis minui cœpit, excommunicatioque vilipendi: cùm Papam intelligerent ἰδιοπραγεῖν, ſuo commodo inhiare. Eoque magis iam Principes Philippo ſtudebant. Ibi multis in omnes partes de conciliatione pacis conſiliis & ſermonibus habitis: tandem in eam ſententiam concordibus animis deſcenſum eſt: vt Philippi filia Beatrix Othoni deſponſaretur: ipſeque Otho, quoad viueret Philippus, Regno cedens, poſt mortem ſoceri demum regnaret. Quoniam autem quarto conſanguinitatis gradu id matrimonium impediebatur: decreuere Legati, diſpenſatione Roman. Pontificis opus eſſe: ne pacis inſtitutum ad nihilum recideret. His etiam comitiis, cum Bruno captiuus, libertati reſtituendus diceretur à Pontificiis Legatis (7. Arnold. 6.) reſpondit Philippus, hoc fieri non poſſe, abſque Archiepiſcopi Adolphi, & Principum, quorum fauore ipſe altera conſecratione ad Imperij faſtigium fuiſſet euectus, conſenſu. Cardinales igitur, muneribus Philippi, auro & argento ipſos ditantis, deliniti: Philippum quidem abſoluerunt ab excommunicatione: ſed Archiepiſcopum, vinctum reliquerunt: eamque rem Othoni indicarunt: & ad concordiam cum Philippo cohortati ſunt. Quibus Otho literas oſtendit Papæ: ad ſe clàm miſſas, de non modo abſoluendo Philippo, ſed etiam liberando Archiepiſcopo Brunone. Eos contra mandata feciſſe. Itaque eis etiam malum atrociter minatus eſt. Quibus rebus Cardinales vehementer exterriti: ad Philippum reuerterunt: ſe erraſſe confeſſi ſunt: eius abſolutionem ſtare ſine liberatione Brunonis poſſe, negarunt. Qui neceſſitate compulſus, Brunonem clementer dimiſit: ac ſe ad colloquium Regis Othonis præparauit. Cumque ipſe Quedlinburgi, Otho vero Harlingeburgi, conſiſteret: ad collocutionem Reges cum Cardinalibus, & admodum paucis, conuenere: ſed ſine effectione pacis inuicem diſceſſere. Nam ad ſedis Apoſtolicæ examen (inquit Tritenhem.) omnia media pacis propoſita, per ipſos Cardinales fuerunt referenda. Philippus dein, vt ſatisfaceret Antiſtiti Adolpho & amicis, denuo cepit Brunonem: in munitiſſimumque caſtrum Rotenburgum miſit aſſeruandum. Acceptis vero à Papa literis, nouam excommunicationem minantibus: eum cum honore ad Papam miſit: cum quo ille manſit, vſque dum omnem ſuam dignitatem cumulatè reciperet. De Adolpho denique ita diſpenſatum eſt: vt ducenis Marcis de teloneo Ducenſi & Colonienſi, octoque ſtipendiis in ipſa ciuitate, accipiendis: Brunoni poſthac moleſtus ne eſſet.

Philippi Caſ. comitia Auguſtæ.

Et Northuſæ.

Pax, certis conditionibus concepta.

Philippi abſolutio ab excommunicatione.

Bruno Archiepiſcopus, è captiuitate dimiſſus.

Pace irrita, Bruno rurſus à Philippo captus.

Rurſum dimiſſus.

De quarto gradu conſanguinitatis, ita ſe Genealogia habet, deſcendendo.

Henrici Nigri filia, Iuditha. —— *eius frater, Henricus ſuperbus.*

Frid. Barbaroſſa,	*Henricus Leo.*
Rex Philippus.	*Rex Otho: cuius ſponſa Beatrix.*
Beatrix.	

Cognatio inter Othonē & Philippum.

Ita Othoni addicebatur magnæ amitæ ſuæ proneptis.

Hoc 1207. anno (vt mihi per literas Clariſſ. vir, Ioannes Moſerus, Vtriuſque Iuris Doctor, & VVirtemberg. conſiliarius, 13. Febr. M. D. LXXXIX. Stutgardia ſignificauit: de aliis etiam pluribus nobilibus antiquis ſcribens) vixit generoſus Baro Anshelmus de Iuſtingen. Iuſting. Baro.

Viuebat hoc tempore VVirceburgenſis Epiſcopus Otho, Baro Lodeburgenſis Myſius (Scriptore Bruſch.) qui cum anno 1223. moriturus eſſet: dextrum ſuum brachium, vna cum vno Brachij legatio Epiſcopalis.

optimi vini Francici plauſtro, legauit Monaſterio Anhuſano, ad VVernicum amnem in Rhiaſa ſito: & anno Chriſti 958. condito. Danck haber.

Kalben.

Henrici, Comitis à Kalben (qui 1210. factus eſt Augiæ diuitis Abbas) legato Romam miſſo, dedit Innocentius P. anno 1207. inſigne priuilegium (Bruſch teſte) in quo Romæ, & in omnibus Synodis, Abbas Augienſis, ſingulari quadam gratia iubetur ſedere ad pedes Rom. Pontificis: & tenere manu librum Sacramentorum, Pontificiarum Legum, poſitionumq́; & ordinationum ſanctorum patrum.

Diuiaugienſis Abbatis priuilegium.

MISERABILIS INTERITVS REGIS PHILIPPI, DVCIS SVEVIÆ.

Othonis VVittelſpachenſis parricidium. Henricus, VValdpurgenſis Dapifer. Innocentij Pont. eulogium. Imperatoris conſecratio papica. Regis Philippi προσωπογραφία (deſcriptio perſonæ) ſepultura, Epicedia, & Epitaphia.

CAPVT XIII.

Eclipſis Solis.

A*NNO 1208. Solis lumen eſt obſcurum factum, menſe Februario, hora diei nona.*

Clare Philippe, caue tibi: clara Irena, caueto.
Hei mihi, quid fiet? Nox valde obſcura propinquat.
Ἀλλὰ τί κεν ῥέξαιμι; θεὸς διὰ πάντα τελευτᾷ.

Commemorabo (etſi non ſine horrore quodam) ſed commemorabo tamen, dolorifica: de iis quid diuerſi Auctores ſcribant: alicubi aliquid interponēs, vt ſoleo, declarandi aut miſerandi cauſa. Iuuat enim etiam me cōmiſeratio, & aliqua immoratio: ſicut Cicero, ipſam quoq́; miſericordiam, caſus excellentium hominum indigna paſſorum, ſine ſuo malo intuentibus, iucundam eſſe, in illa ſua pulcherrima ad Luceium epiſtola ſcribit. Perit hoc anno Rex inclytus Philippus: peribit non multo poſt ipſum inclyta Irena noſtra, illa nobis propter linguam delicta Græcam. Sed prius, de Rege Philippo.

Cicero 5. Famil. Epiſt. 12.

Albert. Stadenſ. Abbas.

Anno Dom. M. CC. VIII. Rex Philippus à Comite de VVitilſpach, in Bauenberg occiditur 11. Kal. Iul. (die 21. Iunij) & Spiræ ſepelitur.

Arnold. Lubeccenſ. Abb. lib. 7. cap 14. & Crantz. 7. Saxon. 28.

De cæde Imp. Philippi.

VValdemarus, Sleſuicenſis Epiſcopus, Bremenſem Epiſcopatum (præſule eius Hartuico mortuo) Innocentio Papa, & Daniæ Rege VValdemaro, inuitis: ſed Rege Philippo, Bremenſibusq́; ciuibus fauentibus, occupauerat. Sed cum Danus Rex, in Epiſcopum tenderet: Philippus (exiſtimans, cum etiam in partibus Othonis eſt) contra venire ſtatuit. Contracto itaq́; innumero exercitu de omni Imperio (vbi aderant etiam innumeri de Vngarorum finibus, & Valuorum militum formidabile genus) cum innumeris baliſtis, & omni genere armorum, Bauenbergæ conſiſtebat: coadunationes exercituum expectans. Præparabant ſe viciſſim, qui illum metuebant, Reges Otho & VValdemarus. Sed inopinatum malum, & miſerabile, exortum eſt. Decreuerat Philipus filiam ſuam (Chunigundē) Othoni, Palatino de VVidelingsbach, deſponſare. Sed quia idem Otho nimis erat crudelis & inhumanus: voluntatem deſponſationis Rex mutauerat. Quod intelligens Otho: de filia Ducis Poloniæ Henrici ducenda laborabat. Ad Regem ergo Philippum, Domine, inquit, meminiſſe volumus clementiam veſtram: quàm deuotus vobis ſemper fuerim: & quanta in ſeruitio veſtro, in præſenti guerra (bello) expenderim: & quanto apparatu nunc contra aduerſarios veſtros, vobiſcum procedere decreuerim. Ideo peto, vt nunc in modico pro me ſitis: & literas commendatitias Domino Duci Poloniæ dirigatis: vt cæptum benè inchoatum, pactum videlicet deſponſationis, veſtra mediante Maieſtate, melius conſummetur. Cui Rex: Id quam deuotus faciam! Ille gauiſus, obtulit literas de inſtanti negotio ordinatas. Et Rex, vade, ait: & poſt modicum reuertere: atq́; inuenies Literas bullatas. Illo abeunte: mutatæ ſunt literæ in contrarium (miror, ſi vera ſit tota hæc cauſa cædis) & ſignatæ bulla Regia. Cumque Palatinus literas accepiſſet: proſpexit in ſchedula maculam quandam exteriorem: ſicque concepit ſuſpicionem. Veniens itaq́; ad quendam familiarem: Aperi mihi, inquit, literas: vt earum ſciam tenorem. (indoctus ſcilicet ipſe erat.) Qui, perſpectis literis (Vria) expectauit, dicens: Rogo, vt Dei intuitu literas me vobis exponere non arctetis: quia nihil aliud, niſi mortem (ſi Rex reſciſcat) mihi imminere video, cum eas expoſuero.

Ab Othone VVittelspachēſi facta.

Cauſa illius cædis.

Sicq́; acceptis literis Palatinus: alteri cuidā iuuento, nimis importunè inſiſtebat. Ita tenorem earum cognoſcebat. Vnde grauiter efferatus: nihil, niſi mortē Regis (heu Diabolicū furorem) animo verſabat. Diſſimulata tamē ira (Pereant hypocritæ) ad Philippū quaſi iucundans & congratulans

gratulans intrabat. Vna igitur dierum, Philippo ſecretius in cubiculo cōſiſtente: quia medianā in vtroq; brachio inciderat: Palatinus nudo gladio, in atrio Regali, quaſi ludens incedebat. Sicq; accedens ad cubiculū Regis: oſtiū clanculo pulſabat: & ingreſſus, ſimili modo coram Rege ſe gerebat. Cui Rex, Depone, ait, gladium: quia non eſt hic locus modo. Et ille: Imo eſt locus, vt tu perfidiam tuam luas. (Imò tu furioſe, tuam.) Et ſtatim vno ictu ceruicem eius tetigit (Miſerere, Deus.) nec ſecundum vulnus appoſuit. Cumque, qui aderant, eum impetere vellent: ille, aperto oſtio violenter, exiliens (diſpoſitis per media cuſtodibus, gladium verſans) eques fugam iniit. Philippus tamen non ſine ratione literas mutauerat: quia puella, quam Otho ducere volebat, conſanguinitate Philippum ex matre contingebat. Ideoq; Regi diſplicebat: vt vir tam crudelis, & impius, & imprudens, tam nobili virgini iungeretur. Idem quoq; Palatinus crudelitate nimia, quendam de melioribus terræ, VVolff nomine, occiderat. Vnde grauiter Philippum offenderat. Ita Regno ipſius, finis accidit: quem cuidam ſpirituali viro Raceburgi, Deus per viſionem manifeſtauerat his verbis: Anno M. CC. VIII. erit conſummatio. Suſpectus fuit de hoc crimine Epiſcopus ciuitatis. Ita cecidit vir nobilis (notabile eulogium) & potens: multis adornatus virtutibus. Erat enim manſuetus, humilis, & admodum affabilis. Et, quia literatus erat, diuina deuotus valde frequentabat. Qui cum in Eccleſia inter alios, lectiones vel Reſponſoria recitaret: Clericos vel Scholares à ſe non remouebat: ſed quaſi conſcholaſticos, eos habebat. De cuius tamen morte, turbata eſt terra: factus mœror omnium, vna voce plangentium: Heu heu, cecidit Princeps noſter: ceſſauit gloria noſtra: verſus eſt in luctum chorus noſter: Imperium à nobis tranſlatum eſt: & Regnum, alterius gentis factum eſt. Coadunatis autem Principibus & nobilibus: funus Regium, ſolemnibus exequiis, & faſtu nimio, in ciuitate Bauenberg curatum eſt.

Philippi excuſatio.

Laudes eius.

Vrſperg. Abbas.

Statuit anno 1208. Philippus cum exercitu venire in Saxoniā contra quoſdam, adhuc ſibi eis in locis rebelles. Babenbergam itaq; venit. Aduenerat illuc quoq; nefarius Otho Palatinus de VVitilisbach. Rex vero minutionem ſanguinis fecit ibidem de venis vtriusq; brachii. Plurimi quoq; de ſuis minuebant ſanguinem. Tunc ſceleratus Otto: aſſumptis militibus Epiſcopi Eggiberti, & Marchionis de Andechſe Henrici, fratris præfati Epiſcopi: venit in Palatium. Ille vero impius acceſſit ad oſtium cameræ, in qua Rex quieſcebat. Pulſabat, vt intromitteretur. Quem Rex iuſſit intromitti, nihil mali ſuſpicatus. (πίστεις ϗ ἀπιστίαι ὤλεσαν ἄνδρας. Heſiod. Sic etiam 22. Iul. 1589. Henricum III. Franciæ Regem, Monachus ſibi confidentem confodit.) Cùm ibi cerneret Otto, neminem eſſe in camera, præter Regem: deinde Cancellarium, & Henricum Dapiferum (quæ duo officia vocantur ab Italo Guazzo, Cancelliero & Coppiero) qui erant in conſilio: rediens, aperuit ianuam cameræ, accipiens gladium à ſeruiente: quem vibrare cœpit in collum Regis. Sed Dapifero exclamante, territus, vix plagam perfecit: & paruulum vulnus in collo Regis fecit: ſed venam vnam organicam amputauit. Cumq; præfatus Dapifer ei exitum ianuæ intercludere vellet: maxillam ipſius eodem gladio vulnerauit: quam laudabilem cicatricem, vſq; ad mortem habuit. Oritur vndiq; tumultus, Rex quoque paululum procedens, expirauit. Ille verò malignus, ad prædictos Epiſcopum & Marchionem confugit. Vnde & illi, rei habiti ſunt de tali modo. Fuit autem deciſus 10. Kal. Iul. (al. 11.) hac ſola cauſa (non etiam illa, quæ ab Arnoldo poſita eſt) quod, cùm deſponſaſſet vnam de filiabus ſuis præfato ſceleroſo: idem quendam liberum, familiarem Ducis Bauariæ, perfidè interfecit. De qua perfidia coram Principibus notatus fuit: & ideo Rex ei filiam ſuam tradere denegauit. Corpus eius, primo fuit Bambergæ humatum: poſtea vero à Friderico II. extumulatum eſt: & Spiræ, de conſilio Henrici Spirenſis Epiſcopi, Cancellarij aulæ Imperialis, cum progenitoribus ſuis ſepultum. Atq; ob commemorationem tanti Regis, Canonicis Eccleſiæ Spirenſis, in augmentum præbendarum ipſorū, Eccleſia in Eſlingen (Eſſlingæ) ab eodem Friderico collata eſt, cum pertinentiis ſuis.

Sanguinem minuerat Philippus.

VValdpurg. Dapifer Henricus.

Othonis VVitelſpach. maleficia.

Sepultura Philippi.

IOAN. TRIT. ABBAS.

Philippus Rex anno 1208. profecturus in Saxoniam contra quoſdam ſuo rebelles imperio: cùm ad ciuitatem Bambergam veniſſet: ac per triduum copias expectaret abſentes: & quodam die cum Conrado, Epiſcopo Spirenſi (Barone Scharpfeneccenſi) cancellario ſuo, & duobus ſeruitoribus, in camera Epiſcopi Bambergenſis, poſt inciſionem venæ quieſceret: venit Otho, Comes Palatinus de VVitelſpach, petens introitum. Qui intromiſſus: extracto gladio, ipſum Regem interfecit: & mox cum ſuis, antequam factum innoteſceret, aufugit. Corpus fuit primo ibidem in maiori Eccleſia ſepultum: ſed oſſa poſt aliquot annos, per Fridericum II. nepotem eius ex fratre,

Spiram tranſlata: & in maiori Eccleſia cum Regibus ſepulta. Fuit autem occiſus 11. Kal. Iul. & vacauit Imperium vſq; ad Feſtum S. Martini.

HERMAN. ÆDITVVS, Chron. M. Scr.

Cur VVittelſpachius Philippum occiderit.

Philippum Regem Otho Palat. de VVitelſpach occidit: quia ille (Philippus) filiam ſuam (Othonis) quam antea vxorem duxerat, poſtquam Regnum adeptus fuerat, repudiaſſet. Hanc cauſam Aedituus ponit, mihi miram. Addit: Inſuper Dominum Palatinũ de lepra, apud Regem Bohemiæ infamarat: cuius filiam Palatinus idem ducturus erat vxorem: quia viduus erat.

Et alibi hæc legebam.

Philippus Rex, in arce Bamberga, 21. vel 22. Iun. cum à moleſtiis hominum & negotiorum ſe reficere volens, ſanguinem in vtroq; brachio minuiſſet: poſt prandiũ occiſus eſt à VVitelſpachio Othone. Vulneratus enim ab eo in Aula: paulùm progreſſus, & loqui volens, concidit: ſuo ferè ipſius ſanguine ſuffocatus. Cui miſerando caſui, illud Teophili Folengi (lib. 3. de humanitate Chriſti) conuenerit: Manca la voce al petto, 'el lume à gli occhi.

Aldenburgi arce occiſus.

Putatur factum eſſe conſcio & volente, vt Pontifici Max. gratificaretur, Epiſcopo Bambergenſi Egiberto. Percuſſor, equo præparato expectante, ſtatim profugit. Qua cæde patrata: Palatinatus poſtea Othoni ademptus, ad Bauariam recidit. Bruſchius ſcribit (in Bantenſi cœnob. & Epiſc. Bamberg.) trucidatum eſſe Philippum in arce Aldenburgenſi Epiſcopali, oppido Bambergenſi vicina: cuius facti cauſa allegetur hæc: aliquando dediſſe Philippum fidem filiæ illius Othonis: eam vero poſtea non ſeruaſſe: alia ſibi matrimonij legibus coniuncta. Sed ego dubito de veritate huius cauſæ: præſertim, ſi poſtea Otho vnam filiarum à Philippo ſibi dari voluit. Caſtellum Alteburgum, circiter quadrantem milliarij à Babenberga diſtat: nec habitatur noſtro tempore: ſed, ſi qui nobiles propter aliquod facinus capti ſunt, ibi ſeruantur. Altiſſima eius eſt ſedes: vnde, cœlo ſereno, qui oculis valet, ad 10. milliaria proſpicere poteſt. In quo verò Caſtello Epiſcopus habitat, intra oppidum eſt: vnde proximè in Cathedralem Eccleſiam intratur. De Philippo, 3. part. in Speculo hiſtorico, libro 29. capit. 101. ſic à Vincentio, corruptis nominibus ſcribitur. Anno 1208. (inquit) quidam Comes Paleſtinus (pro, Palatinus) qui lingua Germanica Landagrana (Landgrauius) id eſt, Comes Palatij, vocatur: Philippum Imperatorem interfecit: cuius vxor, filia Thurſach (al. Curſach, [illegible]) Imperatoris Græcorum, præ dolore moritur.

Philippum Vincentius appellat Imperatorem: licet Romani, maximè qui de curia Pontif. ſunt, eum non recenſeant inter Imperatores: ſed tantùm Ducem Sueuiæ ponant. At expulerat riualem Othonem: & potenter regnaturus fuiſſet, ſi latrocinium non interueniſſet.

Philippus, Imperator vocatur.

Philippum appellat Imperatorem: licet is non acceperit coronam, & benedictionem, à Papa. Rectè. Iacobus enim Spiegelius cõment. in Gunth. Ligur. lib. 7. Vno ſimul ore, inquit, pariq; conſenſu, omnes legum interpretes ſtatuunt: hæc, quæ ad coronationem attinent, fieri magis honoris & officij cauſa: quàm vel neceſſario, vel vt ex hac actione quicquam Cæſaribus accedat. Siquidem electio ſolùm, ad Imperatoris ſubſtantiam pertinet: ad ſolennitatem, reliqua: vt, confirmatio, inunctio, conſecratio, coronatio. Rex Roman. & Imperator, idem omnino valent: vt liquidò conſtat ex verbis vulgatiſſimæ l. Benè à Zenone: & c. Vt nemo priuatus. l. 1. In vtraque ſcribitur promiſcuè, & Imperialis maieſtas, & Regale culmen. Quod vero dicitur, his ſolennitatibus duo effici, I. vt ex Rege Imperator efficiatur, II. vt ex diuini ſpiritus illapſu, ſanctior atque auguſtior euadat: ſpecioſa commenta ſunt: quibus Pontificiam dominationem, iuramentaque Cæſarum poſteriorum, ignota veteribus Imperatoribus debemus: qui imprudentes ſerpentem, vt dicitur, in ſinu aluerunt. Hæc, Spiegel. Quibus addatur illud Rom. 13. Omnis poteſtas à Deo eſt: &, Dei miniſtra eſt. Qui ei reſiſtit: Dei ordinationi reſiſtit. Ergo, ſi Magiſtratus rectè & ordine electus eſt: ac ſecundũ verbum Domini ſe gerit: ſatis ſuperq; conſecratus & benedictus eſt. Pro eo omnes Chriſtiani orare debent, 1. Timoth. 2. Sic is quotidie conſecratur ac benedicitur. Et additur cauſa: vt quietam vitam degamus, cũ omni pietate & honeſtate. Innocentius vero III. Papa, qui contra ordinarium Regem Philippum, intruſit Saxonẽ Othonem, & bello Germaniam ciuili impleuit: tot milliumq; hominum cædibus, agrorũ vaſtationibus, locorum incendiis, ſcelerũ perpetrationibus, cauſam ſua ambitione, & Sueuici nominis odio dedit: videat, nũ non ordinationi Dei reſtiterit: & nũ ſe Deo innocentẽ innoxiũq; probare poſſit. Spectante enim (inquit de ſuperiore tẽpore Auentinus) atq; concitante Romano Sacerdote: Philippus & Otho cognatas acies committunt:

Rex & Imperator, idem.

Innocentij 3. P. crimina.

cõmittunt: frater aduerſus fratrem, filius aduerſus patrem, confligere cogitur: atq; inuicem ſanguine ſe polluunt. Argentoratum, Aqua Granaa, Agrippinenſis Colonia, Erdfurdia, pleraq; alia oppida, obſeſſa: cuncta luctu, cæde, completa ſunt. Quis aliam tanta diſcordia inter Chriſtianos cauſam attulerit: niſi Romani Epiſcopi ſpectaculum, quaſi paria componentis? Populus Chriſtianus mutuis ſe vulneribus, cohortantibus flaminibus Romanenſibus, contrucidauit. Lib. 7. Annal. Boiorum, anno 1554. Ingolſtadij per VVeiſſenhornios fratres excuſorum.

Libet ex eodem lib. 7. Auentini, cædem R. Philippi huc ponere, quia pluſculum quid hic erit, quàm in præcedentibus.

Philippus (inquit) Bambergenſi Eckberto: purganti ſe, quòd cum Rege Vgrorum (Vngarorum) coniuraſſe ſuſpectus erat, gratiam facit. Cumq; eum ſatietas hominum, negotiorumque ſectione odium, cepiſſet: Bambergam ſecedit, vt requieſceret: atq; miſeriam expueret ex animo. Venas ſecat: profluuio ſanguinis morbidum corpus exonerat. Superioribus verò temporibus, inter alia hæc quoq; fecerat. Haitricum, Hiſtriæ Carnorumq; Rectorē, cum Ottone ſentientem, dignitate ſubmouerat: Carnos & Hiſtros Ludouico, Boiariæ Duci, in tutelam tradiderat: eundem cũ Epiſcopis Boiariæ, cum quibus ei bellum fuerat, in gratiam relegerat: Monacenſes quotannis è portorio, 57. drachmas auri Fruxinenſibus penſitare iuſſerat. Cum iam Philippus (vt dictũ eſt) Bambergæ eſſet: Otho à VVittelſpach (quem Philippus ob homicidium, generũ abdicauerat: filia Chunegunda, VVentzeslao Ottocari filio in matrimonium data) aſſumptis ſecum Miniſtris Eckberti Epiſcopi: atq; fratris huius, Hainrici Hiſtriæ exacti: quaſi quippiam ſecreto cum Cæſare, quod ad ſalutem eius ſpectaret, collocuturus, Aulam petit: factleq; ad cõclaue Philippi admittitur. Nemo, tum, præter Sacri ſcrinij magiſtrum, atq; Hainricum Druchſaſſium à VValdburg, Sueuiæ oppido, oriundum, præſto erat. Otto, vbi ſolitudinem animaduertit: enſe iugulum Philippi, nihil mali ſuſpicantis, de improuiſo petit: lethaliter, licet leuiter, ſauciat. Vociferanti Druchſaſſio, peſſulum oſtio obdere conanti, malam eodem enſe affligit, plagamq; facit. Ita ad Miniſtros erumpit, quorum ope elabitur. Philippus paulo poſt fato concedit, 10. Kal. Iulij: anno ab orbe ſeruato, milleſimo, ducenteſimo, ſuper octauum.

Rurſus de interitu Philippi.

ÆMYL. lib. 6.

Philippus Auguſtus, inquit, Francorum amantiſſimus, ab Ancherauio, Comite Palatino, occiſus eſt: ad eum velut ſalutandi cauſa intromiſſo.

Ecce, quàm corruperint exteri Germanica nomina. Pro Landgrauio Vincentius Landagianum, Aemylius Ancherauium, ponit. Quanto magis Cl. Ptolemæus Græcus, & Corn. Tacitus Latinus, nomina ciuitatum & populorum Germaniæ corruperunt? Multo clarior & iucundior eſſet horum, & ſimilium Auctorum, lectio: ſi nomina ita in eis eſſent, ſicut pronunciata fuerunt à Germanis.

Nomina hominum & locorũ, à Græcis & Latinis corrupta.

NAVCLER. 2. volum. Generat. 41.

Fit concurſus ad cubile Regis: vbi ipſum ſanguine ſuo volutatũ, in pauimento mortuum iacentem, vident. O miſerabile ſpectaculum. Periit Rex Philippus intra cubiculi ſui ſecreta: qui vitam conſeruauit illæſam inter prælia. Occiditur à latrone truculenter: qui ab hoſte non potuit occidi violenter. Hoc vno Philippo perempto: Germania ſummis inſidiis Pontificis Rom. agitata, vires penè ſuas omneis experta eſt truculenter.

Epiphonema de cæde Philippi.

KRANTZ. 7. Sax. 27.

Dum ſtupent facto Otthonis, qui aderant: hic, diſpoſitis per media cuſtodibus: gladiũ verſans, eques abibat. Hic erat lacrymabilis exitus R. Philippi, viri manſuetiſſimi: &, qui in diuina religione non ſegnis haberetur. Apud ſummum tamen Pontificem, paterna illi & fraterna durities oberat. VValdemarus, Bremenſis Epiſcopus electus, qui multum ſpei habuerat in Philippo, magna ex parte concidit ſpe ſua.

De cæde R. Philippi, carmen VVolframi Eſchenbachenſis (qui ante aliquot ſecula vixiſſe dicitur) ex Matthæi Bappenhaimij Genealogia.

Der König hett vier ſchöne Kind:
Die warn jhm lieb: als die noch ſind
Viel manchem Mann / der ſie noch hat
Dieweil vnd jhn der Todt hie lat:

Die Kind waren all Jungfrauwen:
Jhr ſchöne ließ ſich wol ſchauwen.
Er gab die ein in Beham Land:
Die ander gab er in Braband.
Die dritte war hin geſchworen
(Das were beſſer geweſen verworren)
Dem Pfaltzgraffen von Wittelſpach:
O weh/ groß leyd darvon geſchach.
Man widert jm den Gmahel ſein:
Darvon thet er der Rache ſchein:
Dardurch der König den Leib verloß/
Von einem Schwerdt: ſein Ende boß.
Die Warheit ſag ich vberein.
Ein Marſchalcke von Bappenheym:
Von Calatin was er genandt:
Der rach den König mit ſeiner Handt.
Dem Pfaltzgraffen er ja nach ſtreich/,
Mit liſten/ biß er jhn erſchleich.
Von jhm ward er zu todt geſchlagen:
Das groß Mord wolt er nicht vertragen.
So rach er den König Herre:
Deß Königs todt müht jhn ſehre.
Was jemand ſchuldig mehr daran:
Das richte Gott/ als er wol kan.

Non dubitandum, quin non modo pater Philippus, ſed etiam mater Irena, dulcem filiam ſuam VVittelſpachio denegauerit: poſtquam hominem malum & ſanguinarium cognouerint: cuius antehac blando ſermone fuerint decepti.

Filiarum Irenes deſponſatio. *Cùm etiam modo 1196. anno, nuptias Auguſtæ celebrauerint (quemadmodum ſuperius cognouimus) filiarum maxima natu, fortaſſe tantùm 11. annorum, hoc 1208. anno fuerit: Ergo, in puerili ætate deſponſatæ Principibus: poſtea demum, vbi maturiores factæ, mortuis iam chariſſimis Parentibus, viris in manus conuenerint.*

Ad hanc miſerabilem cædem, me aliquid ex meo Homero, & aliunde, accommodare iuuat.

Αἴλινα νῦν στοναχῶμεν. ἄριστος ὄλωλε φίλιππος.
Λῦσε μένος, πλήξας ξίφει αὐχένα καὶ τένοντε,
Ὠμὸς ἐὼν, βασιλῆ ἐπορούσας. τὸν δὲ κατ᾽ ὄσσε
Ἔλλαβε πορφύρεος θάνατος, καὶ μοῖρα κραταιή:
Ὃς ζώων, πάντεσσιν ἐπίστατο μείλιχος εἶν.

Perſona & mores Philippi, quales fuerint.

Philippi προσωπογραφία. *Erat is (teſte Vrſperg.) debilis quidem corpore, ſed ſatis virilis: facie decora & venuſta, capillo flauo, ſtatura mediocri, & tenuiori corpore: animo vero mitis, affabilis, benignus, ſatis liberalis.*

Quomodo bona ſua, belli ſuſtinendi cauſa diſtraxerit. *Hic, cùm non haberet pecunias: quibus ſalaria militibus perſolueret: primus cœpit diſtrahere prædia: quæ pater eius Fridericus latè acquiſierat in Alemannia: ita, vt cuilibet Baroni, ſiue Miniſteriali, villas ſeu prædia ruſticana, vel Eccleſias contiguas, obligaret. Ita ei inane tantùm nomen remanebat dominij terræ: & ciuitates, aut villæ, in quibus forum: & pauca inſuper caſtella terræ.*

Neiffen. *Oppignerauit quoq; Eccleſiam Vrſperg. nobili viro Bertholdo de Niffen, & Henrico F eius: quam poſtea Præpoſitus & conuentus ab eis, tyrannicè illam opprimentibus, liberarunt: idq; CC. Marcis argenti. Qui modus obligationis & ſolutionis Eccleſiarũ (maximè Ciſtertienſis & Præmõſtratenſis ordinis) antehac inuſitatus fuerat: & libertatibus priuilegiorũ in ipſis contrarius. Præſidente enim Vrſpergenſib. Grimone, egregio Præpoſito: imperantibus Conrado & Friderico: nihil tale tentatũ ab his fuit: ſed poſt mortẽ Grimonis, aſino VValthero Præpoſituram nacto. Tunc enim Imp. Fridericus, aſpernatus eũ, quod nulla mica ſalis in eo eſſet: nobili viro, Degenhardo de Helinſtain, Procuratori ſuo per Regalia prædia Sueuiæ, iniunxit: vt ad Vrſpergenſes accederet,*

efficeretq;:

efficeretq́; : vt ſibi pro Aduocatia & defenſione, annuatim ſolueretur de quolibet ruſticanorum prædiorum manſu, vnum maltare (medimnus) auena, ad paſcendos officialium equos. Hinc occaſionem nacti ſupradicti Niſſenſes: cum paruulam penſionem ab Imperatoribus petere viderentur: Eccleſiam Vrſpergenſem omnino depreſſerunt. Hinc putat Abbas Vrſperg. Conradus: Philippum ob hanc cauſam, quòd Eccleſias in poteſtatem Tyrannorum tradiderit, pœnas Tyranno luiſſe. Dictum eius fuiſſe dicitur: Quod male cœptum eſt, ne pudeat mutaſſe. Cui ſimile eſt illud ex Chiliad. Eraſmi: quod olim 1540. nobis adoleſcentulis, in tabula præſcriptum fuit, in Schola Vlmenſi (mihi primum ibi Prouerbium) ediſcendi, exercitijq́; Grammatici, cauſa: SATIVS EST RECVRRERE, quàm male currere. Ergo pertinacia in errore aut vitio, eſt vitanda: nec correctio, vitio vertenda. Apophthegma Philippi.

Idem Cæſar hypocriſin ſuperbiamq́; Clericorum oderat. Nam cum aliquando Abbas quidam in equo ad ipſum veniſſet: de neceſſitate domus ſua cum ipſo locuturus: Rex eius calceamenta obſeruauit, vt nimis ſtricta. Qui ab eo interrogatus, vnde eſſet, reſpondit: Domine de paupere domo. Et Rex, Bene apparet, inquit, in calceis veſtris, quòd domus veſter pauper ſit. Nam corium ibi carum eſt. Quo verbo confuſus Abbas, inde receſſit. Speculi Exemplorum Diſtinct. 6. Exemplo 34. In hypocriſin.

De occiſione Philippi, veteres verſiculi.

Anni millem, bis quatuor, atq; duceni,
Extant: quando pius Rex occidit enſe Philippus.

Audax ille bono Domino ſuo, ex Iliad. 7. & 16.

Τμῆδην αὐχέν', ἐπῆλθε· μέλαν δ' ἀνεκήκιεν αἷμα.
Ἤριπε δ', ὡς ὅτε τις δρῦς ἤριπεν, ἢ ἀχερωΐς.

Sic ille φίλης αἰῶνος ἀμέρθη, Iliad. 22.

DE SEPVLTVRA EIVS.

Spiræ, in Chori ſummæ Baſilicæ ingreſſu.

Regib. liberali donatione augentib ſepulturæ ſua dicatum hoc Templum. Laus & memoria in Deo, ſempiternum. Spiræ ſepultura.

PHILIPPVS, RODOLPHVS, ADOLPHVS, ALBERTVS: ROM. REGES AVGVSTI. Vbi quatuor ſimulacra, in ſaxo ſuperius ſculpta, viſuntur: quorum duo media, ſenes oblongis barbis referunt: ſeq́;, quaſi colloquentes, inuicem aſpiciunt: extrema duo, ſine barbis, iunioris ætatis. Omnia verò, Regio more veſtita & ornata: paludamento ſcilicet, corona, ſceptro.

Epigraphe in marmore Philippi.

ANNO DOMINI INCARN. M. CC. VIII. REX PHILIPPVS BABENBERC: OCCISVS, XI. KL. IVLII OBIIT. ✝ Epitaphia.

Eidem nos hoc Epitaphium ponimus, vtraque lingua
quam Tybingæ docemus.

Ὧδε τέθαφθ' υἱὸς Φρειδερίχου πυρσογενείου,
Ῥωμαίων βασιλεὺς, τεύχων ἀρετῇ σι, Φίλιππος.
Οὗ, παλάμαις ἐν Παμπέργῃ κτανθέντος ἀλιτραῖς,
Σῶμα πόλις Σπείρα κεύθει: νοῦς δ' ἄστρα κατίσχει.
Inclytus hic primi FRIDERICI natus humatur,
Illuſtri Rex Romanus virtute Philippus.
Cuius, Bambergæ ſcelerata cæde perempti,
Corpus Spira tegit: mens, aurea poſſidet aſtra.

Hæc in præſenti, de laudatiſſimo hoc Sueuo, Rege Philippo, nos ſcripſiſſe, ſufficiat. Tranſeamus nunc ſequenti capite, ad inclytam ipſius coniugem, Auguſtam Irenam. Eius non minus deſcribamus & lugeamus miſerandum caſum.

REGINÆ IRENÆ OBITVS COMMISERANDVS. QVODDAM EIVS DIploma. Funeratio eiuſdem, Epitaphium, nænia, liberi. Arx Vindeliciæ Gunzela. Vetera nomiſmata, & recentia, Sueuiæ.

CAPVT XIIII.

NON ſoli *Cæſari Philippo: ſed dulciſſimæ etiã vxori eius, sereniſſimæ Dominæ Irenæ, & Spei in aluo eius concepta, interitũ crudeliſſima dilectiſſimi coniugis cædes, à pluſquã barbaro & impio* De Auguſta Irenes obitu.

impio percuſſore illata, attulit: ſicuti videlicet columna ædificÿ concidens plurium ei innitentium rerum ruinam ſecum trahit. Recenſebo igitur hic quoque, quæ ex Scriptoribus & Chartis habere potui.

Arnold. lib. 7. cap. 14.

Tumulatus (initio) fuit Bauenbergæ Philippus. Regina autem, audito tam triſti nuntio, contabuit: & quia prægnans erat: gemino dolore ad mortem vſq; afflicta eſt.

Morte viri preſſa: mimioq; grauamine torta
Prolis: ſicq; duo vita priuantur in vno.

Sed dum his intendo (inquit idem) repente de incertitudine huius vitæ, in mentem venit illud Poëtæ:

Omnia ſunt hominum tenui pendentia filo:
Et ſubito caſu, quæ valuere, ruunt.

His addit:

Vana ſalus hominis. Non ergo ſit tibi finis,
Spes theſaurorum: quia nullus fructus eorum.
Peruigili cura cæleſtia præmia cura:
Quæ Chriſtus GRATIS tribuet dono pietatis.

Si gratis: ergo non propter virtutes noſtras, aut bona opera noſtra.

Cuſpinian. in Philippi vita.

Vxor Philippi, audita ſæuiſſima mariti nece: præ dolore exanimata cecidit: atq; abortum fecit in arce quadam, quo deducta erat: breuiq; diem vltimum clauſit: in Monaſterio Loricenſi honeſtiſſimè ſepulta.

Ex Fragmento incerti Auctoris.

Irena, Hohenſtauffæ mortua, Lorchæ ſepulta.

Regina Irene, audita mariti morte: amiſſo vnico ſolatio, cum ipſa peregrina eſſet: prægnans, dolore dolori addito: ad caſtrum Staup feſtinanter deducta eſt. Ibi poſt breue tempus abortum fecit: & vitam cum fœtu finÿt: atq; ad Monaſterium Lorcham deportata, glorioſe ſepelitur. Hæc, ibi.

Verisſimile, ipſam etiã ante Bambergæ fuiſſe: & inde huc feſtinãter deductam eſſe.

Neſcio, an ipſa quoq; fuerit Bambergæ tunc: ſecuta chariſſimum ſuum virum ac Dominum. Veriſimile tamen eſt: cùm ex ſuperioribus, quæ dudum ſcripſimus, frequenter vnà profecta fuerit: Moguntiam, Magdeburgum, Aquiſgranum, Auguſtam, in arcem Suainhuſam. Si Bambergæ tunc fuit: tum aut intra ciuitatem, aut etiam ipſa in caſtro Aldenburgenſi: ſed in peculiari loco, cum ſuo lectiſſimo Gynecæo. Nec tamen, tragico illo caſu cognito, admiſſa fuit ad cadauer: ne prorſus exanimaretur, atq; emoreretur: quæ ad famam modo tanti mali, in deliquium animæ inciderat: ſed actum eſt ita cum ea à prudentiſſimis Proceribus & Aulicis: vt mox diſcederet in Sueuiam. Itaque honeſtiſſimo, & digno maieſtate eius comitatu, deducente: cum feſtinatione in arcem Hohenſtauffam deducta eſt: præſertim, cùm non luctu ſolum oppreſſa eſſet: ſed etiam grauiſſimi dolores prægnantis vteri accederent. Nec potuit ea celari interitum viri: quia crepuiſſent citius vtriuſque ſexus homines, Aulici etiam fideliſſimi, quàm vt ſilentio tantam calamitatem, tantum luctum, comprimere animis potuiſſent. Nec enim tam citò effugere parricida potuit: quàm clamor & vlulatus, omnia loca celerrimè peruaſit. Itaque in Gynecæum quoque, & ad aures ipſius Dominæ, facinoris fama, tanquam fulmen quoddam, derepentè incidit. Hæc credibilia ſunt, mihi quidem: niſi quæ latentibus è Scriptis, quæ ex pulueribus & ſitu eruantur, diuerſa proferantur documenta. Cogitari proinde poteſt: ei accidiſſe, qualia Homericè dici poſſunt.

Non potuiſſe ipſam latere caſum viri.

Luctus eius.

Ὣς γοῶν: τὴν ἄχεος νεφέλη ἐκάλυψε μέλαινα.
Ἦν, ὡσεὶ στήλη. φάτο δ', ὡς ἐσαγείρατο θυμόν.
Κοίραν, ἀπ' αἰῶνος νέος ὤλεο: κὰδ δέ με χήρην
Λεῖψας: ἐμοὶ δὲ διαμπερὲς ἔσσεται ἄλγεα λυγρά.
Οὐ σὺ ἐμοὶ θνήσκων λεχέων ἐκ χεῖρας ὄρεξας:
Οὐδέ τι μοι εἶπες πυκινὸν ἔπος: οὗ τέ κεν αἰεὶ
Μεμνήμην, νύκτάς τε καὶ ἤματα δακρυχέουσα.
Ὣς κλαίουσα φάτο. Δμωαὶ δ' ἀραχερσὶν ἅπασαι
Στήθεα πεπλήγοντο: λύθεν δ' ὑπὸ γυῖα ἑκάστης.

Et qualia de Fiordiliga (Florelilia) amiſſo viro Brandimante (Gladiomarte) ſcribit Arioſtus.

E coſi gli occhi hamo la luce à ſchiuo:
E coſi ogn' altro ſenſo ſele ſerra:

Che come

Che come morta andar ſi laſcia in terra.
Al tornar de lo ſpirto, ella à le Chiome
Caccia le mani, & alle belle gote:
Indarno repetendo il caro nome.
Fa danno & onta piu, che far lor puote.

Fuit oppreſſa luctu, ipſa, & familiares fœminæ nobiles. Quam ob rem nihil non à ſapientibus tentatum: quod aliquid momenti ad conſolandum habere poſſet. *Luctus conſolatio.*

Etſi autem mœſtiſſima Irena, tantis ærumnis non diu ſuperſtes fuit: tamen eam XX. die Aug. Indictione XI. nempe hoc 1208. anno (duos menſes, & poſtea amplius) adhuc vixiſſe certum eſt. Teſtantur enim hoc literæ: quas humaniter mecum communicarunt, ſapientia & eruditione ornatiſſimi clariſſimiq; viri: Oſualdus Gabelkoferus, illuſtriſſimi Principis noſtri Medicus: & Ioachimus Brotbeckius, Stutgardiæ Archigrammateus: antiquitatum Sueuicarum, præſertim VVirtembergenſium, ſtudioſi inquiſitores.

Literæ ſunt hæ.

Maria, Dei gratia Rom. Regina Auguſta, vniuerſis hoc præſens ſcriptum intuentibus. “ *Irenes literæ*
Iudicia Dei, abyſſus multa. Cum dilectus Dominus ac maritus noſter PHILIPPVS, glorio- “ *Adelbergenſes.*
ſus Rom. Rex Auguſtus, ſicut diuina preuidit ordinatio, & fieri permiſit, eius occulto iudicio, “
ab hac vita diſceſſerit inteſtatus: nos, quæ adhuc ei ſuperſtes ſumus: & per iuſtum & legitimum “
matrimonium, quo ei coniunctæ fuimus, ſecum fuerimus vnum corpus: id, quod ipſe Dominus “
noſter, crudeliſſima morte præuentus, nec fecit, nec facere potuit: dignum cenſuimus, per nos hoc “
ſuppleri: maximè, cum nos per gratiam ipſius, vniuerſam omnium bonorum ſuorum legitimam “
intrauerimus hæreditatem: hoc ipſo Domino noſtro, diu ante diem obitus ſui ordinante. Notum “
igitur facimus omnibus, hoc publicum inſtrumentum inſpicientibus: quòd nos pro ſalute ani- “
mæ iam dicti Domini noſtri, quandam curiam noſtram in SVPERIORI ESSLINGEN, “
cum omni iure in iuſtam proprietatem tradidimus Eccleſiæ in MADELBERCH, &c. Teſtes “
huius rei ſunt:

Comes Ludevvicus de VVirtenberch. *VVirtemberg.*
Vlricus Notarius. *Ludouicus.*
Et vltra Bernoldus de Stophen.
Egeno de Stophen. *Stauphen.*
Eberhardus de Tannbach. Et alij quàmplures.

Datum apud STOPHEN, XIII. KL. Sept. Indict. XI.

Decubuit deinde, aſſiduo confecta mœrore, clariſſima mulierum: &, vt Mæonius ille loquitur, δῖα γυναικῶν: nec defuit diligens Medicorum cura: aſſidua primariarum fœminarum obſeruatio, vigiliæ, miniſterium: conſolationes, & cohortationes ad Deum, hominum prudentium, & dolore prope pari laborantium. Ipſa autem, ad diſcedendum ex tantis ærumnis paratiſſima erat.

Ἀλλ' ἐφεστήκει θάνατος, καὶ μοῖρα κραταιή:
Οὐλομένῃ δ' αὐτὴν ἀφεργάψε νέον. *Mors Irenes.*

Da kam geſchlichen her der Gwalt/
Mit ſehr bekümmerlicher Gſtalt/
Deß grimmen Todts: dem niemands mag
Entrinnen/ weder Nacht noch Tag.
Die vor dem Jammer ſo ſchön war/
Im Todt jetzt war verblichen gar.
Groß leyd auff Stauffen da entſtund/
Klagten die Keyſerin von Grund.

Iam verò, quo die, quo menſe: num hoc 1208. quoque anno: an fortè Ianuario ſequentis mox anni (ſicut mihi ante biennium frequens opinio in ſomnis obuerſabatur, 6. Kalen. Febru. 1209. obijſſe) ipſa ſuum obierit diem: nuſquam cognoſcere potui: nec Stauffæ, nec Lorchæ: nec ex vllo loco, quo literas miſi in oppida & cœnobia VVirtembergēſia: in ciuitates Imperiales. Vlmam, *Dies mortis.*

Auguſtam, Nordlingam, Gamundam: in oppida alia, ad amicos viros doctos. Nec etiam reperi ſepulchrum eius aliquod peculiare, Lorchæ. Nulla tabula, nulla Inſignia, pendent in fano Lorchenſi: nec Irenæ, nec vllius alius Principis viri fœminæue. Deuaſtauit omnia canus ille Cronus, ſiue Saturnus: aut fortè Ruſticanus anni 1525. furor: de quo, ſi Deus vitam valetudinemq́ ſenibus nobis prorogauerit, eo anno non pauca ſcribemus. Mortuam autem eſſe in arce Hohenſtauffenia, ex antedictis patet. De eadem arce, magno cum luctu nobilium & illuſtrium vtriuſque ſexus hominum, aliorumq́ plurimorum, tam illuſtre funus πενθοῦντων comitantium, delatam eſſe per 1. milliarij regionem (quam diligenter abhinc triennio luſtrabam oculis) ac vectam eſſe trans amnem Ramſam: deinde ſurſum in Monaſterium: denique in ipſum Templum, quod adhuc eſt, illatam eſſe: Regia magnificentia ſepultam, & ſplendore digno: Abbatemq́ & Conuentum, ac Sacerdotes, officium feciſſe, quod illis temporibus fieri ſolebat: ne hac quidem dubitationem habent. Speramus denique, eandem glorioſiſſimam Dominam, in manus Domini Ieſu, aut cæleſtis patris in nomine Ieſu, animam commendauiſſe ſuam. Hoc ſolidum aurum, in extremis anguſtijs firmiter manſiſſe: ſtipulas, ſi quæ præter verbum Domini adſtructa fuerunt, ſine noxa animæ conflagraſſe. Græca fuit natione. Erga Græca Euangelia, cæteraq́ eis adiuncta, legit. Ergo ſciuit illud, ac dubio procul dixit: πάτερ θεὲ, εἰς τὰς χεῖράς σου παρατίθεμαι τὸ πνεῦμά μου. Et illud: κύριε ἰησοῦ, δέξαι τὸ πνεῦμά μου.

Sepultura illius. — **Salus animæ.**

Collectio curſus vitæ eius: τὰ ἀπ᾽ ἀρχῆς ἄχρι τέλους.

Conſideretur iam fortuna eius: ſplendida ſcilicet in terra miſeris, vel miſer ſplendor. Patrem habuit excellentem Imperatorem Orientis: nupta fuit Regibus: primo, Siculo Rogerio: deinde, Philippo Sueuo. In ciuitatibus Germaniæ honorata: in conuentibus Principum decorata. Hæc, felicitatis. Contra, quantum miſeriarum & mœroris! Captiuitas in Sicilia, exilium in Germania, patris excæcatio, fraterculi exilium, interitus vtriuſque, bellum Germaniæ continuum: luctus denique ex morte vtriuſque coniugis, Siculi & Sueui. Philippi autem tanto amore, tanto deſiderio, flagrauit: vt eo luctu mortem, ſibi & fœtui pepererit. Coniugalis amoris exemplum, non ſolum quondam Dido, Laodamia, Artemiſia, Euadne, Argia, Arria, & Bruti Porcia, fuere: ſed noſtra etiam Græca Irena eſt.

Locus ſepulturæ eius.

Sepulta in choro Templi Lorchenſis.

Illo tempore erant tria ſepulchra in choro Laureacenſis, ſiue Lorchenſis, Eccleſiæ: ante oſtium Adyti, vel Sacriſtiæ: quæ aſcendenti in Chorum, ad dexterum latus eſt. Chori autem, ad orientem Solem ædificari ſoliti ſunt. Erat ſepulchrum dextrum, ſiniſtrum & medium. In dextro, ſepultus erat cum alijs, Conradus, Dux Sueuiæ: & Gertrudis, Conradi 3. Regis vxor. In medio. Henricus Rom. Rex, Conradi 3. Regis filius. In ſiniſtro, Irene, vel Græca Maria, cum alijs fœminis. Verum de his ſepulchris, & alijs, fortaſſis aliquando in tertia huius operis dicemus rurſum parte.

Scribit quidem Bruſchius, Irenam in Ebracenſi Oſtrofranciæ Monaſterio ſepultam eſſe, & id ab alijs vocari Loricenſe cœnobium: cuius nominis rationem ſe ignorare. At in VVirtembergenſi Laureaco ſepulta eſt.

Epitaphium eiuſdem Reginæ erat.

Irenes Epitaphia.

Nobilis atque pia, hic cineratur Græca Maria:
Philippi Regis coniunx. Hanc atria Regis
Fac intrare pia ſemita, virgo Maria.

Imò, tu Chriſte.

Huic verò nos hoc ponimus.

Ἐνθάδε κυδαλίμης Εἰρήνης ὀστέα κεῖται
(Τῆς Γραικῆς Μαρίας) ἀλόχου βασιλῆος φιλίππου:
Ἣν Ἑλλὰς μὲν ἔδωκε, σύνευνος ἔθαψε δὲ λέχος:
Ἀνδρὸς ὡς οἰκτρὸς θάνατος μυρομένην ...

Hic Mariæ Græcæ (claræ Irenæ) oſſa quieſcunt:
Romani Regis quæ, chara marita Philippi:
Stirps quam Græca dedit, ſed humauit Sueuica Lorcha:
Coniugis extinctam lugendo funus acerbum.

De quo

Dequo, M. Leonhardvs Engelhartvs, Stutgardianæ Scholæ Pædagogarcha. M. Martino Crvsio compatri ſuo colendo.

S. Per Chriſtum. VVolffgangus Ravv, vir grauis, pius, doctus, Muſicus excellens, Illuſtriſſimo charus, rogatus à me, modos elegantiſſimos adaptauit Epitaphio tuæ Irenæ. Dabis cantoribus in Stipendio illuſtri, vt probent. Tu verò approbabis, ſpero. Stutgardiæ 14. Iul. 1589. Miſſa per filium, M. Abraham Engelhartum. Compoſitio Epitaphij muſica.

Ad eundem Cruſium, VVolffgangus Rauh, Muſicus VVirtembergicus.

S. P. Paucis ante diebus, vir clariſſime, Epitaphium sereniſſ. Reginæ Irenæ, Græcis & Latinis numeris à te compoſitum, à D. Engelharto (cui propter ipſius ſummam in me beneuolentiam plurimum debeo) accepi. Qui flagitabat à me: vt id muſicis modulis, Textui correſpondentibus, aptarem. Quod ſtatim prompta animi alacritate in manus ſumpſi: & arrepto calamo, quicquid mea Muſa præcinuit, curſim annotaui. Etſi autem fortè in concentu, non eam, quam expectaſti, atque ego volui, affectionem, lugubri carmine dignam, aſſequutus ſum: gaudeo tamen, mihiq́; gratulor: vobis vtriſque (pietate, eruditione, & celebritate nominis, longe lateq́; conſpicuis viris) me qualicunque ſtudio meo & opella gratificatum eſſe. Quare boni conſulas, rogo. Vale. Stutgardiæ 12 Iul. 1589.

Accepi ambas literas eodem die: Græco quodam Macedone, Nicolao Stephano, cano ſene & miſero, mecum cœnante: atque eleemoſynam, ob redimendum ſuos, à Barbaris Tripolin Barbariæ (Africæ) captiuos abreptos, colligente. Dicebat: δόξα σοι, ὁ θεός. ἐπειδὴ ἡ χάρις τοῦ θέλει ἔτζη: ἂς ἦναι δοξασμένο τὸ ὄνομά του. *Gloria tibi, Deus. Quoniam gratia eius vult ſic: age ſit laudatum nomen eius.* Græcus Macedo, Nicolaus Stephanus.

Quærat aliquis, quoſnam liberos Regi Philippo Irena ſua pepererit. Reperiuntur in Hiſtoricis editis, quatuor filiæ. 1. Chunegundis, VVenceslao Bohemo deſponſa. 2. Ethiſa: primo filio Ducis Brabantiæ data: poſtea verò, cum is eam repudiaſſet, Regi Hiſpano. 3. N. deſponſa filio Richardi, Comitis Thuſciæ: qui frater erat Papæ Innocentij. 4. Beatrix, Othoni, ſucceſſori in Imperio, nupta. Sed in tabula, Lorchæ priuatim aſſeruata, vidi: duos etiam filiolos Philippo & Irenæ tribui, in pueritia mortuos Reginoldum atq́; Fridericum, Lorchæ ſepultos. Filiæ 4. Irenes. Filioli duo.

Hæc ferè ſunt, quæ de illuſtriſſima Regina Irena (τῆς χρυσῆς γυναικὸς) *reperire potui: non admodum plura: etſi, vbicunque potui, diligenter ſciſcitatus ſum. Quæ ideo tam libenter deſcripſi: quòd ipſa erat Græca: cuius gentis lingua, meæ deliciæ ſunt: & quòd tum Rex Philippus, tum ipſa Domina Irena: ſi ego tunc vixiſſem, hac quantulacunque huius linguæ, & aliarum literarũ, ſcientia præditus: fortaſſis etiam in me liberalitatem aliquã clementiſſimè declaraturi fuiſſent. Non erãt tunc homines ita docti, vt hodie: & mihi luſco, in regione plurimũ cæcorum, forſitan aliquid loci fuiſſet. Scripſiſſem de rebus geſtis R. Philippi, de aula ipſius, de militia, de Proceribus: ſcripſiſſem de Auguſta Irena, de Gynæceo (in quo ſine dubio, virgines etiam Græcæ fuere) de nũtijs & literis, à patre Iſaacio ad Regẽ Philippum & ipſam miſſis: de fraterculi eius Alexij ad eos aduentu, & ſermonibus: &, ſi quæ alia fuiſſent. Extarent ſic fortaſſis hodie cognitu digna Sueuis multa, quæ nunc deſideramus. Tunc autem, tanquam ad poſteros non pertinentia, nemo literis mandabat: nec, qui mandare poſſet, niſi rarus aliquis, erat. Si ſaltem vnus ex noſtra Academia tunc vixiſſet iuuenis doctus: tunc ita ſcribens carmina, vt hodie multi: quàm multa egregiâ haberemus: ſi modo non ignis, ferrum, aquæ, hominum improbitas, literas & Bibliothecas aboleuiſſent! Nunc, cum Academias Germania nondum haberet: magna ruditas literarum erat, eaq́; dolenda. Sed quid hæc me cogitatio inceſſit? Non viueremus nunc, ſi vixiſſemus tunc.* ἀλλὰ τὰ μὲν προτετύχθαι ἐάσομεν, ἀχνύμενοί περ. Barbaries ſuperiorum ſeculorũ.

Non minus autem calamitatum, in ſe & chariſſimis ſuis, inclyta Irena ſenſit: quàm Chrothildis olim, Clodouei Franci Regis coniux, in ſuis. *Quære ſup. 1. part. lib. 8. cap. 7.*

Vnam adhuc adijciam huic capiti Epiſtolam.

M. Martino Crvsio, Tybingenſi Profeſſori, amico ſuo.

Ἐν Χριστῷ ὑγιαίνειν, χαίρειν τε, καὶ εὐτυχέστατα πράττειν. Adolphi Occonis Epiſtola.

Iamdudum

Iamdudum ad tuas reſpondiſſem, Cruſi: ſi habuiſſem, cui dare potuiſſem. Lubens ego certè iuuarem conatus tuos, hiſtoriæ Sueuicæ: ſi qua occaſione poſſem. Quod ad Irenam, ſeu Mariam Græcam, attinet: deſponſata fuit ea, ante annos ferè 400. Philippo, fratri Conradi, & Henrici Aſperi dicti: qui fuere filÿ Friderici Barbaroſſæ. Conradus porrò, Sueuiæ Dux, &

Gunzelen arx.

Aduocatus Auguſtanus, ſedem ſuam habuit in arce GVNZELEN *(quæ fortè, concio legum vel legionum olim) quia ſic reperi in antiquis Diplomatibus ſcriptum. Datum in arce noſtra Gunzelen, in campis Lyci. Vbi autem locorum, id caſtrum fuerit: non ſatis conſtat: cùm*

Suinhuſa.

ea omnia iam ante multos annos, bellis Bauaricis fuerint diruta. Ita nec de Suinhuſa conſtat. Diligenter percontatus ſum ea de re Dominum Marcum Fuggerum. Is retulit, ad Kiſſingam, pagum in campis Lyci, ad duo hinc milliaria, eſſe etiamnum locum quendam, qui dicatur KAI-

Kaiſersſtul.

SERS *Stul, quaſi ſedes Imperatoria. Vt vero ſimile ſit: Imperatores Germanos, aut horum præfectos, Sueuiæ Duces (qui plerunque Aduocati fuere vrbis noſtræ) in his regionibus, ſeu in campis Lyci, habitaſſe. Et extant innumera veſtigia caſtrorum hinc inde, ad milliaria tria, vel quatuor: quæ omnia, diruta ſunt: & cum his, etiam nomina antiqua: cum nullam hiſtoriarum rationem habuerint, veteres illi noſtri Germani, homines ſimplices* καὶ εὐήθεις. *Ad nu-*

Numiſmata vetera.

miſmata verò quod attinet huius Philippi, aut Irenes: ſcito, me nullum vidiſſe vnquam. Adeo enim omnium Germ. Imp. numiſmata abolita ſunt: vt ex omnibus, non niſi vnum viderim Caroli M. legitimum, cuius inſcriptio erat:

DN. KARLVS IMP. REX F. ET L. Quod deſignat, Francorum & Longobardorum. Sed quid mirum, hæc (vt mihi quidem videtur) omnia Vulcano tradita: cum id noſtris etiam temporibus fieri conſueuerit? Pauciſſimos reperias Maximilianos I. Carolos, Ferdinandos, & Maximil. II. ita, vt ne vnciales quidem Argenti, aut Aurei, Floreni dicti, cum

Numiſmata noua.

illorum imaginibus, aut inſcriptionibus, etiamnum extent. Et, ſi tales occurrunt: iam theſauri propemodum loco, à me & alÿs, & colliguntur & conſeruantur. Nam quicquid venit in manus Argentariorum noſtrorum & fabrorum, qui argentea pocula fabrefaciunt: omnia, cuiuſcunque etiam precÿ fuerint, conflantur. Vnde tanta penuria incipit eſſe Aureorum, quos Guldinos appellant: & Argent. vncialium, qui 72. crucigeris valent (Talerorum) vt nullum ferè reperias, aut habere poſſis, niſi magno fœnore. Da man auff ein ſtück / 3. in 4. Batzen auffwechßel bezalen muß. *Ita, vt qualem tandem monetam habituri ſimus, incertum ſit.*

Moneta precia creſcunt.

Adeo creſcunt precia auri & argenti purioris. Nos in vrbe noſtra vix habemus aliam monetam, quam dimidios Baziones, & Tres quadrantarios. Reliqua numiſmata omnia, ob defectum argenti ἀσήμου, *Vulcano traduntur: ad fabricanda vaſa, in Turciam mittenda: ſicut*

Vaſa in Turciã, ob pacem emendã mitti ſoluta.

nuper parata, Viennam ſunt tranſmiſſa. Si videres: mirareris ſupra modum. Id fieri ſolet annis ſingulis. Atque, cum ἄσημος ἄργυρος *non importetur, ſicut olim fiebat ex fodinis argenti: neceſſe eſt, vt* ἐπίσημον *fundant & pocula cuiuſcunque vſus inde efficiant. Hinc fit, vt, qui centum Florenos ſe habere exiſtimet, vix habeat nonaginta, ſi bonitatem argenti ſpectes. Ad-*

Ruentis imperÿ ſignum.

eo ſolent hoc noſtro æuo τὰ νομίσματα κιβδηλεύειν. *Ita ætas Parentum, peior auis, tulit nos nequiores: mox daturos progeniem vitioſiorem. Memini, me videre aliquando aureum nummum Conſtantini & Irenes: cum vtriuſque effigie, tenente crucem. Verum hoc, nihil ad tuum quæſitum. In quo tibi comprimis gratificarer: ſi quid te dignum comperiſſem. Bene vale. Auguſtæ Vindel. Cal. Mart. anno M. D. XXCIX.*

Tuus ex officio,

Adolphus Occo. D.

Hæc de Irena & numiſmatibus, ille præclarus vir. Apud nos autem Tybingæ, & circum-

Moneta VVirtembergica.

circa longe, Imperialis moneta, aurea & argentea, à pluribus iam annis nulla amplius conſpicitur. Iam plerique VVirtembergenſes quoque nummi euanuerunt. Euaneſcunt etiam Philippici vicenorum baciorum, ab Hiſpano Rege Philippo cuſi. Baſilienſis moneta, Equites, & Quinarÿ (quorum ſcil. 5. dupli, valent 2. bacÿs) atque Argentoratenſes nummi, in communi iamdiu hic vſu ſunt. Maior hodie vncialium Argenteorum copia, in Turcia, quam in Germania, eſt. Multi alio exportant argentum & aurum: vbi pluris exponi poteſt. Mercatores ciuitatum, qui ex Auſtria Imperialem monetam accipiunt: vt ſtudioſis adoleſcentibus huc tranſmittant: pro illa vulgarem, quæ nunc apud nos regnat, monetam mittunt: ipſi probatiorem fœnerantes.

CAPVT

QVAS LINGVAS SCIVERIT IRENA. EDVCATIO LIBERVM Imperatoriorum Conſtantiopoli.

CAPVT XV.

COGITATIO adhuc vna, antequam ad alia Sueuica transeam, mihi incidit: quæ eſt, num tantùm linguam Græcam nouerit Regina Irena, an verò etiam alias linguas. Nihil extat hac de re in Scriptis: ſed coniectura probabili mihi vtendum eſt. Exiſtimo igitur, ei plureis linguas fuiſſe notas; vt Græcæ fœminæ ingenioſæ, illuſtriſsimo genere natæ, & benè ducatæ. Quas plureis linguas? Græcam vulgarem, Græcam veterem puram Italicam & Latinam. Fortaßis etiam Germanicam nouerat, ſaltem ex parte: propter conuerſationem mariti: Germanorumque vtriusque ſexus, aulicorum præſertim, hominum: in primis, Germanicarum in Gynæceo fœminarum. Sed non de hac, quàm de cæteris potius linguis differam. Vulgarem, quæ & tunc, & hodie, per Græciam ab omnibus vſurpabatur, atq; vſurpatur ſciuiſſe, quis dubitet? Veterem quoq; nempe illam puram, à Magiſtro doctam fuiſſe, hinc manifeſtum eſt: quòd etiam Anna Comnena, quæ ante ipſam 1117. an. vixit, huius elegantioris linguæ & artium, benè perita fuit, eaq; res geſtas patris ſui Alexij Imp. libris deſcripſit. Ipſa enim de ſe in præmio operis ſcribens, ἐγὼ Ἄννα, *inquit,* θυγάτηρ μὲν βασιλέως Ἀλεξίου καὶ Εἰρήνης, πορφύρας τε τιθήνημά τι καὶ γέννημα: γραμμάτων δ' οὐκ ἄπειρος: ἀλλὰ καὶ τὸ ἑλληνίζειν ἐς ἄκρον ἐσπουδακυῖα: καὶ ῥητορικῆς οὐκ ἀμελετήτως ἔχουσα: καὶ τὰς Ἀριστοτελικὰς τέχνας εὖ ἀναλεξαμένη, καὶ τοὺς Πλάτωνος διαλόγους: βούλομαι διὰ τοῦδε μου τῆς γραφῆς. τὰς πράξεις ἀφηγήσασθαι τοῦ μου πατρός. *Ait, ſe patris ſui res geſtas velle deſcribere: quia ſe ſummum poſuiſſe ſtudium in Græca illa ornata lingua diſcenda, in arte dicendi, in Ariſtotelis & Platonis Scriptis. Vnde Zonaras ſcribit, eam habuiſſe* τὴν γλῶτταν ἀκριβῶς ἀττικίζουσαν: *linguam Attica illa puritate loquendi perpolitam. Sic videlicet educari ſolebant Imperatorij liberi: vt cum artibus & ſcientijs, ornatè etiam loquendi facultatem haberent, Vbi præterea Aula eſt: ibi cultius linguæ orationiſque genus eſt: imò plurium etiam linguarum vſus eſſe conſueuit. Sic vltimi etiam Conſtantini Imper. filiam, Atticè loqui & ſcribere docuit Aulicus præceptor Ioannes Docianus: ad hanc illuſtriſſimam purpurigenam, Dominam Helenam, decimum recens ingreſſam ætatis annum, ingenioſam, & diſcendi cupidam, ſic ſcribens.*

Linguarum cognitio plurimũ in Irena, vt credibile.

Germanicæ.

Græcæ vulgaris.

Græcæ elegantis.

Docianus, Helenæ puellæ illuſtriſſimæ Præceptor, circa 1444. Chriſti.

Τῇ πορφυροβλάστῳ αὐθεντοπούλᾳ (Fraulein) τῶν ῥωμαίων, κυρίᾳ ἑλένῃ τῇ παλαιολογίνῃ.

ὦ παῖ βασιλέων, ἐντεῦθεν γάρ σοι προσιμάζομαι, &c. πάντως καθηκόντως προσφωνήσαιμι: ἐξ αὐτοῦ τοῦ τῆς ἀλουργίδος ὀνόματος, &c. ἄρτι δ' ἄπαν τὸν δεκαετῆ (σὺν θεῷ δ' εἰρήσθω, καὶ ἀγαθῇ προνοίᾳ) τὸν τέλειον ἐπέβης ἀριθμὸν τῆς ἐμμαροῦς ἡλικίας, &c. ὦ θεοκόσμητον ἔρνος, καὶ μυρίων κατάκομον χαριέντων καὶ τερπνῶν ἀνθέων: οὐκ ἔξωθεν ποθεν διὰ ἀρδείας, ἢ τῆς δεδαιδαλμένης καὶ παρακινήσεως, πρὸς τὴν αὔξησιν τῶν καρπῶν, καὶ εὐφορίαν: ἀλλ' οἴκοθεν ἐμμοιρεῖς γενναίων καὶ χρηστῶν παραδειγμάτων, &c.

Hæc, è. M. Scr. Exemplo. Annotaui autem huc 29, die Maij, huius 1591. anni: quo die lumen Orientis, vrbs Conſtantini, anno 1452. die Martis tempore meridiano, dirè à Turcis extinctum fuit: & Imp. hic Conſtantinus, cum multis millibus, nobilium ac ciuium ſuorum, occubuit: ipſaq; Domina Auguſta (cuius nomen certò nondum cognoſcere potui (cum Gynæceo, & fortaßis etiam hæc virgo Helena, Pædagogusq; Docianus, interierunt: atq; ſic orientale Romanæ aquilæ caput (heu heu) barbarico enſe amputatum fuit.

Conſtantinopolis, à Turcis expugnata.

Cùm igitur etiam filiæ Auguſtorum Græcorum (& fortaſſe Procerum quoque aulicorum) erudiri ſolitæ ſint ſtudijs humanitatis, & linguæ Atticæ (nam Græca lingua vulgò iamdudum antè corrupta erat: vt, πωγωνᾶτος, βίγλα, βῆλον) *mihi dubium non eſt: quin Irena etiam noſtra, & Attici ſermonis, & liberalium artium, cognitione, prædita fuerit.*

Quòd autem Italicè quoque ſciuerit: hinc conijcio, quòd hodie etiam plurimi de vulgo Græci, præſertim negotiatores, Italicè loquuntur. Nemo ferè quoque, ad me Græcus venit: qui Italicam linguam nouerit. Aiunt, eam doceri in locis Græciæ: & ad multas etiam regiones Orientis Auſtriaque peregrinari. Si ergo hodie, ſub Turcico dominatu, longè lateque Italicæ linguæ, in Græcia & Oriente vſus eſt: quantò magis, Imperio Græco adhuc ſtante, in Aula erat, & longinquis in locis? Latinam denique linguam, Domina Irena non omnino ignotam fuiſſe, ſuſpicor tum ex eo: quòd latino Diplomate, quod ſuprà poſui, dominationem Madelbergenſem fecit: tum ex cognatione Latinæ Italicæq; linguarum: tum inde, quòd fortaſſe initiò, priuſquam ipſa Germanicè inciperet balbutire, Latino ſermone cum coniuge Philippo confabulata eſt. Studijs enim literarum & latinitatis, informatus ille fuit.

Italicè ſciuiſſe Irenam.

Et Latinè.

MAGNVS NVMERVS GRÆCORVM VOCABVLORVM, in Sueuicam Germanicamq́ue linguam importatorum.

CAPVT XVI.

QVONIAM præcedente capite, de Græcæ linguæ in Regina Irene notitia dictum eſt̃: quoniam item Sueuis Impp. Conrado & Friderico, collocutiones per literas, cum Imper. Græco Manuele (vt in ipſorum rebus geſtis, dudum ſcripſimus) interceſſêre: Sueuiæque homines, milites præſertim, Conſtantinopoli, & in Græcia, fuerunt: quoniam denique homines Græci, tempore Irenæ, cum literis ab Imp. Iſaacio, patre eius, interdum in Sueuiam venêre: atque his, & ſimilibus alijs, cauſis (ſed & vetuſtioribus temporibus) magna verborum Græcorum copia, in linguam noſtram Germanicam influxit: ideo eius rei ſpecimen olim in nomenclatura noſtra, primæ parti Grammaticæ Græcæ adiecta, dedi. Quod quia ab hiſtoria & Annalibus alienius, Studioſam linguarum iuuentutem eò breuitatis cauſa & ad lexica remittimus. Vbi copia & varietate rerum, non vni tantùm generi hominum, ſed multis (non enim poſſum omnibus) inſeruire Dei gratiâ & hactenus ſtudui, & poſthac etiam ſtudebo.

Græca verba vnde in Germanicam linguam influxerint.

OTHONIS R. COMITIA FRANCOFORDIÆ. QVERIMONIA D. BEatricis, Philippi R. filiæ. Sigefridus, Epiſcopus Auguſtanus. Suuabeccenſe caſtrum. Albiorum hoſtis Simo Monfortenſis. Decimumtertium haſtiludium, VVormaciæ. Regis Othonis res in Sueuia geſtæ, & Romæ coronatio. Vindicta in Othonem VVittelſpachenſem R. Philippi interfectorem. Bappenhaimiorum procerum origo. Henricus, Friderici 2. filius, natus.

CAPVT VII.

Otho, iam ſolus Rex Rom.

REDEO tandem ad hiſtoriæ Sueuicæ curſum. Eodem igitur, qui dudum inceptus, à nobis eſt̃, 1208. anno ſalutis, mortuo R. Philippo, ſolus manſit Rex Otho: ex parte patris, de Sueuia & Saxonia: ex parte verò matris, de Anglia: vbiq; nobiliſsima ſtirpe, progenitus. Ei ſoli, inquã, manſit Regnum. Nam die feſto S. Martini Epiſcopi (procurante Conrado, Spirenſis Eccleſiæ Epiſcopo, cãcellario Philip. R. occiſi qui Regalia tunc penes ſe habebat) maximus Principum, nobiliũ, ac prælatorum conuentus, Francofordiæ celebratus eſt̃. Ibi Otho ab omnibus denuò vnanimiter fuit Rex electus, & confirmatus. Is ſequenti tempore, filiam R. Philippi duxit in matrimonium. Hæc enim, à Spirenſi præſule producta tunc fuit in conſpectum Regis & Procerum. Ibi, eleuata voce, cum gemitu lacrymisque multis, conqueſta eſt̃ de miſerabili clade patris ſui: de impia conſpiratione Othonis Palatini: qui eum inſidioſè, tale nihil ſuſpicantem, in ipſius domo occidiſſet. His ita lamentabiliter à puella pia prolatis: conſecuta eſt̃ magna conmiſeratio audientium: iniuriam tantã lacrymis ſuis exaſperarunt: iuſtitiam, Reginæ adminiſtrari poſtularunt. Clamabant ſi ſcelus perpetratum maneret inultum: nec Regem, nec quenquam Principum, poſthac tutum fore. Secuta eſt̃ igitur poſtea proſcriptio VVittelſpachij Othonis. & ſuorum: quæ etiam ipſi periji: vt ſuo loco audiemus. Rex autẽ adoleſcentulam Reginam, in ſuam protectionem ſuſcepit: habentem ampliſsimas opes: inter quas, trecenta quoq; & quinquaginta caſtra. Petentibus etiam Principibus, vt ſic publicæ paci conſuleretur: ſe ipſam ducturum vxorem promiſit: ſi modò id per conſanguinitatem liceret. Tradidit tunc quoque Epiſcopus Conradus (Vrſpergenſis Heinricum vocat: non recte, vt arbitror) Regalia, quæ in arce Trifelſia aſſeruarat R. Othoni: non tamen prius, quàm ſibi de ſalute, & munere Cancellariatus retinendo, iureiurando caueretur. Vrſperg. Tritenh. Arnold. & alij. Sic anno 1590. etiam Henrici III. Franciæ Regis vidua, à Monacho inſidioſe interfecti, vindictam eius à Nauarræo R. Henrico flagitauit: qui ipſe quoq; promiſit. Sic Iuſtina Imperatrix, per filiam Gallam inſtitit Theodoſio Magno: vt Tyrannidis 387. occupatorem Maximum vlciſceretur. Dodecad 10 l.b.7 cap.6.

Comitia Francofordiæ.

Querimonia ibi Beatricis virginis, de indigniſſima patris ſui cæde.

Otho VVittelſpachenſis, proſcriptus ἀκη-ρυκτῶ.

Trifels.

Albertus Comes de Kirberge in Turingia: cùm antea Philippi, poſtea Othonis partes ſecutus eſt: & hoc tempore Magdeburgenſem Archiepiſcopatum accepit.

Cæſar Otho 1208. Collegio Buchen dedit priuilegium: in quo cum alijs teſtibus ponuntur comites VVirtembergici, Hartmannus & Ludouicus. Sic & 1216. à Friderico 2. Imp. recenſentur in literis Herbipoli ſcriptis. Deniq; 1218. anno, in alijs literis.

Auguſt. Epiſcopus Sigefridus.

Rechberg.

Eodem anno, Sigefridus de Rechberg (ſcribentibus Matth. Bappenh. & Bruſch.) Præpoſitus canonicorũ Auguſtæ, conſtitutus eſt eius loci Antiſtes. Fuerat eximiè R. Phil. charus: in cuius aula habebat fratrem Hiltebrandum Rechbergium: ſtrenuum virum, Cæſari fideliſsimum & chariſſimũ. Quem volunt tunc etiam in conclaui ſed inermem, vt cæteros affuiſſe: cum Philippũ ſicarius ille VVittelſpachenſis, improuisò trucidaret. Præfuit Epiſ. Sigefridus A. 19. & in Italia, Imp. Fridericũ 2 ſecutus, qui in Syriam iturus erat, 1227. A. mortuus eſt.

Mane-

Manegoldus, Suucabeckius Comes, vendidit caſtrum Suuabeck Sigefrido, Epiſcopo Augu-ſtano circa annum 1208. pro quo Duces Bauariæ bellum cum Epiſcopatu geſſêre, vſq; ad annum 1290. & , cum ſæpe vtrinq; obſideretur: tandem deſtructum eſt. Lazius. Schvvabeccij caſtri venditio.

De quo caſtro Vrſpergenſis ſic ſcribens ad 1209. annum: Eo tempore, inquit, Sifridus, Auguſtanus Epiſcopus, muros caſtri in Suuabecke deiecit: & ipſum caſtrum deſtruxit: propter inſolentias, quas vrbani in prædijs, Eccleſiæ ſuæ in Menchingen , & alibi, conſueuerant exercere. Vnde ipſum poſtmodum ſemper timuit Imperatorem: & quia ſuos veros Dominos plus dilexit. Erat enim Miniſterialis Philippi, de Rechberg oriundus.

Apud Achillem Gaſſarum hæc ſunt. Sifridus, quia martialis, Regi Philippo acceptiſſimus erat: eaque occaſione, ob læſa Eccleſiaſtica in Menchingen prædia, caſtrum Schvvabeccenſe cepit: & odio Regis Othonis euertit. At etiam ab extremo ibi comite Mangoldo locum emit: omninoque ſui iuris fecit: & denuo ædificauit. Paulò pòſt, mutato Imperij Rectore: animum ad præſentia applicans, Othonem ſecutus eſt Romam ad coronationem. Orto autem apud vrbem tumultu: ab illis ciuibus non modò turpiſſimè irriſus eſt: ſed etiam vulneratus, & cum alijs Alemannis peſſimè tractatus. Tandem tertio Imperatori, papæ iuſſu ſe applicuit. Deinde Norібergæ, à partibus Frideri 2. vt genuini Principis ſui, ſchiſmate pullulante, ſtetit. Cum quo ad extremum, bellaturus contra Saracenos, abijt: ſed Brunduſij obijt. Menchingen.

Cùm ſecta quædam, Albiorum ſiue Albigenſium, in comitatu Toloſatium exorta eſſet: ſacræ militiæ inſignia, cruxque in eos ſuſcepta eſt: Duce belli, Simone à Monteforti. Qui ſæpe contrà eos feliciter pugnauit: occiſo 1213. Tarroconenſium Rege Petro, qui eis auxilium tulerat: donec 1224 hic etiam Montefortenſis, in Toloſæ oppugnatione cæſus eſt. Quo anno & filius eius Vido perijt: cui ſucceſſit iunior frater Almericus. Vide Æmyl. libr. 6. & Antonium Volum. 3. Tit. 19. cap. 1. ac 3. Albiorum ſecta. Montefortenſis Simo.

Anno 1209. ea hebdomade, quæ ſubſecuta fuit diem proximum pòſt purificationis Mariæ Dominicum, ponuntur tertijdecimi equeſtres ludi. VVormaciæ acti, à Ryxnero. Sanè habet is ibi errores aliquot graues: vt quòd eos Cæſare Philippo Sueuo regnante factos eſſe, inſcriptio eorum indicat: cùm ſatis conſtet, Philippum præcedente anno fuiſſe mortuum: quòd viduam ab IMP. Henrico VI. relictam, Dominam Hiltburgam, Leopoldi Auſtriaci filiam, his ludis interfuiſſe ſcribit: cùm Henrici Imp. vxor Conſtantia, ei ſuperſtes, & iam ante hos ludos mortua fuerit: quòd Fridericum 2. Sueuiæ Ducem, adfuiſſe ait: cùm is nondum ex Sicilia in Germaniam aduenerit. Ego tamen commemorabo, quos ipſe Sueuos interfuiſſe perhibet. Haſtiludium 13. VVormaciæ.

Reges erant quatuor equites.

Ioan. Ingelheimius, Rhenenſis.	*Sicbardus, Leubelſingius, Bauaricus.*
Erneſtus Staffelius, Sueuicus.	*Ludouicus Redvvitzius, Franconius.*

Adfuerunt Sueuici generis.

Lyzelmannus, Dux Teccenſis: & vxor eius comitiſſa Gryningenſis.

Comites.

Adelbertus Eberſpergius.	*Vlricus Helffenſtainius.*	Eberſperg.
Eberhardus VVirtembergenſis.	*Vlricus Caluenſis.*	Caluenſ. Vlricus.
Rudolfus VVerdenbergenſis.	*Hartmannus Dillingenſis.*	
Lampertus Veringenſis.	*Ego Friburgenſis. &c.*	Friburgen. Ego.
Hugo Montefortenſis.		

Barones.

Berchtoldus Niffenſis.	*VValther Lympurgenſis.*	Niffen.
Fridericus VVeinſpergenſis.	*Degenhardus Helenſtainenſis.*	VVeinſperg.
Henricus Cimbrenſis.	*Ervvinus Stauffenſis.*	Helenſtain.
Andreas Hohenhevvenſis.	*Albertus Stæffelius, &c.*	

Equites.

VVilhelmus Schellenbergius.	*Gotfridus, vel Gætzius. Friburgius.*
Emericus Helffenſtainius.	*Ioan. Bodmanius, &c.*

Nobiles.

Ebingen. *Fridericus ab Ebingen.*
VVendelinus de Gemmingen.
VVildenſtein. *Ernfridus VVildinſtainius.*
Sigiſmundus Hyrnhaimius.
Georgius Friburgius.
Adelſingen. *VVilhelmus Adelſingius.*
Heinricus Spatus.
Fridericus Helffenſtainius.
Nicolaus à Venningen.
Fridericus de Stein in Stein.
Francus de Cronenberg, &c.

Nominantur etiam fœminæ quædam, quæ adfuerint.

Burgau. *Margareta de Burgau D. Alberti filia.*
Agnes de Stauffen, Andreæ Ratzenbuſenſis vxor.

Cunaria.
Item illuſtriſsima Domina Cunaria, Emanuelis Imp. Græcorum filia, Marchionis Montisferrati Bonifacij vxor: qui & ipſe huic celebritati interfuerit. Miror certè. Quænam, iſta Cunaria? Adſcribam, quæ potero, ad loci intelligentiam.

Maria ſcribitur libr. 6. Choniatæ, collocata fuiſſe Marchioni Monſerratenſi, imberbi adhuc: ipſa XXX. ætatis annum iam egreſſa. Manuel autem pater eius, obijt 1180. *Chriſti. Ergo ipſa in hoc haſtico ludo, ſupra* 60. *annos nata fuerit.*

Cura Maria.
Libro verò 12. Iacobi Philip. Bergom. legitur: filiam Emanuelis Imp. Curamariam, fuiſſe collocatam Monſerratenſi. Cui? Rainerio: cuius filij poſtea fuerint Conradus & VVilhelmus: VVilhelmi autem filius, Bonifacius 2. Ergo Cunaria eſt Curamaria, κυρὰ Μαρία, *Domina Maria: nec vxor Bonifacij 2. ſed auia. De his, hactenus.*

Eodem 1209. *Anno, cum timeret Otho (vt Vrſperg. ſcribit) ne Miniſteriales R. Philippi, non facilè ſuo ſe ſubmitterent imperio: ſed ad ſuos natiuos Dominos redirent: filiam Philippi, tanquam Dominam omnium rerum, quæ ad illud genus pertinerent, duxit vxorem: ſed nuptias, ad approbationem pontificis diſtulit: & dum ipſe ex Italia, quam petiturus erat, rediret. Innocentius autem P. audiens (vt apud Tritenh. eſt) Principes totius Imperij, Othonē elegiſſe Regē: & ei Regis Philippi filiam, quamuis ipſi conſanguineam, propter bonum pacis & concordiæ, matrimonio ſociaſſe: factum eorum approbauit: Cardinalesq́; Hugonem & Leonem, iterum in Germaniam miſit, illud confirmaturos. Quod etiam diſpenſatione eorū, in comitijs, Northuſæ celebratis (teſte Spangenbergio) factum eſt: quando puella adducta, ad latus Regis, eā oſculo excipientis, & precioſo annulo donantis, collocata fuit. Interim ea ciuitatē Brunſuicenſem incoluit: dum tempus nuptiarum veniret. Iidem Cardinales, in ſingulis ciuitatibus, authoritate Apoſtolica, ex præſcripto iuſtitiæ, petentibus quibusuis ſuum ius tribuebant.*

Beatrix, Irene filia, Othoni Cæſari nupta.

Prædonum vindex, Otho.
Cùm autem Rex Otho peragratis partibus Rheni, in Sueuiam perueniſſet: cœpit prædonibus & facinoroſis terrorem incutere: & in eos iudicia exercere. Sed ea re magis iraſcebatur eis per ſuperbiam (teſte Vrſperg.) quàm quòd amaret iuſtitiam. Vnde etiā contra morem gentis, Barones, Comites, Principes, ad ſe venientes, verbis & factis dehoneſtabat, Feuda quoq; quæ Philippus habuerat ab Eccleſiaſticis Principibus, etiam contra voluntatem illorum obtinere voluit: & tā ipſos, quàm Eccleſias, opprimere cœpit: ſimulans Zelum iuſtitiæ, cùm potius ageret ſuperbè: licet à pauperibus & Monachis, clericis pro defenſore iuſtitiæ laudatus fuerit. Habebat & clericos. & Laicos, ſibi ſeruientes, è Saxonia & Anglia: quibus beneficia vacantia aſsignabat. Auguſtæ Vindelic. cùm fuit: præcepit in magna Principum frequentia Mareſcalco de Calindin (Calatino) & militibus eius; vt facinoroſos inueſtigarent, ſibiq́; iudicio ſiſterent. Vnde plurimi milites noctu profugerunt. Comes de Graſisbach (Greisbach) violenter attractus ad Cæſarem eſt. Quæ res vehementer perterruit Barones & milites: qui ſolebant in Alemannia prædando viuere: populo verò, & Monaſterialibus, pergrata fuit.

Barones, & nobiles, ex illa re territi.

Othonis in Italiam profectio.
Eodem anno (vt rurſum à Tritenhemio & Nauclero ſcribitur) Otho cum magno apparatu, per Tridentinam vallem menſe Iulio Italiam eſt ingreſſus. Quem Veronenſes (ponte in Atheſi facto, & caſtello Garda tradito) Principesq́ue Longobardiæ, obuiam venientes, reuerenter & honorificè exceperunt: ſe ei ſubiecerunt: ac maximam vim pecuniæ, ex vectigalibus & tributis collectam, ei à Tempore Henrici Imper. reſeruatam, tradiderunt. Romam deinde profectus, 4. nonas Octobr. in Eccleſia B. Petri, à Pontifice coronatus eſt. Cùm autem exercitus Imperatoris maneret extra ciuitatem (Vrſperg. Scriptore) & milites alijq́; (cum quibus etiam Auguſtanus Epiſcopus Sifridus erat) conarentur ingredi ſpectandi causâ:

Coronatio Romæ.

ciuium

ciuium impetus in eos factus eſt: interfectiq́ ſunt aliquot Miniſteriales nobiles Auguſtenſis diœceſeos, & plurimi vulnerati. Henricus de Bobingen, Miniſterialis, redux quidem domum, ſed breui pòſt mortuus. Hic curias aliquot in loco, qui dicebatur ſuper Egge, Eccleſiæ Vrſpergenſi tradidit. Imperator coronâ accepta, dimiſit exercitum: atque cum paucis in Italia manſit: Inſignibus Imperij, apud Mediolanenſes depoſitis: id quod ei magnam gratiam apud eos conciliauit. Peragrans deinde partes Tuſciæ & Marchiæ: memor cladis ſuorum, apud Romam illatæ: terras S. Petri & Eccleſiæ appetere cœpit: ciuitates etiam quaſdam, ad Regem Siciliæ pertinentes, ſibi ſubiecit. De his iniurijs à Pontifice ſæpe monitus, non deſtitit. Itaque, vt hoſtis Eccleſiæ, ab illo fuit Eccleſiaſtico fulmine ictus.

Propter rapacitatem excommunicatus à Papa.

Hoc tempore circiter, pœnæ ſumptæ ſunt de percuſſoribus Cæſaris Philippi: ſicuti Auctores probati ſcribunt.

ARNOLD. lib. 7. cap. 16.

*Cùm in comitijs Francofordienſibus (de quibus ſuprà dictum) ex voluntate omnium Principum, proſcriptione publica damnaſſet Otho homicidam Othonem Palatinum: eum poſtea Henricus Caletinus (*Marſchalck von Bappenhaim*) & filius VVolfi, quem idem ille occiderat, occiderunt: caputq́ reſectum, in Danubium proiecerunt.*

Othonis Philippicida cædes, per Henricum Calatinum.

AVENT. lib. 7.

Philippo 1208. interfecto: confeſtim Otto à VVittelſpach, Eckbertus Epiſcopus, & frater eius Hainricus læſæ maieſtatis condemnantur, & proſcribuntur Ecbardus in Vngariam ad Sororis maritum, Hainricus in Palæſtinam, elabitur. Otho, in Boiaria palabundus oberrat. Rapoto ab Artenberg, prætorio Boiariæ præficitur (Palatinus loco Othonis fit) qui vices Cæſaris abſentis, præſidendo tribunali, perfungatur. Ludouicus Dux Boiorum, Otho à Phalay, Hainricus Calatinus, Andechs arcem Hainrici, & alta loca, inuadunt, diripiunt, ſolo æquant, prædam inter ſe deuidunt. Ludouicus præterea Dux Boius, VVittelſpach quoque (patruelis ſui Regiam, incunabula Maiorum ſuorum) diruit: ſolo æquat: Templum ibi D. virgini condit: ſacratis Teutonum equitibus tradit. Anno deinde 1209. Hainricus Calatinus, apud Oberndorff, proximè Abudiacum (Abach) haud longè à Reginoburgio, in ripa Danubij, Otthonem à VVittelſpach profugum deprehendit: vulneribus confoſſum occidit: caput eidem amputat, in, Danubiumque proijcit: Cæſari ſanguine percuſſoris atq; parricidæ parentat. Reliquum corpus Ottonis, ad Vndersdorff (ædem flaminum Auguſtalium: quam auus eius condiderat, & vbi parens ſepultus eſt) deportatur, & nono demum anno (1217.) indulgente Pont. Maximo, more Chriſtiano humatur. Hermannus Æditum, Franciſcanus religione, ait: eius ſobolem Boiariâ exactam: in confinio Teutonici atque Celtici Imperij, in Arduenna ſylua diutius exulaſſe: VValdgrafios, hoc eſt, Syluestres Præfectos, dictos eſſe.

Ecberti & Henrici fratris proſcriptio.

VVittelſpachum ſolo æquatur.

Otho trucidatur.

VValdgrafij.

LAZ. Migrat. Gent. 8.

Henricus Caletinus Othonem de VVittelſpach, in caſtro Niderſtrang prope Ratisbonam, occidit.

Niderſtrang.

IN QVADAM COMPILATIONE Chronologica.

Palatinus de VVittelſpach, cùm profugus euaſiſſet: & in quadam grangia Monachorum nimis ſecurus, ludendo prouocaret veruecem, quem clypeo trudebat: ſubitò ab amicis Philippi irruentibus, in vindictam profuſi ſanguinis occiſus eſt.

Quid eſt Grangia?

Grangiæ ſunt prata, ſub clauſtri iure locata: vt eſt in quodam carmine barbaro: quod cuidam veteri Elucidario Poëtico adiectum eſt.

Grangia.

Hic fuit exitus huius latronis: & Domini ſui cæde indigniſſima: quantum mali dederit: expoſitum eſt hactenus abundè. Occidit Auguſtum Romanum: occidit coniugem eius Irenam inclytam: occidit fœtum in vtero eius: ſeipſum & ſuos occidit, partim gladio, partim exilio: arces deniq;, & caſtra, occidit.

Cædes Othonianæ, plures.

Ex Homero autem meo dicere potuiſſet Calatinus, eum vlturus, Iliad. 18.

Νῦν εἶμ', ὄφρα κλυτῆς κεφαλῆς ὀλετῆρα κιχείω.

Interfecto eo, addere potuiſſet, ex Iliad. 17.

ἦ δὰ μὰν ὀλίγον γε, φιλεπτορόνοιο θανόντος,
κῆρ ἄχεος μεθέηκα, χερείονά περ καταπέφνων.

Deniq; ex Odyſſ. 1.

ὡς ἀπόλοιτο καὶ ἄλλος, ὅτις τοιαῦτά γε ῥέζοι.

Friderici II. perſecutio VVitelſpachiorum.

Etiam Fridericus 2. poſtea vbique exagitauit familiam VVittelſpachiam: vt nullibi conſiſterent, niſi in VVeſtrio, VVildgrauij appellati. Quorum ſtirps fertur circ. 1400. Chriſti deſijſſe. Cædem quoque Othonis, Matthæus Bappenhaimius in Eccleſia VVittelſpachenſi pictam ait.

GENVS OTHONIS VVITTELSPACHII, aliquatenus.

- *Babo Comes, Præfectus Freiſingæ, 994.*
  - *Otho 1. Co. Schirenſ. cuius vxor, Tuta.*
  - *Babo 2. circa 1010. qui habuit 32. filios.*
    - *Otho 2. 1079. Haziga.*
      - *Otho 3. Palat. VVitelſpach. Vxor, Agnes Lotharinga.*
        - *Otho 4. 1156. Vxor, Heilica de Lengenfald.*
          - *Fridericus, Palat. Bauariæ, 1195. Conradus, Archiepiſcopus Moguntiæ.*
          - *Otho, Dux Bauar. & Palat. VVitteſp. 1183.*
          - *Otho iunior, Landgrauius in VVitelſp. cuius vxor, Benedicta, comitiſſa VVerdenſis.*
            - *Otho Palat. præſens, occiſus 1209.*
    - *Eckardus, Hieroſolymam profectus 1065.*

GENVS CALATINORVM, EX QVO BAPpenhaimij deſcendunt.

Bappenheimius Matthæus.
Bappenhaimiorum origo.
Calatini.

De eo prolixè ſcripſit nobilis vir, Matthæus Mareſcalcus Bappenhaimius, Doctor iuris, & Canonicus Auguſtanus latinè 1495. abſoluens: quod opus 1554 Germanicè fuit Auguſtæ excuſum à Philippo Vlbardo. Deducit ſuam familiam à Romanis Calatinis quorum vnus vixit ante Chriſtum 442. circiter, L. Attilius Longus, anno ſcil. vrbis Romæ conditæ 310. vnus ex Decemuiris. Omnes autem Attilos, etiam Calatinos nominatos oſtendit: &, qui conſul ante Chriſtum, M. Attilius Glabrio dicatur: eum nominari 2. Flori. 8. Attilium. Auguſti deinde priuignis. Tiberio & Druſo, contra Germanos bellantibus: facile creditu eſſe: cum ipſis etiam Attilios & Calatinos militaſſe: atq; ita in Vindelicia & Rhætia remanſiſſe. Arcem non longe infrà, quàm in Danubium Lycus influat, ad ripam Danubij ædificaſſe: quam Calatinum vocauerint: cuius nunc rudera videantur. Veteres enim ſolitos eſſe nomina ſua ædificijs imponere. Alteram quoq; arcem ibi condidiſſe, Attiliam: nunc Altenburg dictam. Ambæ ſunt ſupra Neoburgum dimidiato milliario, in monte alto propter Danubium. Ædificatas eas arbitratur aliquantò antè, quam Tiberius fieret Imperator Rom. quando nondum fuerint cognitæ Vlma, Lauinga, Dillinga.

Calatinum arx.
Attilia arx.

- *Erneſtus, Mareſcalcus de Calentin, cir. Chriſti 1160. cuius vxor, Eulalia Niffenſ. Baroniſſa,*
  - *Henricus, Mareſcalcus de Callent. Vxor Anna, Alberti poſtremi Biberbachenſis vnica F.*
    - *Vdalricus, Hiltebrandus,*
      - *Mareſcalci de Rechberg.*
    - *Sigefridus, Epiſcopus Auguſtanus 1208.*
    - *Henricus 2 Mareſc. de Biberbach primus: qui Othonem de VVittelsbach interemit. Vxor eius, Guta Reichenbachenſis.*
    - *Rudolphus Mareſcalcus à Calentin & Bappenhaim. Vx Pigmada de Herren.*
  - *Henricus alter, Mareſc. de VVagecke & Auhor.*

Sic, ex Lazio. ſed ex Matth. Bappenh. ſic:

- *Erneſt. & Eulalia 1170.*
  - *Heinricus, Mareſcalcus de Calatino: habens vxorem Gutham, 1214.*
  - *Rudolphus de Calat. Cuius vxor, Baroniſſa Herrenſis.*

Et tamen alio in loco D. Matthæus, Henricum, qui VVittelſpachenſem peremit, Vſonis filium facit quem Vſonem ille VVittelſpachenſis antea interfecerit. Vſus autem ego ſui Germanico Matthæi exemplari: Latinum non habui.

Occiſo porrò Othone iſto: Auguſtana vrbs diu inter ſpem metumq́ (vt Gaſſarus ait) verſata eſt: tum quòd Philippo Cæſare, fideli Aduocato & tutore ſuo, caruerit: tum quòd propter Epiſcopi ſui Sifridi ἀλλοπροσαλλίαν, *ſiue inconſtantiam, non parua libertatis pericula ſuſtinuerit: præſertim, quando Boiarij Duces de Scvvabeccenſi ditione cum ipſo digladiabantur.*

Auguſtæ vrbis ſollicitudo, Imp. Philippo mortuo.

Hoc 1209. anno (al. 1210.) Friderico 2. Regi Siciliæ, Sueuo, natus eſt ex vxore Conſtantia (al. Maria) Aragonia, filius Henricus. Eum educauit Conradus de Thann, in arce VVinterſtetten.

Friderici II. filius Henricus, natus.

Eodem anno, γυμνόποδες, *nudipedes Monachi, ex ciuitate Garmundenſi veniunt Vlmam, vbi Monaſterium ædificarunt. Ibi iam diu eſt latina Schola.*

Vlmæ, Franciſcani Monachi.

OTHONI IMP. EXCOMMVNICATO, ADVERSARIVS PARATVR, Fridericus II. Sueuus & Siculus. VVolfius à VVolfthal, vel Thal, Sueuus nobilis. Vetus fidei Chriſtianæ confeſſio Alemannica. Clades Berchtoldi Zæringenſis in Sedunenſibus. Othonis Imp. reditus in Germaniam & ſub Friderico, in eandem profecto, decrementa. Nuptiæ & obitus Beatricis Philippidis. Friderici ad Imperium incrementa, & eiuſdem Conſiliarij. Alexander Grammaticus.

CAPVT XVIII.

ANNO 1210. cùm Otho Imp. eſſet à papa excommunicatus (Otho enim terram Mathildæ, vt Eccleſiæ ſine conſenſu Principum à muliere donatam, Imperio vindicandam duxit) eius excommunicationis fama in Germaniam allata & denuntiata eſt. Tunc Principes (inter quos præcipuè commouebantur, Ottocarus Rex Bohemiæ, Lud. Dux Bauariæ, & Herichmannus Landgrauius Turingiæ) Fridericum, Regem Siciliæ, Othoni obducendum Rom. Regem decreuerunt: ſicut olim ei, adhuc in cunis iacenti, fidelitatem promiſerant. Nūcios igitur Romam, & in Siciliam, miſerunt: qui ipſum in Alemanniam educerent. Erant hi, nobilis vir Henricus de Niffen & Anshelmus de Iuſtingen, vir ingenuus (Auent. Magiſter equitum) quibus promiſſæ ſunt pro expenſis & itinere, quindecies centenæ Marcæ, de reditibus Imperij ſoluendæ. Qui cùm Veronam perueniſſent: Henricus ibi manſit, acquirendi fauoris Lombardorum causâ, præſertim Veronenſium, ipſi Friderico.

Othoni excommunicato paratur aduerſarius, Fridericus II.

Anshelmus verò magno labore, multisq́ periculis, Romam peruênit: ibique conſilio & interuentu Pont. Innocentij obtinuit: vt à Romanis Frider. pro Imperatore acciperetur: cuius etiam electionem Papa approbauit. Tum idem Anshelmus perrexit ad Fridericum: cui vix perſuaſit, vt iter in Alemanniam Nam vxor eius (Aragonenſis Regis filia: quam prius habuerat Vngariæ Rex) valde ipſum impedire, ne iret, ſtuduit. Sic & multi Siculorum: quòd ſibi metuerent ab Alemannis.

Ipſe tamen paruulo filio, quem iam ex coniuge habebat (Henrico, poſtmodum regnaturo) relicto: animosè iter poſtea inpreſſus eſt. Primò Romam applicuit: vbi fautore Pontifice vſus, Genuam peruênit. In Papiam à Genuatibus, Mediolanenſes metuentibus tutò perducitur: à Papienſibus verò & Cremonenſibus, in vallem Tridentinam. Erat Otho adhuc in Italia. Vrſperg. & Tritenhemius.

Qui Romam profectus in Germaniam pergit.

Obijt hoc 1210. anno, die S. Ægidij, nobilis & ſtrenuus vir, eques auratus, Burckardus VVolfius de Thal: Gamundæ humatus Sueuicæ, in cœnobio Franciſcano. Ex hoc nobiliū VVolfiorum à VVolſthal, vel Thal genere, oriundus fuit clariſſimus vir, Hieronymus VVolfius Oetingenſis, amicus noſter piæ memoriæ: qui Iſocratem, Demoſthenem, & Hiſtoricos Græcos, in Latinam linguam eleganter & verè tranſtulit. De quo viro, ſi Deus permiſerit, ſuo tēpore plura.

VVolfius Burckardus de Thal. Hierony. VVolfius.

CONFESSIO FIDEI CHRISTIANAE, HOC TEMPORE IN HELuetica Alemannia, præſertim Turgoiâ, & valle Rhenenſi.

ICH widerſag dem Teufal/vnd allen ſinen Wercken/vnd allen ſinen Gezierden. Ich geloub an ain Gott Vatter/Allmechtigen: ein Scheffer Himmels vnd Erden/vnnd aller Geſchefde. Ich geloub an ſinen ainbornen Sun/vnſern Herren Jeſum Chriſtum. Ich geloub an den hailigen Gaiſt. Ich geloub/das die dreyebende/ain wahrer Gott iſt: der ye was/ohn angenge/vnnd wyter iſt/ohn ende. Ich geloub/daß derſelb GOTTES SVN geandet ward (id eſt, gemeldet oder verkündet) von dem hayligen Engel ſanct Gabriel. Ich geloub/daß er empfangen ward von dem hayligen Geiſt: vnd er geboren ward von Marien der rainen magende. Ich geloub/daß er an dirre (pro diſer) welt was/als ein armer Menſche/wann daß er nien geſündt.

Chriſtianæ fidei confeſſio, in Heluetia.

Jch geloub/daß er am driſgoſten Jar getouffet ward in dem Jordan von S. Johanſen. Jch geloub/daß er verrahten ward von ſinem Jünger Judas. Jch geloub/daß er gefangen ward von den Juden/vnd gebonden ward/vnd ſin geſpottet ward/vnnd angeſpüwen ward/Jch geloub/daß er gemartert ward/vnnd an das Creutz erhangen ward/vnd daran er ſtarb/an der Menſchhait/nit an der Gotthait. Jch geloub/daß er ab dem Creutz genommen ward/vnd zer Erden begraben ward: vnd darinne lag dry Tag/vnd dry Nächt. Jch geloub/daß er an dem dritten Tag erſtund geware Gott vnd geware Menſche. Jch geloub/daß er erſchain nach ſiner vrſtende ſinen Jüngern/vnd ſinen guten Fründen. Jch geloub/daß er an dem viertzigſten Tag nach ſiner Vrſtände zu Himmel fuhr/zu der geſicht ſeiner Jünger/vnd aller Mänge/die ſeyn wirdig warend. Jch geloub/daß er da ſitzet zu der zeſchwunn (id eſt, in Freud vnnd Herrlichkeit) ſines Vatters/jhm eben gewaltig/vnd eben ewig. Jch geloub in dannen künfftig an dem jüngſten Tag/ze ertailen (pro vrtailen: Δικάζειν, τὸ δίκαιον δίχα καὶ ἴσα διαιρῆμεν) vber Lebend/vnd vber Todt/nach jhr wercken. Jch geloub an die Chriſtenheit Göttlich vnd allich (allgemain.) Jch geloub gmainſamb der Heyligen. Jch geloub ablaß meiner Sünden nach gewahren Reuwe (nach wahrer reuwe.) Jch geloub vrſtende myns Libes. Jch geloub nach dieſem Leben ſein das ewig Leben. Jch geloub/daß mir gelohnt ſoll werden nach meiner Wercken. Den Lohn fürcht ich ſehr. Dann ich dick geſündet han/vnd mit Gedancken mehr/etc. 4. Stumpf. 50.

Ex Libro quodam Iuridico, qualis tunc Dialectus.

Do einer Lute mit jhm ößführet/die rawen.

Prędo & ſocij eius. Vnd iſt das ein Mann vßfehrt/vnd wil rauben. Vnd führet Lute mit ym/die ym helffen. Vnd ſie nement einen Roup. Vnd ſie bringen ym den Weg. Wider ſind die alle ſchuldig an dem Raub. Oder newr der ein/der ſie vß hat bracht? Jch ſprich/ſie ſind alle glich ſchuldig.

Von Zaubernuß.

Magorum & ſtrigum pœna. Es ſey Wip/oder Mann/die mit Zauber/vnd mit Luppe vmbgehent. Vnd die das künnen/daß ſie den Tüffel mit Worten zu jhn ladent. Die ſoll man alle brennen. Oder welliches Todes der Richter wil/der noch erger iſt/denn brennen. Damit ſoll ym der Richter ſinen Lip nemmen. Wann er hat Gottes verlauckent: vnd hat ſich dem Teuffel ergeben. Vnd die es wiſſen/vnnd verſchwigent ſie es/vnd die es rahtent. Den ſol man ab das Haupt ſchlahen. Ob ſie deß vberredt/oder vberſeyt werdẽ (pro vberwiſen) als recht.

Alcorani tranſlatio Latina. *Richardus quidam, Dominicani ordinis, Babylonem profectus, Arabicam linguam didicit: & Alcoranum Turcarum poſtea tranſtulit in latinam linguam.* Ῥικάλλον, τῆς τάξεως τῶν πρεδικατόρων, ἤτοι τῶν κηρύκων, *Imp. Ioan. Cantacuzenus Ortat. I. nominat.*

Terræmotus. Cometa. *Anno 1211. terra mouit vehementer: & impetus ventorum extitit. Cometa, menſe Maio conſpectus. Otho in Apulia quaſdam ciuitates (teſte Vrſperg.) cepit: & capuam peruenit: vbi poſtea etiam hyemauit. Tentante autem quodam religioſo viro, pacem inter ipſum & Papam reficere: ideoq́; iuſſu Papæ quinquies Roma Capuam, à Feſto S. Michaëlis vſq; ad Quadrageſimã profecto: Otho nulla ratione à ſententia deduci potuit: quin vellet Regno Siciliæ expellere Fridericum Sueuigenam & Philippum R. Franciæ vlciſci, propter Normanniam & alia, ſuo auunculo Regi Angliæ erepta. Ideo tantò magis à Pontifice curatum eſt (Trit. teſte) vt per Moguntinum Præſulem Sifridum, Othonis ex Eccleſia & Imperio deiectio, per totam Germaniam diuulgaretur. Vnde fautores Imperatoris (Henricus Palatinus Rheni, Dux Brabantiæ, multi alij Principes & nobiles) menſe Octob. incendijs & rapinis ditionem Palatini vaſtarunt: quæ ad Turingiæ Langrauium Hermanum confugit.*

Conabatur Otho Siciliam Friderico adimere.

Quia Imp. Barbaroſſa olim 1169. Patronatum (Kaſtvogtey vnnd beſchirmung) *trium Epiſcopatuum: Sedunenſis: Lauſanenſis, & Geneuenſis: Berchtoldo Zaringenſi tradiderat pro Regno Arelatenſi: ideo filius Berchtoldus, cum exercitu valido in regionem Sedunenſem, anno 1211. trans montem Grimslam (aſcenſu per 2. milliaria arduo, & difficili) inuaſit. Sed Burgundica nobilitate occurrente: ipſe prælio victus eſt iuxta pagum Vlrichum, ac demum ſe recepit. Sedunum autem* (Sitten) *metropolis Valleſiæ ad dextram fluminis Rhodani ſita eſt, Epiſcopum habens, & tria Templa: D. virginis, S. Theodori, & S. Petri. Extra eam tres arces ſunt: Maioria, Valeria, & Turbilio: quarum tertia altius ſita eſt, quàm ſecunda: & ſecunda altius, quàm prima. Stumpf. lib. 11. cap. 12. Meminit Sedunorum in Comment. Cæſar.*

Berchtoldus Zaringenſis, à Burgundis victus. Sedunum.

Tempore

Thumnea.

Tempore Auguſtani Epiſcopi Sifridi, Euerhardus 2. de Thumnoa, maioris ædis Auguſtæ Præpoſitus, Brixinenſis Eccleſiæ Antiſtes creatus: Hainrichum à Dieſchaima, iam antea Canonicorum decurionum, anno M. CC. XL. in Præpoſitura dicta ſucceſſorem habuit: cui intra decennium, Honorij 3. Papæ collatione, Raboto ſucceſſit. Gaſſar.

Panhormitana Eccleſia.

Ad hunc 1211. annum, Octob. 11. Indict. 15 (debet eſſe 14. refert hoc Friderici priuilegium Fazellus. Attendentes, quòd venerabilis & veneranda ſaroſancta Panormitana Eccleſia (quæ caput eſt, & ſedes, Regni noſtri) & antiquitate ſit nobilis: & dignitate ac ſpeciali prærogatiua, inter alias Regni noſtri Eccleſias prima, & meritò principalis ſit: quia tamen perſecutione multa vallata, non modicam ſui iuris iniuriam patitur: ne noſtro felici tempore, quæ hactenus paſſa eſt, iterum patiatur: Conſiderantes, quòd in ea ſacram vnctionem, & Regum ſuſcepimus diadema: cõſideratione quoque fidei, & grati ſeruitij: quod Berardus dictæ Parnormitanæ Eccleſiæ Archiepiſcopus, &c.

Anno 1212. Innocentius P. tria ardua molitus eſt negotia: Othonis omnimodam deiectionem, expeditionem in terram S. & concilij vniuerſalis celebrationem. Omnia ſucceſſu temporis ſucceſſerunt.

Othonis reditus in Germaniam.

Eodem anno, Imp. Otho circa Quadrageſimam, in Germaniam reuerſus: conuentum Principum circa Pentecoſten Noribergæ habuit: vbi cauſas ſuæ à Papa alienationis èxpoſuit. Inde aduerſus Turingiæ Landgrauium, cæteroſq; rebelles, vere & æſtate bellum geſſit. Tunc primùm cœpit vſurpari bellica machina, quæ Tribock appellatur. Interim Fridericus, cùm non poſſet recto itinere venire in Alemanniam: de valle Tridentina, per aſperrima & inuia Alpium loca, iugaq; montium eminentiſſima, obliquum ſequens tramitem, vênit in Rhætiam Curienſem. Ibi ſuſceptus ab Epiſcopo Curienſi Arnoldo (Metenſi vel Amaſiano comite) & Abbate S Galli Vlrico 6. (Barone, vt ante hac dictum, Saxenſi ac nobili viro Henrico de Saxen (de Sacco, Vrſperg.) perductus eſt vſq; ad ciuitatem Conſtantiam: vbi Sueuicas copias congregauit. De hac in Germaniam profectione Friderici, lib. 5. Stumpf. cap. 8 ſic ſcribitur: eum trans Alpeis, per vallem Rheni trans montem Ruckebeinum, veniſſe Sangallum. Ibi honorificè ſuſceptum fuiſſe: ab eoq; ciuitatem S. Galli, conſentiente Abbate, receptam eſſe in perpetuam conſortionem Rom. Imperij:

Tribock machina.

Friderici aduentus in Alemanniam.

Beatricis nouæ Othonis nuptæ obitus.

Otho autem Imp. cùm ſuperiore tempore Mariam, Brabantini Ducis filiam, nomine conſanguinitatis repudiaſſet: Beatricemq;, R. Philippi & Irenæ filiam, duxiſſet: Northuſæ cum ea nuptias magnificas celebrauit. Sed infelix Beatrix quarto die pòſt, vitam beatam alterius ſeculi ſpectans, defuncta laboribus huius lacrymarum vallis eſt: ac ſepulta Brunſuigæ, in Templo primario, SS. Blaſij & Ioannis Baptiſtæ; cum aurearum literarum Epitaphio, teſte Henrico Buntingo:

Filia formoſa, iam cinis, ante roſa.

Sie iſt träfflich ſchön geweſen: wie auch die Kaiſerin/ihr Fraw Mutter.

Exiſtimatur non ſine veneno mortua: dato vel à màrito, vel à pellicibus eius. Tabula Lorchenſis eam matri ſuæ in eo cœnobio adiacere ait.

Cùm deinde audiſſet (ſcribente Vrſperg.) Otho de aduentu Friderici: è Turingia contra eũ vênit & in oppido Vberlingæ ſe tenuit. Verumenimuerò à multis (vt tenacior, aut largiendi impotentior) relictus: nõ potuit riuali occurrere. Fridericus auxiliante comite Kyburgenſi, & alijs: quibus ipſe prædia Imperij, & priuata, largè diſtribuebat, eoſq; ſibi obligabat: Baſileam vſq; peruênit. Ibi Henricus de Veringen, Argentinenſis Epiſcopus, cum IↃ. militibus ei præſtò fuit. Horum & aliorum ope fretus, per parteis Rheni deſcindit: ac pleraſq;, exceptis paucis caſtris, ditionem ac poteſtatem ſuam accepit. Reſtiterat ei Haganoa: ſed mox in gratiam ipſius conceſſit, quoniam per obſidionem pulſa. Venit Otho altera Rheni parte, in caſtrum Briſacum (ſpem in Duce Zaringenſi habens) ſed ex eo, cùm milites eius inciperent res diripere ciuium, & in vxores inuadere ipſorum: ab his tum ipſe, tum ſui omnes, quibuſdã vulneratis & interfectis, expulſi, vix profugerunt. Quâ fama diuulgata, non mediocriter auctoritas eius labefactata eſt. Itaq; ſatis laborioſè in Saxoniam redijt: atq; ita Imperio depulſus eſt: Fridericus verò, nõ multò pòſt id adeptus. Ei, inter alios hi conſiliarij erant: Diepoldus, Marchio Vochburgenſis: Eberhardus comes Helffenſteinenſis: Berchtoldus, comes S. montis: Gotfridus, comes Blandratenſis: Reinoldus, Dux Spoletanus: Anſhelmus, Mareſcalcus Iuingen. (al. Archimareſcalcus in Sicilia. Al. Mareſcalcus Imperij Romani) Conradus, Camerarius de VVerde: Fridericus, Schanck de Stauffen.

Friderici contra Othonem incrementum.

Briſaco expulſus Otho.

Conſiliarij Friderici.

Imp.

Othonis mors. Reutlinga. Eſslinga.

Imp. Otho 1217 (al. 1218 moritur. De quo addam hæc, ne fortè poſtea obliuiſcar. Ipſe, in ſuo Imperio, villas Reutlingam & Eſſlingam ciuilibus libertatibus ornauit: quas deinde Fridericus Imp. muris & foſſis muniri iuſſit. Herm. Æditūus. Eidem Othoni tribuitur Dictum: Strepit anſer inter olores.

Rotenburgum Nicri.

Neccarium Rotenburgum, quòd antè hac Landſort vel Landsfurt nominatum erat, terræmotu, hoc 1212. anno collapſum dicitur, verius quàm 1112. Vide ſup. lib. 10. cap. 5.

Grammatica Alexandri.

Verùm enimuerò defatigato mihi, aliquantulâ iam quiete opus eſt. Quapropter concludam tandem hunc librum: & vnà cum eo, ſecundam quoq; partem Sueuicæ hiſtoriæ: hoc tamen adhuc, vt corollarium, adijciens: vixiſſe hoc tempore Alexandrum quendam: cognomento de villa Dei, patria Dolenſem, profeſſione monaſtica Minoritam: qui ediderit Grammaticam carmine Leonino: inſcriptam, Doctrinale puerorum (Scribere clericulis paro Doctrinale nouellis) quod tum in Sueuiæ, tum in aliarum nationum, Scholis, Regnum & ſceptrum betulaceum (κορυδάλιον, ῥιπιστικόν, καὶ ἐνδελεχὲς ὄργανον) annos circiter trecentos, in pueros obtinuerit: donec tandem quintodecimo ſeculo, Ioannis Braſſicani Tubingenſis, Iacobi Henrichmanni Sindelfingenſis, & aliorum, eruditiora Grammatica extitêre: quibus facilius & purius iuuentus inſtitui cœpit.

Bernh. Dux Saxoniæ.

Adijciam & hoc. Obijt 1212. anno, Bernhard. Dux Saxoniæ, VVeſtfaliæ, Engeriæ, Princeps elector & Archimareſchalcus, Marchio Soltvvedelenſis, comes Ballenſtettenſis & Aſcanienſis. Ballenſtettæ ſepultus. Primus geſtauit ruta coronam in Inſignibus. De ipſo verſiculos Spangenbergius ponit.

Der erſte Keyſer Friderich/
mit deß Reichs Chur begabet mich:
do Heinrich ward geſetzet ab:
durch Ballenſtätt den Krantz mit gab.
zwey Schwerdt das Marſchalck Ampt bedeuten/
die Wendiſchen Heyden außzureuten.
Bey Wittemberg ſigt ich jhn an:
das Land zur Chur ich da gewan.

Abſolutis hiſce, mox eodem die venit mihi Epiſtola Græcio: à viro præclaro, exterarum nationum longinquarum peragratore indefeſſo, & multarum linguarum perito, Hieron. Megiſſero.

Hierony. Megiſſeri F. epiſtola.

Al Cl.mo ſigr mio Martino Cruſio: profeſſione della lingua Græca & lat.a nello ſtudio di Tubingen.

Penſai tra me, che coſa pure io con quel portalettere poteſſi mandare à V. S. nè m'occorſe altro: ſe non queſta qui alligata opera Muſicale: compoſta già da vn Barone, mio Diſcepolo, quando egli fù conſigliere della natione Alemanna in Padoua. Et perche ſo, che V. S ſi diletta ancora molto di queſta nobil lingua Italiana (laquale è la primogenita figliuolla della Latina) coſi ſperai, che la detta opera ne le debba punto eſſere ingrata. Di Graz, alli 2. di Maggio, 1591.

Di V. S. cl.ma affert. per ſeruila Hieronimo Megiſſero Stuccardiano.

Erant Madrigali & Motteti 4. & 5. vocum, generoſi Baronis E. Ioan. Iacobi Kiſelij, &c. cum Italicæ linguæ textu: præfatione euſdem linguæ à Megiſſero erudita addita. Cantata ſunt poſtea in ſtipendio illuſtri, & laudata, me præſente.

Finis Libri ſecundæ partis Annalium Sueuicorum.

INDEX

INDEX
RERVM ET VERBORVM PARTIS SECVNDAE ANNALIVM SVEVICORVM locupletiſſimus.

A.

Aron Magnus 303
Abbatum ac Epiſcoporum conſtitutio Cæſaris 232
Abbates poſt Prepoſitos. 457
Abbates Albæ Augiæ 153
Abbates Augiæ non caſti. 137
Abbatum Hirſaugienſium catalogus 44
Abbatiæ Hirſaugienſis vacatio. 151
Abbatiscellæ fundatio. 200
Abbatiſſa cœnobij Lindaugienſis princeps facta 6. earum catalogus 7
Ablua. fl. 435
Abenſpergius Baronatus. 112
Academia Oxonienſis 74
Academia Patauienſis 504
Acco 496
Achalm mons & arx. 268. 358. 430. 447. 470
Achalmenſis Comes Conradus 369
Achalmenſis Comes Cuno. 211
Achalm comes VVernherus 369. 373
Achalmenſis comitiſſa Adelhaidis 209
Achalmenſis comitiſſa Mechtildis 369
Achalmenſes comites 251. 268
Achalmenſis comitatus. 144. 205
Acies Othonis 124
Acus Monachorum 504
Acuſices Monhaimi 74
Adalbertus Caluenſis comes. 117. 206. eius fallaces literæ. 222. Theodoricũ Verdunenſem Epiſc. capit. 238. excommunicatur & abſoluitur ibid,
Adalbertus comes Caluenſis. 241. 261. eius mors 282
Adalbertus comes de VVirtenberg 431
Adalbertus Cling. cœnobij Abbas 149
Adalbertus comes Dilling. 78
Adalbertus de Ocoleresvvanc 37
Adalbertus comes Rorbachenſis 6
Adalbertus comes Veringenſis 47
Adalbertus Epiſc. VVormat. 217
Adelberga 143
Adelbergæ permutatio & donatio 494
Adelbergenſe Gynaceum 475
Adelbergenſe priuilegium 476
Adelbergenſi cœnobio donatio quædam Guelphonis confirmata 489
Adelfreut 367
Adelgiſus Saracenis favens. 62. eius perfidia in Imp. ibid.
Adelhaidis à R. Berengario capta. 118. eius fuga. 119. obſeſſa Canuſij. ibid. ei, obſeſſæ Otho ſuccurrit. 120. litera arce obſeſſa per ſagittam coniecta. ibid. Othoni nupta, quod Luithulfo filio diſplicet. ibid. Romæ cum Othone in Imperatores coronati. 130. Adelhaidis Auguſta. 152. 154. 155. 156. eius mors. 167. habitus. 168. miracula 169
Adelhaidis Achalm. Comitiſſa 209
Adelhaidis & Rodolphi Achalmenſium ſepultura 269
Adelhaidis filia Comitis Dilling. 369
Adelhaide repudium 416
Adelhaidis Monacha 423
Adelhaidis altera ibid.
Adolerus Goslarienſis * 462
Adolphus Clobelouchius infeliciter locatur in loco Arnoldi 425
Adolphi Occonis epiſt. 564
Adultera mulieris cuſtodia 353
Adulteri pœna ibid.
Adulterium Epiſ. 207
Aduocati Monaſterialis Augien. 11. item Hirſaug. 43
S. AEgdij, vel, Paruum Chomburgum. 246
S. AEgidij cella 314
S. AEgidij monaſt. Norimbergæ 388
AEngſtigen 369
AErgouia pagus 320. 371
AEſtas torrida. 150. feruida. 184. 363. pluuioſa 203
AEſtus 434
AEtna mons 455
S. Afræ corpus 216
Agnes à VVolfrut Abbatiſſa Lindaugienſis 7
Agnes mater Henrici IIII. 212. ei poteſtas per inuidos adempta. 215. eius vaticinia & obitus ibid.
Agnetis Auguſtæ obitus 240
Agnes Rudolfi R. filia 244
Agnes Prioriſſa Sanctægidiana 246
Agnes vidua, Leopoldo Auſtrio nupta 312
Agnes Friderici Stauffenſis vxor 385
Agnes Gallica ſponſa Alexij 473
Ahuſani monaſterij fundatio. & Abbates. 334. eius diploma Papale 3..
Aichelberg 410
Aichelbergenſis Philippus 352
Aichelbergenſis comitatus 302
Aigelſehe 535
Alavvicus Abbas Diuitaugienſis 160
Alba Augia monaſt. 198 209
Alba dominorum 395. eius fundatio 362
Alba fl. 404
Albæ opp. exuſtio 454
Albeccenſis comes 485
Alberadis Lindaugienſis Abbatiſſa 7
Alberadis Abbatiſſa 230
Albergenſe cœnobium. 474. difficultas condendi hoc ibid.
Alberti Bamberg. comitis Archiepiſcopi decepti exitium 81
Albero comes Caluenſis 119
Alberſpach, cœnobij confirmatio 306
Albertus Caluenſis. 202. 381. 447
Albertus comes Veringenſis. 56
Alberti Magni natiuitas 513
Albiorum ſecta 567
Albis mons 50
Albis ſylua 46
Alcorani tranſlatio Latina 573
Aldinga 85
Alemanniæ nomen. 252. Ducatus 46
Alemannia Heluetica. 127. eius Duces 66
Alemanni & Saxones adhuc Henrico R infenſi. 257. in eos inundatio 398
Alemannicus pagus 377
Alemannicum bellum Conradi Imp. 190
Aleshuſa 208
Aleshuſanus comitatus 35
Alexander & Conſtant. Impp. XXXV. Orientis 80
Alexandro P. Reges, Gallus & Anglus, dediti 440

Alexan-

Alexandri P. fulmen in Fridericũ Imp. & Victorem. 442. *fuga.* 452. *dum Fridericus exagitat.* 461. *eius Venetias fuga.* 464. *mors* 474

Alexandria nouum opp. 458

in Alexandria obſidione cuniculus fruſtrà factus. 461. *eius cum Frid. Imp. compoſitio & ſubiectio* 482

Alexius Comneus LII. Imp. Orient. 256. *quomodo imp. adeptus. ibidem Scholarum & prochonophiorum curator.* 281. *hoſpites illi non grati* 292 *Godefridũ humaniter excepit.* 293. *eius in noſtros infidelitas* 305

Alexius Imp. Græcus 319

Alexius LV. Imp. Orientis. 473. *eius ſponſa Agnes Gallica* ibid.

Alexij, Irenes fraterculi, aduentus Venetias. 537. *eius ex Italia ad ſororem reditus.* 540. *pactio cũ Latinis. Item Irenes adhortatio pro illo ad Philippum maritum* ibid.

Algoia oppida ſub Bauaro 341

Almendinga villa 307

Alberſpachenſis monaſt. fundat. litera. 293 *item priuilegium* 331

Alpes Cottia 57

Alpes Salita terra 271

per Alpes tranſcenſio in Italiam 238

Alſatiæ prædium 271

Altaris maximi conſecratio 155

Altarium Babenhuſ. conſecratio 510

Altenburg, caſtrum 456

Altenmunſter 30

Altentruding. Comitatus 128

Altheim 393

Altitona, cœnobium 204

Alterffum 28

Altorff, pagus 303

Alterffenſis Comitis vxor 97

Altpuren 384

Altpurenſis Baronatus 112

Alvvicus 50

Amalricus VI. Hieroſolyma Rex 448

Amazones nouæ 398

Amberga opp. 442

Ambergaa 30

Ambitionis mala 76

S. Ambroſius 43

Ambroſij Comitis ſuſpenſio 74

Amerbachum 22

Amor in Friderico Cæſare. 420. *item filiæ Regis Portugal erga Arbogaſtum germanum* 360

Anasburgij fundatio 78

Anckenrut 153

Ancona obſidio 452

Andechiſius Hantbo, Comes, Epiſcopatum Auguſtanum gerens 48

Andelonienſis cœnobij origo. 68

Andelonienſis Abbatiſſa Haziga 453

Andelonienſis Abbatiſſa Hedvvigis 469

Andronicus Comneus Imp. Orient. 56. *tyrannus.* 486. *eius inceſtus* ibid.

Angelberg 191

Angelbergenſis nobilis 358

Angeltruda fraude perit Arnulfus 75

Angliæ R. VVilhelmus 218

Anhuſij cœnobij fundatio. 128. *eius Abbates, item Domini* ibid.

Animæ ſalutis cura. 31. 434. *eius ponderatio* 185

Animarum omnium Feſti inſtitutio 155

Anna Monhaimia Baroniſſa 470

Anna Comnenæ natiuitas. 264. *eius dictum* 396

Anniuerſarius dies Cunonis & Luitoldi 299

Anniuerſaria Ethnicorum ibid.

Anno vel Hanno Archiepiſ. Colonienſis. 210. *Imperij Vicarius.* 218. *eius mors* 240

Annonæ vilitas 379

Annuli perditio & inventio 316

Annulus aureus Venetis arrha maris 466

Annus Mundi Græcis 546

Annus malus 410

Anni Chriſti quando & à quo, Epiſtolis, libellis & diplomatis addi cœpere 70

Ansgarius Epiſc. 18

Anshelmus Cantuarienſis Archiepiſc. 242 *eius mors* 314

Antiochiæ obſidio. 297. *prælium.* 300. *deditio* ibid.

Antiquitatis author 434

Antiſynodus Quedlinburgi contra Moguntinam 260

Antoniacum 64

Antuales 378

Anvveilera 443

Apparatus ad ſacram expeditionẽ. 493

Apulia & Calabria amiſſæ, nempe Magna Græcia. 147. *eam Otho ſtudens recuperare, fit clades* ibid.

Apulia & Sicilia Nortmannorum 159

Apuliæ D. Reginaldus 366

Aquæ Granea Regia ſtatuitur à Carolo Magno, vt ibi Imperatores innungantur & coronentur. 19. *Caroli ſedes ibi* 9. 443. *eius porticus ruina.* 24. *Philippus occupat* 533

Aquæ calidæ & frigidæ probatio. 64. 271. 373. 393

Aquila Romana biceps 2

Ἀναγνώρισις inter coniuges 87

Ἀναρχία 49

Aratrum perparuulum 148

Arbonenſes Barones 384

Arces circa Halam 226

Arces prædonum dirutæ ab Imp. 424

Archiepiſ. VIII. Germaniæ 164

Ardoinus Italiæ R. 172. *eius de Germanis victoria. ibid. obitus* 181

Argentifodina in Saxonia 139

Argentina. 53. *à Sueuis capta, & direpta.* 173. *Philippo dedita* 534

Argentinenſes Epiſcopi. VVernherus. 217. *& Gebbardus* 350

Argentorati vrbis deſtrictio per Othonem 107

Ariſtotimus Eleorum tyrannus 382

Arnoldus Bauarus in Italia victus 96

Arnoldus concionator contra clericos 347

Arnoldus Brixianus contra Papæ authoritatem 392

Arnoldus Archiep. Colon. 410

Arnold. Brixenſis hæreticus 380

Arnoldus Cardinalibus auro corruptis, Henricum Moguntiæ Archiepiſ. perfide deijcit, & ſe in ſede eius collocat. 424. *eius tragicus interitus.* 425. *alius in eius locum ſubſtituitur, infeliciter* ibid.

Arnulfus Imp. VIII. Occid. 70. *eius expeditio Italica.* 74. *Romam capit,* ibid. *Ageltrudæ fraude perit* 75

Arnulfus malus. 88. *eius vita, mores, obitus* 98

Arnulfus Conſtantiæ Epiſ. 281

Aroro opp. 321

Arſion, Alemannus 256

Aſcha 294

Aſini cornuti 337

Aſperg 470

Aſſatio Turcicorum exploratorum 300

Aſſumptionis Mariæ feſtum 20

Aſtrologi cuiuſdam prædictio 490

Aſtronomicæ tabulæ 67

Athena 545

Attilia arx 571

Attingshuſen 45

Atys, Cræſi filius in venatione interemptus 180

Auaritia monachorum. 229. *Latinorum inexplebilis* 546

Auentinus in Monachos & ſacerdotes 98

Auenticenſis pagus 378

Auenzoar 410

Auerroes ibid.

Augia Alba, vel minoris, conditio. 152. *eius fundatio.* 297. *Abbates* 298

Augia diuitis incrementa. 10. *eius templum* 458

Augia diuitis Abbates. 137. *Hatto.* 71. *Vdalricus* 206

Auguſta veteres termini. 125. *Regia ibi turris. ibid. eius incremẽta.* 125. *amplificata à S. Vlrico.* 126. *eius hodierna amplitudo. ibi. phlegmata, aliaq́, vrbis*

vrbis conſuetudines. 315 ei iura à Friderico præſcripta. 427. eius cœnobium Georgianum. 362. ibi concione cuiuſdam Chorſangij ſeditio inter agricolas & nobiles exorta. 359. eius ſollicitudo Imp. Philippo mortuo. 371. conflagratio. 341. 354. calamitas. 121. eam circumſident Vngari. 123. Guelpho capit. 259. Suevi deuaſtant, Duce VVelfone 266
Auguſtani Epiſcopi: Henricus Gaiſenhuſanus 141. Hardevvicus. 539. Sigefridus 566
Auguſtanus Epiſcopatus à quibuſdam infeliciter affectus 266
Auguſtanis Euangelium prædicat Theomneſtus 357
Auguſtana templa S. Afræ & S. Mariæ. fol. 129
Auia comitiſſa Achalmenſis 270
Avicenna 41
Aula Caroli M. 38
Aulici contra principem Ludouicum filios incitant 44
Aurbachenſes nobiles 141
S. Aurelij reliquiæ, eorumque in altari incluſio. 42. eius vita, ædificatio. ibid. reliquiæ defoſſæ. 72. exhumatæ 206
Aureum vehiculum Henrici 66
Aurigantium ludi apud Romanos 104
Auſtraſia 60
Auſtria Leopoldo Sueuo commiſſa 96
Auſtria Sueuorum. 192 pro Marchionatu Ducatus facta 426
Azymi panis in carnem tranſmutatio. folio 551
Azymorum cauſa inter Occid. & Orient. Epiſcopos ſchiſma 209
Azzo vel Adelbertus Eſtenſis Marchio. folio 208

B.

Babenhuſanum monaſt. 476
Babo & XXXII. filij eius 181
à Bachtrino, vicorum nomina 142
Backnauga 81 350
Baden 384 411
Badenſium Marchionum origo 366. 422
Badenſes Marchiones G. Fridericus. 451. Hermannus. 550. enumerantur 441
Bavvveil. Abbas prodigus. 411. eius abbas tenax ibid.
Balduinus II. R. Hieroſol 302. eius erga Saracenæ vxorem clementia 305
Balduinus Burgenſis Hieroſol. rex 325
Balduinus III. rex V. Hieroſol. 394
Balduinus IIII. Rex VII. Hieroſol. folio 461
Balduinus V. Rex VIII. Hieroſol. 486
Balduinus Imp. qualis. 549. eius Epiſt. folio 142
Balmund 11
Baltzhaus, & Suabecci comites. 216. 203. 335.
Bambergæ ciuitatis deſcriptio. 176. eius nomen ibid.
Bamberga collegiata Eccleſiæ Dux 176
Bambergenſis Eccleſiæ conſecratio 178
Bambergenſis Epiſcopatus origo. 176. Hunc Bruno Epiſc. Auguſtanus libenter diſtinxiſſet 182
Bambergenſis ſchola 211
Banni vis 235
Banthum & Banthenſes comites 230
Bappenheimum, arx 166. 181
Bappenheimius Conradus 384
Bappenheimiorum origo 570
Bäpſtin, Ioannes 54
Bara 36 21
Bablinga, & Kalvv 187
Baradatus Eremita 423
Barbara de Brattenlandenberg, Abbatiſſa Lindaugienſis 7
Barbaries ſuperiorum ſeculorum 563
Barbarorum ſtrages 400
Barbaroſſæ mater Iuditha. 27 eius hiſtoria Venetijs picta & ſcripta 464
Barbati fratres, vel conuerſi. 222. ipſorum mores ibid. 222
Barones liberi 504
Baſilea. 414. incenſa 80
Βασιλεὺς & ῥὴξ 390
Baſiliſcus, ſerpens Romæ 52
Baſilius Orientis Imp XXXIII. 60. eius donum 62
Baſilius & Conſtantius Impp. Orientis XXXX. 143
S. Baſtianus 442.b
Bauari ſub Berchtoldo 100
Bauari R. potentia 32
Bauaria ad Saxones. 107. Othoni commiſſa. 141. cum Saxonia eripitur Henrico 462
Bauariæ Duces. 414. Henricus. 370. VVelfo 227
Bauzanum 422
Beatrix, Irena Græca filia 29. 32
Beatrix Auguſta contumelioſè à Mediolanenſibus tractata. 441 b. obitus eius 488
Beatricis querimonia de indigniſſima cæde patris ſui 566
Beatrix, Irena filia Othoni Cæſari nupta. 568. eius obitus 574
Bebelina, vel Gebelina, gens 28
Bebelingen 432
Bebenhuſanum priuilegium. 491. Item 507. 512. eius monaſterij conſitio monaſtica. 497. Abbates: Conuerſi: domus Abbatica. 498. incorporationes Eccleſiarum ibid. Abbatis conſecratio. 499. Principes & nobiles de hoc monaſterio bene meriti. ibid. Tutores. 500
Bebenhuſenſium & Spirenſium bonorum permutatio 494
Bebo Spirenſis 315
Bellum fratrum, Ludouici & Caroli, contra Lotharium & Pipinum. 49. ciuile, pace compoſita. 51. Gallicum. 144. inter Berchtoldum Zæring. & Frid. Hohenſtauff. ac tranſactio. 252. 253. inter Henricos, patrem & filium. 312. Bauarium Ducem & Ratiſpon. Epiſ. 349. agricolas & nobiles Auguſtæ 359
Benedicti Papæ in Germaniam profectio 112
S. Benedicti eulogium 214
Benedictinorum Monachorū dilatatio. 258 qui veri ibid.
S. Benignus 211
Berchtoldus Friſingenſis 261
Berchtoldus Sueuiæ D. 73. eius hiſtoria cum Epiſc. Salomone conflictantis, 83 crudelitas 84. captus à Sigifrido & capite plexus ibid.
Berchtoldus Zaringenſis. 212. D. Carinthiæ 215
Berchtoldus Zaringenſis Dux Sueuiæ, & Burgundiæ. 239. eius obitus. folio 278
Berchtoldus Zæringenſis Dux, Vracenſes comites iniquè tractat. 312
Berchtoldus Zaringenſis Dux. 429. noluit rex fieri. 506. eius filioli duo nobilium inſidijs veneno necati. ibid. ad vlciſcendos hos nobiles, Berna condita. ibid. à Burgundis victus 573
Berengarius Dux. 71. à Guidone expulſus. ibi. eius reſtitutio Guidone ſummoto. 74. conatus & ſucceſſus. 75. Italiæ regnum recuperat, & Ludouicum R. excæcat 77
Berengarij Regnum. 83. ipſius hoſtes, ibi. pulſus. ibid. fuga in Sueuiam. 108. reditus in Italiam cum Hugone 115. Italiæ R. ſolus. 116. eiuſdem deditio Othoni Cæſari. 120. cum vxore captus 132
Berengarius de Cœna Domini 204
Berg 77. 431
Bergenſis Comes 280
Bergenſis comitatus 374
Bergertrutum 12
Berna Heluetica conditur. 505. ſeries domorum ibi. 506
Bernhardi Carolidæ obtruncatio 45
Bernhardi Italiæ Regis infelix motus contra Ludouicum. 25. eiuſdem Epitaphium. ibid. eius ſorores improbæ. 39 ipſe excæcatus.
Bernhardus 66

Bernhardi Augienſis Abbatis mors. folio 205
Bernhardus expeditionis Hieroſol. incitator. 395. eiuſdem miracula. ibid. fol. 320
Bernhardus Abbas Spira 396
Bernhardus Dux Saxoniæ 474
Bernhardini ordinis commẽdatio. 473. eius ordinis ortus 297
Berno, Abbas 177
Bernoldus presbyter 233
Bernvvardus comes Rotenburg. Epiſc. VVirceburgenſis 151
Berta Hezelonis vxor 34
Bertha Erchingerinæ honor erga captiuum Epiſc. Salomonem 84
Bertha noua nupta Romano puero. folio 113
Bertha Sponſa Henrici R. 218.222
Bertha Cæſariſſa mors. 265. eius filiatio 266
Bertha Sultzbachenſis 376
Berthæ & Manuelis Græci coniugium. 389. nuptiæ. 391. mores. ibid. Manuelem maritum ſuum conſeruat. 438.b. Berthæ Irenæ obitus. folio 440
Bertholdus I. Zaring. D. 219
Bertholdi Eberſteinij priuilegium. folio 404
Bertholdus Conſtant. Epiſ. 455
Berytus 318
Beutelſpachum 90.188.430
Beutelſpachenſes Barones. 4.91.376. 203.303
Biberbachenſes nobiles 133
Biblingenſe monaſt. 301. ipſius Abbates. ibid. eius Abbatis inſula. ibid.
Bibliotheca Caroli Magni. 8. item Sangallenſis 49
Bibra 35
Bibrecius Conradus Epiſc. 345
Bichishuſa 77
Bidenbachius Abbas Bebenhuſanus. folio 500
Bienburg 358
Bietikeim 430 431
Bilriet 448
Binnikeim 432
Birſare 437
Biſſingen 59
Blabyra opp. ædificatur. 329. VVirceburgenſ. venditum 289
Blabyrenſis monaſt. fundatores. 287. ipſius Abbates 288
Blanckenbergius heros 266
Blanderatum opp. 453
Blaſſuberg 271
S. Blaſij monaſter. in Hercynia Sylua. 131. 193
S. Blaſius martyr 132
Bodmen, arx. 7. 62. 359. eius deſtructio 84
Bodmenæ eques Limbertus 75
Bohemus Rex coronatus 532
Bohemi à Carolo victi 4
Bohemiam ſubigit Otho. 150. eius Regni initium. 265. inſignia. folio 488
Bohemiæ D. Fratiſlaus 200
Bohemiæ D. reſtitutus Ladiſlaus 388
Bolanden 472
Bonſtet 45
Bopardia 410
Boſenburg. caſus conſignationis 203
Boſo R. Burgundiæ 66
Botenſtein 325
Brabantorum & Flamingorum ortus 3
Brachiorum legatio 128.554
Brentzius fl. 536
Braitenaugenſe cœnobium 393
Brandenburgenſis Marchio 196
Brandenburgenſis Marchionatus 96
Brandiſanus comitatus 113
Braſperg 7
Bratfelden 431
Bremenſium laus 511
Briga, Brichona 36
Brigantiæ comitatus & Rhætia 297
Brigantinus comes Rudolphus 345
S. Brigitta 225
Briſaccum 106.173
Britannia minor Nortmannorum. folio 67
Brixiæ deditio 437.442
Brolium, fortè Briel 95
Bruno Dux, Papa, Gregorij nomen adeptus 156
Brunonis Epiſcop. Auguſtani legatum. fol. 89
Bruno frater Conradi Comitis VVirtembergici 237
Bruno Hirſaugienſis Abbas 311.430
Bruno Colon. Archiepiſ. 514. à captiuitate dimiſſus. 553. pace irrita à Philippo rurſus captus, rurſumq́; dimiſſus ibid.
Brunſuiga vrbs. 65. 395. fruſtra à Philippo obſeſſa 535
Brunſuicenſis D. Henricus 458
Buchorna 85.87
Buchornenſis eccleſia 31
Budeil 318
Bulgaria Græco Imp. ſubdita 180
Bulgari. 8. Chriſto adiuncti. 60. captiui excæcati 180
Bulla aurea Caroli IV. 161
Burchardus Alemanniæ D. I. 85. eius potentia ibid. Eccleſiaſticorum aduerſarius. 88. exectus fuit ex vtero matris. 78. Cæſari cedit. 88. eius Rudolphus in Italiam excitat. 91. eius exitus in Italia. 94. fraude Lamberti Epiſc. circumuentus occiditur. 95. eius iactantia vana. ibid. vxor. ibid.
Burchardus Sangallenſis Abbas 123
Burckardi duo 127
Burccardus II. D. IIII. Sueuiæ 127
Burcardus Sueuus Adelbertum Berengarij filium vincit 133
Burcardus & Immo Abbates 175
Burckardus Chomburg. comes 194
Burcardi ſomnium 224
Buoch 284
Burbeltingen 432
Burgdorff 220
Burgenſis cœnobij fundatrix 335
Burggrauius Norimberg. 196
Burgaw 335
Burglenſis comes 230
Burgouienſis Marchio. 148.358.149
Burgouienſis Marchionatus nomen. ibi. fol. 550
Burgundia minor 377
Burgundiæ R Boſo. 66. eius Regnum renouatũ. 71. imperio Rom. adiunctũ. 191. eius diuiſio. 192. adminiſtratio. 208. eam Fridericus viſit. 435
Burgundici Regni duratio 74
Buſnang 45
Bynius nobilis 368
Byrglenſis VVecilo 243

C.

CÆſari ſubiecta ſit ordinatio Papæ. fol. 37
Cæſaris vel Regis Germaniæ creandi ritus. 166. habitus. 168. de Papa creatione poteſtas 206
Cæſarum conſuetudo laudabilis 103
Cæſarienſe monaſterium. 354. fundatio. 321. eius Abbates 356
Caſus ex vtero S. Gebehardus 144
Calabria & Apulia, amiſſæ, nempe Græcia Magna 147
Calabriæ Abbas Ioachimus 497
Calatinum arx 571
Calatini Pappenhaimij 471
Calatini 570
Calatinus Erneſtus 455
Calatini proceres 181
Cale. Venetiarum D. delicatiſſima 219
Calenlevvenſes comites 198
Callenbach 43
Caliſtus III. Succeſſor Paſchalis P. fol. 454
Caliſtus Antipapa Alexandro P. ſubiectus 463
Calua opp. 41.313. arx 209
Caluenſis Palatina 370

Caluen-

Caluenſes comites 4. 431. eorum hæredes comites Tubingenſes 262
Caluenſes comites: Adalbertus. 117. 206. hoſpitatio Papæ apud eundem. ibid. 242. eius mors. 282. Adalb. Com. de VVirtenberg Albero. 119. Albertus. 202. Conradus. 405. 470. Diepoldus 198. eius filius Henricus Imper. ibid. Gotfridus. 22. 277. 332. 430. 445. 470. 490. vltimus Comes Caluenſis 509
Caluenſis Comes expilator monaſter. Hirſaugienſis 151. eius iniuria in idem monaſter. 171. eiuſq; vaſtatio ibid.
Caluenſes nobiles 41
Calumnia in Fridericum 222
Calumnioſæ interpretationes 81
Camburgi caſtri ædificatio 151
Camburgenſis Comes Buchardus. 194
Campanæ, ad Græcos 62
Campidonenſe monaſt. reſtitutum 114
Candelabrum magnum ceu corona. 246. Epigramma de eo. ibid.
Caniculinus quis 438
Canis pro tributo Vngaris redditus 97
Canonici Zurzachæ 144
Canonizatio S. Othmari 60
Canſtat 370
Canuſij obſeſſa Adelhaidis 119
Capillorum vſtio 350
Capitolium Papiæ inacceſſum 161
Cardinalium faſtus. 435. eorum ſacrilegia. ibid. iniquitas 439.b
Carinthia Ducatus 231
Carinthij 27
Cariſacum 47
Caritas 299
Canum portatio, pœna nobilium pacem violantium 424
Caro in piſcem mutata 486
Caroli Magni coronatio Romæ. 1. Primus Francorum R. τῆς γαλατίας. 2. menſæ. 3. argenteæ, etiam aurea. 8. eius filij Ludouici mors. Bibliotheca: Teſtamentum ibid. ſedes Aquisgrani. 9. qualem ſe erga Legatos Græcos geſſerit. ibid. Caroli morituri præſagia. 11. obitus. 12. ſepultura ibid. perſonæ deſcriptio. 13. ſtirps. 15. Romam cum Hildegarde profectionis cauſa. 18 aula. ibid. Carolum filium Iuditha promouet 42
Carolus Caluus Occid. Imp. V. 63. eius iniquitas. 64. clades. ibid. ſtulta prouocatio ad pugnam 65
Carolus III. Craſſus Occid. Imp. VII. 66. eius mors. Annos Chriſti epiſtolis addidit 70
Carolus Simplex Franc. R. 76
Carolus Conſtantienſis Epiſcopus 221
Carolomanni R. Obitus. 66. infelix Venator 67
Carolini ſtirpis finis 76
Carrada 272
Carrocium, Bertha nominatum 256
Carthago capta 191
Carthuſianorum origo 265
Caſamatia 118
Caſtell Bar natus 145
Caſtella Heinrici Regis à Saxonibus oppugnata 232
Caſtitas S. Bernhardi 320
Caſtrenſes leges 437
Caſus Roſenburg. Contignationis. 203. palatij 486
Catadupa 208
Catana 517
Catapanus 147
Catharina, Abbatiſſa Lindaug. 2
Catharina Friſingenſis 137
Catecheſis 473
Catena aurea craſſa Heinrici ſuperbi. 31. nolata. ibid. aurea Hattonis ἄλυσος fruſtra in Henricum Aucupem parata 82
Catilina 30
Catullus ibid.
Cella S. Gregorij. 36. Pantaleonis 87
Cella Gregoriana fundatio in Reichenovv 257
Cellæ & monaſterij differentia 22
Celſa, ciuitas 167
Cereus albus 465
Cerei ardentes 224
Certaminum conſuetudo 101
Ceruus miræ magnitudinis 361
Chan, Coban 548
Charini 70
Chariones 27
Chaſma 151. 324
Chirothecis venenatis interitus 169
Choënburgum 223
Choëngoius Comes 224
Chomburgum 226
Chomburgenſis comes VVilhelmus 242
Chomburgenſe monaſterium. 223. eius ædificatio. 244. fundationis literarum capita quædam. 245. eius Abbates. 246. Collegij benefactores. 249. in ſeculare collegium factum. ibid. eius Præpoſiti: Decani: Aduocati. ibid. & 250
Choniata, puellæ conſeruator 546
Chor 147
Chori dominæ, Chorfrauwen / cur nominatæ 144
Chriſtus verè Georgius. 76. Miſſam celebrat 185
Chriſtianus Rex Daniæ fit 37
Chriſtianus Archiepiſcop. Mogunt. folio 442.b
Chriſtianus Archimyſta moritur. 479. eius eulogium 453
Chriſtiani præſulis reditus in Italiam. 456. ſtrenuitas. 462. cum exercitu in Italia relictus, Friderico in patriam reuerſo, capitur 469
Chriſtiani Moguntini res in Italia geſtæ 458
Chriſtianæ fidei confeſſio in Heluetia. fol. 572
Chriſtianarum copiarum deſcenſus in Thraciam, & ad Conſtantinopolim. fol. 397
Chriſtianorum reliquiæ in Paleſtina. fol. 511
Chriſtianiſsimus Germaniæ 164
M. Chriſtophorus Ridius 140
Chryſacij dictum de Eunuchis 2
Chryſoceras, promontorium 544
Chunigundis, vxor Henrici. 172. Regina. 174. eius innocentia probata 183. obitus 192
Chunegundis Angla, Regina. 192. eius fortuna 193
Chunigundis cum Henrico canonizatio 138
Cimbren 46
Cimbrenſes Barones. 82. 360. comes Albertus. 361. VVernherus 230
Cingulum cum nolis 32
Ciſtertienſium ſeu Bernhardinorum ortus 297
Ciuile bellum in Germania ob maiorem nobilitatem 79
Ciuitates Regales. 3. Sueuicæ paruæ, tempore Caroli M. 4. cur muris circumdatæ 80
Ciuitatum Germaniæ περιτειχισμός. fol. 96
Clades Othonis, Græciam Magnam recuperare conantis 197
Claræuallis monaſt. 321
Claromontanum concilium, Vrbani P. fol. 286
Claudius Eccardus Abbatiæ ineptus 123
Clauos quærere 280
Clemens III. Papa 493
Clerici & meretrices bellicoſi 458
Clinbergenſes nobiles. 134. item Barones ibid.
Cocheræ fl. deſcriptio 225. 226
Cæcilia, dicta Irena 460
Cæcus Monachus Hirſaug. 94
Cœna Domini ab Innocentio mutilata 550
Cohortatio militaris 500
Coliſæus 55
Collationes ad monaſterium Zuifalt. fol. 272
Collegium ſeculare ex Chomburg. monaſterio factum 249

Colle, herba 279
S. Colomannus 181
Coloniam Philippus ſibi ſubdit. 538. fruſtra obſidet 549
Colonien. Archiepiſcopi. Arnoldus. 410. Fridericus de Daſſele 427
Colonienſis ditio à Conrado Palat. vexata 343
Columba Domini 223
Columba alba 466
Comenſes 438. b
Comites Rubei Vexilli 214
Comitatus Summontorianus 97
Comitatus Vlmenſium tres 383
Comites, Caluenſis Bubulcus. Obertus vel Hubertus. 263. Albeccenſis. 482. Lupſenſes 89
Cometa. 47. 63. & eclypſis ſolis. 108. item 169. 175. 297. 573
Comitia FrancofortI 33. item 566. Vlme. 45. Altheimi. 85. VVormatiæ. 129. Herbipoli. Friderici. 450. Moguntiæ, de pace Eccleſiæ & bello Turcico. 474. item 487. Normbergæ Frid. Imp. 492
Commiſeratio procerum & populorum erga Ludouicum & Iuditham. folio 46
Compendium (opp.) Lotharius patrem Ludou ducit, & imperio priuat. 45. Caroli Calui filij Cariopolim nominant. 65
Compoſitio fruſtra tentatur inter Imp. & Alexandrum P. 455
Conchenſe cœnobium. 286. dotatio illius S. Fidei Eccleſia ibid.
Concilium Epiſcoporum in Laterano. fol. 206
Concio legionum 31
Conditiones traditionis S. Cyriaco aliquorum locorum in VViſenſteig. folio 59
Conditio eligendi Cæſaris 166
Confeſſio peccatorum omnium. 180. auricularis 550
Conflagratio Ratibonæ 128
Confraternitates. 273. ipſarum vſus. fol. 274
Coniugium Othonis Romæ cruentum. fol. 146
Coniugium Sacerdotum. 220. Gregorius VII. prohibet 232
Coniuratorum pœna 25. 425
S. Conradus. 30. Conſtantiæ Epiſcop. fol. 97. 114
Conrad. I. Occid. Cæſar. X. 81. aduerſarios Vlmæ in cōuentu vlciſcitur. 188. eius bellum 190 tria exempla 191
Conradus Rex ficto verbo à perſequendo Heinrico Aucupe deterritus. folio 82
Conradi Palatini 180
Conradi Franci ibid.
Conradus Dux ſapiens. 112 eius generi & Luitholfi filij bellum aduerſus Othonem 121. obitus. 122. Vngaros in Germanos excitat: 123. ad Othonem reuertitur 124
Conradus Sueuiæ D. VI. 147
Conradus II. Salicus Imp. Occid. XVI. cum fuiſſe Sueuum oſtenditur. 187. eius aduerſarij. ibid. eius mater Adelhaidis. 193. expeditio in Italiam. 169. peſtilentia demum repulſus. ibi obitus 197
Conradus, Erneſtus, Guelpho, aduerſarij Conrado Cæſari, ſed fruſtra. folio 182
Conradi R. Coronatio Romæ. 189. eius mora 305
S. Conradus Treuir. Epiſc. 218
Conradi ex Agnete Auguſta, natiuitas. fol. 209
Conradus Comes I. VVirtemberg. 237. eius frater Bruno. ibid. vxores. ibid. fol. 303
Conradus doctiſſ. monachus 276
Conradus F. Heinrico Imperat. rebellis. fol. 282
Conradi de Merlenheim 314
Conradi Sueui pœnitentia 332
Conradus à Lichtenavv, Abbas 337
Conradus rex coronatus Modoetiæ 341
Conradus Anticæſar obſeſſus ibid.
Conradi D. ſucceſſus in Italia 366
Conrad. III. Sueuus Occid. Cæſar. XXI. 375. VVeiblingenſis erat. 376. eum omnes agnoſcunt pro Rege, excepto Bauaro Heinrico. 376. nuptiæ eius. ibid
Conradus Secundus 381 dat poteſtatem cudendæ monetæ Genuantibus. 381. eius bellum cum Guelphone ibid.
Conradus R. Norībergæ 388. eius epiſtola ad Ioannem Imper. 389. reſponſum huius ad Conradum R. 390. Conradi literæ ad Manuelem. 391. cruce ſignatur. 396. eius exercitus duo. 397. profectio Ratubonam. ibid. de hac expeditione prædictio Ioachimi Abbatis, ibid. in Poloniam propter Vladiſlaum exulem nequicquam venit. ibid. Conſtantinopolin reditus. 400. Hieroſolymam venit. 407. eius ictus heroicus. ibid. reditus domum. ibid. Conſolatur ab Eugenio. 408. cum Othone VVittelſpachio bellum gerit. fol. 411
Conradi Cæſaris mors. 412. vbi ſepultus ibid.
Conrezas 40
Conſecratio cœnobi Hirſaugienſis. 42. item Maulbrunnenſis 401
Conſiliarijs confidere ſolitus Ludouicus 15
Conſolatio Eugenij ad R. Conradum de infelici expeditione 408
Conſtantiæ celebratus Domini natalis à Cæſare 82
Conſtantia Sicula & Henrici R. nuptiæ 490. eius mors 530
Conſtantiæ Imp. captiuitas apud Tancredum 507
Conſtantienſes Epiſcopi. Salomon. 25. Carolus. 221. Arnolfus. 281. Vlricus 345
inter Conſtantienſem Epiſc. & Sangallenſem Abbatem bellum 550
Conſtantienſis templi ruina 107
Conſtantinopolis, Sybaris. 546. à Turcis expugnata. 565. eius deditio. 544. expugnatio 545. eam nequicquam R. Ruſſiæ obſedit 98
Conſtantinopolitani Legati 9
Conſtantinopolitani Patriarchæ ſcriptio Tubingam 486
Conſtantinus & Alexand. Imp. XXXV. Orientis 80
Conſtantini Imp. pater Romanus Lampertus 90
Conſtantinus & Baſilius Impp. Orient. XXXX. 143
Conſtantinus Orient. Imperat. XLI. fol. 188
Conſtantinus Monomachus. Orient. Imp. XLV. 203
Conſtantinus Ducas Orient. Imperat. XLVIII. 215
Conſtantinus Manaſſes 390
Conſtat 315
Contentio de Romano Imp. 148
Conſeloch 340
Conuerſi quot Bebenhuſij 498
Conuiuium Papæ & Imperat. Othonis. fol. 130
Copiarum Aſiam petentium, magnitudo 257
Corcyram & alia Rogerius Manueli eripit 408
Corean 540
Corona ferrea 166
Corona Othonis Mediolani. 130. item Romæ in Imperatores 130
Corpus inſepultum 312
Coruus albus 265
Corui Meinrodi. 57. corui cum prunis. 507. eorum pugna 233
Coſmographica tabula 15
Coſta ingens ſororis S. Othmari. folio 29
Cottiæ Alpes 57
Crafft 485

Craichgeia

Craichgoiæ Comes Ioannes 273
Crato S. Galli abbas 110
Cralochi & Victoris diſsidium. folio 122
Crema obſidio à Cæſareanis. 430. eius reparatio 490
Cremenſium condemnatio. 428 deditio. 439 b. eorum & Germanorum mutua ſæuitia 440
Cremonam Fridericus affligit 490
Cremonenſes. 420. eis priuilegium datum 442
Creſcentis de Imper. Romano conatus. 149. ſuſpenſus 160
Creſcens Moguntiæ Epiſc. 164
Creſpach 271
Creta inſula Saracenorum 68.145
Creutzlinga monaſt. 320
Crimina, in Iudithaw. 45. in Papam Ioannem 131
Criminationis inter Papam & Cæſarem 235
Criſac, dicta Irena 460
Crœſi R. filius Atys in venatione interemptus 180
Cruce ſignatus Imp. 493
Cruces in veſtibus 129
Cruciatæ prædicatio 395
Crucicula precioſa, reliquijs ſanctorum inſignis. 327. crucicula argentea cum reliquijs Sanctorum. ibidem
Crucifixi ſudatio 233
S. Crucis monaſt. Auguſtæ 515
Crucis ſignatio 286
S. Crucis vallis monaſt. 385. eius Abbatiſſa 386
Crudelitas Berchtoldi & Ecchingeri. folio 84
Crumus Bulgarus 9
Crux aurea 247
Cunaria 568
Cuniculus fruſtra in Alexandria obſidione factus 461
Cuno Achalm. Com. 211. eius collatio ad Zvvifaltenſe monaſt. 272. mors. 282 dies anniuerſarius 299
Cuntores 479
Cuppingen 320. 451
Cuppingenſis VVernherus 449
Curienſis Epiſcopi: Vdalricus. 310. VVito 320
Curienſis Epiſcopatus. 53. ei priuilegium ab Othone datum. folio 129. 138
Curius Romanus 357. eius filij 358
Curtis 270
Curvvalica lingua 352
S. Cyriacus 58
Cyclopus 168
Cyprus Guidoni R. exuli tradita 510

D.

Dachenhauſen 447
Dacia 72
Dagsberg 198
Damaſcus à Conrado & Ludouico R R. nequicquam obſidetur 407
Dandalus Henricus 545
Daniæ R. Godefridus. 5. item Hemmingus Godefridi filius 7
Daniæ Regum 414
Daniel Nariſcorum Abbas 442.b
Danorum ad Chriſtum conuerſio. folio 134
Deck 416
Deckenpfrůnd 43
Deckenſis comes 358
Decretum Gratianum 412
Decretales Pontificij 531
Dedicationis vtilitas 511
Deditio Berengarij Othoni Cæſari. folio 120
Defectio Principum ab Henrico R. folio 216
Degernfeldenſes Barones 479
Degernovva 35
Degernouuenſes nobiles 34
Deradingen 270.372
Dertonæ diſtinctio 442.b
Derdingen 369
Dettikouen 284
Deus ὁλόσφυρος, ὁλόσφυρος 473
Dextrarius 437
Diabolus Moguntiæ. 57. latuit ſub cappa presbyteri, dũ aqua luſtralis aſpergeretur ibid.
Diaboli pons 112
Diabolus incarnatus confeſſus 368
Dido Phœniſſa 66
Diemo Saltzburg. Abbas 242
Diemo Hirſaug. Monachus 387
Diepoldus Cæſaris in Italia Vicarius. folio 510
Diepoldiburgum 83
Dietberga coniunx Heliogobali 79
Dietburga 139
Dietfurtenſis Gela 370
Diethardus Hildesheim. Epiſ. 96
Diethardus Hirſaug. Scholæ Præceptor. folio 113
Dietmarus Hirſaug. Abbas. 94. eius mors 120
Dietmari militis cura ſalutis animæ. fol. 309
Dietrich von Bubenburg 283
Dietenhofen/villa Theodonis 40
Dillinga 39.98
Dillingenſis comes Adalbertus. 78. item Hartmannus 369
Diogenes Romanus Imperat. Orient. fol. 221
S. Dionyſius Ariopag. 209. eius libri. folio 34
S. Dionyſius Mediolan. Archiep. 43
Diploma Blabyrenſe. 289. dotatio huius monaſterij ibid.
Διορατικός Monachus; id eſt, præuiſor futurarum 34
Diſcipuli crudeles in præceptores 475
Diſcordia inter Ludouicum R. & Caluum Imp. 63
Diſcrimen Regis & Imp. Romani 3
Diſion 49
Diſsidium Eccleſiarum Orient. & Occid. 64. item, inter Fridericum & Berchtoldum. 253. inter Gebhardum Epiſcop. & Abbatem Vlricum. folio 265
Dietenbach 59
Diuiſio Regnorum inter filios Ludouici Imp. 48.63
Diuitaugienſis Abbas Rupertus. 229. eiuſdem priuilegium 554
Dobel, vicus 405
Docianus, Helenæ puellæ illuſtriſs præceptor 565
Dockenburg. Comitatus 112
Dockenburgum 358
Doctor S. Paginæ 279
Dominarum monaſt. Tiguri conditum. fol. 45
Domini de columba 223
Domini ſepulchri via 398
Donovverda condita. 92. eius arx. ibid. pons. 93 monaſterium. ibid. comitatus ibid. cœnobium. 304. abbates. ibid.
Dornhan 295.306
Dornſperga 448
Dornſtetten ibid.
Duces olim non hereditarij. 50. eorum cognomina familiarum 90
Duces Sueviæ aliquot 50.181
Duellum arx, Germanicè, Hohen-Wiel. 73. 127. 265. eius monaſterium Steinum tranſlatum. folio 127
Duellum, caſtrum 107
Dumbert, Hagherrn 18
Durckheim 370
Durenda, gladius 14

E.

Eberhardus comes VVirtemberg. 23
Eberhardus Palat. & Giſelbertus Lotharingus, Othoni aduerſarij. 105. eorum doloſus amicus. 106. interitus. fol. 107
Eberhardus comes Nellenburg 208
Eberhardus Strubenhartus 405
Eberhard. VVirtemberg 457

Eberſpachum 422
Eberſperg.81. 475. monaſt. 481
Eberhardus Bidembachius. Abbas Bebenhuſanus 500
Eberſteinum, caſtrum. 107. 404. 430. eius obſidio ab Otthone 108
Eberſteinia ſtirps 87
Eberſteinij comites, Spiræ in ludis baſticis. 109. eorum aduerſus obſidentes caſtrum, ſtrategema ibid.
Eberſteinius Comes Berchtoldus. folio 362
Eberſteiniorum procerum inſignia. folio 109
Ebingen 371
Ebracenſis Monaſt. priuilegium 409
Eccberti & Henrici fratrum proſcriptio 569
Eccardus Claudus Abbatiæ ineptus. folio 123
Eccardus comes Nellenburg. Abbas Augienſis 2,0
Eccardus Abbas Diuitaugienſis 253
Eccleſia ſemper aliqua manet 509
Eccleſiarum ac monaſteriorum reformatio. 25. Orient. & Occid. diſſidium. 61. plurium occupatio a Manaſſe. 96. corruptio. 205. reformatio ibid.
Eccleſia Conſtantinopoli Germanis ædificandæ petio 390
Eccleſia Maulbrunnenſis conſecratio. fol. 401
Echlingenſe monaſterium, & eius Abbates 347
Eckenweiler 401
Eclipſis ſolis. 5. 7. 66. 108. 177. 279. 282. 332. 354. 419. 507. 513. 554
Eclipſis Lunæ 409
Edelſtetenſe Gynaceum & eius Abbatiſſa 344
Edeſſa, Iconium, Tarſus capta 297
Edeſſæ, Meſopotamiæ calamitas 398
Edidæ Reginæ mors 115
Eduardus 35
Edungesheimenſis pugna 314
Egesheim 430
Egenhardi & Immæ mutuus amor. 15. 19. illorum audacia, citatur Imma. ibid.
Egino Curiæ Epiſ. 455
Egon Gœrningæ comes 385
Egra 410
S. Egvvardus 134
Eleemoſina Ludouici quotidiana 15
Ehinga ad Nicrum ſacellum & Gynaceum 76.184.448.485
Ehingenus Godeboldus 291
Ehingenſ nobiles 535
Ehingeri Patricij Vlmenſes 551
Eichenbrunna monaſterium, & eius Abbates 329
Einſidel, cella 93
Einſidelenſe cœnobium. 57.112. eius Abbates, ibid. Antiabbates 461
Elector I. Imperij 153
Electorum V II. inſtitutio 161.162
Electio Papæ Cæſari reſtituta 131
S. Eliſabetha Schœnaugienſis 450
Ellerbachenſes nobiles 149
Ellenhofen. Villa 382
Eltershoff 248
Elningen 372
Elvvang Cuno 550
Embrico, Herbipol. Epiſ. 390
Embricus Epiſ. Auguſtanus 216.231
Emerckingen 373
Emigratio Latinorum luctuoſa. folio 492
Emricho Beutelſpachenſis 90
Endo, vel Otho 71
Engelberga 63
Engſtingen 373
Enningen 283
Ens / Anaſſoburgium 78
Enitzeweÿ 248
Entzlinus 123
Epiſcopi Oecumenici, ſeu Vniuerſales duo 76
Epiſcopi tres excellentes, Conradus Cōſtant. Vlricus Auguſt. & VVolfgangus Ratisbon. 311
Epiſcopi officia. 211. adulterinum. 207. mors miſerabilis 216
Epiſcopi capti 242
Epiſcoporum & Abbatum conſtitutio Cæſaris 232
Epiſcopatus Aug. à quibuſdam infeliciter affectatus 266
Epitaphia priſca. 24. item Blabyræ. folio 290
Eporadia 75
Equeſtris honos 178
Equinarum carnium eſus 502
Equitis aurati creatio 487
Equites vagantes. 100. Galli & Germani quomodo armati 300
Erchinger & Berchtoldus Sueuiæ Duces 73
Erckemershuſa 21
Eremita Baradatus 423
Erfordia 218.449
Erhardus Cellius Profeſſor Tybing. fol. 321
Erina, quomodo dicta. 460. filia Regis Græcorum 517
Erlefridus 4
Erlafridus Comes Caluenſis. 42. eius obitus 43
Erlongus VVirceburg. Epiſc. 313
Ermenoldus 321
Erneſtus & Frideburga Regiſvvendis parentes Lauffæ. 37. eorum luctus ob interitum filiæ 38
Erneſtus Calatinus 455
Erneſti Adelhaida F. conflictatio cum vitrico Othone. 168. eius reditus Norimbergæ. ibid. in gratiam à Vitrico receptus ibid.
Erneſtus Sueuiæ Dux I X. 179. eius venatio infelix. 180 confeſſio morientis 181
Erneſtus II. Dux Sueuiæ. X. ibid.
Erneſtus, Conradus & Guelpho aduerſarij Conrado Cæſari, ſed fruſtra 187
Eſſelinga. 4.127.128. 474
Eſlingenſis Conradus. 367. Lupoldus. fol. 498
Eſtenſis Marchio Azzo vel Adalbertus. fol. 201
Etbico Comes Altorffenſis 30
Euangeliorum liber aureis literis ſcriptus, è Lutetia cum S. Dionyſio Ratubonam translatus 70
Eubœenſis Venator 69
Eudocia Imperatrix 219
Eugenij Epiſcop. conſolatio ad Conradum, de infelici expeditione. folio 408
Eunuchorum malitia 2
Exarchatus Rauenn. 436.b
Excitatio ad ſacrum bellum, & ardor hominum ad id. 286. principes expeditionis. 287. copiarum imp. Gottfridus Bilioneus ibid.
Excommunicatio Henrici Cæſ. à P. Gregorio VIII. repetita. 250. 260. eius modus, cauſa, origo 235. vii fol. 311
Execratio transgreſſorum teſtamenti, cœnobij Hirſaug. 218
Exfeſtucare 252
Exercitus 63
Expeditio in Saracenos 291
Expeditionis ſacræ apparatus magnus. fol. 493
Extremi diei aduentus. 53. inſtantia. fol. 212
Exundatio fluuij 398

F.

Fabarij Abbas, Ianno 813
Faduz caſtellum 358
Falckenſteinum caſtellum 190
Fames paſſim 211
Fames obſeſſa Hohenſtauffa 348
Fames & peſtis 172
Fames 279
Fames in Germania 53
Faſtrada 22

Fames

Faucenſe cœnobium Fieſſa 60
Fauentia 488
Feirabendij olim Gamundæ clari 317
Fœmina formoſa, eſca ſtultorum 4[illegible].
Feldkirch 358
Feldkirchius Albertus gener regis Hiſp. fit 360
Feldna 248
Ferfrido in Germaniam Roma migrauit 196
Fetzeri nobiles 329
Feudum 49
Ferracutus vires 40. virorum habens occiſus à Rholando 14
Ferracutus in ſolo vmbilico vulnerabilis fol. 14
Ferro candenti Richarda crimen adulterij diluit 68
Ferri ignitiportatio 134
Feſtorum ab Imperatore celebratio folio 205
Feſtorum Cæſarea celebratio 192
Feſtum omnium Sanctorum 47
Feuda 418
Fœminaeo ſexui cautum 100
Fœminarum honos apud Veteres Teutones 128
Fenning comitatus 326
Fichberga 21
S. Fidei fanum Seleſtadij 285
S. Fidei monaſterium 214
Filij Ludouici R. dolor 48
Filij Romani, Stephanus & Conſtātius ingrati in patrem 114. In eoſdem pœna ibid.
Filiorum Imp. Ludouici promotio ad ſummos honores 25
Filicouſgavv 59
Filtza fluuius 58
Filiarum honeſta fama ratio habenda fol. 19
Firſſenſis VVigoldus 219
Fieſſen Faucenſe cœnobium 60
Flamingorum & Brabantorum ortus 3
Flandriæ comitatus 66
Florina & Sueuo 300
Fluuij ad Halam tres 225
Fodrum, Futter 421
Fodrum 439. b.
Forchaim 52
Fortium & fidelium militum remuneratio 408
Formoſi Papæ cadauer 79
Formoſi Papæ corpus effoſſum 75
Fontanetum 49
Forum iulij 120
Francofurtum villa, & mœnibus cincta 8
Francorum potentia 2
Franconia Conrado Sueuo data 334
Franconiæ ducatus Epiſcopo Herbipolit. reſtitutus 352
Franconiæ ducatus Epiſ. VVirceburg. ab Imp confirmatur 454
Franconiæ ducatus datus Sueuo ab Hohenſtauffen 322
Franci & Angli RR. Orientalis expeditio 516
Francia Orientalis 2
Francia Gallicana, Germania fol. 2
Francia Teutonica 227
Franciæ Reg. diſcordia & tranſactio 57
Franciarum duarum ſeu Galatiæ, diuiſio 51
Fraude Lamberti Epiſcopi Burcardus excummunicatus occiditur 91
Fravvenalba principium 362
Fratrulaus Bohemiæ Dux 200
Freculphus Epiſcopus 51
Friberg 77
Frickens. comitatus 370
Friburg 470
Frideburga Erneſti vxor & mater Regiſvverdi Lauffer 37
Fridingenſis Catharina 135
Flaſconus mons 530
Franciſcani Monachi Vlmæ 511
Friburgum Briſgoiæ 220. 272
Friburgum Vchtlandiæ ibid.
Friburgum Briſgoiæ conditum 324
Fredbergen. nobiles 190
Frider. Imp. nuptiæ cum Beatrice Burgunda 425 natiinde filij ibid.
Frid. querela de ſuperbia Mediolanenſium 426. eius exercitus ad Vlmam 426 ſcribit iura Auguſtanæ vrbi 427
Frid. de Daſſele Archiepiſ. Coloniæ 427
Friderici reſponſum ad Sultanum 469
Friderici quinta tranſalpinatio 461. exagitat Alexandrum P. ibid. ipſius reditus domum 462. Sextum redit in Italiā. ibid. A. Mediolan. victus caſtra etiam amiſit 463. Ad Purificationem cum Papa incumbit 463. pax tandem facta ibid. ipſius & ſuorum ab Anathemate abſolutio ibid. oſculum pedum Papæ exhibuit ibid.
Frid. Barbaroſſæ Hiſtoria Venetijs picta & ſcripta 464
Fridericus oppida quædam euertit 419. Militum coniurationes vetat. ibid. coronatus Papiæ 420
Frid. reſponſum ad petitionem Romanorum 420. à Papa Hadriano coronatus 420. idem occupat Romæ Leoninam vrbem 420. Romanos compeſcit ibid.
Friderici Luſci mors 396
Friderici Barbaroſſæ cum Adelhaide coniugiū. 410. Cæſar 22. Occid. 414. eius προσωπογραφία. ibid. Aquiſgrani coronatus ibid. Traiectum profectus ibid. Martimpoling, ibid.
Friderici R. litera ad Mediolanenſes folio 415
Fridericus Geldrichus 303
Friderici Antiqui Stauff. mors 312
Friderici Barbaroſſæ Victoria pro R. Conrado 377
Fridericus edocet de Græcorum fraudibus Ludouicum Francum. 400. ipſius reditus domum 408
Frid. Imp. expeditio. 4. in Italiam 449
Frid. comitia Herbipol. 450. Roncalias & Laudem peruenit 450
Frid. graſſationes in Italia 451. Romam occupat & à Paſcha. e P. denuo coronatur 452. eius diſceſſus ex Roma ibid.
Frid. Ducis Rotenburgij, mors 452
Frid. Imp. diſceſſus, & coniuratorum incrementa 453
Frid. Imp. Papa Vrbanus ſeu Turbanus aduerſarius 489
Fridericus Cremonem affligit 490. cuius reditus domum ibid.
Friderici Imp. Comitia Noribergæ 492
Fr debrief. 492
Fridericus Sueui luſci ſtrenuitas 322
Friderici L. Imperat. matres 323
Frid. regionibus & opibus creſcit 454
Frid. Imp. filijs ſuis patrimonia diſtribuit illius filia 455. 454
Fridericus Abbas Hirſaug. 217
Friderici Sueui res geſtæ 253
Friderici Antiqui origo 255
Friderici R. legatio Conſtantinopolin fol. 413
Frid. prima in Italiam expeditio 418
Frid. ſeptimus in Italiam reditus 487
Friderici Luſci Sueui vxores 333
Fridericus Hohenſtauffenſis, R. Heinrici gener 252. Verba Heinrici ad ipſum. ibid.
Frid. II. perſecutio VVittelſpach. 570
Fridex. contra Othonē incrementa 574
Frid. conſiliarij 474
Frid. Dux Sueuiæ 250
Fridericus Riethemius 265
Frider. Stauffen. Dux & gener Henrici fuit 240
Frid. reſponſum ad Papam. 435. b.
Frid. reditus e Burgund. 436. pacificatio inter patruos. nulla die ſine linea. ibid.
Friderici Papiæ triumphus 439. b.
Friderici tertia tranſalpinatio 442. b.
Fridericus Burgundiam viſit 435
Frid. II. filius natus, Henricus 571
Frider. ſecunda expeditio Italica 426. b.
Frid. Genuenſibus pacem dedit 438
Friderici reditus in Germaniam 242
à Friderico Proceribus epulum datum Papiæ. 441. b.

Friderici nomen prohibitum 456
Friderici aduentus in Alem. 574
Fridericus, Baro Hohenſtauff. 214 257.
Fridingen 469
Friderici Barbaroſſæ natiuitas 328
Frigus ingens 26
Frigus inſolitum 434
Frigoris vis 395
Friſia 66
Friſia Traiectum 410
Fuga Adelhaidis 119
Fugitiui ex acie 108
Fulda 469
Frugalitas Epiſcopi Bamberg. Orbonis 325
Fumarium tributum 8
Funebres Ludi apud Homerum. 104. & apud Virgilium. ibid.
R. Fulconis Venantis interitus 390

G.

Gabriel Senftius 429
Galatia ſeu Franciarum duarum diuiſio 51
Galedin 371
S. Gallus Abbas 67
Galli & Germani equites quomodo armati 300
Gallias denuo coniuncta cum Germania 70
Gallia & Germania & deinceps & adhuc diſtractio 88
Gallia à Germanis auulſa 150
Gallia ſub Germanorum Rege. 443
Gallicana Francia fol. 2
Gallicum bellum 144
Gallina R. efferatio 265
Gamundiani nobiles 317
Gamundia 4. 207. 316. Templa eius 317. Monaſteria ibid. Opifices. 317
Gamundiæ damnatus & proſcriptus Heinricus Leo 462
Gammabiti gemma 247
Gamertingen Comitatus 373. Comes Vlricus 369
Gandersheimum Monaſterium 50
Garda caſtrum 119
Gardiani Palatini iniuriæ in Italos 442. b.
Gartha 314
Gaſſari Chronicon 523
Gaudioſa gladius 14
Gebhardus Conſtantienſis Epiſcopus 65
Gebhardus Epiſcopus Helffenſtein. 213
Gebhardus Epiſc. Ratisbon. 207. Eiuſdē cum VVelpho conſpiratio aduerſus Cæſarem 211
Gebhardus Longæus Auguſtæ presbyter 440.
S. Gebhardus exectus ex vtero matris 144
Gebhardus Auguſt. Epiſc. 157.
Gebhardus Caluëſis Comes 200
Gebhardus Conſtantienſis Epiſc. 257 eius & Vlrici Abbatis Sangallenſis diſſidium 265
Gebhardus Hirſaug. Abbas 276
Gebhardus Epiſcopus Spirenſis 310
Geldrichus Fridericus 303
Gemmingen 447
Gendrich. 357
Genuatibus poteſtas cudendæ monetæ à Conrado data 381
Gemmingenſes 136
Gerhardus Abbas 302. eius negligentia 307.
Gerlacus Abbas 379
Germania expurgatur latronibus 397
Germanis ædificandæ Eccleſia Conſtantinopoli petitio 390
Germaniæ bellum ciuile 322
Germaniæ pax 418
Germani & Galli equites quomodo armati 300
Germaniæ perturbatio 322
Germanorum nomina propria 488
Gerardus, Sangall. Abbas 158
Germania Francia 2
Germania tota 2
in Germania ciuile bellum, Papa cōſilijs 532
Germania & Gallia coniuncta 70
Germania ciuili bello à Pontifice repleta 236
Germaniæ exornatio 161
Germaniæ & Galliæ diſtractio 88
Germaniæ tres Reges 64
Germaniæ & Galliæ lingua 12
Germanica Lingua 98. Scriptio eius & vſus 13. 536
S. Germanus 62
Germani quidam Henrico fauent 238
Germani Imperium Occid. retinuerunt 82
Germanici regni incrementa Gallici imminutione 88
Germanorum Veterum nomina 245
Germanorum equitum plaga 437
Germanorum ad ſummos honores euectio 131
Germanorum Epiſcoporum reſcriptum pro dignitate Imperatoris ad Papam 436 Clades 78
Gennæ funeſtatio Saracenica 96
Genuenſium obedientia erga Imp. 442
Gerſtetten 335
Georg. VVidemannus 22
S. Georgij Cella 36
S. Georgij in Hercinia Sylua Monaſterij origo 34.
Georgius Ruxnerus 99
S. Georgij Vexillum 167
vere Georgius Chriſtus ibid.
Georgius piſcatoris, Abbas Zuifaltenſis 280
M. Georgij Hirzler. obitus 478
Georg. Frid. March. Baden 411
Georg. Neuarchus 40
Gertrudis, Poloniæ dominæ ambitio 395. huius ſuaſu impulſus Vladislaus ad infelix bellum contra fratres 396
Gertrudis & Henrici Bauari nuptiæ folio 389
Gertrudis Schvvalvvina 423
Gertrudis Cæſariſſæ ſepulchrum 455
Gradus X. Imperij Romani 163
Grauenhuſa pagus 314
Grammaus 36
Grammaticæ vtilitas. 436. b. Alexandri 474
Gremlich 386
Grangia quid 570
Graudo & Niues 212. 434
Granea Aqua 19
Gratiarum actio & laudatio poſt certamina facta 102
Gratitudo erga docentes 140
Graueſpurgum 7
Græca lingua 4. eius ſchola 13. ſcriptio. ibid. ignorantia 576
Græca Legatio ad Othonem 114. 118. Fridericum 426. VVirceburgi apud Imp. 435. Norinbergæ 493
Græca magnificentia 118
Græci legati feſtiuè illuſi 9
Græci duo Tybingæ 334
Græci victi 148
Græcarum fœminarum formoſitas 522
Græcorum haſtiludia 104. eorum perfidia in Imp. Othonem 135. in Græcorum faſtum Alemannorum dictum fol. 518
Græcia in Germania 106
Græcia Magna Græcis erepta 135. iterū amiſſa 147. Otho recuperare tentat ibid.
Græcus ſibi ſolus Imperatoris nomen vendicat 400
Gregorij noui Pont. exhortatio in Paleſtinam 492
Gregorius VII. Papa 232. prohibet coniugium ſacerdotibus ibid. Cæſaris legatos improbè tractat. 235. confirmat Rudolphū et ſocios 251. Cella eius fundatio in Reichenbach. 257. excommunicatio noua. 260. exhortatio in Paleſtinam 492
Gretzingen 373
Greningæ comitatus 90
Greningen. Comes VVernherus 277. Egen... 385
Grießwärtel 105

Grubin-

Grubingen 58
Grunebergenſis Baronatus 113
Grues Ibyci 58
Grues & Pigmæi 168
Grurin 371
Grumbach 409
Grüningen 127. 430. 431
Grundisheim 374
Gruppenbach 314. 431
Grynefurtum 231
Gryninga 416
Gryning 90
Gryphus 168
Gualterus Gallus. 530
Guazzus de Calro domina 219
Guazzus ait, per biennium poſſe dici Vacaſſe ſedem Apoſtolicam Pontifico, quo Papiſſa fuerit 54
Guelphorum genealogia, 27. origo. 29
Guelpho, Erneſtus & Conradus aduerſarij Conrado Cæſari, ſed fruſtrà 187
Guelpho Auguſtam expugnat & diripit. 188. eius pœnitentia. ibid. poſſeſſores & obitus 211
Guelphonem Henricus ſubegit 239
Guelpho. 371. Zuifaltenſis cœnobij aduocatus. 282. Hieroſolymam venit. 305. contra Conradum bellum gerit. 380. vincit Leopoldum Auſtrium 381. noua contra Cæſarem expeditio. folio 408
Guelpho. V I. 414
Guid. (Vitus.) Muſicus 189
Guid, Rex 71. captus 491
Guilh. Siciliæ R. 423
Gundelfing. 536
Guntherus Spirenſis Epiſ. 389
Gunzelenarum 564
Guſſenberg. nobilis 348
Gutta à Tryſa Abbat. in Lindaugenſ. 7
Guttelſtein 280
Guttingenſis comitatus 113
Gudoſa comitiſſa 353
Gylchingij 135
Gerochus Sacerdos 281
Gerolaſanus comes 284
Geroldus Sueuiæ Dux 14
Gerolerr R. 14
Gerunger Amberg. Abt vnder Bapſt Johannes der ein Weib war 54
Geßleri nobiles 127
Gibolini & VVolfi 382
Gibelina vel Bebelina gens 28
Gienga 393. 358
Gilberta. Papa VIII. Ioes. dicta 53
Giſela Regina 128
Giſele dua 179
Giſela Conrado nupta 181
Giſela Auguſta, Sangalli 189. eius mors folio 174
Giſelbertus Chunegundis frater interfectus 174
Giſelbertus Lotharingus & Eberhardus Palatin. Othoni aduerſarij 105. eorũ doloſus animus 106. interitus 107
Gilſtain 432
Gladius Imperij 166
Gladiatura præſtantes Saxones 234
Glires 221. earum expulſio 485
Glitzbergius comes pro Cæſare 234
Glyczyrriza 176
Gmyud. 536. 358
Godeboldus Elingerus 291
Godefridus Daniæ R. 5
Godefridus Caluenſis comes 27. 349
Godefridus de Rammingen 129
Godefridi profectio & Hugonis M. 292
Godeſcalcus Sacerdos 53
Godefridus. I. R. Hieroſolymæ 302
Godefridus Epiſc. VVirceburg. 479
Goslarienſis Adolocus 462
Geppinga 261
Gotefrid. Normanorum R. 67
Gotefrid. Euſtachij F. 237
Gotefridus Caluenſis Palat. 430
Gotfrid. Ramminger. 40
Gotfrid. de Rammingen. 94
Gotfrid. Biltoneus copiarum Imp. 287
Gotfridus Caluenſis 490. 278
Gothard. Kaltenberger Abbas Compidon. 44
Gottesaba 316
Gozzelonis in latrina interitus 237

H.

Habſpurg. Henricus 371
Habſpurg. Com. Marquardus 352
Habſpurg. comes Otho. 385
Hadamuta Abatiſſa 210
Hadriano Papa extincto Antipapæ duo folio 439. b.
Hadriani Papæ litera ad Frider. 435
Hadr. Papa VVilhel. Siculum in gratiã recipit 425
Heſingen 447
Hæretici num omnes, qui ſic proclamati 307
Hæreticorum Hieroſolymæ ſedes 492
Hering. Turing. oppidum 309
Hagenbuch 45
Haghern Dumi heri 18
Hagenoa 530
Hagenoæ arx 443. item, monaſterium folio 496
Hagenoa muro cincta 443
Haidenheim 62
Haidenheimius Baro 535
Haigerloch 384
Hailigebergens. comites 368
Hailigenbergens. comes Henricus 145
Hailpronna ciuitas muro cincta 260
Hailpronna nomen 261
Hailpronnæ in comitijs contentio orta inter duos comites 358
Hailsbrunna monaſterium. 353
Haimerdinga 191
Haimon Epiſcopus Conſtantienſis 179
Hala Saxoniæ 146
Hala Sueuorum 194
Halæ monaſterium Iacobi 224
Halæ ciuitatis origo, deſcriptio, Vicinæ arces, Salina, tres partes, vexillum, moneta, templum S. Michaëlis 226
Halberſtatenſis Eccleſiæ dedicatio. 154
Halenſis ciuitas 225
Halenſia quædam Sueuica 427
Halenſe templum S. Michaëlis 427
Halenſis mercatus 427
Halenſis templi vel monaſterij conſecratio 428
Halens. Reliquiæ 428
Halens. templum mutatum 428
Halens. templi primus lapis. 428
Halens. mercatus mutatio 428
Halfingen 499
Haliſatia pagus Alſatiæ 86
Halle Villa 149
Hanen Kamgoea 74
Hanno vel Anno Archiepiſcopus Imperij Vicarius 218
Hanno vel Anno Archiepiſ. Colon. 210
Hauto Andechſius comes 47
Hanſeatica ſocietas 479
Hardobertus Curiæ oppidi Epiſc. 122
Hardovvicus Epiſc. Auguſt. 453
Hartman. Curienſis Epiſc. 193
Hartmutus Abbas 62
Hartvvigus Hirſaug. Abbas 434
Hartvvicus, vel Vdo Epiſc. Magdeburgi, delectatus Vdo ludo 307
Haſenberg. comitatus 321
Haſenrietenum cœnobium 73
Haſtam ciuitate & arcem Fridericus diruit 439
Haſtiludia Græcorum 104
Haſtiludium primum Magdeburgi 101. ſecundum Rotenb. ad Tuber 110. tertium Conſtantiæ 136. IIII. Mersburgi Saxoniæ 136. V. Brunſuigæ 158. VI. Treueris 182. VII. Halæ Saxoniæ 701. VIII. Auguſtæ 255. IX. Gœttingæ 326. X. Tiguri 446. XI. Colon. 469. XII. Conſtantiæ 503. Noribergæ 627. XIII. VVormatiæ 567
Hatto Baſileæ Epiſc. 10
Hatto Abbas diuitis Augiæ 71
Hattonis fraus erga Albertum Babeberg. folio 81
Hattonis mors 82
Hatto Catenam in Henr. Aucupem fruſtra parauit 82
Hattonem Archiepiſcopum necant mures vt & alij quidam à muribus necati 137

Hauber-

Hauberttinga 4
Haußgenoſſen XII. 231
Ha**ʒ**iga Andlouienſis Abbatiſſa folio 453
Heben 46
Hedvviges duæ 127
Hedvvigis Græce docta 127
Hedovvigis Aleman. Dux 138
Hedovvigis 145
Hedovvigis Andlouiens. Abbatiſſa 469
Heerbrechtingenſe monaſterium 392
eius præpoſiti 393
Hegoia, vel Heben, vel Hennen 73
Hainbach 249
Heinricus Auceps Germanorum rex fit XI. 87. fuit modeſtus 88. ſcientiæ militaris præceptor. 89. moritur 97. eius progenies 97
Heinricus II. in quoſdam Germanos & Vngaros, hoſtes infideles expeditionem ſuſcipit. 99. Imperator fit. 172. Clemens fuit 173. Ratisbonæ agit, 174. in Italiam expeditionem ſuſcipit. 174. in German. redit. 175 in Italiam profectus victoriã ab Ardoino reportat 179. vnà cum Cunigunda coronatur Romæ 179. in Germaniam redit. 179. Baſilæã venit 182. In Italiam expeditionem iterum ſuſcipit, 184. moriturus Vxorem Chunigundam cognatis virginẽ reſtituit 184. cur Claudus dictus fuerit 185. Eius ſaluatio 185. eiuſdem ψυχαγωγία 186
Henricus III. Niger imperat occidentis fit XVII. 198. filius Dieboldi comitis Caluenſis. 198, expoſitus, conſeruatus, & à Duce Sueuiæ educatus 198. In aulam translatus 199. Vitæ Epiſtola accepta nihilominus conſeruatus, et gener Imperatores factus 199. Eius Vxores 199. Saltatio 202. nuptiæ 203. Moriones excluſi 203. eius & Vxoris Agnetis coronatio 204. eius filius Henricus IV. naſcitur 207. eius bellum in Vngaria. 208 eius mors & ſepultura 211.
Henric. IV. natus 207. puer adhuc Germanorum Rex fit 210. Imperator occid. XVIII. fit 212. matrem Agnetem habuit 212. equeſtri honore decoratus 218. Simoniæ deditus 223. de Saxonibus conqueritur 233. Saxones ad Vnſtrutum virtute Rudolphi Sueui vincit 233. & 234. Saxonibus & Sueuis aſſentiri cogitur, & ab omnibus fere deſeritur 236. In Burgund. proficiſcitur 237. Ex Italia Ratubon. redit 239. Guelph. ſubijcit 239. Cæſ. cultum reſumit 239. Berchtol. deiicit 239. Tubin & alia oppida capit 240. Frid. Stauffen. ducem & generum ſuum facit 240 ab Hellenbrando P. excommunicatur denuo 250. moriturus eo anno vanè à P. dicitur 250. P. Hiltebr. viciſſim exauctorat 251. contra Sueuiam & Tubing. proficiſcitur 252. Italiam cum exercitu intrat. 256. Rom. capit 259. Vrbis cum coniuge Bertha ab Antip. Clemente coronatur 259. Venetias ingreditur 260. Auguſtã recipit 260. Secundam Vxor. ducit 267. Ab Vrbano P. excõmunicatur 267. In Italiam propterea cum exercitu proficiſcitur 267. Hirſaug. aduerſatur 269. cladem accipit 269. Conrad. filium rebellẽ habet 282. in Germaniam redit 296. à Paſch. Papa excommunicatur 307. eius laudes 312. ſepultura. 318
Heinr. V. naſcitur 257. Rex à P. creatur 301. contra patrem inſurgit ἀποστας 311. Imp. fit occid. 313. in Ital. armatus proficiſcitur 316 Romæ coronatur 318. nuptias celebrat 320. bellum cum Saxon. gerit 321. Ital. repetit 322. Paparum ludibriũ fuit 323. excommunicatus in Germaniã redit 325. moritur 338
Heinr. VI. naſcitur 416. puer adhuc Germanorum R. fit. 455. Mediolani coronatur 487. Philip. Col. Archiepiſ. aduerſatur. 487. nuptias cum Conſtantia Sicula celebrat 490. quid in Ital. geſſerit 491, eius ex Italia reditus: Vicarius vt eſſet Imperij. 464. Imp. occid. creatur 505. quale Fulogium, & ſymbolum item corpus habuerit 505. in Ital. proficiſcitur, & fœdus contra Tancredum Siculum facit 507. cum Vxo. ſua conſecratur 507. ob graſſantẽ in exercitu peſtilẽtiam damnum accipit 507. in Germ. redit 507. in Ital. cũ copijs redit 514. R. Siciliæ fit 515. Siculos qui contra eum conſpirauerant ſupplicio afficit, 516. Irenem fratri Philip. deſpondet. 516. ordinata Ital. in Germ. redit 516. eius poſtulatio ab Iſaacio 518. eius mors. 524. fuit Venator & auceps. 529. eius obit⁹, προσωπογραφία 529.
Heinr. R. Frid. ſecundi F. naſcitur 571
Heinrici aliarij R. interitus 265. Pſeudo Heinricus quidam 377. eius aureum Vehiculum 66
Heinricus Kentz 36
Heinricus Othonis frater 107
Heinrici Bauari res geſtæ 115. & obitus 125. & 333. nuptiæ cũ Gertrudi 389
Heinrici Kempterij factum audax & fortunatũ in conuiuio Papiæ 130. eius Virtus, Imp. Cæſari probata 131.
Heinr. Gaiſenhuſanus Augſt. Epiſc. 141
Heinricus III. Sueuiæ Dux octauus 174
Heinr. comes Heilingenberg. 145
Heinricus Dux XII. Alemanniæ 196
Heinricus II. Auguſtæ Epiſc. 205
Heinricus Curienſis Epiſc. 212
Heinrici Rotenburg. comites merita in monaſteria duo 246
Heinr. Tubing. palatinus 273. & 405
Heinr. Superbus contra Frid. & Conr. Sueuos 339. nuptias cum Lotharij filia celebrat 340. fraudem in Frider. excogitat 340. aduocatus Zuifalt. monaſt. conſtituitur 371. proſcribitur & attenuatur 376. moritur 380
Heinr. R. Angliæ Epiſt. ad Frid. 435.
Heinr. Leo. 27. & 418. & 471. naſcitur 360. ab Imp. deficit, 461. Dux Saxon. 389. Sueuiam appetit 395. damnatur & proſcribitur 402. Bauaria per Othonem VVittelſp. Saxonia vero per Bernhard. Anhalt priuatur 462. Hieroſoly. proficiſcitur 458. 459. Heracliam venit 459. à Soldano honoratur. Conſtantinopolin, & inde Brunſuicum in patriã redit. 459. eius Vxor & filij 442
Heinr. Archiepiſ. ab Arnoldo eijcitur, à Card. ad tribunal Chriſti prouocat 424
S. Helena 358
Helffenſtain arx 535
Helffenſtein 46. & 358
Helffenſteinius Gebhardus Epiſc. 213. comes Vlricus 28
S. Helizena, & eius ſomnium 48
S. Helizena ædificat Eccleſiam 41
S. Helizena moritur Tubingæ 411
Helmſtätt oppid. 321
Helmſtätt 533
Heluetij Sueui 28
Heluetiæ pagi. 4. 377
Heluetica Alemanniæ duces 66
Heluetiorum conuerſio ad Chriſtũ 71
Heluetiorũ Chriſtianæ fidei cõfeſſio 572
Heluetica Germania 127
Heluetiicorũ ac Sueuorũ præſtantia 167
Hemma Tubingens. comitiſſa 429
Hemma Regina πάθος 63
Hetzelij patricij Auguſtani 256
Herbipoli comitia Frider. 450
Herbipolens. Epiſc. Embrico 390
Herbrechtingen 373
Heresber. cæſarũ numero nobilitata 82
Herineck 386
Herlingen 374
Herman. Aedituus 54. Alemanniæ Dux XI. 95. Sueuorũ Dux 107. Alemanniæ Dux. VII. 160. Aleman. Dux. XI. 190. Sueuiæ & Alſatiæ Dux. 170. Hohenloens. comes 193. Auguſt. Epiſc. 293. Conſtant. Epiſc. 379. Kiberg. C. 466

Hermannus Contractus 200
Herm.Contr. Linguarum peritus 200
Herm.contracto optio data 200
Herm. contracti mors 210
Herm. Sueui Ducis exercitus 99
item Victoria de hoſtib. 100
Herm.& Vdo Sueuorum duces pro Cæſare contra Eberhadum Palat.& Giſelbertum Loth. 106
Herm.Sueuus contra Henricum R. 173
Herm. Sueui animus ad pacem inclinans 173
Herm.Sueuus Cæſari reconciliatus 173
Herm.caſ.Henr. Cæſar oppoſitus Alliarius Rex nuncupatus 257
Hermanni palatini mors 425
Hennenberg 194
Heroldus Epiſc.Saliſburg. & Conradus gener Othonis excitant Vngaros in Germanos 123
Heroldi pœna 123
Herrenalbenſes Abbates 406
Herrenalbenſ.Monachorũ diploma 466
Herrenberg 358
Herrenberga & Tubinga arces 169
Herrenried 73
Herrvvard Auguſtanus 509
Heſenthal 248
Heſſikeim 431
Heſſo 34
Hetruria ducatus in feudum à Lothario datur Heinrico Bauaro 366
Hettenſtein 386
Heudorff 136
Hevven 358
Hezelo,& eius deuotio,item ipſius vxor Bertha 34
Hezzelinus Epiſc. Onoltzbach 157
Hibernia 408. & 458
Hieronymi Megiſſeri Epiſt. 574
Hieron.VVolfius 572
Hieroſolyma R.Balduin 325.Fulco 353. V.Balduinus. III.390.IX.Vitus 489
Hieroſolym. regis interitus 531
Hieroſolym. templi inſtauratio 192 Saracenica expiatio 492
Hieroſolym. peregrinatio 97.& 217
Hieroſolym.expeditio noua 350
Hieroſolym.peſtis 305
Hieroſolym.obſeſſa 302.expugnata 302. amiſſa 492. à Turcis capta. 178. AEgyptiorum facta 178
Hildesheim.Epiſcopatus 18
Hildesh.Epiſ.Hermannus 440.b.
Hiltebrandi Mengingeri exitium 231
Hiltebrandus Papa offert ſe cognoſcẽdæ cauſæ vtriusq; Anticæſaris 243
Hellenbrandi Papæ interitus 260
Hiltegardis 214
Hiltegardis Sueuica Dux. 285
S.Hiltegardis 498
S. Hiltegardis Hirſaugia & Zuifalta fol. 440
S.Hiltegardis litera 441
S.Hiltegard. in Archiepiſcopum Henricum 415
S.Hilegardis ſepulchrum 115
Hiltrudis matris Hermanni Contracti obitus & Epitaphium 208
Himmo Abbas Sangall. 148
Hirnheim 77
Hirſaugienſ.Abbas.Reginobodo 67. Cõradus. 151. & 496. Gebhardus 276. VVilhelmus. 221.& 222.Volmarus 328.Frider. 217
Hirſaug. Abbatis Gerhardi negligentia fol. 307
Hirſaugienſ.Abbatis Dietmari mors folio 12
Hirſaug.Abbatis & cõuentus diſcordiæ folio 441
Hirſaug.Abbatiæ vacatio 151
Hirſaug. Abbatum catalogus 44
Hirſaug.priores Viri clari 267
Hirſaug. diſſidium 511
Hirſaugienſ. monaſterij ædificatio 42. peſtilẽtia 150.deuaſtatio 171.inſtauratio 213.noui Monachi 217. abſolutio.257. & 273. Vet.fundatio 275. nou.fundatio 275. & 276. nomen 276.tertia ædificatio. 244. & 257. ex Zuifaltenſi monaſterio plantatio 269.priuilegia confirmata 287
Hirſaugienſ.Eccleſia noua ædificata abſoluta,& à comite libertati reſtituta 227
Hirſaugienſis Eccleſiæ priuilegia 227. & 228
Hirſaug.monachi ex Fuldenſi cœnobio plantati 24
Hiſpanica expeditio Ludouici R. 5
Hiſtoricorum diſſenſio 74
Hiſtoriarum vtilitas 439
Hiſtrionum & ludionum expulſio folio 493
Hitzler 363
Hizzo palatinus 192
Hochberga à Hohenberga differentia folio 422
Hochberg. ditio data Marchioni Veronenſi 366
Hocberg. Marchiones & Hochberg.comites 384
Hochbergenſium origo 422
Hœchingen 372
Hœchſtein 87
Hœlenſtein Baronatus 93
Hof Tiguri Palatium R. 46
Hofa 279
Hohenberg 434.493
Hohenburgens. 22
Hohenbergens. comes Henricus 341
Hohenbergenſ.com. Rudolphus 359
Hohenburg.Alſatiæ 518
Hoheneck 447
Hohenfels 46
Hohenfelderi Auſtrij 426
Hohenklingen 45
Hohenlohæ pagi plauſtrarij 195
Hohenloenſes domini 195
Hohenloens.comes Hermannus 193
Hohenrechbergenſes 448
Hohenſtat 58
Hohenſtaufa arx 103
Hohenſtauffen 476
Hohenſtaufæ ſitus 253
Hohenſtaufenſes Heroës 32
Hohenſtaufenſium inſignia 103
Hohenſtauffenſes 167
Hohenſtauffenſium exaltatio 252
Hohenſtauffenſ.Frider. 183. Alber. 527
Hohenſtauff Barones Henricus 200.Fridericus 214. & alij 203
Hohenſtauffæ obſeſſæ fames 341
Hohenſtein 248
Hohentanna 358
Hohenvvart 26
Hohenvviel. Duellũ vel Tuela 73. & 84
Hoigerus Mansfeldenſis 100. 329
Holnſtain.nobil. 369
Homo,id eſt,ligius 342
Homines pro bobus aratorib. 242
Horba 359.& 117
Horbeltshofen 480
Horningenſ. Vlricus 323
Hornſtein 386
Horologium 5
Horreum Treuirenſe 411
Hoſpitaliorum ordo 310
Hoſtis fugienti pontes auro ſternendi 87
Houevvilenſis Bern 332
Huba 270
HugoR.Italiæ Saracenos in Alpibus collocat 108
Hugo Tubing.Palat. 213.& 27
Hugo 3.Tubing.Palat. 411
Hugo Tubing.comes 432
Hugon.Tub.Palat.VVelſ.offendit 444
Hugo Capetus 97
Hugo Capetus Galliæ R. 150
Hugo Magnus 107
Hugonis M.& Godfr.profectio 292
Hugo de Tugin 445
Hugonis & VVelphonis bellum folio 445
Hugo Bohemica auxilia euocat VVelphoni ſe iuſſu Cæſaris tradit folio 444
Hugobaldus comes Kyburg & Sillingenſis, eiuſque Vxor Dietberga folio 79
Hugobaldus poëta 63
Hui Hui 89

Huiſ.

Hulſſtein 327
Humfredus Mompeldargenſis 205
Humilitas Monachorum 150
Hundirſingen 371
Hunnenburgicæ arcis deſtructio 21
Hunnenburgum 20
Humbertus Epiſcopus VVirtzburg folio 38
Hutginus ſpiritus malus 353
Hüivven 369
Hydriæ ſimilis Italia 461
Hyems aſperrima 33.184. frigidiſ. 237. gelida. 314. 333. calida 490

I.

D. Iacobus Compoſtellanus 14
D. Iacobi cœnobium 469
Iactantia vana D. Burcardi 95
in Ianuario tonitrua 403
Ibyci grues 37
Ichterhuſa Turingiæ 532
Iconium, Tarſus, Edeſſa capta 297
Iconij Sultanus 468
Ictus Conradi Regis heroicus 407
Ida Sueua Ludolfo Saxoni nupta 107
Idolum Reutlingæ 318
Ieiunium ante prælium Conradi & Othonis 124
Ieſingen 371
Ietenbruck 372
Jgelsloch 430
Ignis Vorago 277
Ignis humidus 98
Ilſungi 470
Imago Ludouici pij 50
Imagines ſanctorum 78
Immenhauſen 270
Imperare multis difficile 5
Imperatoris & regis Rom. diſcrimen 3
Imperatoris maieſtas 395
Imperator etiam eſt, quem Papa non conſecrauit 162
Imperatoris titulus Papæ proprius 63
Imperatoris & Papæ iuramenta item ipſorum conuiuia 130
Imperator Auguſta cum Papa 207
Imperatorum Orientis & Occidentis pax mutua 34
Imp. cũ Frid. filijs Adelber. 493. eius & patris Orientalis expeditio & quãtis copijs. 496. traiectio in Aſiam. 497. victoria apud Philomeleum. 501. eius mors. ſepultura. 502. laudes. 103. corpus. ibid. de ipſo Græcum teſtimonium, ibid. ipſius Symbolum. folio 504
Imperatores Græci 547
Imp. Fridericus II. ex Conſtantia Auguſta naſcitur. 520
Imperio & oculis priuatur Irenes 520
Imperium à Deo 435 b.
Imperium Occidentis reuiuiſcit 1
Imperium Rom. ad Germanos translatum 2. & 161
Imperium Rom. eſſe in dominatu Papæ, quod Germani negant. 435
de Imperio Romano contentio.
Imperij ruentis Signum. 564
Imperij honor vindicandus 437
Imperij inſigna 390
Imperij Rom membra reliqua 162 item gradus 164. inſignia, corona, ſceptrum, pomum, ſolium, lancea 166
Inanis gloriæ dominatio. 79
Indelingen 35
Induciæ inter Imperatorem ac ciuitates folio 461
Inferorum pœna 70
Infula Abbati data 280. 301
Infulatus Abbas 146
Inger Ruſſiæ rex nequicquam Conſtantinopolin obſidet. 98
Ingersheim 194
Ingrisheim 43
Innocentiæ demonſtrandæ modi 183
Innocentius. III Papa 530
Innocentius Papa aduerſus Philippo 531 cur Philippo infeſtus 538
Innocentij III. Papæ mina 556
Innocentius Papa Suenos oderat. 375. Henricum ſuperbum & fratrẽ eius Guelphonem contra Conradum incitat. 375
Inſignia imperij Græci, 12. Sueuici ducatus 86. 214. Comitatus Veringenſis 86 Procerum Eberſteiniorum 109. Comitum à Taub. 223. Comitum de Calro 201. Hohenſtauffenſium 103 S. Vlrici. 139. monaſterij Lorchenſis. 375. Bohemia 488
Inter Reges priſcorum Romanorum 161
Inueſtitura Eccl. 232
Inueſtitura Eccl. cauſa contentio 313
Inueſtituram Eccl. Papa obtinet. 313 & 329
Inundatio in Alemannos 398
Ioachimi Abbatis prædictio de expeditione Conradi R. 397
Joannes Bäpſtin 53. & 54. & Ioannes Comnenus imperat. Orientalis 324
Ioannes Comes VVirtemberg. fidelis in ambiendo alteram ſponſam 379.
Ioannes de temporibus 396
Ioannis imperatoris Græci reſponſum ad Conradum R. 390
Ioan. de LintZingen 403
Ioannis Papæ defectio ad Berengarium, ob quam vnà cum Berengario obſidetur ab Othone 131. crimina adulterium & exitium 132
Ioannes Parſimonius Abbes Hirſaug. 40
Ioannes Zimiſces Orient. imperator XXXIX. 137
Ioppe 327
Ioppe deſtructio. 330
Irene, quale Vocabulum 460
Irenes Græcæ natiuitas. 459. pater Iſaacius Angelus Comnenus 459
Irene perita plurium linguarum 565
Irene Magdeburgi 531
Irenæ Græcæ filia Beatrix 29
Irenes filiæ 4. filioli 2. 563
Irenes filiarum deſponſatio 558
Irenæ imperatricis Orientalis legatio ad Carolum Imperat. 2
Irenæ relegatio & mors 2
Irene Auguſta obijt Hohenſtauffæ 559. & 560. ſepulta eſt Lorchæ 560. 562
Irenes literæ Adelbergenſes. 561. mortis dies 561. ſepultura 562. ſalus animæ 562. curſus Vitæ 562. Epitaphia. 562. & Epitaphij eius compoſitio muſica 563
S. Irenia 411
Irmingardæ Imperatricis obitus 25
Irmingardis Imp. 56
Irmegardis Imp. Regi Rudolpho inimica 94
Iſaacius Comnenus imperat. 47. Orient. 213
Iſaacius Irenæ pater 459
Iſaaccij & Irenæ mutuæ literæ earumq; inanis inueſtigatio 334
Iſaaccius Angelus Imp. Orient. LVII. folio 489
Iſengrinus Abbas Ottenbyræ, & eius geſta 394. 419.
Iſnia Algoiæ Villa. 201
Iſna oppid. 491. & 221
Iſnenſis monaſterij fundatio & Abbates 296. item monachi veneno extincti 296
Italia ſimilis Hydriæ 461
Italia libertatem capeſſit 67
Italiæ regnum renouatum 71
Italiæ libertas 71
Italiæ inteſtina bella 455
Italiæ ordinatio per Frider. 438. & 488
Itali & Alemanni monomachia 437
Italorum claſſes in Paleſtinam, 296. conſpiratio contra Frider. 451. renouata conſpiratio contra Fridericum 460. conſpiratio repetita 462. erga Fridericum æquitas 482
Itting. cœnobium 342
Iudithæ Ludouici Imperat. altera Vxor 26. eius probra & crimina. 39. 45. purgatio. 34. cura pro filio Carol. 47 calliditas, 48. mors & laus, 52
Iuditha Barbaroſſæ mater. 27. eius habitus 30

Iudicium

Iudicum iniuſtorum pœna 211
Iulij forum 120
Iuota Abatiſſa Lindaugienſis 6
Iura mons 57. & 378
Iuriſconſulti Bononiæ 438
Iuris ſtudium ab Othone inſtitutū 107
Iuramenti ritus 8
Iuramenti papalis ſolutio 63
Iuramenta Papæ & Imperatoris 130
Iuramentum per Othonis barbam 120
Iuſiurandum per ſanctas reliquias 203
Iuſiurandum 482
Iuſtingenſis Baro 553
Iuſtificatio & precatio 448

K.

Kachbachenſis παρθενὼν 314
Kalmuntz, nobilis 258
Kalb Saxoniæ vicus 178.187.194.349. 416. 554
Kalbenbergerus Abbas 25.44
Kaltenthal 431.447
Keyſerſtul 564
Kelhaim 411
Kemmat arx 455
Kemnatius Marquartus 455
Kemmeling, arx 358
Kemptenſis, vicus & arx 31
Keyſersreut. 316
Kiechetinus 348
Kilberga, Vicus 207.371
Kirchberga 317.429
Kirchbergenſes Barones 190
Kirchbergenſes Comites 301.352
Kircheimenſis παρθενὼν 150
Klingenſis Baro. 536
Knitlingen 432
Kochen/ fluuius 223
Kochengotenſes comites 225
Kochengouius comitatus 33
Kochenſtat 249
Kœpfinga 31
Krafftius 485
Kramburg 45
Krenchingen 504
S. Kunigundis 26
Kyburgenſis & Dilling. Com. Hung. 79
Kynigſberg 497
Kynigſwert ibid.
Kynſecij, Barones 29
Kyrie eleiſon 89

L.

Ladislaus Bohemiæ D. reſtitutus 388
Laonina vrbs 58
Laſcheri 207
Laodicenſium hoſpitalitas 501
Laici, teſtes & Clerici traditionis cœnobij VVeiſſenſteigenſis 59
Lamberti cædes 75
Lamberti Epiſ. fraude circumuentus Burccardus occiditur 95
Lambertus Conſtantienſis Epiſ. 157
Lamersheimum 401
Lancea Imperij 166. item Rodolph. 243
Landauum. 90
Landgrauius 411.440
S. Landolus 65
Landſpergenſes 477
Langenavv, pagus 334
Lapis ex aëre 121
Larua 14
Latinæ linguæ ſcriptio 13
Latinorum emigratio luctuoſa. 492. eorum aduerſus Conſtantinop. bellum 544. Imp. Latinorum catalogus 548
Latrocinia vetita nobilitati. 101. per Germaniam latrocinia 331
Latronibus expurgatur Germania 397
Lauda, ciuitas noua 437.b
Laudenſium duorum Crucigerorū conqueſtio ad R. Frid. de ſuperbo Mediolanenſium dominatu 415
Laudes Henrici 312
Lauffa 21. Auguſta Nicri appellata 37. 194. 328
Lauffenſe cœnobium 157
Lauffenſes Comites 389
Laurea Rudolfi Italiæ Regis 93
Laurentius Friſaus 21
Lechbugemynd combuſtum 355
Lechbisgemynd. Comites 354. illorum genealogia 355
Legati Græci feſtinè illuſi 9. quomodo ſe Carolus Imp. erga illos geſſit ibid.
Legatio Græca Noriberga 493
Leges nobilitatis, equeſtri concurſu certantis 100.101
Legis concio 523
Leiningen 471
Leiningen. Emericus Epiſc. Herbip. 352
Leidingen 370
Lentzburg. Comitatus 321
Lentzburg. Comitis filia 371
Leo Armenius Imp. Orient. XIX. 12
Leo Orient. Imp. XXXIIII. 67. πορφυρογέννητος. ibid. eius vigilantia. 80. explorat vigilum diligentiam. ibid. capitur & probè pulſatur. ibid. Vigiles examinat. ibid. Exitus examinis ibid.
Leo IX. Papa Sueuus 206. eius hoſpitatio apud Adalbertum Caluenſem. ibid. orat Adalbertum, vt Monaſt. Hirſaug. reſtituat. ibid. eius res gemors 216
Leo Heinricus. 471. eius mulcta. 513
Leo Armeniæ R. 530
Leopoldus Caluenſis 255
Leopoldi Auſtriaci liberi 365. à Guelphone victus 381
Leopoldi D. Bauariæ obitus 383
Leopoldus Moguntinenſ. Archiep. 356
Leoſtein 349
Leoſtein. Adelbertus 332
Leonſtein. Comitatus 189
Lepus fugiens 74
Leſcheim 248
Lewenſtein 430
Liberi, id eſt, Barones 479.504
S. Liberius Epiſ. 56
Liberorum Caroli educatio 15
Libri à Sanctimonialibus deſcripti 25
Lichtenavvius, nobilis Conradus 337
Lichteneck 214
Lichteneccij nobiles 135
Lichtenſtain nobilis 348
Lignorum extenſio fabuloſa 152
Limbertus Bodmena eques 75
Limites Caroli & Nicephori 3
Lincegoia 85
Lindavv 473.448
Lindaugienſe Gynaceum. 6. templum ibid. Abbatiſſarum Lindaug. Catalogus 7
Lindeuiti interitus 33
Lindoua olim non in lacu ſita 359
Lindovvenſes libertatem emerant 359
Lingua Germaniæ & Galliæ 12. Germanica 90. Alemannica 61
Linguarum ſtudia 71
Lintzgoia Comitatus 72
Linſingen 403
Litera ſagitta in arcem coniectæ Adelhaidæ ab Ottone 120. Friderici ad Mediolanenſes 415. à conſulibus pedibus conculcantur ibid. falſa 425. Manuelis Græci ad Frid. Imp. 468
Litzhaimenſe cœnobium 93
Lobenfelden, cœnobium 36
Lobetrugavv 59
Locus Eptaticus 523
Locuſtarum exercitus 63
Lodenburgicus Baronatus 128
Longæuitas Othonis 406
Lorcha, vicus & monaſterium 143
Lorchenſis arx in monaſteriū conuerſa. 307. eius inſignia & diploma de fundatione 308. Abbates ibid. priuilegia 363.380.416. reliquiæ 363. ei molendinum datum. 511
Lorichingen 373
Lotharingia 51
Lotharingorum ὕβρις in Monacham quandam, in eosq́; Philippi R. acerrima vindicatio 538
Lotharius, Pij filius 33
Lotharius & Pipinus filij Ludou. Imp. contra Lud. & Iudithum 39. patrē Compendium ducit, & imperio priuat 45
Lotharij Imp. (diuiſis inter tres filios Regnis) obitus 56. pugna Spirituum de eius anima ibid.

Lotharius Cæſar Occid. 338. Romæ coronatus 341. ei ſe opponunt Fridericus & Conradus Sueui 339. rurſus reconciliantur 342. eius clades à Boëmis 345. expeditio 2. in Italiam 336. eius inter redeundum ex Italia mors 374

Lotharius Imp. Occid. Aquiſgranũ occupat 48 eius clades horrenda 49

Lucenſium priuilegiũ VVelfonicũ 456

Lucerna monaſt. fundatio 49

S. Lucij Rhæticum cœnobium 387

Ludi equeſtres à Cæſare Henrico inſtituti 100. Ludi Græcia quatuor 103. funebres apud Homerum & Virgilium 104. Aurigantiũ apud Romanos ib. Neronis: vtiles: Olympij Haſtici Spiræ 109. eorum Præfecti XII. 111. eorum nota ibid.

Ludionum & hiſtrionum expulſio 493

Ludolfo Saxoni Ida nupta 507

Ludouicus Imp. Occid. LI. 15. eius eleemoſyna quotidiana ib. confidit conſiliarijs. amat matrem eius cum Papa & Græco Imp amicitia. ibi. ipſius & Irmengardæ coronatio à Papa 18. collocutio cum VValtherico Eremita 20. filiorum promotio ad honores 25. altera coniunx Iuditha 26. imago 30. eius defenſio contra filios 39. turbarum ſedatio 40. cum vxore à filijs captus 45 in imperiũ reſtituuntur 47 filij dolor 48. Ludouici Imp. obitus ibid.

Ludouicus II. Occid. Imp IV. 56. Venetijs honoratus ib. ipſe & filius Ericho cœnobio VVyſenſteigenſi loca tradunt. 58

Ludouicus III. Balb. Occid. Imp. VI. 65

Ludouici III. mors. liberi eius ibid.

Ludouici Bauariæ R. mors 66. cum Berengarius execrat 77

Ludouicus IV. Roman. R. Cæſar IX. Carolinæ ſtirpis finis 76. eius obitus 81

Ludouicus Gallum R. Cæſari aduerſarius 106 Othoni affinitate iungitur 108. in Thraciam deſcendit 399

Ludouicum Francum Frid. edocet de Græcorum fraudibus 400. Antiochiam Lud. venit & Hieroſ. cum Conrado 407. Damaſcus nequicquã ab illis obſedetur ibid. in Franciam reuertitur 410

Ludouicus Landgrauius Turingiæ 411

Ludouicus Phyretanus Comes 469

Ludouicus de Helfenſtein 502

Lugenfeld 44

Luikircha 357

Luikirchenſes 358

Luitbrandus Conſtant. profectus 117

Luitbertus Abbas I. Hirſaug. 47

Luitfridus oleum camino infundit 83

Luitfridus Sueuiæ D. III. 115

Luitgardus vxor Ludouici II. 56. Venetijs honoratur ibid.

Luitgardis vxor Ludouici Bauariæ Regis 66. eius mors 67. innocentia duello probata 118

Luitgardis comitiſſa 303

Luitbardus Cancellarius 68

Luitholfus 96

Luitholfi filij & Conradi generi aduerſus Otthonem bellum 121. à patre Ratisbonæ obſeſſus ib. eius deditio ib. ingratum Berengarium domat 126. mors & inſignia eius 127

Luitholphus S. Galli Abbas, nequicquã deſignatus 240. in locum eius Vlricus ibid.

Luitoldi collatio bonorum ad Monaſt. Zuifaltenſe 270 donatio prædij 284 fratres ib. morbus & mors 298. Anniuerſarius dies 299

Luna affectio 181

Lupfenſes comites 89

Luphin 294

Lupoldi Hirſaugenſis Ab. laus 148

Lupoldus Eſlingen. 498

Luichnavv 271. 498

Luſtrum 72

Luterus, incisum fuit olim hoc nomen Carinthia in templo cuidam ſimulacro figura Monachi prædito 504

Lutra Cæſareum palatium 435

Lybaca vrbs 479

Lycates 28

Lyneburgicus Ducatus 129

Lyſtelſteinius Conradus 414

M.

MAchtolfus 29

Mæander 400

Magdeburgũ 416. eius amplificatio 108

Magdeburg. Archiepiſ. 414

Magdeburg. Schola 538

Magenheim 470

Manigoldus Vering. Comes 283

Magnetum montes 168

S. Magni canonizatio 61

Magnificentia Græca 118

Magorum trium corpora 441. b

Maiſickij nobiles 133

Malsheim 432

Manaſſes Epiſ. ambitioſus occupat plures Eccleſias 96

Manaſſes Conſtantinus 390

Magana 439. b

Manigoldus 154

Manigoldus Hirſaug. Abbas 474

Manßmünſter 50

Manſus 270

Mansfeldenſis Hegier, egregius bellator cadit 321

Manuelis Græci & Berthæ coniugiũ 389. Imp. 390 fœdus eius, contra Rogeriũ Siculũ cum R. Conr. renouatũ 391 ad hunc Conradi R. litteræ ib. nuptiæ ib. metus de ſuo imperio. 398. malignitas in Latinos 399. cauſa illius perfidiæ ibi. ei Rogerius Corcirã & alia eripit 408. hunc Bertha ſua conſeruat 439. b. orientẽ cũ occidente libenter coniunxiſſet. ib. eius honores erga Hen. Leonẽ. 458. clades Saracenica 468. Epiſtola ad Frid. Imp. ibi. mors 473. cuculla ibid.

Manus reſtituta, miraculum 97

Marchio Burgouienſis. 148. 149

Marchionum Badenſium origo 366

Marchiones Italiæ 437

Marcus Henningus 125

Mareſcalcus 167

Margarita 3.6

Maria Imp. combuſta 160

Maria Hiſpana vxor. Imp Othonis ſcortatio & exitiũ 170. calumnia eius in comitem generoſum ibid.

S. Mariæ cœnobiũ in Valle Venuſta 310

Maria Manaſia Hiſpana fraudes 450. Papa ab illa deceptus ibid dicta etiam fuit Irena 460

Marocci R. Africæ filia 473

Marquartus Kemnatius 455

Marquardus Regel. 496

Marquardus Anvviler. 516. eius bellum in Italia 553

Martalenſis cœnobij per Hugonem Tybingenſem Palat. inſtauratio 456. filius eius Rudolfus ibi. Præpoſiti huius cœnobij ibid.

Martel Parthenonis abrogatio 456

S Martini leuatio 56

Marttorffum 153 384

Martorffenſis Mareſcalcus 338

Mathildis 27. Papæ amica 232 eius & Gregorij Papæ Conuſium aduentus 238. Guelphoni nupta 267

Matzingen 45 432

Matth. Chorſangius Aug. concion. 216

Maulbrunnenſis cœnobij fundatio 402 conſecratio Eccleſiæ ibi eius Ab. 403

Mauri in Corſica & eorum clades 12

S. Mauricij Templum Auguſtæ 177

Mauricianum Auguſtæ collegium 182

Maurſtetten 178

Maurſteten. comites 351

Maximil. I. Cæſar 304

Mechtildis 87

Mechtildis Meervvoltina 267

Mediolani magnitudo 437. b. eius obſidio. eiusq; deditio. ib. obſeſſio 440 excisio 441. inſtauratio 451. eius prætextus de præfectorum iniurijs 451. amplificatio 450

Mediolanenſes & Cremenſes cum Laudenſibus & Comenſib. prælio decertant. 435. irrequieti contra Frider. 428. Hoſtes Imperij iudicati ipſorũq; præparatio 439. inſidiæ in Frid. præcipitatione & veneno. ibid. clades. 439. victoria. perfidia ibid. deditio. 441. præfectura. 442. apparat⁹ 443
Mediolanenſium comitum origo 490
Megniberus Epiſc. Treuir. 345
Megiſeri duo pater & filius. 333
S. Menizradi vita & mors. 57. Eiuſdẽ corui. ibid
Melchingen 369
Meliſſenda Regina 353
Meliſſenda Sponſa à Manuele Imp. decepta 440
Melitena Armeniæ capta 501
Melitenſes milites 511
Mẽminga. 27 29. 44. 341. 358. 567. 479
Memmingæ Hoſpitale 178
Membingen 567
Menſa Caroli M. 3. Argẽteæ vna aurea 8
Mercatura nobilitati interdicta 101
Merklingen. 19
Merdinga 408
Merita operum humanorum 508
Merſpurg 358
Meteora 461
Meſopotamia amiſſa 394
Miſingen 432
Metzingen 283. 370
Miracula vincendi cauſa ficta 307. S Bernhardi 395. ficta ibid.
Michaël Balbus Imp. Orient. XXX. 33
Micha. Calaphates Orient. Imp. XLIIII. folio 200
Michaël Paphlago Imp. XLIII. Oriẽt. 192
Michaël Porphyrogen. Imp. Orient. XXXII. 50
Michaël Rancabas Imp. Oriẽt. XXVIII. 9. Imp. pius Imperio ceſſit 12
Michaël Stratioticus Imp. XLVI. Or. 211
Michelſtat 19
Michaël ducas Parapinacius Imp. L. Orient. 230
Michaël Pſellus 230
Miecislaus Poloniæ R. Chriſtian. I. 132
Michelfeld Monaſterium 325
Milites auro & ſerico ornati ſtulticia 64
Milites Teutonici exorti 511
Melitenſes. 511. Templarij. ibid
Militum caſus. 366. fortium & fidelium remuneratio 408. vulneratorũ cura habenda 511 Alemannorum mores in Syria 525. ſacrorum inſignia 511
Militaris cohortatio 408
Miraculoſa altera quadam Sanctimonialis 450
Miraculum manus reſtitutio 97
Miſſa per defuncto 175
Miſſi viſitatores Monaſt. dicti 25
Mochenthala 280
Modoëtia 166. eius reſtitutio 437. b.
Mogenheim 361
Magni nomen 13
Moguntiæ nomen. 19. Diabolus ibi fuit. 57. Synodus Imp. Henr. contra Papã Hiltenbrandum 260. Antiſynodus Quedleburgi ibid. cõuentus Imperatorius. 321. archiepiſ. Alberti perfidia & fuga 323. concilium 352. comitia 487
Moguntini Lanij 436
Moguntinæ vrbis propter Arnoldi Archiepiſ. cædem calamitates 442
Moneta Halenſium 226. Vlmenſiũ 271. VVirtembergenſ. 564
Monetæ pratia creſcunt 564
Monhaimia Baroniſſa Anna 470
Monhaimi artifices 74
Monhaim. Cœnobium ſeu Gynecæũ 73
Moniales malè cincta, Chori dom. 144
Mons S. Nazarij 41
Monſtrantia 511
Monſtroſus partus 481
Monomachia 49
Monomachi inter Italũ & Aleman. 437
Monomachiæ à Papa prohibita 380
Montafortenſes comites 20. 368. 370
Mora neces 172
Morani 61
Morlinus Martinus 23
Morſtein 248
Mortua bis fœmina 344
Mortuæ mulieris locutio 181
Mulier doctiſſimã Ioan. Papa 154
Mulierum ſolatium iocoſum 97
Mulierum nequitia 456
Mulierum genera decem 460
Mulierum VVeiſpergen. amor erga viros ſuos 382
Münchingen 432
Munckhaim Abbas vulneratus 248
Mundelheim 442
Mundus nauis 545
Mompelgardum 57. necquicquàm obſeſſum 204. Humfridus. 205. comes non procul ab Haganoa fundat cœnobia duo 313. comitatus 190. 200. comites. 326. Amedeus. 440 Hanzon 511
Monachus malus 497
Monachi docti 21
Monachi ἀγγελέβιοι 172
Monachi quales milites 298
Monachi ex Fuldenſi cœnobio Hirſaug. plantati 42. eorum numerus 222
Monachi hodie Tubing. 222
Monachorum auaritia 229. arma 372. ſemper fuit præcipuus aduocatus, R. & Dominus, S. Nummus. 372
Monachorum Acus 504
Monacho Rhoten. monaſt. fundatio 343
Monacum oppidum 27
Monaſterij Hirſaug. Conſecratio. 42. ſeptemq; ex eo fundatio 222
Monaſterium Scheurenſe 313
Monaſteria Caroli M. 15
Monaſteria pro Aſylis 268
Monaſteriorum calamitates 23
Monaſteriorum & Eccleſiarum reformatio 25
Monaſteriorum viſitatio 137
Munera Perſica ad Carolum 5. itẽ Imp. Græco oblata 118. eorum vis 219
Mura fluuius 20
Mures necant Hattonem Archiepiſ. 136. ab ijs alij etiam necati 137. à S. Vlrico pulſi 137
Muri cœnobium 320
Muri ciuitatum 377
Murharti tutela 21
Murhartum & alia cella 22
Murrhartenſis Monaſterij principiũ 20
Murhartenſis cœnobij fortuna 23. Eiuſdem ædificia 24
Murhartenſ. Monaſterio priuilegium à Cæſare datur 188.
Murhartenſes Abbates 22
Murzulphus Imp. 544
Murzuph. Latinis inſiſtere conatus 546
Murzulphi exitium. 547. tyrãnus ibid.
Muſcarum exercitus 277
Muſica 177. organica. 67. nuptialis. 524
Muterhoſen. 515. eius præpoſiti. ibid.
Mylhuſa 532
Mynſingen 370

N,

Nagoltha fl. 227
Nantuates 377
Natalis Domini à Cæſare Conſtantiæ celebratus 82
Naualis pugnatio & Othonis captiuitas 465
Nauarræi Regni in Hiſpan. origo 130
S. Nazarij mons & ibi Eccleſia 41
Nazarij duo 41
Neapolis fruſtrà obſeſſa 507
Neapolim, ciuitates Siciliæ. Sybillam Tancredi viduam cum liberis, & Irenen Græcam capit 515
Neapolitani Regni ſemen 191
Neckergerv 58
Neidingum, vicus vbi Carolus Craſſus interfectus dicitur 70
Neidlingen 39
Neiffenſes Barones 178. 351. 458 eorum Genealogia 440. b.
Nattenburgenſes comites 288. 234
Nellingen. 370
Nellingshaim 372
Neinetzi 256

Neoburgenſe Gynaceum 210
Neresheimenſe Monaſterium 93
Neresheimenſis monaſterij fundatio 290. Abbates eius ibid.
Nerhartes Circhung. 35
Neronis Ludi 104
Neuſtria 51
Neuenburg. monaſterium 348. 406
Neuſtedium 22
Nicæa obſeſſa 297. deditio eius ibid.
Nicephorus Orientis Imp. XXVII. 3
Nicephori impietas 8
Nicephori Caluaria poculum facta 9
Nicephori obitus 8. 9
Nicephorus II. Phocas, Orientalis Imp. XXXVIII. 132
Niceph. Botoniates LI. Orient. Imp, 243
Nicetas hiſtoricus 324
Nicolaus Stephanus Macedo. 663
Nicri vel Neccari deſcriptio 415
Nigra ſylua 277
Nippenburg. 447
Niues & grando 213. 434
Nobiles ex vrbe Roma in Germaniam tranſplantati 218
Nobiles in Germania mali 18
Nobiles graſſatores extirpati 231
Nobiles & principes de monaſterio Bebenhuſano benemeriti 499
Nobiliũ prædonũ arces à Caſ. exuſtæ 210 migratio Halã 225. mutuũ receptionis ſtatutum 248
Nobilitatis Germanicæ origo 13. 81
Nobilitas in ſchola Monaſtica educata 29. eius origo 91. hæc nõ offendenda 81. eius equeſtri concurſu certantiũ, leges 100. Nobilitati vetita Latrocinia. eidẽ interdicta mercatura 101
Nocturnæ vagationes Conſta. vetitæ 80
Notgerus Sueuus Epiſ. Leodinenſis 138
Nomen Friderici prohibitum 456
Nomina ꝑpria virorũ 58. aduerſariorũ Hen. 236. German. 245. 488. hominũ & locorũ à Græ. & Lat. corrupta 557
Nomina Reginarum mutari ſolita 193
Nomiſmata Cæſarẽ Germanicorũ 523
Noradini de Petelino victoria 407
Modenbertus Curienſis Epiſcopus 244
Nordlinga 72. 75
Nordlinga, ſub Ratisbona 180
Noriberga. ſub Bamberga 180. eam filius Henrici capit 312. Imperio reſtituta 380. eius inſtauratio 383. eius Templa & porta ibid. eius origo & Nomen, & quando Chriſtum amplexa 384. S. Aegidij Monaſterium, & ibi ferti Monachi 388. eius Schola & Abbates. ibid. Conradus R. 388. ibidem religio mutata ibid. olim ad Sueuos ꝑtinuit 339. Loth. dedita 350
Norinbergen. Arx 312
Noribergenſium Virtus 339
Norinbergenſe prandium 528
Norinbergenſ. honores ab Hen. Aug. 529
Noricorum dux VVelpho 350
Northertus S. Gall. Abbas 200. eius abbatis exequiæ ibid.
Nortgoia 383
Northuſæ conuentus Epiſcoporum 311
Nortmanni piratæ 51
Nortmanni Franciam deuaſtant 66. Eorum Dux Sigifridus baptizatus ibid. Horum motus 67
Nortmanni 98. in Italia 159. Græcorũ incurſionibus oppoſiti 184. Italiæ moleſti 210. creſcunt in Italia 214. Sicilienſes extincti 519
Nortmannorum Rex Gotefridus 67. eorum clades 72. eorũ ſæuitia 72. incrementa 196
Notæ præfectorum Ludorum 111
Notgerus 67
Notha puella, Græcis nõ contempta 113
Nothaffti nobiles 549
Nothardus Sueuiæ Dux 49
Nothiſelites 536
Notingus Epiſcopus Conſtantienſis 86
Notingus Epiſ. filius Erlafridi 42
Noua vrbs 177
Noui homines qui dicti 101
Nouiſsimi diei inſtantia 217
Numiſmata vetera 564. noua ibid.
Nunnenhof. 225
Nuncius rei triſtis 252
Nuptiæ Cæſ. Henrici 203. Moriones ab eis excluſ. ibid.
Nuptiæ inter Hein. Bau. et Gertrud. 389
Nuptiæ Frid. Imp. cum Beatrice 425
Nup. Heinr. R. cũ Conſtantia Sicula 490
Nurtinga 298
Nusbaumum ibid.
Nuſpilingen 370
Nutrix Regis VVendis 38. Eius pœnitentia & exitium ibid.
Nuitlandia 378
Nuinburg. 445
Nyrtingen 370

O.

OBerndorff 499
Oberſtenfäld 356
Obliuio ſenilis 370
Obotriti 95
Obſidio Terdonæ 419. Mediolan. 435
Occidentis Imperiũ reuiuiſcit. 1. eius affectatores, Carolinis extinctis, ſed Germani id retinuerunt 82
Occonis vita 523
Ochſenhuſenſe monaſt. 386. eius Abbatum catalogus 387
Ocolneſvvanc. 35
Oecumenici duo Epiſ. ſeu vniuerſales 76
Oelſchwang 303
Oeninga 193. eius collegiata Eccleſia litera 193
Oeningenſis comitatus 183
Oenobura vicus 340
Oetinga 195
Oetingen. Comes Eberhartus 352
Offonis cella 455
Offterdinga 369
ὁλόσφυρος, ὁλόσφαιρος Deus. 473
Olympij ludi 104
Omnium animarũ feſti inſtitutio 155
Omnium Sanctorum feſtum 47
Oppida monaſterijs accreſcentia 50
Oppida circa Schondorffum 142
Ordinatio Italiæ per Fridericum 418
Organica Muſica 67
Orientalis Francia 2
Oringen, villa 194
Origonia 195
Orontes fl. 407
Os porci 51
Osdachus Hildesheim Epiſ. 158
Oſsium nudatio carniũ excoctione 452
Oſtenta in cœlo 233. 302
Oſtheim 370
Oſtheimij 135
Oſtvvila 21
Otaker coronatur 528
Otfridus Monachus 13
S. Othmari canonizatio 60
Otho IV. Imp. 27
Otho vel Endo 78
Otho Magnus Occid. Imp. XII. 105. eius vxor ibid. preces ad Deum. victoria contra hoſtes 106. aduerſarius Lud. Gallus R. ib. gratiarũ actio ad Deum pro victoria 107. obſidio caſtri Eberſtein. 108. eius Straminei pilei exercitus contra Gallũ Hugonem 116. Obſeſſæ Adelhaidi ſuccurrit 120. ei Adelhaidis nupta ib. quod Luithulfo diſplicet ib. punit ſtupratorẽ 120. per eius barbam iuramentum ib. obſidet Luitholfum Ratisbonæ 121 huius deditio ib. eius generi Conradi exitus 122. acies & prælij principium 124. cohortatio ad milites ib. in hoſtes irruptio ibi. præda in vſus ſacros conuerſa 124. ſuſpenſio captiuorum Regum 124. interfecti ex partib. Othonis 125. contra Berengariũ & Adelbergũ in Italiã à Papa vocatur 129. eius comitia VVormatiæ ib. eius ſecunda in Italiam profectio ibid. ſucceſſus & Mediolani coronatio 130. Otho & vxor Adelhaidis Romæ Imperatores coronantur 130. obſidet Ioannem Papam & Berengarium 131. eius tertia tranſalpinatio, vt olim loquebantur. 134. apud Sangallenſes 136. eius obitus 139

Otho

Otho Alemanniæ D. VI ibid.
Othonis II. natiuitas. 126. Imp. Occid. XIII. 140. in Italiam profectus. 146. eius coniugium Romæ cruentũ. ibid. Græciã Magnã recuperare conantis clades. 147. ab hoſtibus captus, ſed elapſus. 147. Græcè ſciens. ibid. Saracenorum peſtis. Mors eius. ibid. eius liberi ibid.
Otho III. Imp. Occid. XIV. 148. Bohemiã ſubijcit. 150. eius italica contra Creſcentem profectio. 157. vtranq; coronam adeptus. ibid. Venetis amic. 161. eius Italiam reditus. 169. Sepultura eius. 170. cum vidua accuſat. 170. cui ſatisfactum 171
Otho. II. Sueuiæ Dux XIII. 203
Otho III. Sueuiæ Dux XIV. 205
Otho Pomeranorum Apoſtolus 209
Otho Dux Bauariæ 215
Otho cum Saxonib. contra R. Henr. 231
Otho Conſtantienſis Epiſc. 229
Otho ex parte Sueuorum 234
Otho Hohenſtauff. Epiſc. Argent. 260
Otho comes Habſpurgen. 285
Otho Friſingenſis. 361. eius mors. 439. b.
Otho ſenior dominus de Eberſtain. 404. eius longæuitas. 406
Othonis VVittelſpachij & Conradi Regis bellum. 411. eius maleficia. 555. proſcriptus. 566 eius genus. 570
Otho Epiſ. Conſtantienſis. 449
Otho Briſaco expulſus. 474. eius mors ibid.
Otho Anticaſ. Aquiſgranum capit 532. ad Moſellam victus 534
Otho frater Philip. moritur Biſuntij 535
Othonis irrita expeditio. 538
Otho ſolus Romanus R. quando 566
Otho Beatricem irenæ filiam ducit. 568. prædonum vindex. 569. in Italiam profectus 569. Romæ coronatus. ibid. propter rapacitatem excommunicatus à Papa. 569. Philippicidæ cædes per Henricum Calatinum. 569. trucidatur. ibid.
Otho Friderico Siciliam conatur adimere 573
Othomanæ cædes plures. 570
Ottenbyra Abbas Iſengrinus 394
Ottenvvald, ſylua. 194
Ottocarus Bohemiæ R. ad Otthonem à Philip. deficit. 538
Ortilini Denarij. 139
Ovva. 220. 294. 416
Oxonienſis Academia 74

P.

Pagi ſignificatio. 377. Heluetiæ. ibid. Pagus Alemannicus. ibid. Verbigenus. 378. Auenticenſis. ibid.
S. Paginæ Doctor. 279
Palæologus legatus, miſſus ad Fridericum 421
Palatium Abbatis Sangall. 49
Palatini Rheni. 27
Palatini Tubing. 139
Palatinus Conrad. 471
Paleſridus. 437
Palantis cadauer. 204
Panhormus. 517. eius occupatio. 518. deſcriptio. 520
Panhormitana Eccleſia. 573
Pannoniæ deuaſtatio. 33
Pantaleonis cella. 26. 87. 119. in præpoſituram mutata ibid. VVingartenſi monaſterio ſubdita. 359
Papa Romanus quando eligitur. 55. eius ordinatio Cæſari ſubiecta. 37. electio Cæſari reſtituta. 131
Papa & Cæſar VVormaciæ 210
Papæ Leonis mores. ibid. hoſpitatio apud Adalbertum Caluenſem. 206
Papa Ioan adulterium & exitium. 112. eius defectio ad Berengarium. 131
Papa & Imp. iuramenta. 130. ipſorum conuiuia. ibid.
Papæ Benedicti in Germaniam profectio. 182
Papa nouus Gregorius VII. 232
Papa accuſator & iudex 238. Epiſc. Italicis id improbantibus. ibid.
Papam Rogerius capit, & Rex vtriuſq; Siciliæ ab eo conſtituitur. 359
Papæ exhortatio ad nouam expeditionem in Syriam. 394
Papæ cum Romanis pacificatio. ibid.
Papæ dominium in imp. 435. b. inter Papam & Imp reconciliatio. 436. b. diſſident iterum. 438. b. eius ſuperbia in Imp. ibid. iniquitas. 531. eiuſdem minæ in Philip. ibid.
Papalis iuramenti ſolutio. 61
Papæ vnidecreto derogare imperatoris authoritati. 219
Papæ conuiuium ſolenne 130. capitolium inacceſſum. 161. incendium 175.
Papienſis querela de Mediolanen. 415
Pappenhaimij Calatini. 471
Paradiſus ſanum. 359
Parelij. 435
Pares Franciæ pro Maioratu domus 2
Paris monaſt. 403
Parricidij pœna. 63. 358
Parſimonius Abbas Hirſaug. 40
Partus monſtroſus. 481
Parua contemnuntur. 384
Paſchalis priuilegium. 319
Paſchalis contra Imp. 321
Paſchalis III. Antipapa. 443. confirmatur VVirceburgi. 456. eius mors 454
Patauij libertas. 266.
Patauienſib. priuil. à Frid. datũ 440. b.
Patauienſis Academia. 504
Patauienſis Epiſc. Conradus. 439. b.
Patriarcha Conſtantinop. ſcriptio Tubingam. 486
Patriarchæ exilium. 346
Patriciorum origo. 89
Patrimonium Petri, Siciliæ. 380
S. Paulina. 313
Paulus Conſtant. Phrygio. 135
Pauperum commendatio ab Henr. 203.
Pax inter Irenam & Carolum M. 2 inter Carolum & Niceph. 3 Imp. Orientis & Occidentis. 34. 37. 75. in toto imperio. 192. 203 inter Cæſarem & Saxones caſtellis dirutis. 233. Cæſarem & Papam. 329
Pax Dei. 260
Pax Germaniæ 418
Pacis conſtitutio inter Imperatores. 19. etiam vbiq; 492
Peilſtein. 427
Pellex VValdrada 59
Pepones. 176
Petra. 544
Peregrinatio Hieroſolymitana. 97. 217. ad ſepulchrum Chriſti. 168
Perfidia Adelgiſi in Imp. 62
Periurij pœna. 60
Permutatio bonorum Bebenhuſenſium & Spirenſium. 494
Peronis teſſara. 297
Perſarum Regis dona ad Carolũ Imp. 3
Peſtis pecorum. 7
Peſtis 175. Hirſaug. 150. item 267. 279. Hieroſolyma. 305. 452.
Petabinus 399
Petra Eccleſia. 436. b.
S. Petri piſcatio. 63. 434
S. Petri vexillum 205
S. Petri monaſterium fundatum. 277. eius priuilegium. ibid. Abbates. 278
S. Petri patrimonium. 321. 380
Petrus Eremita. Hieroſolymitanus peregrinator 286 292
Petrus Lombardus 412
Petrus Plantzius 546
Petershuſa 439. b.
Petershuſium. 144. 145. eius Abbates. ibid.
Pfirtenſ. Comitatus 326
Pfortzheim. 432
Pfullendorf. 358
Pfullendorf. comes 313
Pfullingen. 278
Pfullingenſis & Achalmen. comitatus. 144. Phantaſma equitũ apud VVormatiam 331
Pharus à φέρω 30
Philadelphi inhumanitas in Germ. 301
Philippus Barbaroſſæ F. 352
Philippi Auguſti Franci natiuitas 443

Philip. Auguſtus Gall.R. 473
Philippus dux Sueuiæ 469. eius Natiuitas 454. educatio 488
Philippi Colon. Archiepiſcopi & Henrici R. ſimultas 487
Philippus Henrici frater in Italia relictus, à Pontifice excommunicatus 531. ei Sueuia tradita ibid. Eius amor erga Irenē. 527. eius nuptiæ 522
Philippi Ducis reditus in Germaniā 530
Philippi & Irenæ coronatio, Moguntiæ 535. Regis electio. 532. in eum Papæ minæ 532. Bellū in Alſatia. 533. adiutores ibid. Aquiſgranum occupat ibid. ei Otho eripit ib. eius hoſtes ibid. fruſtra Brunſuigam obſidet 535 ab Innocentio Papa excommunicatur 537. Coloniam ſibi ſubdit 538. excōmunicati fautores 538. ap. eū Græcus princeps 544. Coloniam fruſtrà obſidet 549. Irena denuò Aquis coronati ab Archiep. Colonien. Adolpho ib. eius abſolutio ab excōmunicatione 553. inter eū & Othonē cognatio ib. De eius cæde 554. ab Othone facta eiusq. cædis cauſa ibid. Philippi excuſatio 555. eius laudes. ibi. cur eum Oth. VVitt. occiderit 556. occiſus in arce Aldenburgi. Imp. vocatur. ib. De eius interfectione 557. cæde Epiphonema 556. carmen de eius cæde ibid. [illegible] 558. Quomodo bona ſua ſuſtinēdi belli cauſa diſtraxerit ibid. eius Apophtegma. 559. eius ſepultura Spiræ ibid. Epitaphia ibid.
Philippi Apoſtoli & alia reliquiæ 78
Philippolis 497
φιλοσόφων ὕπατος 230
Phiretani ſiue Pfirtenſes 4
Phyretanus C. Ludouicus 469
Pictura Monach. & Sacerd. vetus 293
Pigmæi & Grues 168
Pilogrinus Epiſcopus Patauienſis 144
Pinus tres in vno caudice 41
Pipinus Caroli Fil. Rex Italiæ 3
Pipini R. mors 7
Pipinus & Lotharius filij Imp. Lud. contra Lud. & Iuditham 39
Placentiæ deditio 442
Placentinorum condemnatio 438
Plaritare 11
Plenarium 327
Pleonungethal 58
Pliemngen 371
Plieningia familia nobilis 501
Plinthem 485
Pludentum 85
Pluuia ſanguinea 63
Plurimus annus, vnde peſtilentia 33
Poculum ex Caluaria 9
Pœnæ inferorū ſi vera Domine 70
Poëſis ſuperiorum ſeculorum 168. monaſtica 486
Poloniæ Rex I. Chriſtian. Mieieslaus 133
Poloniæ D. Regem ſe facit 237
Polonica Salome 373
Polonicum Cæſaris bellum 408. Friderici 434
Pomum Imperij 166
Pomeranorum Apoſt. Otho. 209
Pons Diaboli 112. Rheni 41. Ratisbonenſis. 32
Pontificis Leonis aduerſarij 210
Poppo Comes Lauffenſis 389
Portenta 233
Poſtillarum lectiones 5
Porensheimium 177
Poteſtates Imp. 442
Practica & Theorica vita 49
Præda in vſus ſacros conuerſa ab Othone 124
Prædatricum arcum deſtructio 349
Prædonum & Magorum pœna 372
Pragallia 457
Prælium inter Othonem, Conradum & Lutholphum per duos Epiſcopos impeditur 121. item Anticæſarianū ad Fladcheimum 243. ante Antiochiam 300. eius deditio ibid.
Præmonſtrat. Cœnobia ἀνδρόγυνα 352
Præmonſtraten. Monachorū ortus 297. ordo 328. vtriusq. ſexus 343
Præpoſiti minoris Augiæ 153. itē VVettenhuſani 149
Præſagia morituri Caroli 11
Præſtigiæ Sedechiæ Iudæi 65
Pragenſis Epiſ. Meginhardus 369
Prandium Noribergenſe 328. numerus ferculorum ibid.
Praxedis vxor ab Henrico fugit 282
Principes & nobiles de Bebenhuſano monaſterio benemeriti. 499
Principia imperiorum feruent 67
Principiorum vis 384
Principum defectio ab Henrico R. 236. eorum pacificatio de Bauaria 426
Priuilegia VValtherichi 21. Curienſis Epiſcopatus 129. 138. Hirſaugienſis monaſterij 226. 287. Italicarum ciuitatum 442. b. Venetorum 463
Proceres VVirtembergici primi 4. vnde. 90
Prodigia 291. 395
Proditoru pœna 14
[illegible] 206
Ptolomais capta 510
Puella media ad menſes X. 34
Pugillatus ludus 104
Pugna in templo obſeſsionum 216
Purgatorium 362
Purpura Imperij 166
Pyreneus mons 341

Q.

Quedlinburgi conuentus vtriusque Othonis 138
Quercus comitium 3. Rotenburg. 224
Querela R. Henrici de Saxonibus 233. item Friderici de Medioalanenſium ſuperbia 426

R.

Rabanus Maurus Abbas Fuld. 37. 53
Racemburg. Eccleſia 436
Radiantia fluuius 176
Radopertus 67
Radrach pincerna 358
Ramſana vallis 142
Ramſana amnis ibid.
Rattenbach 31
Rammisberg. comitatus 370
Ramſchvvagienſes proceres 72
Rapolſtein 196
Rapoto comes 252
Rapperſvvilenſis comitatus 112. 127
Raſtat 429
Ratisbonæ incrementa 72
Ratisbonæ conflagatio 121. hic Luitholfus à patre obſeſſus ibid. eius deditio. ibid. in comitijs tumultus exortus. 359. Bauariæ Ducatus ſedes 380. conuentus ibi habitus 422. comitia 436.
Ratisbonenſis pons 72
Raueſpurgi opp. deſcriptio 303. 420. 358. 370. 372
Rebdorff, pagus 415
Rebdorffum cœnobium 427
Rechberg. 255. 567
Rechbergenſis Mareſcal. Vlricus 448, Rechbergenſes. Barones, eorūq. ditio 506. Nobiles ibid.
Recken 144
Regalis Eccleſia 29
Regel Marquardus 496
Reginobaldus Spirenſis Epiſ. III. 102
Reichenbach 258
Reineck 358
Reginopodo Abbas Hirſaug. 67
Regis & Imp. Romani diſcrimen 3
Regis Rom. inaugurandi ritus 105. 166.
Regis Italiæ Bernh. ſorores improbæ 39
Regis vvindu F. Erdeſti ex Bauaria & Fridebergæ, ipſius nutrix 38. eius interitus. ib. templum conditum. ibid.
Regnorum diuiſio inter filios Ludouici Imp. 48. 63. inter victores partitio 64, traditio & abdicatio 414.
Regum Franciæ diſcordia & tranſactio 57. eorum ab Othone capitiuorum ſuſpenſio 124
Reliquiæ S. Aurelij & earum incluſio 42. item Sanctorū reliquiæ in Monaſterio Lorch. 364. earū vſus 327
Remchingen 442

Remſſeck

Remſeck 549
Remuneratio fortium & fidelium militum 408
Repetita expeditio Ital. ab Arnulfo 74
Repudium Thietbergæ 59
Reſurrectio mortuorum 442
Reutlinga 234.369.474. idolū ibi. 318
Rex & Imperator idem 556
Rex Romanorum 162
Rex omnia promittit 162
Rhæti 28
Rhætiæ & Sangalli afflictiones 243
Rhætiæ Curienſis loca 231
Rhætia & Brigantiæ Comitatus 292
Rheni pons 11
Rheni catarracta 208
Rhothenſis monaſt. fundatio & Abbatia 343
Rhuthardus 107
Richarda Imperatrix ferro candenti crimen adulterij diluit 78
Richardus Anglus Rex Viennæ Auſtriæ captus 513
Richardi Comitis ſuſpenſio 517
Richintza, duciſſa Boëmiæ 369. eius obitus 387
Riedenſis Baronatus 191
Riethemius Fridericus 265
Rineck 194
Riſchachius 210
Robertus Guiſcardus Siciliā occupat 213
Robertus Nortmannus 221
Robuida virgo 87 docta ibid.
Rockenburgen. Monaſt. 343. & eius Abbates 344
Rodenſis præpoſitura 250
Rodhardus Conſtantienſis Epiſ. 177
Rogerij Nortmanni res geſtæ 267. Papam capit, & Rex vtriuſq; Siciliæ conſtituitur ab ipſo 380. Apuliam & Calabriam occupat 332. Siciliæ Rex 352 ex Italia euectio 366. Corcyram & alia Manueli eripit. 408. Societas contra eum 389
Rogerij Nouarchus Georgius 410
Rogerij Siculi R. mors & VVilhelmi F. ſucceſſio 416
Rogerij, qui Irenen duxerat, obitus 514
Roggenſtein. Comites 550
Rolandus Cardinalis 435
Roma vrbs Papæ donata 33. eam Saraceni deprædantur 37. Arnulfus capit 74. item Henricus R. 259. non eſſe Romam Pontificu 428.b.
Roma noua 389
Roncalia, viduis ius dictum 170. Conuentus ibid. 437. illuc venit Frider. Imp. 450
Roncalianus campus 418
Romanus Lacapenus Oriental. Imper. XXXVI. βασιλεοπάτωρ, Conſtantini pater 90
Romanus Diogenes Imp. Oriens 221
Roman. III. Prophyrog. Orient. Imp. XXXVII. 131
Roman. IV. Argyrus, Or. Imp. XLII. 189
Roma. imperij expeditio in Vngaros 78
Romani veteres politiæ reſtituendæ cupidi 392. cum Papa pacificati 394
Roman. Regis inaugurandi ritus 105
Romanorum in Othonem perfidia 132. petitio ad Frid. 420. eius reſponſum ibid. clades apud Tuſculum 52
Rorbach Comitatus 6
Rordorf. Comes 367
Rordof. 371
Rorna 49
Roſa pontificia aurea 109
Roſatum opp. à Friderico capitur 419
Roſeck, caſtrum 499
Roſengarta 23
Roſuintha Gandersheim. verſus 107. 119
Rota ſupplicium 57
Rota VVilligiſi Epiſ. Moguntini. 150.
Ronacker 272
Rotemburgum ad Tuberim 18. 319. Haſtiludium II. ibid. 100
Rotenburgum Nicri 458.474
Rotenburgen. comites 223. Bernvvardus Epiſ. VVirceburgenſis 151
Rotenburg. Tuber. Comitum ſtirps ibi.
Rotenburg. Comitatus 137
Rotenſanus 358
Rotenſes nobiles 148
Rothenthala 190
Rothrudis obitus Pipini ſororis 7
Rotvvila villa 60
Rotvvila irrita à Lothario obſidio 341
Rotvvila opp. 431
Rotvvilenſe iudicium Imperiale 413
Rotvvilenſis Conſiſtorij perſona 413
Rubri vexilli comites 214
Ruckerus Epiſ. Spirenſis 264
Rudigerus, vir nobilis 314
Rudolfus Sueuiæ D. 73
Rudolfus Burgundiæ R. 85. ab exilio reſtituta. 182. 183
Rudolfus Hirſaug. Abbas 86
Rudolfus Italiæ R. 93. eiuſdem Lancea ib. Burcardum in Italiā excitat 94
Rudolfus Rheinfeldenſis Alem. D. 212
Rudolfus Sueuiæ D. Henrico Regi ſuſpectus 231. inter eum & Cæſarem animorū alienatio ibi. eorundemq; reconciliatio. ibid. eius fortitudo 234. Henrico R. contrarius 239. creatus Pfortzhamij ib. coronatio eius ibid. ciuium tumultus contra ipſum ibid. in Augiam diuitē venit 240. in Saxonia expulſus ibid. quare infeſtior in Henricum 241. ab Henrico ab Vnſtrotum victus 242. litera eius ad Papam, in quanta mala ſint coniecti Germani 243. eius lancea ib. eius in prælio cum R. Henrico commiſſo, interitus 251. Epitaphium ibid.
Ruina porticus Aquiſgrani 24
Rumuldus Epiſc. Conſtant. 107. ei filia Cæſaris educenda data ibid.
Rumſperg 479
Rupertus Sueuiæ D. 50
Rupertus Capeti F. 151.
Rupertus Diuitaugien. Abbas 229
S. Rupertus Vtembyræ Abbas 380. eius nomine opes conquiſita 394
Rupertus Tubing. 449
Rupertus Abbas Hirſaug. ibid.
Ruſa fl. 50
Ruſis, pius 98
Ruſſiana ſeditio 154
Rutmarſchein 431
Ruxingen 432

S.

SAcci & Marſupij miſſio 181
Sacerdos iumento priuatus 106. corū luxus prohibitus 20. vitia 206. propugnatio coniugij 232
Sachſenheim 309
Sacrilegij pœna 122
Seſlingenſe Gynaceum 289
Saladini minaces literæ 487. prælio victus 491
Salica Franconia 30.270
Salina Hale 226
Salis diſſeminatio 441.b
Sallenſtetten 432
Salmansboſa παρθενών 536
Salome Poloniæ Duciſſa 369.373
Salomon Ramſchvvarus 45
Salomon Epiſ. Conſtant. 25. 44. fundator monaſterij & opp. Cellæ. ibid. 58
Salomon III. Conſtant. Epiſ. 72. Filia eius notha qualis 73
Salomonis facetia 73
Salomonis facetia erga Berchtoldum & Erclingerum, captusq; à Berch. & Erclingero 83. à Bertha dimiſſus, cui gratiam refert 84
Salomouillani Monaſt. Abbat. 367
Saltatio Henrici Imp. 202
SaltZburgenſis Epiſ. Conradus 455
Samblaſiani aduocati abrogatio 332. ipſius patronatus cōtrouerſia trāſacta 389
Sanctorum imagines 78
Sangalli & Rhætiæ afflictiones 245
Sangallēſis Abbatis palatium ſiue Abbatia 49
Sangallēſis ſchola & Bibliotheca 49. 62
Sangallenſis cœnobij munitio 122
Sangallenſe cœnobium ſub Epiſcopatu Conſtantienſi 20. eius præſtantia 57
Sang. Abbates, Vlricus 334. Manig. 323

Sangallenſes Monachi nolunt capeſſere diſciplinam 347
Sanguis 394. ex panibus 310
Sanguinea pluuia 63
Saraceni Romã deprædantur. 37. profligati. 53. Ital. vaſtatores. 81. Ital pulſi 85. 125. in Ital. irrumpunt. 131. cum Adelberto Italia eiecti. 135. eorũ clades. 5. irruptio in Ital. 52. 61. in Africa cædes. 265 eis fauet Adalgiſ 62. in eos bellũ pro Hieroſ. 286. exped. 292. 524
Sardinia Regnum 442 b
Sarebrucca 454
Sargans comes 367
Saumarium 59
Saxenſes Barones 190. 549
Saxones. Chriſtiani facti. 4. gladiatura præſtantes. 234. eorũ clades. ibid. cũ Turingis in Henr. R. cõſpiratio. 232. importunitas 233. gladiatura. 234. clades ibid. fuga. 235. accuſatio Cæſaris ad Papam. ibid.
Sax. & Bauar. eripiuntur Henr. Leoni. 462. Saxoniæ Ducatus 179
Saxonicorum Ducum Genealogia 140
Scabinorum pœna propter iniuſtitiã 211
Sceptrum Imperij 166
Scalacha 397
Schaphuſa. 208. eius abbatia ibid.
Schærertus Palat Tubing. 509
Schafhuſanum monaſt. 217
Scharpfeneccius Conradus 534
Scharvvabecum 388
Schechingen 308
Schefflat 248
Scheffteršheim 452
Schelcklingen. 76. 77. 346. 373
Schelcklingenſis Baro 488
Schellenberg. 7. Schellenbeg 358
Schenningen. Nobiles 345
Schera 71
Scherenbergij 249
Scheurenſe monaſt. 313
Schlaittorff 214
Sclauonia 150
Schilling 326
Schiltach 196. 411
Schluchterna 22
Schola Oſnaburgenſis 4. Græca lingua 13. Tigurina. 46. Monaſtica. 71. 113. Sangallenſis. 49
Schola clara. 357. earum reſtitutio per Conſtantinum Imp. 114
Schœnaugia monaſt. deſcriptio. 389
Schonbuch ſylua 491
Schœnburg 349
Schœnrein prioratus 258
Schœnthalenſe monaſt. 436
Schorndorffa opp. origo. 141. nomen & inſigia. 142 munitio oppida circa eam. ibid. eius vici 143
Scortũ militare in Patriarcha ſede 345
Scortorum in Germaniã migratio 213
Scriptores hodierni 26
Schuſſenried. 153. 484. 495. eius Præpoſiti 496
Schwabach 322
Schvvabeck & Baltzhuſa 216
Schvvandenſis Baronatus 113
Schvvartzburgenſes 535
Schvveigern 432
Schyrenſe cœnobium 246
S. Sebaldus 230
Sebaſt. Lucij Ab. exiliũ & reſtitutio 500
Sebra Abbatia 152
Sedechias Iudæus Magus 65
Sedunum. 573. Seeburgum 201
Seflinga monaſt. 359
Seldenburenſis Baronatus 142
Seleſtadium, S Fidis Præpoſitura 260
Selig Reichenaw 357
Seligeſtadium 15. 19
Seiffry nobiles. [illegible]. 549
Sepulchri apertio. 169. 249. Dominici ſepulchri via 398
Sepulchra. Regum Spiræ. 199. fundatorũ
Schomburg. 246. [illegible]. Phili. 555
Sergius contra P. Formoſum 74
Sergiani ibid.
Sericatus Chunigundæ filius 176
Serici panni confectio. 408. Seruij. 8
Seruitus apud monachos Clement. 285
Seſſionis prima cauſa pugna in templo. 216. item inter Eccleſiaſticos 487
Sibyllani Alemann. miſſa. 517. VVilhelmus puer ab ea Rex creatur 517. eius filiæ tres 519
Sicilia & Appulia Normanni. 159. eam occupat Robert. Guiſcar. 213. eius expilatio. 518. Adminiſtr. Theobald. 530
Sidon 318
Siespen 289
Sigfr. Nortman. D. Baptizatus. 66. Sigfrid. patruelis Salom. cepit Berchtol. & Erchingerum & Luitfridum 84
Sigfridus Dornberg. C. Epiſ. Aug. 240
Sigenis à Schellenb. Abbatiſſa Lindaug. 7
Sigmaringum 35. 230
Signa Imperij 390. Siginga 88
Summeringen 431
Simon Eiſenus 151
Simonia Epiſcoporum 223
Simoniaci 206
Simultas inter HenricumR. & Archiep. Colonienſem Philippum 487
Sindelfing. Eccleſ. S. Mart. 219. eius cœnobij fundatio. 261. Canonici. 262. tranſlatio Patroni. Præpoſiti. ibid.
Sindelfinga Cõ. Palat. Tubing. 261. 349
Sindelfinga & Zauelſteins vẽditio 262
Singulari numero appellare 439 b
Sinegoltzavv, pagus, donatus cœnobio Altorf. 30. Sintleoſuna 8
Skenninnes monaſt. 204
Smalercum arx 455
Solatium mulierum iocoſum 97
Soldanus honorat Henricum Leonem. 459. eius religio. ibid. Solis ſtatio 74
Solium Imper. Græci. 118. Imperij 166
Solatio iuramenti Papalis 63
Solymannus Saracenus 252
Somnium Burcardi 214
Sonnenburg. Comites 525
Sonnenburg. Comitatus 210
Sonus cãpanarũ in pago Heſſenthal. 224
Sophia Morabiæ Duciſſa 369
Soretbũ. 495. eius Præpoſiti ibi. Abb. 496
Spanheim. Com. 333. Abb. 411
Spaichlingen 295
Spectrũ Dæmonũ. 204. mortui. 255. 301
Spervverſeccius Bertholdus 327
Spiegelberg 45
Spieſſy 248
Spira Sueuorũ fautrix. 339 eamLotharius ſubigit. fuit obſeſſa. 348. Lothario dedita. 350 ludi haſtici. ibid. 109
Spirenſium priuil. 318. cum Bebenhuſib. bona permutant 494
Spirenſe Templum ſummum 167
Spiritus S. proceſſio 5. 4. 8
Spiritus malus Hetginus 358
Spiritũ per ſchalas præcipitat quidam nobilis 368
Spirituum pugna de anima Lotharij. 6
Spitzenberg 370
Spoletũ à Frid captũ & incenſum 421
Sponſæ diſceſſus à Sponſo in cœnobiũ. 21
Stain. 77. eius inſtauratio 134
Staingada 27. 510
Stambaim 43. 511
Stambaimij nobiles 134. 315
Starckenbergius & eius ſex filij 358
Statura longi & breuis viri 359
Stauffa. 103. arx. 349. eius nominis arces plures 178
Stauffenſium Baronum origo. 91. 376. Genealogia 255
Stauffenberg 429. 258
Stauffeneck 253. 359
Steder 248
Stein. 447. Steinius nobilis 210
Steislingen Alt/191. New/ ibid.
Steußling vel Stulßling 371
Stephan. & Conſtant. Rom. filij ingrati in patrẽ. 114 in eos talionis pœna ibi.
S. Stephani Gynæceum Auguſtæ. 126. 134. eius Abbatiſſa 235
Stephanus Vngariæ R. 178
Sternberg arx 333
Stirps Caroli M. 15
Stoffeln 572 3 6
Strabo VVolfridus. 53. Amaſienſis. 8. VValafridus ibid.

Strages

Strages Barbarorum 400
Straminei pilei exercitus Othonis contra Gallum Hugonem 116
Strategema Eberſteniorum erga obſidentes.109. Cæſaris 233
Stratores.419.eorum officium 437.6
Straubenbardus Eberhardus 405.432
Strepa tenenda 420
Stromberg 361
Stuprator ab Ottone punitus 320
Stutgardia.90. quādo condita & vnde dicta.325.ad VVirtenbergenſes 379
Suabeccij caſtri venditio 567
Suabeccēſis comitatus & com.93.293.33
Suanibuſen 523
Suartzach,monaſt. 18
Suatebogus 73
Submerſio hominum 181
Sudeti montes 176
Sueui. Heluetij. 28. proceres in ludis equeſtrib.102. gratioſi apud Henricū R.non Saxones.232.à Saxonib.alienati.233. præliorū inceptores. 234. Auguſt.deuaſtans D.VVelfone 266
Sueuorum priuilegium. 14. cōuerſio ad Chriſtū.18 antiquitas & amplitudo 28. ipſorum ac Heluetiorū præſtantia. 162. eorum Ducum oſor Papa. 338.fratrum excōmunicatio 347
Sueuia duplex,vetus & noua.29.recentioris tres partes.28. eius deuaſtatio ꝑ Vngaros.80. miſerabilis ſtatus 242
Sueuiæ ciuitates tempore Caroli M.parua 4.limites Sueuiæ 164
Duces Sueuiæ.Rupert.50. item alij. ibid. Bercht & Erch.73.D.IIII.Burc.II. 127.D.VI.Conr.147.Vlric.exRotenſan.familia.360. Duces cōtra Conr. I.81.Herm.& Vdo pro Cæſare contra Eberh.Pala.& Giſelb.Loth.106.Frid. et Cōr.ab excōmunicat.abſoluti 342
Ducum Sueuiæ catalogus 86
Sueuici Ducatus inſignia ibid.
Sueuici Circuli membra 163
Sueuici milites 163
Suinbuſa 564
Sula Salina 225
Sulgovv comitatus 34.57
Sulmaiſteri 248.549
Sultz 386.431
Sultzenſes Comites 370.413
Sultzbacha 21
Sultzbach.Cō.215.eorū Genealogia 376
Sultzbachenſis in ſuperiori Palatinatu oppidi deſcriptio 392
Sultanus Iconij. 468
Summontarianus comitatus 97
Sunesheim 406
Sunesheimenſis Georgius 334
Suis R.Gall.filiū equo præcipitē dat 349
Suſmarshuſa 71
Suſpenſio Ambroſij Comitis 74
Sylchen 431
Syluester II.Papa 167
Symeon Græcus Monachus 196
S.Sympertus Auguſt.Epiſc. 3
Synodus VIII. 61. Tryburijs.74.Epiſcoporum.175.Papalis 206
Syracuſa.197.templum eius 304

T.

Tab.R.Arturi rotūda.100. itē picta 242
Tagino Magdeburg.Archiep. 174
Tancredus Siciliæ R. aſcitus. 497. eius patris obitus 514
Tanto Monachus,artifex 12
Tarſus Iconium Edeſſa capta 297
Tartarorum regnum 548
Tauberus fl. 223
Taxgatium 413
Teck 358.470
Teccenſis Dux I.462.Duciſſa 496
Teccenſium Magnatū Genealogia 416
Templum cœnobij Lindaugienſis 6
Templa tria Conradi Imp. 191
Templi ſummi Conſtant.ruina 207
Templi Hieroſ.Saracenica expiatio 492
Templarij milites 511
Tengen 45
Terdona obſidio.419.eius deditio & exuſtio ibid.
Terræmotus. 215.279.372.451.502.573
Teſtamentū Carol.M.8.militantis 397
Tettingen 283
Teutonica Francia 227
Teutonici milites exorti 511
Textorum Auguſtæ honor 126
Thalbach cœnobium 298
Thalfingen 430
Thalheim 372
Thann 153
Thennenlohenſis comes 488
Theob.juſsit Eunuchos Græcos facere 97
Theocdiſta Lesbia virgo S.68. à Saracen. capta & eius fuga.ibi.vita in templo Pari inſula.69 nuditas.Venatoris Eubœnſis ad eā aduētus.eiusq; advenatorē monitio.Deſcriptio. petitio ad venatorē.ibi.Obit.& ſepultura 70
Theoda vana vates 53
Theodora Auguſtæ dictum 60.210
Theodora Græca 407
Theodonis villa, Diettenhofen 40
Theodoricus Conſtant.Epiſ. 205
Theodorus Laſcaris Alexij gener 544
Theophan.Otho.iuniori deſpōſanda.135. eius & Otho.cōiugiū.137.leuitas.147 itē 148.152.153.Coloniæ ſepulta 154
Theophilus Orientis Imp.XXXI. 57
Theorica & practica vita 49
Theſauri inuentio 423
Theſſalonicam VVilh.Sic.R.facit. 488
Thierach 316
Thierhemij nobiles 135
Thierſteinenſis comitatus 113
Thielberga repudium 59
Thomæ Lyreri Sueuica.357.tempus 360
Thumnoa 573
Thuricinum caſtrum 50
Thuringius Landus.Hermannus 533
Thurſac 40
Tibur Romanis inuiſum 395
Tieſſen 77
Tigurū.51.habitatio Carol.15.eius Schola.46.Ἰευχιο μόε.81.Dominarū Monaſterium ibid. 45. ſub Germanico imperio. 88. à Sueuiæ Ducatu ſeparatum.252.Sueuis ſubditum 365
Tigurigoia 378
Tiliæ annos 400.durantes 383
Titulus Imp.Papæ proprius 63
Tœffingen 43
Tonga 174
Tonitrua in Ianuario 403
Torneamenta 100
Torquati Taxi poëma de Hieroſol.expeditione 333
Trachenfels arx 220
Tragicus exitus duorum amantium in caſtris ante Antiochiam 308
Tragœdia S. Ioannis Baptiſtæ 338
Traiectum Friſiæ. 410. pugna ibi inter Cæſarianos & Epiſcopales 330
Traiectēſis Epiſ.fraude Iud interfect.47
Traiectenſis Epiſ.Burckhardus 369
Traiectio copiarum in Aſiam 399.497
Trenchtlingen.Vlricus 356
Treuerenſe horreum 411
Triballi 8
Tribock/machina 573
Triburia.75.Synodus ibi 74
Tributum fumarium.8. exactio Berengariana tributi 115
Tricenarius 299
Triciū,cū gaza Cæſarea à cōiuratis captū.453.Ipſi ab Imp.proſcripti. ibid.
Trifels.443.518.566. Trifeshuſij 249
Troia Apuliæ ciuitas 184
Truchſaſij 136.536
Truhedingen 409
Truttenhuſanum monaſt. 477
Tryſen 7
Tubinga.358.373.eius nomē.91.ab Henrico capta.240.eius arx.169. murus ibid. bello Guelphonica clara. 444. eius venditio 501
Tubing. Palat.139.169.287. Hugo.213. Henr.273.358.VValth.Aug.Epiſ.360 Her. 405.Hu.III.411.432.Rup.449
Tubing.comitiſſæ.Maria 361.Hem.429
Tubing.comitum & ditionis origo.214. hæredes Comitum Caluenſium 263
Tubingenſis comitatus 144
Tuiſſenthal 58

Turingen

Turingen 455.372
Tuiſconis R. caſtrum 157
Tulshuſen 316
Tumaſcat. 58
Tundalus 408
Turcæ in Aſia minore 230
in Turciam vaſa ob pacem emendam mitti ſolita 564
Turcica pugnandi ratio 400
Turcicorum exploratorum aſſatio 300
Turckeim 430
Tugerum 51.252.eius nomen ibid.
Turgoia 46.378
Turingen. Landgr. Ludouicus 411
Turingorum & Saxonum conſpiratio in Cæſarẽ 232. eorũ deditio 234. fuga 235. accuſatio Cæſaris ad P. ibid.
Turpini teſtimonium de Carolo M. 14
Turres. Regia Auguſtæ 125. turris arcis Rom. dicta 437.b. nobiles 479.b
Tuſculum à Romanis euerſum 507
Tuſſelingen 271
Tutamanus Abbas 59
Tutlinga 353
Typographiæ vtilitas 26
Tyrus 321. à Bonifacio defenſa 492. Hic ſepultus Fridericus Imp. 502

V.

VAgeſus mons 25
Valtinga 411
Vandali victi 96
Varini Sueui 200
Varnbylerus 352
Vchtlandia 238.378
Vcklingen 431
Vdalhildis comitiſſa de Zolro 368
Vdo & Herman. per Cæſarẽ contra Eberhard. Palat. & Giſelbertum 106.
Vdo Succeſſor S. Conradi 218
Vdo Epiſ. Magd. delectatus vdo ludo 306
Velberg. 249
Venæ ſectio infauſta 366
Venator infelix Carolomannus 67
Venatorũ Eubœenſis aduentus ad Theochtiſtam 69
Venedi 124. ab Othone deuicti 129
Venetorũ libertas 3. Ducis inſignia 466. vrbes Peleponneſeæ 545. eis aureus annulus arrha maris 466
Veningen 429
Venti 434. eorum vis 354.363
Verbigenus pagus 378
Veringen 469.484
Vringenſes Com. Adalb. 47. Alb. 56 221. eorum ditio. ib. Manigoldus 237.283
Veringen. Comitiſſa 386
Veringenſis Com. 200. eius inſignia 86
Veronenſium latronum contra Frider. conatus & ſupplicium 421
Veronica ſudarium 550
Vexillum Halenſium 226. S. Petri 265
Vfhuſen 59
Vicarij Electorum Principum 166
Victor Papa ſtatuitur contra Alexand. 439.b. viciſſim ab Alex. cum Imp. execratur ibid. Victor Papa confirmatus 442. eius & Cralochi diſſidiũ 122. à Cralocho exoſculatus 123. Victoria Cæſaris 234. Friderici 501
Vigiliæ & ieiunia 175
Vigilum diligentiam noctu Imp. explorat 80
Vilitas annonæ 379
Vinea Zuifaltenſium 379
Vineatici monaſt. incrementa 29
Virgo Bibliorum deſcriptrix 25
Virginis raptus ex monaſt. 184.359
Virgines millium XI. 393
Viridoburgenſes 91
Vitungi Sueui ibid.
Viſchbachij nobiles 134
Viſitatores monaſteriorum dicti miſſi 25. 137
Vita theorica & practica 49
Vita æterna ſtudium 248
Vitodurenſis Comitatus 112
Vitus Hieroſol. R. IX. 489
Vladislaus Bohemiæ Rex creatus 436
Vlma villa regalis 10. ſub Augienſib. ib. mœnib. cincta 81. eius priuilegiũ 10. obſidio 329. S. Crux 334. eccleſiã ib. ædificat. Curius Rom. 357. eius inſtauratio 383. portæ ib. Comitatus, tres ib. eius mentio facta folio 57.181 189.209.236.371.571
Vlmenſis moneta 271
S. Vlricus Auguſt. Epiſ. 92. eius Genealogia 92.79.114. ab eo Auguſta vrbs amplificata. 126. mures pellit. 137. eius obitus 139. inſignia ibid. Canonizatio 150.155. cadauer. 260. miracula 485
S. Vlrici Monaſterium Auguſtanum & eius Abbates 133.177. combuſtũ 435 reſtauratum 488
Vlrichus Rachbergenſis 262
Vlrichus Biberbachius Auguſt. Ab. 453
Vlricus Comes VVirtemb. 499
Vltimi Barones 480
Vlyſſiponis vrbis Hiſpanien. deditio 400
Vmbella 466
Vnctio Regum & Imp. 1
Vngari ab Epiſ. Saluburg. & Herold. & Othonis genero Conrado in Germanos excitati 123. Auguſtum circumſident. 123. eorum deditio 124. poſthac quieti 125. Chriſtiani 169
Vngarorum ex Scythia emigratio 72. ſedes 73. motus 77. in Italiam ibid. pax eis infeliciter negata 78. Iidem in Morauiã & Bauа. crudelitas ib. profligatio & immanitas in eos Romã. Imp. expeditio ib. eorũ pugnandi ratio ib. clades ad Mersburgũ 89. in Italiam reditus 93. noua Germaniæ incurſatio 94. clades 97. graſſatio per Imperium 105
Vngarorũ duorũ fratrum diſſidiũ 436
Vngariæ vaſtatio 86. cum Henr. pax 178
Vngaricum bellum 190
Vogeſus 403
Vohenburgum 410
Volcknandus Eberſperg. Comes 422
Volcknandi Baronis vita 474
Volmari obitus 429
Vracum 90.373.429.470
Vracenſes Comites 367.370. 527. iniquè à B. Zaringenſi tractati 532
Vracenſis comitatus 220.276
Vrbani P. Clarimontanũ conciliũ 286
Vrbanus III. P. Turbanus 489. Friderico aduerſarius ibid.
Vrbenetum 457
Vrbes olim Germaniæ nullæ 443
Vringen. Comes Henricus 538
Vrſula à Brasberg Abbatiſſa Lindaug. ib.
Vrſinenſe cœnob. 579. eius Abbates 480
Vrſpergenſis Abbas Conradus 539
Vrſpergenſis monaſt. origo. 76. fundatio 335. Præpoſiti eius 336. Abb. 337
Vrſpringenſe monaſt. fœminarũ 346. eius magiſtra ibid.
Vta Adalberti Comitis ſoror 261
Vtha Marchioniſſæ exitus 305
Vtha Caluenſis 430
Vtenbyra monaſt. fundatio 60
Vto Treuirenſis Epiſ. 230
Vting. Comites 296

VV.

VVAchendorff 294
VVänfeld 416
VVegeck, caſtrum 178
VVeiblinga opp. 68.142. 187.328. eius nomen 376
VVeiblingenſis Conradus R. 376
VValdauilla 34
VValdburgenſes Barones 478
VValdeck 431
VValdenburg. Comitatus 112
VValdenſis Baronatus 112
VValdgrauij 570
VValdhuſanus Baronatus 112
VValdkerchenſe Gynæceum 155
VValdpurg. Dapiferi 358.555
VValdrada pellex 59
VValdſeenſis Præpoſitura 477
VValdſeſſenſis Nariſcorum Abbas 513
VValfridus Strabo 53
S. VValpurgis [illegible] 62
S. VValpurgis cœnobium 232.323
VValther Auguſt. Epiſ. 52
VValtherus Senſaneir. 292
VValtherus de Lammersheim. 401

VValthe-

VValtherichus ſacerdos 520. eius colloquium cum Ludouico Pio. ibi. 422
VValthuſa vicus 103.316
VVangen 46
VVangenſe Vlmæ monaſt. 483.484. Præpoſiti illius ibid.
VVarmannus Conſtantienſis Epiſ. 188
VVaſgoia 220
Waſſerſcheyffen 185
Waſſerſtelʒ Abbatiſſa Chunigũdis 45
VVaſſertrubedinga 128
VVeckenſis Comes 358
VVecilo Byrglenſis Comes 243
VVeida ciuitas 270
VVeinſperg. 430.432
VVeinſperg. Barones 382.527
Weiſſenhorn. 146.178
VVeiſſenhorn. Comites 351
Weiſtat 58
VVelſo 26. nomẽ eius 28.183. D. Carinthiæ 205. eius & Gebbardi Epiſ. Ratubon. conſpiratio. aduerſus Cæſarem, eorumq́; pœna 211
VVelfo IIII. Bauariæ D. 227. Rupertum Epiſ. Bamberg. Cæſareanũ capit 238. in gratiã Heinr. Imp. receptus 291. eius progenies 313. Noricorũ D. 350. eius et Heinr. Auſtrij de Bauaria bellũ 388. cõtra Conrad. R. ib. eius titulus 427. exercitus contra Hugonẽ 444. adiutores. ſocij. ib. victus ib. pax facta annũ durat ib. eius cũ Hugone bellũ & ipſius cauſa 445. eius eulogiũ. 580
VVelſonum ſepulchretum 29. eorum genus extinctum 509
VVelvvart 308
VVembdinga 72.75
S. VVenceslaus 137
VVendelgardis Vlrici Comitis vxor 86
Wendlingen 370
VVerda Norinberga 312
Werdenburg 358.446
VVerdenberg. Comites 360
VVerdenbergicus comitatus 93
VVerdenſteinij 135
VVerentZa fl. 340
VVerinhardus vel VVernherus Hermanni Contracti frater 209. Hieroſolymam profectus ibid
VVernherus Epiſ. Argen. 217. eius ablegatio Conſtantinopolin 188
VVernherus Monachus potionem bibit peſtiferam 290
VVernherus Graningenſis comes 290. quando vixerit 430
VVernherus Cupping. 449
Weſterheim 58
Weſtheim 225.432
VVettehuſ. cœnob. 148 eius prępoſiti 149
Weʒikon 45
S. VVibrada 72.86. eius interitus 94
VVidegarius Abbas 21
VVidekindus à Sueuis occiſus 5
VVilandus 93
VVihardus & Rupertus 50
VVignandus de Caſtel ap. Moguntiam fauens Monaſt. Chomburg. 245
VVigoldus Frieſſenſis 259
VVilera Gynæceum 423
VVileri 135
VVilhelmus Ratchouius Britannus 55
VVilh. Archiep. contra patrẽ Otho. 123
VVilh. Ang. R. 218. matris ſomniũ 212
VVilh. Hirſaug. Ab. 221. eius ordinatio 222. obitus 273. eulogium 274
VVilhel. Chomburg. Comes 242
VVilhel. Siciliæ R. 419. eũ Hadrian P. in gratiã recipit, & in regno cõfirmat 425. bonus Siciliæ R. 450. Theſſalonicam capit 488
VVillegiſi Mogunt. Arch. Rota 150. ib.
VVILtrudis 203
VVimaria 313
Windenheim 59
VVindenſis Baronatus 96
Wineden 476
VVingartum 26.31.303.358
VVinſpergum caſtrũ à R. Conrado obſidetur 382. eius deditio ibid.
VVinterſottij nobiles 135
VVintzenburg. Comes Hermannus 353
Wirſbach 430
VVirceburgũ R. Henrico ereptũ 263 ibi Græca Legatio apud Imp. 435. cõfirmatur hic Paſchalis P. 446.
VVirceburgenſes Epiſcopi Hunibertus 38. Erlongi audacia & faſtus 322. Raccerus C. Vabing. 328. Godeſ. 4[illegible]
VVirceburgenſis conuentus 328
VVirtemberga arx 90.91.418.430.431. combuſta 349
VVirtembergenſes Comites 319 Albertus 349 aliquot eorum 417. Conradus 431. Eberhardus 457.539
VVirtẽberg. Comitũ ſedes olim tres 325 eorum Genealogia 92. Origo 91
VVirtemb. proceres primi 4. vnde 90
VVirtenbergenſium prima ciuitas 376
VVirtembergenſes Beutelſpachi 188
VVirtembergenſis Comes Ioannes fidelis in ambiendo alteri ſponſam 379
VVirtember. varij dominatus olim 91
Wirtinobreck 417
VViſenbach. nobiles 144
VViſenbachenſe monaſt. 411
Wiſenburg 46.152
Wiſenſteig 5.58
VViſenſteigenſe Cœnobiũ & eius fundatio 58
VViſſner Iudices Saxonũ conſtituti 4
VVitinus Monachus Διορατικός, id eſt, præuiſor futurarum 34
VVito Curienſis Epiſ. 320
VVitiſlinga 79.283.369
VVittelſpachum ſolo æquatur 569
VVittelſpachij comites: Othonis & Cõradi R. bellũ 411.442. Henrico Leoni Bauariam eripit 462
Wittelſpach comitatus 98
Wittingen 431
VVittigouus 483
VVolckeburgum 20
VVolfeckius VValtherus 360
S. VVolffgangus 144.209
VVolffgangus Epiſ. Ratiſbon. 114
VVolfhardi 28
VVolfoleon Conſtant. Epiſ. 11.25
Wolhuſen 45
VVolffhuſanus Baro. 45.112
VVolferadus Comes 178
VVormatia ab Imp. Henrico V. capta. 332.432. ei priuilegiũ à Barbaroſſa datum 471. eius euerſio 72
VVubelinga villa 70
VVulfinger 28
VVallenſtettenſes Comites 385

Z.

Zabulus 477
Zaringia 57
Zaringen caſtellum 221
Zaringenſes D. Conr. fuit irrequietus 411. Berchtol. 429. eius bellũ cũ Sueuis 365. eorũ ortus 180. 416. Genealogia 219. ditio & titulus 253
Zauelſteini ac Sindelfingæ vẽditio 262
Zell 430
B. Zeno 209
Zizes 47
Zoë libidinoſa 192
Zollern 430
Zollerenſiũ comitũ origo & nomen 196
Zolre opp. 374
Zonaras 324
Zuenteboldi exitium 76
Zuifaltẽſes libelli de eo Monaſterio 268. eiuſdem cœnobij conditiones ib. cauſa fundationis 269
Zuifaltenſe monaſterium ex Hirſaugienſi Monaſterio plantatũ ab abbate VVilhel. 269. ab hoc Monaſt. collatio Luitoldi 279. eius Ab. 279. cõflagrationes. conditio & profectio ibi. patroni 281 aduocatus 282. diploma. priuilegij adoptio 283. prædij à Luit. donatio 284. abbas nouitius 291. tẽpli dedicatio 315. Abbas Gynæceũ. diſciplina 324. monaſterij inſtructio 326. monaſterij diploma 330. Abbas Vdalricus 362. monaſt. à quib. ditatũ 368. muro cinctum 371. aduocati 371. reliquiæ 393
Zurzach 62. eius Canonici 144

FINIS.

Digitized by Google

10